ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Sextus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXL.

De Superiorum Licentia.

ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 388.	SIRICII PAP. ANNUS 4.	VALENTIN. 13. THEODOSII 10. IMPP.

I.

Antiocheni dejiciunt statuas Theodosii & Placillæ.

TRecentesimo octogesimo octavo Christi anno Theodosius Imperator secuodum adiit Consulatum, habuitque collegam Cynegium; cujus exordio idem Imperator adversus Maximum expeditionem paravit, atque ejus causa tributum novum indixit: quod cum inter alios permoleste ferrent Cives Antiocheni, quadam animi perturbatione agitati prosilientes in forum, vesaoo impetu irruentes in statuam Placillæ Augustæ jam biennio ante vita functæ, loco emotam cum ignominia protraxerunt. In quos Theodosius vehementer commotus, perditurus prope erat Civitatem cum Civibus, oisi opera monachorum & legatione Flaviaoi ejus Civitatis Episcopi vix tandem placatus esset: hæc quidem summatim complexa, fusiorem rei gestæ tractationem continent: quam oratione prosecururi, primum de tempore quo hæc acciderunt, differendum est.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5881.

SÆC. IV. Anno Urbis 1141. Olymp. 291. an. 4. A. C. 388.

☉ 5. BA. ☽ 9. P. 9. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 388.

SIRICII PAPÆ 5.

VALENTINIANI JUNIORIS 14.

THEODOSII 10. ARCADII 6.

I. *Consules.*

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *Theodosius Aug.* II. & *Cynegius*: uterque Orientalis. Theodosii Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam; in hunc enim annum Decennalia ejus incidunt; quæ tamen in annum sequentem dilata fuisse, Theodosii triumphus eo anno ductus existimandi locum præbet: triumphi enim cum Decennalibus de more conjuncti, aut Consulatus ab Imperatoribus sumtus iis annis, quibus exhibiti. Præterea natali die Imperii, sc. die XIX. mensis Januarii, quo de more ea solennis peragebantur, Theodosius *Constantinopoli* non erat, sed *Thessalonica*, quo anno præcedenti se contulit; ubi accepit, Valentinianum & Justinam matrem eo ex Occidente accessisse, ut testatur Zosimus lib. 4. Quare, cum Decennalia a mense Januario ad alium mensem Theodosius transtulisset, & postea Maximum Tyrannum debellasset, tam Decennalia, quam triumphum in annum sequentem distulit.

II. *Seditio Antiochena*, in qua Theodosii, filiorum

NOTÆ

[1] COss. *Theodosius Aug. II. & Cynegius*. Et hos *Flavios* nonnulli appellant. Lapis vetus Romæ in pavimento Ecclesiæ S. Martini in montibus, a Donio exscriptus, & inter ejus inscriptiones cl. XX. n. 49. pag. 534. editus.

... OSITUS QUARTU NONAS OCT.
....SI TEODOSI AUGG. III. CICYGIN
..O ANN XXVIII. M. III.

Gorius legendum putat ET CYNEGII. quem cum *tertio Theodosii consulatu* copulandum collegam putat, non *Merobaudem*, ut Fabrettus pag. 152. & 576. ex hac inscriptione.

DP. IN PACE. IIII. ID. IAN. CONSS. D. N. THEODOSIO
AUG. II. ET MEROBAUDE. V. C. III.

Fabrettus censet, lapicidam præteriisse *Cynegii* nomen, & in ejus locum *Merobaudem* suffecisse. Ni forte, inquit, Merobaudes binis prioribus anni hujus mensibus consulatum ordinarium gesserit, cui Kal. Martii *Cynegius* successerit. At conjectura Fabretti ex eo corruit, quod *Merobaudes*,

II. Scimus Theodoretum (*a*) atque Sozomenum (*b*) hæc referre ad tempus posterioris adventus Theodosii in Italiam adversus Eugenium tyrannum: quibus adversatur in primis Zosimus, qui hoc tempore expeditionis in Maximum ea omnia contigisse refert. Sed & Sanctus Ambrosius absque (*c*) aliqua dubitatione eadem satis probata reliquit, dum ad Theodosium scribens epistolam eo tempore, quo idem Theodosius Maximum in Italia expugnavit, de indulgentia Antiochenis concessa meminit. At rem gestam per singula ordine prosequamur.

(a) Theod. l.5. c.10. (b) Sozom. l.7. c.23. (c) Ambr. epist. 28.

Quid autem ejusmodi seditionem præcesserit, Sozomenus sic narrat (*d*): *Ajunt præcedente nocte, postquam succedente die seditio mota fuit, spectrum mulieris visum esse, magnitudine inusitatum & aspectu horrendum: quod quidem in sublime per civitatis plateas discurrens, aerem diverberaret flagello horrisono; ut quemadmodum ad iram bestias incitant ii, qui ad hujusmodi spectaculum operam suam navant, ita hanc seditionem dæmonum infidiis genius aliquis malus commoverit. Ac fuisset sane cædes ingens secuta, nisi iram suam Imperator sacræ supplicationis reverentia motus remisisset.* Hæc Sozomenus.

(d) Sozom. l.7. c.23. Spectrum visum.

III. Quod vero pertinet ad subsecutum Civium piaculum, quod occasione novi impositi tributi ob bellum hoc anno gerendum adversus Maximum, Theodoretus (*e*) admissum affirmat; deturbatione æneæ Placillæ Augustæ defunctæ statuæ, ejusdemque per urbem cum ludibrio protractionem fuisse, idem tradit: licet Sozomenus (*f*) & Zosimus (*g*) non Placillæ tantum simulacrum, sed & Theodosii statuas ea contumelia affectas narrent; quod & ex oratione Flaviani coram Theodosio habita verius demonstratur. Missos autem ab Imperatore ad ultionem Elebechum quemdam ducem exercitus, necnon Cæsarium Præfectum Palatii, Theodoretus testatur. Quod vero ad Cæsarium spectat, procul a veritate recedit Nicephorus (*h*), dum hunc illum putavit esse Cæsarium fratrem Gregorii Nazianzeni, quem longe ante hæc tempora, nempe sub Valente, extremum diem clausisse diximus: erroreque lapsus est hic Theodoretus, & alii, qui dixerunt a Theodosio dilatam esse vindictam, ex eo quod lege a se lata, jubente S. Ambrosio, prohiberetur statim gladio in eos agi. Nam nondum Theodosius in Italiam venerat, neque cum Ambrosio quicquam antehac negotii habuit.

(e) Theod. l.5. c.19. (f) Sozom. l.7. c.23. (g) Zosim. l.4. Qui missi a Theodosio ad ultionem. (h) Niceph. l.12. c.44.

IV. Quid vero singulis ferme diebus fieri contigerit, ex S. Joanne Chrysostomo hic reddemus ex orationibus, quas Græce (ut testatur Suidas *i*) Adriantas nominant, nempe de statuis: quarum prima illa censenda est, quam post septem dies a facinore perpetrato in Ecclesia habuit ante adventum ejus sceleris ultorum Judicum; est ejus exordium (*k*): *Quid dicam? aut quid loquar? lacrymarum præsens tempus, non verborum, luctuum non sermonum, deprecationis, non concionis. Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam*

(i) Suid. verb. Placilla. Chrysostomi conciones ejus temporis. (k) Chrysost. hom. 2. ad pop.

PAGIUS *Seditio Antiochena.* rum ac Placillæ uxoris jam demortuæ, statuæ dejectæ sunt, ad annum præcedentem revocanda, ut recte vidit Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani. Argumentum tamen, quod a Quinquennalibus Arcadii, & Theodosii M. Decennalibus deducit, rem non evincit; eoque etiam ad suam opinionem confirmandam utitur Baronius. Libanius in Oratione ad Ellebichum pag. 527. ait, seditionem motam occasione exactionis tributariæ ad exercendam liberalitatem in milites, in Quinquennalibus Arcadii & Theodosii Decennalibus. Quare, cum Arcadius anno præcedenti Quinquennalia dederit, eo pariter anno illa seditio excitata. Ita Gothofredus. Verum Libanius non de Quinquennalibus Arcadii, & Decennalibus Theodosii, sed de anno quinto Arcadii, decimoque Theodosii loquitur. Hæc Libanii verba: *Principi ob necessitatem Imperii pecunia opus fuit, maxime cum ipsi quidem decimus, filio autem quintus Imperii*

NOTÆ *des*, si vera scribit Pacatus in Panegyrico Theodosii cap. XXVIII. non diu post *Gratiani* necem, jussu *Maximi* interiit, seu manus sibi intulit. Num vero *Gratianus* Merobaudis dolo proditus fuerit, ut ex S. Ambrosio Enarrat. in Psalm. LXI. n. 17. & ex Prosperi Chronico nonnulli colligunt; an fidem eidem *Gratiano* servarit, uti censuit Baronius ad A. D. 383. & post eum Tillemontius Histor. Imp. tom. V. pag. 724. & Godefridus Hermanus in vita S. Ambrosii lib. III. Cap. IX. pag. 163. & in Adnot. pag. 10. aliis dispiciendum relinquimus. Jacobus Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani pag. 373. putat *Merobaudem* Consulem, fuisse quoque Ducem Ægypti A. D. 384. qui tamen distinguendus videtur. Hadrianus Valesius lib. II. rerum Francicarum, mendum esse in Prosperi Chronico scribit, ubi *Merobaudis magistri proditione*, Gratianum captum legitur; putat enim legendum *Mellobaudis*, qui erat Francorum Dux, de quo Ammianus lib. XXX. Cap. III. & lib. XXXI. cap. X. Id tamen Tillemontius ubi supra ægre fert; Pagius vero ad A. D. 383. n. IX. Valesium sequitur. At in codice Prosperi Vaticano vetustissimo habetur: *Gratianus perfis* (forte legendum *perfidi*) *Merobaudis mag. militum proditione superatus & fugiens, Lugduni captus & occisus est*. Ad consules hujus anni revertor. In eodem Prosperi Ms. item habetur: *Anno a passione Domini* CCCLXI. qui est A. D. 388. *Theodosio* I. alia unitate librarii oscitantia omissa, *& Cynegio, Maximus tyrannus Aquileja occiditur, & ....* supple (*Victor filius*) *ejus ab Arbogaste in Galliis*. Vide ea de re Pagium hoc an. 388. n. VI. Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Theodosio & Cynegio*. Denique vulgati Fasti: *Theodosio II. & Cynegio.*

tam vasta plaga & omni medicamine major, & superne indigens auxilio: Et paulo post: *Tacuimus diebus septem, sicut & amici Job. Date mihi hodie os aperire, & hanc communem lugere calamitatem, &c.* prosequitur pluribus novitatem atque immanitatem delicti; novitatem, inquam, quod, ut ait, Civitas illa pacifica ac quieta, minime autem factiosa & insolens esse soleret: *Quis nobis, inquit, invidit, carissimi? quis nobis zelatus est? unde tanta facta est mutatio? Nihil fuerat nostra Civitate venerabilius, nihil factum est miserabilius: populus tam compositus & mansuetus, veluti equus manibus assuefactus, & domesticis semper accersentium manibus adveniens, repente tantum nunc nobis resilit, ut tot mala gesserit, quæ neque dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, non propter expectatæ comminationis magnitudinem, sed propter nimiam patratorum insaniam. Licet enim non irritaretur Imperator, neque puniret & castigaret: quomodo, dic mihi, commissorum ignominiam ferremus? Lucta interdicitur mihi doctrinæ sermo, &c.* Luget, & ad luctum excitat populum audientem. Addit post multa, talia Deum fieri permisisse, quod eadem Civitas blasphemantes Deum minime cohibuerit. Pluribus demum eos hortatus est ad pœnitentiam peragendam.

V. Advenerat Quadragesimæ tempus, quo cum frequens esset ad Ecclesiam Antiochenorum concursus, cum nullam aliam consolationem haberent, quam ad Ecclesiam conveniendi, omni spe destituti, præter illam quam collocarant in Deum; ipse Chrysostomus verbum Dei iisdum affatim propinabat: incendebatur enim vehementer eorum commiseratione, quos ad pœnitentiam hortabatur. Extant ipsæ homiliæ, in quibus quantum valeat eloquentia necessitati conjuncta, monstratur. Cum vero Judices vindices sceleris Antiochiam per-

Mulcta illata in Antiochenos.

venissent; iidem primum sane omnium Civitatem illam nobilissimam metropolis totius Syriæ dignitate spoliavere: etenim loca publica publico usui mancipata, nempe balnea, theatra, fora, & alia id genus clausere. Translatam quidem fuisse Syriæ metropolim in Laodicensem Civitatem, Scriptores affirmant. Inde vero nobilium complures, qui admissi sceleris vel auctores videri poterant, vel socii affectatoresque fuisse in suspicionem adducebantur, captivi ducti sunt, iisdemque repleti carceres: exhibentur tortores atque tormenta; armantur milites pro foribus stantes, ne quid a Civibus dira timentibus tentaretur. Præparantur a Judicibus de singulis cognituris atrocissimæ quæstiones: eorumque quos magis suspicio exagitabat, bona cuncta continuo proscribuntur, affixis domorum ipsorum januis tabulis proscriptionis.

VI. Civium omnium tripertitus status hic erat. Pars magna post admissum atrox majestatis crimen, cum audissent Antiochiam mitti ab Imperatore exercitum atque Judices, fuga sibi consuluit, utpote timens, tradendam Civitatem militibus diripiendam, Civesque more captæ urbis ab hostibus cædendos. Qui vero in Civitate remanserant, horum partem alteram non mediocrem carcer incluserat; alteram vero vehemens metus exagitabat; ad horas singulas spectantes lictores, a quibus conjicerentur in vincula, atque subjicerentur, ut alii, quæstionibus: quorum unum erat confugium Ecclesia, unaque tantum reliqua spes in Deo: quos Chrysostomus Dei verbo erigebat, ad preces ad Deum fundendas, pœnitentiamque agendam, assiduis concionibus admonens.

Status miserandus Antiochenorum civium.

VII. Cum sic deploratissimus esset status Civitatis Antiochenæ, omnique ex parte tetra præsentium rerum facies, & deteriorum expectatione teterrima; ecce in ipsorum auxilium e montibus properant a Deo

Monachi ferunt suppetias pereunti Civitati.

PAGIUS

rii annus procederent. Quo tempore solent Imperatores aurum militibus largiri. Decimus Theodosii annus die XIX. Januarii currentis Christi anni inchoatus, eodemque die & anno sextus Arcadiani Imperii annus cœptus est: neque ullo modo quintus Imperii Arcadii annus cum decimo Theodosii concurrere potest, ut numeranti patet. Quare error in numeros irrepsit, ideoque nihil ex eo loco concludi potest, nisi circa Quinquennalia Arcadii, & Decennalia Theodosii tumultum illum ortum esse.

III. Secundum Gothofredi argumentum a nobis magis corroboratum istud est, motam esse seditionem eo tempore, quo *Theodosius* non Antiochiæ, sed Constantinopoli consistebat; quod indicat Libanius in Orat. ad Cæsarium 20. pag. 779. in Orat. ad Theodosium 22. in priori Oratione 21. in laudem Ellebichi pag. 531. Hoc vero anno Theodosius Thessalonicæ fuit, idque ab anno præterito, quo Valentinianus filii *a* Maximo Tyranno timens, *navem ingressus, Thessalonicam abiit, socia navigationis Justina matre,* inquit Zosimus lib. 4. pag. 767. Addit Zosimus, *Theodosium*, cum hoc accepisset, cum nonnullis e Senatu Thessalonicam se contulisse; ibique communi decreto statutum, *ut a Maximo patrata facinora punirentur*, & Theodosius Gallam Justinæ Augustæ filiam uxorem duceret. Deinde subjicit Zosimus, post illas nuptias Theodosium apparando bello totum incubuisse: *Ob eam causam*, inquit, *mortuo in itinere Cynegio Præfecto Prætorii, cum ex Ægypto reverteretur; quemnam Præfectum Prætorii constitueret, despiciebat. Accersitum itaque Aquileia Tatianum, Prætorii Præfectum in patria declarat*, &c. Denique ait postea Zosimus, Theodosium cum exercitu per superiorem Pannoniam Aquileiam contendisse. Ex quibus consequens est, seditionem Antiochenam hoc anno contingere non potuisse; quis, ut recte Baronius, ante Quadragesimam & Pascha ea suscitata, & quidem dum Theodosius Constantinopoli erat. Hic au-

Dum Theodosius Cpoli erat mota seditio.

Deo missi cœlestes milites, quorum arma ab Apostolo describuntur non esse carnalia, sed spiritualia, Deo potentia. Erant hi qui carnem suam crucifixerant cum vitiis & concupiscentiis, monachi præclarissimi, quorum cum jugis conversatio in cœlis esset, inferorum spiritibus terrori erant, hominibus vero maxime reverentiæ. Hi igitur cum audissent, fortasse fugientium ore, res Antiochenæ Civitatis in summo versari discrimine, tamquam quodam classico excitati, conferto agmine, properant Antiochiam. Quidnam vero egerint, simulac pervenissent, Joannes Chrysostomus pluribus narrat, cum meliori de omnium salute spe, horum ope, concepta, homiliam illam ordine decimamseptimam ad populum habuit; ubi inter alia: *Quando*, inquit, *a Rege missi ad commissorum inquisitionem, tremendum illud constituere judicium, omnesque ad malefactorum pœnas vocabant, & variæ mortis omnibus erat expectatio; tunc vertices montium habitantes monachi propriam exhibuere sapientiam. Namque tot annis in cavernis suis conclusi, nemine advocante, suadente nemine, postquam nubem tantam Civitatem circumstantem viderunt, tabernacula speluncasque suas derelinquentes, undique confluxerunt, velut Angeli quidam de cœlo profecti. Et erat cernere tunc Civitatem unsimilem hominum. Ubique tunc vidisses sanctos illos, manifestos vel ex aspectu solo, dolore pressos consolantes, & ad omnem calamitatis contemptum inducentes.*

VIII. Egregia Monachorum constantia.

Quis enim illos conspicatus, mortem non derisisset, non despexisset vitam? Nec hoc solum erat mirabile, sed quod Principibus ipsis accedentes, cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes sanguinem effundere parati erant, & capita deponere, ut captos ab expectatis tribulationibus eriperent: & dixerunt se non prius recessuros, quam Judices parcerent Civitatis populo, vel se communiter cum reis ad Regem Legatos mitterent: Religiosus est, inquiunt, qui nostræ genti dominatur, fidelis cum pietate vivens. Nos igitur ipsum omnino reconciliabimus; non permittemus vobis, neque concedemus ensem polluere, nec ullius abscindere caput. Si vero hoc non fertis, & nos cum ipsis omnino moriemur. Gravia quidem patrata, & nos confitemur; sed Regis humanitatem non excedit gestorum iniquitas. Dicitur quidam illorum aliud verbum sapientia plenum dixisse, quod statuæ quidem dejectæ, rursum erectæ fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correptionem habuit celerrimam: Si vos autem Dei imaginem occideritis; quo modo rursum poteritis commissum revocare? quo modo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? Hunc fuisse Macedonium vita insignem monachum, Theodoretus affirmat, qui rem paulo fusius prosecutus, hæc ait (a):

(a) Theod. lib. 5. c. 19.

IX. Macedonii insigne facinus.

Ex quorum, nempe monachorum, *numero fuit sanctissimus Macedonius, vir tum rerum quæ in communi vita geruntur inscius, tum litterarum sacrarum prorsus ignarus. Iste in montium verticibus vitam agens, noctes diesque omnium Salvatori sinceras preces offerre solebat; qui neque Imperatoris violentiam pertimescere, neque de potestate eorum qui missi fuerant, laborare visus est: sed in media urbe, prehenso alterius Judicum pallio, ambos ex equis descendere jubet. Illi vero cum viderent senem statura exigua, pannis sordidis amictum, primo indignari quidem; sed ut primum a quibusdam illorum qui antecedebant, viri illius virtutem didicerant, desilire de equis, illius genua amplecti, veniam denique precari cœperunt. Macedonius divina imbutus sapientia,*

PAGIUS

tem ultimis præcedentis anni mensibus Thessalonicæ fuit. Ultima Lex Codicis Theodosiani anno præcedenti a Theodosio lata, nempe 118. *De Decurionibus*, data est *prid. Non. Jul. Constantinop.* Prior autem ejusdem Codicis ab eo Imperatore hoc anno data est *VI. Id. Mart. Thessal.* nempe Lex 14. *De Hæreticis*. Lex vero 2. ejusdem Codicis *De nuptiis*. & Lex 3. *Ad L. Jul. De adult.* dicuntur datæ *pridie Id. Mart.* Hinc colligere est, Theodosium (quem anno præterito Italiam contra Maximum Tyrannum pugnaturum accessisse docet Marcellinus in Chronico, quemque Thessalonicam Macedoniæ urbem, quo Valentinianus, Justina & Galla venerant, se contulisse, ibique Gallam uxorem duxisse, mox diximus) hujus anni initio, seu mense Januario ac Februario Constantinopoli non fuisse; alioquin dicendum non esset, eum sub præcedentis anni exitum Constantinopolim venisse, & currenti anno, sæviente hieme, Thessalonicam, ubi initio mensis Martii currentis anni erat, rediisse. Quod nec Zosimus dicit, nec ullo modo verosimile est, sive Valentinianum, Justinam & Gallam Thessalonicæ reliquisse, sive easdem secum Constantinopolim duxisse velis.

IV. Cynegius ad Theodosium Thessalonica agentem venit.

Præterea ex Cynegii Præfecti Prætorio obitu intelligimus, *Theodosium* prioribus hujus anni mensibus Constantinopoli non fuisse. Nam Idacius in Fastis sub hujus anni Consulibus scribit: *Defunctus est Cynegius Præfectus Orientis in Consulatu suo Constantinopoli. Hic universas Provincias longi temporis tabe deceptas in statum pristinum revocavit, & usque ad Ægyptum penetravit, & simulacra gentium evertit. Unde cum magno fletu populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos die XIV. Kal. April. & post annum translatum cum matrona ejus Achantia ad Hispanias pedestre*, quia, ut inde colligere est, natione Hispanus erat. Mortuus est itaque Cynegius die XIX. Martii aut aliquot ante diebus, idque *in itinere*, *cum ex Ægypto reverteretur*, inquit Zosimus laudatus, & jam Constantinopolim pervenisset, ut tradit Idacius loco citato, ideoque dum Theodosius ab urbe Constantinopolitana aberat. *Cynegius* enim Præfectus Prætorio ad

tia, tali eos oratione compellat: Dicite, viri carissimi, Imperatori hæc verba: Non solum Imperatorem eum esse, sed hominem etiam. Itaque ne oculos tantummodo ad Imperium adjiciat, sed suam ipsius naturam mente complectatur. Nam cum homo sit, illis imperat qui sunt ejusdem naturæ participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem & similitudinem esse fabricatam. Quare ne tam crudeliter & inhumane imaginem Dei e medio tolli jubeat: nam bilem movet opifici, cum ejus imaginem contumeliose tractet. Consideret enim, quam iniquo animo tulerit ipse æneam conjugis imaginem contumelia affectam esse; se tamen in imaginem Dei contumeliosum esse non dubitare. At quantum intersit inter imaginem inanimem, & animatam vivam ac rationis compotem, omnibus qui sunt mente præditi, perspicuum est. Illud præterea secum cogitet, nobis perfacile esse, pro una ænea imagine multas subrisare; sed eum non posse omnino facere vel pilum unum illorum qui interfecti sunt. Hac audita oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem retulerunt, &c. Porro de eodem Macedonio plura habet idem Theodoretus (*a*) in libro sanctorum Patrum; aitque eum hanc ob causam, quod nihil aliud nisi hordeum madefactum soleret comedere, fuisse cognomento dictum κριθοφάγον. Subdit autem Chrysostomus ad hæc: *Multa & de judicio ipsius disseruere. Quis non consternaretur? quis non virorum sapientiam admiraretur?*

(*a*) Theodor. lib. SS. Patr. cap. 13.

X. Mulieris spectata constantia.

Quoniam quædam eorum mater nudato capite, & canis ostensis, judicaturi equum fræno apprehendit, & per forum prætercurrens, sic ad judicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, omnes admirati pietatem & magnanimitatem. Quomodo non magis ad hos obstupescere oportet? illa enim etiam si mortua esset pro filio, nihil mirandum: magna enim natura vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi vero non genuerunt, nec educarunt: immo vero quos non noverunt, quorum nomen non audierunt, quibuscum nunquam conversati sunt, quos ex sola noverunt calamitate, in tantum amaverunt, ut etiam si infinitas habuissent animas, omnes pro illorum salute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc, quod non jugulati sunt, nec sanguinem effuderunt; sed quod tanta contra Judices usi sunt libertate, quanta solos de salute sua desperatos uti verisimile fuit, & tali cum sententia de montibus ad tribunal cucurrerunt. Nec enim nisi prius se neci præparassent cuilibet, tam libere potuissent Judices alloqui, & tantum tunc exhibere magnanimitatem. Etenim ante Prætoris januas totos dies agebant sedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati. Hæc de studio monachorum Chrysostomus.

XI. (*b*) Zosim. lib. 4. De Libanio Zosimus redarguitur.

Quæ vero subdit de philosophis tum Antiochiæ commorantibus, plane redarguunt grande mendacium Zosimi (*b*), quo tradit, Libanium una cum Hilario pro salute civitatis, legationem suscepisse ad Theodosium Imperatorem; ait enim ipse Chrysostomus: *Ubi nunc sunt pallia gestantes, & profundam ostentantes barbam, & bacula dextera ferentes, externorum philosophi, Cynica piacula, submensalibus canibus miseriores, ventrisque causa cuncta facientes? Omnes tunc civitatem deseruerunt, resilierunt omnes, in cavernas conditi sunt: soli vero qui per opera vere philosophiam exhibent, ac si nullum civitatem malum comprehendisset, sic intrepide in foro apparuerunt: & urbem quidem habitantes, ad montes & deserta avolaverunt; eremi vero incolæ in urbem ingressi sunt, &c.* Quod autem ad Libanium spectat; quis quæso, ipsum redivivum ad hoc munus legationis obeundum ab inferis revocavit, quem alii sub Valente tradunt defunctum, alii vix ad ipsum initium Imperii Theodosii vitam produxisse confirmant? Cum vero idem Joannes Chrysostomus hæc & alia plura in commendationem egregiæ per eosdem monachos navatæ tunc operæ; per eos quidem illud obtentum tradit, ut sententia de nece sontium differretur, donec quid de his decernendum esset, Imperatori significaretur.

XII. (*c*) Chrys. dict. hom. 17. Commoratio monachor. Antioch.

At quanto id illi temporis spatio perfecerunt? & quamdiu ea de causa Antiochiæ commorati? audi quod mireris: *Hi*, inquit Chrysostomus (*c*) *die una & descenderunt, & disseruerunt, & solverunt calamitatem, & ad propria reversi sunt tabernacula: tanti est philosophia a Christo introducta.* At non sic quidem hæc intelligenda puto ut unius diei duntaxat spatio tot tractatus confici potuissent, cum præsertim idem superius tradat, eosdem

PAGIUS

ad Theodosium apparatibus bellicis incumbentem ex Ægypto veniebat; sed antequam Thessalonicam ubi Imperator erat, ejus mortis tempore, pervenisset, *in itinere*, Constantinopoli nempe, supremum diem obiit. In ejus locum *Tatianus* vir strenuissimus subrogatus est, idque *in patria sua*, ut habet Zosimus loco laudato, ideoque in Lycia Asiæ minoris Provinciæ natus non erat, ut a Gothofredo perperam creditum; qua de re infra. Porro hanc seditionem ante Quadragesimam & Pascha hiberno tempore contigisse recte ex D. Chrysostomo notavit Baronius; sed inde discere poterat, rem anno præcedenti, quo prioribus ejus mensibus Theodosium Constantinopoli fuisse certum, peractam esse.

V.

Contrariæ sententiæ favere videtur Chrysostomus Homilia 20. ad Populum, ubi ait, *Flavianum Episcopum Antiochenum, cum a Theodosio Antiochenibus veniam impetrasset, ab eo petiisse, ut filium Antiochiam mitteret; eique*

Theo-

dem ad fores Prætorii totos dies excubasse, ut si qui ducerentur ad supplicia, eriperent e carnificum manibus; sed illud plane significare voluerit, ea diligentia celerius opus impletum, decretaque legatione, eosdem tamquam aves quam citissime e civitate convolasse in solitudinem, inanes auras omnium ore jactatæ gloriæ evitantes; quod Christianorum philosophorum tantum mos est. Quatriduum in ea actione insumptum esse, idem Chrysostomus alibi affirmat, dum de concessis a Judicibus ad Principem adeundum induciis homiliam ipse tunc ad populum habuit; qua illius quatridui concinnans historiam, eamdem posterorum memoriæ voluit commendasse, quam par est hic eodem texturæ filo connectere. Quis non libenter audiat vera certaque a tanto auctore descripta, qui & oculis cuncta spectavit, & his qui interfuerunt tunc eadem in memoriam revocavit, sic exorsus (*a*)?

(*a*) *Chrys. ad pop. Antioch. hom. 13.*

XIII. *Chrysost. singulis diebus concionatur.*

Ab eodem principio & iisdem proœmiis quibus heri & nudius tertius cœpi, & hodie incipiam; dicam & nunc: Benedictus Deus. Quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens? Quanta in illo obscuritas tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in civitate tribunal illud & omnium corda conquassavit, & noctem fecit diem nihilo esse meliorem, non radiis obtenebratis, sed tristitia & timore oculos offuscantibus vestros. Ut igitur & nos majorem capiamus voluptatem; pauca eorum quæ tunc acciderunt, commemorare volo. Et vobis enim & posteris omnibus utilem horum esse video narrationem; quoniam & de naufragio salvatis jucundum est fluctuum meminisse & tempestatis & ventorum, postquam in portum navigaverint; & valetudine detentis desiderabile post ægritudinem, febres, per quas paulo minus ad mortem venerunt, aliis enarrare. Cum enim gravia præterierint, voluptatem habet eorum commemoratio, anima non amplius formidante, sed majorem capiente delectationem: continua enim præteritorum malorum memoria præsentem tranquillitatem diligentius cognosci facit.

XIV. *Quale exhibitum triste spectaculum.*

Postquam enim civitatis major pars præ timore & comminatione illa ad deserta & fauces montium & occulta locorum transmigravit, metu ipsos undique cogente: inanes quidem mulieribus erant domus, vacuum vero viris forum: vix autem duo vel tres euntes in medio sese videbant, & ipsi tamquam animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum judiciale gestorum finem visuri; & collectas Civitatis reliquias videntes, illud omnium maxime admirati fuimus, quod multitudine circa fores morante, tamquam præsente nemine, silentium erat profundissimum, omnibus inter sese respicientibus, & nemine assistentem interrogare, aut quicquam audire ab illo audente. Proximum enim quemque suspectum habebat; quoniam multi jam præter omnem spem ex medio rapti foro intus coercebantur. Et omnes communiter in cœlum aspiciebamus, & manus extendebamus cum silentio, superne subsidium expectantes, & Deo supplicantes, ut judicandis adesset, & judicantium corda mulceret, & mitem faceret sententiam. Et sicut qui naufragantes e terra vident, accedere quidem & manum porrigere, & ærumnam relevare non possunt, cum undis arceantur; extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extendentes, & lacrymantes, Deum orant, ut assistat fluctuantibus; ita & hic tacite omnes Deum mente invocabant, petentes, ut ad tribunal velut in fluctus adductis, manum porrigeret, nec sineret navigium submergi, nec in extremum, naufragium judicantium solveret judicium. Et hæc quidem erant pro foribus.

XV. *Humanæ calamitatis exemplum.*

Postquam vero interiorem aulam introivimus, rursus alia his terribiliora vidimus, milites armatos ensibus & clavis, & multam interius judicantibus quietem præstantes. Quoniam enim necessarii illorum omnes, & uxores, & matres, & filiæ ante fori januam constiterant, ut si eveniret quempiam ad mortem duci, nemo ærumnæ spectaculo accensus tumultum & turbationem ullam faceret, omnes procul arcebant milites, ipsorum mentem pavore præoccupantes. Quod autem omnium maxime miserabile, mater & soror cujusdam, qui intus judicabatur, ad ipsa judicantium

PAGIUS

Theodosius in castris erat, quando Antiochenis pepercit.

Theodosium respondisse: *Orate hæc auferri obstacula, hæc bella extingui; & ego veniam omnino.* Insuper Chrysostomus Homilia 17. ad Populum, loquens de literis a Solitariis in favorem Antiochenorum ad Theodosium scriptis, ait: *Literis nunc lectis in castris omnes ipsorum magnanimitatem admirabantur.* Et infra de Sacerdotibus, qui animi magnitudinem in eadem causa ostenderant, inquit: *Et alius quidem in castra se contulit, paratus, nisi Regi persuaderet, mori.* Unde inferri posse videtur, seditionem Antiochenam hoc anno contigisse, dum bellum adversus Maximum Tyrannum pararetur. Verum, cum varia bella Theodosius gesserit, præfata loca de alio quopiam bello, quam de eo, quod contra Maximum gestum, intelligenda sunt. Cum nullus Historicus qui extet, Theodosii Vitam scripserit, quod bellum anni præcedentis initio gestum fuerit, scire non possumus. Certe exercitus, quem *Theodosius* adversus *Maximum* duxit, non Constantinopoli sed Thessalonicæ coactus fuit, ut ex Zosimo laudato liquet. Et tamen *Flavianus* statim post seditionem Antiochenam ad Theodosium venit, ut ostendit Baronius, eumque Constantinopoli allocutus est, & gratiam Antiochenibus impetravit, ut testatur Chrysostomus Homilia 20. ad Populum. Sic quæ mox adducta ex literis Solitariorum, intelligenda de castris, quæ prope Constantinopolim erant; non vero de iis, quæ Thessalonicæ extabant.

Baron. n. XXV.

Theo-

tiam vestibula jacebant, se humi sternentes, & communc omnibus factæ circumstantibus spectaculum, oculos velatæ, & tantum duntaxat erubescentes, quantum calamitatis necessitas permittebat; neque aderat ipsis ancillula, non vicina, non amica, non ulla necessariarum ulla; sed solæ cum vestibus abjectis in medio tot militum assumptæ, per humum se trahentes circa ipsas fores, interius sedentibus graviora patiebantur, carnificum vocem audientis, verberum sonitum, cæsorum luctum, tremendas judicantium minas; & per flagellatorum singultum gravioribus quam illi doloribus hæ conficiebantur.

XVI. Timor omnes exagitat Antiochenos.

Quoniam enim in illorum testimoniis criminum proditio periclitabatur; sicubi quempiam flagellari, ut reos dicerent, sentiebant, & ululare; in cœlum respicientes, Deum orabant, ut illi fortitudinem & tolerantiam daret, ne suorum necessariorum salus proderetur, aliorum infirmitatibus acrem verberum dolorem ferre non valentium. Et tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat: sicut enim illi si quando undæ impetum videant eminus insurgentem & paulatim crescentem & navem submergere minantem, etiam priusquam ipsi propior fiat, præ timore mortui sunt; sic & illæ si quando voces & ululatus audiebant emitti, veritæ ne tormenta fugientes qui testimonium dicere cogebantur, contra necessariorum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes videbant. Et erat cernere intus tormenta, extra tormenta; illos nempe carnifices, has vero naturæ torquebat imperium & viscerum compassio; & intus luctus, & extra luctus: intus eorum, extra necessariorum. Immo vero non ipsi tantum, sed & ipsi judicantes corde lugebant, & omnibus graviora patiebantur, tam acerbæ calamitati ministrare coacti.

XVII. Lugubre spectaculum.

Ego autem assidens, & hæc cernens, quod mulieres & virgines thalamis assuetæ, nunc commune cunctis spectaculum factæ sunt, & molli assuetæ strato, terram pro strato nunc habent; & tantum nactæ obsequium ancillularum, eunuchorum, & reliquæ totius vanitatis, nunc omnibus illis privatæ, ad omnium pedes prosternuntur, singulos orantes, aliquid judicandis ea auxilium conferre, & communem aliquem misericordiæ quæstum omnibus fieri; illud dixi Salomonis (a): Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Videbam enim & hoc ipsum, & aliud verbum ad ipsa pervenisse opera, quod dicit (b):* Omnis gloria hominis tamquam flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos. *Etenim divitiæ tunc, & generositas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia vitæ adjumenta redarguebantur, peccato & iniquitate commissa omnem hanc opem subvertente.* Hæc & alia tunc Chrysostomus philosophatus, cum & illud quoque novissimi omnium tribunalis judicium ex præsentis imagine mente agitaret; qui & post alia hæc subdit:

(a) Eccle. 1.

(b) Isaia 40.

XVIII. Nobiles Antiocheni quæ passi.

Atqui civitatis primarii, qui tunc judicabantur, erant, & ipsum nobilitatis caput. Attamen læti fuissent, si quis eis dedisset, ut amittentes omnia, & si oporteret ipsam libertatem, præsenti vita potirentur. Die vero jam exacto, profundissimoque facto vespere, cum judicii finis expectaretur, in majori erant omnes anxietate, & a Deo petebant dilationem aliquam & prorogationem fieri, & judicantium animo immittere, ut ad Imperatoris sententiam referrent exquisitorum cognitionem: fore enim fortasse aliquod bonum ex hac dilatione. Et communes a populo supplicationes ad benignas Dei aures emittebantur, ut salvaret reliquias civitatis, nec ipsam a fundamentis penitus eversam negligeret. Nec videre licebat quemquam non hæc cum lacrymis clamantem.

XIX.

Verumtamen nihil propterea Judices interius causas audientes tunc inflexit; sed unum solum respiciebant, ut diligens commissorum quæstio fieret: & postremo catenis injectis ipsos in carcerem per medium forum agebant, homines equos domi alentes, bravia proponere solitos, aliaque innumera valentes clariora numerare officia: & substantias populabantur, & in omnium foribus proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum uxores paterna domo ejectæ, singulæ illud uxoris Job per opera implebant: domum enim ex domo, & locum ex loco circumibant, diversorii indigentes; nec enim hoc ipsum erat ipsis fa-

PAGIUS VI.

Maximus a Theodosio debellatus.

Theodosius *Thessalonica* adversus Maximum movens, in Macedonia *Stobis* iter promovit, ubi datæ ab eo Leges Cod. Theod. 15. *De Hæreticis*, & 2. *de his, qui super Religione contendunt*; prior, *XVIII. Kal. Jul.* posterior, *XVI. Kal. Jul.* Inde *Scupos* venit, quæ urbs alias Mœsiæ superioris in confinio Macedoniæ, nunc Italis *Scopia* dicta, ibique dedit Legem Codicis Theodosiani 119. *De Decurionibus*, XI. Kal. Jul. Post Macedoniam emensa Pannonia, Noricoque, (ubi duobus præliis, uno *Sysciæ*, altero *Petavione*, eos, qui Maximi partes tuebantur, devicit, *Hemonamque* ultro se dedentem accepit) in Italiam sese contulit adversus Maximum Tyrannum, ut narrat Zosimus lib. 4. pag. 760. Ait Baronius, Maximum prælio *Sysciensi* adfuisse. Sed in Panegyrico Pacati cap. 34. ubi prælium illud ad Savam fluvium habitum describitur, legitur: *ipsum illum vexillarium sacrilegæ factionis avidis gurgitibus absorbuit*, (nempe Sava fluvius) *& ne morti sepultura contingeret, cadaver abscondit*. Quare, cum Dux illius exercitus in eo conflictu aquis submersus fuerit, dici non potest, *Maximum* eidem præfuisse. Maximus relicta Gallia, superatisque Alpibus Cottiis, ad Julias Alpes se-

se

facile reperire, unoquoque timente, & tremescente quempiam reorum necessariorum suscipere & cura habere. Verumtamen tot illata passi, omnibus his contenti erant, quoniam vita non exciderant præsenti. Et neque pecuniarum mulcta, neque ignominia, neque tanta traductio, neque quodcumque aliud hujusmodi ipsos mordebat. Calamitatis enim magnitudo, & majora his patiendi expectatio eorum animos philosophari tantum effecit, Hæc Chrysostomus.

XX.

Accidit tunc etiam, ut cum omnes repentinæ mortis faucibus deglutiri ex Principis furore timerent; inter alios glomeratim universi catechumeni, quorum grandia erant examina (quod abusus adhuc ille vigeret differendi baptismum) ad ecclesiam, ut sacris imbuerentur mysteriis, convenirent, adeo ut eos catechizandi tempus non esset. Meminit horum idem Joannes Chrysostomus, cum postea ista recolens tempora sic ait (*a*):

(*a*) *Chrys. in Act. Hom. 46.*

XXI.

Dicam quod uni familiarium meorum accidit. Iratu aliquando Deo, cum ille admodum juvenis esset, & in diaconorum ordine ministraret, abessetque per illud tempus Episcopus, & nullas presbyterorum curam haberet, sed simpliciter faciebant simul multa millia in una nocte baptizari, & simpliciter baptizabantur omnes nihil scientes. Quod ut ille intellexit, privatim simul centenos & ducentenos docebat; nihil tamen, quam quod ad sacramenta attinebat, ne sic migrarent non initiati. Hoc plerique putabant illum ex ambitione fecisse; verum ille non attendebat sic censentes. Hæc Chrysostomus. Sed quæ hæc absentia Episcopi? de ea modo dicendum.

XXII. De relatione ad Imp. mittenda.

Cum vero eo statu infelicissimo posita esset civitas, & civibus omnibus dira immineret carnificina, singulisque ferme momentis anceps vita cujusque penderet arbitrio Judicum; ecce inter tot tenebras alicujus spei radius insperatus affulsit. Audito nimirum, concessum *a* Judicibus, ut relatio ad Theodosium mitteretur, omnibus in mæroris tenebris versantibus mox inopinata est exorta lætitia: omnes exhilarantur, perinde ac si civitas in tuto collocata esset, cum & ipse Chrysostomus pro gratiarum ad Deum actione eam habuit concionem, cujus exordium est (*b*): *In tempore omnes hodie communiter concinnimus: Benedictus* (*c*) *Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Etenim miranda & opinionem excedentia facta sunt negotia: urbem totam & populum tantum submergi debentem, & sub undas agi, & perdi funditus semel, uno temporis momento ab omni naufragio liberavit. Gratias igitur agamus, &c.* Ubi & post multa superius recensita, quanta id importunitate cum monachis simul sacerdotes exegerint *a* Judicibus, & quali gestierint tripudio, ut acceperunt, docet his verbis (*d*): *Non monachi tantum, verum & sacerdotes eamdem præstiterunt animi magnitudinem, nostramque dispensavere salutem. Et alius quidem in castra se contulit, omnia dilectioni vestræ postponens, & paratus, nisi Regi persuaderet, mori. Alii vero hic remanentes, & eadem cum monachis exhibentes, propriis manibus Judices continentes, non permittentes abire, priusquam de judicii fine promitterent*, nimirum se haud ulterius ad necem sontium progressuros; *& cum renuentes quidem videbant, fiducia multa, & ipsi vicissim utebantur: ut autem annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exosculati, utramque virtutem superabundanter exhibuere, libertatem, & mansuetudinem. Quod enim non superbia esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo maxime demonstravevunt. Rursum quod humilitas non esset assentatio, neque servilitas quædam, nec ex illiberali sententia profecta, præmissa ipsorum fiducia testificata est. Neque hæc sola de tentatione bona lucrati sumus, verum & multam modestiam, mansuetudinem multam. Civitas nobis repente monasterium facta est: non sic illam aliquis ornasset, si aureas in foro statuas erexisset, &c.* Quem vero non nominans, ait, insignem sacerdotem amore populi ad Imperatorem in castra se contulisse: fuit hic Flavianus ejusdem civitatis Episcopus, qui pro populo magno animo atque impensa cura legationem tantam susceperat.

(*b*) *Chrys. ad pop. hom. 57.*

(*c*) *Psal. 71.*

(*d*) *Chrys. hom. ead.*

Melior status afflictis arridet.

XXIII. Pro gratiarum actione homiliæ.

Porro idem Chrysostomus pro gratiis Deo agendis de obtenta dilatione conveniendi Imperatorem, quotidie in Ecclesia populum colligebat, ubi diebus singulis ad eum habuit conciones, quarum prior vel illa habita ponitur, quam sic est exorsus (*e*): *Cum præteritam tempesta-*

(*e*) *Chrys. ad popul. Antioch. hom. 21.*

PAGIUS

se contulerat, ut testatur Pacatus cap. 30. tandemque intra Aquileiam, amisso omni spe imperii, quasi amens resedit, quinto Tyrannidis anno, teste Pacato cap. 14. & Philostorgio lib. 10. cap. 8. inter claustra reductus, ut habet Claudianus in quarto Consulatu Honorii v. 80. Tandem tertio millitari apud *Aquileiam a* Theodosio M. debellatus, capiteque truncatus vel *V. kal. Aug.* ut habet Idacius in Fastis, vel *IV. Kalendas Augustas*, ut Idacius in Chronico, vel *VI. Kalend. Septembris*, ut Socrates lib. 5. cap. 14. habet: *Sed & filius ejus Victor occiditur post paucos dies in Galliis a Comite Theodosii*, inquit Idacius in Fastis. Post eam victoriam Theodosius usque ad annum CCCXCI. in Occidente remansit.

VII.

Baronius fabulosum credit, quod Sozomenus habet, *Flavianum* nempe Antiochenfem Episcopum

ſtatem, & præſentem copito tranquillitatem, non deſino dicere: Benedictus Deus, qui facit omnia, & ipſa tranſmutat, &c. Vel illa cujus eſt idem ferme principium (a), de qua ſuperius. Sequenti vero die eam habuit orationem, quæ ita incipit (b): *Et heri dixi: Benedictus Deus; & hodie hoc ipſum rurſum dicam, &c.* Tertia autem die itidem ad populum ſermonem habuit, cujus eſt illud initium (c): *Ab eodem principia & iiſdem proœmiis, quibus heri & nudius tertius cœpi, & hodie incipiam; dicam & nunc: Benedictus Deus, &c.* Erat hoc Quadrageſimale tempus, cujus ſecunda hebdomada expedita, illam habuit concionem, quæ ſic inchoatur (d): *Principis quidem providentiam laudavi &c.* In cujus progreſſu ad finem vergente de abſoluta tunc ſecunda hebdomada Quadrageſimæ meminit: qua quidem oratione populum adhuc timentem corroborat; nam expectatio anceps, quid ab Imperatore referret Epiſcopus, nonnihil eorumdem animum excruciabat: qua etiam homilia & in eos idem ipſe Chryſoſtomus vehementius invectus eſt, quod neſcio a quo Gentili de conſolatione orationem audiſſent, quaſi non ſufficiens eſſet Eccleſia Chriſti ea docere; unde commotus, eos in primis urget his verbis: *Pro vobis autem erubui & confuſus ſum, quod exterioris poſt multas prolixoſque ſermones illos conſolationis indiguiſtis. Optavi mihi terram dehiſcere & immergi, quando ipſum vobis loquentem audiebam, & intempeſtivam hanc & irrationabilem timiditatem conſolantem. Non enim vos ab illo doceri oportebat, ſed infidelibus vos præceptores omnibus fieri; nec ab infidelibus judicari Paulus permiſit:* & poſt nonnulla: *Sed neque nunc in me ipſum redire poſſum; ſic animum meum indignatio & triſtitia obſidet. Quis enim non ægre ferret, quis non ſuccenſeret, quando poſt tantam doctrinam Gentilibus opus habuiſtis doctoribus ad exhortandum & perſuadendum, ut præſentem generoſe timorem ſufferretis.* Hæc & alia ibi ipſe. Media autem Quadrageſima in eodem argumento verſatus, decimamoctavam ordine tunc ad eumdem populum habuit homiliam, ut idem ipſo ejus exordio docet. At jam de ipſa Flaviani legatione agamus.

(a) Chryſ. hom. 17.
(b) Chryſ. hom. 12.
(c) Chryſ. hom. 13.
(d) Chryſ. hom. 16.

Non audiendi ſermones infidelium.

XXIV. Suſcepit libens volenſque Flavianus Epiſcopus pro populo Antiocheno ad Theodoſium Auguſtum legationem, adeoque ardenti ſtudio, ut nulla re valuerit præpediri (reliquit enim ſororem extremum agentem ſpiritum) neque ulla ſuæ ſenectutis vel corporis habita ratione (ut ait Chryſoſtomus (e)) ſe accinxit ad iter: quando relicta Eccleſia paſtore vacua, idem Chryſoſtomus eam ad populum habuit homiliam, quæ ita incipit: *Quando ad ſedem hanc derelictam & magiſtro vacuam reſpicio, gaudeo ſimul & lacrymo: lacrymo quidem, quod præſentem non video patrem: gaudeo autem, quod pro ſalute noſtra profectus eſt, & tantum abiit populum a furore Regis erepturus, &c.* Pluribus eos hortatur, ut precibus apud Deum agant pro Legato Epiſcopo, & ea quam ſuſcepit legatione; atque inter alia: *Supplicemus igitur ipſi, & ad ipſum legationem mittamus: & Regis animum penitus corripiet, & ab omni nos inſtanti anguſtia liberabit. Pater illic legationem obit; nos hinc ad cælorum Regem mittamus legationem, ipſum precibus adjuvemus. Multum Eccleſiæ communio poteſt, ſi anima dolente, ſi corde contrito preces emittamus.* Hæc ipſe.

De legatione Flaviani ad Imp.

(e) Chryſ. hom. 3. ad pop. Antiochen.

XXV. Contigit autem profectio Flaviani Antiochia, ſimulac dirum illud a civibus facinus fuerat perpetratum: nam in via invenit, qui ad judicandam eam cauſam vindicandamque contumeliam mittebantur ab Imperatore Antiochiam. Declarat id quidem ipſe Chryſoſtomus, cum Flaviani progreſſum legationis ita deſcribit (f): *Poſtquam enim ex urbe egreſſus eſt, omnes in tanta relinquens triſtitia, multo graviora patiebatur, quam qui in ipſis erant moleſtiis. Primum nempe nactus in via media ad geſtorum examinationem à Rege miſſos, & ab illis doctus quorſum eſſent miſſi, & mala civitatem invaſura, tumultus, turbationes, fugam, timorem, anxietatem, pericula cogitans, lacrymarum fontes emittebat, cum viſcera ipſi diſſecarentur. Patribus enim mos eſt multo magis dolere, cum filiis ſuis male habentibus nec adeſſe poſſint; quod & pientiſſimus hic paſſus eſt; non mala tantum nos invaſura deplorans, ſed & quod nobis hæc patientibus procul abeſſet. Verum & hoc pro noſtra ſalute factum eſt.*

Flavianus occurrens magiſtratibus qualiter affectus.

(f) Chryſ. ad pop. hom. 20.

XXVI. *Ut enim ab illis hæc didicit, calidiores lacrymarum fontes emittebat, & cum majori ſupplicatione ad Deum confugit; & no-*

PAGIUS

Flavianus veniam impetrat Antiochenſibus.

pum perſuaſiſſe adoleſcentibus ad menſam Imperatoris canere ſolitis, pronuntiare cantilenas, quæ in Antiochenſium ſupplicationibus erant, quia, inquit Baronius, Chryſoſtomus Homilia 20. ad Populum ea de re non loquitur. At Chryſoſtomus in ea Homilia illa tantum pro concione Antiochenſibus narravit, quæ ipſe a quodam qui præſens fuerat, cum Flavianus Theodoſium Magnum allocutus eſt, acceperat. Quare, cum jam Antiocheni cantilenas illas ad Theodoſium placandum pronuntiatas eſſe ſcirent, opus non erat, ut in narrationem ſuam Chryſoſtomus peculiare illud factum infereret. Ad hæc, redarguit Baronius Zoſimum, quod ſcripſerit, Libanium una cum Hilario pro ſalute civitatis Legationem ſuſcepiſſe

Baron. n. XXIV. & ſeqq.

Adventus Flaviani ad Theodosium.

& noctes insomnes ducebat, supplicans, ut hac patienti succurreret civitate, & ut Regis mentem redderet mitiorem. Ut vero magnam civitatem illam ascendit, & regias ingressus est aulas, procul a Rege constitit mutus, lacrymans, deorsum inclinatus, latitans, tamquam ipse esset qui omnia illa patrasset. Hoc autem faciebat, habitu, aspectu, luctibus prius movere volens ipsum ad misericordiam, & tum defensionem pro nobis incipere: Sola namque peccantibus relinquitur venia, tacere, & nihil pro gestis loqui. Volebat enim passionem hanc quidem ejicere, hanc vero introducere; rejicere quippe iram, tristitiam autem relinquere, ut ita viam prapararet defensionis verbis: & paulo post: *ipsum itaque Rex conspicatus lugentem, & deorsum inclinatum, accessit ipse, & quod patiebatur propter sacerdotis lacrymas, hoc verbis ostendit; non enim indignantis, nec irascentis verba fecit, sed dolentis, non succensentis, sed marentis, & dolore magis detenti: & quod hoc sit verum, ipsa audientes verba scietis.*

XXVII. Quæ Theodosius ad Flavianum.

Non enim dixit: Quid tandem hoc est? pro hominibus scelestis & sceleratissimis, & quos nec oportuit vivere, venis legationem obiens tyrannis, innovatoribus, omni supplicio dignis? Sed hac omnia dimittens verba, defensionem composuit reverentia plenam & gravitate, & a se collata commemorabat beneficia, quibus per omne regni tempus civitatem nostram prosecutus est: & ad singula hac repetebat: Hac me pro illis pati oportuit? quarum a me injuriarum pœnas exegerunt? quid parvum, quidve magnum accusandum habentes, non me solum, verum, & defunctos contumeliis affecerunt? non valebat animus saturari in vivis? sed nisi sepultos quoque contumeliose tractarent, nil magnum se facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, ut ipsi putant: igitur mortuis parcere, qui nullam intulerunt injuriam, oportebat: non enim & illis hac attribuere valebant. Nonne semper hanc omnibus praposui civitatem, & patria desiderabiliorem esse putabam, & votum mihi continuum erat, urbem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam juramentum? Hactenus Theodosii verba; quibus ipse Chrysostomus mox subinfert orationem quam tunc habuit Flavianus jam longo itinere meditatam, cui deesse non poterat efficax pronunciatio ex intimo cordis dolore prodiens. Subdit igitur idem Chrysostomus:

XXVIII. Oratio Flaviani ad Theodosium pro Antiochenis.

Hic aliquantum ingemens Pontifex, & ferventiores emittens lacrymas, non amplius tacuit, videbat enim Regis defensionem culpam majorem nostram facientem; sed graviter & amare de profundo gemens: Confitemur, inquit, o Rex, nec negare possumus amorem istum, quem erga patriam nostram demonstrasti: & propterea maxime lugemus, quoniam sic amata dæmones inviderunt; & erga benefactorem ingrati sumus visi, & exacerbavimus summopere nos amantem: sive obruas, sive incendas, sive occidas, sive quodcumque aliud facias, nondum dignam de nobis pœnam exegisti: nos ipsos praevenientes innumeris mortibus difficilius afficimus. Quid enim amarius esse possit, quam eum benefactorem, & sic diligentem injuste exacerbantes appareamus? & omnis hoc mundus discat, & extremam ingratitudinem nostram condemnet? Si barbari civitatem nostram incursantes, mœnia diruissent, & incendissent domos, & abductis captivis abiissent, minus erat malum. Quare tandem ita? Quoniam te vivente, & tantam in nos benevolentiam exhibente, spes erat illa cuncta gravia solutum iri, & nos iterum ad priorem formam redituros, & clariorem recepturos libertatem. Nunc autem ablata benevolentia tua, & amoris vinculo violato, quod omni muro nobis erat tutius, ad quem jam confugiemus? quo poterimus alio respicere, tam dulcem dominum & facilem patrem exacerbantes? Ita-

PAGIUS

Baron. n. XI.

pisse ad Theodosium; quod Chrysostomus Homilia 17. ad Populum Philosophia exprobret, quod universi civitatem omnino deseruerint. Additque Baronius, jam hoc tempore Libanium vita functum esse. Sed non legerat doctissimus Cardinalis Orationes 22. & 23. Libanii ad Theodosium M. quarum prior est de seditione Antiochena; posterior de reconciliatione, quæ tamen ejus tempore typis Germanicis excusæ erant. Vivebat itaque hoc tempore *Libanius*, qui cum in Vita suo asserat, se Joviano imperante natum fuisse *annos quinquaginta*, præsenti anno ad septuagesimum quartum ætatis annum pervenerat. Unde verum est quod Eunapius in Libanio scribit, hunc in summa senectute obiisse.

VIII.

Cum itaque Chrysostomus Homiliam illam 17. ad Populum intra hebdomadam secundam Quadragesimæ habuerit, (neque enim Homiliæ illæ ad populum Antiochenum in operibus D. Chrysostomi sine confusione digestæ) ex præfata tantum Homilia 17. deducitur, ordinem Decurionum nondum Legatos misisse, cum Chrysostomus Homiliam illam recitavit. Nihil porro impedit, quin Theodosius, qui *Flaviano* Antiocheno Episcopo Antiochensium veniam concesserat, eandem postea Hilario, Libanioque ab Antiochensibus missis rursus annuerit. Sed Zosimus Christianæ Religionis inimicus, quæ Flavianus egit, dissimulat, totamque gloriam in *Hilarium*, *Libaniumque* confert, qui tamen aliqua tantum ex parte in ejus societatem venerant. Cæterum epistola 28. Ambrosii ad Theodosium, in qua de Maximo Tyranno debellato loquitur, perperam a Baronio adducta, ad probandum, seditionem Antiochenam præsenti anno contigisse. Incertum enim an ea epistola hoc anno, quove ex sequentibus data fuerit.

Libanius & Hilarius ad Theodosium legati.

XXIX.

Itaque videntur quidem intolerabilia fecisse, sed magis passi sunt omnium gravissima, ad nullum hominem audentes respicere, nec ipsum spectare Solem liberis valentes oculis, pudore undique palpebras contrahente, & occultari cogente; libertate ipsis ablata, omnibus captivis nunc miserius affecti sunt, & extremam sustinent ignominiam: & malorum magnitudinem cogitantes, & in quantum contumeliæ resilierant, nec respirare possunt, cum omnes terram habitantes in sui vehementem calumniam attraxerint. Sed si velis, o Rex, est vulneri medicina, & tantis malis remedium. Sæpius & in privatis hoc factum est, magnæ & intolerabiles offensiones, magnæ charitatis materia factæ sunt; sic & in natura nostra evenit. Cum enim hominem Deus fecit, & in paradisum induxit, & multo dignum fecit honore; tantam diabolus prosperitatem non ferens invidit, & illum a data expulit dignitate. Sed Deus non tantum ipsum non reliquit, verum & pro paradiso cælum nobis aperuit, hoc ipso & propriam demonstrans benignitatem, & diabolum magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc omnia moverunt dæmones, ut omnium tibi gratissimam civitatem a benevolentia tua separent. Hoc vero tu nunc sciens, pœnam quamvis quidem exigas, priori autem amicitia ne nos extrudas. Sed si & præter opinionem aliquid nunc dicere fas est, etiam nunc inter dilectarum primas ipsam scribe, si modo dæmones hæc operatos vis ulcisci. Si nempe destruas & subruas & deleas; quæ prius ipsi voluerunt, hæc efficies: si vero iram dimittas, & te rursum ipsam amare, sicut prius amabas, confitearis; lethalem ipsis plagam intuleris, & ultimam ab ipsis ultionem exegeris, demonstrans quod non tantum nihil amplius ipsis expeditum est per insidias, verum & cuncta ipsis contra quam volebant, acciderunt. Justus autem fueris hæc faciendo, & civitatem miserando, cui propter amicitiam tuam dæmones inviderunt. Nisi enim ipsam tam vehementer amasses, nec ipsam illi tanta insectati fuissent invidia. Itaque & si mirandum est quod dicitur, est tamen verum, quod propter te & amicitiam tuam hæc passa est. Quot incendiis, quanta subversione sunt hæc verba acerbiora, quæ respondens dicebas? Nunc te contumelia affectum dicis, & pertulisse quæ nullus unquam superiorum Regum.

Agit exemplo.

XXX.

Sed si velis, o humanissime & sapientissime & multa pietate plene, diademate isto clariorem & majorem tibi coronam hæc afferet contumelia. Hoc nempe diadema est, & virtutis insigne, & Dei liberalitatis indicium. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit & sapientiæ tuæ meritum. Nec te tantum omnes admirabuntur propter istos lapides pretiosos, quantum propter victoriam de indignatione superata reportatam laudabunt. Destruxerunt statuas tuas? sed illis clariores restituere tibi licet. Si enim injuriæ auctoribus crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam; non æreas istas in foro erigent, nec aureas, nec lapillis coagmentatas; sed omni materia pretiosiorem stolam indueris, humanitatem scilicet & misericordiam: talem in mente quisque sua te ædificabunt, & tot statuas habebis quot Orbem habitant homines & habitabunt. Non enim nos tantum, verum & post nos futuri, & post illos omnes hæc audient, & tanquam ipsi bene fuerint habiti, sic te admirabuntur & amabunt. Et quod hæc non assentans dico, sed sic erit omnino: antiquum tibi referam sermonem quemdam, ut discas, quod non tantum exercitus, & arma, & pecunia, & subditorum multitudo, & alia hujusmodi splendidos facere Reges consueverunt, quantum animi disciplina & mansuetudo.

Ab honesto argumentum ducit.

XXXI.

Fertur beatus Constantinus, effigie sua quandoque lapidata, multis ipsum instigantibus ad supplicium de auctoribus contumeliæ sumendum, & dicentibus quod omnem ipsius faciem saxis convulnerassent, manu faciem palpans & leniter ridens, dixisse: Ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reveriti, & confusi, ab hoc iniquo desistere consilio. Et hoc verbum hactenus canunt omnes, nec tantum temporis labefecit, aut hujus sapientiæ memoriam extinxit. Quot non sit hoc trophæis splendidius? Multas urbes ille condidit, & multos barbaros superavit; sed meminimus illorum nihil: hoc autem verbum usque ad præsentem diem canitur, & posteri nostri & posteri illorum omnes id ipsum audient. Nec hoc solum est admirandum quod audient, verum etiam quod laudibus & faustis verbis prosequentur, dicentesque laudabunt, & audientes grato suscipient: nec ullus est, qui hoc audiens, silere possit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet, & innumera ipsi vel defuncto bona precetur. Quod si propter illud verbum apud homines tanta potitus est gloria, quot apud benignum Deum coronas assequetur?

Persuadet exemplo Constantini.

XXXII.

Quid autem opus est Constantinum & aliena exempla commemorare, cum te de propriis, & meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solemnitate hac, nempe Paschali, superveniente, per totum Orbem terrarum epistolam misisti, jubentem carcere detentos dimitti, & ipsis ignosci crimina; & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus per litteras dicebas: Utinam mihi liceret, & defunctos revocare & resuscitare & ad priorem vitam reducere. Horum nunc reminiscere verborum. Ecce tempus defun-

Convinci legibus ipsius.

ctorum revocandorum & resuscitandorum & ad vitam reducendorum pristinam. Et hi namque jam mortui sunt, prinsquam judicium proferatur, & ad ipsas tartari fores jam nunc civitas collocata est; ipsam igitur inde resuscita sine pecuniis, sine impendio, sine tempore & omni labore. Tibi namque satis est, tantum loqui, & revocare civitatem in tenebris jacentem. Nunc ipsam jube ab humanitate tua posthac appellari. Nec enim tantam habebit gratiam illi qui ab initio se condidit, quantam sententia tua, nec immerito. Ille enim principio ipsi dato recessit; tu vero auctam & magnam factam & post multam hanc tranquillitatem destructam resuscitabis. Non erat tam mirandum, si hostibus ipsam capientibus, & barbaris populantibus, a periculo liberasses, quam est mirabile nunc pepercisse: illud enim sæpe multi fecere Reges, hoc autem tu solus operaberis, & primus præter omnem expectationem. Est illud quidem minime mirandum, nec præter opinionem, sed est quotidianum opus subditis prodesse: quod autem tot & talia passus iram deponas, hoc omnem naturam excedit humanam.

XXXIII. A religione argumentum ducit.

Cogita quod nunc non de civitate tantum illa tibi consultandum est, verum de gloria tua, magis vero de Christianitate tota. Nunc & Judæi & Græci, & omnis terrarum Orbis, & barbari (etenim & illi hæc audierunt) ad te respiciunt, expectantes ut videant, qualem de gestis sententiam ferat; nempe, si humanam protuleris & mitem, omnes decretum laudabunt, & Deum glorificabunt, & inter se dicent: Papa, quanta Christianitatis potentia! hominem super terram habentem æqualem neminem, omnia delendi & corrumpendi dominum cohibuit & refrenavit, & docuit philosophiam, quam nec homo privatus exhiberet. Vere magnus Christianorum Deus, qui ex hominibus Angelos facit, & omni necessitate naturali superiores constituit.

XXXIV. Removet contraria argumenta.

Ne namque superfluum timorem illum timeas, nec toleres quosdam dicentes, quod reliquæ civitates pejores erunt, & hac non punita, imperium tuum magis contemnent. Si enim ad insurgendum fuisset impotens, & hæc operati te vi superassent, & par esset potentia, congrue suspicari hæc oportebat. Si vero pavefacti, præque timore præmortui sunt, & ad tuos per me currere pedes, nec aliud quotidie expectant, quam barathrum, & supplicationes faciunt communes, in cælum respicientes, & Deum venire supplicant, & simul nobiscum legationem attingere, & sicut in extremis constituti, de propriis quisque suis consideravit; quo modo non superfluus hic timor? Si jugulari fuissent jussi, tanta passi non fuissent, quanta patiuntur, nunc, tot diebus in timore & tremore viventes, & supervemente vespere, auroram videre non expectantes, & die orto, ad vesperam pervenire non sperantes: multi & in feras inciderunt, dum sectantur deserta in invia translati, nec viri tantum, verum & pueruli parvuli, & mulieres liberæ & decoræ per multas noctes & dies in speluncis & convallibus & deserti foraminibus latentes. Et novus captivitatis modus civitatem detinet; ædificiis & muris stantibus, incensis civitatibus graviora patiuntur; nullo incumbente barbaro, nec hoste apparente, captis miserius disposite sunt; & solum folium si moveatur, omnes ipsos per singulos terret dies, & hæc omnes sciunt. Et si subversam ipsam vidissent, non sic essent castigati, ut nunc qui has ipsius audiere miserias. Ne igitur hoc cogites, quod pejores sint futuræ civitates reliquæ. Non enim si civitatem evertisses, sic eos castigasses, ut nunc per incertam futurorum expectationem omni supplicio vehementius ipsos puniens.

XXXV. Ex honesto & utili persuadet.

Ne igitur ipsis ulterius calamitates producas, sed iam respirare concedas. Subditos nempe castigare, & gestorum exigere pœnas, facile penitus & promptum: his vero qui contumelias intulerunt, parcere, & his qui venia patraverunt indigna, veniam dare, unius vel vix alterius est, & maxime cum Rex sit contumeliam passus. Et civitatem quidem metu subdere, facile; omnes autem amatores constituere, & persuadere, ut in regnum tuum se benevole habeant, & non tantum communes, verum & privatas pro tuo preces Imperio faciant, difficile: licet infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus moveat, & quicquid operetur, non facile tot hominum affectionem ad se ipsum attrahere poterit; quod nunc tibi facile erit, & leve: nam & beneficiis affecti, & qui audierint pariter cum beneficio affecti erga te benevole disponentur. Quot pecuniis emisses, quot emisses laboribus, brevi temporis momento totum Orbem acquirere, & omnibus futuris persuadere, ut quanta filiis suis optant, tanta & capiti tuo optarent? Si autem ab hominibus hæc; cogita quantam a Deo capies mercedem non tantum eorum quæ nunc fiunt, verum & quæ post hæc ab aliis expedientur. Si umquam enim contingat fieri tale quid, quale nunc factum est (quod Deus avertat) & injuriam passorum aliqui in contumeliam operatos insurgere velint; benignitas & sapientia tua pro omni ipsis erit disciplina & admonitione; & erubescentes confundentur, tale disciplinæ exemplum habentes, inferiores apparere. Itaque omnium posterorum eris præceptor, & palmam ipsis præripiet, licet ad ipsum philosophiæ verticem perveniant: non enim par est, quempiam tantam incipere benignitatem primum, & ad alios respicientem, ab illis elaborata imitari.

XXXVI.

Quocirca quicumque post te humanitatem

A pietate arguit.

tem & mansuetudinem quantamcumque exhibuerint, ita cum illis mercedem accipies. Qui enim radicem præbuit, hic utique & fructuum auctor est. Propterea nunc quidem nemo tecum humanitatis mercedem partiri potest: tuum enim solius meritum est. Tu vero cum omnibus posteris, si qui tales umquam appareant, ex æquo meritum dividere poteris, & tantam reportare partem, quantam in discipulis præceptores. Et si nemo talis fuerit, rursum tibi commendationes & laudes per singulas provenient generationes. Considera namque, quale sit, posteros omnes audire, quod tam magna civitate facta pœnæ & ultioni obnoxia, pavefactis omnibus, & horrefactis Ducibus & Præfectis & Judicibus, & ne vocem quidem pro miseris illis rumpere audentibus; unus accedens senex Dei sacerdotium gerens, ex ipso aspectu solo & nudo occursu ad reverentiam Imperatorem movit: & quod nemini suorum concessit, uni hoc seni concessit, Dei leges reveritus. Etenim hoc quoque ipsa non te parum, o Rex, civitas honoravit, quod me ad te Legatum misit: sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerunt, quod omni principatui tibi subjecto Dei sacerdotes præhonoras, etsi viles esse contingat. Non ab illis vero tantum nunc venio, verum & ante illos a communi Angelorum Domino missus sum, ut hæc dicam mitissimæ & benignissimæ animæ tuæ: quod si hominibus ipsorum peccata dimiseritis, & Pater (a) cælestis lapsus vestros vobis dimittet.

(a) Matth. 6.

XXXVII. Flavianus perorat.

Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus. Cogita quod etiam si quid tibi peccatum est, omnes abluere prævaricationes per judicium & sententiam istam poteris absque laboribus, absque sudoribus. Alii nempe Legati aurum & argentum & alia hujusmodi dona ferunt: ego vero cum sacris ad regnum tuum legibus veni, & pro donis omnibus has prætendo, & te Dominum tuum imitari supplico; qui quotidie a nobis contumeliam patiens, non cessat bona sua omnibus ministrare. Et ne confundas spem nostram nec promissiones redarguas. Etenim & hoc cum aliis te scire volo, quod si reconciliari velis, & pristinam civitati benevolentiam communicare, & hanc remittere justam indignationem, cum multa revertar fiducia: si vero mente tua civitatem aspernetis, non tantum ipsam non ascendam, nec ipsam solum videbo, verum & in reliquum negabo, & in aliam me civitatem conscribam. Ne mihi namque accidat in illam umquam adscribi patriam, erga quam humanissimus tu & hominum cunctorum mitissimus pacari, reconciliarique non eligas. Hactenus ex Flaviani oratione Chrysostomus, qui & subdit:

XXXVIII.

Hæc & his plura locutus, sic Regem confudit, ut idem fieret quod & in Joseph contigit olim fieri. Sicut enim ille tunc fratres conspicatus, lugere quidem volebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem interrumperet; sic certe & Rex lacrymabat quidem mente, non demonstrabat autem propter omnes præsentes, nec tamen usque in finem æstam celare potuit, verum & invitus redarguebatur. Post hanc enim concionem secundis non opus habuit verbis, sed unum solum locutus est verbum, quod ipsum diademate multo magis ornavit. Quod autem hoc? Et quid admirabile & magnum est, si his qui nos contumeliis affecerunt, iram remittamus hominibus existentibus, cum & ipsi homines simus? cum mundi Dominus in terram descendens, & propter nos servus factus, & a beneficio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis Patrem oraverit, dicens (b): Ignosce illis; non enim sciunt quid faciunt? Quid igitur admirabile, si nos conservis ignoscamus? Et quod hæc verba non fuerit simulatio, demonstrarunt quidem & reliqua opera, nec his minus illud quod nunc sum relaturus.

Theodosius persuasus.

(b) Luca 23.

XXXIX. Flavianus dimittitur.

Ipsum enim hunc sacerdotem secum communiter hanc solemnitatem celebrare volentem, invitum properare & festinare coegit, & se Civibus exhibere: Novi, inquit, quod nunc ipsorum sunt animi perturbati, & multæ supersunt calamitatis reliquiæ. Abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec præteritæ reminiscentur tempestatis, verum & ipsam tristium memoriam omnem delebunt. Ut autem institit Pontifex petens ut filium suum mitteret; volens ille manifeste demonstrare, quod omnem penitus iram mente deterserat: Orate, inquit, hæc auferri obstacula, hæc bella extingui, & ego veniam omnino. Quid anima illa mitius esse possit? Confundantur Gentiles de reliquo: quinimo non confundantur, sed erudiantur, & propriam omittentes errorem, ad Christianitatis virtutem redeant, nostram a Rege & Pontifice doctam philosophiam. Hæc ipse.

XL.

Cum igitur constet oratione Flaviani Theodosium fuisse placatum; commentum puto quod Sozomenus ait his verbis (c): *Persuasit Flavianus adolescentibus qui ad mensam Imperatoris canere solebant, ut eas pronunciarent cantilenas, quæ in Antiochensium supplicationibus erant. Quo facto, ferunt Imperatorem humanitatis affectu perfusum, & misericordia victum, confestim iram posuisse, &c.* Nihil enim prorsus de his Chrysostomus, quæ primo loco fuerant collocanda, sed de Theodosii humanitate sic ipse subdit: *Non enim hactenus tunc substitit piissimus Rex; sed & postquam ex urbe sacerdos exivit, & pertransiit mare, misit ad eum quosdam, sciscitans & satagens ne forte tempus tereretur, & Civitati voluptatem dimidiaret, extra urbem solemnitatem peragens. Quis pa-*

(c) Sozom. lib. 7. cap. 23.

Theodosii cura de celeri reditu Flaviani.

pater mitis tantam de persecutis se contumelia curam egit? Dicam & aliam justi laudem. His enim expeditis, non festinavit, ut alius gloriæ cupidus, ipse literas illam tristitiam solventes deferre; sed quoniam maturius ibat, alium quemdam velociter equitare doctum mandavit prævenire, & bona Civitatis nuncia afferre; ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quærebat, solum erat, non ut ipse veniret bona hæc deferens & voluptatis multæ plena, sed ut ocyus nobis patria respiraret. Quod quidem fecistis, forum coronantes, & lucernas accendentes, & lectos ante officinas componentes, & tamquam nuper Civitate nata, festum agentes. Hæc Chrysostomus; sed quo de lectis ante officinas paratis ait, puto intelligere thoros tricliniarum mensarum parari solitos, in publicis epulis, quas magnæ lætitiæ tempore exhibere majores consueverunt.

XLI. Quod rursum ad hanc rem spectat: de clementia Theodosii non in parcendo tantum, sed quam celerrime veniam impertitam nunciando, Themistius (a) quoque philosophus hæc habet: *Se adeo mitem, benignum, mira quadam animi tranquillitate præditum erga omnes præbet, ut etiam majestatis reos, & convictos, damnatosque ab ipsa legum acerbitate exemerit, & ex Acherontis (ut ita dicam) faucibus ereptos, ad lucem & solem revocaverit.* Et post nonnulla de ejus humanitate ista subdit: *Tu autem non solum eos qui malis aliorum audiendis consiliis aures tantum suas accommodarunt, omni penitus culpa liberandos censes, verum etiam improbis consultoribus pœnam remittis, & condonas. Quo facto cum nullum majus excogitari possit; ego tamen vocem ipsa admirabiliorem emitto.* Subdit idem mox de ejusdem Principis in indulgendo celeritate hæc quæ sequuntur:

(a) Themist. orat. 5.

XLII. *Nam cum nos omnes malorum tolerantiam ac clementiam admiremur; tu ipsius etiam improbas tarditatem. Atque hoc illius est proprium, qui moleste ferat se venia sceleris animadversionem non prævenisse. Neque ea sententia, quam antea tulisti, celerior est ea, quæ postea est consecuta: qua tarditate quid velocius fieri posset? Neque enim paulatim remittis iracundiam; neque reos paulatim timore periculi liberas; neque item judicio jam peracto, quicquam insidet in animo, cujus stimulis ad sumendum de aliquo supplicium compellaris. Sed calculus a diis datus tristiori & acerbo longe antecedat, atque ita repente, ut jucundior illa tua vox, & salutaris prius audiatur, quam funesta & gravis. Memini ipse, me ingenti gaudio ac voluptate fuisse perfusum, cum audirem vocem ab homine ad hominem delatam, atque ea celeritate, ut eam quæ igni fit, significationem longe superaverit; quam ii qui speculantur, accensis facibus, suis ipsorum sociis afferre solent, dum alter alterum vel longe absentem ad sumendum arma excitare, aut de aliqua re alia vult admonere: ex quo illud etiam plerumque accidit, ut salutaris vox tua sublatas jam carnificum manus, suspensosque gladios inhibuerit. Hanc igitur tardam dicamus esse clementiam, cui stricti enses jam capiti imminentes locum dedere?* Et inferius: *An ii fortasse sero & post longinsculum temporis spatium veniam sunt consecuti? An non repente, deposito omni timore, festos dies læti celebrarunt, tamquam ii qui nullius omnino criminis rei extitissent? An non cum antea a terrore perculsi, fronte tristiore essent, pleni spe & fiducia facti sunt? &c.* Intelligis plane puto, Themistium allusisse absque dubio ad Antiochenos majestatis reos (de quibus est sermo) qui periclitantes sub gladio Judicum, indulgentiam sunt consecuti, eaque tanta celeritate potiti, ut qui sub ictu carnificis ingemiscerent, læti tamen Paschale festum peregerint.

XLIII. Nam pervenit Antiochiam ab Imperatore cum ea indulgentia dimissus Flavianus adeo oportune, ut Pascha cum suis magno gaudio celebrarit: quo tempore Joannes Chrysostomus ad populum eam habuit concionem, in cujus exordio hæc habet (b): *A verbo quo semper in periculorum tempore apud charitatem vestram exordiri consueveram, ab eodem inquam & hodie apud vos sermonem incipiam & dicam vobiscum: Benedictus Deus, hanc nos vobiscum sacram solemnitatem cum gaudio & lætitia multa hodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit; & pastorem ovibus, præceptorem discipulis, militibus ducem, sacerdotibus Pontificem. Benedictus Deus, qui ex superabundante facit quæ petimus, aut cogitamus. Nobis enim sufficere videbatur, instantibus malis interim absolvi, & pro hoc omnem faciebamus supplicationem: clementissimus autem Deus & datis petitiones nostras semper multo excessu superans, etiam patrem nobis omni spe celerius reddidit. Quis enim expectasset, quod tam paucis diebus & profecturus, & Regem allocuturus, & soluturus adversa, & rursus ad nos tam brevi reversurus esset, ut sacrum Pascha posset prævenire & nobiscum celebrare? Sed en inexpectatum hoc factum est; & patrem recepimus, & majorem capimus voluptatem, ipsum nunc præter spem suscipiendo. Pro his, inquam, omnibus clementissimo Deo gratias agamus &c.* At de rebus Antiochenis hactenus.

Chrysostomi gratiarum actio in reditu Flaviani.

(b) Chrysost. hom. 20. ad populum Antioch.

XLIV. Hoc quoque tempore, antequam cum exercitu adversus Maximum in Occidentem Theodosius proficisceretur, contigit Constantinopoli conflictus ille ejusdem Impe-

Theodosius urget Olympiadem viduam ad nuptias.

peratoris cum Olympiade vidua clarissima femina, quam nuper orbatam viro conatus est idem Imperator conjungere in matrimonium Elpidio cognato suo Hispano homini. Describitur res gesta memoria quidem digna a Palladio in dialogo, necnon a Leone Augusto in rebus gestis S. Joannis Chrysostomi. Sed antequam de his agamus; quænam qualisve fuerit Olympias ista, dicendum. Titulo sane sanctitatis eadem in publicis tabulis Ecclesiasticis tam apud Latinos, quam Græcos notata reperitur, apud illos XVI. Kalendas Januarii, apud Græcos autem VIII. Kalendas Augusti, & in Menologio quidem hoc elogio: *Vixit hæc sub Imperatore Theodosio, Arcadii & Honorii filiis, Anysii Secundi Comitis filia, neptis Ablavii Præfecti, desponsata Nebridio, cum quo paulum temporis vixit antequam cum eo copula jungeretur, sicque virgo simul & vidua permansit*, &c. Porro Palladius in Lausiacis (*a*) de ipsa agens, Seleuci filiam dicit, quam Græci publicarum tabularum testificatione tradunt (ut dictum est) Anysii Secundi filiam extitisse; sed fortasse pro Secundo Seleucus irrepsit librariorum incuria in Palladium. Hæc ipsa autem cum Ablavii neptis dicatur, illius inquam Ablavii, penes quem summa rerum fuit temporibus Constantini; scimus, Ammiano (*b*) auctore, eidem fuisse filiam nomine itidem Olympiadem, desponsatamque Constanti Augusto, eo autem occiso, eandem nuptui fuisse traditam Arsaci Regi Armeniæ; quem & ipso exordio Valentis Imperii, a Persarum Rege dolose necatum affirmat; quæ superius diximus: quamobrem existimamus eamdem postea nuptam Anysio Secundo, ex quo genuerit hanc, de qua est sermo, Olympiadem juniorem, quam Græci tradunt Ablavii fuisse neptem.

(*a*) Pallad. in Lausiac. cap. 43.

(*b*) Ammian. lib. 20.

XLV. Olympiadis generis claritudo.

Hæc ipsa illa Olympias ad cujus nuptias cum ingens invitata accurrerit Episcoporum multitudo; quod ipse Gregorius Nazianzenus iisdem nuptiis interesse minime valuerit podagra laborans, ad Anysium scripta (*c*) epistola se excusat; sed donum misit omni mundo celebrius ac pretiosius, nempe carmen pareneticum loco epithalamii nuptialis: extat ipsum quidem dignum auctore, & cui missum est, Olympiade clarissima femina. Cum autem hanc constet vivente patre Anysio nuptam fuisse, errore labitur Palladius (*d*), dum ait pupillam traditam matrimonio. Quod vero Græci habeant in Menologio hanc Nebridio nuptui traditam, Palladius (*e*) vero dicat, nurum fuisse Nebridii; conciliari eo modo inter se possunt auctores, ut filio illius Nebridii clarissimi viri sub Constantio Imp. Præfectura Prætorii insigniti, cujus meminit Ammianus (*f*), Nebridio item dicto conjuncta fuerit ma-

(*c*) Gregor. epist. 57.

Nebridius conjux Olympi.

(*d*) Pallad. dialog. de vit. Chrysost.

(*e*) Pallad. in Lausiac. cap. 42.

(*f*) Ammian. lib. 27.

trimonio Olympias, de qua agimus. Hæc autem postquam cum viro suo (ut Palladius habet) viginti tantum menses implesset, illo defuncto locupletissimi hæres patrimonii, cum sic absque aliis nuptiis, Deo vacans, vitam tranquillam ageret, a Theodosio Imperatore ad secunda vota sollicitatur. Quid vero tunc ipsa; ita Palladius (*g*):

(*g*) Pallad. in dialog. Vita Chrysostom.

XLVI.

Audi, inquit, majorem ipsius quoque virtutem. Pupilla namque conjuncta viro, permissa non est a præscio omnium Deo, qui hominum prævidet exitus, carnis servire voluptati, viginti integros menses viro ejus mature subtracto. Fertur autem virgo esse: nam (*h*) *Apostolicæ legi renuit servire dicenti: Volo adolescentiores viduas nubere, matres familias esse; & quidem cum & genere & opibus, & eruditione singulari & ingenio liberali & forma & ætatis flore præcelleret, sed Dorcadis in morem, sæculi connubii laqueos constanti voluntate transiliens. Justis enim lex posita non est, sed non subditis, profanis, & qui corruptela inexplebiliter inhiant.*

(*h*) 1. Tim. 5.

XLVII. Olympiadis certamen cum Theodosio.

Contigit autem diaboli invidia, ut hujus immatura viduitas ad aures Theodosii Principis perveniret. Qui hanc Elpidio cuidam cognato suo Hispano conjungere in matrimonium cupiens, cum post plurimas preces id obtinere nequivisset, tristabatur. Ad quem illa: Si, inquit, me vellet Rex meus copulari viro, numquam priorem mihi abstulisset: Quoniam autem me parum idoneam conjugali vita cognovit, viroque placere minime valentem, & illum jugali vinculo absolvit, & me gravissimo jugo virilis servitutis eripuit, suave continentiæ jugum cervicibus meæ mentis imponens. Hoc responso accepto, Theodosius Præfecto Urbis mandavit, ut omnem ejus substantiam custodiret, quousque trigesimum ætatis implesset annum. Ille accepta procuratione regia, eam adeo vexabat ab Elpidio submissus, ut nullam haberet facultatem vel cum insignibus Episcopis congrediendi, vel ecclesiam ipsam ingrediendi; ut his angustiis coacta, præ angore animi, conjugalem eligeret vitam. Illa e contra his oblectata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ita rescripsit.

XLVIII.

Et Imperatori debitam, & congruam Episcopo virtutem in me humilem ostendisti, mi Domine, mandans grave onus meum custodire; cujus me dispensationis cura macerabat. Erit autem gratius, si jusseris id pauperibus & Ecclesiæ dividi. Ego enim jamdudum a vanitate, quæ solet, ex hac largitione subsequi, metuebam, ne terrenis implicita negligerem divitias naturales. Ita Olympias ad Theodosium: eadem ferme cuncta Leo Augustus de ipsa in rebus gestis Chrysostomi habet. Porro res Olympiadis ipse Theodosius hoc anno pro-

fi-

scisceus cum exercitu contra Maximum hoc statu reliquit. Quid autem reversus egerit, idem Palladius sic enarrat: *Theodosius ita postmodum reversus a bello, quod contra Maximum feliciter gesserat; cum illius tolerantiam, laboremque comperisset; in sua eam libertate esse jussit.* Hæc ipse.

XLIX.

Olympias quomodo virgo dicta.

Quod vero eamdem Olympiadem ferme omnes virginem prædicent; audi quid ad ipsam scribens dicat Chrysostomus (a): *Nec vero*, inquit, *sermones meos propterea carpe, quod te in virginum chorum & classem adscripserim, quæ in sanctarum illarum chorea vixisti: sæpe enim me tum privatim, tum publice audisti, cum quæ virginitatis definitio esset, explicarem; illudque contenderem, nihil umquam impedimento fore, quo minus ea in virginum numerum & ordinem referretur, immo etiam eos longo intervallo superaret, quæ in cæteris rebus ingentis philosophiæ specimen edidisset. Eaque de causa Paulus* (b) *etiam, cum virginem describeret, non eam dumtaxat, quæ matrimonii virilisque concubitus expers esset, virginem appellavit, verum etiam ipsam, cui ea quæ ad Dei cultum pertinerent, curæ essent.* Subdit de decem virginibus Christi parabolam, qua virgines prudentes non tam corporis integritate, quam incorruptione morum & bonorum operum luce definiuntur, distinguunturque a virginibus fatuis. Quibus plane videas ipsum Joannem Chrysostomum postremum tribuere Olympiadi virginitatis genus potius, quam primum.

(a) Chrys. ep. 2. in addit.

(b) 1. Cor. 7.

L.

Olympiadis vitæ institutum.

Hac autem in sua in omnibus potestate relicta, quodnam initum prosecuta fuerit vitæ genus idem Palladius ita subdit: *Abstinet illa quidem animatis omnibus, balneasque numquam adit. Quod si infirmitatis necessitas urgeat (crebris enim passionibus & morbis atteritur) induta camisia descendit in aquas: veretur enim (ut ajunt) & se ipsam*: paulo vero post: *Scio*, inquit, *hanc sanctum Nectarium Episcopum* (c) *Constantinopolitanum plus fuisse admiratum, adeo ut in Ecclesiasticis quoque rebus mulieri obtemperaret. Amphilochium vero Iconii Episcopum, & Optimum Præsulem in Ponto, & Petrum Sebastiæ Antistitem Basilii fratrem, & Epiphanium Constantiæ Cypri Antistitem, sanctos viros quid memorem? quibus illa & pecunias donavit, & villas. Optimo certe, dum Constantinopoli moreretur, ipsa oculos manibus suis clausit, &c.* Subdit his quoque Leo Augustus, hanc ob insignia virtutum merita, licet nondum annis ad munus aptam, creatam tamen fuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconissam; quod ministerium explevit magna totius Ecclesiæ laude, adeo ut ne levem quidem invidis & obtrectatoribus nedum dicendi, sed nec suspicandi de se aliquid indignum occasionem dederit. At de Olympiade hactenus: longe plura sunt quidem, quæ de ipsa inferius suis locis dicturi sumus. Jam Theodosium expeditionem parantem in Maximum prosequamur.

(c) l. 3. de fid. Cathol. c. Theod.

LI.

Expeditio Theodosii adversus Maximum.

Profecturus ipse adversus tyrannum, in primis quibus valuit pietatis armis conatus est, conciliando sibi divinum numen, exercitum communire. Siquidem persentiens, magni momenti opus aggredi, dubiam jacere aleam, remque tentare periculosam, a Deo diversis modis sibi implorare suppetias laboravit, utpote qui optime sciret Dei munus, atque diceret una cum Psalmista (d): *In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Ad hæc plane respiciebat, quod ait ad Flavianum, ut precibus apud Deum contenderet extingui bella. Sed & in eo maxime ejusdem pietas commendatur, quod tanti ponderis prœlium auspicaturus, Legatos in Ægyptum misit ad sanctos ibi agentes anachoretas, quos pro se certantes precibus habere voluit pugnatores. Inter alios autem Johannem sanctissimum monachum, quem S. Hieronymus (e) magnopere laudat, per eosdem consuluit de dubio belli eventu. Testatur id quidem Sanctus Augustinus, dum ait (f):

(d) Psal. 43.

(e) Hieron. ad Ctesiphon. adv. Pelag.

(f) Aug. de Civit. Dei lib. 5. cap. 26.

LII.

Theodosius consulit Joannem monachum de futura pugna.

Cum Maximum terribilem faceret ille successus (nempe obitus Gratiani cum fuga Valentiniani) *hic* (Theodosius scilicet) *in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas; sed ad Joannem in Ægypti eremo constitutum, quem Dei servum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente didicerat, misit, atque ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit.* Hæc Augustinus, quæ & probavit eventus: eadem habet quoque Ruffinus (g). Multa de eodem Joanne narrat Evagrius (h), & inter alias hæc quæ ad Theodosium ejusque duces spectant: *Imperatori*, inquit, *Theodosio, vel quos belli exitus habiturus esset, vel quibus modis victoriam caperet de tyrannis, sed & quot irruptiones passurus esset gentium barburarum, sæpe prædixit. Quodam etiam tempore, cum genus Æthiopum Romanum militem circa Cyrenem (quæ prima est ex Æthiopiæ partibus Thebaidis civitas) incursaret, & strages plurimas nostrorum dedisset, prædamque duxisset; venienti ad se Romano duci & metuenti confligere cum eis, eo quod exiguus ipsi erat militum numerus, & hostilis contra se innumera multitudo; Joannes statutum designans diem: Perge, inquit, securus; die enim qua dixi, & hostem prosternes, & spolia capies, prædamque revocabis. Quod cum fuisset impletum, etiam apud Augustum quod carus* ac-

(g) Ruffin. l. 2. c. 32.

(h) Evag. Vit. sanct. Patr. c. 1.

acceptusque futurus esset, prædixit. Hæc ibi: quæ recensuisse voluimus, quod existimemus horum fama ipsum innotuisse Theodosio Imperatori, qui eo modo eumdem sanctum de futuro belli eventu ut diximus, interrogarit.

LIII. Quid Theodosius cum Senuphio.

Rursum vero ad bellicam expeditionem plurimum conferre idem Imperator existimavit, si secum duceret celeberrimum quemdam monachum, Senuphium nomine, quem per Theophilum Alexandrinum Episcopum accersivit; qui prætextu quodam, quasi ipsa civitas in magno discrimine esset, eum ad se vocavit. Quid autem tunc illa, Acta (*a*) Cyri & Joannis docent his verbis: *Cum intellexisset Theodosius, quod in Scete (est autem hæc solitudo in Ægypto quidem sita, sic nominata) philosophabatur vir quidam genere & ipso Ægyptius, maximorum sane effector miraculorum; scribit protinus ad Theophilum Alexandriæ Episcopum, jubens ut efficiat, quo vir ille admirabilis quamprimum veniat Constantinopolim. Eis autem litteris quoque continebatur, quod ejus adventu opus esset. Ille vero, iis acceptis, statim ad eum venit, & datis litteris, preces Imperatoris, & usum, qui urgebat, significat. Deinde etiam ipse quoque ex se facit quod potest, vehementer rogat, orat, supplicat, ne preces despiciat Imperatoris, neque suos vilipendat labores, sed veniat ad civitatem, & bellum, quod in eam paratur, suis avertat precibus, & a tanto periculo & metu eam liberet, utpote quod in ejus potestate situm sit, ut Civitas vel salva sit vel intereat. Admirabilis autem ille Senuphius (hoc enim nomine vir ille vocabatur,) primum quidem, ut consentaneum est, ne rogaret prohibuit, non ad mensuram ejus quam habebat gratiæ, sed ad mensuram potius ejus, qua erat dives, humilitatis aspiciens: Magna est, inquit, mea in Civitatem benevolentia, & ipsam valde salvam esse cupio; sed non voluntatem quoque vires sequuntur ex ea, quæ est ad Deum fiducia. Quinetiam rogavit ipsum Alexandrinum Episcopum, ne de eo talia sentiret, æquo eum putaret vulgo antecellere.*

(*a*) Apud Metaph. die 31. Januarii.

LIV. Senuphius baculum & superhumerale ad Theod. mittit.

Cum autem eum ipse omnino non dimitteret, nec sciret magnum quidnam facere Senuphius; discessum quidem suum pulchre differt, dat autem sic quoque auxilium, idque facit admirabilius. Nam & statim stetit ad Orientem; & cum superhumerale & baculum in cœlum sustulisset: Domine Deus, inquit, Deus exercituum, da huic meo superhumerali, & huic baculo, ut tantum possit quantum ego ipse, si illic adessem. Hæc cum Deo dixisset; quæ habebat in manibus, dat statim Pontifici: Hæc accipe, dicens & mitte statim ad Imperatorem: ille autem superhumerale quidem imponat capiti, baculum vero manu ferat; deinde cum manus opus fuerit conserere cum hostibus, præcedat omnes alios, & audacter procedat adversus inimicos: Nam si ego quidem possim a Deo exaudiri, existimo fore ut ipse sit illis terribilis, & sine sanguine gloriosam referat victoriam.

LV.

Hæc cum ad Imperatorem lubenter essent allata; ille quidem munit caput superhumerali quavis galea tutius, baculo autem munit dexteram lancea longe validius, & hac ratione confidens fore, ut hostibus videretur terribilior, quam olim (ut ajunt) clava Hercules. Jam accedentibus hostibus, ipse primus præcedit ducens totum exercitum. Propter Senuphii autem ad Deum orationem nulla erat dilatio, sed res statim finem accipiebat. Simulac enim eum viderunt barbari, admirati ipsum tamquam unum ex cœlestibus, ad fugam statim spectabant; & pedum virtutem laudabant; fugiebant vero non aliquo certo ordine, ut qui non essent omnino oblitè virium, sed ut qui essent amotæ mentis, & perterriti, alii alio dispersi, terga volventibus facilis expedita venatio, secura persecutio, & libera ab omni periculo: ipsi potius propter fugam quæ erat sine ullo certo ordine, plagas & vulnera atque adeo mortem sibi invicem conciliantes; adeo ut Imperator non solum sine sanguine, sed etiam sine ullo labore hanc victoriam retulerit. Festum ille nominavit hunc diem, & nunc quoque post tantum tempus magnifice celebratur ab Alexandrinis; nominatur ab eis εἰκόνιον ab imagine: ab eis enim Imperatori facta est quædam statua eo quo tunc modo armata, & capite quidem superhumerali induta, dextera autem tenens baculum. Hactenus ibi: recitat breviter hæc eadem Glicas (*b*): sed quo potissimum tempore, num cum adversus Maximum hoc anno, an postea cum adversus Eugenium profectus est, vel aliis bellis decertavit, id acciderit, penitus ignoratur.

(*b*) Glic. Annal. part. 4.

LVI. Theodosius in expeditione scribit contra Hæreticos.

Quod vero ad tempus ejus in Occidentem adventus adversus Maximum spectat, non sequimur Marcellinum, qui sub anni superioris Consulibus illum collocat; nam cum multa ejus sententiæ adversentur, quibus (ut vidimus, cum egimus de rebus Antiochenis) ipsum constat tempore Quadragesimæ hoc anno egisse Constantinopoli; rescripta etiam hoc eodem anno ab ipso in Oriente data plane declarant, non ante præsentem annum Theodosium ipsum adversus Maximum profectum esse. Hoc enim anno, mense Martii, Thessalonicæ adversus hæreticos ista sancivit, quibus ad futuram victoriam eo modo viam prævia pietate constravit, dum primum expugnat impietatem, ejus sectatores exagitans ipsis legibus:

LVII. (a) l. 24. de hær. C. Theod.

Apollinarianos (a), *cæterosque diversarum hæresum sectatores ab omnibus locis jubemus inhiberi, a mœnibus urbium, a congressu honestorum, a communione sanctorum; instituendorum clericorum non habeant potestatem; colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis Ecclesiis careant facultate; nulla iis faciendorum Episcoporum præbeatur auctoritas: ipsi quoque episcopi nomine destituti appellationem hujus dignitatis amittant. Adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant. His etiam illud nectimus, ut supramemoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur, Dat. VI. Idus Martii Thessalonicæ, Theodosio A. II. & Cynegio Coss.* Adjecit & alias in eodem procinctu Theodosius adversus hæreticos sanctiones, ut eam quæ sequitur, his verbis ad Tripholium scribens (b):

(b) l. 15. de hær. C. Theod.

LVIII.

Omnes diversarum perfidarumque sectarum, quos in Deum misera vesania conspirationis exercet, nullum usquam sinantur habere conventum, non inire tractatus, non cœtus agere secretos, non nefariæ prævaricationis altaria manus impiæ officiis impudenter attollere, & mysteriorum simulationem ad injuriam veræ religionis aptare. Quod ut congruum sortiatur effectum, in specula sublimitas tua fidelissimos quosque constituat, qui & cohibere possint, & deprehensos offerre judiciis, severissimum secundum præteritas sanctiones, & Deo supplicium daturos & legibus. Dat. XVIII. Kalend. Jul. Stobis, Theodosio A. II. & Cynegio V. C. Coss. Quo etiam mense hæc quoque salubriter sanxit (c): *Nulli egresso ad publicum, vel disceptandi de religione, vel tractandi, vel consilii aliquid deferendi patescat occasio. Et si quis posthac ausu gravi atque damnabili contra hujusmodi legem veniendum esse crediderit, vel insistere motu pestiferæ perseverationis audebit; competenti pœna & digno supplicio coerceatur, Dat. XVI. Kal. Jul. Stob. Theodosio A. II. & Cynegio V. C. Coss.* Ac rursum ad eumdem adversus Arianos speciatim hæc edidit (d):

(c) l. 2. de his qui super relig. contend. C. Theod.

(d) l. 16. de hæret. C. Theod.

LIX.

Nonnullos Arianorum formam nostrarum talem proferre jussionum comperimus, ut his liceat usurpare, quæ suis videantur utilitatibus convenire: Qua sublata sciant nullam hujusmodi jussionem e nostro sacrario profluxisse. Quicquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum; ut falsi reus teneatur, qui deinceps ea circumtulerit, Dat. V. Idus Aug. Constantinop. Theodosio A. II. & Cynegio Coss. At perperam factum putamus, ut in Codice loco acceptæ sanctionis, data ponatur, Constantinopoli: quam edidisse putamus, cum jam in Italiam adventasset; illosque eadem lege exagitare Arianos voluisse, qui rescripto Valentiniani, de quo suo loco superius actum est, dato pro Arianis sectantibus professionem Ariminensem, uterentur tamquam ab ipso Theodosio edito, eo quod ex more amborum Imperatorum nominibus haberetur inscriptum.

LX.

Cum autem ad Arianos Constantinopoli agentes ejusmodi Imperatoris rescriptum perlatum esset; æstuantes in eum ira, quodnam immane scelus admiserint, proxime dicturi sumus. Cum vero tot hoc anno adversus hæreticos extent a Theodosio promulgatæ leges, aliæque ab eodem editæ plures sint superius a nobis recitatæ; nescimus quo modo Socrates (e) illud affirmet, eumdem Imperatorem omnibus hæreticis, exceptis Eunomianis, concessisse privatos in domibus conventus agere, Ecclesias extra civitates construere. Ex his enim & aliis superius recitatis manifesti erroris arguitur: cum in eo totus Theodosius fuisse appareat, atque hoc præsertim anno studiosius incubuerit, ut omnes hæreticos omni conventu excluderet, ac locis interdiceret.

(e) Socr. l. 5. c. 20.

LXI.

Accidit quidem prospere feliciterque Theodosio, cum manu altera adversus hæreticos pugnans, altera Maximum debellarit. Cujus belli progressus a Zosimo (f) copiosius quam ab aliis describuntur; nobis hic satis eos summatim reddere. Magnus plane metuendusque fuit ad præsens conficiendum bellum, quo de summa totius Romani Imperii decerneretur, Maximi apparatus terra marique dispositus. Siquidem Andragathium classi præfecit, qua mare Jonium asservaret, si forte per illud Theodosius transmittere tentaret exercitum; Marcellinum fratrem terrestribus copiis custodire jussit Italiæ aditus: Ipse vero cum victore semper exercitu in Pannoniam progressus est; occursurus hosti, si ea via tenderet in Italiam. Theodosius igitur veniens, Maximum Sisciæ cum exercitu considentem invenit, eumdemque commisso magna virtute certamine profligavit, qui se Aquilejam fuga lapsus recepit. Procedens itaque ulterius Theodosius fugientem hostem prosecuturus, apud Petavionem Marcellinum cum alio exercitu agentem invenit, quem pariter bello superatum æque fugavit.

(f) Zosim. lib. 4.

Theodosii bellum cum Maximo.

LXII.

Duabus his adeo ingentibus divino favore victoriis partis, ut quod reliquum belli superesse videretur, eadem celeritate conficeret, Aquilejam contendit, ibique Maximum agentem obsedit; qui a suis militibus captus, indutusque insignibus Imperatoriis; ad Theodosium vinctus perductus est; cujus infelicem statum Theodosius commiseratus, oculis eum ad parcendum compositis aspexit; cum milites in-

Maximus vinctus ad Theodosium ductus.

indignati, eumdem Maximum a conspectu Theodosii abstrahentes, abscisso confestim ejus capite, necaverunt, ne miserendi ipsi Theodosio locus esset; nam & Pacatus: *Rapitur ergo*, inquit, *ab oculis, & ne quid licere posset clementiæ, inter innumeras manus fertur ad mortem*. Quod factum sexto Kalend. Septembris affirmant (*a*). Cum paulo post Andragathius classis Præfectus, audita Maximi nece, se præcipitem dedit in fluctus: eo namque modo proditor Gratiani; ut par erat, interiit. Secutaque est mors Victoris pueri, Maximi filii, jam a patre Augusti nominati, quem Arbogastes Comes proditione confecit, puerulum apud matrem relictum in Galliis. Hæc ex Zosimo (*b*), Pacato (*c*), & aliis perbreviter enarravimus. Victoria quidem, præ magnitudine sua, tanta temporis brevitate, de tot exercitibus obtenta, tam incruenta, tantumque proficua, qua Galliæ, Hispaniæ, Britannia, Italia, & omne denique Occidentale Imperium recuperatum fuit, & Orientale tutum redditum, ore omnium celebrata & decantata vocibus fuit, utpote quæ nutu plane divino intelligeretur obtenta, inclamante in Maximum desuper voce sanguinis innocentissimi Gratiani, faventibus vero Theodosio precibus sanctorum monachorum, una cum indulgentia Antiochenis concessa, pietateque in exturbandis hæreticis pro ipso pugnante, quibus & aliis probe factis cælestes sibi conciliavit exercitus.

(*a*) Socr. l. 5. c. 14. Paul. diacon. & alii.

(*b*) Zosim. l. 4.

(*c*) Pacat. in Panegyr.

LXIII. Quanta Deus largitus Theodosio.

Retexit S. Ambrosius tot tantaque hæc a Deo impartita Theodosio beneficia, cum ad eum pro Thessalonicensibus paulo post rogaturus epistolam scripsit (*d*), qua inter alia ex Dei persona ita hominem interpellat: *Ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captivum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniam; ipsorum hostium manu patefeci tibi portas, aperui horrea; dederunt tibi hostes tui commeatus suos, quos sibi paraverant. Ego perturbavi hostis tui consilia, ut se ipso nudaret. Ego ipsum usurpatorem Imperii ita vinxi, ac mentem ejus ligavi, ut cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis tamquam metuens ne quis tibi periret, ipse se clauderet*. Hæc ideirco Ambrosius, quod cum liberum fuisset Maximo repetere Gallias, se incluserit Aquilejæ; ut merito & hæc de eo Pacatus: *In oppidum semet Aquilejense præcipitat, non ut vitam funderet resistendo, sed ut pœnam frustrando differret*, &c. Sed subdit Ambrosius ex ejusdem persona numinis: *Ego Comitem ejus atque exercitum ex altera parte naturæ, quos ante dispersseram, ne ad belli societatem coirent, ad supplementum tibi victoriæ congregavi. Ego exercitum tuum ex multis indomitis convenam nationibus, quasi unius gentis fidem, tranquillitatem & concordiam servare præcepi. Ego, cum periculum summum esset, ne Alpes infida barbarorum penetrarent consilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, ut sine damno vinceres. Ego te triumphare feci de inimico tuo*: & inferius de tribus illis Theodosii victoriis Francorum & Saxonum ope reportatis hæc ait: *Ille igitur*, nempe Maximus, *statim a Francis & a Saxonum gente in Sicilia* (ubi Andragathius cum classe erat) *Sisciæ, Petavione, ubique demque terrarum victus est*.

(*d*) Ambr. epist. 29.

LXIV.

Hic Maximi tandem finis fuit, quem præstabat auscultasse Martino ipsum admonenti ne transiret Alpes; quod si faceret, interitum sciret sibi in Italia præparatum. De interitu Maximi agens Gilda Sapiens (*e*): *Apud Aquilejam*, inquit, *urbem capite nefando cæditur, qui decorata totius Orbis capita regno quodammodo dejecerat. Exin Britannia, omni armato milite, militaribus copiis, rectoribusque licet immanibus, ingenti juventute spoliata; quæ comitata vestigia supradicti tyranni, domum nusquam ultra rediit; & omnis belli usus penitus ignara, duabus primum gentibus transmarinis vehementer sævis, Scotorum a Circio, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos stupet gemetque annos*. Sic igitur & tyrannus tyrannique prima sedes, & gens quæ illi in tyrannidem favit, ejusmodi dirum supplicium luit.

(*e*) Gild. de excid. Brit.

Britanni secuti Maximum male periere.

LXV. Clementia Theodosii erga victos.

At quod ad Theodosium pertinet; non tam victoriæ claritudine, deletis penitus hostibus, illustratus est, quam clementia atque benignitate eluxit in primis erga hostes, dum (ut ait Pacatus *f*) *duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli piaculum cæsis, reliquos omnes venia complexa, velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta; nemo affectus, nemo nota, nemo convicio, aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia luit. Cuncti domibus suis, cuncti conjugibus ac liberis, cuncti denique innocentiæ (quod est dulcius) restituti sunt. Vide, Imperator, quid hac clementia consecutus sis; fecisti ut nemo sibi victus te victore videatur*. At quid in ipsos propinquos Maximi? hæc paucis, sed magna est complexus Ambrosius (*g*), ad ipsum Theodosium cum postea scripsit: *Inimici tui filias revocasti, nutriendas apud affinem dedisti; matri hostis tui misisti de ærario tuo sumptus*. Ita ipse. Sed cui hæc adeo pulchra accepta ferenda? equidem S. Ambrosio Episcopo, qui (ut dicemus) tunc Aquilejæ erat, atque de his omnibus Theodosium interpellavit; quod testatur epistola postea ad ipsum scripta, cum ait (*h*): *Debeo beneficiis tuis, quibus me potente liberasti plurimos de exiliis, de carceri-*

(*f*) Pacat. in Panegyr.

(*g*) Ambr. ep. ad Theod. 29.

(*h*) Ambr. epist. 29.

geribus, de ultimæ necis pœnis, &c. quam epistolam hoc anno ab Ambrosio ad eum datam esse, dicemus.

LXVI. Sed & inde quoque summam consecutus est Theodosius laudem, cum occiso Maximo, absque aliqua controversia summa rerum potitus, voluit tamen cum Valentiniano partiri Imperium, dum non tantum Italiam, ea qua dejectus a tyranno fuerat, illi restituit, sed adjecit & Gallias, Hispanias, atque Britanniam. De his enim agens S. Augustinus, factum commendans, sic ait (a): *Mox tyranni Maximi extinctor, Valentinianum puerum Imperii sui partibus, unde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit.* Hæc ipse. Sed majorem inde meruit Theodosius gloriam, quod eumdem Valentinianum a matre Justina impietate corruptum, Catholicæ reddidit disciplinæ, ostendens illi ea de causa ipsum commeruisse a Maximo e regno depelli, quod inhærens matri, fidem Catholicam depulisset. Recitat verba Theodosii ad Valentinianum tunc dicta Suidas (b), quæ sic se habent: *Cum autem venisset Valentinianus ad Theodosium, in recta fide est institutus: Dicebat enim ei Theodosius, Imperatoriam aciem stare non armis, sed justis causis. Et novi, inquit, Valentiniane, religiosissimos Imperatores, quiescente exercitu, victoriam obtinuisse, & hostes subactos, tributarios factos esse, periculo nullo ingresso. Sed & Constantinum Magnum erectum Licinium tyrannum naufragio trucidavit. Sic etiam Valentinianus pater tuus feliciter Imperium & ab hostibus illæsum gubernavit, Deo eum defendente, innumerabilibus prœliis victor, multis & diversis barbaris sublatis. Valens vero patruus tuus Deum divellens, inquinavit Ecclesiam, homo profanus cæde sanctorum & sacerdotum relegatione; divinaque providentia a Gothis oppugnatus, combustus est. Recte Christum colitis, qui non immerito te ejecit. Incredulitas tua Maximo facultatem dedit. Si Christum non videmus; quem invocabimus pugnaturi? Hæc & plura etiam bis admonitus a Theodosio Valentinianus ad fidem rectam adductus est.* Hucusque Suidas. Sed contigerunt hæc, cum in Oriente profugo eidem Valentiniano ipse Theodosius occurrit.

(a) Aug. de Civit. Dei lib. 5. c. 26.

Theodosius restituit regnum Valentiniano.

(b) Suid. verb. Valentinian.

LXVII. Mansit hoc anno Theodosius Aquilejæ, nec non Mediolani, sequenti autem (ut dicemus) Romam se contulit. Aquilejæ vero dum esset, ad Triphoiium Præf. Præt. adversus res a Maximo gestas ita rescripsit (c): *Nullus sibi honorem audeat vendicare, quem tyrannica concessit audacia; sed ad pristinum statum damnata præsumptio revocetur. Dat. X. Kal. Octob. Aquilejæ, Theodosio II. & Cynegio Coss.* Non sunt hæc contraria, ut apparent, iis quæ nuper diximus ex Pacato, collatos a Maximo honores a Theodosio sublatos: nam hæc puto intelligenda de his qui a Maximo fuerant iisdem magistratibus spoliati, quos pristinis dominis hac voluit decreta lege restitui.

Theodosii Aquilejæ data rescripta.

(c) l. 6. de infirmand. his quæ sub tyrann.

LXVIII. Mense vero Octobri idem Theodosius Mediolanum se contulit; ubi cum esset, itidem adversus Maximi acta ejusmodi edidit sanctionem (d):

Omne judicium, quod vafra mente conceptum, non jura reddendo Maximus infandissimus tyrannorum credidit promulgandum, damnavimus. Nullus igitur sibi lege ejus, nullus judicio blandiatur. Dat. sexto Id. Octobris Mediolani, Theodosio A. II. & Cynegio Coss. At non prætereat quod hoc ipso anno, antequam Maximus victus esset, misit Theophilus Episcopus Alexandrinus Legatum Isidorum in Italiam cum litteris atque muneribus, ut alterutri qui vinceret, eadem traderentur. Meminit hujus legationis Socrates, ubi ait (e): *Cum Imperator Theodosius contra Maximum tyrannum prœlio decertaret, Theophilus per Isidorum munera ad Imperatorem cum binis litteris misit, præcepitque ut victori & munera & alteras litteras offerret. Isidorus, qui hoc negotium obiret, Romam contendit, victoriamque sedulo observat. Verum illud factum non diu in obscuro fuit: nam lector illius, qui una cum illo aderat, litteras clam subripuit. Unde Isidorus metu perculsus, absque mora Alexandriam profugit. Hæc quidem causa fuit, cur tantopere postea a Theophilo fuerit pro Isidoro laboratum.* Hæc Socrates. Bis sane Isidorum hunc, virum spectatum valde, venisse Romam, Palladius (f) tradit; primo cum Athanasio; postea vero, nempe hoc tempore, cum Demetrio Episcopo; prædivitemque fuisse affirmat, ita tamen, ut (quod ait) omnia Christi amore in pauperes fuerit elargitus. Felix hic namque, nisi Origenis venena potasset, ut dicemus, cum ab eodem Theophilo alia functus est legatione in Palæstinam, de qua suo loco. Hunc quidem primo monasticam vitam exercuisse in Nitria, inde vero adscitum in presbyterum Ecclesiæ Alexandrinæ, idem tradit Palladius, qui eum novit. At ne quis duos putet, quod interdum presbyterum, interdum vero monachum nominet: sciendum est, unum eumdemque Isidorum monachum atque presbyterum fuisse.

(d) l. 7. de infirm. his quæ sub tyrann.

(e) Socr. lib. 6. c. 2.

(f) Palla. in Lausiac. c. 1.

LXIX. Jam vero antequam reliquas res a Theodosio Mediolani gestas prosequamur; quænam acciderint Constantinopoli, tempore quo Theodosius pugnabat adversus Maximum, dicere opus est, quæ a Socrate narrantur his verbis (g): *Eodem temporis momento, quo Imperator ad hoc bellum adversus Maximum faciendum omni studio in-*

(g) Socr. l. 5. c. 13. Sozom. l. 7. c. 14.

Ariani quid præsumpserint Constantinopoli.

incumbebat, Constantinopoli ab Arianis tumultus tali de causa commotus est. Solent homines, de rebus quas non norunt, sermones nonnumquam confingere; & si quando fuerint occasionem nacti, rumores de rebus, quarum cupiditate ducuntur, multo maximos excitant, utpote perpetuo rerum novarum appetentes. Quod quidem in ea Civitate tum usu venit. Nam de bello, quod longe ab illis gerebatur, alius aliud commentus, rumorem de eo dissipavit; spem scilicet animo concipiens, belli eventum Imperatori in dies minus prospere successurum. Etenim quamvis in bello adhuc nihil esset confectum, tamen illi res quas non norunt, juxta ac si easdem oculis aspexissent, narrarunt, dixeruntque tyrannum copias Imperatoris profligasse, hunc & illum militum numerum in pugna cecidisse, atque adeo ipsum Imperatorem a tyranno propemodum captum fuisse.

LXX.

Ariani itaque gravi tum animi perturbatione commoti (discruciabantur enim, Ecclesias intra urbem & ab illis, quos ipsi ante persecuti fuerant, occupatas) varios rumores disseminarunt. Et quoniam alia quædam diversa ab illis quæ narrabantur, eos etiam qui rumorum erant auctores, ad credendum ita induxerunt, ut ea quæ ipsi confixerant, non conficta, sed vera esse putarent (nam alii qui ea auditione perceperant, ipsis rumorum auctoribus confirmabant, non aliter habere, atque ab illis audierant) Ariani idcirco animis de integro confidere, facinus aggredi: Nectarii Episcopi domum injectis facibus incendio vastare cœperunt. Cum vero paulo post de ingenti Theodosii victoria nuncium Constantinopolim perlatum esset; multo illi timore concussi, Arcadium Theodosii filium, qui aderat, supplices petentes veniam convenere: cum ille pro ipsis ad patrem scripsit, qui iis noxam

Ariani incendunt domum Nectarii.

precibus Arcadii rogantis remisit; de quibus hæc Ambrosius (a): *Constantinopoli dudum domus Episcopi incensa est, & filius clementiæ tuæ intercessit apud patrem, ut & suam, hoc est, filii Imperatoris injuriam, & domus sacerdotalis incendium non vindicares. Non consideras, Imperator, ne & hoc cum vindicari jusseris, ipse iterum interveniat, ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est a patre filio: dignum enim erat, ut suam injuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiæ distinctione divisum est, ut filius pro sua, & pater pro filii injuria rogaretur.* Hæc Ambrosius.

(a) Ambr. epist. 29.

LXXI. De tempore baptismi S. Augustini.

Hoc ipso anno, Paschali tempore contigit baptismus magni Patris Augustini, de quo nobis agendum est. Ac primum quæ sunt temporis elucidanda erunt; cujus quidem exactius disquisivimus rationem in nostris Notis, illic tamen posterius editis, nempe Plantinianis typis, in quibus errorem illum emendavimus prioris editionis, in quem incauti ob textum ejusdem S. Augustini depravatum impegimus. Quod enim dum ipse agit de obitu matris suæ, dicat (b): *Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est.* Quod contigit (ut dicemus) anno sequenti, mense Maii: si verum est quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum triginta trium; utique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptizatum, conversum vero trigesimo. Verum ille corrigendus est textus, ut loco trigesimitertii, ponendus sit annus trigesimusquintus; idque ex aliis ejusdem Augustini locis; ut in primis cum ita ait libro tertio contra Academicos (c): *Cum trigesimum, & tertium ætatis annum agam,* &c. Cum igitur fateatur se annorum

(b) Aug. Confess. l. 9. c. 22.

(c) Aug. cont. Academ. l. 3. c. 20.

PAGIUS IX. *D. Augustini Baptismus.*

A num. LXXI. ad. LXXVIII. *Divum Augustinum* anno trigesimo tertio ætatis Baptismum suscepisse inter omnes convenire debet. Tota difficultas est, num is annus fuerit completus, vel tantum inchoatus. Baronius & Rivius lib. 1. de Vita Augustini cap. 2. aliique contendunt, sanctum Doctorem aquis salutaribus ablutum anno ætatis tricesimo tertio completo. Verum *Augustinum* baptizatum fuisse die vicesima quarta Aprilis Sabbato sancto, anno trecentesimo octogesimo septimo, cum nondum annum ætatis XXXIII. egressus esset, communis nunc est Eruditorum sententia. Hunc sui Baptismi annum aperte insinuat Augustinus lib. 9. Confessionum, ubi, cum cap. 6. narrasset, se post Baptismum inter sacros hymnorum cantus in Mediolanensi Ecclesia flevisse, initio capitis 7. hæc scribit: *Non longe cœperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Justina Valentiniani Regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia mori parata cum Episcopo suo, servo tuo* &c. *Tunc Hymni & Psalmi, ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est.* Et statim: *Tunc memorato Antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco laterent Martyrum corpora Protasii & Gervasii.* Et narratis miraculis in sacrarum Reliquiarum Translatione patratis, ait: *Inde illius inimica animus, etsi ad credendi sanitatem non applicitus, a persequendo tamen furore compressus est.* Hæc anno ante suum Baptismum contigisse Augustinus testatur. Quare, cum ostenderimus, Justinæ contra Ambrosium persecutionem, hymnorum apud Mediolanensem Ecclesiam institutionem, ac denique Inventionem Reliquiarum Martyrum Protasii & Gervasii contigisse anno trecentesimo octogesimo sexto, apparet, Augustinum anno trecentesimo octogesimo septimo baptizatum fuisse, quando, ut ipsemet ait, *annus erat aut non multo amplius, cum Justina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur,* &c. quando *excubabat pia plebs*

rum jam fuisse trigintatrium, cum scriberet contra Academicos; atque æque constet, eos ab ipso elaboratos libros cum Mediolani adhuc catechumenus esset (id quidem ipso testante *a*) & ante mensem Novembris; quod ipse etiam demonstrat, dum ait (*b*), illos scriptos esse antequam scriberet *de Vita Beata*; quam scriptionem habebat præ manibus (ut ex ipsa apparet) eo anno, tempore natalis sui, Idibus Novembris; utique affirmandum est, eos anno superiori ab ipso fuisse conscriptos in fine anni trigesimitertii suæ ætatis; quo pariter anno Idibus Novembris inchoaretur trigesimusquartus. Cum vero rursus Possidii (*c*) testificatione liquear, ipsum baptizatum esse Paschali tempore; utique etiam dicendus erit, non anno superiori, sed præsenti anno dicto tempore, sacro baptismo initiatus fuisse.

(*a*) Aug. Retract. l. 1. c. 14.
(*b*) Aug. Retract. l. 1. c. 1. 2.
(*c*) Possid. Vit. Aug. c. 1.

LXXII. Nec est quod quis post hunc annum existimare possit Augustini differendum esse baptismum, quem constat, ipsomet teste (*d*), jam baptizatum recessisse ex Italia post necem Maximi, quam hoc anno contigisse diximus mense Septembris. Insuper id confirmatur, quod in *Soliloquiis* (quæ testatur se scripsisse ante baptismum, post tamen commentarium *de Vita Beata*, ut patet ex ordine) de suæ tunc ætatis annis hæc ait: *Cum triginta quatuor annos agam, quatuordecim fere anni sunt, ex quo ista cupere destiti, &c.* Habet alia lectio, *trigintatres*: sed verior illa superior: nam eo anno ab Idibus Novembris (ut diximus) inchoatus erat annus ejus ætatis trigesimusquartus, quo scribebat *de Vita Beata*, post quem scripsit *Soliloquia*: qui quidem annus trigesimusquartus ab Idibus Novembris anno superiori inchoatus propagatur in eamdem diem præsentis anni trecentesimi octogesimioctavi, quo Augustinus Paschali tempore baptizatus est.

(*d*) Aug. cont. litt. Petil. l. 3. c. 25.

LXXIII. Quod si adhuc quis pertinacius contendere audeat, atque importunius illud inculcet; cur non potius mendum irrepsisse potuit in loca illa libri tertii *contra Academicos*, & *Soliloquiorum*, quam in illum libri noni *Confessionum*? Satis ad hæc responsio illa sufficere posset, quam ratio ipsa docet; nimirum, germanum habendum esse textum illum, qui alterius textus ejusdem auctoris contestatione fulcitur; suspectum vero eum, qui a duobus contrariis textibus impugnatur. Verum manifestiori adhuc veritate textus ille in dicto nono libro *Confessionum* depravatus arguitur: nam præter illa, quæ superius de rebus gestis singulis temporibus S. Augustini dicta, aperte hoc ipsum demonstrant; illud modo accipe, quod dictum est, sua ipsius assertione Augustinum sub Consulatu Bautonis, nempe anno Domini trecentesimo octogesimoquinto, egisse ætatis annum trigesimum primum: a quo tempore cum usque ad annum Domini trecentesimum octogesimumnonum, nempe sequentem, quo obiit S. Monica, quatuor intercedant annorum curricula; nullo modo dici potest fuisse tempore ejus obitus annorum tantummodo trigintatrium, qui ante annos quatuor erat trigesimumprimum annum natus, sed potius trigintaquinque.

LXXIV. Sic igitur quem demonstratum est anno trigesimo primo suæ ipsius ætatis ad Christum conversum esse, trigesimo secundo, & tertio perseverasse cathecumenum, atque ea quæ superius diximus conscripsisse; hoc anno trigesimo quarto suæ ætatis, Paschali tempore ipsum S. Augustinum Mediolani a S. Ambrosio baptizatum esse asserimus; quod idem ipse in libris *Confessionum* non obscure significat (*e*), dum annum intercurrisse affirmat a persecutione Justinæ adversus Ambrosium concitata usque ad baptismum suum: ait enim; *Annus erat, aut non multo amplius*, cum

(*e*) Aug. Confess. l. 9. c. 6.

PAGIUS *plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo* &c. Porro gravior persecutionis fragor contra Ambrosium detonuit, uti suo loco dictum, die XXIX. ac XXX. Martii anni Christi CCCLXXXVI. Nocte postremam ejus mensis diem præcedente, plebs cum Episcopo Ambrosio in Ecclesia excubuit. Cum vero *Augustinus* baptizatus fuerit die XXIV. Aprilis Sabbato sancto anno CCCLXXXVII. recte scripsit Augustinus nuper baptizatus: *Annus erat, aut non multo amplius*. Nam a Dominica Palmarum anni CCCLXXXVI. ad diem ab se suscepti Baptismi, numeratur annus, ac dies insuper viginti septem, quos illis vocibus, *aut non multo amplius*, apertissime expressit, ut docte observat Card. Norisius in quodam de hoc Baptismo Opusculo; quod confirmat auctoritate Prosperi Tyronis in Chronico Imperiali, ubi sub distinctis annorum notis hæc leguntur.

X. II. *Justina mater Valentiniani Arianis fa*vens in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diversa injuriarum genera congerit.*

Reliquiæ Gervasii & Protasii Martyrum ab Ambrosio primum Mediolani reperta.

Hymni Ambrosii compositi, qui nunquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur.

III. *Maximus indignum ducens contra Ecclesiæ statum agi, locum irrumpendi, quod cum Valentiniano junxerat, fœdus, invenit. Valentinianus veritus imminentem jam cervicibus suis Tyrannum, ad Theodosium confugit.*

Augustinus Mediolani Rhetoricam apprime docens, omissis Scholis ad Fidem rectam convertitur, cum ante Manichæus fuisset.

IV. *Theodosius cum exercitu ad Italiam transgrediens, Maximum interfecit, & Valentinianum proprio regno reddidit.*

Justina, quæ Ecclesias vexaverat, ne Regnum cum filio reciperet, morte præventa est.

Ita Chronologus ille Augustino synchronus, qui

Annus Baptismi sancti Augustini valde confirmatur.

cum Justina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, &c. Hæc ipse, dum agit de tempore sui baptismi. Sed quod ait, annum & amplius intercessisse, utique ad exordium ejus persecutionis visus est habuisse respectum, quam ante annum illum inchoatam fuisse diximus.

LXXV.

(a) Aug. Confess. l. 9. c. 6.

Baptismus S. Augustini & aliorum.

At quid ipse Augustinus (a) de suo, carorumque suorum baptismate scribat, recenseamus: *Inde*, inquit, *ubi tempus advenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeavimus. Placuit & Alypio renasci in te mecum jam induto humilitate sacramentis tuis congrua, & fortissimo domitore corporis, usque ad Italicum solum glaciale nudo pede obterendum insolito ausu. Adjunximus etiam nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo: Tu bene feceras eum: Annorum erat ferme quindecim, & ingenio præveniebat multos graves & doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia: nam ego in illo puero præter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur a nobis in disciplina tua, tu inspiraveras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui scribitur, De magistro. Ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia, quæ inseruntur ibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sexdecim. Multa ejus alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium; & quis præter te talium miraculorum opifex? Cito de terra abstulisti vitam ejus, & securior eum recordor, non timens quicquam pueritiæ, nec adolescentiæ, nec omnino homini illi. Sociavimus eum coævum nobis in gratia tua educandum in disciplina tua, & baptizati sumus, & fugit a nobis solicitudo vitæ præteritæ. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilii tui super salutem generis humani. Quantum flevi in hymnis & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter, &c.* Hæc enim de hymnis superius: ac rursum subdit (b): *Qui habitare facis unanimes in domo, consociasti nobis, & Evodium juvenem ex nostro municipio; qui cum Agens in rebus militaret, prior nobis ad te conversus est & baptizatus, & relicta militia sæculari, accinctus est in tua. Simul eramus, simul habitabamus placito sancto. Quærebamus, quisnam locus nos utilius haberet servientes tibi, pariter remeabamus in Africam.* Sed de reditu in Africam agemus anno sequenti.

(b) Aug. ead. l. c. 8.

LXXVI.

Quod a tanto viro, S. Ambrosio, Augustinus baptizari meruerit, magnopere exultavit; unde agens adversus Julianum Pelagianum (c) hæc ait: *Adhuc audi alium excellentem Dei dispensatorem, quem veneror ut patrem; in Christo enim Jesu per Evangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lavacrum regenerationis accepi; beatum loquor Ambrosium, cujus pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, sive operibus sive sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat Orbis prædicare Romanus.* Hæc Augustinus.

(c) Aug. cont. Jul. Pelag. l. 1. c. 9.

Quanti fecerit Augustinus Ambrosium.

LXXVII.

(d) Apud. Ambros. serm. 92.

Confutatur commenticia.

Fertur Ambrosii nomine sermo (d) de baptismo S. Augustini, sed qui ne apicem quidem habeat Ambrosii. Multa enim admiscuit imperitus fictor: nam ut de dissimilitudine styli dicere prætermittamus; quisquis ille fuerit, imposturæ perfacile arguitur, cum ait Augustinum Carthaginensem fuisse, atque ex Gentilium cultu factum Christianum: ipsum namque patria Tagastensem fuisse, nec coluisse aliquando idola, licet sectator fuerit Manichæorum, tum ipsius testificatione, tum Possidii, luce clarius sæpius demonstratur. Imposturæ quoque ea ex parte auctor arguitur, dum habet ipsum Augustinum cum Ambrosio de pluribus quæstionibus prolixe sæpe disseruisse: cum tamen ipse Augustinus de se testetur, numquam toto illo tempore quo fuit Mediolani, invenisse Ambrosium negotiis vacuum, & frequentia accedentium solitarium, quocum de animi sui angoribus potuisset miscere sermonem; adeo ut non dicam

PAGIUS

qui numero II. anno Christi CCCLXXXVI. respondenti tria illa refert, quæ Augustinus ante annum sui Baptismi contigisse narrat. Tum numero III. anno Christi CCCLXXXVII. respondenti recitat Valentiniani fugam, ac Baptismum Sancti Augustini; & quamvis *conversionem ad Fidem* nominet, quæ ineunte æstate anni CCCLXXXVI. acciderat, nomine *conversionis* publicam Fidei professionem in Baptismo factam intelligit: neque enim notum illi erat, quid privatim antea *Augustinus* secum deliberaverat. Denique numero IV. seu anno Christi CCCLXXXVIII. *Maximi* necem refert, & postea sub numero IX. mortem Valentiniani, quæ cum contigerit anno CCCXCII. *Justinæ* persecutio juxta laudatum Chronologum cadit in annum CCCLXXXVI. & in sequentem Baptismus, seu publica conversio Augustini. Si Baronius annum natalem Augustini anno uno tardius non consignasset, ejus Baptismum in hunc annum non distulisset. Quæ adversus nostram sententiam objici possunt, hujus loci non sunt, nec tanti momenti, ut de ejus veritate nos dubitare sinant.

XI.

Auctor Cantici Te Deum laudamus incertus.

Quod Canticum *Te Deum laudamus*, quod in Chronico S. Dacio Mediolanensi Episcopo attributo, dicitur a Divis Ambrosio & Augustino, post hujus Baptismum, decantatum esse, Menardus in Notis ad Sacramentarium Gregorii Magni, certum ait, non esse S. Dacii illud Chronicon, ex quo ea narratio desumpta, quod non redoleat stylum illorum temporum; atque etiam quædam falsa contineat. Post Menardum idem scripsit Mabillonius tom. 1. Analectorum veterum

dicam disputandi, sed nec (ut ait) daretur copia sciscitandi; sunt omnino hæc Augustini verba (a): *Certe mihi nulla dabatur copia sciscitandi qua cupiebam de tam sancto oraculo tuo, pectore illius, nisi cum aliquid breviter esset audiendum. Æstus autem illi mei otiosum eum valde, cui refunderentur, requirebant, nec unquam inveniebant, &c.* Et inferius (b): *Sed ubi quæreretur? quando quæreretur? Non vacat Ambrosio.* Et unde illud figmentorum concinnatori, cum agit de ejus baptismo; *Novum Christianum novis vestimentis, cucullis nigris induimus.* Cum moris esset inviolabilis baptizatum quemlibet albis induere vestimentis? At hæc de his satis: ferre enim non possumus ipsi veritatis cultores, quovis prætextu ac velamento mendacia pervulgari.

(a) Aug. Confess. l. 6. c. 3.

(b) Aug. eod. l. 6. c. 11.

LXXVIII. De Proscholo pecuniæ inventore.

Cum autem Augustinus Mediolani adhuc moraretur, duo illa memoratu digna inter alia accidisse tradit, alterum de Proscholo homine Christiano paupere, qui pecuniæ sacculum invenit; alterum de revelato deposito filio a patre defuncto, quorum prius ab ipso ita describitur (c): *Dicam quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constitutis, tam pauper ut Proscholus esset grammatici, sed plane Christianus, quamvis ille esset Paganus grammaticus, melior ad velum, quam ad cathedram. Invenit sacculum (nisi forte me numerus fallit) cum solidis ferme ducentis. Memor legis, proposuit pitacium publice. Reddendum enim sciebat, sed cui redderet, ignorabat. Proposuit pitacium publice: Qui solidos perdidit, veniat ad locum illum & quærat hominem illum* (erat hæc forma pitacii). *Ille qui plangens circumquaque vagabatur, invento, & lecto pitacio, venit ad hominem. Et ne forte quæreret alienum, quæsivit signa, interrogavit sacculi qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum; & cum omnia ille fideliter respondisset, reddidit quod invenerat. Ille autem repletus gaudio, & quærens vicem rependere, tamquam decimas obtulit solidos viginti; qui noluit accipere: Obtulit vel decem; noluit accipere: Saltem, rogavit, vel quinque acciperet; noluit ille. Stomachabundus homo projecit sacculum. Nihil perdidi, ait; si non vis aliquid a me accipere, nec ego aliquid perdidi. Quale certamen fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus! theatrum mundus, spectator Deus. Victus tandem ille quod offerebatur accepit, continuo totum pauperibus erogavit; unum solidum in domum suam non dimisit.* Hæc ipse, eadem pro concione proponens imitanda suo populo Hipponensi.

(c) Aug. de verb. Apostol. serm. 19.

LXXIX.

Sed illud quo docuit defunctos nostra audire atque curare, alibi ita explicat (d): *Pro certo cum Mediolani essemus, audivimus, quod cum debitum repeteretur a quodam, defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente a patre jam fuerat persolutum; contristari homo gravissime cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei nimis anxio apparuit idem pater ejus in somnis, & ubi esset repositum quod illa cautio vacuata fuerat, indicavit. Quo invento juvenis atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsavit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaque putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, ut doceret quod ignorabat, a magna eum molestia liberaret.* Hæc ipse.

(d) Aug. de cura agend. pro mortuis c. 11.

Pater defunctus curat res filii viventis.

LXXX. Augustinus Romam rediens quæ ibi scripsit.

Post susceptum vero baptismum Augustinus haud diu Mediolani passus est detineri, sed una cum sancta matre, filio, necnon Alipio atque Evodio reversurus in Africam, Romam se contulit, ubi usque ad sequentis anni tempus navigationi accommodatum, totum hoc temporis spatium egit, non tamen otiosus, sed complura conscribens, de quibus ipse (e): *Jam baptizatus autem, cum Romæ essem, nec ferre tacitus possem Manichæorum jactantiam de falsa & fallaci continentia, vel abstinentia, qua se ad imperitos decipiendos, veris Christianis, quibus comparandi non sunt, insuper præferunt, scripsi duos libros, unum de moribus Ecclesiæ Catholicæ, alterum de moribus Manichæorum:* & inferius: *In eadem urbe scripsi dialogum, in quo de anima multa quæruntur ac disseruntur; idest, unde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data; cum ad corpus venerit, qualis efficiatur, qualis, cum abscesserit.* Ac rursum sequenti capite: *Cum adhuc Romæ demoraremur, voluimus disputanda quærere unde sit malum. Et eo modo disputavimus, ut si possemus, id quod de hac re divinæ auctoritati subditi credebamus, etiam ad intelligentiam nostram, quantum disserendo, opitulante Deo, agere possemus, ratio considerata & tractata perduceret. Et quo-*

(e) Aug. Retract. l. 1. c. 7. 8. 9.

PAGIUS

rum Patrum pag. 3. ubi inquit, Chronicon illud, quod in Bibliotheca Ambrosiana asservatur, variorum esse Scriptorum; cum producatur usque ad annum Christi millesimum sexagesimum septimum, & S. *Datius* imperante Justiniano obierit. Gavantus in Rubric. Breviarii sect. 5. cap. 19. asserit, in antiquissimo Breviario MS. Collegii Aniciani de Urbe isti Cantico præferri hunc titulum: *Hymnus S. Abundii*. In antiquo Breviario Chori Monasterii Cassinensis descripto paulo post annum 1086. hoc Canticum inscribitur: *Hymnus Sisebuti Monachi*. Bona Cardina-

quoniam constitit inter nos diligenter ratione discussa, malum non exortum nisi ex libero voluntatis arbitrio; tres libri quos eadem disputatio peperit, appellati sunt: De libero arbitrio, *quorum secundum & tertium in Africa, jam etiam Hippone regio presbyter ordinatus, sicut tunc potui, terminavi.* Hæc Augustinus.

LXXXI. Romanæ Ecclesiæ in monachis sanctitas.

In commentario vero illo quem *de Moribus Ecclesiæ Catholicæ* Romæ scripsit, quæ ibi invenerit sanctorum & eruditorum virorum consortia, ipse describit, cum ait (a): *Romæ etiam plura cognovi, in quibus singuli gravitate atque prudentia & divina scientia præpollentes cæteris secum habitantibus præsunt, Christiana charitate, sanctitate & libertate viventibus; ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transigunt. Jejunia etiam prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendi corpus, quod est usquequaque usitatissimum, sed continuum triduum vel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis; quibus item multis viduis & virginibus simul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus præsunt singulæ gravissimæ probatissimæque non tantum in instituendis componendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritæ ac paratæ. Atque inter hæc nemo urgetur in aspera, quæ ferre non potest; nulli quod recusat imponitur; nec ideo condemnatur a cæteris quod in eis se imitandis fatetur invalidum,* &c. Hæc, cum Romæ esset, vidit & audivit Augustinus consentientia iis quæ S. Hieronymus de iisdem pluribus locis scripsit. At licet hæc alia occasione oportuerit recitasse; hic tamen quod tempus postulet, cum agamus de Augustino Romæ agente repetiisse haud fuit onerosum.

(a) Aug. de morib. Eccles. c.33.

Jejunia Romanæ ecclesiæ.

Didicit insuper Augustinus (b) Romæ positus, quod scripsit postea ad Casulanum, Romanam plebem solitam jejunare tribus diebus hebdomadæ, nempe feria quarta, sexta, & sabbato. At de Augustino modo hactenus, de cujus in Africam reditu agemus anno sequenti. Jam vero ad Theodosium redeamus, quem hoc anno, postquam victo Maximo, Aquileja discessit, Mediolanum se contulisse vidimus ex rescriptis ibidem datis: quidnam autem inter ipsum & S. Ambrosium transactum sit, oratione prosequamur; atque in primis quæ a Paulino (c) conscripta habentur, hic reddamus:

(b) Aug. epist.86.

(c) Paulin. in vit. S. Ambros.

LXXXII. De Synagoga Judæorum & fano Valentinianorum a Christianis incensis.

Extincto, inquit, *Maximo, posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio vero Episcopo constituto Aquilejæ, in partibus Orientis, in quodam castello* (Callicini illud ab Ambrosio nominatur) *a Christianis viris synagoga Judæorum & lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea quod Judæi vel Valentiniani insultarent monachis Christianis; Valentinianorum enim hæreses triginta deos colunt. Sed de hujusmodi facto Comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit; qua acta*, Imperator præceperat ut synagoga ab Episcopo reædificaretur. Sed hujus præcepti tenor cum ad aures pervenisset venerabilis viri Ambrosii Episcopi direxit ad Imperatorem epistolam, quia ipse in tempore excurrere non poterat, qua illum conveniit, ut id quod ab eodem statutum fuerat revocaretur.* Quænam autem causæ præcesserant, ut Christiani in Valentinianos ea admiserint, idem Ambrosius dicta ad Theodosium tunc data epistola his verbis significat (d):

* lecta.

(d) Ambr. epist. 29.

LXXXIII. Quid Valentiniani hæretici in monachos.

Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est, enim, nisi fanum, in quo est conventus Gentilium? licet Gentiles duodecim deos appellent, isti triginta & duos æonas colunt, quos appellant deos. Nam & de ipsis comperi relatum & præceptum, ut in monachos vindicaretur; qui prohibentibus iter Valentinianis, quo psalmos canentes ex consuetudine usuque veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, moti insolentia incenderunt fanum eorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum. Hæc de his Ambrosius: ex quibus illud in primis observa, ea patrata a monachis esse mense Augusti, cujus Kalendis tam in Oriente, quam in Occidente sanctorum Machabæorum consuevit antiquitus memoria celebrari: paulo enim post ab incensa Nectarii Episcopi domo Constantinopoli ab Arianis, hæc accidisse, idem Ambrosius eadem demonstrat epistola, cum ait: *Constantinopoli dudum domus Episcopi incensa est*, &c. Rursum ve-

PAGIUS

dinalis cap.14 de Divina Psalmodia scribit, ante Sanctum *Benedictum* cap.13. Regulæ & *Feridum* discipulum Sancti Cæsarii Arelatensis Episcopi, qui de hoc in Regula sua locutus est, nullum Veterum mentionem illius fecisse: in Psalterio MS. Basilicæ S. Petri in Vaticano inscribi: *Hymnus S. Sisebuti*: in Psalterio Latino Gallico, cujus meminit Jacobus Usserius in Tractatu de Symbolo Romanæ Ecclesiæ, epistola ad Vossium, *S. Nicetio* attribui; sed recedendum non esse ab antiqua traditione, quæ hoc Canticum SS. Ambrosio & Augustino tribuit, cum sit adeo communiter recepta. Auctorum tamen diversitas, quibus illud adscribitur, satis ostendit hujus Cantici Auctorem adhuc nos latere.

XII. Synagoga Judæorum a Christianis incensa.

Ad num. LXXXII. & seqq. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani contendit, epistolam XIX. Divi Ambrosii ad Theodosium Magnum, quæ est de *Synagoga Judæorum* a Christianis incensa, pertinere ad annum Christi trecentesimum nonagesimum tertium, eamque jungendam cum Lege Codicis Theod.9. *De Judæis* data

vero (quod veteris Ecclesiæ moris fuit, ut ad solemnitatem martyrum psallentes in via Christiani pergerent, quod & tunc monachos fecisse tradit) antiquam in Ecclesia processionum consuetudinem docet.

LXXXIV. Querelæ Orientalium Episcoporum.

Ut autem de his ageret Ambrosius apud Theodosium, interpellatus fuisse videtur litteris Orientalium Episcoporum, quibuscum & aliæ ad eumdem deferendæ querelæ scriptæ erant; quæ ab ipso Ambrosio dicta epistola obiter inseruntur his verbis (a): *Quo modo excusabo apud Episcopos? qui nunc, quia per triginta & innumeros annos presbyteri quidam gradu functi vel ministri Ecclesiæ retrahuntur a munere sacro, & curiæ deputantur, graviter gemunt. Nam cum hi, qui vobis militant, certo militiæ tempore serventur; quanto magis otium eos considerare debetis, qui Deo militant? Quo modo inquam hoc excusabo apud Episcopos, qui queruntur de clericis, & impressione gravi vastari scribunt ecclesias? Hoc tamen in notitiam clementiæ tuæ pervenire volui. De hoc, ut placet, arbitrio tuo consulere & temperare digneberis.* Hæc ipse: quibus demonstrat, postquam ab Oriente Theodosius ipse recessisset, hæreticos, aliosque impios homines, immo & ex magistratibus aliquos insolentius adversus sacros Dei ministros egisse; de quibus insinuandis Imperatori, Orientales Episcopi (ut dictum est) scripserunt ad Ambrosium. Potissima vero scribendi causa fuit, ut ipse de revocandis datis ab eo rescriptis pro restituendis incensis synagoga Judæorum atque fano Valentinianorum, cum Theodosio ageret. Impendit sanctus sacerdos ad opus omne studium, omnique curat officio ut contrariis a Theodosio dandis rescriptis priora obliterentur. Scribit igitur Aquilejæ cum esset, Mediolanum, ubi Theodosius morabatur. Quod autem detineretur Ambrosius Aquilejæ, eum nullum hoc tempore memoria sit ibi celebratum fuisse Concilium; equidem existimo, illuc esse profectum; ex more, ad novi creationem Antistitis, cum defuncto sancto Valeriano ejus civitatis Episcopo, in locum illius est subrogatus S. Chromatius. At quod his vel aliis magni momenti negotiis Aquilejæ impediretur Ambrosius, ne (quod magis optasset) præsens tantam causam acturus, mora illa sua irreparabile causæ præjudicium inferret, reditum suum litteris curavit prævenire, postea ipse secuturus.

(a) Ambr. epist. 29.

LXXXV. Quæ saluberrima suggerat Ambrosius Theodosio.

Quanta autem Imperatorem compellaverit libertate, quantoque cum vigore sacerdotali justa fiducia ageret apud eum; ex his quæ exordio ipso præfatur, accipe: *Peto, ut patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum qui a te audiar; indignus sum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committas preces: Ipse ergo non audies eum, quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentem, quem pro aliis audisti? Nec vereris judicium tuum, ne cum indignum putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiatur? Sed neque Imperiale est libertatem dicendi negare; neque sacerdotale, quod sentiat, non dicere. Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare & tam amabile est, quam libertatem etiam in iis diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos, & malos Principes, quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere denunciare:* & paulo post: *Malo igitur, Imperator, bonorum mihi esse tecum, quam malorum consortium; & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentii mei periculo involveris, libertatis bono juvaris. Non ergo importunus indebitis me intersero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis Dei nostri obedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuæ studio conservandæ salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, deo sane divinæ offensæ metu. Nam si meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem, sed non libenter: malo enim te sine meo acceptum Deo esse & gloriosum periculo. Sin autem silentii mei dissimulationisque culpa & me ingravat, nec te liberat; malo importuniorem me, quam inutiliorem aut turpiorem judices, &c.*

LXXXVI.

Utinam quæ divino afflatus Spiritu tam vera, tam salubria sanctus sacerdos inculcat, tamquam divinum quoddam oraculum semper præ oculis Christiani Principes haberent & sacerdotes. Ita enim magno

PAGIUS

data *Ad Addeum Comitem & Magistrum militum per Orientem*; qua Theodosius jubet, nimietatem eorum, qui sub Christianæ Religionis obtentu *Synagogas* destruebant, & expoliabant, cohiberi. Sed hallucinatur Vir doctissimus: Paulinus enim in Vita S. Ambrosii factum illud narraturus, ait: *Extincto Maximo, posito Theodosio Imperatore Mediolani, a Christianis viris Synagoga Judæorum concremata*. Et post hanc historiam, cladem Thessalonicensem, quæ anno CCCXC, contigit, recitat. Quare cum anno trecentesimo nonagesimo tertio, quo memorata Lex emissa, Theodosius in Oriente fuerit, neque ante annum insequentem, ut inter omnes constat, post *Eugenium* nempe devictum, Mediolanum venerit, liquet, Baronium incendium illud recte consignasse, perperamque Gothofredum illud cum lege 9. *De Judæis*, conjunxisse. Ex hac Ambrosii epistola, Legeque 9. *De Judæis*, patet, Judæos, qui Theodosii Magni tempore Synagogas habere nulla adhuc Lege prohibebantur, identidem a Christianis turbatos fuisse.

Unde mala oboriantur Regibus & Sacerdotibus.

gno animarum lucro eorum saluti optime consultum esset. Sed ista dum negliguntur, quadam inconsiderantia cum sacerdotum, tum Regum, simulque Ecclesiarum atque regnorum status in discrimen adducitur: gravi quidem damno, immo & dispendio salutis æternæ, frequenter evenit, ut qui a sacerdotibus corripi Reges negligunt atque despiciunt, corripiantur ipsi ab illo qui corripit in furore, qui aufert spiritum Principum, quique terribilis est super omnes (a) Reges terræ. Sed & cum etiam sacerdotes nimium vereantur atque timent admonere Principes delinquentes, immemores se ad hoc a Deo electos, secundum quod ab eo dictum est Hieremiæ (b): *Constitui te super Reges & Principes*: fiet quidem omnino, æquata lance judicii, ut ab eis redarguantur, quos ipsi corripere neglexerunt, eosque experiantur asperos, duros, rebelles, ac tyrannorum instar, Dei ministros & jura Ecclesiastica conculcantes. Sed in eodem persistens argumento ista subdit Ambrosius:

(a) Psal. 51.
(b) Hier. 2.

LXXXVII. *Audiendi Sacerdotes.*

Habemus ergo & nos, cui displicere plus periculi sit; præsertim cum etiam Imperatoribus non displiceat suo quemque fungi munere, & patienter audiatis unumquemque pro suo suggerentem officio, immo corripiatis, si non utatur militiæ suæ ordine. Quod ergo in eis libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri, cum id loquamur non quod volumus, sed quod jubemur? Scis enim lectum (c): Cum stabitis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. *Et tamen si in causis Reipublicæ loquar (quamvis etiam illic justitia servanda sit) non tanto astringor metu, si non audiar. In causa vero Dei quem audies, si sacerdotem non audies, cujus majore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, si sacerdos non audeat? Novi te pium, clementem, mitem, atque tranquillum, fidem ac timorem Domini cordi habentem; sed plerumque aliqua nos fallunt: habent (d) aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cavendum arbitror. Novi pietatem tuam erga Deum, lenitatem in homines: obligatus sum beneficiis tuarum indulgentiarum; & ideo plus metuo, amplius sollicitor, ne etiam ipse tuo me postea judicio condemnes, quod mea aut dissimulatione, aut adulatione prolapsionem non evitaveris:* & paulo post:

(c) Matth. 10.
(d) Rom. 10.

LXXXVIII.

Causam ergo Dei tacebo? Quid igitur sit quod metuam, consideremus. Relatum est a Comite Orientis militarium partium, incensam esse synagogam, idque auctore factum Episcopo. Jussisti vindicari in ceteros, synagogam ab ipso ædificari Episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem Episcopi: sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum & ipsi moventur injuria Dei, aut Ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste Episcopus ferventior in exustione synagogæ, timidior in judicio: Non vereris, Imperator, ne acquiescat sententiæ tuæ, ne prævaricetur non times? Non etiam vereris, quod futurum est, ne verbis resistat Comiti tuo? necesse erit igitur, ut aut prævaricatorem, aut martyrem faciat; utrumque alienum temporibus tuis, utrumque persecutionis instar, si aut prævaricari cogatur, aut subire martyrium. Vides quo inclinet causæ exitus. Si fortem Episcopum putas, caveto martyrium fortioris; si inconstantem, declina lapsum fragilioris: plus enim astringitur qui labi infirmum coegeret. Hac proposita conditione, puto dicturum Episcopum, quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos concluserit, ne amittat occasionem martyrii, & pro invalidis subjiciat validiorem. O beatum mendacium, quo acquiritur sibi aliorum absolutio sui gratia.

De synagoga Judæorum incensa.

LXXXIX.

Hoc est, Imperator, quod poposci & ego, ut in me magis vindicares, & hoc si crimen putares, mihi adscriberes. Quid mandas in absentes judicium? habes præsentem, habes confitentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim; certe quod ego illis mandaverim, ne esset locus, in quo Christus negaretur. Si objiciatur mihi, cur hic non incenderim? Divino jam cremari cœpit judicio; meum cessavit opus. Et si verum quæritur, ideo serior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem quod nullo ultore sine præmio foret? Tangunt hæc verecundiam, sed non revocant gratiam, ne fiat opus quo Dei summi contrahatur offensio. Esto tamen, nemo Episcoporum ad hoc munus conveniat. Rogavi enim clementiam tuam; & licet ipse hoc revocatum adhuc non legerim, revocatum tamen constituamus. Quid si alii timidiores, dum mortem reformidant, offerant, ut de suis facultatibus reparetur synagoga? aut Comes ubi hoc compererit primo constitutum, ipse de Christianorum censu exædificari jubeat? Habebis, Imperator, Comitem prævaricatorem; & huic vexilla committes victricia, huic Labarum, hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret, quæ Christum nesciat? Jube Labarum synagogæ inferri; videamus si non resistunt. Erit igitur locus Judæorum perfidiæ, factus de exuviis Ecclesiæ; & patrimonium, quod favore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de manubiis Cimbrorum, de spoliis reliquorum ho-

Quam indecens a Christianis synagogam instaurari.

strum, hunc titulum Judæi in fronte synagogæ suæ scribent: Templum impietatis factum de manubiis Christianorum.

XC. Quanto autem periculo instauraturus quis tentaret incensa ædificia Judæorum, revocat in memoriam, quæ dicta sunt superius de prodigiis, quæ acciderunt sub Juliano conante iterum reædificare templum Hebræorum Hierosolymis: addit præterea, longe his graviora commissa sub eodem Juliano a Judæis inflammantibus pluribus in locis Christianorum ecclesias, quæ nos superius alia occasione retulimus. Ad postremum vero injuste agi contestatur, cum quid de Ecclesia vel sacerdotibus decernitur absque sacerdotum consilio, atque ait: *Certe si mihi parum fidei defertur, jube adesse quos putaveris Episcopos; tractetur, Imperator, quid salva fide agi debeat. Si de causis pecuniariis Comites tuos consulis: quanto magis in causa religionis sacerdotes Domini æquum est consulas?* & denique hac tacita comminatione, seu contestatione potius, apponit coronidem: *Ergo certe quod honorificentius fieri potuit, feci, ut me magis audires in Regia; ne si necesse esset, audires in ecclesia.* At quid in ecclesia, nisi eum publice redarguere? quod & postea fecit.

Sacerdotum consilio agendo causa sacerdotum.

XCI. Hic modo illud admonendum existimo; quia etsi non probet Ecclesia periclitari Christianam modestiam in diruendis incendendisve Gentilium, vel Judæorum templis vel synagogis (ut superius suo loco pluribus monstratum, atque de his in Notis (*a*) actum est) extitisse tamen vidimus complures, qui privato quodam divini Spiritus instinctu id peragentes, cæsi, ab Ecclesia recepti sunt inter martyres; itemque alios, qui cum diruissent templum, & ipsum reædificare jussi, obtemperare noluerint, occisi sunt, in martyrum consortium aggregatos; de quibus illam Theodoretus (*b*) affert rationem, nimirum parem esse impietatem idola Gentium adorare, & eisdem templum ædificare. Attamen quod ad Judæos spectat; scimus S. Gregorium sæpius rescripsisse (*c*), nullum Judæis negotium facessendum a Christianis, sed eos benignitate potius ac beneficentia alliciendos ad fidem; adeo ut Panormitano Episcopo, qui synagogam Judæorum vi abreptam in ecclesiam consecrasset, jusserit ejus persolvere pretium (*d*); sed & aliam synagogam, in quam violenter Crux cum imagine Dei genitricis illata fuisset, inde ea auferri præcipiens (*e*), liberam reddi voluerit. Quid ad hæc dicemus? equidem illud, quod unus atque idem Spiritus est, spirans ubi vult, & quod vult; cujus opera interdum ex zelo, interdum vero ex mansuetudine in divinis scripturis novimus commendata, quæ licet diversa, unus tamen idemque Spiritus eadem operatus sit. Cum tamen nihil penitus a S. Gregorio factum esse reperiatur, quod ab Ambrosio absque prævaricationis delicto fieri posse negetur: nam ablatam restitui synagogam, Gregorius tantummodo jussisse reperitur: nec sic pretium alterius persolvi mandavit, ut alia ab illis ædificaretur, sed ne (quod humanum quoque jus postulat) rerum suarum quisquam dispendium pateretur. Sed ad Ambrosium redeamus.

(*a*) Not. in Rom. Martyrol. die 9. April.

(*b*) Theod. l. 5. c. 38.

(*c*) Greg. l. 1. epist. 34. & l. 7. epist. 5. l. 11. ep. 15. l. 12. ep. 18.

(*d*) Greg. l. 7. ep. 58.

(*e*) Greg. l. 7. ep. 5.

Quæ S. Gregorius rescripsit de Judæorum synagogis.

XCII. Cum Theodosius, his acceptis ab Ambrosio litteris de revocanda quam emiserat jussione, adhuc cunctabundus id facere detrectaret; idem Ambrosius illud ipsum, quod fuerat comminatus, nempe nisi in Regia audiretur, fore ut in Ecclesia spectante populo in eum dicturus esset, sacerdotali libertate perfecit. Reversus siquidem Mediolanum, *posito* (inquit Paulinus) *Imperatore in Ecclesia, de eadem causa tractavit in populo.* Ac de baculo nuceo ex Hieremia secundum Septuaginta, dicendi sibi præparans argumentum, quam salubris esset sacerdotalis objurgatio, pluribus demonstravit; de quibus scribit ipse ad sororem (*f*). Atque demum quam litteris egerat, nec auditus fuerat, eamdem ferme repetit orationem, & cum audiretur a populo, vehementi invectus est in eum apostrophe, vim eidem addens ex persona quam faceret loquentis in eum Domini hisce verbis (*g*): *Ego te ex ultimo Imperatorem feci: Ego tibi exercitum inimici tui tradidi: Ego tibi copias, quas ille adversum te exercitui suo præparaverat, dedi: Ego inimicum tuum in potestatem tuam redegi: Ego de semine tuo supra solium regni constitui: Ego te triumphare sine labore feci: Et tu de me inimicis meis donas triumphos? Cui descendenti de exedra, Imperator ait: Contra nos te posuisti hodie, Episcope. At ille respondens ait, non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc Imperator: Re vera, inquit, dura præceperam contra Episcopum de synagoga reparanda. In monachos vero vindicandum esse, a Comitibus qui in tempore aderant, dicebatur. Quibus Episcopus: Ego quidem cum Imperatore nunc ago; vobiscum vero mihi aliter agendum est. Atque ita obtinuit, ut illa quæ statuta fuerant, revocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Cui Episcopus: Ergo ago fide tua. Respondit Imperator: Age fide mea. Qua sponsione iterata, jam securus peregit sacerdos divina mysteria. Hæc autem scripta sunt in epistola, quam ad germanam suam fecit, in qua tractatum inseruit, quem eodem die habuit de baculo nuceo, qui a Propheta Hieremia visus esse describitur.* Hæc Paulinus. Extat ipsa ad sororem epistola. Quæ autem idem mox subdit de clade Thessalonicensi, de eadem suo loco agendum erit.

Ambrosius in Ecclesia concionatur adversus Imperatorem.

(*f*) Ambr. ep. 18. edit. Sixt.

(*g*) Paulin. in vit. S. Ambros.

XCIII.

Ambrosius rursus resistit Gentilibus aram victoriæ petentibus.

Quid præterea Ambrosius eo tempore cum Theodosio, quem ad sequentis anni mensem Juniam illic consedisse dicemus, audi. Quod enim duobus (ut dictum est) rescriptis Theodosius Imperator, quæ a Maximo fuissent innovata, destruxit; inde accidit ut mox legatio Romani Senatus nomine (licet Gentilium tantum ea molitio esset) ad Theodosium Mediolani agentem pervenerit, qua peterent ut aram Victoriæ a Maximo redditam sineret permanere, ubi restituta fuerat, in Capitolio. Ista tunc audiens, mox intercessit S. Ambrosius, coramque Imperatore causam agens, ab ejusmodi concessione ejus animum penitus revocavit; id quidem ipse monstrat illis verbis in epistola ad Eugenium (*a*) postmodum scripta: *Postea*, inquit, *etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimavi, atque in os dicere non dubitavi; cui intimata Senatus legatione hujusmodi, licet non totus Senatus poposcerit; insinuationi mea tandem assensionem detulit*, &c. Qoid autem sequuti anno, cum Romam pergens Symmachus Consularis publica concione eadem ab Imperatore extorquere satageret, in eum Theodosius decreverit, dicemus suo loco inferius. Quod vero ad S. Ambrosii animi constantiam declarandam spectat; hic attexemus exemplum ab ipso Ambrosio descriptum in libris Officiorum, quos post redemptos captivos ipse conscripsit; ait enim (*b*): *Meministis ipsi, quoties adversus regales impetus pro viduarum, immo omnium depositis certamen subierimus. Commune hoc vobiscum mihi recens exemplum Ecclesiæ Ticinensis proferam, quæ vidua depositum, quod susceperat, amittere periclitabatur. Interpellante eam eo qui sibi illud Imperiali rescripto vendicare cupiebat; clerici non tenebant auctoritatem; honorati quoque & intercessores dati, non posse præceptis Imperatoris obviare ferebant: legebatur rescripti forma directior, Magister officiorum stabat, Agens in rebus imminebat. Quid plura? Traditum erat: tamen communicato mecum consilio, obsedit sanctus Episcopus ea conclavia, ad quæ translatum illud depositum viduæ cognoverat. Quod ubi non potuit auferri, receptum sub chirographo est. Postea iterum flagitabatur ex chirographo. Præceptum Imperator iteraverat, ut ipse per semetipsum nos conveniret. Negatum est, & exposita divina legis auctoritate, & serie lectionis, & Heliodori periculo, vix tandem rationem Imperator accepit. Post etiam tentata fuerat obreptio. Sed prævenit sanctus Episcopus, ut redderet viduæ quod acceperat. Fides integra salva est oppressio: non est formidini; quia jam res, non fides periclitatur.* Hæc Ambrosius, scribens plane ista, cum adhuc pro eadem pecunia novæ quærerentur novo colore artes.

(*a*) Ambr. ep. 15. edit. Sixt.

Depositum viduæ contra rescripta Impor. Ambrosius servat.

(*b*) Ambr. Offic. l. 2. c. 29.

XCIV.

Hoc item anno Cynegium, qui una cum Consulatu Præfecturam quoque Prætorii administrabat, ex hac vita migrasse, auctor est Zosimus (*c*), in ejusque locum Tatianum fuisse suffectum. Porro ad eumdem Cynegium in eodem agente magistratu, pro schismaticis, quos putavit esse Catholicos, ejusmodi a Theodosio rescriptum datum esse legitur: extat ipsum in libello Marcellini ac Faustini schismaticorum descriptum his verbis:

(*c*) Zosim. l. 4.

XCV.

Rescriptum Theodosii pro Faustino & Marcellino presbyteris.

Salve Cynegi Carissime nobis. Etsi nulla humanis pectoribus major quam divinæ legis debet esse reverentia, nec adjici quidquam ad eamdem possit, cujus ambitiosa præstantia mundi terræque moderatrix omne quod sub nobis esse voluit, favore omnipotentis Dei propitiata custodit; tamen per Faustinum & Marcellinum plenissimos fidei sacerdotes interpellata clementia nostra, veriti sumus, nisi per nos nihil fuisset responsum petentibus, nos videremur annuere iis qui divinæ legis, cui fervimus, contra propositum nostrum aliquid addidissent. Atque adeo ita utrumque moderamur, ut petitionem, quæ est oblata, veneremur, fidei autem nihil ex nostro arbitrio optemus, vel jubeamus adjungi. Nemo umquam tam profanæ mentis fuit, qui cum sequi Catholicos doctores deberet; quid sequendum sit, doctoribus ipse constituat. Et sane probabilis & justa laudatio precum est, quæ omnem prope seriem hæreticæ superstitionis, quæ contraria est fidei Catholicæ, ordinemque complexa est. Nam & unde orta, & quo provecta auctore fuisset, aperuit. Quippe cum persuasu quorumdam, totius sæculi antiquitate mutata, acti pro fide in exilium innocentes, vitam cum summa laude posuerunt. Sed circa eos non est dilata ultio, qui insidiati bonis moribus, & cælestibus institutis paulisper ex contentione, non fide, sed factione multorum mentes detestanda insinuatione perverterent.

XCVI.

De Gregorio & Heraclide Episcopis.

Nam usque adeo omnipotentis Dei mota patientia est, ut pœna, quæ criminosis post facta debetur, extemplo omnia antefacta sentirent. Sed ne hoc quidem facto converti ad præceptum Dei, flectique potuerunt. Catholicos occultis molitionibus urgent, insequuntur, oppugnant: tanta perseverantia erroris est, ut cum aliis diversa observantiæ sectatoribus quotidie peccare malint, quam cum Catholicis recta sentire. In quo potentium laudanda illatio est, qui communicantes Gregorio Hispaniensi, & Heraclidæ Orientali, sanctis ac laudabilibus Episcopis, optant in fide Catholica sine oppugnatione alicujus ac molestia vivere, nullisque appetentum insidiis, circumventionibusque pulsari: quip-

pe

pe quibus placeat susceptam semel fidem omni cum religione servare. Sic itaque inviolatum quicquid esse meruit æternum. Non conventio aliquid, non appetitio, non fraus attentat aliena. Utantur quo in loco voluerint proposito suo, utantur ad Catholicam fidem amore divino. Cynegi parens carissime & amantissime, sublimitas tua præceptum nostræ serenitatis, quo fidem Catholicam omni favore veneramur, & sine qua salvi esse non possumus, ita jubeat custodiri, ut Gregorium & Heraclidem sacræ legis Antistites, cæterosque eorum consimiles sacerdotes, qui se pariliobservantiæ dederunt, ab improborum hominum atque hæreticorum tueatur, & defendat injuriis. Sciantque cuncti id sedere animis nostris, ut cultores omnipotentis Dei, non aliud nisi Catholicos esse credamus. Hucusque rescriptum, absque die tamen & Consule. Quidnam? favitne Theodosius Imperator schismaticis? minime gentium. Attende rerum gestarum ordinem.

XCVII. *Faustinus, & Marcellinus schismatici quid ad Theodosium.*

Hujus namque dandi rescripti ea præcessit occasio, quod iidem presbyteri Faustinus, & Marcellinus ex schismate Ursicini inhærentes schismaticis Luciferianis adversus Orthodoxos librum conscripsissent, quem Theodosio obtulerunt: quo lecto, idem Imperator vel ignorans ipsos fuisse schismaticos, vel quod perperam putasset reperiri fidem in schismate, cum & qui obtulerunt, in omnibus profiterentur sese Catholicæ fidei defensores, ob eamque causam plurimum vexari a Catholicis, vel hæreticis Arianis: Theodosius voluit suo eosdem fovere rescripto. Facile namque fuit ea persuadere Imperatori, utpote homini puræ sinceræque fidei, ac Catholicæ veritatis studioso, quam iidem Luciferiani schismatici tantopere affectabant. Res sic se habuit, donec hæc ipsa Episcopis Catholicis innotuere: qui cum quod verum esset, Theodosio significassent, omnes ipsorum conatus prorsus irritos reddiderunt. Meminit horum libelli (*a*) Gennadius his verbis: *Scripsit*, Faustinus scilicet, *librum quem Valentiniano & Theodosio & Arcadio Imperatoribus* (his tribus enim liber inscriptus erat) *pro defensione suorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit. Ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse; quia Hilarium Pictaviensem & Damasum Urbis Romæ Episcopos in eodem libro culpat, quasi male consuluerint Ecclesiæ, quod prævaricatores Episcopos in communionem & sacerdotium, pacis recuperandæ gratia, recepissent: quod Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos, qui Ariminensi Concilio Arianis communicaverunt, quomodo Novatianis apostatas pænitentes.* Hæc Gennadius.

(*a*) *Genn. de Script. Eccl. c.16.*

XCVIII. *Luciferianum schisma penitus deficit.*

Par est credere, iisdem schismaticis adversatum esse inter alios sanctum Ambrosium, quos fratrem Satyrum jam ante vitasse sciret, ut superius suo loco demonstratum est. Cum autem quæ duo isti presbyteri mendaciorum effusa caligine ingesserunt, a luce veritatis redarguta, manifeste cum Theodosio, tunc cæteris omnibus innotuere: mox omne ipsorum consilium dissipatum, & schisma discissum penitus fuit, adeo ut post hac nulla amplius mentio reliqua fuerit Luciferianorum schismaticorum: qui vero apud eos sanioris fuere consilii, compage unitatis ac pacis, Ecclesiæ Catholicæ conjuncti sunt, ut inter alios Gregorius Bæticus, qui copulatus Ecclesiæ, charitatis sanctæ vegetatus irriguo, evasit æque sanctissimus, vixitque post hac complures annos: nam anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, quo scripsit S. Hieronymus volumen de Scriptoribus Ecclesiasticis, de eodem Gregorio adhuc superstite agit his verbis: *Gregorius Bæticus Eliberi Episcopus usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit, & de fide elegantem librum, qui hodie quoque superesse dicitur.* Hæc Hieronymus.

XCIX. *Gregorii Bætici, & aliorum Hispanorum scripta.*

Scripsit etiam idem Gregorius librum de Trinitate, qui extat ad Gallam Placidiam titulo prænotatus. Sed adjungamus huic opportune alios, quos eadem provincia viris clarissimis fertilis hoc eodem tempore habuit Ecclesiasticos tractatores, ut in primis qui in eodem quoque argumento versatus est Seobadius, qui & ipse de Trinitate contra Arianos commentarium edidit, & alia opuscula, æqualis plane Gregorii: nam & de ipso tradit S. Hieronymus, in ultima senectute adhuc in humanis agere dicto anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, cum de eo atque aliis ipse scriberet. Pacianus quoque tunc floruit Episcopus Barcinonensis ca-

PAGIUS

XIII. *Gregorius Bæticus floret.*

Ad num.XCIX. Existimat Baronius, *Gregorium Bæticum* Episcopum Eliberitanum in communione Ecclesiæ Catholicæ obiisse. Sed, cum is a solo Isidoro cap.2. libelli de Viris illustribus laudetur, hicque Auctor supposititius sit, teste ipso Baronio anno CCCLVII. num.XXXI, (ubi etiam ait, Isidori Historiæ primum Auctorem extitisse Marcellinum Presbyterum Luciferianum) merito ab eo dissentit Hermantius in Vita S. Athanasii lib.10. cap.12. Legitur quidem hujus Gregorii nomen tam in Martyrologio Romano, quam in Martyrologio Usuardi; sed, cum per annos amplius viginti in Schismate Luciferiano fuerit, nullibique legatur, ab illo recessisse, incertum, inquit Hermantius, an utriusque Martyrologii auctoritas fundamentum sufficiens sit.

XIV. *Opera Gregorii Bætici.*

Quesnellus tomo 2. Operum S. Leonis Dissert.14. *De Libellis in Codice veteri Romanæ Ecclesiæ contentis*, existimat, *Tractatum de Fide*, qui Latine tantum extat ex versione Rufini

castitate, & eloquentia commendatus, cujus est, inter alia lucubratio illa nobilis adversus Novatianos; qui in ultima & ipse senectute constitutus, sub Theodosio mortuus est ante dictum Domini annum, ut idem Hieronymus profitetur: ad cujus filium Dexterum Præfectura Prætorii insignitum idem Hieronymus (ut dicemus) scripsit librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Haud pridem autem, nempe adhuc superstite Valentiniano, desierat ex hac vita Aquilius Severus nobilis ingenii & generis homo, cujus idem S. Hieronymus in eodem commentario meminit. Hi claruerunt temporibus his in Hispania fide Catholica & erudirione spectati.

C. Galla Placidia pro Galla Augusta.

Ut autem ad Gregorium Bæticum, a quo digressa est, oratio revertatur; in commentario de Trinitate ab ipso scripto ad Gallam Placidiam, subdubito ne nomen Placidiæ ab aliquo rerum ignaro ac pariter nominum, fuerit superadditum. Siquidem Galla Placidia filia fuit Gallæ sororis Valentiniani, Justinæ filiæ, & uxoris Theodosii, Honorii vero Imperatoris ex patre soror: Gallam autem ipsam ejus matrem anno superiori Theodosio nupsisse diximus, ad quam potius existimo scriptum fuisse librum, nempe ad Gallam Augustam, ejusmodi erudirione maxime indigentem; quippe quæ matre Ariana genita, in Ariana hæresi ab eadem educata fuerit. Ut autem ad hujus filiam tunc lactentem Gallam Placidiam Gregorius scripserit, nulla ratio persuadet, nec auctoritas suffragatur: cum præsertim ipsa (ut habet operis præfatio) dicatur ab eodem Gregorio ex persona hæreticorum illum expetiisse commentarium, scriptis ab eisdem ad eam litteris, & propositis quæstionibus. Clausisse vero diem extremum Gregorium in Ecclesia Catholica magno nomine sanctitatis, indicant publica Ecclesiæ Catholicæ monumenta, in quibus adscriptum inter sanctos nomen ejus anniversaria celebritare recolitur (a).

(a) *Martyrol. Rom. die 24. April.*

CI. Fertur Chromatii Episcopi Aquilejensis, & Heliodori Episcopi Altinensis nomine epistola ad S. Hieronymum scripta, qua dicitur hoc anno, simulac Theodosius Imperator Mediolanum ingressus est, convocasse ad se omnes Italiæ Episcopos, quorum arbitrio decerneretur causa quorumdam Arianorum Episcoporum: in quo Præsulum conventu laudatus traditur ab eodem Imperatore allus Gregorius Episcopus Cordubensis, quod diebus singulis etiam jejunii tempore illorum martyrum memoriam recoleret, quorum natalitia contigissent, deque his ipsos ad S. Hieronymum dedisse litteras, quibus eum rogarent, ut Martyrologium scriberet: cui quidem epistolæ veluti ad eam redditæ ab eodem Hieronymo ad ipsos litteræ subjiciuntur. Quæ omnia ut spuria demonstrata rejecimus, confutavimusque in nostra de Martyrologio Romano tractatione, quam Notis ad ipsum additis præfiximus: tu ipsam consule.

De Chromatii, Heliodori & Hieronymi epistolis commenticiis.

CII. At sicut illas ut spurias jure respuimus, ita e contra merito affirmamus ipsum S. Hieronymum perbrevem sanctorum collectionem elaborasse, eamque ad eosdem Episcopos missam toto Christiano Orbe vulgatam esse, de qua Cassiodorus hæc habet (b): *Vitas Patrum, confessiones Fidelium, passiones martyrum legite constanter, quas inter alia in epistola S. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata, proculdubio reperitis, qui per totum Orbem terrarum floruere, ut sancta imitatio vos provocans ad cœlestia regna perducat.* Hæc ipse: quæ quidem Hieronymi lucubratio nonnisi post annos quatuor dici potest ab eo elaborata: nam cum post annos quatuor (ut dictum est) scripserit librum *de Viris Illustribus*, in cujus fine recensens omnia sua usque ad illud tempus scripta, cum ejus operis nullam penitus mentionem habuerit; utique nonnisi postea opus illud elaborasse dicendus est. Sed cum ejus epistola libello præfixa nescio quo casu amissa desierit, duas illas supposuit imprudens, ne improbus dicam, effictor.

(b) *Cassiod. instit. divin. lect. c. 32.*

Hoc

PAGIUS

ssini, quique Gregorio Nazianzeno adscribitur, legitimum fœtum esse *Gregorii Bætici*; cum appareat, illius Operis Auctorem Latinum fuisse, & Græco idiomate donatum Gregorio Nazianzeno adscribi potuisse. Divus quidem Augustinus epistola 3. ex eo Opusculo nonnulla refert sub nomine *Gregorii Orientalis Episcopi*. Sed unum pro altero Gregorium a Sancto Augustino laudatum probabiliter censet Quesnellus, Orientalem nempe pro Bætico & Illiberitano; cum Augustinus ipse lib. 1. contra Julianum cap. 5. eumdem Nazianzenum a Nysseno non discernat. Quare perperam Tractatus ille, Orationis 49. locum inter Opera Gregorii Nazianzeni obtinet. Male etiam tomo 4. Operum Sancti Ambrosii inscriptos est sub hoc titulo: *De Filii Divinitate & Consubstantialitate contra Arianos.* Male denique Vigilio Tapsensi a Chifletio in Vigilianis Vindiciis asseritur. Ejusdem Gregorii Bætici est Tractatus *de Fide Nicæna*; qui Orationis 50. locum obtinet inter Opera Gregorii Nazianzeni. Ostendit enim Quesnellus citatus, utrumque in styli similitudine convenire, utrumque Nicænæ Fidei Symbolum explicare; sed compendiose unum, alterum fusiori & dogmatica tractatione. Addit unum alterius explicationem & apologeticum esse; priorem posterioris. Unius igitur ejusdemque Auctoris est uterque Tractatus: sed brevior *de Fide Nicæna*, priorem locum obtinere debet; prolixior, qui inscribitur simpliciter *de Fide*, posteriori loco reponi; neuter vero S. Gregorio Nazianzeno, sed Gregorio Bætico uterque adscribendus, si conjecturæ Viri doctissimi apud ipsum legendæ admittendæ sint.

Ad

CIII. De Palladio Galata & Evagrio Pontico.

(a) Pallad. Vit. SS. Pat. c. 2.

(b) Pallad. Vit. SS. Pat. c. 82.

Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Theodosii secundo, Palladius Galata (ut ipse testatur *a*) Alexandriam petiit: qui tum ex iis, quæ ibi eremum Ægypti peragratus vidit, tum ab aliis audivit, scripsit postea commentarium ad Lausum Præfectum; quam ob causam eumdem librum interdum *Lausiaca* appellarunt, cui & titulus ille præfixus alicubi reperitur, ut *Paradisus Heraclidis* nominetur. Mansit hic in eremo cum Evagrio Pontico aliquot annis (de triennio ibi confecto ipse (*b*) meminit.) Porro Evagrii Pontici consuetudine, Origenis erroribus imbutus est. Fuit Evagrius (ut dictum est) origine Iberus citra Pontum Euxinum, quem ob id Hyperboritam appellat S. Hieronymus: qui a S. Basilio lector ordinatus, a Gregorio vero Nazianzeno Constantinopoli factus diaconus, Nectario relictus: inde cum divino impulsu coactus esset recedere, Hierosolymam ad Melaniam se contulit; ubi corporis mala valetudine diu affectus, pœnitentia anteactæ vitæ ductus, ex clerico monachus redditus, in Ægyptum profectus, in Nitriæ monte monasticam vitam exercuit ad decimumsextum usque annum, prout idem qui illi inhæsit Palladius (*c*) tradit. Mirati sumus aliquem dubitare, num hic Palladius idem sit cum illo, quem fuisse natione Galatam & professione Origenistam S. Hieronymus tradit; cum idem ipse Palladius eo commentario id profiteatur his verbis (*d*): *Respondi me esse peregrinum, & de Galatiæ partibus venire, & unum ex Evagrii fratribus esse confessus sum.* Hæc ipse. Porro ambos, Palladium scilicet & Evagrium, Origenis erroribus fuisse corruptos, non obscure tum Hieronymus, tum etiam Epiphanius affirmarunt.

(c) Pallad. ubi sup. c. 85.

(d) Pallad. c. 34.

CIV.

(e) Hier. ad Ctesiphon.

Evagrius Origenista laudator Origenistarum.

At primum de Evagrio hæc Hieronymus (*e*): *Evagrius Ponticus Hyperborita, qui scribit ad virgines, scribit ad Monachos, scribit ad eam, cujus nomen nigredinis testatur perfidiæ tenebras* (sugillat Melaniam seniorem) *edidit librum, & sententias* περὶ ἀπαθείας, *quam nos impassibilitatem, vel imperturbationem possumus dicere, quando numquam animus ullo perturbationis vitio commovetur; &, ut simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Hujus libros per Orientem Græcos, &, interprete discipulo ejus Ruffino Latinos plerique in Occidente lectitant: qui librum quoque scripsit, quasi de monachis, multosque in eo enumerat, qui numquam fuerunt, & quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Evagrium, Or quoque, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tædium est; & juxta illud Lucretii:*

> *Ac veluti pueris absynthia tetra medentes*
> *Cum dare conantur, prius oras pocula circum*
> *Contingunt dulci mellis flavoque liquore:*

Ita ille unum Joannem in ipsius libri posuit principio, quem & Catholicum, & sanctum fuisse non dubium est; ut per illius occasionem, cæteros quos posuerat hæreticos Ecclesiæ introduceret. Hæc Hieronymus ad Ctesiphontem adversus Pelagianos, quos ab ejusmodi Origenistis fluxisse docet (*f*). Theophilus (*g*) quoque in Epistola ad Epiphanium eorumdem monachorum Origenistarum, nempe Ammonii, Eusebii, & Euthymii meminit.

(f) Hier. in Proœm. advers. Pelag.

(g) Apud S. Hier. ep. 67.

CV. Evagrii scripta.

(h) Sozom. l. 6. c. 30.

Cæterum aliis quoque scriptis idem Evagrius magnam sibi conciliavit æstimationem: quam ob causam ab eis qui Origenistarum errores minime exploratos habuerunt, plurimum commendatur, & inter alios a Sozomeno (*h*). Recenset ejus

PAGIUS XV.

Palladius auctor Lausiaca hist. fuerit.

Ad num. CIII. & seqq. Usserius in Opere de Britannicarum Ecclesiarum Primordiis cap. 16. quæ de *Palladio* a Baronio scripta, magis explicat. Patria, inquit, Galatam fuisse Palladium illum Origenistam, Evagrii discipulum, & Epiphanius in epistula ad Joannem Hierosolymitanum, inter Hieronymianas ordine 60. & ipse in Lausiaca sua Historia cap. 48. & Heraclio Paradiso cap. 22. confirmat. Hanc in Proœmio ad *Lausum* Præfectum, a se etiam scriptam fuisse indicat anno tricesimo tertio, postquam vitæ sese addixisset monasticæ, cum viginti quidem in Episcopatu, totios vero vitæ quinquaginta & tres exegisset annos. Cum vero *in secundo Theodosii senioris Consulatu*, qui in præsentem Christi annum incidit, monasticam primum vitam amplexatum illum fuisse constet, ex Lausiacæ cap. 2. & 2. anno trecentesimo sexagesimo septimo natum, quadringentesimo ordinatum Episcopum, & quadringentesimo vicesimo Historiam suam scripsisse colligimus. Possevinum enim ratio fugit, qui eum Alexandriam anno CCCLXXXVIII. ex eremo petiisse, Commentariumque memoratum scripsisse asserit. In patria autem sua Bithynia creatum se Episcopum testatur ipse libro laudato cap. 12. & 43. in Sede nimirum Helenopolitana, a qua ad Asponitanam in eadem Bithynia civitatem translatum ex Socrate lib. 7. cap. 36. ibidemque ante annum quadringentesimum tricesimum primum vitam finiisse, ex Ephesini Concilii Actis intelligimus, quæ Actione prima & sexta, *Eusebium Asponorum Galatiæ Episcopum* Concilio illi interfuisse affirmant. Simul quoque adfuisse Palladium *Hellesponti Episcopum* eadem Acta ibidem docent, quem eum fuisse, ad quem scripsit Cyrillus Dialogum *de Adoratione in spiritu, & quod Lex Evangelica veta umbra tantum typusque sit*, potius quam Scotorum Palladium, quod opinatus est Balæus, prudens quivis judicaverit. Baronius hunc Palladium cum Palladio Scotorum Episcopo aliquando

Baron. an. 400. n. LXI. & anno 417. n. 4.

(a) Genn. de vir. ill. c. 11.

jus lucubrationes Gennadius (*a*); nam *præter Vitas Patrum, scripsit*, inquit, *multa monachis necessaria; ex quibus ista sunt: Adversus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus advertit, aut inter primos didicit, octo ex sanctorum Scripturarum testimoniis composuit libros, ad similitudinem videlicet Domini qui tentatori suo semper Scripturarum testimoniis obviavit; ita ut unaquæque species vel diaboli vel vitiatæ naturæ suggestionum contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Græco inveni, jussus in Latinum transtuli. Composuit & anachoretis simpliciter viventibus, librum centum sententiarum per capitula digestum; & eruditis ac studiosis quinquaginta sententiarum, quem ego Latinum primus feci: nam superiorem olim translatum, quia vitiatum per tempus & confusum vidi, partim reinterpretando, partim emendando, auctoris veritati restitui. Composuit & cœnobitis & synodiitis doctrinam aptam vitæ communis, & ad virgines Deo sacratas libellum competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententias valde obscuras, & ut ipse in his ait, solis monachorum cordibus cognoscibiles, quas similiter ego Latinis edidi. Vixit longa ætate signis & prodigiis pollens*. Hæc Gennadius, qui erga Pelagianos & ipse Pelagianus propensior tribuit falsus auctor Evagrio signa atque prodigia; sed hac ex parte fidelior Palladius (*b*) ejus in eremo socius, qui res ab eo gestas conscribens, hæc de miraculis penitus ignoravit: non enim tacuisset tantas laudes amici, quem aliunde quæsitis laudandi argumentis summopere celebravit; idemque ipsius lucubrationes numeravit.

(b) Pallad. in Lausiac. c. 25.

CVI.

(c) Socrat. l. 4. c. 18.

Citatur a Socrate (*c*) Evagrii commentarius, cui titulus præfixus erat, *Gnosticon*: item alius *de Vita ascetica*: sed & aliorum ab ipso editorum meminit. Sed qui indolentiam Stoicam in Ecclesiam introducere conatus est, hominemque statim ad culmen perfectionis evehi a se posse iisdem scriptis pollicebatur; eo nomine ab aliis derisus est: nam inter alios hæc Joannes Climax de eo: *Putavit Evagrius sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri; sed fraudem passus, sibi mentitus est miser, insipientiumque insipientissimus ex hoc ipso ostensus est*, &c. Hæc Climax. Cæterum in omnibus sic Evagrius sectatus est Origenis errores, de quibus suo loco dicturi sumus, ut sententia Hieronymi, Epiphanii, Theophili, & aliorum eumdem perspectum habentium Orthodoxorum, idem ipse Pelagianis materiam præparaverit delirandi.

CVII. De Palladio Galata.

(d) Hieron. in proœm. advers. Pelag.

Sed & Palladius ei inhærens, ejusdem quoque morbi contagione contabuit; de quo Hieronymus adversus Pelagianos (*d*), agens hæc habet: *Palladius, servilis nequitiæ, eamdem hæresim instaurare conatus est, & novam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere: num & illius ingenio nobilitatique invidimus? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur*, &c. Ob quam etiam causam S. Epiphanius eumdem in Palæstina ista docentem deplorans ait (*e*): *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, cave; quia Origenis hæresim prædicat, & docet; ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris*. Hæc ipse scribens ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum, cum idem Palladius jam deseruisset eremum Nitriæ, & morbi causa (ut ipse testatur *f*) abiisset in Palæstinam; ubi aliquandiu moratus hæreses docebat Origenis: quem cavendum Epiphanius Joannem ejus loci Episcopum quam primum admonuit. Cum vero Origenistarum nullum alium nominet, nisi Palladium; certe, etsi alii essent eadem labe conspersi, tamen non alium quam ipsum id muneris subiisse, ut Origenis deliramenta doceret, satis apparet. Quamobrem Origenistam illum, quem S. Paulam tentasse Hieronymus scribit, neminem certe præter Palladium tunc in Palæstina morantem fuisse conspicio, de quo ista in ejusdem Paulæ epitaphio habet (*g*): *Tangam ergo breviter quomodo hæreticorum cœnosos devitaverit lacus, & eos instar habuerit Ethnicorum. Quidam veterator callidus, atque ut sibi videbatur, doctus & scio-*

(e) Apud Hier. ep. 60.

(f) Pallad. in Lausiac. cap. 22.

(g) Hieron. epist. 27. Quæ Palladius cum Paula.

PAGIUS

quando confundit; sed eum ab illo diversum esse anno CCCCXXIX. ostendemus, ubi & plura de Palladio Helenopolitano Episcopo in medium afferemus.

XVI. Evagrius Ponticus multa scribit. Baron. n. CV.

Evagrium Ponticum Gregorii Nazianzeni discipulum fuisse testatur Sozomenus. Multa scripsit, quorum aliqua tum fragmenta, tum citationes habentur in Codice Regularum, in Patrum Vitis & Apophthegmatibus, in Catenis, in libro Excerptorum, in Thesauro Ascetico, in Scholiis ad Climachum, necnon apud Palladium, Socratem, Climachum, Dorotheum Maximum, itemque in Damasceno Billii, & Palladio Bigotiano. Scripsit librum unum *de octo Vitiositatibus* editum ab Emerico Bigotio in 4°. post Vitam Sancti Chrysostomi a Palladio compositam. Item Sermonem dogmaticum *de Sancta Trinitate, ad eos qui monasticam vitam degunt in patria*, quem Josephus Maria Suares Episcopus Vasionensis cum Niliacis publicavit. Præterea Cotelerius tomo . Monumentorum Ecclesiæ Græcæ in lucem emisit epistolam Evagrii *ad Anatolium*, in qua multa de vita, tum *practica*, cum *gnostica*, hoc est, quæ actione vel cognitione constat. Insuper, librum *Practicum* & aliud Opusculum, cui titulus, *Evagrii Monachi Rerum Monachalium rationes, earumque juxta quietem appositio*: quibus in libris multa egregia ad mores informandos habentur, ex iisque Dissertatio Labbei de Scriptoribus Ecclesiast. suppleri posset.

hus, me nesciente, cœpit ei proponere quæstiones, & dicere: Quid peccavit infans, ut a dæmone corripiatur? In que ætate resurrecturi sumus? si in ipsa qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit; si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diversitas quoque sexus maris & feminæ erit, aut non erit? Si erit, sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio: si non erit, sublata diversitate sexus, eadem corpora non resurgent: aggravat (a) enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem; sed tenuia erunt, & spiritualia, dicente Apostolo (b): Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia & antiqua peccata in corpora esse delapsas, & pro diversitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, ut vel corporum sanitate gauderent, & parentum divitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domos inopum venientes, pœnas pristinorum luerent delictorum, & præsenti sæculo atque corporibus quasi carcere clauderentur.

(a) Sap. 9.
(b) 1. Cor. 15.

CVIII. *Quod cum audisset, & ad me retulisset indicans hominem; mihique incubuisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens (c): Ne tradas bestiis animas confitentium tibi: &; Increpa (d) Domine bestias calami, quæ scribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & elevant in excelsum os suum: conveni hominem, & orationibus ejus, quam decipere nitebatur, brevi interrogatione conclusi, dicens*, &c. Refert disputationem tunc cum eo habitam, atque ad postremum addit: *Ex quo die ita cœpit Paula hominem detestari, & omnes qui ejusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret.* Hæc Hieronymus. Sic igitur a S. Hieronymo confutatus Palladius, in ipsum stylum convertit, atque primum hæc de Paula adversus eumdem Sanctum Hieronymum in suo commentario ad Lausum effutiit (e): *Multas feminas vidi, plurimasque tum viduas, quam virgines novi, inter quas Paulam Romanam, matrem Toxotii, feminam ad genus vitæ, quod est secundum spiritum dexterrimo ingenio: cui quidem, quo minus ei se daret, impedimento fuit Hieronymus quidam genere Dalmata, qui mulierem optima indole ad genus vitæ perfectum, cum in eo multos, ne dicas omnes, longissime post se intervallo videretur posse relinquere, ipse invidia motus ad suum peculiare vivendi institutum pertraxit. Ejus filia nomine Eustochium in Bethlehem vitam adhuc monachalem exercet; quam quidem ego numquam allocutus sum: cæterum fertur insigni esse pudicitia, & regere societatem virginum quinquaginta.* Hæc Palladius: mansisse autem ipsum in Palæstina saltem usque ad annum trecentesimum nonagesimumsecundum inferius dicemus ex epistola Epiphanii ad Johannem.

(c) Psal. 73.
(d) Psal. 67.
(e) Pallad. in Lausiac. c. 29.

Quæ Palladius in S. Hieronymum.

CIX. At quid postea de Palladio? Accidit quidem, ut recedens e Palæstina in Bithyniam, Catholici hominis personam induerit, & inter Catholicos consuescens, postea in Joannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani se amicitiam insinuarit. Et unde hoc, inquies, de consuetudine cum Joanna accepisti; ex eo potissimum, quod favit eidem Joanni Chrysostomo; cui quidem non communione Catholica tantummodo conjunctus, sed & eidem fuit tolerantia malorum propinquus: nam quæ ob ejusdem Joannis defensionem passus est, his verbis ipsa declarat (f): *De Palæstina autem ad provinciam Bithyniam veni; in qua nescio quo modo, utrum studio hominum, an voluntate divina (hoc Deus novit) Episcopus ultra meritum meum factus sum. In quo tempestatis illius, quæ sub S. Joanne commota est, interfui malis, & per decem menses in obscurissima cellula occultatus, cœpi illius sancti dicta reminisci* &c. Quo etiam tempore, cum vigeret vehementior in eumdem Chrysostomum persecutio, ex Oriente recedens; Romam se contulit ad Innocentium, a quo una cum aliis exceptus est. Et unde hæc? dices. Testatur id ipse cum de Piniano atque ejus conjuge Melania juniore, a quibus exceptus in Urbe fuit, sermonem habens, hæc ait (g): *Ne nobis quidem certe, cum plurimi simul essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Joannem perrexeramus, exigua præstiterunt: sed dum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumptibus, cum inde proficisceremur, honoraverunt.* Hæc ipse.

Palladius militat inter Catholicos.

(f) Pallad. ead. l. c. 22.
(g) Pallad. in Lausiac. c. 49.

CX. Quando autem id acciderit, expressum habes in dialogo de rebus ejusdem S. Joannis his verbis (h): *Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos (est enim Helenopolis Civitas in Bithynia, de qua superius) absque litteris venit, qui & ipse fugisse dicebat vesanum Principum; expressius autem atque signantius enarravit omnia, ipsumque exemplar edicti protulit*, &c. licet hunc, de quo agimus, Palladium diversum ab illo esse oporteat, qui in eo dialogo interloquitur: etenim tunc primum Romam se venisse dicit, cum sub Zosimo Papa pro pace Ecclesiarum ea functus est legatione. Sed quid tandem? ipsum foris pro tempore mutasse personam potius, quam animum impietate refertum, non leve argumentum est, quod eo libro, quem post eas turbas con-

(h) Extat tom. 1. Jo. Chrys. edit. Paris. col. 10.

Palladii Romam adventus.

conscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniæ obitu, qui contigit post Urbis Romæ excidium) Origenistas complures laudavit, ipsumque Evagrium Origenis erroribus infamatum ad cœlum evexit. Intelligis ex his, lector, satis periculosas hoc tempore hæreses excitari, quarum studiosos eadem Origenis haurire atque aliis propinare venena eo magis perniciosa, quo iidem viri magnæ doctrinæ, & sanctitatis nomine celeberrimi haberentur. Quis doctrina æqualis Didymo, qui primus Origenem suum nondum expiatum sordibus Alexandriæ tamquam idolum erexit? cui thus incauti adolevere Melania senior atque Ruffinus, Evagrius atque Palladius, necnon nominati superius anachoretæ: quibus postea inhærens Pelagius & ipse monachus, majore accessione impietatis novæ hæresis auctor factus, non amplius inter gregales militavit Origenistas, sed ipse sibi nomen conciliavit hæresiarchæ, de quo suo loco pluribus atque sæpius agendum erit. Vide, quam periculosum sit extra lineam Catholicæ puritatis efferre pedem, licet, quis magnorum virorum tuta se putet sequi vestigia: sed illud tutum, antiquum Ecclesiæ servare depositum, traditionibus inhærere, novantiumque omnes voces tamquam serpentum sibilos & terrificos luporum ululatus horrescere. *Erant autem* (inquit Vincentius *a*) *horum omnium verba illa fastu & arrogantia plena. Nobis auctoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quæ tenebatis, tenete quæ damnabatis, rejicite antiquam fidem, paterna instituta, majorum deposita; & recipite*, nostra videlicet: *quænam illa tandem? horreo dicere: sunt enim tam superba, at mihi non modo affirmari, sed ne refelli quidem sine aliquo piaculo posse videantur.* Sed de his suo loco dicendum.

Ex Origenistis Pelagiani.

(a) *Vincent. Lirin. cont. hæres. c. 14.*

JESU CHRISTI ANNUS 389. | SIRICII PAP. ANNUS 5. | VALENTIN. 14. THEODOSII 11. IMPP.

I. S. Augustini reditur in Africam.

Timasio atque Promoto Consulibus aperitur annus Domini trecentesimus octogesimus-nonus, quo S. Augustinus cum biemasset Romæ, expectata opportuna tutaque navigatione, ad Ostia Tiberina descendens, inde solaturus in Africam, retardatur sanctæ matris ægritudine: qua defuncta, persolutis eidem postremis pietatis officiis, una cum sociis in Africam navigavit. Id quidem in primis hoc anno contigisse, ipsius Augustini testificatione monstratur, dum adversus litteras Petiliani (*b*) agens affirmat, se post necem illatam Maximo tyranno in Africam remeasse. Cum vero constet ex his quæ dicta sunt, Maximi inte-

(b) *August. cont. litt. Petil. lib. 3. c. 25.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5882.

SÆC. IV. Olymp. 292. an. 1. Anno Urbis 1142. *secundum Baronium* 1140. A.C. 389.

☉ 6. G. ☽ 10. P. 2. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 389.

SIRICII PAPÆ 6.

VALENTINIANI JUNIORIS 15.

THEODOSII 11. ARCADII 7.

I. Coss. & Decennalia Theodosii.

[1] A Num. I. ad XI. Coss. *Fl. Timasius*, & *Fl. Promotus*, ut habetur in inscriptione recitata in Codice MS. his verbis: *Dedicatur VIII. Kal. Sept. Fl. Timasio & Fl. Promoto VV. CC. Coss.* Circa ejusdem codicis initium ipsemet Onuphrius Panvinius hæc scripsit: *Hic liber, cujus apud neminem extat exemplar, emptus fuit ab Illustrissimo Cardinali Carpensi CCC. aureis, post cujus mortem pervenit ad manus Illustrissimi Card. Sancti Angeli, deinde illum obtinuit Illustrissimus Dominus meus Card. Farnesius, quem mihi Onuphrio ejus Chronographo custodiendum dedit Romæ, dum in Siciliam proficisceremur anno Domini M. D. LXVIII. Id. Feb.* Obiit eodem anno Onuphrius vir immortalis memoriæ, XVIII. Kal. Aprilis Panormi, ut videre est apud Spondanum anno MDLXVI. n. 11. Servatur nunc Codex ille in Bibliotheca Illustrissimi Domini Ludovici de Mazaugues Regii in Parlamento Aquensi Consiliarii. Uterque Consul Orientalis fuit: quorum priorem copiis pedestri-

NOTÆ [1] C*oss. Fl. Timasius, & Fl. Promotus.* Gruterus pag. CCCCLXII. 1.

DEDICATA VIII. KAL. SEPT.
FL. TIMASIO. ET FL. PROMOTO.
VV. CC. CONSS.

Vulgares Fasti: *Timasio & Promoto.* Ita Prosperi Chronicon MS, & Paschalis laterculus in fine Gennadii. Prosperianum fragmentum eodem codice, pag. 94. *Timasio & Promoto: Adcusatur Priscillianus, ob necem ejus communione privantur Episcopi.*

interitum contigisse anno superiori, sexto Kalendas Septembris, S. Monicæ vero obitus certus habeatur ex die natali ipsius in Ecclesiasticis tabulis annotatus quarta Maji; utique non ante præsentem annum Augustini reditus in Africam potuit contigisse: hæc de tempore. Quod vero ad sanctissimæ feminæ ex hac vita locum migrationis spectat; decuit plane ipsam jam voti compotem factam, de tanta victoria parta, in cœlis cum Angelis, quibus est gaudium super uno peccatore pœnitentiam agente, perenni gloria triumphare, & ad Romanum littus potius, quam in Africa relinquere sacras carnis exuvias, quas Romam delatas Romana Ecclesia dignis prosequeretur honoribus, & cuio Urbe Orbis religioso veneraretur affectu. At quid Augustinus de matris felicissimo ad Deum transitu?

II. *Cum*, inquit (*a*), *apud Ostia Tiberina essemus, mater defuncta est. Multa prætereo, quia multum festino:* post enarratam vero compendio ejus vitam, hæc subdit (*b*): *Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura (quem diem tu Domine noveras, ignorantibus nobis) provenerat, ut credo, procurante te occultis tuis modis, ut ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quamdam fenestram, unde hortus intra domum, quæ nos habebat, prospectabatur: illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti a turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos navigationi, colloquebamur ergo soli valde dulciter, & præterita obliviscentes, in ea, quæ ante sunt, extenti* (*c*); *quærebamus inter nos apud præsentem veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita æterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* (*d*), &c. & post multa de vita illa mutuo colloquio disputata: *Fili, inquit illa, quantum ad me attinet, nulla jam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic sim, nescio, jam consumpta spe hujus sæculi. Unum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, ut te, etiam contempta felicitate terrena, servum ejus videam. Quid hic facio? Ad hæc ei quid responderim, non satis recolo.*

(*a*) August. Confess. l. 9. cap. 8.
(*b*) Aug. ib. cap. 10.
(*c*) Philip. 3.
(*d*) 1. Cor. 2.

III. *Cum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febribus; & cum ægrotaret, quodam die defectum animæ passa est, & paululum subtracta a præsentibus. Nos concurrimus; sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes me, & fratrem meum, & ait nobis, quasi quærenti similis: Ubi eram? Deinde nos intuens mœrore attonitos: Ponetis hic, inquit, matrem vestram? Ego silebam, & fletum frenabam: frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria defungi tamquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans eum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens: Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Ponite, inquit, hoc corpus ubicumque, nihil vos ejus cura conturbet: tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei, ubi fueritis.*

IV. Attende, lector, quid optet sanctissima femina; non aliud utique, quam quod sciret in Ecclesia factitari a piis viris; nimirum, ut sacris Missarum sacrificiis sacerdotes, & alii qui iisdem interessent, pro animarum defunctorum salute Deo preces offerrent. Sed post nonnulla: *Illis*, inquit, *stupentibus virtutem feminæ, quam tu dederas ei, quærentibusque utrum non formidaret tam longe a sua civitate corpus relinquere:* Ni-

PAGIUS

stribus, posteriorem equestribus anno præcedenti Theodosius contra Maximum Tyrannum pugnaturus, præfecerat, ut testatur Zosimus lib. 4. pag. 769. In præmium itaque rei præclare adversus Maximum gestæ, uterque hoc anno Consul creatus, quo *Theodosius* de eodem Tyranno triomphavit, &, ut videtur, *Decennalia* etiam edidit, uno anno dilata.

II. S. Monicæ obitus. Thomas Herrera, aliique quidam Augustiniani tradunt, *Augustinum* baptizatum anno CCCLXXXVII. die XXIV. Aprilis, *Monicam* vero e vita migrasse anno CCCLXXXIII. quarta die Maii, Augustini ætatis anno tricesimo tertio completo. Et hi quidem scribunt, *Augustinum*, cum post Baptismum aliquantisper Mediolani substitisset, inde postea cum matre, ac sociis via Aurelia per Tusciam, Romam, ac denique Ostiam profectum, ac ibidem matrem IV. Nonas Maii amisisse. Alii putant, *Augustinum* Ostiæ moratum usque ad necem Maximi Tyranni: alii Romam reversum dicunt. Sed hac in re Card. Norisio in quodam de Augustini Baptismo Opusculo standum. Sanctus Doctor, inquit, cum lib. 9. Confessionum narrasset, se Mediolani Baptisma suscepisse, ac ibidem aliquantisper postea commoratum, cap. 8. hæc statim ibidem scribit: *Quærebamus quisnam locus nos utilius haberet, servientes tibi, pariter remeabamus in Africam*. Itaque statuit Augustinus recta in Africam pergere, Idem cap. 10. narraturus quod sibi in colloquio cum matre apud Ostiam contigerat, ait: *Illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti a turbis, post longi itineris laborem instaurabamus nos navigationi*, &c. Si Augustinus diutius antea Romæ commoratus fuisset, ac libros, quos ab se post Baptismum Romæ scriptos testatur lib. 1. Retractat. cap. 7. 8. & 9. composuisset, antequam Ostiam descenderet, non dixisset, *post longi itineris laborem*; cum Roma usque Ostiam ex Antonini Itinerario iter tantum sit M. P. XVI. vel alio modo numerant, XVIII. Et quidem cap. 9. libri citati ait: *Cum autem Romæ demoraremur*, &c. Hinc patet, Rivium in Vita S. Au-

Obitus S. Monicæ.

Nihil, inquit, *longe est Deo; neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, unde me resuscitet. Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio* * *ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est*: quarto Nonas Maji.

* quinto.

V. Peregit Augustinus sanctissimæ matris funus, more (ut ait *a*) Christianorum, quo inter alia consuevit, antequam corpus conderetur sepulcro, pro anima offerri sacrificium, quod dicebatur pro delictis defuncti, scilicet ne anima detineri posset a contrariis potestatibus. Nam idem Augustinus memoria repetens extrema illa verba, quibus in altari Deo commendari ipsa voluerat, ait (*b*): *Namque illa, imminente die resolutionis suæ, non cogitavit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit sepulcrum patrium; non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit, cui nullius diei prætermissione servierat, unde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum* (*c*) *est chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid objiciat, & nihil inveniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? quis ei restituet pretium, quo nos emit, ut nos auferat ei? Ad cujus pretii nostri sacramentum ligavit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo a protectione tua dirumpat eam. Non se interponat nec vi, nec insidiis leo & draco. Neque enim respondebit illa, nihil se debere, ne convincatur & obtineatur ab accusatore callido; sed respondebit, dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit.* Hæc Augustinus, plane insinuans, quid prætenderet Ecclesia agere, cum pro defuncti anima, corpore nondum tumulato, sacrificium Deo incruentum offerret, nempe, ne anima illa ab adversariis potestatibus impediretur, quo minus ad Deum libera ascenderet: alludens prorsus ad eas, quæ præmittebantur, ut hodie, in sacrificio ab Ecclesia preces: *Domine Jesu Christe Rex gloriæ, libera animas omnium Fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum, de pœnis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer S. Michael repræsentet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti, & semini ejus.*

(*a*) Aug. ib. c. 12.

(*b*) Aug. ib. c. 13.

Memoria pro defunctis ad altare.

(*c*) Coloss. 2.

Missarum pro defunctis antiqui ritus.

VI. Porro etsi hæ preces generatim omnes complecti videantur Fideles defunctos, tamen privatim pro illa anima dicebantur quæ tunc decesserat, prout antiquiores Missales libri demonstrant, in quibus sic legitur: *Libera Domine animam N. & animas omnium Fidelium, &c.* sicut cum postea inter sacra recolitur defunctorum memoria illis verbis: *Memento Domine N. & famulorum, famularumque tuarum*, &c. in aliis vero libris leguntur interlineares variæ lectiones numero singulari expressæ, quibus significaretur, easdem preces, pro occasione singulari, vel plurali numero proferendas. Sic igitur S. Monica id exposcebat a suis, quod & S. Augustinus a fratribus tum illi, tum patri suo impertiri rogabat; nam subdit (*d*): *Inspira Domine Deus meus, inspira servis tuis fratribus meis, filiis tuis dominis meis, quibus & voce, & corde, & litteris servio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ cum Patricio quondam ejus conjuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, &c.* Hæc singula ad insinuandos antiquos Ecclesiæ mores in hodiernum perseverantes recensuisse voluimus; quorum demonstrato exemplo, dubitantium re-

solvi

(*d*) Aug. Confess. l. 9. c. ult.

PAGIUS

Augustini falso scripsisse, Augustinum, scriptis Romæ libris laudatis, cum matre ac sociis Ostiam se contulisse, in Africam transmissurum. Quare ex illis verbis, *post longi itineris laborem*, manifeste colligitur, *Augustinum* Mediolano profectum, recta Ostiam via Aurelia perrexisse eodem anno trecentesimo octogesimo septimo, quo fuerat baptizatus, Via Aurelia per Pisas, ac inde distantes M. P. CLIX. Centum-Cellas, & Lorium usque iter habuit; illinc vero ad Ostia Tiberina deflexit, ubi cum *post longi itineris laborem* sese navigationi instauraret, Monica mater e vita migravit.

III. Hunc obitum contigisse anno trecentesimo octogesimo septimo ante Idus Novembris, quamvis mensis ignoretur, insinuat Augustinus, dum ait, se anno ætatis *trigesimo & tertio* matrem amisisse; ille vero annus Augustino exibat die decima tertia Novembris anni trecentesimi octogesimi septimi. Quod si annus trigesimus tertius completus intelligatur, ac dies mortis *Monicæ* ponatur IV. Maii anni trecentesimi octogesimi octavi, Augustinus supra annum otiosus a scribendo fuisset. Nam lib. 1. Retract. cap. 6. narrat quæ Mediolani inter Competentes allectus, ac proxime baptizandus scripsit; tum cap. 7. recitat, quæ *jam baptizatus cum Romæ esset*, elucubravit. Quare, cum ruri degens, sese ad Baptismum præpararet, ac jam jam sacris mysteriis initiandus, libros scriberet; qui fieri potuit, ut baptizatus pleno anno stylo parceret, nec quicquam in literas mitteret? Hinc circa autumnum anni trecentesimi octogesimi septimi Romam reversus videtur, ubi sacris Literis, *in quibus nondum assuetum se fuisse fatetur* lib. 1. Retract. cap. 7. accuratam operam ponens, libris scribendis majorem anni trecentesimi octogesimi octavi partem exegit; siquidem lib. 3. contra literam Petiliani cap. 25. testatur, *se ex Italica peregrinatione jam post Maximi Tyranni mortem Africam repetisse*. In vetustis Martyrologiis, Adonis, Bedæ, Not-

Monica alio die quam qua colitur, mortua.

keri,

solvi possint ambages, ut curiositas inquieta quiescat, & delirium curari novantium hæreticorum.

VII. S. Augustini in Africam reditus.

Sed persolutis S. Monicæ religiosis pietatis officiis, Augustinum redeuntem in Africam comitemur. Solvens e Portu Romano, secunda navigatione Carthaginem appulit, ibique susceptus hospitio apud illustrem virum Innocentium Exadvocatum Vicariæ Præfecturæ valde ægrotantem. Quid autem tunc ibi mirandum acciderit, idem Augustinus rem exacte describens narrat his verbis (a): *Venientes de Transmarinis me & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, sed jam Deo servientes, ut erat cum tota domo sua religiosissimus ipse susceperat, & apud eum tunc habitabamus. Curabatur a medicis propter fistulas, quas numerosas atque perplexas habuit in posteriore atque ima corporis parte. Jam secuerant eum, & artis suæ cætera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa & diuturnos & acerbos dolores; sed unus inter multos sinus fefellerat medicos, atque ita latuerat, ut eum non tangerent, quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis omnibus quæ aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens, multumque formidans ne iterum secaretur, quod ei prædixerat alius medicus domesticus ejus, quem non admiserant illi, ut saltem videret, cum primum sectus est, quomodo id facerent, iratusque illum domo abjecerat, vixque receperat, erupit, atque ait: Iterum me secturi estis? Ad illius, quem noluistis esse præsentem, verba venturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis verbis promissionibusque lenire.*

(a) Aug. de Civit. Dei l. 22. c. 8.

VIII. Innocentii V.C. hospitis Augustini languor.

Præterierunt & alii dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione persistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt & alium grandævum jam medicum, satisque in illa arte laudatum (adhuc enim vivebat) Ammonium dico; qui loco inspecto, idem quod illi, ex eorum diligentia peritiaque promisit; cujus ille factus auctoritate securus, domestico suo medico, qui futuram prædixerat aliam sectionem, faceta hilaritate, velut jam salvus, illusit. Quid plura? postea tot dies inaniter consumpti transierunt, ut fessi atque confusi faterentur, eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expavit, expalluit nimio timore turbatus; atque ubi se collegit, farique potuit, abire illos jussit, & ad se amplius non accedere; nec aliud occurrit fatigato lacrymis, & illa jam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quemdam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, ut ipse faceret quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed postquam venit ille, laboremque illorum in cicatricibus sicut artifex vidit; boni viri functus officio, persuasit homini, ut illi potius qui in eo tantum laboraverant, quantum ipse inspiciens mirabatur curationis suæ fine fruerentur; adjiciens, quod re vera nisi sectus esset, salvus esse non posset: sed valde abhorrere a suis moribus, ut hominibus, quorum artificiosissimam operam, industriam, diligentiam admirans in cicatricibus ejus videret, propter exiguum quod remansit, palmam tanti laboris auferret. Redditi sunt animo ejus, & placuit ut eodem Alexandrino assistente, ipsi sinum illum ferro, qui jam consensu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata in consequentem diem.

IX.

Sed cum abiissent illi, ex mærore nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, ut tamquam funeris planctus vix comprimeretur a nobis. Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tunc Uzalensis beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat & ex quibus solus est nunc in rebus humanis jam Episcopus, cum honore a nobis debito nominandus, Aurelius; cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re sæpe collocuti sumus; eumque valde meminisse, quod commemoramus, invenimus. Qui cum eum, sicut solebant, vespere visitarent; rogavit eos miserabilibus lacrymis, ut mane dignarentur esse præsentes suo funeri potius, quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus invaserat pœnis, ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi, & hortati, ut in Deo fideret, ejusque voluntatem viriliter ferret.

Innocentii curatio divinitus facta.

Inde ad orationem ingressi sumus. Ubi nobis ex more genua figentibus, atque incumbentibus terræ, ille se ita projecit, tamquam fuisset aliquo impellente graviter prostratus, & cœpit orare, quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo

fluvio

PAGIUS

keci, Rabani, Vandalberti & aliorum Veterum die IV. mensis Maii S. Monicæ nomen non legitur, ac proinde post plura sæcula ab ejusdem obitu, in sacris Tabulis recitari cœpit, ut Inventionis, sive Translationis potius, quam mortis dies sub initium Maii recolatur: quod sæpius in aliis Sanctis ibidem commemoratis contingere certum est. Quæ omnia diligenter Card. Norisio laudato observata. Ex die itaque, qua Monica colitur, emortualis ejus annus deduci non potest. Papebrocius tomo I. SS. mensis Maii die IV. S. Monicam anno trecentesimo octogesimo octavo mortuam arbitratur; nullo tamen argumento, ad id probandum, in medium allato. Baronius locum adductum Augustini, ubi ait, se anno ætatis

fluvio lacrymarum, quibus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra ejus, & pene intercludentibus spiritum, quis ullis explicet verbis? Utrum orarent alii, nec in hac eorum averteretur intentio, nesciebam. Ego tamen prorsus orare non poteram; hoc tantummodo breviter in corde meo dixi: Domine, quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis? nihil enim mihi videbatur addi jam posse, nisi ut expiraret orando. Surreximus itaque, & accepta ab Episcopo benedictione discessimus, rogante illo ut mane adessent, illisque ut aquo animo esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur: aderant servi Dei, sicut se affuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici; parantur omnia quæ hora illa poscebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis suspensisque omnibus. Eis autem quorum erat major auctoritas, defectum animi ejus consolando, erigentibus, ad manus secturi membra in lectulo componuntur: solvuntur nodi ligamentorum, nudatur locus, inspicit medicus, & secandum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitisque contrectat; tentat denique modis omnibus, invenit firmissimam cicatricem. Jam illa lætitia & laus atque gratiarum actio misericordi & omnipotenti Deo, quæ fusa est ore omnium lacrymantibus gaudiis, non est committenda meis verbis; cogitetur potius, quam dicatur. Hactenus Augustinus de his quæ domi hospitis sui Carthagine vidit: subdit & de aliis itidem Carthagine editis miraculis; sed nos reliqua ejus acta prosequamur.

X. Augustini triennalis conversatio.

Rediens una cum sociis Alipio, & Evodio in patriam, quem condixerant (a) vitæ statum, cum adhuc in Italia essent, exercere cœperunt. Secedentes enim rus, ibidem triennio (b) permansere; & quibus exercitiis? ait Possidius: *A se jam alienatis curis sæcularibus, cum iis qui eidem adhærebant Deo vivebat, jejuniis, orationibus, bonisque operibus in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta revelabat, & præsentes & absentes sermonibus ac libris docebat.* Porro toto illo triennio laicus Deo servivit. Quo tempore, hoc inquam ipso anno librum scripsit *de Magistro*, nempe sequenti anno a suscepto baptismo, cum jam Adeodatus puer sexdecim esset annorum, qui tempore baptismi, quem suscepit anno superiori, agebat (ut ipse ait c) annum decimum quintum; quem eodem ferme tempore ex hac vita discessisse tradit. Scripsit etiam tunc duos libros *contra Manichæos* de Genesi; absolvit & libros *de Musica*; addidit etiam commentarium *de Vera religione* adversus Manichæos: hæc inquam omnia edidit, antequam presbyter fieret, ipso triennio commorationis in eremo: reliqua de ipso inferius suo tempore.

(a) Aug. Confess. l. 9. c. 8.
(b) Possid. in vit. S. Aug. c. 3.
(c) Aug. Confess. l. 9. c. 6.

XI. Obitus S. Gregorii Nazianzeni.

Hoc item anno, ipso mense Maji, nona die, Sanctus Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, migraturus in cœlum, feliciter diem clausit extremum; quod quidem ex Sancto Hieronymo ita deducimus: agens enim ipse in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis de eodem Gregorio, hæc de tempore obitus habet: *Decessit*, inquit, *ante ferme triennium sub Theodosio Principe*. Hæc cum ipse dicat, constetque eum commentarium ab eo scriptum anno ejusdem Imperatoris decimo quarto (testatur id enim ipse in fine) plane asserendum est, undecimo ejusdem Theodosii anno, hoc ipso nimirum, eum ex hac vita discessisse. Ex his igitur adeo exploratis, erroris redarguitur Prosperi Chronicon, in quo ejusdem Gregorii obitus recensetur anno tertio ipsius Theodosii Augusti sub Consulatu Eucharii atque Syagrii: ille enim non est obitus annus, sed quo ipse in Synodo Constantinopolitana abdicans se, in patriam rediit; quem plures post annos fuisse superstitem, quæ dicta de eo sunt, manifeste declarant. Sed nec subsistere ex iisdem probatur, quod tradit Suidas, eumdem Gregorium diem obiisse anno ejusdem Imperatoris decimotertio, suæ vero ipsius ætatis nonagesimo: secundum enim ejusmodi ætatis ejus annotum numerum, dicendum esset, ipsum eo tempore, quo Athenis erat, cum & Julianus Apostata ibidem versaretur, jam explesse annum ætatis quinquagesimumquintum; cum tamen ipse de se scribat Gregorius (ut dictum est) tri-

PAGIUS

tis *tricesimo & tertio* matrem amisisse, corruptum esse existimat, ac legendum, *anno tricesimo quinto*. Sed, cum eundem numerum omnes ad unum Codices exhibeant, ut observant Patres Benedictini in accurata editione Operum S. Augustini, inde certo intelligitur, locum minime depravatum esse, & *Monicam* ad præsentem annum non pervenisse.

IV. Obitus S. Gregorii Nazianzeni.

Ad num. XI. & seqq. In morte D. *Gregorii Nazianzeni* consignanda hucusque ab omnibus Recentibus peccatum. Ea enim contigit anno trecentesimo nonagesimo primo. Suidas in voce γρηγόριος, ait: *Cum ad nonagesimum ætatis annum, & ulterius progressus fuisset, decimo tertio Theodosii Magni imperantis anno ex hac vita decedit*. Incipit is Theodosii annus die XIX. Januarii anni trecentesimi nonagesimi primi, quo ideo, die IX. Maij Ecclesia hunc egregium Doctorem amisit. Eodem pariter anno Sigebertus in Chronico eam mortem consignat; nec hactenus aliquid probatum, quod utrumque errasse suspicandi locum præbeat. Nec enim D. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Ecclesiast. in quo hæc de Gregorio Nazianzeno habet: *Decessit ante ferme triennium sub Theodosio Principe*, Suidæ & Sigeberto contrarius est, ut autumat Baronius; quin potius eorum sententiam confirmat. Nam Hieronymus librum il-

trigesimum tantum tunc ætatis annum egisse, cum post discessionem Basilii, ipse qui remanserat, publice profiteretur. Quamobrem secundum initam a nobis superius ejusdem natalis temporis rationem, qua diximus natum esse anno ante Nicænum Concilium, Domini vero trecentesimo vigesimoquarto; utique affirmandum erit, eum defunctum esse anno ætatis suæ sexagesimoquinto. Sed jam quæ ejus obitum præcesserunt ærumnæ ex corporis infirmitate, hic describamus.

XII. *Status Gregorii Nazianzeni in senectute.*

Fuisse quidem ipsum robusto corpore, verum assiduis ægritudinibus atque molestiis fractum habetatumque ipse testatur; & ut omittam præterita, jam a tempore quo recedens Constantinopoli Nazianzum reversus est, & Arianzi ruri paterno deguit, assiduis ferme morbis vexatus est: ea enim de causa vidimus se excusasse quo minus ad novum veniret Concilium Constantinopolitanum. Quinetiam scribens ad V. C. Anysium (a), quod Olympiadis nuptiis, ad quas complures vocati essent Episcopi, minime convenisset, podagræ morbo se laborasse significat, adeo ut gestari ab aliis opus esset. Quantum autem ejusmodi excruciatus fuerit morbo, ipse carminibus sæpe deplorat potius, quam decantat. Cum igitur ita morbo affectus detineretur in lectulo, ærumnis tum animæ, tum corporis afflictatus, eugneis se carminibus solabatur: complures enim diversique generis extant versus, quos senex decumbens in strato scribebat: adhuc extant ipsi, quibus indicat se non morbo tantum vexatum corporis, memoriaque præteritorum malorum assidue cruciatum, sed diris a diabolo impugnatum esse tentationibus.

(a) Greg. Nazianz. epist. 57.

XIII. At quibusnam? dices ejusmodi certe, quæ vix credibiles cuiquam fierent, nisi ipse earum haberetur assertor, qui ejus rei causa lugubres sæpe cecinit threnos, quos soluta oratione hic reddemus. Cum enim invehitur in carnem suam, hæc inter alia habet (b): *Non improbitati tandem tuæ impudentiæque finem impones? non spiritui ac senectuti jam canæ stulta miseraque te submittes?* & paulo post: *Quocirca verere me tandem, ac libidinem istam, petulantiamque compesce; nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare; alioqui testor, fore ut te acerrime oppugnem, omnique dolorum genere frangam, atque cadavere imbecilliorem te reddam:* at quibus remediis eamdem insultantem coercere soleret, mox subdit: *Venite jam, & quidem magna copia scelerum expiatrices lacrymæ; veni laboriosum tam mentis, quam corporis pervigilium, ut flammæ meæ ardorem minuatis, fœtidamque vitiorum putredinem abstergatis; venter satietatem ableget; genua humi flexa obrigescant, cujusque cibi loco sit: asperrimus saccus mollia membra undique tegat, vexatæque animæ suppetias ferat. Veni tristis cura carnis domatrix, futura supplicia mihi semper ob oculos ponens. Atque hæc quidem stoliditati meæ, vecordiæque medicamenta ipse adhibeo, &c.* At ne putes ipsum hæc poetice fingere; audi quid alibi dicat, cum deplorat ærumnas animæ suæ (c): *Ego*, inquit, *in hac carcere corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnisque curis ter miseram animam conficio, ut eam flammam extraham; nec sic quidem tamen, nisi admodum ægre corpus in potestate teneo.* Et post multa; demum cum nullum satis idoneum atque sufficiens expertum se dicat esse remedium ad carnis tentationes edomandas, ad Deum conversus ista precatur: *Senectutem, quæso, meam, optime Deus, canumque hoc caput serva, vitæque finem optatum concede.* Conqueritur idem alibi (d), cogi se experiri in senectute, quæ juvenis nullo negotio sibi visus fuerat superasse; quippe quod pro monstro videbatur magna dæmonum incendia sensisse, ut qui illibatam a pueritia virginitatem custodierat; jam senex tentationis carnis facibus incenderetur ardentibus.

Gregorius senex vexatus stimulis carnis fortiter pugnat.

(b) Greg. Nazian. in carm. adv. carnem.

(c) Greg. Nazian. in carm. de calamit. animæ suæ.

(d) Greg. Nazian. in carm. de rebus suis.

XIV. Quod rursum ad hanc rem pertinet (perli-

PAGIUS

illum anno trecentesimo nonagesimo tertio, quo Theodosius die XIX. Januarii annum decimum quintum iniit, & Quindecennalia celebravit, in lucem emisit. Solebant quippe Auctores (ut toties a me monitum) annis hujusmodi solenniis dicatis, Opera sua publicare. Quare eo in Opere Hieronymus loquitur de Scriptoribus, qui usque ad annum Theodosii XIV. inclusive, non vero exclusive, ut credidit Baronius, floruere; ipsumque in lucem dedit anno decimo quinto Theodosii, licet in eo tantum locutus fuerit de Scriptoribus, qui ante eum Imperatoris annum aliqua Opera ediderant. Triennium itaque illud utrimque incompletum intelligendum. Ætas Nazianzeni adeo accurate a Suida memorata facit, ut ei in anno ejusdem emortuali fides omnino adhibenda sit.

V. Nam Gregorium ætate provectum fuisse, quando hominem exuit, ex ipsomet Gregorio ostendit Papebrocius in Actis Sanctorum die IX. Maii in vita S. Gregorii Nazianzeni; ubi tamen Baronii opinionem, quoad annum mortis hujus Sancti perperam amplexatus est. Gregorius in Carmine de Vita sua, quod non diu post Cæsarii fratris, & Gorgoniæ sororis mortem, ac ante patris obitum composuit, ita queritur:

Jam caput albescit canis, rugosaque membra
Tristis ad occasum vita mihi prona feruntur,

Neque *præmaturam* forte canitiem intelligas, sicut Interpres metro serviens *præmaturam* ejus *senectutem* in eodem Carmine paulo post dixit. Non enim hoc habet textus Græcus. Sed solum indicat [illegible], molestum scilicet temporalium, quas ante descripserat, curarum conflictum, ipsum quietioris vitæ impatienter cupidum, [illegible], *præcipitaverit in senium*, non

Ætas S. Gregorii Nazianzeni. Baron. n. XIII. & seqq.

Gregorius senex vitat aspectum feminarum.

libenter enim in his vagatur oratio) accidit aliquando, ut dum sic ruri degeret, arte dæmonum, in villa sibi propinqua Valentinianus quidam nobilis loci dominus lascivientes secum haberet feminas ob oculos Gregorii positas; cum ipse sibi timens, loco cessit, recedensque ad ipsum Valentinianum epistolam scripsit, in qua hæc inter alia (*a*): *Multo melius erat, tabula publice proposita* (proscriptionis scilicet) *nobis secessionem indicere, quam per mulieres, quas e regione nostri collocasti, vitæ gravitatem & sanctitatem interdicere, ac quotidianum dedecus & maledicentiam adjungens ab iis proficiscentem, qui libenter faciunt, at iis qui ita sibi vivendum proposuerunt, ut nos vivimus, obtrectent. At nisi hoc dictum audax sit: nos quoque per Evam e paradiso expulisti*. Hæc & alia Gregorius inde alio migrans. Transiliit enim ut cervus senex infirmis pedibus, quod in fuga tantum in ejusmodi bello sciret repositam esse salutem, atque victoriam collocatam.

(*a*) Greg. Naz. epist. 196.

XV. Loquacem in senectute linguam coercet Gregorius.

Vix credi potest, quanto ipse studio in senectute, infirmus corpore, excoluerit monasticam disciplinam, quantave severitate cohibuerit tum corporis, tum animæ sensus extra lineam spiritus, vel quid modicum deflectentes: disces enim ex uno hæc omnia, quod ipse narrat his verbis (*b*): *Nunc vero & morbo affectus & senectute fractus ac debilitatus in aliam calamitatem incidi; indomitam linguam, præcipitique loquendi celeritate volubilem habens, quæ me invidi hostis mei manibus semper tradidit, innumerisque incommodis affecit, &c.* Solet enim ejusmodi vitium in senibus virescere. At quanam hoc coercuit disciplina? perpetuo quadraginta dierum silentio; quo absoluto, cecinit illud carmen, sic eo Christum compellans: *Tibi linguam meam devinxi, & eam nunc solvo; quod utrumque ut pie faciam, te supplex rogo & obsecro. Loquar quæ loqui convenit: quæ autem nefas est loqui, ne animo quidem & cogitatione complectar*. Hæc ipse.

(*b*) Greg. carm. in silent. quadr.

XVI. At nec ob id quod reliquerit Civitates & confligantes Episcopos, carere persecutionibus potuit, illatis illis quidem ab hypocritis vitæ monasticæ professoribus, qui cum cernerent in Gregorium magni nominis virum omnium converti oculos, ipsumque præ ceteris ab omnibus celebrari laudibus; infenso id animo ferentes, ipsum carpere, & jacera contumelias cœperunt, quod scilicet ruri ageret, non in silvis, incongruamque monacho vitam duceret. Porro scripsit (*c*) in ejusmodi monachos hypocritas ipse Gregorius carmen, quo in unum ex iis petulantiorem ait: *Nuper quidam stultus, deliciisque præditus, dives, atque insolens delicias mihi vitæque mollitiem objectabat, cum alia multa dicens, tum etiam illud, me divitem & copiosum esse, ut qui & hortum, & otium, & mediocrem fontem habeam*. Convertensque in eos orationem, jure ipsos redarguit eorumdem, quorum alios reprehenderent, amplissimorumque prædiorum possessionem & delicias carnis objectans, mox subdit: *Nos contra, si fontem, vel hortulum, vel exiguum auram, vel umbrosum quoddam nemusculum, res utique levissimas possideamus, protinus id delicias interpretamini. Quid? an ne respirare quidem Christianis licet? &c.*

Monachi hypocritæ adversantur Gregorio.

(*c*) Gregor. Naz. car. in monas. hypocr.

XVII. Quorsumnam vero progressa est pseudomonachorum simultas? eousque sane, ut (quod horrendum est dictu) ad altare Dei sacrificantem Gregorium lapidibus appetierint; occidissentque, nisi divina fultus gratia, immane periculum evasisset: meminit ipse de ejusmodi more latronum facta grassatione in epistola ad Theodorum Episcopum Tyanensem in eosdem monachos scelus vindicare paratum, cum ab infligandis in eos pœnis revocare conatur: ita scribens (*d*):

(*d*) Greg. Naz. ep. 81. ed. nova.

XVIII. Gregorius lapidibus impetitus prolapidantibus intercedit.

Audio te contumelias eas, quas monachi ac pauperes nobis intulerunt, graviter molesteque ferre. Nec vero mirum est, te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatum nostrarum periculum fecisti, ad hujusmodi res animo discruciari: Nos autem ut qui plura mala persensermus, & contumeliis impetiti sumus, fidem atque auctoritatem merito nancisci queamus, ea pietati tuæ præcipientes, quæ cum canitiee

PAGIUS non qualecumque, sed veluti extremum; ideo enim addit, *καὶ κύπτων πρὸς γαῖαν*, *& propendens in terram*, quod silicerniorum est. Qui vero tunc canus & incurvus erat, quod in septuagenario sene non mirum, in viro quadragenario portentosum fuisset. Decennio post, cum morbo prohiberetur *Olympium* Præsidem per se accedere reis civibus veniam oraturus, eumdem appellans per epistolam 172. merito his verbis utitur: *Moveat te nostra canities; hæc offerenda erit, atque annorum numerus*. Quot hi, aut quæ illa, si anno trecentesimo vicesimo sexto, aut etiam serius natus fuerit Gregorius, ut Baronius contendit? *Patris canities & anni*, inquit Billius, sed perperam: suam enim propriam canitiem intelligit, suorumque annorum allegat numerum, talem utique qui præcipuam debeat miserationem movere. Denique Gregorius Orat. 27. quomodo cum Constantinopoli verbo doctrinæ insisteret, Ariani dicteriis sibi illuserint, narrans, non obliviscitur objectam sibi *membrorum contractionem ab ætate & morbo*; ætatem utique in nostra sententia annorum circiter octoginta tunc habens, juxta alios vero annorum quinquaginta quinque. Hæc eruditus Papebrocius. Quare cum recte Suidas tradiderit, Nazianzenum nonagenario majorem extremos clausisse dies, cum in anno mortis ejus narrando errasse, prorsus improbabile,

nicies docet, tam ratio ipsa demonstrat. Gravia quidem atque adeo gravissima sunt ea quæ contigerant; quis sufficias ire queat? nimiram & contumeliam altaribas illatam esse, & conturbata mysteria; & nos inter sacra, quibus opera dabatur, & eos qui saxis nos appetebant, interjectos, adversus lapidam ictus medicinam a precibus petisse, virginum pudorem in oblivionem venisse, monachorum modestiam, pauperum calamitatem, quos animorum austeritas misericordia quoque privaverat, Nihilominus tamen lenitate atque clementia uti, fortasse satius est, multisque per ea quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Plerique enim sunt, quos non tam oratio movet, quam actio, quæ taciti cujusdam monitoris instar est.

XIX.

Magnam esse censemus, de iis a quibus læsi sumus, pœnam sumpsisse: magnum inquam; nam & hoc ad aliorum vitia corrigenda utile est: At multo hoc majus & divinius est, acceptam injuriam tolerare: illud enim improbitatem coercet, hoc autem ad probitatem adducit; quod quidem longe præstantius ac perfectius est, quam a vitio abstinere. Ingentem nobis humanitatis quæstum præpositum esse existimemus, si ea quæ in nos admissa sunt, condonemus, ut ipsi quoque veniam consequamur, &c. Pluribus docet præstare zelo mansuetudinem. Hic vero illud obiter attigisse sat erit, Gregorium hæc scribentem ad Theodorum Episcopum Tyanensem, & alias plures epistolas ad eumdem dantem, calumniam passum a posteris qui asserunt scripsisse litteras ad Theodorum Mopsuestenum hæreticum: sed cum mille modis redargui possit calumniantium vel dolus, vel imperitia; satis illud tibi Justinianum Imperatorem in edita a se de fide Catholica sanctione (a) ipsum ab hac calumnia liberasse.

(a) Extat to. 2. Conc. nova edit.

XX. Gregorii effigies.

His igitur Gregorius tam præclaris auctus in senectute coronis, locupletatus meritis, viatico immortalitatis accepto feliciter migravit in cælum: cujus transitus non mortis sed natalis titulo, quolibet anno in Ecclesia repetendus, publicis monumentis adscriptus, hactenus virenti observantia celebratur. Ejus vero venerandam effigiem in Græco codice Vaticano (b) ita descriptam invenimus: *Statura mediocri erat, pallidus aliquantulum, non tamen citra venustatem, depresso naso, superciliis in rectum protensis, aspectu blando & suavi; altero oculo, nempe dextero, subtristis, quem cicatrix quædam contrahebat, barba non promissa, sed densa, eaque in extremo, quasi fumo infuscata; qua parte calvus non erat (nam subcalvus erat) albos crines habebat, atque conspicuos.* Hæc ibi, & quidem consentientia iis quæ ab ipso descripta leguntur, nimirum de pallore (c), & macie, oculi cicatrice (d), atque calvitie (e). Tanto autem tum vivens, tum etiam post mortem nominis splendore effulsit & gloria, ut tam Græcorum, quam Latinorum præconiis celebretur: quem & reveriti sint & laudaverint etiam Ecclesiæ hostes, ut inter alios Eustorgius, qui Basilio atque Apollinari Gregorium præfert.

(b) Cod. Græc. n. 349.

(c) Greg. Naz. orat. in Max.
(d) Greg. in carmin. de rebus suis.
(e) Greg. orat. ad Arian.

XXI.

Repræsentavit eum, quasi viventem post mortem veneranda ipsius imago non pictura tantum, sed & sculptura reddita; quæ in ecclesia collocata, magna Fidelium veneratione frequentata cultaque pie fuit: ex qua & miracula divinitus edita prodiere, ut inter alia illud sub Michaele Balbo Imperatore, cum Constantinus filius Leonis Armeni Augusti ex violenta abscissione mutus redditus, ejus imaginis opera, sed virtute prototypi regnantis in cœlo recepit loquelam: quo modo res se habuerit, Cedrenus (f) narrat; sed nos de his servato ordine temporum suo loco agemus. At reddamus hic epigramma seu potius vitæ ipsius epitomen continens epitaphium ab ipsomet versibus inter graves vitæ molestias decantatum: est vero ejusmodi (g):

(f) Cedren. in Mich. Balbo.

(g) Greg. Nazian. in Epitaph. & Epit. Vita sua.

Gregorii Epitaphium.

Cur carnis laqueis tu me, pater, implicuisti?
Cur subsum vitæ huic, quæ mihi bella movet?
Diveno patre sum genitus, Sanctaque parente:
Hæc mihi lux vitæ namque precante data est.
Oravit, summoque Deo me vovit; at ortus
Est mihi per somnum virginitatis amor,
Ista quidem Christi; post at subiere procellæ:
Rapta mihi bona sunt, fracta dolore caro,
Pastores sensi quales vix crederet ullus,
Orbatusque abii prole, malisque gravis:
Gregorii hæc vita est; at Christo postera cura,
Qui vitæ dator est, Exprimat ista lapis,

Sed exigua sunt hæc: siquidem res ab eo præclare gestæ una cum nomine ipsius non solum in cœlo sunt scriptæ, sed & plurimis in terra leguntur exculptæ columnis, sicque vivit post obitum ubique beatus: nam ejus animam Christus, scripta possidet Ecclesia, & corpus Roma tandem accipiens nobilissimo condidit tumulo in basilica Vaticana. Celebrantur ore omnium sanctorum Patrum ejus præconia, quem & Cassiodorus ejusmodi exornat elogio: *Gregorius splendidissimum scientiæ & doctrinæ jubar; qui & cum jam*

olim

olim vita functus sit, etiam nunc tamen auctoritate & fide vivit; & cum jam olim corpore absit ab Ecclesiis, tamen voce ac magisterio non recedit. Ita quidem cum sit frequenter audire e suggestu loquentem Gregorium hæreticos sermonibus insectantem, roborantemque fidem Catholicam, sui prærogativa suffragii controversias dirimentem, definientem insuper dubia, atque pronunciantem quæ careat appellatione sententiam.

XXII. De testamento S. Gregorii Nazianzeni.

☞ Cum hucusque in prima editione res Gregorii Nazianzeni produxerimus, prætermisimus, quod plane ignorabamus ab eo conditum testamentum: Quis enim illud extare, vel rationem aliquam ipsius habendam esse putasset, quod tot rerum atque scriptorum ejusdem Gregorii accuratissimos exploratores præteriisset; vel si noverunt, tamen visi sunt penitus tamquam commenticium contempsisse? Cum vero illud prætermisissem omnino; M. Antonius Massa Salernitanus I. C. quo cum ob illius doctrinam, variamque eruditionem cum pietate conjunctam domestica mihi consuetudo intercedit, omnium fere librorum angulos exploratos habens, cum istud ipsum minime eum lateret, liberiori amicitiæ usu lepidis salibus suaviter carpens, oscitantiæ me redarguit, quod cum de Gregorio Nazianzeno pene nihil omiserim, ejus tamen testamenti nullam prorsus habuerim mentionem: nam etsi illud fortasse nobis minime probaretur, confutare saltem disertis rationibus, muneris nostri esse; quod negare non potui.

XXIII.

Latet illud quidem inter Brissonii viri sane valde periti formulas Græce editum; sed cum mendosum vehementer inventum esset & mutilum, vehemensque urgeret de impostura suspicio, rem contuli cum Jacobo Sirmundo mei studiosissimo Parisiensi professore Societatis JESU, omnium plane litterarum genere excultissimo: qui infatigabili studio penetralia quæque bibliothecæ Vaticanæ perlustrans, invenit tandem in duobus antiquis codicibus (a) ejusmodi testamentum, quod contulit, emendavit, atque Latinitati primus omnium tradidit, deditque nobis, sicut hic habes descriptum:

(a) *Vatican. Biblioth. n. 311. & 592. Græc. lib.*

XXIV. Testamentum Gregorii Nazianzeni.

Consulatu Flavii Eucherii & Flavii Syagrii, clarissimorum virorum, pridie Kalendas Januar. Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, vivens ac prudens, sanoque consilio & integris sensibus condidi hoc testamentum: quod quidem jubeo & volo ratum esse, firmitatemque in quolibet foro & quomodolibet obtinere. Jam enim mentem meam manifestam feci, & meam omnem substantiam Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecravi ad pauperum, qui sub eadem sunt Ecclesiæ ministerium; ob eamque causam tres præfeci juxta hanc meam voluntatem Prochotrophos, pauperum curatores, Marcellum diaconum ac monachum, Gregorium item diaconum, qui fuit de familia mea, & Eustathium monachum, qui & ipse fuit e domo mea. Nunc vero eumdem animum retinens erga sanctam Ecclesiam Nazianzenam, eodem persto in proposito.*

XXV. Hæres fideicommissarius.

Cum igitur contigerit me ex vita decedere: hæres meus esto Gregorius diaconus & monachus domesticus quondam meus, quem pridem manumisi, ex universa substantia mea mobili & immobili, ubicumque ea mihi sita est; cæteri omnes exhæredes mihi sunto: Ita quidem, ut meam omnem substantiam mobilem & immobilem sanctæ Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ ipse restituat, nihil penitus subducens, præterquam quæ hoc testamento quibusdam privatim reliquero legati aut fideicommissi gratia; sed omnia (ut prædixi) diligenter servet Ecclesiæ Dei, timorem præ oculis habens, sciensque jam a me decretum, ut omnia mea illius Ecclesiæ pauperum ministerio cedant; in eamque rem se institutum hæredem, ut per ipsum Ecclesiæ omnia sine fraude conserventur.

Servos quoscumque vel mea voluntate vel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi, hos omnes nunc etiam liberos manere volo, & peculia sua sibi habere, absque ullo impedimento.

XXVI. Relicta hæredi jure Dominii.

Volo præterea, hæredem meum Gregorium diaconum una cum Eustathio monacho, ambos olim e domo mea possidere prædium Arianzenum, quod ex Regini bonis ad nos pervenit; gregales vero equas & oves, quotquot jam ipsis præsens dari jussi, quarumque proprietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere volo jure dominii. Per præceptionem item Gregorium diaconum & hæredem meum, qui mihi fideliter ministravit, privato jure dominii habere volo aureos numero quinquaginta.

XXVII. Legatum Rufianæ Virgini.

Rufianæ virgini venerandæ, propinquæ meæ, certa condicta in annos singulos dari jussi, unde vitam libere traducat: quæ quidem, omnia eidem, quemadmodum præscripsi, volo & jubeo sine mora præstari. De habitatione autem tum quidem propterea nihil statui, quod nescirem ubinam ipsa degere mallet: nunc vero & hoc volo, quocumque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuæ congruentem ad honestam virginis habitationem; quam utique domum sine interpellatione habebit ipsa in usumfructum, quoad vixerit, postea restituat Ecclesiæ. Addi præterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit; hoc nimirum pacto, ut cum ea morentur puellæ usque dum vivet; & si quidem illi ita visum fuerit, liceat ipsi libertate eas donare; sin minus, & illæ quoque ad Ecclesiam pertineant.

XXVIII. Legata diversis relicta.

Theophilum puerum, qui mecum perseveravit, jam manumisi; volo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos quinque. Eupraxium vero ejus fratrem liberum esse volo, eique legati nomine dari aureos nummos quinque. Volo præterea Theodosium Notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque.

Excusatio de prætermissis suis.

Alypianam, filiam meam dulcissimam (cæterarum enim Eugeniæ & Nonnæ exigua ratio ducenda est, ut quarum vita reprehensione non vacat) veniam mihi dare volo, quod nihil possim ipsi relinquere; quippe qui omnia jam pauperibus destinavi; aut potius beatissimis parentibus, qui ita pollicitis erant, obsecutus sum; quorum mentem violare, nec sanctum, nec tutum arbitror. Quæcumque igitur ex beati fratris mei Cæsarii rebus in veste serica, aut linea, aut lanea, vel buricballis supersunt, hæc ad ipsius liberos pertinere volo, & nulla in re ipsam, vel sorores ipsius molestas esse vel hæredi meo, vel Ecclesiæ.

XXIX. * γαμβρὸς. Admonitio testamentaria.

*Meletius gener * meus prædium Apenzinsenum, quod Euphemii erat, sciat se mala fide possidere; de quo quidem etiam antea scripsi sæpius Euphemio, ignaviam ejus reprehendens, nisi sua recuperaret: Et nunc testor omnes magistratus, & qui sub magistratu sunt, injuriam fieri Euphemio: oportet enim prædium Euphemio restitui.*

Emptionem fundi Canotalorum reverendissimo filio Episcopo Amphilochio redintegrare volo: constat enim ex chartis nostris, idque norunt omnes, quod & solutus fuerit contractus, & pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis jampridem tradiderim.

XXX. Diversa legata.

Evagrio diacono, qui multorum mecum laborum & curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam habeo coram Deo, & coram hominibus. Ac majora quidem ipsi Deus retribuet; ne vero parva etiam amoris symbola prætermittamus; volo ei dari camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos triginta. Similiter dulcissimo condiacono nostro Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex iis quæ sunt in patria, aureos viginti ex patriæ item rationibus. Elaphio Notario, qui & bene moratus est, & quo tempore fuit in obsequio, belle nos refocillavit, dari volo camasum unum, tunicas duas, pallia tria, sigillionem in patria, nummos aureos viginti.

XXXI.

Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni judicio & quomodocumque: quod si tamquam testamentum vim non habuerit, tamquam voluntatem ipsum ultimam seu codicillum valere volo. Qui vero ipsum evertere tentaverit, rationem reddet in die judicii.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ relegi testamentum, & omnia probans subscripsi manu mea, & vim obtinere volo ac jubeo.

XXXII. Testes subscribentes.

Amphilochius Episcopus Catholicæ Iconii Ecclesiæ interfui testamento reverendissimi Episcopi Gregorii, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Optimus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Antiochenæ interfui, cum reverendissimus Episcopus Gregorius testamentum suum, ut supra scriptum est, disponeret; & eo rogante subscripsi manu mea.

Theodotius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Hydæ præsens fui testamento reverendissimi Episcopi Gregorii, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Theodulus Episcopus sanctæ Catholicæ Apameæ Ecclesiæ præsens fui, &c.

Hilarius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Isaneiæ præsens fui, &c.

Themistius Episcopus sanctæ Catholicæ Hadrianopolis Ecclesiæ præsens fui, &c.

Cledonius presbyter Catholicæ Iconii Ecclesiæ præsens fui, &c. Hactenus testes: post quorum subscriptiones; nomen ejus qui ex archivo Nazianzeno ejusmodi testamentum edidit, habetur in iisdem codicibus scriptum his verbis:

Joannes sanctissimæ Nazianzi Ecclesiæ lector & Notarius exemplum divini testamenti, quod in sanctissima ecclesia mea reconditum est, sancti & illustris ac Theologi Gregorii excripsi & edidi. Hactenus ex vetertimis exemplaribus Vaticanis.

XXXIII. Elucidatur testamentum Gregorii Nazianzeni.

Jam vero nostrarum partium esse scimus, ut his quam exacte percognitis, num hæc in omnibus inveniantur veritati consentanea disquiramus, elucidemusque obductum veluti rubigine monumentum. Esse quidem ipsum germanum Gregorii Theologi testamentum, sunt multa quæ persuadeant. Verum quoniam ipsa prima ejus inspectione longe refugere possit animus, ut id audire velit, nedum asserere ipsum Gregorium filias habuisse atque generum; de hoc ipso primum jure agendum erit. Etenim nihil est, ut vel in leve discrimen possit adduci Gregorii, quem suis ipse sæpe scriptis profitetur, cultus virginitatis, quam par est ut ante omnia apertissime demonstratam atque probatam, sartam tectam in omnibus relinquamus.

XXXIV. Virginitas S. Gregorii Nazianzeni perspicua satis.

Nihil quidem magis certum atque exploratum ex omnibus Gregorii rebus gestis videri potest, quam ipsum perpetuam coluisse virginitatem, testante id ipso quam sæpissime, cum in senectute confectus ærumnis sese ejus tamquam rei præclaræ memoria consolans, cygneis modulis sæpe concinuit, ut illud in primis prosa redditum (a): *Corpore virgo sum; an autem etiam animo, haud certum habeo:* profite-

(a) Greg. Nazianz. de se ipso.

fitetur hoc etiam in carmine, ubi conqueritur *de calamitatibus fuis*; itemque in carmine *de Virginitate*, & in præceptis *ad Virgines*: rursum in carmine *de vita sua*, & eo qui inscribitur: *De rebus fuis*, ubi hos habet versus:

> *Non me connubium strinxit, non fluxio vitæ.*

& inferius,

> *Nec meu feminco maduerunt membra liquore.*

Insuper cum rursus animæ suæ calamitates deplorat, visionem sibi divinitus ostensam recenset, qua permotus fuerit a puero, ut se virginem perpetuo conservaret. Id ipsum etiam affirmat cum invehitur in hypocritas monachos, necnon in epitaphio de se scripto; ut plane nihil in Gregorio firmius atque tutius, quam perpetuæ virginitatis cultus, absque ulla dubitatione affirmari penitus possit. Servata igitur & in omnibus comprobata Gregorii virginitate, jam nebulam illam quæ de filiabus & genero ex testamento contracta videtur, ex ipsiusmet Gregorii scriptis dimoveamus omnino.

XXXV. *Quæ fint nominatæ filiæ a Gregorio.*

Quod igitur ad nominatas in testamento filias spectat; illud ingerimus: si omnes quas ipse Gregorius suis scriptis filias vel filios nominat, ex conjuge esse susceptos, velimus asserere; erit profecto ut plusquam quingentos (ut ita dicam) ex Gregorio genitos esse liberos affirmare cogamur: verum ad spiritualem generationem eos omnes esse referendos, ne longe petatur exemplum, habes in eodem testamento ab ipso Gregorio nominatum filium suum Amphilochium Episcopum, utpote ætate juniorem; nam in epistola ad Cæsarium de eo scripta: *Ipse*, inquit, *manu mea carissimum filium nostrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine usque adeo nobilem (etiam præterquam ætas ferat) ut ipse, qui & senex & sacerdos & amicus vester sum, præclare mecum agi existimaturus sim, si eam hominum existimationem obtinuerem*. Hæc ipse. Sic igitur nihil est ut cogamur asserere, quas nominat filias, eas a Gregorio ex uxore susceptas.

XXXVI. *Alypiana & sorores neptes Gregorii.*

Verum dicendum potius eas illius fuisse neptes: etenim quam potissimum laudat, spretis cæteris, Alypianam, eo gradu tum ipsam, tum reliquas duas sorores Gregorio junctas fuisse, ex ipsius Gregorii epistolis certo certius intelligere possumus. Reperitur quidem Alypiana ista ipsi Gregorio fuisse ex sorore Gorgonia neptis, nuptaque insigni viro Nicobulo; ex quibus ortus est Nicobulus Junior; cujus nomine ad ejus patrem extat Gregorii carmen, necnon aliud patris nomine ad ipsum filium redditum, & aliæ complures epistolæ, ut inter cæteras quæ signatur in Billiana novissima editione numero centesimo quinquagesimoquinto; cujus hæc est inscriptio ex Græco reddita exemplari, qua ipsius epistolæ argumentum ponitur verbis istis:

Eidem Nicobulo, Alypianæ ipsius uxori, Gorgoniæ Gregorii sororis filiæ, corporis staturam exprobranti. Hæc in epistolæ inscriptione. Sed quid ista sibi velint, ex ipsa accipere licet epistola, quæ cum perbrevis & lepida valde sit, hic integram describemus; sic enim se habet (a):

XXXVII. *Faceta epistola Gregorii de Alypiana.*

Alypianam apud nos cavillis incessis, ut parvam & tua proceritate indignam, o magne & vaste, ac gigantine tum forma, tum robore. Nunc demum intelligo, animum mensuræ subjici & virtutem expendi, ac rupes margaritis præstantiores esse, corvosque luscinìis augustiores. Tu vero magnitudine tua & cubitis fruere, ne Aloydis illis ullo modo inferiorem te præbe. Equum enim ducis, & hastam vibras, & feræ tibi curæ sunt. Ipsa autem nihil operis patrat: nec magni roboris est, radium ferre, colum tenere, ac telæ assidere:

> — *id enim feminarum decus est.*

Quod si hoc quoque adjicias, eam orationis causa humi curvam esse, ac per ingentes mentis agitationes perpetuam cum Deo consuetudinem habere; quid hic de tua sublimitate corporisque mensura te jactabis? Vide tempestivum silentium: loquentem audi: quam incompta sit, animadverte; quam, ut femina, fortis ac strenua; quas rei domesticæ utilitates afferat; quam viri amans sit. At tum illud Laconis dices: Certe animus in mensuram minime cadit; atque externum hominem oculos conjectos in internum habere oportet. Si hæc ad hunc modum consideres, jocari desines, eamque ut parvam deridere; tuumque conjugium faustum ac felix judicabis. Hactenus Gregorius ad maritum Alypianæ Nicobulum.

XXXVIII. *Sancti viri despexerunt suos, cum improbi fuerint.*

Consentientia his plane sunt quæ de eadem Alypiana idem Gregorius habet in testamento, cum mulierem frugi, sibique ob id carissimam prædicat, despectis reliquis duabus ejus sororibus Eugenia atque Nonna, referente nomen aviæ, longe tamen disparibus moribus prædita. Aliquod plane nefas ab eis admissum & publice cognitum ac decantatum oportuit, ut ipse Gregorius publicis tabulis eas ita indecoris notis inustas reliquerit. Sic & sanctus Hieronymus sororem suam virginem lapsam, sed ad pœnitentiam revocatam, epistola scripta ad Cromatium & collegas (b), posteris notum reddidit. Hæc qui considerat, non adeo mirabitur de

(a) Greg. Nazianz. epist. 155.

(b) Hier. epist. 42.

de Gregorio Nazianzeno; & multo minus, si legerit quæ de lapsu Gordianæ virginis amitæ suæ S. Gregorius (a) Papa ad populum pro concione recensuit; ut plane videas sanctos viros despexisse penitus etiam propinquos, quos scissent Deo minime esse caros, sed laudare tantum solitos Deo acceptos, secundum illud de viro justo dictum a David (b): *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus; timentes autem Dominum glorificat*.

(a) Greg. in Evangel. hom. 38.

(b) Psal. 14.

Quod vero ex parentum voluntatis præscripto bona omnia jubebantur non in affines, sed in pauperes erogari; cum nihil esset quod caræ Alypianæ nepti Gregorius legare posset; ejus tamen filiis dulces dari præcepit Cæsarii fratris exuvias diutius apud se retentas, velut cara pignora germani amantissimi, qui jampridem ex hac vita decesserat.

XXXIX. Diluitur de generi voce objectio.

Jam igitur de Gregorii ex Conjugio filiabus omni dubitationis amoto penitus scrupulo, de Meletio qui in testamento gener nominatur, solvendus est nodus, quo Gregorius obligatus conjugio videatur. Vox quidem illa, quæ ex Græco Latine reddita, gener est, in Græco codice legitur γαμβρὸς; cujus quidem nominis etsi frequentior usus est, ut generum exprimat, significare tamen posse interdum affinem quemlibet, qui glossemata Græca elucidant (c), absque controversia profitentur: immo apud Latinos idem in voce, *generi*, loquendi usus obtinuit; & ut alios prætermittamus, habes apud Justinum (d) historicum, generum ab eo dici virum sororis. Quamobrem nullo pacto adstringimur, ut Gregorius Meletium generum nominarit voce illa; sed affinem potius significare voluisse exploratissimum satis redditur ex ipsius repetitis sæpius testificationibus, quibus perpetua ejus virginitas absque ulla vel levissima saltem dubitatione monstrator.

(c) Consule Henr. Thesaur. Græc.

(d) Justin. lib. 18.

XL. Objectio de Theodulo epis. Apameæ solvitur.

Posset insuper & de Theodulo Episcopo Apameæ, qui subscribitur testis, illud objici, quod reperiatur eo anno non Theodulus, sed Joannes Apameæ Episcopus subscriptus œcumenicæ Synodo Constantinopoli eodem anno habitæ. Verum ostendetur ejusmodi objectionem nullius prorsus esse momenti. Etenim præter Apameam quæ in Syria est, cujus dictus Joannes Antistes, fuerunt tres aliæ ejusdem nominis civitates: nimirum prima quæ in Bithynia fuit ad oram maritimam inter Rindaci & Ascanii ostia, cujus meminere Stephanus & Ptolomæus, secunda in Phrygia ad Marsyæ fluminis ostia, ubi ipse Meandro conjungitur; cujus meminerunt Plinius & ex Græcis Strabo, quam post Ephesum clarissimam omnium Asiæ urbium prædicant, in qua celeberrimum esse soleret emporium: sed & præter hanc, aliam fuisse Apameam Parthorum civitatem affirmant. Sic igitur non arctamur, ut licet constet tempore Concilii Constantinopolitani Apameæ Syriæ præfuisse Joannem, non potuerit Theodulus alicujus ex reliquis tribus Apameis fuisse Episcopus: unde nullius momenti ea esse reperiatur objectio.

XLI. De mense & die objectio solvitur.

Cæterum quod ad mensem & diem ejus anni in eodem testamento descriptos pertinet, posset etiam aliquis objicere neque Gregorium, neque Episcopos qui subscripserunt, tamdio post absolutam ante quinque vel sex menses Synodum esse commoratos Constantinopoli, neque post abdicationem ejus vocatum amplius fuisse Gregorium Constantinopolitanum Episcopum, ut ponitur in testamento. Ad hæc vero primum illud jure dici posse videtur: Quis adeo durus est & severus Judex, qui in re adeo antiqua non concedat testamentum ipsum aliquem pulverem contraxisse mendorum, qui sit excutiendus? Quamobrem si velimus post absolutum Concilium & post abdicationem sedis illud ipsum testamentum fuisse a Gregorio nuncupatum; tunc plane accidisse videtur, ut Joannes ille qui ex archivo Ecclesiæ Nazianzenæ ipsum in lucem prodidit testamentum, cum illud exscriberet, & Gregorium simpliciter nominatum Episcopum legeret, honoris causa addiderit, Constantinopolitanum; & quidem bona fide, quod sciret eo anno ipsum præfuisse eidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

XLII. De tempore conditi testamenti.

Verum illi sententiæ magis inhæreo, ut prope tempus Concilii ejusmodi a Gregorio fuerit conditum testamentum; atque dicendum esse, in mensem potius irrepsisse errorem. Etenim nec in codice quem nactus est Brissonius, nec in altero e duobus Vaticanis nomen mensis expressum erat: in quo & potuit accidisse, ut errore librariorum, *ianuarios*, scriptum fuerit pro, *ἴσριμ*. Ut autem opiner paulo ante Concilium ejusmodi esse a Gregorio conditum testamentum, illud persuadet, quod ea oratione quam tunc Constantinopoli ante Concilium in Maximum habuit, inter alia, suis se conctis jam privasse bonis ostendit his verbis: *Paupertatem objicient? Quid ego audio? meas opes & copias? Atque utinam & pannos hosce exuere possem, ut hujus vitæ spinas nudus percurrerem: utinam & gravem hanc tunicam quam celerrime abjicerem, ut leviorem acciperem*: & inferius; *Sed pecunias eripient? quas tandem? si meas: quin eadem opera pennas quoque excidant, quibus cinctus non sum*. Hæc ipse; quibus quidem se jam bona cuncta abdicasse significat.

XLIII.

Sunt autem adhuc complura alia ex ejusdem Gregorii scriptis adducenda,

Mira Gregorii erga pauperes solicitudo.

quibus demonstrari contingat idem ipsum testamentum esse Gregorii. In primis vero, quod quæ in eo mira erga pauperes solicitudo monstratur, eadem in omnibus ejus scriptis expressa conspicitur. Quod enim in testamento pauperibus posthabuerit affines, cum ita a parentibus fidei commissariam accepisset hæreditatem; testatur ipse de matre sua in oratione habita in funere patris, adeo erga pauperes fuisse amore propensam, ut dicere soleret, se ipsam, si licuisset, & filios ad alendos pauperes distracturam fuisse. Ipse vero non fundos tantum, & domos in pauperes erogavit, sed & libros in eorum usum convertit. Com enim Adamantius rhetor amicus Gregorium aliquando rogaret dari sibi libros rhetoricæ facultatis; misit ipse quidem illos Gregorius, sed pretium illorum petiit, scripta ad eum epistola, ubi ad finem ista facere admodum (*a*): *Quod si hæc quidem recte dici videntur, & minime philosophicum esse, librorum pretium postulare; tu mihi pecuniam solve, objectionem autem tuam solvent pauperes*. Hæc ipse; ex quibus vides immensam ejus erga pauperes curam.

(*a*) Greg. Nazianz. epist. 199.

XLIV. Sed & videre est in ipsius Gregorii scriptis ejusdem testamenti, quo pauperibus sua cuncta reliquit, haberi saltem tacitam mentionem. Etenim ad hoc ipsum visus est allusisse, cum post discessum Constantinopoli, scribens ad Constantinopolitanos sacerdotes, & populum, ista habet in fine: *Hæc verba Gregorii sunt, quem aluit Cappadocia, quippe se facultatibus omnibus suis orbavit, ut eas Christo offerat*. Insuper iu carmine de se ipso post reditum ex urbe Constantinopolitana de suarum rerum abdicatione agens, hunc habet versum:

Cessi invita aliis mente, libente aliis: plane duplicem Constantinopoli a se factam rerum abdicationem insinuans, invito animo alteram, nimirum cum sedem reliquit, alteram cum pauperibus cuncta sua testamento donavit.

XLV. Testamentum Gregorii jam executioni mandatum.

Est & carmen ad Julianum Tributorum Exæquatorem, quo Ecclesiam Nazianzenam commendat, in qua ad pauperum usum se omnia sua erogasse testatur: quæ quidem bona cum ab ipso Juliano describerentur ad vectigalia solvenda; ut mitius agat rogans, hæc de Nazianzena Ecclesia inter alia habet: *Moneat tua*, inquit, *domus, quæ miseros homines omni benignitatis genere complecti consuevit: moneant te quoque, o amice, opes meæ, quas ego crucis ferendæ causa pauperibus erogavi*: & paulo post: *Opes meæ sunt; sed tua est descriptio. Cura igitur, ut erga pauperes alendos mercedem eamdem uterque consequamur*. En vides, lector, ex his omnibus non solum ostendi ipsius Gregorii testamentum, sed idem executioni mandatum perspicue declarari, cum quæ ipse reliquisset Ecclesiæ, illa jam possideret. Meminit & aliis io locis de abdicatione a se facta omnium divitiarum, retento sibi (ut ipse ait) ubi degeret, parvulo tantum horto cum fonte; testatur id quidem ipse, cum in monachos quosdam hypocritas juste invehitur.

XLVI. De Evagrio legatario.

Sunt & alia præterea plura, quæ ejusdem testamenti germanitatem insinuant, ut cum in eo Evagrium, diaconum adeo commendat, cui & recensita superius legata reliquit: hunc quis non videt fuisse Evagrium Ponticum, qui cum eo vixit Constantinopoli, laudatissimum tunc illum quidem, de quo suo loco pluribus agitur? Insuper Euphemius, qui in hoc eodem testamento nominatur; is esse potuit, cujus meminit in epistola ad Alypium (*b*); de cujus etiam nuptiis agit in Epistola ad Theodosium (*c*). Nec præterimus de Regino, cujus meminit in testamento, quod nihil prohibet quin ille esse possit, quem inter familiares adnumerat in carmine ad Hellenium. Sed ex Episcoporum quoque subscriptionibus intellige ejusdem testamenti sinceritatem: nam præter Amphilochium, qui sequitur ordine Optimus Episcopus Antiochenus, ipse est, cujus mentio fit in lege Theodosii (*d*) hoc anno post Concilium data. Et quis nesciat, qoi ultimo loco subscriptus habetur Cledonius presbyter, illum esse, quem adeo mirifice laudat in eodem carmine ad Hellenium? Sed & prudens rerum antiquarum scrutator sinceritatem scripti hujus intelliget ex vocibus vestimentorum ibi nominatorum, quæ ob nimiam antiquitatem inter exoticas abierunt, ut illæ: *ramosa*, atque *sigillion*, sed de sigillione apud Trebellium Pollionem in Claudio facta mentio reperitur.

(*b*) Greg. epist. 146.
(*c*) Greg. epist. 114.
(*d*) l. 3. de heret. C. Theod.

XLVII. Jam habes, lector, Gregorii testamentum non solum e carie & tinea erutum, sed ab objectionibus vindicatum, illustratumque scholiis, & redditum omni puto ex parte probatum: egregium plane quod plurimi facias monumentum, ab aliis, si qui ante viderunt, fortasse spretum, quod veluti in obducto situ numismate, ipsa in eo Gregorii imago, minime cerneretur expressa, immo reddere videretur effigiem hominis conjugio obligati sed eo exterso diligenter & perpurgato, ipsissimam ibi cusam Gregorii intueris imaginem. Hæc jam satis, quæ si hic minus opportuna videntur, caro monitori, sed importuno exactori Maffæ accepta feras:

Cui ut morem geram, hic tibi etiam adjicimus, veluti corollarium, de propinquis ejusdem Gregorii Nazianzeni perbrevem descriptionem.

Gre-

Parentes, (Gregorius, (Nonna:) ex quibus geniti (Gorgonia, (Gregorius Theologus, (Cæsarius.

Gorgonia nupta Vitaliano: ex quibus (Petrus, (Phocas, (Eugenia, (Nonna, (Alypiana: (Alypiana nupta (Nicobulo: (ex quibus (Nicobolus Junior,

Hæc quidem ex ipsius Gregorii scriptis perspicua satis redduntur cuilibet recte intuenti. Nam de Vitaliano, quod vir fuerit Gorgoniæ sororis, & genitos ex ea nominatos superius liberos, invenies in carmine filiorum ad ipsum Vitalianum inscripto, junctis his quæ de Gorgonia suis locis superius dicta sunt. De conjugio autem Alypianæ cum Nicobulo, satis recitata nuper epistola ad ipsum scripta declarat: ex eis vero Nicobulum Juniorem genitum, carmina ejusdem Gregorii, tum patris, tum filii nomine edita, aperte satis docent, & aliæ insuper epistolæ ad Nicobulum scriptæ, vel in quibus de Nicobulo mentio habetur.

XLVIII. Fuisse reperiuntur & alii Gregorii Nazianzeni propinqui; sed qua linea collocandi, incertum est; ut qui nominatur in testamento Meletius, de quo mihi facile persuadeo, ut vir fuerit Eugeniæ sive Nonnæ Gorgoniæ filiæ. Constat insuper, ἀνεψιούς, consobrinos suos, sive aliter quomodocumque propinquos, ab eodem nominatos esse Helladium & Eulalium, cum scribit ad Lollianum (a) & ad Cæsarium (b), quos & nominatim celebrat in carmine ad Hellenium, ubi & matris eorum meminit; ibi etiam propinquos fuisse tradit Cledonium, Carterium, & Nicomedem: Eupraxium item alibi (c) propinquum suum appellat, itemque Valentinianum (d) & Amazonium (e). Sed de his satis ☞. At jam ad Theodosium se convertat oratio,

(a) Greg. ep. 195.
(b) Greg. ep. 105.
(c) Greg. ep. 177, 189.
(d) Greg. ep. 189. 196.
(e) Greg. ep. 82.

XLIX. Theodosii adventus in Urbem. Auctor est Marcellinus in Chronico, sub hujus anni Consulibus Timasio atque Promoto, ipsum Theodosium Imperatorem una cum Honorio filio mense Junii Urbem ingressum esse, digressum vero inde Kalendis Septembris. Certe quidem usque ad tertium Nonas Maji hoc anno mansisse Theodosium Mediolani, rescriptum ab eo ibidem eodem die datum adversus Macedonianos significat (f). Cum autem Romam venisset, ibi triumphum de liberato Imperio Occidentali, victoque tyranno egisse, Sozomenus tradit (g), voluisseque socium habere gloriæ Valentinianum, partitumque esse cum illo triumphum: quod majoris gloriæ atque triumphi illi conciliavit honorem, splendoremque contulit. Sed tot tantaque bona una Justina videre non meruit, cujus impietas ad exitium Italiæ tyrannum armarat: jam enim ante hæc omnia ipsam esse defunctam, idem auctor affirmat. Tunc Latinus Pacatus, nobilis Orator Gallicanus, cum Romæ præsens esset, Theodosium post triumphum in Senatu Oratione laudavit, qua post recensitas de hostibus victorias partas, hæc de adventu & commoratione ejusdem Imperatoris in Urbe: *Licuerit mihi, quæ in barbaris gentibus longinquisque provinciis pro summa re fortiter feliciterque fecisti, annuente numine tuo & senatu favente dixisse. Ea vero quæ Romæ gesta sunt, qualem te Urbi dies primus invexerit, quis in curia fueris*

(f) l. 57. de haret. C. Theod.
(g) Sozom. l. 7. c. 14.

Quanta Theodosius Urbi præstitit.

PAGIUS VI. *Theodosius Romæ triumphat.* Ad num. XLIX. & seqq. Idacius in Fastis sub hujus anni Consulibus scribit: *Intravit Theodosius Aug. urbem Romam cum Honorio filio suo, die Iduum Juniarum, & dedit congiarium Romanis.* Imperatores enim annis, quibus triumphabant, uti Theodosius hoc anno Romæ, congiarium distribuere soliti. Addit Marcellinus in Chronico, cum Urbe egressum *Kal. Septembres* postquam triumphasset. Per tres illos menses Theodosius urbi Romæ plurimum consuluit, teste Pacato in fine Panegyrici, tum variis constitutionibus, tum aliis modis. Gothofredus in Chronologia Codicis Theodosiani ait, colligi ex Claudiano, *Eucheriam* Stiliconi Romæ natum, Theodosio ibi præsente. *Theodosius* Roma digressus Mediolanum rediit, ubi ante suum Romam adventum agebat. Baronius innixus auctoritate Socratis lib. 5. cap. 14. & Sozomeni lib. 7. cap. 14. scribit, utrumque Imperatorem Romæ triumphasse. Verum tam Socratem, quam Sozomenum hallucinatos non dubito. Certum quidem, *Valentinianum* Romam venisse; cum variæ Leges Theodosio Valentinianæ in Codice Theodosiano Romæ datæ legantur, nempe Lex 18. *De Hæreticis*, data XV. Kal. Jul. Lex 49. *de appellationibus*, data VIII. Kal. Aug. Lex 2. De feriis, data VII. Id. Aug. Lex unica *de mancipiis*, & Lex 11. *de maleficis*, datæ XVI. Kal. Sept. Lex 5. *de Suariis*, data XV. Kal. Septemb. Lex 6. *De Suariis*, data VIII. Kal. Septemb. & Lex 5. *De aquæductu*, data V. Kal. Septemb. ac denique Lex ultima Codicis Justinianei *De servis fugitivis*, data VIII. Kal. Aug. quæ Leges omnes Romæ ab utroque Imperatore emissæ, & Albino Præfecto Urbis inscriptæ.

VII. *Roma etiam Valentinianus fuit.* Hujus Romanæ profectionis testis est Auctor Miscellæ lib. 13. qui ait: *Tunc igitur Imperatores Valentinianus & Theodosius peracta victoria Romam venere.* Et postquam sermonem habuit de variis, quæ a Theodosio Romæ gesta dicit, concludit: *His actis, relicto Valentiniano Romæ, ipse cum Honorio Constantinopolim remeavit,*

Con-

vis, quis in rostris; ut pompam præeuntium ferculorum, curru modo, modo pedibus subsecutus, alterno clarus incessu, nunc de bellis, nunc de superbia triumpharis; ut te omnibus Principem, singulis exhibueris Senatorem; ut crebro civilique progressu non publica tantum opera lustraveris, sed privatas quoque ædes divinis vestigiis consecraris, remota custodia militari tutior publici amoris excubiis: horum hæc linguis, horum inquam voce laudentur, qui de communibus gaudiis & dignius atque quæ maxima, & justius poterunt prædicare quæ propria sunt. O mea felix peregrinatio, o bene suscepti & exhausti labores. Quibus ego intersum bonis? quibus fruor gaudiis? quæ reversus urbibus Galliarum dispensabo miracula? quantis stupentium populis, quam multo circumdabor auditore, cum dixero: Romam vidi, Theodosium vidi, & utrumque simul vidi: Vidi illum principis patrem, vidi illum Principis vindicem, vidi illum Principis restitutorem. Hæc & alie plura clarus orator.

I. Agit & Prudentius de Theodosii Romani adventu, atque nihil illum antiquius habuisse, quam ut Urbem a profano idolorum cultu penitus liberaret. Hæc quidem ipse in carmine contra Symmachum scripto: quod constat ab eo elaboratum post ipsius Theodosii obitum sub Honorio Imperatore, postque debellatum (ut ex eo constat) Alaricum a Stilicone apud Pollentiam. De Theodosio igitur agens, ductum tyrannorum extinctorem nominat; licet post hæc Eugenium expugnari & occidi contigerit: adventum autem ejus in Urbem his celebrat versibus (a), insectatus deorum cultum:

(a) Prud. advers. Symmach. lib. 1.

Cum Princeps gemini bis victor cæde tyranni
Pulchra triumphali respexit mœnia vultu,
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit Urbem:
Noctis obumbrata caligine turbidus aer
Arcebat liquidum septena ex arce serenum:
Ingemuit miserans, & sic ait: Exue tristeis
Fida parens habitus; equidem prædivite cultu
Illustrata cluis, spoliisque insigne superbis,
Attollis caput, & multo circumfluis auro:
Sed nebulis propter volitantibus, obsitus alti
Verticis horret apex; ipsas quoque livida gemmas
Lux hebetat, spissusque dies & fumus ob ora
Suffusus rutilum frontis diadema retundit.
Obscuras video tibi circumferrier umbras,
Cæruleasque animas, atque idola nigra volare.
Conseo sublimem tollas super aera vultum,
Sub pedibusque tuis nimbosa elementa relinquas, &c.

Quo modo autem cum Romanis treuse gerit, inferius subdit: nempe ut sacrificia omnia abolerentur, festique dies, & ipsæ statuæ idolorum frangerentur; si quæ tamen earum excellentis essent manus artificis, eædem non ad cultum, sed ad Urbis ornatum exponerentur; subdit enim post multa ipse Prudentius:

Deponas jam festa velim puerilia, ritus
Ridiculos, tantoque indigna sacraria regno.
Marmora tabenti respergine tincta lavate,
O proceres: liceat statuas consistere puras
Artificum magnorum opera. Hæc pulcherrima nostræ
Ornamenta cluant patriæ, nec decolor usus
In vitium versæ monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis Urbs informata refugit
Errores veteres, &c.

Hæc ex Prudentio recitasse voluimus, quo cesset invidia querelarum quorumdem de idolorum demolitione: uam confractio nobilissimorum artificum operum Gothis potius, quam Christianis ista non

PAGIUS *Consulatu Tatiani & Symmachi, IV. Idus Novemb.* anno nempe CCCXCI. Jam anno præcedenti Valentinianus Augustus Romam venerat. Zosimus enim lib. 4. pag. 760. scribit, Theodosium dum Thessalonicæ esset, & postquam *Gallam* ejus sororem uxorem duxisset, utrumque Romam misisse: *Justinam quidem cum filio & filia navibus impositam & tuto deductoris traditam, Romam ablegat: persuasus Romanos lubentissimis* animis hos excepturos, quorum a Maximo voluntates essent alienæ. Adeo verum est, Valentinianum semel & iterum Romæ fuisse.

VIII. *Solus Theodosius triumphavit.*

Verum unus Theodosius triumphavit, ut certos nos reddit Pacatus in Panegyrico, quem Romæ Theodosio post triumphum dixit. In eo enim unicum semper Imperatorem alloquitur, & numero ultimo loquens de iis, quæ Romæ egit, ait: *Ea vero quæ Romæ gesta sunt & geruntur, ingeniis permittenda Romanis sunt, quatenus te Urbi dies primus invexerit; quis in Curia fueris, quis in Rostris, ut pompam præeuntium ferculorum curru modo, modo pedibus subsecutus, alterno clarus incessu, nunc de bellis, nunc de superbia triumpharis, ut te omnibus Principem,*

attendentibus, adscribenda est; quibus fortasse Deus tradidit Urbem, ut eam penitus expurgarent a deorum Gentilium simulacris.

LI. Symmachus rursus agens pro ara Victoriæ Theodosii iram incurrit.

At quid tunc actum cum Symmacho clarissimo senatore, propugnatore tamen Gentilium deorum cultus: hæc in primis Socrates habet (a): *Romæ igitur festa celebravere triumphalia. Quo quidem tempore Theodosius Imperator sua singularis clementia in causa Symmachi viri Consularis illustrem dedit significationem. Iste namque Symmachus & inter viros ordinis Senatorii Romæ principem locum obtinuit, & propter excellentem ipsius in Latinis litteris eruditionem in summa admiratione fuit: nam multos libros Latino sermone conscripsit; inter quos liber de laudibus Maximi tyranni, dum adhuc vivebat, editus & coram eo recitatus, eum postea læsæ majestatis reum fecit: quapropter mortem veritus, ad ecclesiam confugit. Imperator vero qui adeo pio & religioso animo erga fidem Christianam affectus erat, ut non sacerdotes modo qui in eadem cum illo fide consentiebant, supra modum coleret, sed Novatianos etiam qui in fide Consubstantialis cum eo conspirabant, amplecteretur humanitus; quo Leontio Romæ Ecclesiæ Novatianæ Episcopo pro Symmacho deprecanti gratificaretur, Symmachum absolvit crimine: qui veniam consecutus, Apologeticum ad Imperatorem Theodosium scripsit.* Hæc Socrates.

(a) Socrat. l.5. c.14.

LII. Novatiana hæresis invalescit.

Quod de Novatiano Episcopo ait Romæ agente; licet hactenus a Novatiani schismatici tempore auditum non sit, Novatianos habuisse Episcopum Romæ; tamen quod tolerati iidem fuerint, haud adeo incredibile videri potest, cum & Donatistæ id etiam (ut ex Optato vidimus) fuerint æmulati, nempe ut sectæ ipsorum Africanis Romæ degentibus, ex Africa Romam Episcopum mitterent. Auditos quidem his temporibus fuisse in Urbe Novatianorum susurros, necnon Montanistarum in hæresi collegarum, S. Hieronymus (b) in epistola ad Marcellam satis significat. Quin etiam invaluisse nonnihil his temporibus in Occidente Novatianam hæresim, scripta Paciani de Pœnitentia, Confessione, & Baptismate satis docent. Cæterum quod ait Socrates Theodosium humanitus complexum esse Novatianos, & in gratiam eorum Episcopi fuisse ab eo absque pœna Symmachum absolutum; longe errat: nam rem aliter se habuisse, S. Prosper (c) suorum temporum res scribens demonstrat hisce verbis: *Theodosii religiosi Principis Imperio per Jovinum, & Gaudentium Comites omnia templa expoliata; quæ vana figmenta quis nostrum permittitur ignorare? Cui Symmachus ille mirabili eloquio & scientia præditus, tamen Paganus, præconio laudum in Consistorio recitato, subtili arte, qua valuit, aram Victoriæ in Senatu restitui, Christiano, ut noverat, Principi intimavit. Quem statim a suis aspectibus pulsum in centesimo lapide, rheda non stratæ impositum ea die manere præcepit.* Ita Prosper.

(b) Hieron. ep. 140. & sup. ep. 54.

(c) Prosp. de Promiss. & prædict. l. 3. c. 38.

LIII.

Sic namque se habuit Symmachus, longe antiquo Catone impar, quippe quod tempori inservierit: nam qui pro concione laudavit Maximum tyrannum, celebravit & Theodosium ejusdem tyranni extinctorem; sed sicut ad laudandum Maximum adulatio & privatum commodum impulit, ita ad præconia Theodosii veritas persuasit: siquidem litteris ad Flavianum scriptis testatur, se haud pro rei dignitate tantum munus explesse; sic enim ait in epistola ad eumdem æque etiam Ethnicum scripta (d): *Cum civiles & bellicas laudes domini nostri Theodosii styli honore percurrerem (magis enim contigisse me omnia, quam satisfecisse singulis fateor) etiam leges ejus bonis pacis admiscui, quas ut noveram priscis ademisse admirationem, ita reservasse* * *nobis pacem gloriam non putabam, &c.* Laudat recentem legem hoc anno X. Kalend. Februarii Mediolani datam, qua inconcessum esse voluit Imperatori, atque domesticis ejus, quod privatis jure permissum esset; nimirum cum lege cavit, ne liceret Imperatori, vel magistratibus, quicquam per codicillos vel epistolam relictum accipere: extat ipsa sanctio in Codice Theodosiano descripta (e).

(d) Symmac. l.2. ep. 13.

* servasse.

(e) l.2. de testam. C. Theod.

LIV.

At quod Symmachus abutens Theodosii mansuetudine inconcessa tentare præsumpsit, justam Principis iram expertus, exulare coactus est. Verum (quod ait

So-

PAGIUS *singulis exhibuerit Senatorem; ut crebro, civilique progressu, non publica tantum opera lustraverit, sed privatas quoque ædes Divinis vestigiis consecraris, remota custodia militari, tutior publici amoris excubiis.* Profecto, si Valentinianum Theodosius triumphi consortem fecisset, aliqua hujus rei, aut saltem Valentiniani mentio in eo Panegyrico fieret; cum tamen ne verbum quidem de Valentiniano Pacatus habeat. Hinc Rufinus, qui hoc tempore vivebat lib. 11. cap. 17. postquam de Maximi tyrannide locutus est, ait: *Assumo Theodosius propter regni fidem, bonitatisque ac beneficiorum Gratiani memor, & in vindictam totius viribus Orientis insurgens, ultus est sanguinem justum. Valentiniano quoque impia inter hæc matre defuncto* (anno nempe præcedenti, ut ex Chronico Imperiali Prosperi anno CCCLXXXVIII. num. X. diximus) *Fidem Catholicam, quam ipse violaverat, & regnum tyrannide depulsa restituit. Atque ipse posteaquam Romam illustri triumpho invectus est, ad propria rursus regna remeavit,* ubi de unico triumphatore loquitur Rufinus.

Socrates) ſcribens ad eumdem Imperatorem Apologeticum, non veniam tantum conſecutus, ſed majorem apud eum gratiam nactus eſt, ut ipſe Symmachus tradit ad dictum Flavianum poſtea ſcribens, ubi & de ſua defenſione meminit, cum ait (*a*): *Erit fortaſſe copia mihi aſſerenda quandoque apud æternum Principem dominum noſtrum Theodoſium veritatis, cujus erga me favor fecit, ut aliquid interim moliretur invidia. Non puto eam cauſæ meæ beati temporibus conditionem * futuram, quæ ſub tyranno fuit, cujus litteris ad Marcellini ſuggeſtionem datis, homines meos ſcis eſſe mulctatos: quod in panegyrici defenſione non tacui.* Hæc ipſe. At quid tum Romæ actum a populo Christiano?

(*a*) Symmac. l. 2. ep. 31.

* eruditionem.

LV. Quid Romæ in templa.

Cum animus Theodoſii aperte Fidelibus innotuiſſet infenſiſſimus eſſe adverſus ſuperſtitionem Gentiliciam, declaratus nimirum non eo ſigno tantum, quod negaſſet reſtitui in Capitolio aram Victoriæ, ſed quod petentem id Symmachum exilii pœna mulctaſſet, atque etiam per Comites ſuos (ut dictum eſt) Jovinum & Gaudentium idolorum templa expoliaſſet; vix credi poteſt, quanta animoſitate Fideles Romæ in idola inſilierint: de quorum ſtudio hæc S. Hieronymus in præfatione ad Euſtochium in Pauli epiſtolam ad Galatas (*b*): *Romanæ plebis laudatur fides. Ubi alibi tanto ſtudio & frequentia ad Eccleſias & ad Martyrum ſepulcra concurritur? Ubi ſic ad ſimilitudinem cæleſtis tonitrui Amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur?* Videtur enim hoc tempore ipſe habuiſſe præ manibus commentarium illum, quem jam ſe ante abſolviſſe, quam Theodoſius ageret in Imperio annum decimumquartum, teſtatur in fine de Scriptoribus Eccleſiaſticis. De eadem demolitione idolorum argumentum illud non leve, cum idem S. Hieronymus ad Lætam ſcribens (*c*), ſic ait: *Auratum ſquallet Capitolium; fuligine & aranearum telis omnia Romæ templa cooperta ſunt: movetur Urbs ſedibus ſuis, & inundans populus ante delubra ſemiruta currit ad martyrum tumulos.* Ita ipſe ſignans haud dubium hæc tempora, quibus ſpoliata a Theodoſio idolorum templa fuere; a populo vero quaſſata ac ſemiruta. Laudat magnopere hac ex parte S. Ambroſius Theodoſium, dum de ipſo ait (*d*): *Imitatus Theodoſius Jacob, qui ſupplantavit perfidiam tyrannorum, qui abſcondit ſimulacra Gentium: omnes enim cultus idolorum fides ejus abſcondit: omnes eorum cæremonias obliteravit.*

(*b*) Hier. præfat. ad Galat. l. 2.

(*c*) Hier. ep. 7.

(*d*) Ambr. orat. in funer. Theod.

LVI.

Equidem & S. Auguſtinus (*e*) teſtatur, Theodoſii lege juſſa eſſe ſimulacra, ubi reperirentur, confringi: ait enim poſt recenſitas adeptas ab eo divina ope victorias: *Simulacra Gentilium ubique evertenda præcepit; ſatis intelligens, nec terrena munera in dæmoniorum, ſed in Dei veri eſſe poſita poteſtate.* Hæc Auguſtinus. Hac ſemel a Chriſtiano Principe idola frangendi impetrata diu optata licentia, exarſit Chriſtiani populi juſtus zelus in deturbandis confringendiſque deorum Gentilium ſimulacris, in quibus dæmones diutius honorem ſibi divinum proditorie uſurpatant. Comminuiſſe enim idola, nonniſi ſatanæ regnum diſſipaſſe cuique videbatur. Unde ſine diis Capitolium, nempe templa ibi ſita ſquallore obducta fuiſſe, Hieronymus tradit: qui & hæc alibi de Capitolino Jove & aliis templis ejuſdem (*f*): *Templa Jovis & cæremoniæ conciderunt.* Verum non ſic quidem concidiſſe affirmat Capitolini Jovis templum, quod dirutum hoc anno fuerit, ſed quod ornamentis tantummodo expoliatum. Nam Zoſimus tradit (*g*), cum Theodoſius Romam venit, hoc ſcilicet anno, Stiliconem Ducem utriuſque militiæ e foribus Capitolii laminas aureas abſtuliſſe; ejuſque uxorem, Serenam nomine, detraxiſſe e collo Rheæ deorum matris mundum muliebrem, ſuoque ipſius illigaſſe collo. Cremaſſe inſuper libros Sibyllinos eumdem Stiliconem, luxit Gentilitas; de quo iſta Rutilius verſibus cecinit (*h*):

Non tantum Geticis graſſatus proditor armis
Ante Sibyllinæ fata cremavit opis:

licet hæc potius ſub Honorio Imp. contigerint.

(*e*) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

Jovis Capitolini Templum ſpoliatum.

(*f*) Hieron. cont. Jovinian. l. 2.

(*g*) Zoſim. l. 5.

(*h*) Rutil. in Itiner. Lib. 2.

LVII. Cauſa necis Stiliconis unde manavit.

At eſt quod de Zoſimo admireris, qui tum Stiliconem ob violatas fores Capitolii, tum Serenam conjugem ob ſpoliatam deorum matrem mundo, male periiſſe ait: ſed quam hæc præter ſcriptorum omnium ſententiam, id ejus proditioni Imperii tribuentium? nam æquius fuiſſet dicere, Stiliconem ob tyrannidem contra Chriſtianum piumque Imperatorem juſto Dei judicio ipſum cum ſuis recentioris ſceleris meritas dediſſe pœnas. Sed eſt juſta in eo querela Zoſimi de homine barbaro ejuſque conjuge, quod ea ſublata ſibi ſumpſiſſent; cum apud antiquæ probitatis Chriſtianos nefas duceretur ſic in idola graſſari, ut in uſum privatum ipſorum aliquid ex idolis converteretur. Unde S. Auguſtinus (*i*) ad Publicolam: *Cum*, inquit, *templa, idola, luci, & ſi quid hujuſmodi, data poteſtate evertuntur; quamvis manifeſtum eſt, cum id agimus, non ea nos honorare, ſed potius deteſtari; ideo tamen in uſus noſtros privatos dumtaxat, & proprios non debemus inde aliquid uſurpare; ut appareat nos pietate iſta deſtruere, non avaritia. Cum vero in uſus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur; hoc de illis fit, quod de ipſis hominibus, cum ex ſacrilegis & impiis in veram religionem mu-*

(*i*) Aug. ep. 154.

mutantur. Hæc Augustinus; qui & alibi ait, Christianos minime consuevisse nisi voluntate Principis in idola insurgere, abstinuisseque a privatorum rebus: sunt hæc ejus verba (*a*): *Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non prætermittimus. Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis: Numquid accedimus & confringimus? Prius enim agimus, ut idola in eorum cordibus * confringamus*. Hactenus ipse. Quæ igitur a Fidelibus adversus idola Romæ sunt perpetrata, ea omnia voluntate facta esse Imperatoris, vel ex eo facile possumus intelligere, quod Gentiles, adversus quos & in quorum oculis hæc agebantur, utique armis etiam defendissent jura templorum; pro quorum defensione majores ipsorum magna sæpe certamina obiissent: haud mediocris enim potentiæ esse potuit, Christianis illæsis talia tantaque patrari; sed id actum patrocinio Imperatoris, qui & quod jubebat lege, docebat exemplo.

(*a*) Aug. de Verb. Dom. serm. 6.

* corde frangamus.

LVIII.

(*b*) Socr. l. 5. c. 18.

Demolitæ muscipulæ innocentiam.

Quid præterea Romæ tunc egerit Imperator, Socrates ita narrat (*b*): *Theodosius Imp. quamquam ad exiguum tempus in Italia commoratus est, urbi tamen Romæ plurimum apportavit commodi, partim dando, partim auferendo. Nam sicut multa magnifice & liberaliter in eam contulit, sic duo quæ illi magno dedecori fuerunt, ademit; quorum alterum fuit hujusmodi: erant Romæ ædes peramplæ & vastæ antiquitus extructæ, in quibus panis, qui suppeditabatur civitati, confectus fuit. His præfuerunt, quos Romani patrio sermone Mancipes appellant. Qui tempore progrediente, ædes illas furum latibula effecerunt. Nam quia pistrina ad ædes spectantia in profunda sita essent, & ad latera singularum ædium ædificatæ cauponæ, inque illis meretrices habitarent; complures idcirca, cum qui cibi capiendi necessitate adducti, tum qui obscœnæ libidinis intemperantia inflammati, eo veniebant, per insidias dispoliati fuerunt: nam machina quadam factum est, ut ex caupona in pistrinum præcipitarentur. His dolis delusi erant in primis peregrini, qui Romam incolebant; qui cum irretiti tenerentur, coacti fuerunt in pistrinis molere; ac complures non exire permissi, ibi vitam ad summam senectutem traduxerunt, suisque attulerunt opinionem, quod mortem oppetiverant. In hunc laqueum unus ex Imperatoris Theodosii militibus forte incurrit; qui cum in pistrinum inclusus exeundi potestatem non haberet, districto quem habebat pugione, eos qui eum egredi prohibebant, trucidavit: reliqui rei gestæ metu perterriti, militem dimiserunt. Imperator igitur, re intellecta, Mancipes gravi supplicio affecit; ædes, quæ latronum erant perfugia, penitus disturbari jubet. Atque hoc uno dedecore Romam Civitatum omnium facile principem ad istum modum liberavit.*

LIX.

Quid passæ adulteræ Romæ.

Alterum tale fuit. Si qua mulier in adulterio esset deprehensa, eam cum delinquerat, supplicii genere non ad tollendum peccatum, sed ad augendum coercere solent Romani. Nam illam in angustum lupanar conclusam, turpiter, impudenterque scortari coegerunt: quippe effecerunt, ut eo tempore, quo obscœnum illud flagitium admitteret, pulsarentur tintinnabula, ut eos qui adessent in proximo, facinus minime lateret, immo vero ex tintinnabulorum sonitu illud turpe & ignominiosum supplicii genus omnibus liquido constaret. De qua flagitiosa consuetudine Imperator certior factus, eam omnino non ferendam putavit, sed Sestra (sic enim lupanaria illa nuncupabantur) demoliri jubet; aliasque leges quibus mulieres in adulterio deprehensæ coercerentur, sancit. Quapropter Roma, Theodosii Imperatoris opera, his duobus turpissimis impurissimisque flagitiis liberata est. Hæc Socrates. At quidem hanc viguisse Romæ consuetudinem apud neminem legi: etenim ibi lex Julia semper vigens ac vigilans extitit vindex adversus adulteros. In aliquibus autem Italiæ locis solemne hactenus in more esse, ut viduarum ad vota secunda transeuntium matrimonia hoc tintinnabulorum sonitu derideantur.

LX.

(*c*) Prud. adv. Symmac. l. 1.

Has cum sordium cloacas Theodosius expurgasset, atque alia turpia obscœnaque Gentiliciæ superstitionis prorsus abolevisset; merito Prudentius ista cecinit (*c*):

Quantum præcipuus nostro sub tempore Princeps
Prospexit, tribuitque boni, Multos Catilinas
Ille domo pepulit; non sæva incendia tectis,
Aut sicas patribus, sed tartara nigra animabus,
Internoque hominum statuit tormenta parantes.
Errabant hostes per templa, per atria passim,
Romanumque forum, & Capitolia celsa tenebant;
Qui conjuratas ipsa ad vitalia plebis
Moliti insidias, intus serpente veneno,
Consuerant tacitis pestem miscere medullis.
Ergo triumphator latitanti ex hoste togatus
Clara trophæa refert sine sanguine; remque Quirini
Assuescit supero pollere in sæcula regno.

Hæc & alia plura de Theodosio, cum Romam venit; quem licet minime nominet, prudens lector intelliges non de alio, quam de Theodosio Prudentium loqui, vel uno saltem eo certissimo signo, dum inferius ait, contulisse ipsum Symmacho Consulatum, de quo sequenti anno dicturi sumus; quem constat non ab alio quam a Theodosio illi fuisse collatum.

LXI.

(a) Hier. ep. 7.
(b) l. 11. de malefic. C. Theod.
Quid Theodosius in maleficos.

Sed & quod ad Urbis expurgationem pertinet, adversus maleficos edidit sanctionem ad Albinum Præfectum Urbis: hunc illum esse putamus patrem Lætæ nurus Paulæ, quem sanctus Hieronymus (a) Pontificem superstitionis Gentiliciæ fuisse tradit: Ipsum autem rescriptum sic se habet (b):

*Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Albino P. V. Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit; illico ad publicum protrahat, & judiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis supplicisse etiam manifestum reum maleficæ artis suppresserit; ultimum supplicium non evadat gemina suspicioni obnoxius; quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum & debitæ subtraxerit quæstioni, aut proprium fortassis inimicum sub hujus vindictæ nomine supplicio * atrociore confecerit. Datum XVII. Kalend. Septemb. Romæ, Timasio & Promoto Consulibus.*

* consilio.

LXII.

(c) Sozom. l. 7. c. 14. in fin.
Quid in Manichæos.
(d) l. 18. de haret. C. Theod.

Quod ait Sozomenus (c) Theodosium Romæ multa quoque pro saluberrimo Ecclesiarum statu constituisse: quænam hæc fuerint, jam videamus. Adversus enim Manichæos in Urbe commorantes ad eumdem Præfectum Urbis Albinum ejusmodi rescriptum dedit (d): *Quicumque sub nomine Manichæorum mundum sollicitant, ex omni quidem Orbe terrarum, sed quam maxime de hac Urbe pellantur sub interminatione judicii. Voluntates autem eorumdem, quinimmo ipsæ etiam facultates populo publicatæ, nec vim testamentorum teneant, nec derelinqui per eos, aut iisdem fas sit: nihil ad summum his sit commune cum mundo. Dat. XV. Kalend. Julii Romæ, Timasio, & Promoto Consulibus.* Ad hujus quidem legis decretum sanctus Ambrosius visus est habuisse respectum, dum scribens (e) ad Syricium Papam, Theodosium Imperatorem execratum esse Manichæos affirmat. Sed & post hanc VII. Idus Augusti, de feriis, quibus a judicii strepitu vacaretur, ad eumdem Albinum Præfectum rescriptum dedit (f).

(e) Ambr. ep. 81. in fine

(f) l. 2. de feriis. C. Theod.

LXIII.

Hæc quidem sancivisse Theodosium instante Siricio Romano Pontifice, labores ab eo ea de causa suscepti significant: nam in libro de Romanis pontificibus hæc de ipso leguntur: (g) *Hic invenit Manichaeos, quos in exilium deportavit; & hoc constituit ut non participarent cum Fidelibus communionem; quia polluto ore non liceret sanctum corpus Domini contrectare *. Hoc quoque constituit, ut si quis conversus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterii diebus vitæ suæ teneretur obnoxius, ut jejuniis & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione usque ad ultimum diem transitus sui, humanitate Ecclesiæ, viaticum ei largiretur.* Hæc ibi de Siricio: quæ quidem mores Manichæorum ignorantibus subobscura videri possunt. Sciendum est enim ex iis quæ superius dicta sunt, sic Manichæos se solitos esse inter Catholicos insinuare, ut perdifficile cognosci possent, cum nulla habita ab eis ratione perjurii se esse Catholicos mentirentur; quod si aliquando Manichæi esse detegerentur convincerenturque; iidem pœnitentiam simulantes, hæresin forinsecus detestantes, Manichæi nihilominus intrinsecus perseverarent; & quo minus detegerentur quales essent, cum Catholicis in Ecclesia convenirent, atque cum eis sacram participarent Eucharistiam. Jure igitur sic exagitavit latentes Manichæos Siricius, eosdemque communione privatos in exilium mittendos curavit; sancivitque ne amplius pœnitentes Manichæi ad Participationem Eucharistiæ, nisi in fine vitæ admitterentur. Quamnam autem artem ad Manichæos ab Orthodoxis dignoscendos S. Leo Papa excogitarit, suo loco dicturi sumus. Porro hoc tempore Jovinianum aliqua ex parte sensisse cum Manichæis, S. Ambrosius (h) ac collegæ Episcopi scribentes ad Siricium Papam ostenderunt. Sed de Joviniano superius.

(g) Rom. Pontifical. in Siricio.

* conversari.

(h) Ambr. epist. 81.

LXIV.

Qui autem interpellavit Imperatorem ad-

PAGIUS IX.

Evagrius Episc. Antiochenus.

Ad num. LXIV. Bollandus in Actis Sanctorum die XVII. Januarii in Vita S. Antonii Abbatis, paragrapho nono, ostendit, Baronium in *Evagrio*, qui hoc anno Paulino demortuo in Episcopatum Antiochensem successit, deceptum esse ab Interprete Latino Operum Sancti Basilii. Nam Sanctus Basilios in epistola 8. quæ est ad Eusebium Samosatorum Episcopum, ait: *ὁ πρεσβύτερος Εὐάγριος ὁ υἱὸς Πομπηιανοῦ τοῦ Ἀντιοχέως*, id est, *Presbyter Evagrius filius Pompejani Antiocheni*. Et tamen Interpres perperam vertit: *Senior Evagrius filius Pompejani Antiocheni*. Qua ex prava interpretatione deducit Baronius, alium *Evagrium* illo juniorem eodem tempore vixisse, & ex uno Evagrio duos fecit. Jam Ipsius Juliani Imperatoris temporibus doctrinæ opinione clarus erat *Evagrius*, qui Sanctum Eusebium Vercellensem Episcopum in Italiam redeuntem comitatus est, ut testatur Sanctus Basilius in laudata epistola. Contra Auxentium Episcopum Mediolanensem insurrexit cum Sanctis Eusebio & Hilario Pictaviensi Episcopo, ut elicitur ex epistola 40. Hieronymi, qui & in ejus comitatu se in Syriam profectum indicat epist. 41. ad Rufinum. Denique Vitam Sancti Antonii Magni ab Athanasio Græce vulgatam, Latine interpretatus est, ut docet Hieronymus lib. de Ecclesiast. Script.

X.

Ad num. LXIV. Baronius modo eum parentem facit junioris Evagrii, qui postea fuerit Epi-

Quid Siricius Papa in Flavianum.

adversus Manichæos Siricius Papa, eumdem contra Flavianum Episcopum Antiochenum, quod alias litteris fecerat, animavit; nec modo tantum, sed cum iterum adversus Eugenium venit. At videamus, quid de his in primis Theodoretus, propensior nimis (ut demonstratum est superius) erga Flavianum, conscribat: ait enim (a): *Ne Paulino quidem jam mortuo, simultas compressa est; sed cum Evagrius ejus sedem post illum obtinuisset, non destiterunt inimicitias cum magno Flaviano exercere; idque cum Evagrius contra legem Ecclesiæ designatus esset: quippe solus Paulinus eum ordinaverat; in qua re complures simul canones violavit. Siquidem canones neque faciunt potestatem cuiquam jam mortem oppetituro, quemquam in locum suum sufficere: atque omnes provinciæ Episcopos jubent in unum ad eamdem rem convocari: quinetiam vetant rursum quemquam absque tribus Episcopis Episcopum constitui.* Hæc quidem quæ dicit de ordinatione Evagrii facta vivente Paulino Theodoretus, repugnant omnino his quæ a Socrate (b) & Sozomeno (c) dicuntur affirmantibus nonnisi post Paulini obitum tentasse auditores ejus subrogare in locum ipsius Evagrium; aliquid tamen vitii in ordinatione Evagrii intercessisse, S. Ambrosii testificatione paulo post sumus demonstraturi. Contigisse autem Paulini mortem hoc ipso tempore, tum Socrates, tum Sozomenus testari videntur: quando ea re audita Romæ, pro Evagrio Syricius Theodosium interpellavit: subdit autem Theodoretus studens Flaviano, quæ post obitum Paulini & substitutionem Evagrii contigisse narrat, licet confuse admodum, dum hæc ait in Evagrii sectatores: *At tamen horum nihil scire cupientes, Evagrii communionem sunt illi quidem amplexati, Imperatorisque animum contra Flavianum incitare obnixe studuerunt. Nam cum Imperatori nimis acriter instando, multum sæpe exhibuissent molestiæ, accersit eum Constantinopolim, & Romam proficisci jubet. At Flavianus respondet hiemem jam esse. Itaque pollicitus, se ineunte vere imperata facturum, in patriam revertit.* Sed hæc facta sunt, cum Theodosius post annum sequentem Constantinopolim revertit.

(a) Theod. l. 5. c. 23.

(b) Socr. l. 5. c. 15.

(c) Sozom. l. 7. c. 15.

Causa Evagrii atque Flaviani.

LXV. At subdit Theodoretus: *Sed cum Episcopi Romani, non Damasus solum ille admirabilis, verum etiam post illum Siricius & Anastasius Siricii successor, vehementius in Imperatorem invecti essent, dixissentque eum illos qui tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere; sed his qui per tyrannidem leges Christi evertere studerent, impunitatem concedere: eum accersit denuo Imperator, Romamque ut contendat, cogere laborat.* Hic plane auctor confundit historiam, dum hæc non ab uno tantum Siricio facta affirmat, sed a Damaso, qui eum præcessit, & ab Anastasio, qui successit; cum constet longe ante creationem Evagrii Damasum esse defunctum, & tempore Anastasii nequaquam superstitem fuisse Theodosium: quamobrem & Socrates quoque errare convincitur, dum hæc de Evagrio æque refert ad tempora Damasi; quæ quidem nonnisi sub Siricio contigisse, ipsorum quoque sententia patet: nam tam ipse, quam Sozomenus subrogationem Evagrii ad tempora referunt, quibus Theodosius Romæ agebat.

LXVI. Theodoretus patronus Flaviani haud sincerus assertor.

Quid autem tergiversationis obtenderit Flavianus, quo minus Romam ad judicium proficisceretur: patronus ejus Theodoretus (d) sic narrat: *Tunc sapientissimus Flavianus libere Theodosio, non sine maxima omnium laude, respondit: Si qui me, o Imperator, ut fidem minime sinceram ac sanam profitentem insimulent, dicantve vitam me traducere indignam sacerdotio; tum illis ipsis judicibus utor, tum pronunciatam ab eis lubens subibo sententiam: sin autem de sede & præsulatu digladientur; neque agam cum illis judicio, neque his quas eam dignitatem adipiscendi studium tenet, adversabor: sed cedam equidem volens, neque ipse præsulatu abdicabo. Quare tu, cui libitum est, sedem Antiochenam tribuito.* Hic meminisse oportuit quæ superius dicta sunt exordio sedis Flaviani, optasse id Gregorium Nazianzenum ob pacem Ecclesiæ a Flaviano præstari, sed minime consecutum esse: quamobrem hæc a Theodoreto inania cailstimo composita esse verba, ut colore aliquo excusaret hominem vocatum ad Synodum non obtemperasse: quod vero Theodosius Imperator id ab eo fieri recusasset, sic subdit: *At vero Imperator hanc ejus animi magnitudinem & sapientiam ma-*

(d) Theod. l. 5. c. 23.

gno-

PAGIUS

De Evagrio Baronius satis edoctus non fuit.

Episcopus Antiochiæ: ita anno CCCLXII. numero CCXXVI. modo dicit, haud exploratum satis habere potuisse, quis infracto animo *Evagrius* contra *Auxentium* steterit; ita anno CCCLXIX. numero XXVII. Rursus anno CCCLXXII. numero XXVIII. illum eumdem asserit, qui olim cum Eusebio Vercellensi in Italiam abierat, & jam socius S. Hieronymi peregrinatus ad Sanctum Basilium in Cappadociam, indeque in Syriam redierat. Denique mox eumdem presbyterum facit, & XLIII. Episcopum postea consecratum, quod in Sancti Malchi Vita eum Sanctus Hieronymus *Papam* appellet. Et tamen unus idemque Evagrius est, qui cum Sancto Eusebio in Italiam profectus, quique Paulini Episcopi Antiocheni successor designatus est, ut colligitur ex Socrate lib. 5. cap. 22. Sozomeno lib. 7. cap. 15. & Theodoreto lib. 5. cap. 25. Hæc docte Bollandus, cui suffragatur Valesius in Notis ad lib. 6. Sozomeni cap. 5.

genere admiratus, in patriam reverti, & Ecclesiam sibi commissam sedulo pascere jubet. Hucusque Theodoretus, qui & de his denuo interpellatum fuisse Theodosium ait, cum rursum rediit in Italiam, quando videlicet adversus Eugenium tyrannum expeditionem paravit: Sed de his suo loco agendum.

LXVII. Synodus Capuana.

At quod ad hanc causam pertinet, præterierunt multa Græcos historicos, quæ in Occidente decreto Episcoporum statuta fuisse, certum est. Siquidem post querelas Siricii adversus Flavianum apud Theodosium Imperatorem, in eadem causa indicta fuit Synodus Capuæ, ad quam Flavianus vocatus minime venit, sed Imperatorem scriptis litteris interpellavit, petens ab eo ut ageret cum Episcopis Occidentalibus, Synodum agi in Oriente, ad quam ipse causam dicturus accurreret. Qui autem interea vocati Capuæ Episcopi convenere, ne aliquo diro schismate ea de causa Christianus discinderetur Orbis, illud in primis statuere, ut Orientalium nemini communio denegaretur, qui Catholicæ esset fidei assertor, licet starent alii ipsorum a parte Flaviani, & a parte Evagrii alii; hoc itaque vinculo mutuæ communicationis astringi voluere, ne eam ob causam schisma aliquod conflaretur. Rursum vero ut hujuscemodi dissensiones omnino sedarentur, causam illam inter Evagrium & Flavianum cognoscendam delegaverunt Theophilo Episcopo Alexandrino, tum ob sedis illius principalem in Oriente auctoritatem, tum etiam quod cum a neutrios partibus staret, satis idoneus existimatus est, qui ad dissidia componenda sequester accederet, atque arbiter judicaret una cum Ægypti sibi subjectis Episcopis, ita tamen, ut ipsorum judicium postea confirmandum esset a Romanæ sedis Antistite. At refugit Flavianus Theophili judicium: extat enim de his omnibus S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi ad eundem Theophilum epistola in hæc verba conscripta (*a*):

(*a*) *Ambr. epist. 78.*

LXVIII. Quid S. Ambrosius de Flaviano subterfugiente judicium.

Ambrosius Theophilo. Non habet quod urgeat Evagrius; & habet quod metuat Flavianus; ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo: quia propter ipsos universus Orbis concutitur. Et illi tamen nostro non compatiuntur dolori. Perstringi saltem se æquanimiter ferant ab iis, quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil, quod ad Christi pacem pertineat, eligentes, gravis toto Orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta Synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis, ut omnibus per totum Orientem daretur communio Catholicam confitentibus fidem, & duobus istis tuæ sanctitatis examen impartiretur, fratribus & consacerdotibus nostris Ægyptiis pariter considentibus: quia hoc verum judicium futurum arbitrati sumus: quod neutri parti sociata communione, aliquo favore propenderet. Cum ex his igitur æquissimæ Synodi constitutis speraremus jam remedium datum, finemque oblatum discordiæ; scribit sanctitas tua, iterum fratrem nostrum Flavianum ad precum auxilia & Imperialium rescriptorum suffragia remeavisse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor: iterum ad hujus sæculi judicia revertendum, iterum ad rescripta; iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria; iterum invalidi corpore patriam peregrino mutabunt solo; iterum sacrosancta altaria deserentur, ut in longinqua proficiscamur; iterum pauperum turbæ Episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externæ opis egentes compellentur inopiam gerere, aut certe victum inopum itineris usurpare.

LXIX. Flavianus redarguitur.

Interea solus exlex Flavianus (ut illi videtur) non venit quando omnes convenimus. Fænerator & debitor invicem sibi occurrunt; isti sibi non possunt occurrere. Solus exsors Flavianus (ut ipse vult) sacerdotalis consortii; qui nec Imperialibus decretis, nec sacerdotum conventui præsentiam faciat sui. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Evagrio donamus speciem bonæ causæ, qui eo defensabilior sibi videtur, quod eum refugit Flavianus, aut quod habere se alterum arbitratur æqualem, uterque alienæ magis ordinationis vitiis, quam suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam, ut malimus eos suis potius bonis, quam alieno vitio defendi.

LXX.

Qua de re quoniam propriis texuisti litteris posse typum reperiri aliquem, quo possit auferri fratrum discordia; cum sancta Synodus cognitionis jus unanimitati tuæ cæterisque ex Ægypto consacerdotibus nostris commiserit, iterum oportet fratrem nostrum Flavianum convenias, ut si in eo perseveraverit, quo veniendum non putet, salvis Concilii Nicæni, sed etiam Synodi Capuensis statutis, illibata pace universorum ita consulas, ut non videamur destruere quod ædificatum est. Si enim (b) quæ ædificavi destruo; prævaricatorem me ipse constituo; ac si quæ destruxi, iterum ædificem. Servetur ergo impertitæ pacis gratia inter universos, & nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ: quoniam præsumimus ea te judicaturum, quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enim utile erit consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas; si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostræ dissensionem non afferat; ut nos quoque accepta nostrorum serie statutorum, cum id gestum esse

(b) Galat. 2.

esse cognoverimus, quod Ecclesia Romana haud dubie comprobaverit, læti fructum hujusmodi examinis adipiscimur. Hactenus Ambrosius ad Theophilum. Vides ex his, quantum detulerint majores primæ sedi, nempe Romanæ Ecclesiæ auctoritati; cum ex Synodo delegata causa secundæ sedis Episcopo Alexandrino cognoscenda, una cum illis subjectis Episcopis; quicquid tamen illi judicassent, comprobandum esse duxerint auctoritate Romani Pontificis, absque vero ipsius confirmatione omnia irrita redderentur.

LXXI. Quid autem post hæc usque ad secundum Theodosii in Italiam adventum in eadem causa transactum fuerit, ignoratur: illud tantum ex Socrate (*a*), juste commotum esse Romanum Pontificem (quem ipse errore, ut dictum est, Damasum vocat, cum constet fuisse Siricium) adversus Flavianum Antiochenum Episcopum; sed per Theophilum Episcopum Alexandrinum actum esse, ut ob universalis Ecclesiæ pacem illi reconciliaretur, communicatioque ab eo ut prius eidem impartiretur. Ad breve autem post hæc tempus vixisse Evagrium, cum Socrate Sozomenus (*b*) quoque affirmat, cum tamen nec sic discordia illa finem acciperet: siquidem etsi Evagrio nullus sit datus successor; qui tamen ejus communionis erant, privatos conventus agentes, communicare cum Flaviano penitus recusarunt. Certe quidem Evagrium adhuc fuisse superstitem anno decimoquarto Imperii Theodosii, S. Hieronymus qui eodem anno scribebat commentarium *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, affirmare videtur, cum de ipso ait: *Evagrius Antiochiæ Episcopus acris & ferventis ingenii, cum adhuc esset presbyter, diversarum hypotheseon tractatus mihi legit, quos necdum edidit: Vitam quoque B. Antonii de Græco Athanasii in sermonem nostrum transtulit.*

(*a*) Socr. l.5. c.15.

Commotus Papa in Flavianum.

(*b*) Sozom. l.7. c.15.

LXXII. Reliqua gesta in Synodo Capuana.

Sed ad Capuensem (ita ab eis dictam) Synodum redeamus. Non de Antiochena tantum dissensione in ea actum est, sed & de causa Bonosi cujusdam in Macedonia Episcopi hæresis accusati, quod impudentissimo ore illibatam Dei genitricis Mariæ virginitatem negare post partum auderet: cujus causæ cognitionem eadem S. Synodus delegavit Anysio Episcopo Thessalonicensi, qui eam cum sibi subjectis Episcopis cognosceret. Extat de ejusmodi delegata causæ cognitione epistola apud Ambrosium, non tamen Ambrosii, in hæc verba conscripta (*c*):

(*c*) Apud Ambros. epist. 79.

LXXIII. Causa Bonosi hæretici.

Accepi litteras vestras, quibus vel pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam sciscitari voluistis. Sed cum hujusmodi fuerit Concilii Capuensis judicium, ut finitimi Bonoso atque ejus accusatoribus judices tribuerentur, & præcipue Macedones, qui cum Episcopo Thessalonicensi de ejus factis cognoscerent; advertimus quod nobis judicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie Synodus, recte de his quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur, qui hoc recepistis judicium, sententiam ferre de omnibus; nec refugiendi, vel eludendi vel accusatoribus vel accusato copiam dare. Vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. Denique cum Bonosus Episcopus post judicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui ejus sententiam consuleret, interdictam sibi Ecclesiam irrumpere atque ingredi; responsum est ei, quod nihil temerandum foret, sed omnia modeste, patienter, ordine gerenda: neque contra sententiam vestrum tentandum aliquid: ut quod videretur vobis justitiæ convenire, statueretis, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est, ut hi judicent quibus judicandi facultas est data. Vos enim totius (ut scripsimus) Synodi vice decernitis; nos quasi ex Synodi auctoritate judicare non convenit &c. damnatum autem ab Anysio Episcopo Thessalonicensi Bonosum, vetitumque ab eo ordinatos cum illo, communicare sed receptos fuisse eos in iisdem ordinibus Innocentius Papa (*d*) testatur. A Bonoso autem Bonosiani sunt hæretici denominati, iidem Pho-

(*d*) Innocent. ep. 22. c.5.

PAGIUS XI. *Bonosus Episcopus Sardicensis fuit.*

Ad num. LXXII. & seq. Marius Mercator in Appendice ad Contradictionem XII. Anathematismi Nestoriani ait; *Ebionem Philosophum secutus Marcellus Galata est: Photinus quoque, & ultimis temporibus Sardicensis Bonosus, qui a Damaso urbis Romæ Episcopo prædamnatus est.* Est Sardica civitas Metropolis Daciæ, ac Macedoniæ finitima. Ignoratum huc usque fuerat, cui Ecclesiæ Bonosus præfuisset, unusque M. Mercator nos hoc docuit. Quod a Mercatore dictum confirmat Capuensis Synodi decretum, quo Bonosi judicio postulati causa Anysio Thessalonicensi & Macedonibus Episcopis demandata est, utique secundum Ecclesiæ Canones, quibus cavetur, ut Episcopus quisque reus a finitimis Coepiscopis judicetur, non tamen a suis subditis, si Metropolitanus sit. Incertum pariter fuerat *Bonosum* a Damaso prædamnatum esse; quod nihilominus pars secunda epistolæ, quam Damasus ex Synodo Romana ad Paulinum Antiochenum scripsit, probat; *Si quis dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum, hunc Catholica Ecclesia anathematizat: necnon & eos, qui duos in Salvatore Filios confitentur*, &c. Bonosus enim in eo maxime errabat, quod duos in Christo Filios confiteretur, æternum unum, alterum temporalem. Porro, inquit Garnerius in Dissert. de Hæresi Nestorii cap. 4. paragrapho 6, quia Mercator *prædamnatum* ait a Damaso Bonosum, id est, prius damnatum, quam hæresim proderet, ratio ducitur, qua, ut cætera deficerent, abjudicaretur Damaso epistola ad Illyricianos: neque enim vere diceretur Pontifex præda-

Photinianæ hæresis sectatores, ut Gennadius (*a*) tradit; adversus quos Audentium Hispanum Episcopum scripsisse, idem affirmat. Damnantur a Gelasio (*b*) Papa Bonosiani una cum Photino, & aliis illi similibus: Photini enim hæresim impie fuisse sectatum Bonosum Idem qui supra Innocentius Papa (*c*) haud obscure significat: cujus autem civitatis hic Episcopus fuerit, non memini me legisse. Porro hoc eodem tempore ejusdem nominis complures vixere ab illo diversi, ut Bonosus ille adeo amicus sancti Hieronymi, qui in scopulo quodam vitam transegit anachoreticam, quem ipse mirifice prædicat in epistola (*d*) ad Ruffinum, aliusque huic adversus, quem sanctus Hieronymus (*e*) vituperans nominat Bonosum (sive Bonasum) tabulam Segestanum. Alium etiam proferunt Bonosum Marcellinus ac Faustinus presbyteri schismatici in libello ad Theodosium; eumque Treveris in carcere ob defensionem fidei defunctum prædicant, re vera tamen unum ea ipsorum consortibus schismaticum Luciferianum. Sed ad Synodum Capuensem redeamos.

(*a*) *Genn. de vir. illustr. in Audentio.*
(*b*) *Gelas. in Concil. Roman. c. Sancta Romana.*
(*c*) *Innoc. ep. 20. 21. 84.*
Bonosi plures.
(*d*) *Hier. epist. 41.*
(*e*) *Hier. epist. 200.*

LXXIV. Fuit præterea in eadem Synodo Capuensi statutum ne fierent rebaptizationes, reordinationes, & Episcoporum translationes. Citatur ejusmodi canon a Concilio Carthaginensi (*f*). Hæc sunt quæ de Synodo Capuæ habita colligere licuit; cujus etsi certus annus quo celebrata est ignoratur; hæc tamen circa tempora acta esse, in dubitationem revocari non potest.

(*f*) *Conc. Carthag. c. 15. apud Theodor. Balsam. c. 52.*

Redeamus jam ad Theodosium Imperatorem, quem hoc eodem anno Kalendis Septembris ab Urbe recessisse, auctor est Marcellinus: cujus quidem mensis octavo Idus ad Albinum Urbis Præfectum ejusmodi religioso Imperatore dignum rescriptum dedit (*g*):

Sacratis Quadragesimæ diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. Dat. 8. Idus Septemb. Foro Flam. Timasio & Promoto Coss. Venisse Theodosium posthac Mediolanum, ejusmodi rescriptum adversus hæreticos ad Tatianum datum significat (*h*):

(*g*) *l. 5. de quæst. Cod. Theod.*
Theodosius ab urbe recedens venit Mediolanum.
(*h*) *l. 59. de hæret. C. Theod.*

LXXV. *Hi qui sævi dogmatis retinent principatum, hoc est, Episcopi, presbyteri, diaconi atque lectores, & qui clericatus velamine religioni maculam conantur infligere, sub cujuslibet hæresis sive erroris nomine constituti, ex funestis conciliabulis, seu intra Urbem, seu in suburbanis esse videantur, omnimodo propellantur. Dat. VI. Kal. Decemb. Mediolani Timasio & Promoto Coss.* Jam vero reliquas a Theodosio hoc anno res gestas ordine prosequamur.

LXXVI. De occasione cladis templi Serapidis Alexandriæ.

Hoc eodem anno (ut Marcellinus in Chronico auctor est) dato ab eodem Imperatore rescripto, celeberrimum illud totoque orbe terrarum notissimum templum Serapidis Alexandriæ funditus excisum est. Rem adeo admirandam edito libro Sophronius hujus temporis scriptor haud ignobilis, testimonio Hieronymi commendatus, fusissime explicavit: sed quoniam penitus periit commentarius ille; reliquum est, ut more nostro hinc inde cum labore colligendo fragmenta, rem ipsam integram, ut licebit, repræsentemus. Hic primum illud dicendum est, ejusmodi demolitionem templi Serapidis & aliorum in Ægypto templorum idolorum prædictam (*i*) fuisse a Bessarione Abbate; sed & præcognitam quoque a dæmone, atque revelatam Antonino philosopho Ethnico, auctor est Sardianus: ex quo Gentiles cum in templi jactura erubescerent imbecillitatem suorum deorum, tamen quod illi ista ante prænunciassent, prædicabant ipsorum potentiam. Increbuit quidem de re tanta jactantia aucta tum vulgi rumoribus, tum etiam editis ab Eunapio Sardiano scriptis: cum enim agit de Antonino tunc apud eos magni nominis philosopho, filio Sosipatræ doctissimæ feminæ, ait (*k*): *Ad eum juvenes sani, ac sapientiæ studio dediti frequenter commeabant, fano adolescentibus, qui sacris operabantur, pleno. Ipse atque homine major habitus; & inter mortales vitam degens, jam tum contubernalibus discipulisque prædicere solebat, a sua morte non exiturum amplius deorum templum, immo magnifica illa & religiosa Serapidis delubra informi situ obrutum iri, & vastitatem passura, quæque in terris aspectu pulcherrima forent, in ea fa-*

(*i*) *Vit. SS. Patr. par. 2. c. 11.* Antoninus Philosophus prænovit excisionem templi Serapidis.
(*k*) *Eunap. Vit. Philosoph. in Ædesio.*

PAGIUS

dammasse *Bonosum*; quippe quem Auctor epistolæ sua sententia intactum judicibus a Synodo electis judicandum relinquat. Cæterum, epistola illa ad Illyricianos perperam Divo Ambrosio adjudicata. Holstenius in Collectione Romana eam tribuit Siricio Papæ: an ex conjectura, vel ex fide alicujus Codicis MS. incertum; cum is suæ opinionis fundamentum non prodiderit.

XII. *Serapii eversio.*

Ad num. LXXVI. & seqq. Marcellinum in Chronico secutus est Baronius, quando scripsit *Serapidis* templum, totius Ægypti pulcherrimum, *Theodosii Magni* jussu hoc anno eversum fuisse. Verum illud anno tantum trecentesimo nonagesimo primo factum. Sozomenus enim lib. 7. cap. 16. de *Serapio*, templo nempe illo nobilissimo loquens, ait: *Erat tunc temporis Dux Militum in Ægypto Romanus; Evagrius vero Præfectus Augustalis erat Alexandriæ.* Socrates lib. 5. cap. 16. de ejusdem Templi eversione differens inquit: *Præfectus Alexandriæ & Dux militum Ægypti Theophilo* (Episcopo Alexandrino) *suppetias tulere.* Quare, cum Lex 11. Codicis Theod. *De Paganis*, data *XV. Kalend. Jul. Aquilejæ, Tatiano & Symmacho Coss.* anno sc. CCCXCI. qua *per Ægyptum* sacri-

fabulosam chaos & spissam caliginem dominatura, saamque tyrannidem esse exercitura, qua omnia tempus detexit: veraque comprobavit, ut oraculi vim prædictio obtinuerit. Hæc Eunapius, qui de eodem inferius: *Istud itaque prudentiæ Antonini æstimationem summopere adauxit, quod palam apud omnes prædixerat, templa in sepulcra conversum iri.*

LXXVII. Futuræ cladis Serapidis prænuncii.

Cum hæc itaque posteri Gentiles deorum illorum cultores per Theodosium impleta vidissent, memores prædictionis Antonini, jactantes se de his, divinitatis aliquid diis suis futurorum consciis impertiebant: atque non hæc Alexandriæ tantum spargebant, sed toto Orbe, ubi deorum cultores essent, magno suorum idolorum præconio diffamabant. Hujus quidem rei occasione compulsus est S. Augustinus scribere commentarium illum *de Divinatione dæmonum*, in cujus exordio causam referat, quare in eo argumento versari coactus sit: ait enim (*a*): *Quodam die in diebus sanctis Octuvarum, cum mane apud me adessent multi fratres laici Christiani, & in loco solito consedissemus, ortus est sermo de religione Christiana adversus præsumptionem, & tanquam miram, & magnam scientiam Paganorum: quem recordatum atque completam litteris mandandam putavi, non expressis contradicentium personis, quamvis Christiani essent, & magis contradicendo quærere viderentur quid Paganis respondere oporteret. Cum ergo de divinatione dæmonum quæreretur, & affirmaretur prædixisse nescio quem eversionem templi Serapis, quæ in Alexandria facta est; respondi, non esse mirandum, si istam eversionem templi simulacris suis imminere dæmones & scire & prædicere potuerunt, sicut alia multa, quantum eis nosse & prænunciare permittitur, &c.* Hujus igitur eventus causa idem S. Augustinus commentarium illum absolvit.

(*a*) Aug. de divin. dæm. c. 1.

LXXVIII.

At audiamus quid ira percitus adversus Christianos ob demolitionem templorum suorum effutiat Sardianus (*b*), cum de eodem Antonino vate narrare pergit; *Quod autem, inquit, divini quiddam in eo fuerit, brevi post eluxit. Nam vix adeo ex hac vita migraverat, eum & cultus numinis apud Alexandriam & Serapidis delubrum disturbata dissipataque fuere, non religio tantum, sed universa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem poetarum fabulæ tribuunt gigantum victoriæ: simile enim quid Canobicis templis accidit imperante tunc Theodosio, Prætorii Præfecto Theophilo, piacalari homine, & Eurymedonte quopiam, qui (c):*

(*b*) Sardian. Vit. Philos. in Ædesio.

Antoninus Philosophus vates.

> *Late Rex tumidos inter sævosque gigantes*
> *Primatum tenuit:*

(*c*) Odyss. 7.

puto hic Eunapium intelligere voluisse Theophilum tunc Alexandriæ Episcopum adversus idolorum templa egregiam operam navantem; sed subdit: *Venereo tum Urbis Præfecto, & Romano Ægypti legiones cum imperio obtinente; qui omnes iras adversus saxa & lapicidas aggerantes, ea oppugnabant; & qui bellum nunquam auditione acceperant, Serapidis ædem funditus demoliti sunt, templique donariis manus hostiliter injecerunt, absque hoste & citra prælium victoriam adepti. Eo pacto cum simulacris ac donariis commissa strenue pugna, non devicere modo illa, verum etiam depeculati fuere; militarisque inter ipsos lex erat & tessera, uti quid quisque furto subduxerat, lateret occultum. Mansit tamen area ædis, quam asportare nequiverunt ob saxorum moles, quæ difficulter loco commoveri potuerant.* Hæc de templorum demolitione Eunapius.

LXXIX. Eunapius hostis monachorum.

Quod autem demolitis templis atque sublatis sacrificiis & idolis, expurgatisque rite locis impietatis, ibidem erectæ pro templis fuerunt ecclesiæ; & loco sacerdotum idolorum monachi sunt substituti, ac pro idolis reliquiæ martyrum per Theophilum Episcopum Alexandrinum illuc delatæ fuerunt; majore æstuans ira philosophus, in eosdem monachos & reliquias sanctorum martyrum acerbioribus invehitur contumeliis, atque blasphemiis in-

PAGIUS

sacrificia, aditusque Templorum interdicuntur, inscripta sit, *Evagrio PF. Augustali & Romano Comiti Ægypti*; non videtur dubium, quin *Serapii* excidium ad illum annum revocandum sit. Præterea Prosper in Chronico Imperiali recitat hanc demolitionem anno VIII. Theodosii Magni post Gratiani necem imperantis. Is autem occisus anno CCCLXXXIII. mense Augusto; ideoque octavus ille annus, anno Christi CCCXC. inchoatus, sequentique absolutus

XIII. Hanc anno CCCXCI. alligandam magis confirmatur.

Denique Ammianus in lib. 22. pag. 324. *De Serapeo*, ut adhuc stante, loquitur, & tamen in lib. 26. pag. 317. *Neotherii* Consulis meminit: hunc autem magistratum gessit *Neotherius* anno CCCXC. Non dubito itaque, quin Marcellinus in Chronico, ubi toties in Chronologis peccat, hallucinatus fuerit. Neque audiendus Valesius in Notis ad lib. 5. Socratis cap. 16. dicens, *Cynegium* Præfectum Prætorio, cum anno CCCLXXXVIII. in Ægyptum missus fuisset, in mandatis accepisse, ut templa Gentilium everteret, quemadmodum scribit Zosimus lib. 4. pag. 762. & Idacium in Fastis eo anno tradere, id Cynegium exequutum fuisse. Nam accidere potuit, ut *Cynegius* anno CCCLXXXVIII. demortuus omnia Templa evertere non potuerit, vel seditionem timens ab isto disturbando abstinuerit. Præterquam quod Idacius tantum habet: *Simulacra gentium evertit*, id est, statuas, vel denique multa Templa, sed non omnia. Certe si omnia Cynegius disturbasset, constitutione II. *De Paganis*, opus non fuisset.

Ba-

insectatur, obruendis quidem silentio: sed boni consulas, lector, cum scis loqui hominem Ethnicum, Dei hostem, afflatum dæmone, atque indignatione turbatum: ab ejusmodi enim sic composito hominum genere quis putet, aliud quam evomi calumnias & eructari blasphemias? sic isto parato antidoto sibilos audi serpentis: *At*, inquit, *egregii illi viri & bellicosi, confusis perturbatisque rebus omnibus, debellasse se deos incruentis quidem, sed ab avaritiæ crimine non impuris manibus gloriabantur, sacrilegium & impietatis crimen laudi sibi assumentes. Iidem postea in sacra loca invexerunt monachos, sic dictos, homines quidem specie, sed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda scelera committebant; quibus tamen pietatis pars videbatur, sacri loci reverentiam proculcare. Nam ea tempestate, quivis atram vestem indutus, quique in publico sordido habitu spectari non abnuebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem; in eam virtutis opinionem venerat id genus hominum; de quibus etiam dictum est in universæ historiæ commentariis.*

LXXX. Deplorandus status recentiorum hæreticorum.

Hæc in monachos Sardianus, quæ a nostri temporis hæresiarchis magno accepta sunt plausu, & litteris ferme aureis exarata, pro titulo affixa sunt postibus suorum commentariorum, quibus monasticam vitam impugnant: probe quidem (non improbo) cum sua se sponte in classem Ethnicorum conjiciant idolorum cultorum, recedentes ab iis quæ his temporibus eodem argumento scripserunt præstantissimi Christiani, disertissimique doctores Ecclesiæ, Magnus Athanasius, Magnus Basilius, Gregorius Theologus, Joannes os aureum, & alii innumeri sanctissimi atque doctissimi Patres miraculis coruscantes: quibus hi spretis, aversoque vultu eos spectantes & execrantes, ad unius rabidi canis vomitum resorbendum magna se aviditate convertunt; sic quidem e quorum partibus stent, perspicue cum verbis, tum factis significantes: ut nulla alia de iisdem sit ferenda sententia, nisi quam sibi ipsi stolide irrogarunt, nempe ut partem cum blasphemis Ethnicis sortiantur, qui spretis Patribus Orthodoxis, illis pertinaciter inhæserunt, duplo tamen ac quadruplo gravius illis plectendi, quod majori peccavere nequitia.

LXXXI. Eunapius blasphemus quid in martyres.

Sed quid in martyrum reliquias in ecclesiis super delubra erectis repositas Eunapius? *Illi ipsi monachos Canobi quoque collocarunt, ut pro diis qui animo cernuntur, servos, & quidem flagitiosos divinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum cærimoniasque obligatis. Ii namque condita & salita eorum capita, qui ob scelerum multitudinem a Judicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro divis ostentabant: iis genua submittebant, eos in deorum numerum receptabant, ad illorum sepulcra pulvere sordibusque conspurcati: in iis nonnulli martyres, diaconi alii, & legati, arbitrique precum petitionumque apud eos nominabantur, cum fuerint servitia infida, & flagris pessime subacta, & quæ cicatrices scelerum ac nequitiæ vestigia corporibus circumferrent: ejusmodi tamen deos fert tellus. Illud itaque providentia Antonini existimationem summopere adauxit, quod palam apud omnes prædixerat, templa in sepulcra conversum iri.* Hactenus Eunapius. At nihil est quod immorer in refellendis his quæ ab omnibus Gentilibus adversus Christianos ab exordio nascentis Christi Ecclesiæ objici solita fuere, cum de his sexcentæ (ita dixerim) Apologiæ adversus eosdem Gentiles a Patribus scriptæ fuerint. Sed hic ille diligenter observandus est cultus, a piis exhiberi solitus sacris reliquiis martyrum, qui ex ejusdem Eunapii blasphemiis egregie referatur; ut loco benedictionum accipienda sint, quæ ab ipso maledicta inferuntur.

LXXXII. Antiqui mores Catholicæ Ecclesiæ.

Referat primum illud antiqui moris, ut cum nova esset ecclesia dedicanda, in eam reliquiæ sanctorum martyrum inferrentur. Sed & ille veteris observantiæ usus attendendus ex verbis Eunapii,

PAGIUS XIV. *Prava loci Eunapii versio emendatur.* Baron. n. LXXVIII.

Baronius refert egregium locum *Eunapii* in Ædesio de hujus delubri eversione loquentis; sed Junii pravam interpretationem sequutus est, quam Gothofredus in Commentario Legis laudatæ II. *De Paganis*, emendavit: *Vix ex hac vita migraverat*, inquit Eunapius, *cum & cultus numinis apud Alexandriam; & Serapidis delubrum disturbata, dissipataque fuere. Nam Religio tantum, sed universa fabrica, eum habuerant exitum, quem Poetarum fabula tribuunt Gigantum victoria: Simile enim quid Canobi templis accidit imperante tunc Theodosio, Prætorii Præfecto Theophilo, piaculari homine, & Eurymedonte quopiam, qui*

Late Rex tumidos inter sævosque Gigantes
Primatum tenuit.

Venereo tunc urbis Præfecto politico, & Romano Ægypti legiones cum Imperio obtinente, &c. Verum *Theophilus* non Præfectus Prætorio; sed Episcopus Alexandrinus erat; neque enim hoc dicit Eunapius, sed Θεοφίλου προεστῶτος, id est, *Theophilo se ducem præbente*, vel *præsidente*. Episcopi namque Græcis προεστῶτες quoque καὶ προεστῶτες, ut Latinis *Præsidere*, *Præsides*, *Præsules*, *Antistites* dicti, quod omnibus notum. Zosimus sane & ipse Gentilis, hanc quoque, Theophilo Episcopo instante, Templorum stragem lib. 4. pag. 779. perstringit. Secundo, loco horum verborum: Εὐαγρίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἄρχοντος, legendum, Εὐαγρίου; ac vertendum: *Evagrio res civiles administrante*. *Evagrius* itaque non Præfectus Urbi, ut perperam vertit Hadrianus Junius, sed *Præfectus Augustalis* erat, ut præter Legis laudatæ inscriptionem,

non solum sub altaribus claudi martyrum reliquias, sed & foris relinqui præcipua eorumdem membra certis diebus cunctis perspicua, ac adoranda. Tertio vero illud magna consideratione dignum ex eodem elicitur, tanto honore prosequi solitos antiquos Christianos cultum sanctorum martyrum, ut Gentiles existimaverint eosdem ab illis haberi deos, cum tamen religio Christiana nonnisi unum Deum consueverit adorare. Vides quæ lateant sub stercore gemmæ, & quas nobis referent Gentilium blasphemiæ veritates? At de his hactenus, quæ occasione prædictionis habitæ ab Antonino philosopho, immo mago, de Serapidis templi clade ex Eunapio sunt recensita. Jam vero rei gestæ narrationem accuratam, ex scriptis eorum qui hoc tempore vixerunt auctorum, hic describamus. Ruffinus enim cum causam demolitionis templi Serapidis præmittit, ita auspicatur historiam (*a*):

(*a*) Ruff. l.2. c.22.

LXXXIII.

Interea apud Alexandriam novi motus, & contra temporum fidem adversum Ecclesiam concitantur, ex occasione hujusmodi oborti. Basilica quædam publici operis vetusta admodum neglecta fuit, quam Constantius Imperator donasse Episcopis perfidiam suam prædicantibus ferebatur. Quæ longa incuria nihil validum præter parietes habebat. Visum est Episcopo, qui per idem tempus gubernabat Ecclesiam, hanc ab Imperatore deposcere, ut crescentibus Fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quam tum acceptam vellet excolere, reperta sunt in loco antra quædam latentia & terra defossa, latrociniis & sceleribus magis quam cærimoniis apta. Igitur Gentiles, qui retegi criminum suorum latebras & flagitiorum cavernas viderent; non ferentes operta tot sæculis mala & tenebris obtecta reserari, velut draconum calice potata, insanire omnes ac palam furere cœperunt. Nec vocibus jam & seditionibus, ut solebant, sed manu ferroque decertare nituntur; crebros conflictus agere in plateis, belloque aperto uterque populus inter se coire. At nostri numero & potentia multo plures, sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimis vulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum, quasi ad arcem quamdam refugiebant: quo nonnullos ex Christianis captos secum abducentes, accensis aris, immolare cogebant; renitentes novis & exquisitis suppliciis excruciatos necabant, alios patibulis affigentes, alios confractis cruribus in speluncas præcipitantes; quas ob sacrificiorum sanguinem cæterasque impuritates delubri recipiendas vetustas curiosa construxerat. Est memoria horum inter martyres recensita in Romano Martyrologio 17. Kalend. Aprilis.

Referantur idololatrarum scelera.

LXXXIV.

Tunc & accidisse refert Sozomenus (*b*), ut Olympius ille, cum se clausum contineret in templo, audiret in eo cantari, Alleluja: & cum qui ita caneret, non videret, intellexisse præsagium, nempe occupandum templum fore a Christianis; ideoque eum cito citius, cæteris insciis, nocturno silentio clam recessisse tradit, atque navim conscendisse, demumque in Italiam navigasse. Addit Socrates (*c*), inter Ethnicos tunc adversus Christianos pugnasse Helladium & Ammonium grammaticos; quorum ille sacerdos Jovis erat, hic vero Simiæ, illumque se novem homines trucidasse in illa rixa gloriatum: sed fugisse hos postea Constantinopolim affirmat, seque ipsorum auditorem fuisse. Pergit autem Ruffinus semel institutam narrationem:

(*b*) Sozo. l.7. c.20.

(*c*) Socr. l.5. c.16.

LXXXV.

Verum hæc per dies singulos primo cum metu, deinde cum fiducia & desperatione gerere, atque intra templum clausi rapto & præda vivere: ad postremum grassantes in sanguinem civium, ducem sceleris & audaciæ suæ deligunt Olympum quemdam nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem defenderent, & tyrannidem tenerent. At hi, quibus Romanarum legum custodia, jurisque dicendi cura permissa est, cognitis quæ gesta fuerant, turbati atque perterriti ad templum convolant, causas audaciæ percontantur; & quid sibi vellet ille concursus, in quo cum tanto scelere ante aras sanguis civium funderetur, requirunt. Sed illi obfirmato aditu, confusis & dissonis vocibus rationem facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nuntiis, de Romani Imperii potestate, de vindictis legum, & de his quæ talia solent subsequi, commonebant. Cumque loci munitio nihil adversus vesana molientes agi nisi vi majore fineret; res gesta ad Imperatorem refertur. Ille qui ingenita men-

PAGIUS testantur Socrates, ac Sozomenus pariter laudati.

XV. Templa Gentilium diu steterunt.

Ex citata Lege *De Paganis*, discimus, anno CCCXCI. Serapidis Templum, sacraque excisa fuisse Alexandriæ; cum ea sub *Constantio* adhuc stetissent; quod testatur *vetus Orbis Descriptio* sub eo edita: imo & sub *Theodosio Magno* hujus Legis auctore anno CCCLXXXVIII. vel insequenti, ut testatur Libanius in Orat. ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, a Gothofredo edito, quo tempore & *Roma* quoque hæc sacrificia stetisse docet. Quo ipso docemur, inquit Gothofredus loco citato, etiam Orationem habitam ante hanc Legem, ut & 10. Codicis Theod. *De Paganis*, datam anno CCCXCI. Denique Gentilismi reliquiæ in totum suppressæ anno CCCCLI. edicto Valentiniani III. & Marciani, ut legere est eo anno in Annalibus numero ult.

mentis clementia errantes mallet emendare quam perdere, rescribit, illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse poscendam, in quibus dolorem interitus superaverit gloria meritorum: de cætero vero malorum causam, radicesque discordiæ, quæ pro simulacrorum defensione veniebant, penitus debere succidi: quibus exterminatis, etiam bellorum causa pariter conquiesceret. Cumque hæc scripta venissent, & velut post inducias parvi temporis ad audiendum uterque populus convenisset ad templum; statim ut prima epistolæ pagina recitata est, in cujus exordio vana Gentilium superstitio culpabatur, immensus clamor a nostris attollitur, stupor & pavor Gentilium populos invadit; latebras unusquisque quærere, angustos fuga calles rimare, aut nostris se latenter immergere: ut ab omnibus qui aderant, nosceretur, præsentia Dei populo audaciam tribuente, furorem dæmonis, qui in illis prius debacchatus fuerat, effugatum.

LXXXVI. Templum Serapidis.

Sed qualenam esset templum Serapidis, ita describitur ab ipso Ruffino, qui cum (ut diximus) diu una cum Melania Alexandriæ versatus sit, illud plusquam semel vidisse potuit: ait igitur: *Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, plerisque vero etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione per centum & eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatiis omni ex parte distentus: cuncta vero, quo ad summum pavimentorum evadatur, opere forniceo constructa; quæ immensis desuper luminaribus & occultis aditibus invicem in semet distinctis, usum diversis ministeriis & clandestinis officiis exhibebant. Jam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exedræ, & pastophoria, domusque in excelsum porrectæ, in quibus vel æditui, vel ii quos appellant ἁγνεύοντας, idest, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distincta intrinsecus circumibant. In medio totius spatii ædes erat pretiosis edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa.* Sed & de ædibus Serapidis hæc Ammianus (a): *His*, inquit, *accedunt altis suffulta* * *fastigiis templa; inter quæ eminet Serapeum; quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen & columnis* * *amplissimis & spirantibus signorum figmentis & reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.* Subjungit de bibliotheca Ptolomæi ibi posita, de qua nos superius. *In hac vero æde* (subdit Ruffinus) *simulacrum Serapis ita erat vastum, ut dextera unum parietem, alterum læva perstringeret: quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur.* Hæc de statua Serapidis Ruffinus; quam factam esse a Sesostre Rege per Bryaxem artificem, auctor est Clemens Alexandrinus, qui ait (b): *Ad opus faciendum mixta & varia usus est materia: habebat enim ramentum auri & argenti & æris & ferri & plumbi, nec ei ullus lapis deerat Ægyptius, nec sapphiri & hæmatitis fragmenta, sed nec smaragdi & topatii: hæc ergo omnia levigata, tritaque ac commixta illevit colore cæruleo, qua de causa nigrior est color imaginis.* Hæc Clemens.

(a) Ammian. l. 22.

* fulta.

* columnaris.

(b) Clem. Alex. lib. ad Gentes.

Serapis simulacrum quale.

LXXXVII.

Quod vero ad Serapidis imaginem spectat; humana effigie in vertice modium seu calathum gestantem eum simulacra reddidisse, quæ hactenus visuntur statuæ ipsius demonstrant; interdum vero quibusdam additis hieroglyphicis characteribus, ut describitur a Macrobio in Saturnalibus (c), ubi ait: *Soli se sub illius nomine testatur impendere, vel dum calathum capiti ejus infigunt, vel dum simulacro signum tricipitis animantis adjungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem: dextera parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars vero læva cervicis rapacis lupi capite finitur; easque formas animalium draco connectit volumine suo, capite redeunte ad dei dexteram, qua conspicitur monstrum.* Ita ipse: sed subdit hæc de templo Ruffinus:

(c) Macr. Satur. l. 1. c. 20

LXXXVIII. Ornatus templi Serapis.

Interioris delubri parietes laminis primo aureis vestiti, super has argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ munimento pretiosioribus metallis forent: erant etiam quædam ad stuporem admirationemque videntium dolis & arte composita. Fenestra perexigua ab ortu Solis ita erat aptata, ut die qua fuerat institutum, simulacrum Solis ad Serapin salutandum introferri, diligenter temporibus observatis, ingrediente simulacro, radius Solis per eamdem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita ut inspectante populo, osculo salutatus Serapis videretur a Sole. Erat & aliud fraudis genus hujusmodi: Natura lapidis magnetis hujus virtutis esse perhibetur, ut ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum Solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, ut lapis, cujus natura ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperate sub ipso radio ad libram fuisset positum simulacrum, & vi naturali ad se raperet ferrum; assurrexisse populo simulacrum, & in aere pendere videretur. Et ne hoc lapsu propero proderetur

Impostura in templo Serapis.

tur; ministri fallaciæ, Surrexit, *ajebant*, Sol, ut vale dicens Serapi, discedat ad propria. *Sed & multo alia decipiendi causa a veteribus in loco fuerant constructa, quæ nunc longum est enumerare per singula.*

Verum quonam modo ea impostura detecta fuerit atque sublata, sanctus Prosper, qui his vivebat temporibus, ita describit (*a*): *Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum dæmonis fuit. Quadriga ferrea nulla base suffulta, nullis uncis infixis parietibus colligata, in aere pendens, cunctis stuporem ac velut divinum subsidium oculis mortalium exhibebat: quam tamen lapis magnes, qui ferrum sibimet attributum suspendit, et loco cameræ affixus totam illam machinam sustentabat. Itaque cum quidam Dei servus inspiratus intellexisset; magnetem statim ut camera subtraxit, omne illud ostentum cadens, confractum comminutumque ostendit, divinum non esse, quod mortalis homo firmaverat.* Hæc Prosper. Subdit vero Ruffinus:

(*a*) Prosp. de prædict. l.3.c.38.

LXXXIX. Destruitur simulacrum Serapis.

Verum ut dicere cœperamus, rescripto Theodosii recitato, parati quidem erant nostrorum populi ad subvertendum erroris auctorem: persuasio tamen quædam ab ipsis Gentilibus fuerat dispersa, quod si humana manus simulacrum illud contigisset, terra dehiscens illico solveretur in chaos, cælumque repente rueret in præceps. Quæ res paululum stuporem quemdam populis dabat. Cum ecce unus ex militibus fide magis quam armis munitus, correptam bipennem, insurgens omni nisu, maxillæ veteratoris illidit. Clamor attollitur utrorumque populorum; neque tamen aut cælum ruit, aut terra descendit. Inde iterum atque iterum repetens, putris ligni fumosum genu cædit. Quo dejecto, igne adhibito, tam facile quam lignum aridum conflagravit. Post hoc revulsum cervicibus, & depresso modio trahitur caput; tunc pedes aliaque membra cæsa securibus & raptata funibus detrahuntur, ac per singula loca membratim in conspectu cultricis Alexandriæ senex veternosus exuritur. Ad ultimum, truncus qui superfuerat, in amphitheatro concrematur; vanæque superstitionis & erroris antiqui Serapis hic finis fuit.

XC.

De cujus origine diversa fertur opinio Paganorum. Alii Jovem putant, cujus capiti modius superimpositus, vel quia cum mensura modoque cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alii virtutem Nili fluminis, cujus Ægyptus opibus & fœcunditate pascatur. Quidam in honore nostri Joseph formatum perhibent simulacrum ob divisionem frumenti, qua famis tempore subvenit Ægyptiis. Alii repertum in historiis Græcorum veteribus ferunt, Apin quemdam patrem familias seu Regem in Ægypto Memphis positum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio affatim civibus alimenta præbuisse: quo defuncto, in honorem ejus instituerint apud Memphis templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris insignia, qui ex nomine ejus, Apis appelletur: σορὸν vero, idest sepulcrum, in quo corpus ejus inerat, Alexandriam deduxerint: & Soron Apis, primo ex compositione Sorapin, post vero per corruptionem Serapin nominarint. Quod an verum sit, aut nihil omnino, Deus viderit. Hæc de Serapide Ruffinus: sunt autem diversæ majorum ea de re sententiæ.

XCI.

Sed quod ad Josephum Jacob filium attinet, haud quidem spernenda ea est sententia: nam ex divinis litteris proditum est, mutasse Pharaonem Regem Ægypti nomen Joseph; ait enim divina Scriptura (*b*) de ipso Rege: *Vertitque nomen ejus, & vocavit eum lingua Ægyptiaca, Salvatorem mundi.* Hæc ibi: scimus antiquos scriptores ipsum nomen Serapis ex Græcis deducere vocibus, cum dicant ferme omnes, σορὸν Ἄπις, *sepulcrum Serapis*. Sed Julius Maternus haud ignobilis scriptor, qui claruit temporibus Constantini, & post illius obitum ad ejus filios commentarium illum scripsit: *De errore profanæ religionis*, hæc de Josepho & significatione nominis aliter expressa habet (*c*): *Discite etiam, sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandriæ numen unde sumpserit exordium.* Et post recitatam de salvata a penuria ejus providentia atque industria Ægypto, ista subdit: *Huic post mortem Ægyptii patris gentis suæ instituto templa fecerunt; & ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio esurientibus frumenta diviserat, capiti ejus superpositus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit (d). Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham, indulgentia Dei, susceperat filium, Serapis dictus est Græco sermone, hoc est, Σαρᾶς; sed hoc invito Joseph accidit, immo mortuo.* Ita ipse.

(*b*) Genes. 41.

Serapis unde dictus.

(*c*) Jul. Firmic. c. 14.

Joseph creditus Serapis.

(*d*) Genes. 21.

XCII.

Verum haud facile mihi persuadeo, Ægyptium populum deos patrios peregrinis vocibus nuncupasse, & non potius Ægyptio vocabulo, quem tanti facerent deum, appellare voluisse: unde tota vis in eo posita esse videtur ad dignoscendam originem ejus, quidnam apud Ægyptios vox Serapis, significaret: nam si apud eos idem erat Serapis, quod mundi Salvator; non alium certe quam Josephum ipsos significare voluisse, certum redditur. Fertur ab antiquis Serapidis illud oraculum Josepho Patriarcha dignissimum, a nostris etiam decantatum, quo veræ Theologiæ pronunciatur elogium, sic latine redditum:

Prin-

Principio Deus est, tum Verbum, his Spiritus unus est:
Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in unum.

Quod sane oraculum, ex eo quod eundem cum Plutone esse Serapidem Heraclides Ponticus tradidit, (quæ fuit plurimorum antiquorum sententia) idcirco Plutoni illud ipse tribuit. Certe quidem non frumentum tantum, sed veram Dei cognitionem Josephum tradidisse Ægyptiis, testificatione divinæ Scripturæ comprobatur, ubi dicitur (*a*): *Constituit eum Rex Pharao, ut erudiret Principes sicut semetipsum, & senes ejus prudentiam doceret*: ut jure dici possit, eam de Deo recitatam sententiam fuisse Josephi. Tradunt insuper a Serapide inventa esse symbola quædam, quibus ab obsessis dæmones pellerentur, quod Hebræorum sapientiæ convenit. Pergit vero Ruffinus:

(*a*) Psal. 104.

XCIII. Dii Gentium ludibrio expositi.

Sed ad inceptum, inquit, *redeamus. Post hæc capite ipso idololatriæ dejecto, studiis vigilantissimi sacerdotis, quæcumque fuerant per totam Alexandriam portenta potius quam simulacra, pari exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mortalibus laquei a dæmonibus præparati sunt, quæ funera, quæ scelera in illis, quæ dicebant adyta, tegerentur: quot ibi infantium capita desecta inauratis labris inventa sint, quot miserorum cruciabiles mortes depictæ. Quæ cum proderentur in lucem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusione ipsa Gentiles & pudore diffugerent; tamen si quis adesse potuit, mirabatur tot sæculis se illis tam nefariis & tam pudendis fraudibus irretitum. Unde & plurimi ex his, condemnato errore, & scelere deprehenso, fidem Christi & cultum veræ religionis amplexi sunt. Nam ut omittam cætera flagitia, quæ in aliis locis, vi necatis parvulis, despicatisque ob fibrarum inspectionem virginibus, gerebantur; unum solummodo, quod in templo Saturni geri, ad omnium venit conscientiam, memorabo; ex quo etiam cætera quæ omisimus, perpendantur.*

XCIV. Clandestinæ impudicitiæ sacerdotum idolorum.

Sacerdos erat apud eos Saturni, Tyrannus nomine; hic quasi ex responso numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusque & primariis viris, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum præcepisse, ut uxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod uxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptius, insuper & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, conjugem mittebat ad templum. In conspectu omnium conclusa intrinsecus matrona. Tyrannus clausis januis, & traditis clavibus, discedebat.

Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus intra ipsum Saturni simulacrum patulis irrepebat cavernis. Erat autem simulacrum illud a tergo excisum & parieti diligenter annexum. Ardentibusque intra ædem luminibus, intentæ supplicantique mulieri vocem subito per simulacrum æris concavi proferebat, ita ut pavore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Postea quam vero quæ libitum fuerat, vel ad consternationem majorem, vel ad libidinis incitamentum disseruisset numen impurum; arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur universa. Tunc descendens, obstupefactæ & consternatæ mulierculæ adulterii fucum profanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo jam tempore gererentur; accidit quamdam pudicæ mentis feminam horruisse factum, & attentius designantem, cognovisse vocem Tyranni: ac domum regressam, viro fraudem sceleris indicasse. Ille de injuria conjugis, immo potius sua, ardentius inflammatus, inscriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo convicto atque confesso, cæcisque fraudibus revelatis, pudor omnis & dedecus Paganorum pervaserat domos, adulteris matribus, incæstis patribus, liberis spuriis deprehensis: quibus divulgatis & proditis, capitim cum simulacris & ædibus excitabantur & crimina.

XCV.

At non recens vel unius ejusmodi fuit sceleris perpetratio: siquidem Ægyptiis sacerdotibus peculiare fuisse hujuscemodi in mulieres, deorum nomine, exercere facinora, ostendunt, quæ Romæ contigisse Josephus (*b*) describit tempore Tiberii Imperatoris, crimina haud dissimilia per sacerdotes Anubis in Paulinam clarissimam feminam perpetrata; quam sub specie Anubis dei, adolescenti, nomine Mundo, ipsius amatori insciam subjecerunt. Quam ob causam sacrifici illi jussu Tiberii cruci affixi fuerunt. Subdit vero Ruffinus de alio Ægyptiorum templo tunc diruto, his verbis rem gestam narrans (*c*):

(*b*) Joseph. Antiq. l. 18. c. 4.

(*c*) Ruff. l. 2. c. 26.

XCVI. Templi Canopi demolitio.

Jam vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? ubi prætextu sacerdotalium litterarum (ita enim appellant antiquas Ægyptiorum litteras) magicæ artis erat pene publica schola. Quem locum velut fontem quemdam atque originem dæmonum in tantum venerabantur Pagani, ut multo ibi major celebritas, quam apud Alexandriam haberetur. Sed de hujus quoque monstri errore, cujusmodi originem tradunt, absurdum non erit pauca exponere. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem deum suum circumferentes cum omnium provinciarum diis habuisse conflictum, quo scilicet qui vicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur. Reliquarum provinciarum dii æris aut auri, argentique aut ligni, vel lapidis, vel ex quacumque materia

con-

constabant, quæ per ignem proculdubio corrumperetur: ex quo fiebat, ut Ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audisset Canopi sacerdos, callidum quiddam excogitavit. Hydriæ fieri solent in Ægypti partibus fictiles, undique crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua desudans, defæcatior ac purior redditur. Harum ille unam cera foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus pictam, aqua repletam statuit ut deum; & excisum veteris simulacri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptavit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum, circa hydriam ignis accenditur: cera, qua foramina fuerant obturata, resolvitur: sudante hydria, ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor ostenditur. Unde ipsum Canopi simulacrum pedibus perexiguis, attracto collo, & quasi sugillatu, ventre tumido in modum hydriæ cum dorso æqualiter tereti formatum ex hac persuasione velut deus victor omnium colebatur. Sed profecerint hæc fortasse aliquando contra Chaldæos: nunc vero adveniente sacerdote Dei Theophilo, nullus profuit sudor, nec ceris fraus obtecta subvenit: vastata sunt omnia, atque ad solum deducta. Hæc Ruffinus. Sed quod ad Canopi originem spectat, a duce Menelai sic dicto putant traxisse nomen. Cæterum Stephanus tradit Canopum dictum esse Neptunum, eoque signo mare ab Ægypriis circumscribi.

Canopus Deus qualis.

XCVII. Pergit vero post hæc Ruffinus: *Et nihil non gestum est, quod in squallorem verteret locum: flagitiorum cavernæ ac veternosa busta dejecta sunt, & veri Dei templa & Ecclesiæ celsæ constructa. Nam & in Serapis sepulcra, profanis ædibus complanatis, ex uno latere Martyrium, ex altero consurgit Ecclesia. Occasio autem Martyrii construendi unde data sit, dignum arbitror memorare.* Subdit his Ruffinus de profanatis atque dispersis tempore Juliani Apostatæ reliquiis Joannis Baptistæ, iisdemque collectis, & ad S. Athanasium tunc perlatis, atque hactenus conservatis; cujus rei gestæ historiam suo loco superius, recitavimus. In loco igitur ubi Serapis templum erat, erecta basilica fuit, illatæque in eamdem ipsæ sacratissimæ reliquiæ (ut S. Athanasius ante prædixerat) S. Joannis Baptistæ per Theophilum Episcopum Alexandrinum. Porro ipsa ædificatio Ecclesiæ sub Theodosio facta est, reliquiarum vero collocationem post ipsius obitum fieri contigit sub ejus filio (*a*) Arcadio Imperatore; quo tempore dedicata est, IV. Kalen. Septembris: quo quidem die in universa Ecclesia ejusdem S. Joannis Baptistæ decollationis solemnitas celebratur (*b*).

(*a*) Cedren. in Compend.
(*b*) Acta inventionis capitis Jo. Bapt. Beda de sex ætat. in Julian.

XCVIII. *Post occasum vero Serapis, qui numquam vixerat* (subdit Ruffinus *c*) *quæ jam alterius dæmonis stare delubra potuerunt? Parum dixerim, si omnes quæ erant Alexandriæ per singulas pene columnas cujuscumque dæmonis ædiculæ insultæ ceciderunt: sed per cunctas Ægypti urbes, per castella, per vicos, per omne rus, per ripas fluminis, per eremum quoque si qua fana, vel potius busta reperiri potuerunt, instantia uniuscujusque Episcopi subruta & ad solum deducta sunt, ita ut denuo rus culturæ redderetur, quod injuste fuerat dæmonibus deputatum.*

(*c*) Ruffin. l. 2. c. 28.

XCIX. *Sed & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiam Thoraces Serapis, qui per singulas quasque domus in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ita abscissi sunt omnes & abrasi, ut ne vestigium quidem usquam, vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cujuslibet alterius dæmonis remaneret: sed pro his Crucis Dominicæ signum* ✠ *unusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque depingeret. Quod cum factum esse, hi qui superfuerant ex Paganis viderent; in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitus commendata venisse perhibentur. Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis inter illas, quas dicunt* ἱερατικὰς, *id est, sacerdotales litteras, habere Ægyptii dicuntur velut unum ex cæteris litterarum, quæ apud illos sunt, elementis. Cujus litteræ, seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem, VITA VENTURA. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerum gestarum convertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc quæ nunc coluntur tamdiu starent, quamdiu viderent signum istud venisse, in quo esset vita. Unde accidit ut magis hi, qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum, ad fidem converterentur, quam illi quos errorum præstigia & deceptionum machinæ delectabant.* Addit Socrates (*d*) in imo diruti delubri lapides ejusmodi signo ✠ Crucis incisos esse repertos, adeo ut Gentiles dicerent aliquid esse Serapidi commune cum Christo: quod non negandum, si de ejus origine ex Josepho filio Jacob, quod dictum est, omnino constare posset. Pergit vero Ruffinus:

Quid Hieroglyphicum Crucis.

(*d*) Socr. l. 5. c. 17.

C. *Sane quoniam moris erat in Ægypto, ut mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis auctorem: subverso ejus simulacro ignique consumpto, omnes simul negabant, Serapin injuriæ memorem, aquas ultra ac affluentia solitu largiturum. Sed ut ostenderet Deus, non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis juberet excrescere; tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantum fuisse prius, ætas nulla meminerat. Et*

De ulna mensura Nili.

ideo

ideo alna ipsa, id est aquæ mensura, quam πῆχυν vocant, ad aquarum dominum in ecclesiam rœptam deferri. Sed ubi hæc gesta religioso Principi nuntiata sunt; extentis ad cœlum palmis, tum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque urbis illius magna pernicie tam vetustus error extinctus est. Hactenus de rebus hoc anno gestis Ruffini narratio. Addit vero hæc hic Sozomenus (a) de ejusdem Nili exundatione aliquando cessante:

[(a) Sozom. l. 7. c. 20.]

[CI.] *Ferunt autem Ægypti fluvium tunc solito tardius ad primum exundationis gradum constitisse* (eo scilicet tempore, quo Theodosius Imperator Gentiles vetuit immolare dæmonibus hostias); *Ægyptii ergo indignabantur, quod non permitterentur secundum leges patrias fluvio sacrificare. Animadvertens autem gentis illius Præfectus eos ad seditionem adornari, Imperatori rem indicavit. Imperator, re intellecta, Satius est, inquit, erga Deum permanere fidelem, quam fluenta Nili, & ex eis expectatam anni fertilitatem præposuisse pietati. Vel numquam enim fluxerit iste fluvius, siquidem re vera & excantationibus pellici & sacrificiis delectari & sanguinis fluxu inquinare influentes ex divino paradiso rivos potest. Cæterum Nilus haud multo post largiter effusus, etiam sublimioribus undas immisit: & postquam ad perfectissimam & raro completam mensuram accessisset, ac nihilominus aqua intumesceret; in contrarium timorem conjecti sunt Ægyptii; ac metus erat, ne & Alexandriam urbem, & quæ Libyæ portio erat fluvius inundaret. Fertur itaque Alexandrinorum Paganos ob hoc ipsum stomachantes, quod præter opinionem evenerat, subsannasse, & in theatris exclamasse, quod fluvius veluti senex ac delirus eminxisset. Ex eo plurimi Ægyptii, patria superstitione damnata, ad Christianismum transierunt. Atque hæc quidem, ut comperi, scripsi.* Hactenus Sozomenus.

[Prodigiosa exundatio Nili.]

[CII.] Ne autem quod Theodosius adversus delubra Gentilium lege lata, fieri imperaverat, avaritiæ potius quam pietati adscribi ab aliquo posset; quid præstiterit, Socrates ita significat (b): *Delubra idcirco eversa, simulacra deorum in lebetes & ad res alias ad vitæ usum accommodatas conflata. Nam Imperator deorum imagines Ecclesiæ Alexandrinæ, uti ad pauperes sublevandos impenderentur, donaverat. Itaque Theophilus Episcopus Alexandrinus, cum omnes deorum statuas confringere aggrederetur, unam cerri alicujus dei integram servari jussit; eamque in loco erexit publice; uti Gentiles, tempore progrediente non inficias irent, se ejusmodi deos coluisse. Hac de re novi equidem Ammonium Grammaticum valde animi discruciatum fuisse, dixisseque religioni Græcorum gravem inflictam esse plagam, quod illa una statua conflata non esset, sed de industria ad ipsorum religionis irrisionem reservata.* Hæc Socrates.

[(b) Socr. l. 5. c. 16.]

[CIII. Ecclesiæ erectæ super loca delubrorum.] Qui igitur Theophilus Alexandriæ super locum Serapii erexit basilicam, titulo S. Joannis Baptistæ, in loco quem Canopum diximus nominatum, ab Alexandria urbe distantem (ut Ammianus (c) ait) duodecim milliaribus, aeris temperie saluberrimum; aliam extruxit ecclesiam sub nomine Apostolorum: *Ab hac civitate Canopo* (habent Acta SS. Cyri & Joannis (d) *distat quædam vicus spatio duorum * nomine Menuthæ *. Hic autem vicus erat dæmonum habitatio: versabantur enim in eo maligni spiritus. Theophilus vero cum voluisset locum purum reddere a dæmonibus, Christique Evangelistarum & Apostolorum characteribus & figuris, ut ad eum consecrandum idoneis occupare: id quod statuerat, non perduxit ad effectum. Interim enim mors adveniens eduxit eum de vita præsenti. Deinde autem Cyrillus, qui post ipsum sedi successit, eamdem suscepit curam, ut locum illum a dæmonibus liberaret: quod divina revelatione admonitus fecit inferendo illac reliquias Sancti Marci Evangelistæ, necnon Cyri, ac socii ipsius Joannis martyrum. Illatis igitur illuc vigesimooctavo mensis Julii dictis reliquiis, continuo cessavit dæmonum infestatio, consecutaque mox est copiosa ægris sanitatis largitio.* Hæc habent citata superius Acta; quibus pariter declaratur suceptum esse hoc anno a Theophilo munus expurgandi Ægyptum ab idolorum cultu: sed licet in eo naviter toto vitæ tempore laboraverit, minime tamen absolvi consummarique potuit.

[(c) Amm. lib. 22.]
[(d) Metaph. die 30. Jan.]
[* milliarium.]
[* Manothe.]

[CIV. Vocati Monachi in auxilium.] Porro ad certamen istiusmodi a se initum adversus dæmones, quod spirituale esset, spirituali quoque nisus est Theophilus auxilio, fultusque divini Spiritus armis: siquidem sanctissimos monachos, quos adeo detestatur Sardianus, opitulatores, quasi auxiliares copias accivit e solitudine: nam in Vitis sanctorum Patrum; (e) hæc leguntur: *Intraverunt aliquando fratres Alexandriam invitati a Theophilo Archiepiscopo, ut præsentibus his facta oratione, destrueret templa Paganorum &c.*

[(e) Vit. SS. Pat. par. 2. c. 4. de continentia.]

[CV. Idololatria ubique pessumdata.] At plane accidit, ut tam ingenti fragore collapsa in Ægypto idololatria, unde tamquam e fonte rivi in totum fere orbem terrarum superstitio dimanarat, Gentiles ubique concussi fuerint, atque pro defensione deorum suorum sic novo casu excitati concurrerint; de quibus Sozomenus (f): *Adhæc autem*, inquit, *in quibusdam Civitatibus pro templis suis Pagani alacriter dimicabant, velut in Arabia Petrææ Æropolitæ, in Palæstina Raphiotæ & Gazæi, in Phœnicia hi qui Heliopolim incolunt, in Syria potissimum vindices templi Apa-*

[(f) Sozom. l. 7. c. 15.]

mea, quæ colitur ad Axium fluvium, quos quidem ego intellexi ad protectionem templorum suorum frequenter auxiliis usos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis: ac demum ad tantam prorupisse audaciam; ut etiam Marcellum qui ejus provinciæ Episcopus erat, interficerent. Hic enim cum judicaret, illos non alia ratione facilius a priori superstitione posse converti; templa quæ in urbe & in pagis habebant, evertit: & certior factus in Aulone (is est tractus Apameorum provinciæ) templum esse amplissimum, militibus aliquot ac gladiatoribus assumptis, adversus istud contendebat. Cui cum appropinquasset, extra telorum jactum ipse restitit. Erat enim pedibus debilis, & neque repugnare, neque hostem vel fugare, vel fugere poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in destruendo templo occupatis; ex Paganis quidam, intellecto quod illo sibi relictus esset solus, ea ex parte qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & improviso adorti eum corripiunt, & rogo injecto, interimunt. Ac in præsentia quidem clam id habuerunt. Sed postquam temporis progressu proditi sunt; filii Marcelli vindicare patrem studebant: quamquam Synodus ejus gentis id fieri prohibuerit, æquum non esse censens vindictam sumere de ejusmodi morte, pro qua gratias agere deceret tum illum ipsum qui mortuus fuerat, tum cognatos & amicos ejus, utpote, qui ut pro Deo moreretur, dignus habitus esset. Hæc de Marcelli certamine Sozomenus.

Marcellus Episcopus Apameæ demolitor templorum.

CVI. Sed multa quidem, magnique momenti ab ipso sunt prætermissa, quæ a Theodoreto, qui res tunc gestas, utpote Syrus homo, habuit exploratas, enarrantur, quæ nos suis ipsius verbis hic describemus, ait enim (a): *Ex Episcoporum numero Marcellus, vir in rebus omnibus longe præstantissimus, lege, tamquam machina bellica omnia delubra urbis, cujus Episcopatum ipse administrabat, prorsus expugnavit. Qua in re gerenda, fiducia in Deum potius, quam multorum hominum manu adjutus est. Atque hoc loco facinus imprimis memorabile ab eo factum narrabo. Ubi Joannes Episcopus Apameæ, cujus ante feci mentionem, mortem obierat, in ejus locum divinus Marcellus, vir spiritu (ut Apostoli (b) præceptio vult) effervescens, substitutus est. Venit forte Apameam Præfectus Orientis, duobus ducibus cum duobus hominum millibus comitatus. Qui quidem plebe propter metum sibi a militibus injectum quiescente, delubrum Jovis, quod amplissimum fuit, multis ac variis ornamentis illustratum demoliri aggreditur: verum cum structuram ejus valde solidam & firme compactum cerneret, existimavit lapidum coagmentationem nullo modo posse dissolvi: nam lapides erant grandissimi, arcte inter se juncti, & ferro præterea ac plumbo colligati. Quare Præfectum deterritum cum videret S. Marcellus, eum ad alias urbes amandavit, ipseque Deum impense precatus est, ut viam sibi ad illius delubri demolitionem aperiret.*

(a) Theod. l.5. c.21.

(b) Rom. 12.

Templum Jovis Apameni insolubile.

Itaque primo mane vir quidam, qui neque architectus, neque lapidarius fuit, neque ullam aliam artem novit, sed lapides & ligna humeris portare assueverat, sua sponte eo venit. Qui ut accessit, pollicitus est se delubrum facillime demoliturum; solumque mercedem postulavit, qua duos opifices conduceret: quam simulac sanctus Episcopus ei daturum promiserat, ejusmodi quiddam excogitavit homo ille. Delubrum habebat porticum quadratam, erectam in sublime, sibique adjunctam. Hanc sustentabant columnæ maxime pares proportione ipsi templo, ambitus autem cujusque sexdecim cubitorum fuit: lapis, ex quo erant fabricatæ, natura durissimus, nec facile lapidariorum instrumentis cedens. Quarum singulas cum undique suffodisset iste, & ædificia illis innixa tignis oleagineis suffulsisset, ad aliud eodem modo transiit. Nam tribus columnis ad hunc modum suffossis, injicit tignis flammam.

CVII. Cæmentarius opus aggreditur aliis inconcessum.

Verum dæmon quidam ater apparens, tigna (ut eorum fert natura) igni absumi non patitur, sed impetum flammæ cohibet. Ubi vero istud sæpius egerant, videbantque machinam illam frustra admotam, Episcopo sub meridiem forte dormienti rem indicant. Ille confestim ad sanctum Dei templum propere contendit, aquam in vase afferri jubet, quam sub sacrosancto altari ponit: ipse autem humi in faciem prostratus, Dominum benignum, & clementem precatur, ne tyrannidem dæmonis longius serpere permittat, sed tum ejus patefaciat imbecillitatem, tum suam ipsius potentiam ostendat ad eum finem, ut infidelibus nulla majoris cæcitatis inde detur occasio. Hæc & alia his similia locutus, cum aquam signo Crucis signasset; Equitium, unum ex diaconis, fide, & pietatis studio egregie munitum, aquam jubet accipere, ocyus ad delubrum currere, & cum fide eam spargere, tignisque flammam adhibere. Quare confecta, dæmon aqua aspersa vim non ferens, penitus aufugit. Ignis autem, aquæ, sua natura maxime adversaria, velut oleo fotus, tigna occupat, eaque momento temporis prorsus absumit. Itaque columnæ, basi sublata, corruunt, aliasque duodecim secum dejiciunt: ipsum præterea templi latus columnis cohærens, violento illarum casu pariter deturbatum est: cujus ingenti fragore tota adeo personabat Civitas, ut omnes ad illud ipsum delubrum spectandum concurrerent; atque simul

CVIII. Dæmon impedit templi ruinam.

Aqua cruce sanctificata fugatur dæmon.

mul ut intellexere dæmonem infestum fugatum esse, hymnorum concentu uno ore omnes Deum celebrarunt. Eodem modo sanctus ille Episcopus alia quoque simulacrorum fana demolitus est. Hæc de Marcello Theodoretus, quem & martyrium subiisse tradit, allectumque ipsum inter martyres scimus perpetua memoria celebrandum decimaquarta die mensis Augusti.

CIX. At non omnia deorum templa in Oriente sub Theodosio fuerunt penitus diruta: siquidem Gazæ delubrum Marnæ famosissimum usque ad ortum Theodosii junioris, Arcadii Imperatoris filii, tutantibus illud Civibus Ethnicis, integrum permansit, ut suo loco dicturi sumus: ad hæc namque tempora allusit S. Hieronymus, (a), cum ad Lætam scribens sic ait: *Jam & Ægyptius Serapis Christianus factus est.* Quod scilicet illius cultores ad Christum conversi fuissent; vel etiam, quod ubi Serapidis templum erat, illic jam erecta Christo Ecclesia esset: & subdit: *Marnas Gazæ luget inclusus, & eversionem templi jugiter pertremiscit:* prætermissum vero illud a Theodosio puto, quod absque cæde plurimorum Gazensium templum tuentium, id perfici minime posse videret.

(a) Hier. ep. 7.

CX. *Templorum Deorum in Occidente clades.* Cæterum qui zelus pertigit Orientis Episcopos sub Principe maxime pio idola demoliri, æque Occidentales impulit sacerdotes idipsum præstare fiducia animosa. Periere si quæ de his scripta fuere a majoribus monumenta: de S. Martino tantum hæc habentur eo argumento a Severo (b) conscripta: *Dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere; tum vero Antistes loci illius, cæteraque Gentilium turba cœpit obsistere. Et cum iidem illi, dum templum evertitur, imperante Domino quievissent, succidi arborem non patiebantur. Ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite; Deum potius, cui serviret ipse, sequerentur; arborem illam excindi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tum ex illis unus qui erat audacior cæteris: Si habes, inquit, aliquem de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem; tu ruentem excipe: & si tecum est tuus (ut dicis) Dominus, evades. Tum ille intrepide confisus in Domino, facturum se pollicetur.*

(b) Sever. Vit. S. Mart. c. 10.

CXI. *Hic vero ad istiusmodi conditionem omnis illa Gentilium turba consentit, facilemque arboris suæ habuere jacturam, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum unam in partem pinus illa esset acclivis, ut non esset dubium quam in partem succisa corrueret, eo loco vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio lætitiaque cœperunt: aderat eminus turba mirantium, jamque paulatim nutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo tam propiore conterriti, spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem expectantes. At ille confisus in Domino, intrepidus opperiens, cum jam fragorem sui pinus concidens edidisset, jam cadenti, jam super ruenti, elevata obviam manu, signum salutis opponit. Tum vero turbinis modo (retroactam putares) diversam in partem ruit, adeo ut rusticos, qui tuto loco steterant, pene prostraverit. Tum vero in cœlum clamore sublato, Gentiles stupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari; satisque constitit, eo die salutem illi venisse regioni. Nam nemo fere ex immani illa multitudine Gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata, in Dominum Jesum, relicto impietatis errore, crediderit. Et vere ante Martinum pauci admodum, immo pene nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeo virtutibus illius, exemploque convaluit, ut jam ibi nullus locus sit, qui non aut Ecclesiis frequentissimis, aut monasteriis sit repletus. Nam ubi fana destruxerat, statim ibi aut Ecclesias aut monasteria construebat.* Subdit Severus hæc etiam eodem argumento.

CXII. *In vico autem, cui Leprosum nomen est, cum idem Martinus templum opulentissimum superstitione religionis voluisset evertere; restitit ei multitudo Gentilium, adeo ut non absque injuria sit repulsus. Itaque secessit in proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere, jejunans semper atque orans, precabatur a Domino, ut quia templum illud evertere humana manu non potuisset, virtus illud divina dirueret. Tum subito, ei duo Angeli hastati atque scutati, instar militiæ cælestis, se obtulerunt, dicentes, missos se a Domino ut rusticam multitudinem fugarent, præsidiumque Martino ferrent; ne quis dum templum dirueretur, obsisteret: rediret ergo, & opus cœptum devotus impleret. Ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentilium turbis & quiescentibus, dum profanam ædem usque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque simulacra redegit in pulverem. Quo viso rustici, cum se intelligerent divino nutu obstupefactos atque perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes fere in Jesum Dominum crediderunt, clamantes, & palam confitentes Deum Martini colendum, & idola negligenda, quæ sibi adesse non possent.*

CXIII. *Quid etiam in pago Heduorum gestum sit, referam. Ibi dum templum itidem everteret, furens Gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. Cumque unus au-*

dacior cæteris stricto cum gladio peteret; rejecto pallio, nudam cervicem percussori præbuit. Nec cunctatus ferire Gentilis: sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit, consternatusque nimio metu veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud. Cum eum idola destruentem, cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ac fana eorum destrueret; ita prædicatione sancta Gentilium animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subverterent. Hactenus Severus de Martino templa deorum destruente. En quot miraculis est declaratum Dei nutu templa deorum esse prostrata, cum tamen nonnulli fuerint qui maluissent eadem expurgata in usum converti Christianæ religionis; quod interdum factum esse non dubium est. Ex his igitur, quæ de S. Martino a Severo conscripta legimus, conjecturam capere possumus quid a cæteris Occidentalis orbis Episcopis gestum sit: nam paria alios Episcopos diversarum Civitatum oportuit obiisse certamina, quod omnibus in locis iidem adhuc vigerent hostes, & castra diaboli, ad quæ prosternenda disjiciendaque penitus maximos oportuit Dei sacerdotes exantlasse labores. Cæterum non sic quidem hæc sub hujus anni periodo claudimus, ut omnia unius anni termino facta esse contendamus, sed quod hoc anno cœptum sit, quod sequentibus quoque annis agi perseveravit indesinenter: adeo ut sit reperire post decennium per Theodosii Comites Gaudentium atque Jovinum, quos tradit Prosper hoc tempore Theodosii idolorum templa Romæ spoliasse, sub Honorio Imperatore (quod Sanctus Augustinus testatur *a*) sub Consulatu Manlii Theodori, deorum templa Carthagine eversa esse. Cum vero ubique terrarum Christiani orbis a Christianis idolorum templa prosternerentur; nullibi tamen majori studio quam Romæ, Hieronymi sententia (*b*), id factum fuisse constat.

(a) Aug. de Civit. Dei lib. 18. c. ult.

(b) Hieron. proœm. l. 2. comment. in epist. ad Galatas.

Nona-

1\. NOnagesimo supra trecentesimum Christi anno Valentinianus Augustus quartum aggressus est Consulatum, collegam nactus Neoterium. Antequam autem ad hujus anni Theodosii Imperatoris res gestas enarrandas stylum admoveamus, vetus monumentum ejusdem anni Consulibus consignatum hic reddamus; quo valde admiteris reperiri his temporibus Theodosii, cum Romæ adhuc ipse moraretur, dicatam ibidem fuisse aram ad sacrificia, in qua sculpti superne arietes quinque, singuli scilicet in singulis angulis, atque unus in fronte, iidemque omnes mactati jacent, & in dextero latere aries adstat sub pinn, a qua tympanum & fistulæ compactæ & erotala dependent, a sinistro vero latere sub altera pinu duæ fistulæ & faces transversæ, omnia ad usum sacrificii comparata. inscriptio vero sic se habet (*a*):

(*a*) *Impressam & descriptam habes apud Smetium Inscr. antiqua. pag. 20. num. 2.*

DD. NN. FL. VALENTINIANO. ET. GRATIANO. IMPP. SUIS CEIONIUS. RIFIUS. VOLUSIANUS. V. C. ET. ILLUSTRIS. EX VICARIO. ASIÆ. ET. CEIONI. RUFI. VOLUSIANI. V. C. ET ILLUSTRIS. EX. PRÆFECTO. PRÆTORIO. ET. EX. PRÆFECTO. URBIS. ET. CECINE. LOLLIANE. CLARISSIME. ET ILLUSTRIS. FEMINE. DEÆ. ISIDIS. SACERDOTIS. FILIUS ITERATO. VIGINTI. ANNIS. EX. PERCEPTIS. TAUROBOLIIS VI. ARAM. CONSTITUIT. ET. CONSECRAVIT. X. KAL. JUN D. N. VALENTINIANO. AUG. ET. NEOTERIO. COSS.

Potuit ne fieri, ut post tot leges a Theodosio adversus sacra Gentilium editas, ipso etiam adhuc Romæ agente, & ut ita dicam, ob oculos ejus nova constitueretur ac dedicaretur ara, cum nec unam Victoriæ restitui, Gentilium laborante Senatu, & adnitente Symmacho, ipse concessisset, immo & eam ob causam anno superiore (ut vidimus) eumdem Symmachum mulctasset exilio? Quamobrem in eam sententiam volentes magis imus, ut ea omnia a Volusiano secreto in propriis ædibus facta fuerint ad privatorum sacrorum usum. Porro de Volusiano deorum cultui addictissimo illud modo sciendum, laborasse plurimum S. Augustinum jam Episcopum, ut eum ad fidem capessendam induceret, id exposcente ejus matre ad Christum jam ante conversa; ipsum tamen resistentem atque obnitentem usque ad ultimam senectutem Ethnicum permansisse: cum tandem morbo detentus, agente apud eum Melania juniore ejus nepte, baptizatus bene Christianus ultimum clausit diem: sed de his suo loco dicendum quinto Annalium tomo.

Hoc

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1143. Olymp. 292. an. 2. A.C. 390.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5883.

☉ 7. F. ☽ 11. P. 12. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 390.

SIRICII PAPÆ 7.

VALENTINIANI JUNIORIS 26.

THEODOSII 12. ARCADII 8.

[1] AD num. I. Coss. *Valentinianus Aug. IV. & Neoterius*; ille in Occidente, hic in Oriente, ut liquet ex iis quæ de hoc ultimo habet Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani. Valentiniani Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, propter nempe ejus *Vicennalia*, quæ vel anticipavit, aut, quod quandoque contigit, Consulatum anno antequam ea ederet, suscepit.

I. Coss. & Vicennalia Valentiniani junioris.

Ad

NOTÆ [1] COss. *Valentinianus Aug. IV. & Neoterius*. *Flavium* quoque nonnulli *Neoterium* dicunt. Lapis Gruterianus pag. XXVIII. 3. num. in ædibus Capitoliais.

ET CONSECRAVIT. X. KAL. JUN.
D. N. VALENTINIANO. AUG. ET
NEOTERIO. CONSS.

Sponius Miscellan. pag. 50.

D. N. VALENTINIANO
AUG. IIII. ET NEOTERIO. COS.
ARAM. CONSECRAVIT

In Basilica D. Pauli extra moenia Urbis in stylobate primæ columnæ navis majoris ad lævam.

PRAE-

II. *De clade Thessalonicensi.*

Hoc ipso anno Theodosius Imperator, qui anno superiori recedens ab Urbe mense Septembris (ut vidimus) Mediolanum se contulerat, ibidem degens, ob cladem Thessalonicensium perpetratam a S. Ambrosio repellitur ab Ecclesia, ac nonnisi publice acta pœnitentia, in eam admittitur. De re tanta narrationem aggressuris, cur hoc potissimum anno a nobis ponatur, ratio in primis reddenda est. Sed ante omnia confutanda illorum sententia, qui dixerunt, ea contigisse post secundum Theodosii in Italiam adventum, postque debellatum Eugenium: cujus sententiæ auctor est Sozomenus (*a*), quem vix unum vel duos reperies ex recentioribus sequentes, cum innumeri ferme sint qui ea omnia ad tempus post debellatum Maximum referant, secuti Ruffinum (*b*), Paulinum (*c*), atque Theodoretum (*d*). Inconstans pariter assertio reperitur, cum Thessalonicensium cædem tunc evenisse dicant, cum de differenda executionis sententia triginta diebus Theodosius legem tulit: nam nullo penitus pacto cohæret tempus ejusmodi latæ legis cum temporibus debellati ab eodem Theodosio Maximi. Etenim data illa lex ponitur (*e*) Veronæ sub Consulatu Antonii & Svagrii, anno Domini trecentesimo octogesimo secundo, adhuc superstite Gratiano, a quo lata habetur, cum nondum Theodosius in Occidentem rediisset; quod post septennium a tempore latæ legis evenit, de qua modo dicendum inferius.

(a) Sozom. lib. 7. c. 24.
(b) Ruffin. lib. 2. c. 18.
(c) Paulin. in Vit. S. Ambros.
(d) Theod. lib. 5. c. 17.
(e) l. 13. de pœnis C. Theod. & Cod. Justin. eod. tit. l. si vindicari.

III. Cum igitur ad tempora primi in Italiam Theodosii adventus ejusmodi Thessalonicensis clades referenda sit, constetque ipsum Theodosium moram duxisse in Occidente ad sequentem usque annum; quoto potissimum anno ejus in Italia commorationis id acciderit, pervestigandum est. Non quidem primo evenit anno, quo Maximum debellatum mense Augusti diximus: nam cum post necem Maximi contigerit Ambrosio agere apud Theodosium pro Episcopo qui incenderat synagogam, & aliis, nullam prorsus ejus rei habuit mentionem; quæ necessario inferenda fuisset, id exigente argumenti ratione, si ante accidisset. Sed & cum octo menses intercessisse Theodoretus dicat (*f*) a tempore excommunicationis usque ad reconciliationem, quæ tempore Natalis Domini contigit; non patiuntur angustiæ temporis, ut primo anno hæc facta esse dicantur; nec item anno sequenti, quo vidimus Theodosium non in luctu (ut ferunt *g*), & pœnitentia egisse Mediolani, sed scimus profectum esse mense Junii Romam, deque extincto tyranno una cum Valentiniano triumphasse. Quamobrem reliquum est, ut affirmare necesse sit, hoc ipso anno, vel sequenti, ea de clade Thessalonicensi ac pœnitentia Theodosii contigisse. Sed cum non detur locus vel tempus, ut dici possit ea obvenisse anno sequenti; siquidem mense Novembris ejus anni recedens ex Italia reversus est Constantinopolim, ut demonstrabitur; ex necessaria proposita inductione, affirmandum est, ea omnia præsenti anno contigisse, quo Theodosium consedisse Mediolani, ex datis ibi rescriptis apparet.

De tempore cladis Antiochenæ.

(f) Theod. l. 5. c. 17.
(g) Theod. ib.

His

PAGIUS II. *Cædes Thessalonicensis.*

Ad num. II. & seq. *Cædes Thessalonicensis*, in qua jussu Thodeosii septem hominum millia interfecta, recte hoc anno a Baronio recitata. *Rufinus* enim Magister Officiorum tunc erat, ut testatur Theodoretus lib. 5. cap. 18. cui D. Ambrosius exprobravit, quod tantæ cædis auctor extitisset. Rufinus autem præsenti anno hanc dignitatem gessit, ut demonstrat Lex 9. Codicis Theodosiani *De Fabricensibus*, mense Martio Mediolano scripta.

III. Theodoretus lib. 5. cap. 17. de ea cæde locuturus, ait: *Thessalonica civitas est ampla & insularum multitudine abundans, sita quidem in Macedonia Provincia: sed quæ caput est Thessaliæ & Achaiæ & aliarum plurium Provinciarum, quæ sunt sub administratione Præfecti Prætorio Illyrici.* Ait postea, eam cædem patratam, occasione *Butherici*, eo tempore Magistri militum *per Illyricum*. Marca in Dissertatione de Primatu Lugdunensi num. XXXVII. scribit, hunc Theodoreti locum fraudi fuisse Viris eruditis, qui istius Historici verba de Præfecturæ Sede *Illyricum Orientale subditum erat Theodosio.*

ad

NOTÆ

PRAETORIA:::: COLUMNA:::
PAUL::: NATALE X:::: VA
LENTINI::: NI
AUG IIII ET NROTRRI V. C. AD
MINISTRANTE FILIPPO VIR....
DIANAS::::: SU:::: IB:::

In summo ejusdem columnæ vertice detectum fuit A. D. 1730. hoc lemma.

SIRICIUS EPISCOPUS A ☧ ω TOTA
MENTE DEVOTUS

Est autem *Sirici* Romani Pontificis nomen. Vulgares Fasti: *Valentiniano IV. & Neoterio*, al. *Neuterio*. Prosperi Chronicon MS. *Valentiniano IV. & Neoterio*. Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Valentiniano IIII. & Neoterio*. Prosperiani Chronici fragmentum ibidem pag. 94. *Valentiniano IIII. & Neuterio*.

IV. His igitur de tempore declaratis, de spinetis difficultatum emergens oratio ad rei gestæ narrationem prosiliens, alia adhuc parumper præpeditur dubitatione, quod dixerint alii, cladem Thessalonicensem, cum Theodosius ibi esset, factam esse: sed perspicui hi redarguuntur erroris, cum antequam fieret, constet Ambrosium Mediolani apud eundem Theodosium intercessisse, ut Thessalonicensibus noxam sceleris perpetrati remitteret: quod quidem tum ejusdem Ambrosii, tum aliorum testificatione, subsequens oratio demonstrabit. Ingrediamor jam pede libero historiam ipsam ea diversis antiquis historicis concinnatam, atque in primis ex Sozomeno (a), cum ab exordio auspicatur his verbis facinus a Thessalonicensibus perpetratum: *Erat*, inquit, *peccati insimulatio hujusmodi: Botherica tum temporis apud Illyricos militum Præfecti auriga, pincernum domini impudice intuitus, de stupro interpellarat; eoque de causa comprehensus, in vinculis erat. Instante autem solemni equestri certamine, populus Thessalonicensis illum, veluti ad eam concertationem necessarium dimitti postulabat. Quod quoniam non impetrabat, in gravem seditionem efferbuit, ac tandem etiam Bothericam ipsum interfecit. Qua re nunciata, Imperator præter modum excanduit; & certum eorum numerum qui adfuerant, interfici præcepit: ex quo civitas multis injustis cædibus impleta fuit:* hæc Sozomenus de facinore Thessalonicensium & in eos a Theodosio decreta vindicta.

(a) Sozom. l. 7. c. 24.

V. Sed non quidem ab eo tunc ibi præsente, nec statim, verum (ut Paulinus & alii testantur) cum jam ante sanctus Ambrosius apud Theodosium pro illis egisset, atque etiam indulgentiam impetrasset: nam ait (b): *Promiserat enim Ambrosio Imperator, se veniam daturum civibus supradictæ civitatis; sed agentibus Comitibus occulte cum Imperatore, ignorante sacerdote, usque in horam tertium gladio civitas est donata; atque plurimi interempti innocentes.* At non uno Ambrosio interpellante, sed aliis quoque Episcopis id agentibus, veniam Theodosium Thessalonicensibus impertitum esse, S. Augustinus affirmat (c), sed tumultu quorumdam, qui ei cohærebant, vindicare compulsum. Veram puto Ambrosium per litteras rem gessisse; siquidem ex ejus ad eumdem Theodosium litteris postea datis constat, post tantam cædem patratam, redeunti Mediolanum Imperatori ipsum Ambrosium communionem Ecclesiasticam denegasse.

(b) Paulin. in Vit. S. Ambr.

Episcopi impetrant veniam Thessalonicensibus.

(c) Aug. de Civit. Dei lib. 5. c. 25.

VI. Sed unde, quæso, tanta fiducia Comitibus Theodosii, ut a pollicitatione veniæ auderent Principem revocare? & quibus ab illis valuit Theodosius argumentis inflecti, ut quod promisisset Episcopis, non præstaret? Audi, quænam a magistratibus tunc videantur justitiæ specie potuisse ingeri Theodosio: Pro arbitrio nimirum & ratione temporis debere Principem adhibere misericordiam, & indulgentiam, atque rigorem temperare justitiæ; ab his vero tunc abstinendum, cum rerum experientia constaret, ex ea subditos reddi contumeliosos, protervos, atque ad delinquendum faciliores; adeo ut nisi mox severitas legum invigilaret, & gladius potestatis occurreret, nulla amplius futura esset securitas magistratibus: periclitandamque mox salutem Imperatoris, si impune liceret populo leges pedibus proculcare, & conferto agmine appetere magistratus. Rursum vero his addere, hanc omnem audaciam illis non aliunde suppeditari, quam ex nimia Principis indulgentia: nam si lege actum esset (ut par esse videbatur) adversus Antiochenos scelus immanissimum perpetrantes, cum ipsius atque Augustæ defunctæ statuas dejecere, ac tanta ignominia pertraxere; haud Thessalonicensium animi in necem Præfecti militum adeo immaniter exarsissent, sed cohibiti fuissent timore vindictæ, & inflexibi-

PAGIUS ad Theodosii Magni tempora trahunt; cum tamen, inquit, is Auctor de sui temporis statu aperte loquatur, id est, anni CCCCL. quo *Thessalonica* Præfectoriana dignitate pollebatur. Verum ipsummet Virum doctissimum hallucinari, manifeste liquet ex iis, quæ anno CCCLXXX. diximus, jam sc. ab anno trecentesimo septuagesimo nono *Illyricum* divisum fuisse, in Occidentale & Orientale, & ab eo tempore *Illyricum Orientale*, in quo Macedonia & Thessalonica, subditum fuisse Imperatori Orientis. Quare sub Theodosio duo Præfecti Prætorio fuere, Præfectus sc. Prætorio Orientis, & Præfectus Prætorio Illyrici, videlicet Orientalis, & *Buthericus* erat hoc tempore Magister militum per *Illyricum Orientale*. Quomodo enim Theodosius cædem illam præcipere potuisset, si Thessalonica ab ejus Imperio non pependisset? Hinc anno CCCLXXX. data ab eo *VI. Kalend. April.* dum Thessalonicæ esset, Lex 4. Codicis Theod. *De Quæstionibus*, *Albuciano Vicario Macedoniæ* inscripta. Theodosio itaque parebat Macedonia. Mirum, ut id obiter observem, eodem anno, iisdemque sæpe mensibus, Leges a Theodosio directas ad quatuor Præfectos Prætorio, ad Neotherium nempe, Eutropium, Florum & Tatianum, ut videre est in Chronologia Codicis Theod. anno CCCLXXX. quod a Gothofredo non animadversum, & cujus rei causa mihi incomperta.

IV. Antequam D. Ambrosius Theodosium in Dei Templum intrare permitteret, jussit, ut Legem scriberet, *qua furoris sententias irritas reddat atque inanes: & triginta dierum spatio maneant scripta sententia de cæde ac bonorum proscriptione, rationis judicium expectantes*, ut inquit Theodoretus citatus cap. 18. Quod & factum fuisse scribis, Id certe statuitur Lege 3. Co-

Lex a Theodosio data peritt.

xibilis ad veniam feveritas Principis continuiffet eofdem quantumlibet efferatos in officio. Quod item in Antiochenos ultum non effet, animatos etiam improbos Arianos, tot legibus exagitatos, fumma ex indulgentia Principis armatos fiducia, non effe veritos in tanta Civitate tam immane fcelus, neglectis magiftratibus & ipfo Arcadio Augufto filio Theodofii, vi publica perpetrare, cum Conftantinopoli (quod dictum eft) infilientes in domum Epifcopi, eam incendio concremarunt.

VII. Sed quod Arianis etiam immeritis fuerit indulgentia impertita, Catholicis quoque graffandi in fynagogam Judæorum & in ædes Valentinianorum audacia fubminiftrata fuiffe videri poterat: Et ad poftremum, quod ficut illis, ita & iftis e ditiffimo promptuario elementiæ Principis fuerit haufta venia, pœnæque remiffio abundanti mifericordia erogata.; his exemplis, veluti ad delinquendum illecebris, Theffalonicenfes ex leviffima caufa tam dira animo concepiffe, tamque crudelia opere perpetraffe: Quibus fi ex fententia Epifcoporum ignofceretur, jam de falute Imperii actum effet, cum jam audacibus quibufque impune quodvis aggredi fcelus & attentare flagitium liceret: adeo ut nullum pene remedium foret ad proftratam Imperatoriam poteftatem ac majeftatem erigendam, comprimendamque excrefcentem audaciam, quam fi in Theffalonicenfes acerbius vindicaretur; ut non tantum compenfaret admiffum facinus vindictæ feveritas, fed fuperfluens & excedens fupplicium timore fui revocaret contempta haftenus jura, exulemque cuftodia legum partam populorum tranquillitatem atque modeftiam poftliminio reftitueret. Docere namque hoc ipfum fimul naturam cum arte; cum ut bene confulatur univerfo corpori, quod fomentis & olei lenitate curari non potuit, tabidum membrum ferro fecetur, fectumque igne aduftum confolidetur.

VIII. Hæc plane funt, quæ putamus a Comitibus tunc fuiffe Imperatori fuggefta: quibus ille adeo perfuafus, oblitus quod pollicitus erat Epifcopis, de vindicando in populum Theffalonicenfem animo efferato refcripfit, cum fic ipfe a natura compofitus effet moribus (quod ait Ambrofius *a*) ut in æquilibrio pofitus facile vel impelleretur ad veniam, vel etiam commoveretur in iram, atque adeo ut fe ipfum ab ea revocare vix poffet. Ifta autem a nobis eo funt inculcata confilio, ut ex his Theodofii Pietas magis elucefcat: qui cum hæc omnia pro fui excufatione haberet quæ adverfum redarguentem Dei facerdotem obtenderet, quibus juftam vel apparentem faltem defenfionem pararet; his tamen omnibus fpretis atque contemptis, Dei facerdoti magis, quam fibi ipfi fententiæque familiarium detulit, atque paruit. Magni quidem hæc funt ponderis, fi æquo rectæ æftimationis libramento penfentur; ut non declinaverit os ejus ad verba malitiæ (ut David (*b*) ait) immo nec prætenfæ juftitiæ, ad excufandas excufationes in peccatis: fed abfque controverfia a fe inique admiffum exiftimaret, quod fententia Dei facerdotis ita effe decretum fuiffet.

(a) Amb. epift. 28.

(b) Pfalm. 49.

IX. Qualis namque ipfe Theodofius natura compofitus effet, & quam facilis ad ignofcendum, S. Ambrofius declarat his verbis (*c*): *Beneficium fe putabat accepiffe Auguftæ memoriæ Theodofius, cum rogaretur ignofcere; & tunc propior erat veniæ, cum fuiffet commotio major iracundiæ. Prærogativa ignofcendi erat, indignatum fuiffe; & optabatur in eo quod in aliis timebatur, ut irafceretur. Hoc erat remedium reorum: quoniam cum haberet fuper omnes poteftatem, quafi parens expoftulare malebat, quam quafi Judex punire. Sæpe trementes vidimus quos objurgabat, & convictos fceleris cum defperaffent, folutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere, æquitatis Judex, non pœnæ arbiter, qui numquam veniam* con-

(c) Ambr. orat. in funere Theod.

PAGIUS Codicis Theod. *De pœnis*, quam Caffiodorus in Hiftoria Tripartita integram refert, dempta fubfcriptione, exiftimans, eam Legem ipfiffimam effe, quæ a Theodofio hujus cædis occafione emiffa eft. In eandem fententiam abiit Baronius, & poft eum Gothofredus in illius Legis Commentario. Sed utrumque deceptum fuiffe, apud me pene certum: ejus enim infcriptio hæc eft: IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA. FLAVIANO P. P. ILLYRICI ET ITALIÆ: dicitur vero *data XV. Kal. Septemb. Veronæ, Antonio & Syagrio Coff.* anno nempe Chrifti CCCLXXXII. Quare hæc Lex diverfa ab ea, quam Theodofius hujus cædis occafione emififfe dicitur. Refpondet Baronius, characteres illos temporum depravatos fuiffe, & quidem ab aliquo, qui indigne ferret, ea fuo loco & tempore atque titulo pofita Legi, quibus Theodofii immane facinus decantaretur. Sed, cum id fine tefte afferat, ac de nulla alia Codicis Theodofiani Lege dici poffit, ejus conjectura rejicienda. Addit Baronius, *Theodofium* hoc anno Veronæ fuiffe, ut liquet ex Chronologia Codicis Theodofiani. At ex eadem Chronologia conftat, *Valentinianum juniorem* anno CCCLXXXII. Patavii & Veronæ fuiffe, ut Gothofredus fatetur.

V. Ipfe Gothofredus, ad probandum illorum characterum errorem, utitur argumenta ex *Flaviani* nomine, ad quem Lex 13. *De pœnis*, directa, deducto. Fuit, inquit, Flavianus, hic „ Præfectus Prætorio Illyrici & Italiæ per hæc „ omnino tempora anno Domini CCCXC. & „ CCCXCI. ut docet Lex 51. Codicis Theo„ dofiani *De fide teftium*. Lex 4. & 5. *De A„ poftatis*. Lex 2. *De Conftitutionibus Principum*. Lex

Sententia Baronii & Gothofredi confutatur.

confitenti negaret. Hæc de moribus Theodosii S. Ambrosius: quos cum probe nossent qui illi inhærentes a consiliis erant, magna diligentia caverunt, ne quæ ab Imperatore, ipsis persuadentibus, statuta erant, S. Ambrosio innotescerent: ea enim adversus Thessalonicenses non ipse Theodosius solus animo furore concitato decrevit; sed res mature est acta in Consistorio, ad quod non tantum ne Ambrosius accederet, verum & curatum est ne ipse sciret, quæ statuta essent; quod timeretur, ne pro illis rogando veniam, rem impediturus esset: hæc quidem omnia in litteris postea ab Ambrosio ad Theodosium scriptis expressa habentur, quas paulo post recitabimus. At quid post hæc, cum decretum ab ipsis in Consistorio fuit executioni mandatum?

X. Accidit quidem, ut sicut incensa flamma nesciat certis limitibus contineri, sed latius progrediatur, cum venti vehementioris flatu percellitur; ita vindicta in Thessalonicenses delinquentes ab Imperatore statuta, æque insontes cum sontibus, quasi turbo violentus obvolverit: ait enim Ruffinus (a): *Ad Circenses invitari populum, eique ex improviso circumfundi milites, atque obtruncari passim, ut quisque occurrisset, gladio jubet, & vindictam dari non crimini, sed furori*. Hæc ipse. Verum nequaquam unius Circi limitibus valuit ira furentium militum cohiberi; sed foras progressi, omnes quos reperissent, veluti hostes gladiis confodere: *Nam civitas* (inquit Sozomenus b) *multis injustis cædibus adimpleta fuit. Siquidem & peregrini, qui modo vel adnavigaverant, vel de via advenerant, ex improviso apprehendebantur: fiebantque miserabiles clades, in quibus & hæc quoque. Mercator pro filiis suis duobus captis se ipsum offerens, orabat ut filiis servatis, ipse interficeretur; & in ejus facti mercedem, auri quicquid habebat, militibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro uno ex filiis, quocumque vellet, supplicationem admittunt: duos vero dimittere, tutum sibi non esse dicunt, ob id quod numerus deficeret. Pater itaque utrumque lamentabundus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere sustinuit; sed in continua hæsitatione, donec interficerentur ambo, suspensus mansit, æquali utrinsque amore victus. Quintinum frugi quemdam servum accepi, pro domino suo, qui ad lanienam raptabatur, alacriter tunc oppetiisse mortem*. Hæc Sozomenus. Porro septem millia hominum cæsa fuisse, Theodoretus affirmat (c); ad triumque horarum spatium sævisse gladium, Paulinus ait (d).

(a) Ruff. l. 2. c. 18.
(b) Sozom. l. 7. c. 24.
(c) Theod. l. 5. c. 17.
(d) Paulin. in Vit. S. Ambros.

XI. Tam immanis Thessalonicensium cædis perpetratæ nuncium mox in Occidentem perlatum est, auditumque Mediolani non ab Ambrosio solum, sed & ab Episcopis qui synodi causa convenerant; qui & infandum facinus deplorarunt, auctoremque ipsum Imperatorem vehementer detestati sunt. Ambrosius vero ipse, qui inter eos locum principem obtinebat, vindex acerrimus insurrexit, atque armis quibus licuit, nempe spiritualibus, aggredi ipsum Imperatorem instituit: ac primum omnium veluti quibusdam missilibus longe adhue positum, litteris appetiit, quibus significavit, ipsum ob patratas Thessalonicensium cædes indignum se Ecclesiastica communione penitus reddidisse, atque ab ipso ingressu Ecclesiæ separatum: sed unam illi viam salutis esse relictam, ut pœnitentiam agendo promereretur ab Ecclesia indulgentiam. At describamus hic ejus epistola, eo tempore ad ipsum Theodosium scriptam (e):

S. Ambrosius quid ad Theodosium post cladem scripserit.

Augustissimo Imperatori Theodosio Ambrosius.

(e) Ambr. epist. 28.

XII. *Et veteris amicitiæ dulcis mihi recordatio est; & beneficiorum, quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios con-*

PAGIUS „ Lex 6. *De contrahenda emptione*. Post Polemium, sc. qui primis adhuc hujus anni CCCXC. mensibus P. P. Illyrici & Italiæ erat, „ Lege 28. Codicis Theod. *De operibus Publicis*, & ante Apodemium, qui anni CCCXCII. „ initio P. P. Illyrici & Italiæ reperitur Lege 21. Codicis Theodosiani *De navicullariis*. Fuit „ proinde *Flavianus* P. P. Illyrici & Italiæ „ posterioribus anni CCCXC. mensibus, & anno CCCXCI. Quamquam Flavianum Præfectum Prætorio quoque reperio Merobaude & „ Saturnino Coss. anno CCCLXXXIII. Lege 8. „ Codicis Theod. *De desertoribus*, & Lege 2. „ ejusdem Codicis *De his qui latrones*. Ita Gothofredus, qui inde infert, ex hujus Legis *De pœnis*, titulo expungendum esse nomen Gratiani jam a septennio occisi. At si Gratiani, Flaviani etiam nomen delendum esset; is enim sub Valentiniano juniore, non vero sub Theodosio, Præfecturam Prætorii gessit. Laudatæ itaque Leges annis CCCXC. & CCCXCI. datæ, non ad Theodosium, sed ad Valentinianum juniorem referendæ, ipso Gothofredo in illarum Commentariis teste. Quare Flavianus Præfectus Prætorio Italiæ & Illyrici, sc. Occidentalis, fuit annis CCCLXXXII. & CCCLXXXIII. rursumque anno CCCXCI. imo & aliquot mensibus anni CCCXCII. Lex enim 20. Codicis Theodosiani *De petitionibus*, inscripta est *Flaviano P. F. P.* diciturque *PP. VI. Idus April. Arcadio Aug. II. & Rufino Coss.* anno sc. CCCXCII. ideoque emissa ea, non a Theodosio, ut perperam Gothofredus, sed a Valentiniano juniore, qui in vivis fuit usque ad diem XV. mensis Maii. Docent enim Rufinus lib. 2. cap. 33. Sozomenus lib. 7. cap. 22. & Paulinus in Vita S. Ambrosii, *Flavianum Præfectum* Prætorio fuisse, quando Valentinianus junior trucidatus est, ac auctorem extitisse omnium, quæ adversus hunc gesta sunt: qui Scriptores de Præfectura Italiæ loquuntur, ut ex eorum lectione apud Baronium constat. Verum anno

Baron. ann. 392. n. XVI. & seqq. & an. 393. n. XXXVII.

contulisti, gratiæ memini. Unde colligi potest, quod non ingrato aliquo affectu adventum tuum semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breviter expediam. Soli mihi in tuo Comitatu jus naturæ ereptum videbam, ut audiendi & loquendi privarer munere. Motus enim frequenter es, quod ad me pervenissent aliqua, quæ in Consistorio tuo statuta forent. Ego ergo expers communis usus sum? cum dicat Dominus Jesus (a), nihil esse occultum, quod non manifestetur: Verecundia igitur qua potui, satisfeci Imperiali arbitrio; & prospexi ne aut ipse causam commotionis haberes, cum id egerim, ne quid ad me de Imperialibus deferatur statutis: aut ego cum fuero præsens, aut non audiam per metum omnium, & quasi conniventis famam subibo; aut ita audiam, ut mihi aures pateant, vox intercludatur, ut audita non possim eloqui: nec eos qui in suspicionem proditionis venerint, lædam in periculo.

(a) Luc. 8.

XIII.

Quid igitur facerem? Non audirem? sed aures non possum cera veterum fabularum claudere. Proderem? sed quod in tuis jussis timerem, in meis verbis debeream cavere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? sed quod miserrimum foret omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et ubi illud: Sed si sacerdos (b) non dixerit erranti; is qui erraverit, in sua culpa morietur, & sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errantem? Accipe illud, Imperator Auguste. Quod habeas fidei studium, non possum negare: quod Dei timorem, non diffiteor. Sed habes naturæ impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam: si quis stimulet, in majus exsuscitas, ut eum revocare vix possis. Utinam si nemo mitigat, nullus accendat. Libenter eum committo tibi; ipse te revocas, & pietatis studio vinces impetum naturæ. Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere, quam meis factis publice fortassis movere *. Itaque malui officio meo aliquid deesse, quam humilitati, & requiri in me ab aliis sacerdotis auctoritatem, quam a te desiderari in me amantissimo honorificentiam, ut represso impetu, integra esset consilii eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis re vera gravem, & nisi a viris mitioribus* ‖ *vix levandam; vel emori tamen* * *maluissem, quam adventum tuum biduo aut triduo non expectarem: sed quid facerem non erat.*

(b) Ezech. 3.

* monere

‖ tandem

XIV.

Admonet da agenda pœnitentia.

Factum est in urbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, quod revocare non potui ne fieret, immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum toties rogarem; & quod ipse sero revocando, grave factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, cum propter adventum Gallorum Episcoporum Synodus convenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione. In me etiam amplius commissi exaggeraretur invidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam. An pudet te, Imperator, hoc facere, quod Rex Propheta auctor Christi secundum carnem prosapiæ fecit David? Illi dictum est (c): quia dives qui haberet plurimos greges, unam pauperis ovem propter adventum hospitis eripuit & occidit; & cognito quod in hoc ipse arguebatur, quia ipse fecisset, ait: Peccavi Domino. Noli ergo impatienter ferre, Imperator, si dicatur tibi: Tu fecisti istud: Quod David Regi dictum est a Propheta. Si enim hoc sedulo audieris, & dixeris: Peccavi Domino: si dixeris regale illud propheticum (d): Venite adoremus, & procedamus ante eum, & ploremus ante Dominum nostrum qui fecit nos: Dicetur & tibi: Quoniam pœnitet te, dimittit tibi Dominus peccatum tuum, & non morieris. Iterum cum plebem numerari jussisset David, percussus est corde, & dixit ad Domi-

(c) 2. Reg. 12.

(d) Psal. 94.

PAGIUS

no CCCXC. non Flavianus, sed *Polemius* Præfectus Prætorio Illyrici & Italiæ fuit, & quidem ab initio anni usque ad ejus finem. Lex enim Codicis Theodosiani 26. *De operibus publicis*, data est *Mediolani XVIII. Kal. Feb. Polemio P F. P. Illyrici & Italiæ*. Tum *prid. Non. April.* data *Mediolani* Lex 28. ejusdem Codicis *De operibus publicis*, inscripta *Polemio P. P. Illyrici & Italiæ*. Denique *X. Kal. Jan.* data Mediolani Lex 9. Codicis Justinianei *De Officio Rectoris Provinciæ*, inscripta *Polemio P. P. Illyrici*.

VI.

Eadem sententia rursus refellitur.

Alium hoc anno Illyrici & Italiæ Prætorii Præfectum obtrudit Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. sc. *Neotherium*, quod Lex 3. Codicis Theod. *De Thesauris*, quæ dicitur data *VI. Non. Mart. Constantinop.* inscribatur *Neotherio P P. P.* & Lex 7. ejusdem Codicis *De curiosis*, data loco non expresso *V. Kal. Jun.* inscribatur *Neotherio P F. P.* Sed cum Lex illa *De Thesauris*, data sit Constantinopoli, non dubium quin ad Theodosium M. referenda sit, ideoque & Lex laudata *De cursu publico*. Hæret Gothofredus in Commentario hujus ultimæ Legis, sub quo Imperatore Præfectus Prætorio *Neotherius* fuerit, & cujus Præfecturæ Prætorianæ, quod Symmachus lib. 1. epist. 38. hunc *Neotherium*, hoc anno Consulem in Occidentis partibus, & quidem in Italia fuisse ostendere videatur, concluditque, se hanc rem in medio relinquere. Sed, cum Theodosius Legem citatam *De Thesauris*, ad Neotherium miserit, & aliquas alias Leges ad *Tatianum* PF. P. non dubito, quin hic Præfectus Prætorio Orientis fuerit, *Neotherius* vero Præfectus Prætorio Illyrici Orientalis. Et ratio est, quia Lex ultima Codicis Theod. *De Tutoribus & Curatoribus*, dicitur *XII. Kal. Feb. dat. Mediol. Tatiano PF. P.* & post VI. Nonas Martias, (quo die Lex citata *De Thesauris*, directa est ad Neotherium PF. P.) sequentibus mensibus Theodosius Magnus varias Leges inscribit *Tatiano* Præfecto Prætorio. Quare uno eodemque tempore *Tatianus* & Neo-

(a) 2. Reg. 24.

minum (a): *Peccavi vehementer, quod fecerim hoc verbum; & nunc, Domine, aufer iniquitatem servi tui, quod deliqui vehementer. Et missus est iterum ad eum Nathan Propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, ut quam vellet, eligeret, famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugere a facie inimicorum suorum, aut triduo mortem in terra. Et respondit David: Angustiæ sunt tria hæc vehementer: veruntamen incidam in manus Domini, quoniam multæ misericordiæ ejus nimis: & in manus hominis non incidam. Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis quæ secum erat; quod scire, Deo soli debuit reservare. Et cum, inquit, mors fieret in plebe; ipso primo die, ad horam prandii cum vidisset David percutientem Angelum in plebem, ait David: Ego peccavi, & ego pastor malignum feci, & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me & in domum patris mei. Itaque pœnituit Dominum, & jussit Angelo ut parceret plebi, sacrificium autem offerret David. Erant autem tunc sacrificia pro delictis: hæc nunc sunt sacrificia pœnitentiæ. Itaque ea humilitate acceptior Deo factus est.*

XV.

Non enim mirandum, peccare hominem; sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet Deo. Job sanctus & ipse potens in sæculo (b) ait: Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annunciavi. Ipsi immani Regi Saul dixit (c) Jonathas filius suus: Noli peccare in servum tuum David, &, ut quid peccas in sanguinem innocentem, occidere David sine causa? Quia etsi Rex erat, peccabat tamen, si occideret innocentem. Denique etiam David (d) cum jam regno potiretur; & audisset Abner innocentem occisum a Joab duce militiæ suæ, ait: Innocens sum ego & regnum meum amodo & usque in æternum a sanguine Abner filii Ner; & jejunavit in dolore,

(b) Job. 31.

(c) 1. Reg. 18.

(d) 2. Reg. 3.

XVI. S. Ambrosius urget Imp. ad pœnitentiam.

Hæc ideo scripsi, non ut te confundam, sed ut Regum exempla provocent, ut tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolle autem, humiliando Deo animam tuam, Homo es, & tibi venit tentatio; vince eam. Peccatum non tollitur nisi lacrymis & pœnitentia. Nec Angelus potest, nec Archangelus: Dominus ipse, qui solus potest dicere (e): Ego vobiscum sum: si peccaverimus, nisi pœnitentiam deferentibus non relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admoneo; quia dolori est mihi, ut tu, qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot perisse non doleas innocentes. Etsi in prœliis felicissime egeris, etsi in aliis quoque laudabilis; tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi invidit diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince eum, dum habes adhuc unde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere, ut usurpes quod usurpasse multis officit,

(e) Matt. 28.

XVII.

Ego certe in omnibus aliis licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis Imperatoribus præferebam, uni adæquabam: ego, inquam, causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris; offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in unius innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto. Postremo scribo mea manu quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet; quia non ab homine, neque per hominem, sed aperte mihi interdictum adverti. Cum enim essem sollicitus, ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse quidem visus es ad ecclesiam; sed mihi sacrificium offerre non licuit. Alia prætereo ut potui cavere: sed pertuli amore tuo, ut arbitror. Dominus faciat, ut omnia cum tranquillitate cedant. Multifarie Deus noster admonet, signis cælestibus, Prophetarum præceptis, visionibus etiam peccatorum vult nos intelligere, quo rogemus eum, ut perturbationes auferat, pacem vobis imperantibus servet, fides Ecclesiæ & tranquillitas perseveret, cui prodest Christianos & pios esse Imperatores. Certe vis probari Deo? Omnis rei tempus, ut scriptum est: Tempus (f), inquit, faciendi Domine; & (g) tempus beneplaciti Deus. Tunc offeres, cum sacrificandi

Visio ostensa Ambrosio.

(f) Psal. 118.

(g) Psal. 68.

PAGIUS

Neotherius Præfecturam gessere in diversis Imperii Orientalis partibus, in Oriente sc. & in Illyrico Orientali. Quoad Symmachum, is quidem indicat, *Neotherium* Consulatus possessionem Mediolani iniisse; sed factum id quia Theodosius, qui eum Consulem Orientalem designavit, toto hoc anno & majori parte sequentis in Italia fuit.

VII. *Divisio Illyrici ante Valentiniani jun. necem facta.*

Apodemius vero fuit Præfectus Prætorio Orientalis, non vero Præfectus Illyrici & Italiæ, ut sibi persuasit Gothofredus, qui existimavit, Illyricum hoc tempore nondum divisum fuisse. Lex enim 20. Codicis Theod. *De navicularis*, inscripta est, *Apodemio PF. P. Illyrici & Afric.* diciturque data *XV. Kal Mart. Constantinopoli Arcadio A. II. & Rufino Coss.* anno videlicet Christi CCCXCII. Ubi hæ voces, *&* *Afric.* abdicandæ, non vero earum loco vox *Italiæ* substituenda, ut perperam Gothofredus. Cum enim ea Lex data sit Constantinopoli, & quidem paulo ante mortem Valentiniani jun. die XV. Maii illius anni occisi, non dubium, quin ad Theodosium Magnum pertineat, ut ipsemet Gothofredus fatetur. Post Valentiniani junioris cædem duæ aliæ Leges ad Apodemium PF. P. *per Illyricum* a Theodosio missæ: Lex nempe 12. & 13. Codicis Theod. *De Legatis*. Prior data *V. Aug.* posterior, *IV. Idus Septemb.* Cum autem eodem anno CCCXCII. *Flavianus*, ut jam ostendi, Præfecturam Prætorii Italiæ & Illyrici, sc. Occidentalis, gesserit, & *Apodemius* ante diem XV. Maii Valentiniani junioris

candi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit Deo.

VIII. *Nonne me delectaret, habere gratiam Imperatoris, ut secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur. Et simplex oratio sacrificium est: hac veniam refert, illa offensionem; quia hac habet humilitatem, illa contemptum. Dei enim vox est, quod malit ut fiat mandatum ejus, quam deferatur sacrificium. Clamat istud Deus, ad populum Moyses annunciat, ad populos Paulus prædicat. Id facito quod intelligis in tempore plus placere. Misericordiam (a), inquit, malo, quam sacrificium. Quare non illi magis sint Christiani qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? Justus (b) enim in exordio sermonis accusator est sui. Qui se accusat cum peccaverit, justus est; non ille qui se laudaverit.*

(a) Osea 6. Matth. 9. & 12.
(b) Prov. 18.

XIX. *Utinam, Imperator, etiam ante mihi potius credidissem, quam consuetudini tuæ. Dum puto quod cito ignoscis, cito revocas (ut sæpe fecisti) & tu præventus es, & ego non declinavi quod cavere non debueram. Sed gratias Domino, qui vult servulos suos castigare, ne perdat. Istud mihi commune est cum Prophetis, & tibi erit commune cum sanctis. Anego Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent veniam sancta alia pignora tua: dulce mihi nomen antetuli, quibus amorem communiter detuli. Amo, diligo, orationibus prosequor. Si credis, sequere; si, inquam, credis, agnosce quod dico. Si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum præfero. Beatissimus & florentissimus cum sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua, Imperator Auguste.* Hactenus Ambrosius ad Theodosium.

XX. Theodosii pœnitentia.

His acceptis litteris Theodosius, magnopere perculsus est animo, ut qui jam satis expertus esset sacerdotis Dei infractum robur, solidamque pro sacrarum custodia legum constantiam, jamque admissæ crudelitatis conscientiæ stimulis saucius, atque scriptis Ambrosii acriter verberatus, piaculi sentire cœpit enormitatem, quam ante iratus non intellexerat: occuluerant enim eam justorum velamenta prætextuum, Quot igitur insontes animo recolebat esse necatos, tot confodiebatur immensi doloris jaculis, audireque videbatur, voces sanguinis innocentium a Deo magno clamore postulare vindictam. His igitur lancinatus indesinentibus flagris, redire Mediolanum compellitur, convenireque eum, quem antea male consultus fuerat aversatus Ambrosium, ab eoque remedium salutis exposcere. Sed quid tunc egit Dei sacerdos? *Copiam*, inquit Paulinus (c), *Imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit; nec prius dignum judicavit cœtu Ecclesiæ, vel sacramentorum communione, quam publicam ageret pœnitentiam. Cui Imperator contra asserebat, David adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod ubi audivit clementissimus Imperator, ita suscepit animo, ut publicam pœnitentiam non abhorreret; cujus correctionis profectus secundam illi paravit victoriam:* post illam videlicet nuper recensitam de indulgentia concessa illis qui Judæorum incenderant synagogam. Sed Paulinus compendio quidem: nam plura prætermisit a Theodoreto narrata, quem audire dignum putamus; ait enim (d):

(c) Paulin. in Vit. S. Ambros.
(d) Theod. l. 5. c. 17.

XXI. Ambrosius vetet Theodosii ingressum Ecclesiæ.

Hac miseranda & lugubri calamitate cognita, Ambrosius ille, de quo supra diximus, Imperatori Mediolanum advenienti & in sacrum templum ingredi cupienti, extra sacra vestibula obviam procedit, vetatque in templum intrare, & his fere verbis eum affatur: Est verisimile, o Imperator, te ignorare cædis a te perpetratæ magnitudinem, neque post sedatam iracundiam ratione admissum facinus pervidere. Nam Imperatorius fortasse principatus peccatum agnoscere non sinit, sed potestas effundit rationi caliginem. Verum quæ sit natura nostra, & quam fragilis ac fluxa, considerandum est; & in avitam pulverem, ex quo orti sumus, & in quem recasuri, acies mentis intendenda: neque ipse splendore purpuræ deceptus, corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes. Quinetiam illis imperas, qui & ejusdem sunt naturæ par-

PAGIUS

ris emortualem, Illyrico, nempe Orientali, præfuerit, ut ex tribus Legibus mox citatis planum fit, et post diem XV. Maii Præfectus Prætorio Italiæ & Illyrici fuerit, intelligimus, *Flavianum* auctorem cædis Valentiniani, Præfectura indignum e Theodosio judicatum, Italiamque & solidum Illyricum Apodemio commissa fuisse: quo vel solo argumento constat, divisionem *Illyrici in Orientale & Occidentale* factam esse ante necem Valentiniani junioris, secus ac credidit Gothofredus. Neque enim post peremtum Valentinianum Theodosius Imperium potitus est, sed *Eugenius Tyrannus* Occidenti præfuit, nominetimque Galliis; Theodosius vero cæteris orbis Romani regionibus. Ex quibus tandem omnibus concludendum, *Flavianum* currenti anno non fuisse Præfectum Italiæ & Illyrici, ideoque nec Legem 13. Cod. Theod. *De pœnis*, eam esse, quam post cædem Thessalonicensem Theodosius M. emisit. Cum enim *Neotherius* currenti anno Præfectus Prætorio Illyrici Orientalis fuerit, Lex illa Theodosii, quæ periit, ad eum dirigi debuit.

VIII. *Jam ab anno CCC. LXIV. Præfectura Italiæ & Illyrici memorata.*

Gothofredus, ut ostendat, Legem illam Theodosianam etiam non fuisse quam præfatam *De pœnis*, alterum argumentum adducit, deductum ex Præfectura Prætoriana Illyrici & Italiæ, quam dicit, non memorari ante annum Christi CCCLXXXVII. ex quo infert, Legem illam *De pœnis*, inscriptam Flaviano Præfecto Præ-

participes atque adeo conservi: Unus enim Dominus omnium & Rex, hujus universitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere templum illius, qui est omnium Dominus? quibus pedibus sanctum illud solum calcabis? Qui, quaso manus injusta cade & sanguine respersas extendere audes, & eisdem sacrosanctum corpus Domini accipere? Aut quomodo venerandum ejus sanguinem ori admovebis, qui furore ira jubente, tantum sanguinis, tam inique effudisti? Recede igitur, & ne conare novo scelere scelus ante editum augere; sed capesse vinculum, quo ut ligeris, Dominus omnium calitus sententiam dat: quod quidem vinculum vim habet & morbum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi.

XXII. Dolor Theodosii ob excommunicationem.

Huic orationi obsecutus Imperator (nam divinis educatus eloquiis, accurate norat tum qua essent officia sacerdotum, tum qua Regum propria) cum gemitu & lacrymis ad Palatium revertitur. Atque longo temporis spatio delapso (octo enim menses jam praterierant) Salvatoris Natalitia fuere celebrata: ex his colliges, mense Aprilis hæc Mediolani peracta. Sed pergit: *Imperator autem consides in Palatio, lamentis se dedcat, & magnam vim profundens lacrymarum. Quod cum animadvertisset Ruffinus, qui tum Magister Aula fuit, magnaque apud Imperatorem auctoritate, utpote familiaritate ei conjunctior, ad illum accedit, rogat caussam fletus. Tum Imperator lugens acerbius, & majorem in modum flens: Tu, inquit, Ruffine ludis: nam quantis ipse in malis verser, non sentis. Ego vero gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector, quam facilis aditus ad sacrum templum servis & mendicis pateat, liberque illis ad Dominum suum deprecandum detur introitus; mihi autem non modo ad illum locum, verum etiam ad calum ipsum accessus praclusus sit. Nam venit mihi in mentem sententia a Domino prolata, qua palam dicit* (a): *Quemcumque ligaveritis super terram, erit ligatus & in calis.*

(a) Matth. 8.

XXIII.

Cui Ruffinus: Cursam, inquit, si placet ad Episcopum; ei supplicabo, persuadeboque ut tua solvat vincula. At non est, inquit, Imperator, tibi morem gesturus. Novi enim adeo justam aquamque Ambrosii esse sententiam, ut non metu potestatis Imperatoria sit legem divinam violaturus. Hæc idcirco Theodosius, quod sciret Ecclesiæ legem esse, ut nonnisi prope Paschale tempus publice pœnitentes ab Episcopo reconciliarentur Deo, & restituerentur Ecclesiæ; nisi velis potius ipsum allusisse ad Ecclesiasticam illam legem qua (b) cavetur ne voluntarius homicida nisi in fine vitæ communicet. *Verum* (subdit Theodoretus) *cum instaret Ruffinus, polliceretur que se Ambrosio persuasurum: Imperator jubet propere abire; ipseque falsa spe inductus, & Ruffini consiliis promissis paulo post sequitur. Ut primum autem Ruffinum sanctus vidit Ambrosius: Videris mihi, inquit, Ruffine, canum impudentiam imitari: nam tametsi tuo suasu tam crudelis facta est cades, tu tamen ita perfricuisti os, ut nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei insanivisse. Ubi vero Ruffinus obnixe eum oraverat, dixeratque Imperatorem brevi eo venturum;* S. Ambrosius *divino zelo accensus: Ego, inquit, Ruffine, pradico, me illum ab ingressu sacri vestibuli prohibiturum: Quod si Imperium mutaverit in tyrannidem, cadem lubens quidem excipiam. Quibus auditis, Ruffinus Imperatori per internuncium significat, hortaturque ne maneat in Palatio.* Quod autem hic a S. Ambrosio Ruffino exprobratum sit, suasu ipsius tam diram illatam esse Thessalonicensibus cladem; erit ut mireris, cum scies postea, quantam, Deo ulciscente, expertus sit ipse vindictam, & quam infelici exitu vitam clauserit.

(b) Conc. Ancyran. c.21.

Agit frustra Ruffinus pro Theodosio.

XXIV. Theodosium convenit sanctus Ambrosius.

Hac cum Imperator (subdit Theodoretus) *in medio foro accepisset: Eo, inquit, illuc nihilominus, quo justas debitasque contumelias subeam. Ubi vero ad sacros templi parietes advenit, non ingreditur in templum ille quidem, sed ad Episcopum, qui in adicula salutatoria sedebat, accedens, obsecrat ut vincula sibi solvat. At Ambrosius ejus adventum dixit esse tyrannicum*

PAGIUS

Prætorio Italiæ & Illyrici, datam esse post illum Christi annum, non vero anno CCCLXXXII. Verum ea regula, quam Vir doctissimus statuit, etiam in Commentario Legis 1. Cod. Theod. *De Constitutionibus Principum*, vera non est; cum ex iis, quæ ipsemet in eodem Commentario refert, constet annis Christi CCCLXIV. CCCLXV. CCCLXVI. & duobus subsequentibus unum eundemque Præfectum Prætorio præfuisse Italiæ, Illyrico & Africæ, exindeque annis CCCLXXVII. & tribus insequentibus. Falsum etiam illud quod ibidem ponit: *Cum Illyricum Italia sociari per hac tempora* (anno sc. CCCXCIII. quo ea Lex *De Constitutionibus Principum*, data) *videmus ante Arcadium & Honorium ferme, de utroque Illyrico, seu universo, id accipiendum est, quod utique sub eodem Occidentis Imperatore, & sub eadem administratione conjunctum erat: sub Constante primum, dein sub Valentiniano seniore, tandem & sub Valentiniano juniore & Gratiano.* Nam *Illyricum* in Occidentale & Orientale anno trecentesimo septuagesimo nono divisum fuisse, certis argumentis me demonstrasse existimo, tam anno trecentesimo octogesimo, quam currenti. Præterea ex mox dictis liquet, *Apodemium* Præfectum Prætorio Illyrici Orientalis, simpliciter & absolute vocari Præfectum Prætorio per *Illyricum*. Sicut itaque post *Theodosium M.* Illyricum absolute positum plerumque de

nicum, eumque ipsum contra deum insanire, & illius leges proterere. Tum Imperator: Non obstinato animo, inquit, leges sancitas impugno, neque sacra vestibula per nefas introire cupio; sed oro, ut mihi solvas vincula, & proponas tibi ante oculos clementiam illius qui est Dominus omnium; & ne mihi occludas januam, quam ille omnibus, quos peccatorum suorum pœniteat, patefecit. Cui Ambrosius: *Quam tu, inquit, Pœnitentiam post tam grave scelus admissum ostendis? qua medicamenta ad vulnera tam difficilia curatu sananda adhibuisti? Tuum est, inquit Imperator, medicamenta ostendere, atque temperare, & vulnera qua ægrius curantur, obligare; meum autem, quæ sunt adhibita, accipere.*

XXV. S. Ambrosius auctor sanciendæ legis.

Tum S. Ambrosius: Quoniam, inquit, iracundia permisisti judicium, & non recta ratione, sed animo irato obsecutus, sententiam pronunciasti; conscribe legem, qua deinceps sententia per iracundiam pronunciata irrita sint & nullius momenti; cognitionesque causarum de cæde & publicatione bonorum ad triginta dies scriptis prodita maneant, uti recta ratione de illis judicium des: atque diebus illis confectis, qui decreta illa scripserint, mandata tua tibi ostendant: ac tum quidem compressa iracundia, ratione sola causam expendens, inquires in decreta; & ita perspicies, iniqua ne sint, an æqua. Quod si iniqua deprehenderis, certum est ea decreta scriptis mandata te dilaceraturum; sin æqua, confirmaturum; sicque manifesto intellecturum, numero dierum interjectorum nihil de auctoritate decretorum recte sancitorum omnino detractum esse. Istud consilium Imperator, quoniam prudentissimum esse censebat, libenter amplexatus, jubet extemplo legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. Meminerunt etiam hujusce tunc scriptæ legis Ruffinus (*a*) & Sozomenus (*b*). Extat quidem lex ipsa eadem continens: sed quod ante annos octo data habeatur; & non Mediolani, sed Veronæ, vivente adhuc Gratiano Imperatore, nec Natalis Domini tempore, verum mense Septembris, rem perplexam admodum reddit. Lex igitur cum in Codice Theodosiano, tum etiam Justinianeo ita descripta legitur (*c*):

(*a*) Ruffin. lib. 2. cap. 18.

(*b*) Sozom. lib. 5. c. 24.

(*c*) l. 13. de pœnis C. Theod. & C. Justin. eod. tit. l. 20.

XXVI. Lex de differenda executione sententiæ.

Imppp. Gratianus, Valentin. & Theodosius AAA. Flaviano PP. Illyrici & Italiæ. Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causa intuitu jusserimus; nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat, vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. 15. Kal. Septembris Verona, Antonio & Syagrio Coss. Quo quidem tempore Theodosius annum agens quartum in Imperio morabatur Constantinopoli; nec memoria ulla penitus est, umquam nisi adversus Maximum pugnaturum venisse in Italiam. Quamobrem cum de causa sanciendæ legis eadem sit sententia antiquorum historicorum, ac Ruffini præsertim, qui tunc temporis ea scribebat; illud cogimur opinari, ut non incuria id factum existimemus (tot enim simul errores in adeo brevem scriptionem irrepsisse, haud facile adducimur ut credamus) sed studio perpetratum ab aliquo, qui indigne ferret, ea suo loco & tempore atque titulo posita legi, quibus Theodosii immane facinus decantaretur. Cæterum quod ad locum spectat, cum ea lex data habeatur Veronæ 15. Kalen. Septembris; constat Theodosium hoc ipso anno & mense constitisse Veronæ: nam aliud ibidem hoc item anno reperitur datum rescriptum (*d*) eodem mense post dies quinque, nempe 10. kalend. Septembris: adeo quod etsi annus non consentit, certe quidem & locus & mensis & causa aptari posse videntur legi superius recitatæ.

(*d*) l. 28. de Episc. C. Theod.

XXVII. De tempore latæ legis.

At in hoc rursus illud quidem in primis considerari potest, videri diu hanc legem absque promulgationis titulo in chartis publice editis circumlatam: siquidem Sidonius Apollinaris (*e*), quod invenerit

(*e*) Sidon. l. 1. ep. 7.

PAGIUS

de Orientali intelligitur, at ea multis Codicis Theod. Legibus patet; ita & non raro post ejus Imperii initium de Illyrico Orientali vox illa explicanda. Alia argumenta, quæ Gothofredus in medium profert, aliud non probant, quam cædem Thessalonicensem præsenti anno perpetratam esse; qua in re neque a Baronio, neque ab eo dissentimus.

IX.

Sed hanc Legem *De pœnis*, aliam esse a Theodosiana post eam cædem lata, ejus subscriptio manifeste ostendit: data est enim *mense Augusto*, non vero, ut Baronius memoriæ lapsu scribit, *mense Septembri*. Theodoretus quippe lib. 5. cap. 18. ubi cædem Thessalonicensem narravit, ait: *Longo post tempore elapso (octo enim menses excesserant) Servatoris nostri natalis dies advenit*. Addit Theodoretus, cum tunc Theodosius ad Ecclesiam venisset, petiisse ab eo D. Ambrosium, ut scriberet Legem, *qua furoris sententias irritas reddat atque inanes; & triginta dierum spatio maneant scripta sententia de cæde ac bonorum proscriptione, rationis judicium expectantes*; & statim Imperatorem Legem scribi præcepisse, eamque *manus suæ subscriptione* firmasse. Quare cædes Thessalonicensis accidit circa mensem Majum præsentis anni, & Lex Theodosiana, quæ ad nos non pervenit, data est circa finem mensis Decembris, idque *Mediolani*, ubi Theodosius constitit ad mensem ferme Augustum, ut patet ex Legibus Codicis Theod. hoc anno datis. Valesius in Notis ad Theodoretum lib. 5. cap. 18. existimat, hanc Leg. 13. *De pœnis*, primum quidem latam fuisse a Gratiano annis octo ante stragem Thes-

Ut per XXX. dies sententia suspenderentur, & a Valentiniano & Theodosio statutum.

rit eam absque titulo, tribuit ipsam Tiberiano Senatusconsulto, quo (ut auctor est Suetonius *a*) decem tantum dierum spatium ante executionem sententiæ concessum est; cum tamen prorogatio triginta dierum nonnisi lege Theodosii modo recitata concessa habeatur. Constat igitur ignorasse auctorem legis Sidonium, qui longe diverso eam adscribit Principi: quam sic repertam absque titulo atque Consulibus, pro arbitrio fortasse Anianus scriptor Codicis Theodosiani sub eodem titulo & Consulibus collocavit; cujus fidem secutus Trebonianus eodem modo descripsit in Codice Justinianeo: an autem factum id errore fuerit, vel prætextu obtegendi criminis Theodosii, alii pro arbitrio judicent; ac si quam habent ad nodi hujus perplexitatem solvendam veriorem assertionem proferant, & acquiescemus. Hactenus de lege per Theodosium lata, quam abrogatam fuisse per Nicephorum Botoniatem, suo loco dicemus: extitit illa sane proficua & Theodosii naturæ optime comparata, utpote qui soleret interdum dura præcipere, sed (ut ait Aurelius Victor) modica dilatione molliretur. At prosequamur reliqua a Theodoreto descripta.

(a) Suet. in Tiber. c. 75.

XXVIII. Theodosius reconciliatur Ecclesiæ.

Qua re, inquit, *confecta*, nempe lege sancita, *S. Ambrosius ejus vincula solvit. Itaque Imperator fidelissimus in sanctum templum ingressus, non stans Dominum precatus est, neque genibus flexis, sed pronus humi abjectus, versum illum David recitavit (b): Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum. Atque capillum manibus lacerans, frontem ferire, lacrymarum guttis solum rigare, veniamque supplex petere cœpit. Ubi autem tempus postulavit, ut dona sacræ mensæ offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim quam antea effundens, in sanctuarium ingressus est. Cum vero dona, uti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit. At rursum magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit. Ac primum sciscitatur, ecqua re egeret? Et cum respondisset Imperator, se expectare divinorum mysteriorum perceptionem; significavit illi per primarium diaconum qui ei ministrabat, ad loca interiora solis sacerdotibus aditum patere, cæteroque aliis omnibus inaccessa esse, nec debere tangi. Jubet igitur ut exeat, & cum reliquis laicis consistat: Nam purpura*, inquit, *Imperatores, non sacerdotes efficit. Quam admonitionem itidem excepit lubens Imperator fidelissimus: respondit que se non animi confidentia inductum mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse: Quare habeo*, inquit, *etiam pro hac medicina gratiam.*

(b) Psal. 118.

Tantis & tam eximiis virtutis ornamentis enituit tum Episcopus, tum Imperator. Utrumque enim admiror: alterum propter ingenuam loquendi libertatem, alterum propter facilem obedientiam: & illum propter divini zeli ardorem, hunc autem propter sinceram fidem. Imperator vero pietatis præcepta, quæ ab illustri illo Episcopo didicerat, etiam cum revertisset Constantinopolim, observavit. Nam cum divino quodam festo ad templum denuo veniret; statim ut dona sacræ mensæ obtulerat, exivit. Atque cum Nectarius, qui id temporis illius Ecclesiæ Antistes fuit, rogaret, cur non maneret intus? gemens, inquit: Ægre tandem didici, quid inter Imperatorem intersit, & Episcopum: ægre tandem reperi veritatis magistrum; nam solum Ambrosium novi Episcopum, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehensio, a viro virtute præstanti adhibita, secum apportare solet. Hactenus Theodoretus de Theodosii pœnitentia; cujus magno præconio S. Augustinus meminit, cum hæc ait (c):

XXIX. Laudantur Ambrosius & Theodosius.

(c) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

XXX.

Quid autem fuit ejus religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium gravissimum scelus, cui jam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorumdam qui ei cohærebant, vindicare compulsus est; & Ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, ut Imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam? Hæc Augustinus. Sed quid de his ipse (d) Ambrosius? *Dilexi*, inquit, *virum, qui magis arguentem quam adulantem probaret. Stravit omne quo utebatur insigne regium: deflevit in Ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu & lacrymis oravit veniam. Quod privati erubescunt, non erubuit Imperator publice agere pœnitentiam*

(d) Ambr. orat. in funere Theodos.

PAGIUS

Thessalonicensium, postea vero hujus occasione renovatam a Theodosio: priorem tamen titulum Legis semper remansisse, qui *Gratiani* nomen præferebat. Verum hæc conjectura non admittenda, quia Italia, ubi ea Lex *De panis*, data, non Gratiano, sed Valentiniano juniori parebat, ideoque & ab eodem Valentiniano ea Lex lata. Præterea inscripta est, ad *Flavianum* Præfectum Prætorio Italiæ & Illyrici, nempe Occidentalis, atque ita ad Theodosium nullo pacto referri potest. Gothofredus in Commentario laudatæ Legis *De panis*: scribit: *Putabam ipse aliquando hanc Legem Valentiniano juniori tribuendam esse, ut ita & Theodosius suo tempore, & Valentinianus suo, de differenda in tricesimum diem pœna extra ordinem a Principe imperata aliquid constituerit. Sed alia mihi nunc stat sententia*, &c. Conjectura tamen quæ Viro doctissimo in mentem venit, omnino retinenda, cum ea sola hæc difficultas explicari posse videatur.

tiam: neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem. Hæc ipse.

XXXI. Præcipuum decus Theodosii.

Viguit, vigebitque semper ejusmodi Theodosii exemplum in Ecclesia Dei; & & quod tunc effulsit, effulgebit jugiter tamquam insigne quoddam ac præclarissimum ornamentum, ac veluti nobile trophæum erectum ex illustri victoria consecutum, vincente seipsum Imperatore: vigebit, inquam, gloriosus triumphus exculptus æternis tabulis longe præstantioribus illis, quibus tum barbarorum, tum tyrannorum declarabatur extinctio, atque felix Imperii propagatio; ut tamquam in viva columna amplissimis perpetuisque notis expressa visuri sint posteri Imperatores ac Principes, nihil elucere venustius, coruscare splendidius, atque micare ardentius inter omnes regiæ coronæ virtutum gemmas, quam ipsam illibate servatam, & in omnibus integerrime custoditam religionem, cujus causa exhibita humilitas sublimis fit exaltatio, & delata obedientia quovis summo præstet Imperio: usque adeo, ut ejus gratia & ipsæ tenebræ peccatorum, quibus offundi obscurarique solet fulgor ille regiæ majestatis convertantur (ut vidimus de Theodosio) in claritudinem semperque manentem gloriam.

XXXII. In negligentes agere pœnitentiam.

At quum juste S. Augustinus acriter invehatur in viros longe inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate & aliis Præfecturis, qui de peccatis publicis publicam negligerent agere in Ecclesia exemplo Theodosii pœnitentiam, ipsum audi cum ait: (a) *Resistit mihi filius pestilentiæ, & erubescit genu figere sub benedictione Dei? Quod non erubuit Imperator, erubescit nec Senator, sed tantum curialis? superba cervix, mens tortuosa. Fortassis, immo quod non dubitatur, propterea Deus voluit ut Theodosius Imperator ageret pœnitentiam publicam in conspectu populi, maxime quia peccatum ejus celari non potuit. Et erubescit Senator, quod non erubuit Imperator? Erubescit nec Senator, sed tantum curialis, quod non erubuit Imperator? Erubescit plebejus, sive negotiator, quod non erubuit Imperator? Quæ ista superbia est? nonne sola sufficeret gehennæ, etiam si adulterium nullum esset?* Hæc Augustinus.

(a) Aug. hom. 49.

XXXIII. De Fabiolæ publica pœnitentia.

Quam autem vigeret hoc tempore in Ecclesia severitas publicæ pœnitentiæ, a qua non liberaret excusaretve nobilitas, dignitas, neque sexus; plane declaratur alio exemplo clarissimæ feminæ Romanæ, Fabiolæ nomine, quæ adhuc supererat Fabiorum antiquæ familiæ nobile germen. Hanc contigit ob secundas nuptias post divortium factum cum priori viro, illicite contractas, hisce ferme diebus, publicam Romæ agere pœnitentiam; quam a S. Hieronymo descriptam his adjungere, ob connexionem temporum & similitudinem argumenti, operæ pretium ducimus: ait enim (b): *Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi, & putabat a se virum jure dimissum, nec Evangelii vigorem noverat, in quo nubendi universa causatio, viventibus viris, feminis amputatur; dum multa diaboli vitat vulnera, unum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cujus pœnitentiam ipsa confessa est? Quis hoc crederet, ut post mortem secundi viri in semetipsam reversa, quo tempore solent viduæ negligentes, jugo servitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretricis; saccum indueret, ut errorem publice fateretur? & tota urbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine pœnitentium, Episcopo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, squallidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? quas inveteratas maculas hæc lamenta non abluant?* & post multa de utilitate pœnitentiæ, de eadem subdit: *Non est confusa Dominum in terris; & ille eam non confundet in cælo* (c). *Aperuit cunctis vulnus suum, & decolorem in corpore cicatricem flens Roma conspexit. Dissuta habuit latera, nudum caput, clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini, sed extra castra cum Maria sorore Moysi separata consedit; ut quam sacerdos ejecerat, ipse revocaret.* Ac deinde: *Recepta sub oculis omnis Ecclesiæ communione, quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita est, & post naufragium rursum temtare noluit pericula navigandi.* Hactenus Hieronymus: quæ autem subdit de ejusdem Fabiolæ peregrinatione Hierosolymam, & de rebus gestis postquam reversa est, suo loco dicemus: hæc enim modo de antiquissimæ ac nobilissimæ Romanæ familiæ sancta propagine, Christiana religione fœcunda, occasione publicæ pœnitentiæ, satis sit retulisse. Jam ad S. Ambrosium redeat oratio.

(b) Hieron. epist. 30.

(c) Luca 9.

XXXIV. Persæ conveniunt S. Ambrosium.

Paulinus igitur post enarratum Theodosii pœnitentiam, mox hæc adjungit: (d) *Per idem tempus duo potentissimi ac sapientissimi viri Persarum ad famam sacerdotis venere Mediolanum* (ob pacem enim inter Romanos & Persas, ut dictum est, initam liber securusque erat his temporibus inter gentem utramque congressus) *deferentes secum plurimas quæstiones, ut ex illis probarent sapientiam viri: cum quo ab hora diei prima usque ad horam fere tertiam noctis per interpretem disputaverunt; admirantesque discesserunt ab eo. Et ut se probarent, non ob aliam causam venisse, nisi ut cer-*

(d) Paulin. in Vit. S. Ambros.

to certius noscerent virum quem fama comperenant, alia die vale facientes Imperatori profecti sunt ad urbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi: qua cognita, ad propria reverterunt. Hic ille Anicius Probus promotor olim Ambrosii ad Præfecturam provinciarum longa (ut diximus ex Marcellino) Prætorii Præfecturæ propagatione lassatus. Augustissimas plane fuisse Romæ ædes Probi, illud a Secundino (*a*) dictum insinuat: *Ego namque*, inquit, *fateor, non tali diligentia, nec tanta industria Aniciana domus micare marmora, quanta tua scripta perlucent eloquentia.* Claruere in eadem familia sanctæ feminæ Proba avia, Juliana nurus, & Demetrias neptis magni nominis virgo; de quibus suo loco dicturi sumus.

(*a*) *Apud August. in epist. Secundini Manichai. tom. 6. pag. 198. edit. Plantin.*

XXXV. Quoniam autem ex epistola (*b*) S. Ambrosii ad Theodosium hoc anno post cladem Thessalonicensem, (ut vidimus) data, liquet, hoc ipso anno collectum esse Mediolani Synodum Episcoporum: cujusnam rei occasione oportuerit illum cogi conventum, & quid in eo factum sit, est diligentius perquirendum. Haud enim levis momenti hæc fuit Synodus, ad quam & Galliarum Episcopi convenerunt, & tres Apostolicæ sedis Legati a Siricio Papa missi. Cujusnam rei gratia, inquam, ejusmodi Concilium collectum fuerit, quidve in eo Patres statuerint, ut intelligamus; in primis quid hoc anno a Siricio Papa Romæ gestum sit, quidve ab eodem scriptum Ecclesiæ Mediolanensi, est declarandum.

(*b*) *Ambros. epist. 28.*

XXXVI. *Siricius Papa damnat Jovinianum.* Meminisse debemus quæ superius dicta sunt, ex monasterio Mediolanensi prodiisse, immo ejectum fuisse Sardanapalum illum sub habitu monastico latitantem Jovinianum hæresiarcham, cæterosque ejusdem impietatis collegas, quorum virulentas hæreses superius recensuimus. Toleratus namque fuit iste cum suis aliquandiu, vel quod ipsius expectaretur correctio, vel quod potius contemnendus videretur, qui adeo vana atque insulsa privatim in aures aliquorum susurrans ingereret. Sed cum eo temeritatis usque progressus esset, ut etiam eodem argumento a se scriptos commentarios ederet: jam zizania, quæ crevissent ad messem, falce Apostolica succidenda fuerunt.

XXXVII. *Joviniani scripta qualia.* At qualia essent ejusmodi Joviniani scripta, accipe ex S. Hieronymo (*c*): *Pauci*, inquit, *admodum dies sunt, quod sancti ex urbe Roma fratres cujusdam mihi Jovinianus commentariolos transmiserunt, rogantes ut eorum ineptiis responderem, & Epicurum Christianorum Evangelico atque Apostolico vigore contererem. Quos cum legissem, & omnino non intelligerem, cæpi revolvere crebrius, & non verba modo atque sententias, sed singulas pene syllabas discutere, volens prius scire quid diceret, & sic vel probare vel redarguere quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est, & tantis vitiis spurcissimus sermo confusus, ut nec quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare quod loquitur, potuerim intelligere. Totus enim tumet, totus jacet: attollit se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur: non est contentus nostro id est humano more loqui; altius quiddam aggreditur.*

(*c*) *Hier. advers. Jovinian. l. 1.*

> *Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.*

Quod ipse

> *Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes.*

Præterea sic involvit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis universa perturbat, ut illud Plautinarum litterarum ei possit aptari:

> *Has quidem præter Sibyllam leget nemo;*
> *nam divinandum est.*
> *Furiosas Apollinis vates legimus.*

& illud Virgilianum:

> *Dat sine mente sonum.*

Heraclitum quoque, cognomento σκοτεινὸν, sudantes philosophi vix intelligunt. Sed quid ad nostrum αἰνιγματιστὴν, cujus libros multo difficilius est nosse, quam vincere? Quamquam & in victoria non parva sit difficultas. Quis enim eum superare queat, cujus assertionem penitus ignores? Et ne lectorem longius traham; cujusmodi eloquentia sit, & quibus verborum floribus ornatus incedat, secundi libri ejus monstrabit exordium, quod hesternam crapulam ructans ita evomit: Satisfacto invitatis, non ut claro curram nomine, sed ut rumore purgatus vivam vano: Obsecro agrum, novellas plantationum, arbusta teneritudinis erepta de vitiorum gurgitibus, audientiam communitam agminibus. Scimus Ecclesiam spe, fide, charitate inaccessibilem, inexpugnabilem: non est in ea immaturus, omnis docibilis, impetu irrumpere, vel arte illudere potest nullus. Rogo, quæ sunt hæc portenta verborum? quod descriptionis dedecus?

Verba Joviniani.

PAGIUS X. A num. XXXV. ad XLVIII. Hoc quidem anno Concilium *Mediolanense* celebratum, ut liquet ex epistola S. Ambrosii 28. Sed an *Jovinianus* in eo, vel in alio Concilio damnatus fuerit, incertum. Prosper tamen in Chronico Imperiali, anno septimo Theodosii Magni post Gratiani mortem regnantis, præsenti nempe, insinuat aliam hujus Concilii causam; ait enim: *In-*

Concilium Mediolanense.

eus? nonne vel per febrem somniasse, rumpates? vel arreptum morbo phreneticum, Hippocratis vinculis alligandum? &c. Hæc quidem de Joviniani commentariis ex Hieronymo recitasse voluimus; quod dignum observatione sit intelligere, non cœasse dæmonem in promulgatione illarum hæresum, quibus adblanditur voluptatibus carnis, viros disertos quærere & eloquentiæ studiosos; sed effrænis animi & perfrictæ frontis, vita turpissimos vocasse magistros; eo quod absque eloquentia satis ad perditionis filios suadendos essent carnis illecebræ: quod hoc quoque nostro sæculo factum vidimus, cum impudentem apostatam, fœdum moribus, eloquio infandissimum constituit hæresiarcham, restitutorem collapsæ penitus scholæ Joviniani, atque novum assertorem doctrinæ Epicureæ. Sed de Joviniani facta Romæ condemnatione prosequamur historiam.

XXXVIII. Pammachius auctor damnationis Joviniani.

Cum igitur (ut dictum est) ejusmodi scripta Jovinianus Romæ vulgasset; primus omnium qui ex adverso surrexit, & contra deforme monstrum cominus decertavit, egitque ut Apostolica damnaretur auctoritate, Pammachius fuit nobilissimus Senator, atque doctissimus Romanorum, qui S. Paulæ gener extitit, Christianæ religionis exactissimus cultor, & fidei Catholicæ ardentissimus propugnator, de quo alias pluribus: ad quem Hieronymus (a) scribens hæc ait: *Denique idcirco, te post Dominum faciente, damnatus est*, Jovinianus videlicet, *quod ausus sit perpetuæ virginitati matrimonium comparare.* At non solius Pammachii relatione, sed & aliorum Fidelium, Jovinianum delatum fuisse Siricio Papæ, idem ipse Pontifex litteris illis, quas de ejusdem damnatione ad Ecclesiam Mediolanensem scripsit, affirmat; eas vero his describendas esse putamus, cum quid ab ipso Siricio adversus impium hæresiarcham ejusque gregales definitum Romæ sit, certa testificatione contineant; sic enim se habent (b):

(a) Hieron. ad Pamm. epist. 50.

(b) Siric. ep. 2. tom. 2. epist. Rom. Pont.

XXXIX. Epistola Siricii Papæ de condemnatione Joviniani.

Siricius Mediolanensi Ecclesiæ:

Optarem semper, fratres carissimi, dilectionis & pacis vestræ sinceritati gaudia nunciare; ita ut vicissim discurrentibus litteris, sospitatis vestræ juvaremur indicio. Numquam patitur nos quietos ab incursione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit. Pudicitiæ adversarius, luxuriæ magister, crudelitatibus * *pascitur, abstinentia punitur, odit jejunia; ministris suis prædicantibus, eadem dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia percussus dicentis (c): Manducemus & bibamus; cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia! Jam incognitus sermo hæreticorum intra Ecclesiam cancri more serpebat, ut occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem paraverunt, dirupisset; scæna tanti mali & hypocrisis publicata, multorum simplicium corda traxisset in ruinam; quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, malens per spatiosa ambulare, quam per arcta viæ iter cum labore transire.*

* crudelitatibus.

(c) 1. Cor. 15.

XL.

Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi, quæ hic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia sacerdotis cujuspiam pessimorum hominum Ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret: sicut scriptum est, Domino dicente (d): Multi veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoscetis eos: ii videlicet, qui subtiliter Christianos sese jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentinæ disputationis effundunt: ut (e) sagittent in obscura rectos corde, atque veritatem Catholicam pervertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducunt, atque ovium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab Apostolicis nunc usque temporibus didicimus, & experti probavimus: sed numquam tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigaverunt, quales isti nunc subito irrumpentes, doctrina perfidiæ polluti, hostes fidei; qui cujus sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt.

(d) Matt. 7.

(e) Psal. 10.

XLI.

Nam cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus; isti non habentes vestem (f) nuptialem, sanctiones Catholicos, novi ac veteris Testamenti (ut dixi) continentiam pervertentes, illecebroso atque ficto sermone aliquot Christianos cœperunt jam vastare, atque suæ dementiæ sociare, intra se continentes nequitiæ suæ virus, præferentes se tamquam electi; blasphemias tamen suas conscriptione temeraria publicarunt, & desperatæ mentis furore concitis passim in favorem Gentilium se prodiderunt. Verum a fidelibus Christianis viris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem subito scripturæ horrifica videntur esse delati, ut sacerdota-

(f) Matt. 22.

le

PAGIUS

Ingens inter nostros contentio oborta: quod scilicet Episcopi, qui ab Hæreticis depulsi fuerunt, nollent his ab Imperatore dejectis, alios quam se substitui Sacerdotes. Videtur loqui Prosper de Episcopis, de quibus alter Prosper in Chronico Consulari sub præcedentis anni Consulibus scribit: *Ithacius & Ursacius Episcopi ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesia*

li judicio detecti divinæ legi docere contraria, spiritali sententia deleantur.

XLII. Nuptiæ, & virginitas cujus meriti.

*Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accipimus, quibus velamini interfuimus; sed virginum nuptias Deo devotas majore honorificentia honoramus. Facto igitur presbyterio, constitit doctrina nostra id est, Christianæ legi esse contraria: unde Apostoli (a) secuti præceptum, quia aliter quam quod accepimus, annunciabant; omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum, quam totius etiam cleri una lata fuit sententia, ut Jovinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Pontinus *, Martianus, Januarius, & Ingeniosus, qui incentores novæ hæresis & blasphemiæ inventi sunt, divina sententia & nostro judicio in perpetuum damnati, extra Ecclesiam remanerent. Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexandrum, qui religiosum officium fidei spiritu possint adimplere ferventes.*

(a) Galat. 1.

* Frontinus.

Hactenus litteræ Siricii ad Ambrosium per Legatos; quorum Leopardus presbyter fuisse videtur Tituli Pastoris, ex quo & ipse Siricius ad sedem Pontificiam evectus fuit: siquidem amborum nomina in fragmentis quibusdam in eodem Titulo hactenus asservantur in lapidibus sculpta, qui erant monumentorum veterum epitaphia, quæ penitus periere, quæ hic voluimus utcumque mutila descripsisse: SALVO SIRICIO EPISCOPO: & alio fragmento: ECCLESIÆ SANCTÆ ..... cætera desunt. Extat & tabula marmorea his litteris exarata: LEOPARDUS PRESBYTER: quem unum esse ex nominatis Siricii Papæ Legatis, nulla apud me dubitatio est.

XLIII. Concilium Mediolanense.

Quod autem Siricius eosdem Mediolanum tres Legatos miserit, ea causa intercessisse videtur, ut horum auctoritate Mediolani Synodus cogeretur Episcoporum, ut ab iisdem Jovinianus & alii nominati illic etiam damnarentur hæretici, ubi cœperunt hæresum venena spargere; & cujus infelicis arboris Romæ truncus succisus erat, convellerentur ibi quoque radices: circuisse enim eos provinciam illam cum hisce mercibus, testari videtur S. Ambrosius, cum ut hoc caveret, litteris admonuit Vercellensem Ecclesiam (b). Quid autem Synodus Mediolanensis adversus eosdem hæreticos hoc anno celebrata decreverit, litteræ ab ea ad Siricium Papam scriptæ declarant; quarum sic se habet exordium* (c):

(b) Ambr. epist. 82.

(c) Epist. Rom. Pont. tom. 1. pag. 42.

Domino dilectissimo fratri Siricio Papæ Ambrosius Episcopus, Bassianus, & cæteri.

XLIV. Epistola Synodi ad Siricium.

Recognovimus litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi januam serves, & pia sollicitudine Christi ovile custodias, dignus quem oves Domini audiant & sequantur. Observa, lector, quod S. Ambrosius & alii ejus Synodi Episcopi apta satis collatione dicunt, commissam Ecclesiæ januam Romano Pontifici, utpote quod eidem in Petro commissæ sint claves regni cœlorum; cum de se Christus dicat (d): *Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur*: & rursus: *Qui non intrat per ostium; sed ascendit aliunde; hic fur est & latro.* Sicque cum intelligis Ecclesiæ januam Christum, & nonnisi hanc unam patere portam venientibus ad Ecclesiam, hujusque portæ Romanum Pontificem janitorem: cognoscas pariter illos legitime in Ecclesiam ingredi, censerique Catholico nomine, quibus tantus janitor aperuerit; illos vero exclusos atque rejectos, quibus idem fores occluserit; eosdemque conscendentes aliunde, non inter Catholicos, sed inter fures atque latrones connumerari debere: quod servatum esse ab initio fundatæ per Petrum Romanæ Ecclesiæ, sæpe superius dictum est; nimirum illos tantum totius Catholicæ Ecclesiæ sententia censitos esse Catholicos, qui gauderent communione Romani Pontificis; illos vero hæreticos vel schismaticos, qui ab ejusdem communionis participatione seclusi essent. Sed pergunt illi.

(d) Joan. 10.

XLV. Hæreticorum doctrina, luporum ululatus.

Et ideo quia nosti oviculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi providus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ, feralique ululatu Dominicum ovile dispergant. Laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem servare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quamdam cælestium remunerationum inducere, &c. Pluribus enim differunt atque demonstrant superexcellere sancto conjugio virginitatem, illibatamque omni tempore & illæsam custoditam Dei Genitricis virginitatem, cui iidem scelestissimi detrahebant. Viduitatisque Christi amore servatæ præconia extollentes, jejuniorum merita prædicant, quæ veritatis proditores somno vinoque sepulti, tamquam suæ ipsorum intemperantiæ adversaria impugna-

PAGIUS *clesia communione privantur.* Hermantius lib. 7. Vitæ Sancti Ambrosii cap. 2. hunc Prosperi locum ad Concilium Mediolanense explicandum affert, ex quo cum priori Chronici Imperiali, quod Hermantius non recitat, aliquid in re obscurissima statui potest. Legendus Baronius anno CCCCV. num. LV. & seq. ubi de Concilio Taurinensi, & Acta primi Concilii Tole-

gnabant. Atque post multa hæc iidem ad Siricium :

XLVI.

Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? cum jam dignum premium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo usque huc venerunt, ne superesset locus, in qua non damnarentur; qui vere se Manichæos probaverunt, non credentes quia ex virgine utique venisset: Docent deinde pluribus quo ex parte Jovinianus cum suis participaret cum Manichæis: addantque ipsos Manichæos tunc temporis cum Imperatoris decreto, tum Legatorum sententia esse damnatos, atque Civitate illa expulsos; siquidem ista ad postremum adjungunt:

XLVII. * Hæc. Legatorum commendatio.

*Sed * est impietas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est Imperator; & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt; sicut testes sunt fratres, & compresbyteri nostri Crescens, Leopardus, Alexander, sancto ferventes Spiritu, qui e os omnium execratione damnatos, Mediolanensi ex urbe quasi profugos repulerunt. Itaque Jovinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Pratinum *, Genialem, Martianum, Januarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnavit, sciat apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. Incolumem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater.*

* Pontinum Froncinum.

Item subscriptio.

Subscriptio Episcoporum.

Ego Ambrosius Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Eventius Episcopus Cenetensis saluto sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ subscripsi.
Maximus Episcopus Emonensis, &c.
Felix Episcopus Jadrensis.
Bassianus Episcopus Laudensis.
Theodorus Episcopus Octodurensis.
Constantius Episcopus Arausicanus.
Sabinus Episcopus Placentinus.
Ex jussu Domini Episcopi Geminiani, ipso præsente, Aper presbyter subscripsi.
Eustathius Episcopus, Constantius Episcopus, & omnes ordine subscripserunt.

Vides plures alios brevitatis causa prætermissos esse nominari Episcopos: porro magnæ virtutis viros, sanctitate conspicuos, miraculisque claros nonnullos ex iis fuisse, docent quæ superius dicta sunt, cum de Concilio Aquilejensi actum est: complures enim Episcopi utrique Concilio interfuisse reperiuntur; inter quos præ ceteris enituere S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & S. Sabinus Episcopus Placentinus, Ambrosio (ut dictum est superius) sanctitate atque doctrina non impar: ut taceamus de sanctis Bassiano, Geminiano, & aliis. Ut ex his intelligas, magna Dei providentia factam, ut per tales tantosque viros nefanda hæresis damnaretur; ne quid reliqui posteris esset, quod revocari posset in dubium, a quorumnam parte veritas steterit, num apud lutulentum porcum ejusque gregales sues grunnitu potius obstrepentes, quam humana voce loquentes; an apud acceptissimos Deo viros opere ac sermone præstantes; quorum sententiæ & ipse Deus miraculorum operatione sæpius suffragatus esset. Hæc diximus, ut rubore suffundantur (si tamen erubescere norunt) recentiores heretici, qui (ut dictum est) obstructam diu ante Joviniani sordium cloacam refoderunt ipso halitu homines corrumpentem; sciantque licet nolint, se cum Joviniano jam ante annos mille ac ducentos in Ecclesia esse damnatos tum sententia Romani Pontificis, tum Concilio Mediolanensi, tum denique privatis subscriptionibus sanctorum virorum, Hieronymi, Ambrosii, Augustini, & aliorum, adde & Imperatoriis sanctionibus. Etenim primum omnium hos scelestos e monasteriis ejectos, habitu tamen monastico vagantes, ab urbibus recedere & ad deserta loca proficisci, Theodosius Imperator rescripto hujusmodi jussit, hoc anno dato (a):

(a) l. 1. de Monach. C. Theod.

XLVIII. Lege Theodosii expelluntur monachi heretici.

Quicumque sub professione monachi reperiuntur, deserta loca & vastas solitudines sequi, atque habitare jubeantur. Dat. III. Non. Septembris, Veronæ, Valentiniano IV., & Neoterio Coss. Hac statuta lege, cogitur improbus hæresiarcha ab Urbe recedere: sed cum solitudinem petiit; negligentia tamen magistratuum, quorum torpore leges insito vigore deficiunt, factum est, ut quamvis non auderet se rursus in Urbem intrudere, extra moenia tamen suos colligens, conventus suburbanos haberet. Sed reclamantibus rursus Episcopis, Honorius Imperator legis paternæ vindex eamdem Jovinianum servili primo affectum supplicio relegavit in insulam, ceteris illius sectariis in diversa loca dispersis. Extat ejus sententiæ ejusdem Imperatoris ad Felicem Præfectum Prætorio ejusmodi rescriptam (b):

(b) l. 53. de heret. C. Theod.

XLIX. Quibus Jovinianus affectus demum suppliciis.

Jovinianum sacrilegos agere conventus extra muros Urbis sacratissimæ, Episcoporum querela deplorat. Quare & supramemoratum corripi præcipimus, & contusum plumbo cum ceteris suis participibus, & ministris exilio coerceri, ipsum autem machinatorem in insulam Boam festina celeritate deduci: ceteris, prout libuerit (dummo-

PAGIUS letani anno CCCC. celebrati, in quibus de Priscillianistis in Concilio Mediolanensi, præsenti nempe, damnatis agitur. Ex illis omnibus aliqua hujus Concilii Historia concinnari potest. Certe Sulpicius Severus, qui anno Christi CCCC. Historiam suam absolvit, ait, turbas illas inter Episcopos jam a quindecim annis etiam tum perdurasse.

modo superstitiosa conjuratio exilii ipsius discretione solvatur) solitariis & longo spatia inter se positis insulis in perpetuum deportatis. Si qui autem pertinaci improbitate vetita & damnata repetiverit; sciat se austeriorem sententiam subiturum. Dat. prid. Nonas Martii, Mediolani, Honorio nonum & Theodosio quintum AA. Consulibus. Est is annus Domini duodecimus supra quadringentesimum; ut ex his videas, ipsum Jovinianum cum suis post damnationem hoc anno tum Romæ, tum Mediolani acceptam, viginti & duos annos Ecclesiam perturbasse. Porro insula, in quam deportatus est Jovinianus, Boas dicta, posita habetur in Dalmatiæ littore, cujus meminit Ammianus (*a*); in quam Florentium Magistrum officiorum sub Juliano relegatum fuisse tradit.

Boas Insula ubi sita.

(*a*) *Amm. lib.* 21.

L. De libris S. Hieronymi in Jovinianum.

Quoniam autem libri, quos Jovinianus conscripserat, ubique vulgati magno detrimento a pluribus legebantur; Romæ existentes viri pii atque prudentes, de antidoto adversus propinata venena parando soliciti, ad S. Hieronymum Bethlehem agentem editos commentarios ab eodem Joviniano jam ante miserunt, qui eos adversaria scriptione refelleret: affirmat hoc ipse (*b*); qui dum novissimo loco suarum lucubrationum, quas usque ad annum decimum quartum Imperii Theodosii se conscripsisse testatur, duos libros adversus Jovinianum a se editos recenseat, & post eos ad Pammachium Apologeticum cum Epitaphio; plane intelligi posse videtur, hoc ipso anno, antequam sibi Joviniani damnatio innotuisset, eosdem ab ipso commentarios esse conscriptos, sequenti vero Apologeticum eadem ex causa (ut dicemus) elucubratum. Haud id fuit leve certamen, sed plane arduum, non quidem quod superaretur rei difficultate & argumenti sublimitate, adversus quæ innumera divinæ Scripturæ loca, Conciliorum canones, sanctorum Patrum elogia, ac denique (quæ sola satis sufficere potuisset) ipsa a temporibus Apostolorum illibate hactenus in Ecclesia conservata traditio suppeteret; sed quod homo levis blandis illecebris quamplurimos Christianos Romæ agentes usque adeo dementasset, ut ipsum veluti novum Apostolum, impium colerent Jovinianum. Demonstrat, hæc ipse S. Hieronymus apostrophe illa adversus eum ad calcem operis posita, quæ sic se habet (*c*):

(*b*) *Hieron. advers. Jovinian. l.* 2.

(*c*) *Hieron. advers. Jovinian. l.* 2.

LI. Apostrophe S. Hieronymi in Jovinianum.

Nunc restat, ut Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adolescentulos & mulierculas alloquamur. Favent tibi crassi, nitidi, dealbati: adde, si vis juxta Socraticam irrisionem, omnes sues & canes, & quia carnem amas, vultures quoque, aquilæ, accipitres, & bubones. Numquam nos Aristippi multitudo terrebit. Quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt. De nostro grege tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini hujus sæculi, licet sermone taceant, habitu loquuntur & gestu. Hæc ipse, alludens ad veros monachos: atque paulo post subdit de frequentia sectatorum ejus: *Ne glorieris quod multos discipulos habeas. Filius Dei docuit in Judæa & duodecim tantum illum Apostoli sequebantur: Torcular,* inquit, (*d*) *calcavi solus, & de gentibus vir non est mecum. Ille in passione solus remansit, & Petri quoque erga eum trepidavit constantia. Pharisæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebat, dicens* (*e*): *Crucifige, crucifige talem: Non habemus Regem, nisi Cæsarem: idest, vitia sequimur, non virtutes, Epicurum, non Christum, Jovinianum, non Apostolum Paulum. Quod multi acquiescunt sententiæ tuæ, indicium voluptatis est: non enim tam te loquentem probant, quam sues favent vitiis. In circulis platearum quotidie fictus hariolus stultorum nares verberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit, nec tamen deest qui semper possit induci: & pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehennæ succidias nutrias?*

(*d*) *Isai.* 63.

(*e*) *Luca* 23.

LII.

Post præconium tuum & balneas, quæ viros pariter & feminas lavant, omnis impatientia, quæ ardentem prius libidinem quasi verecundiæ vestibus tegebat, nudata est & exposita: quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, non fecisti. Hoc profecto doctrina tua, ut peccatum ne pœnitentiam quidem habeat. Virgines tuæ quas prudentissimo consilio, quod nemo unquam legerat, nec audierat, de Apostolo (*f*) *docuisti:* Melius est nubere, quam uri: *occultos adulteros in apertos verterunt maritos: non suasit hoc Apostolus, non electionis vas; Virgilianum consilium est.*

(*f*) 1. *Cor.* 7.

Conjugium vocat; hoc prætexit nomine culpam.

LIII. Turpitudines hæreticorum.

Quadringenti ferme anni sunt; quod Christi prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses tunicam illius consciderunt: universus pene error de Chaldæo & Syro, & Græco sermone processerat. Basilides magister luxuriæ, & turpissimorum complexuum post tot annos ita in Jovinianum, quasi in Euphorbum, transformatus est, ut Latina quoque lingua haberet hæresim suam. Nulla ne fuit alia in toto Orbe provincia quæ reciperet præconium voluptatis, in quam coluber tortuosus irreperet, nisi quam Petri doctrina super petram fundaverat Christum? Vexillum Crucis, & prædicationis austeritas, idolorum templa destruxerat: e regione luxuria ventris & gutturis subvertere nititur for-

ti-

titudinem Crucis. *Unde per Isaiam loquitur Deus (a): Populus meus qui vos beatificant, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum conturbant.* *Necnon per Hieremiam (b): Fugite de medio Babylonis, &c.* Subdit vero: *Hieremias captivitatem nuncians lapidatur a populo. Ananias (c) filius Azur frangebat ad praesens ligneas torques, & in futurum ferreas praeparabat. Semper pseudoprophetae dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas; & qui eam praedicant replentur amaritudine, in azymis enim sinceritatis & veritatis Domini Pascha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur.* At quibus pudendis vocibus Jovinianus alliceret feminas ad sui sequelam, idem addit, haec dicens:

(a) Isai. 3.
(b) Hier. 50.
(c) Hier. 28.

LIV.

Egregia sane vox, & quam audiat sponsa Christi inter virgines & viduas & caelibes; (unde & ipsum nomen inditum est, quod caelo digni sint, quia coitu careant.) Raro jejunato, crebrius nubite: non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi mulsum & carnes & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem: cito caro consumpta marcescit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod & si cecideritis, redintegrabit vos poenitentia: & qui in Baptismo fuistis hypocritae, eritis in poenitentia solidae fidei. Neque turbemini, putantes inter justum, & poenitentem aliquid interesse, & humiliorem gradum dare quidem veniam, sed coronam tollere. Una est enim retributio: qui ad dexteram steterit, introibit ad regna caelorum.

LV.

His consiliis subulci tui pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt: equi insanientes (d) in feminas facti sunt: statim ut mulieres vident, adhinniunt: & impatientiam suam proh nefas, Scripturarum solantur exemplis. Sed & ipsae mulierculae miserae, & non miserabiles, praeceptoris sui verba cantantes: Quid enim, nisi semen requirit Deus? non solum pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, majorique procacitate defendunt libidinem, quam exercent. Habes praeterea in exercitu tuo plures succenturiatos; habes scurras, & velites in praesidiis, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibusque defendant. Tibi cedunt de via nobiles, tibi osculantur divites caput. Nisi enim tu venisses, ebrii atque ructantes paradisum intrare non poterant.

(d) Hier. 5.
Corrupti mores haereticorum.

LVI.

Macte virtute, immo vitiis, habes in castris tuis & Amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu venientes, contra se viros ad pugnam libidinum provocantes. Et quia opulentus paterfamilias es, in aviariis tuis non turtures, sed upupae nutriuntur, quae tota foetidae voluptatis lustra circumvolent. Me carpe, me disjice, objice crimina quae volueris, argue luxuriae & deliciarum: magis me amabis, si talis fuero: ero enim de armento tuo. Haec ad Jovinianum Hieronymus; perorando autem ad Romam conversus ista habet: *Sed & ad te loquar, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti, Urbs potens, Urbs Orbis domina, Urbs Apostoli voce laudata; interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Graecos, aut sublimitatis, juxta Hebraeos: serva quod diceris. Virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem. Maledictionem, quam tibi Salvator in Apocalypsi (e) comminatus est, potes effugere per poenitentiam, habens exemplum Ninivitarum. Cave Joviniani nomen, quod de idolo derivatum est. Squallet Capitolium: templa Jovis & caerimoniae conciderunt: cur vocabulum ejus & vitia apud te vigeant? Adhuc sub Regibus, & sub Numa Pompilio facilius majores tui Pythagorae continentiam, quam sub Consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.* Hucusque Hieronymus, & quidem (ut apparet) post illatam templis deorum cladem, quam anno superiori contigisse vidimus, id operante Gracchum Praefecto Urbis.

(e) Apoc. 17.18.

LVII.

Sugillati libri Sancti Hieronymi contra Jovinianum.

Sed quid post haec accidit? Cum duo libri illi a S. Hieronymo adversus Jovinianum elaborati, Romam perlati, lectique fuissent; impugnati sunt non leviter nec ab humilis conditionis hominibus, eo quidem praetextu, quod idem S. Hieronymus ea scriptione cum totus esset in commendatione virginitatis, visus esset nuptias despexisse. Primus autem ac potentior in Hieronymi scripta illa declamator insurrexit monachus quidam junior, aemulus illius gloriae, idemque Joviniani haeresis valde suspectus: hic quidem ex eo quoque Hieronymum sugillabat, quod cum nec satis percepisset Joviniani sententiam, adversus tamen illum scribere ausus esset. De quibus omnibus per Domnionem idem S. Hieronymus certior factus, ad eum apologeticam scripsit epistolam (f), qua hominem, qualis esset, suis coloribus reddidit. Sed & ad finem eumdem Domnionem admonet, ut agat cum petulante juvene, suadeatque ut quae blaterat in trivio, vel inter mulierculas, scriptis mandet, si se justam causam fovere putet. Videas in iis litteris Hieronymum ita natura comparatum, ut vehementioribus quibusdam animi motibus impelleretur in haereticos adversarios, sed quos mox freno Christianae professionis adhibito coerceret, & disciplina Evangelica temperaret, ut cum ad eum iisdem litteris ait: *De nobis quoque dici potest: Foenum habet in cornu, longe fuge. Sed*

(f) Hieron. epist. 51.

ma-

magis volumus esse discipuli ejus qui ait (*a*): *Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam non averti a confusione sputorum*. Et adversus Ruffinum (*b*): *Hoc unum denuncio, & repetens iterum iterumque monebo: cornutam bestiam petis; & nisi caverem illud Apostoli* (*c*): *Maledici regnum Dei non possidebunt*: *&, Mordentes* (*d*) *invicem, consumpti estis ab invicem: jam nunc sentires*, *&c.*

(a) Isaia 50.
(b) Hieron. Apolog. adver. Ruffin.
(c) 1. Cor. 6.
(d) Galat. 5.

LVIII. Siricius Papa offensus scriptis S. Hieronymi.

Verum non monachum unum illum, contemnendum potius quam revincendum, scriptis a se commentariis adversarium expertus est, sed plurimos & quidem pios, Catholicæque fidei assertores, nonnihil offensos, quod ab eodem S. Hieronymo visum esset matrimonium parvipensum atque despectum; iidemque in Pammachium concitati sunt, quem scirent omnes acerrimum semper fuisse ejusdem Hieronymi defensorem: quin & ipsum Ecclesiæ Romanæ Pontificem eadem ex causa fuisse commotum, ipse Hieronymus ita ad Pammachium scribit (*e*): *Audio totius in te Urbis studia concitata: audio Pontificis, & populi voluntatem pari mente congruere. Minus est tenere sacerdotium, quam mereri*. Hæc cum dicat ipse, nemo in illam suspicionem ducatur, ut ea ex causa putet Siricium favisse Joviniano, quem constat ex hujus anni rebus gestis ab eodem tum Romæ damnatum, tum procuratum ut ab aliis quoque Episcopis damnaretur. At nonnihil sane adversus Siricium commotum fuisse Hieronymum, cum ex his, quæ dicta sunt, atque aliis quæ inferius dicturi sumus, aperte constabit. Sed quo tandem progressa res est? eo usque, ut sedandi concitati rumoris causa Pammachius editos a S. Hieronymo duos libros illos revocare studuerit; sed frustra, cum jam ubique exscripti atque vulgati illi fuissent; testatur id quidem iisdem litteris S. Hieronymus, ubi ait: *De opusculis meis contra Jovinianum, quod & prudenter & amanter feceris exemplaria subtrahendo, optime novi. Sed nihil profuit ista diligentia, cum aliquanti ex Urbe venientes mihi eadem lectitarent, quæ se Romæ excepisse referebant. In hac quoque provincia jam libri fuerant divulgati: &, ut ipse legisti, Nescit vox missa reverti. Non sum tantæ felicitatis, quantæ plerique hujus temporis tractatores, ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim: statim ut aliquid scripsero, aut amatores mei, aut invidi, diverso quidem studio, sed pari certamine in vulgus nostra disseminant.*

(e) Hieron. epist. 52.

LIX.

Cum igitur editi semel libri revocari non possent, idem Hieronymus consilio Pammachii pro iisdem apologeticam scripsit epistolam: testatur hoc ipse, cum ait: (*f*) *Apologeticum ipsius operis tibi misi, quem προσφώνησα, & te poscente, edidi: quem cum legeris, aut ipse pro nobis ceteris satisfacies; aut si tu quoque narem contraxeris, illam Apostoli περικοπήν, in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter disserere compelleris*. Hæc ipse plane significans omnia eo argumento a se conscripta, consentientia esse iis quæ a S. Paulo scripta sunt ad Corinthios (*g*), quibus virginitatem nuptiis præfert. Tempus autem ejusdem Apologetici si requiras; invenies plane, quod diximus, post præsentem annum fuisse conscriptum, ea nimirum ratione, quod cum hoc anno constet damnatum Jovinianum, in ipsoque Apologetico ejusdem damnationis mentio habeatur, plane convincitur post præsentem annum esse elaboratum, nempe decimotertio Theodosii Imperatoris: tunc enim illum a se conscriptum fuisse testatur (*h*), & postea ad eumdem Epitaphium elucubratum, de quo suo loco dicturi sumus.

(f) Hieron. ep. 52.

Hieronymus scribit Apologeticum.

(g) 1. Cor. 7.

(h) Hier. de Script. Eccl.

LX. Hieronymi scripta sincera.

Certe quidem nullo indigere videbantur Apologetico scripta priora, in quorum exordio ejusmodi contestationem præmisit: (*i*) *Neque vero*, inquit, *nos Marcionis, & Manichæi dogma sectantes, nuptiis detrahimus; nec Tatiani principis Encratitarum errore decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creavit ad utendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea & argentea & lignea & fictilia*, *&c.* Pluribus insinuat, venerabiles esse nuptias & torum immaculatum, sed virginitatem longe præstare. Quamobrem & in Apologetico illis verbis juste conqueritur, quibus ait (*k*): *Dum contra Jovinianum presso gradu pugno, a Manichæo terga mea confossa sunt. Nonne, quæso, statim in principio operis mei ista præfatus sum? Neque enim nos Marcionis*, *&c.* juste quidem atque prudenter, satisque ad erroris lineam declinandam, ut a nemine jure redargui potuisset.

(i) Hier. con. Jovin. l. 1.

(k) Hieron. epist. 50.

LXI. Cavillus Joviniani hæresiarchæ.

Cæterum quod his ipsis temporibus, æque ac hæresis Joviniani, vigebat, urgebatque magnopere Dei Ecclesiam Manichæorum hæresis, qui adeo invaluerant, ut parum profuerit crebris eos exagitari Imperatoris edictis; displicuit Siricio & aliis piis viris, depressione nuptiarum a S. Hieronymo virginitatem extolli. Verum quod totus ipse esset in pugna illa pro virginitate suscepta, ferreturque concitatus adversus Jovinianum æquantem conjugium virginitati; in præconiis virginitatis, non autem conjugii (ut ipse excusat) versari necesse fuit: unde calumniæ locus patuit, quasi faveret Hieronymus Manichæis. Manichæorum autem causam eos agere, qui virginitatem nuptiis præferebant, jactare solebat Jovinianus, de quo S. Augustinus (*l*): *Jovinianus qui paucos ante annos novellam conatus est hæresim condere, Manichæis pa-*

(l) Aug. de nupt. & concup. ad Valer. l. 2. c. 23.

tro-

trocinari dicebat Catholicos, quod adversus eum sanctam virginitatem nuptiis præferebant. Sed responsurus est iste, non se, quod Jovinianus, de indifferentia nuptiarum virginumque sentire: nec ego id dico, quod isti hoc sentiant. Veruntamen per Jovinianum Catholicis Manichæos objicientem, non esse hoc novum, novi hæretici recognoscant. Nos itaque nuptias bonum dicimus esse, non malum. Sed sicuti Ariani Sabellianos nos esse criminantur, quamvis non dicamus unum eumdemque esse Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quod Sabelliani dicunt; sed dicamus unam eamdemque esse naturam Patris & Filii & Spiritus sancti, quod Catholici dicunt: ita Pelagiani nobis Manichæos objiciunt, quamvis non dicamus malum esse nuptias. Hæc Augustinus: Sed quid post ipse? dicam.

LXII. S. Augustinus cur scribit de bono conjugali.

Cum igitur sciret idem S. Augustinus Hieronymum eam passum esse calumniam, quamtumlibet pie sancteque scripserit, quod visus esset in virginitatis laudibus nuptias detraxisse, atque eam ob causam de eo falsa illa jactassent æmuli cum hæreticis, nimirum fovisse illum causam Manichæorum: ipse cautior adversus Jovinianum alia via agendum sibi proposuit: nempe ut quantum liceret nuptias laudibus celebraret, ac simul præconia virginitatis extolleret. Sicque elaboravit commentarium, illo titulo prænotatum: *De bono conjugali contra Jovinianum*: cujus a se post Hieronymum susceptæ provinciæ rationem affert, cum hæc ait (a) post damnatum Jovinianum: *Remanserunt*, inquit, *istæ disputationes ejus in quorumdam sermunculis ac susurris; quas palam suadere nullus audebat. Sed etiam occultis venenis repentibus, facultate quam donabat Dominus, occurrendum fuit: maxime quoniam jactabatur, Joviniano responderi non posse cum laude, sed cum vituperatione nuptiarum. Propter hoc librum edidi, cujus inscriptio est: De bono conjugali.* Hæc ipse.

(a) Aug. Retract. l. 2. c. 22.

LXIII. Quæ flagitia oborta ex Joviniani hæresi.

Tot igitur jaculis confossa bestia est, quæ matrimonium æquabat virginitati: at quibus judicas conficiendum esse ictibus monstrum illud, nostro obortum sæculo, per quod nedum virginitas subjicitur matrimonio, sed omnino humi deprimitur, immo prorsus extinguitur? cui merito illud conveniat, quod de Behemoth dictum reperitur (b): *Sternit sibi aurum quasi lutum*: dum aurea vasa pudoris, quasi testacea reputat, confringit, ac tamquam lutum prosternit. Sed qui prædixit ligandum illum in ancillis suis (c): de hoc quoque monstro constat alias sæpe obtentam in sanctis virginibus prænunciasse victoriam.

(b) Job. 41.

(c) Job. 40.

LXIV.

Rursum vero quod ad sordidas hujusmodi Joviniani hæreses spectat; quantas ipsæ invexerint in Urbem deformes libidines, relaxatis semel habenis concupiscentiæ, Theodosii sanctio manifestat. Quod enim excrescentia & alluvione omnium turpitudinum Joviniani & sectatorum ipsius, Urbs (quod tantopere deplorasse vidimus S. Hieronymum) ita repleta esset luxuria, ut putorem exhalaret infandorum scelerum, eorum videlicet turpissimorum hominum, qui post alteram abeuntes carnem, omnes naturæ terminos prætergressi, in imum se barathrum demersissent: hos ipsos Sodomitico dignos incendio, ultricibus merito flammis absumi, Theodosius Imperator hoc anno lata lege sancivit, quæ Romæ publicata est in Foro Trajani; est vero hujusmodi (d):

(d) l. 6. ad legem Jul. de adult.

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Orientio Vicario Urbis Romæ.

LexTheodosii adversus nefandum scelus.

Omnes quibus flagitii usus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum feminis) hujusmodi scelus, spectante populo, flammis vindicibus expiabunt. Publicata in Foro Trajani VIII. Id. Aug. Valentiniano A. IIII. & Neoterio Coss. Ex alio vero Codice paulo fusiorem & in aliquibus diversam, sed admodum depravatam Pithœus sic edidit eodem ipso titulo.

LXV.

Non patimur Urbis Romæ virtutem omnium matrem diutius effeminari, in viros pudoris contaminatione fœdari: Et post aliqua valde corrupta: *Laudanda igitur experientia tua, quibus flagitiosus luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque discretum habere cum feminis occupatos, ut flagitii poscit immanitas, atque omnibus seductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, spectante populo, flammis vindicibus expiabit; ut universi intelligant, sacrosanctum cunctis esse debere hospitium virilis animæ, nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum, qui suum turpiter prodidisset. Prop. prid. Id. Maji Romæ in atrio Minervæ.* Quam igitur evacuaverat Constantinus (ut dictum est, Hieronymo auctore) lacunam sordium, mox licentia hæresis Joviniani replevit. Ex his intelligis, lector, quas secum sordes ferant hæreses: quibus soluta Christiana disciplina, petulantiæ carnis carceres aperiantur ad cursum.

LXVI. De scelere a diacono perpetrato.

Quod ad res pertinet Orientis: hoc ipso anno (non autem sequenti sub Consulatu Tatiani * & Symmachi, ut a Socrate (e) ponitur) accidit Constantinopoli scelus illud immane, quod tum ab ipso Socrate, tum etiam a Sozomeno (f) recensetur, de diacono Constantinopolitanæ Ecclesiæ, qui cum nobili se matrona

* Titiani.

(e) Socrat. l. 5. c. 19.

(f) Sozom. l. 7. c. 16.

Causa ferendæ legis.

na commiscuit: cum propalato facinore per pœnitentiarium presbyterum, factum est ut a Nectario ejus Ecclesiæ Episcopo muneri illi mancipatus presbyter dimoveretur. Porro quod ad veritatem rei gestæ spectat, consule quæ dicta sunt superius primo Annalium tomo, cum de secreta peccatorum confessione pluribus actum est: ibi enim complures obortæ inde difficultates solvuntur, & Novatianorum historicorum mendacia confutantur. Quod vero ad nobilem illam feminam attinet, fuisse eam ordine diaconissam, Sozomenus significare utique videtur, cum ait: *Hac porro de causa Theodosium Imperatorem equidem conjicio, providentem Ecclesiæ honori & dignitate, edicto cavisse, ne mulieres, nisi liberos haberent, & annum sexagesimum excessissent, divinum ministerium*, diaconissæ munus scilicet, *ullum susciperent, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum: illæ vero quæ caput orvarent* *, *ecclesiis exturbarentur, & Episcopi qui has ipsas admisissent, Episcopatibus suis privarentur*. Hæc Sozomenus, plane demonstrans, juniorem fuisse feminam illam diaconissam, quacum diaconus scelus patrasset. Extat ipsa lex Theodosii Imperatoris, quam hic curavimus contexendam, hoc ipso anno ab eodem Theodosio promulgata sub hujus anni Consulibus: quibus liquet, præsenti potius quam sequenti anno, quæ dicta sunt, accidisse. Sed & quod exhausisset vidua illa bona sua ditando diaconum; inde factum est, ut idem Imperator eadem lege caverit, ne viduæ quovis titulo vel Ecclesiæ vel ejus ministris bona relinquerent. Sed reddamus hic ipsam ea de causa (ut creditur) hoc anno editam sanctionem (a):

* attondescent.

(a) l. 27. de Episc. C. Theod.

LXVII.

Lex Theodosii adversaria Ecclesiasticæ libertati.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Tatiano PP.

Nulla nisi emensis sexaginta annis, cui votiva domi proles sit, secundum præceptum Apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. Tum filiis suis curatore (si id ætas poscit) petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda committat: ipsa tantum prædiorum suorum redditus consequatur, de quibus servandi, abalienandi, donandi, distrahendi, relinquendi, vel quoad superest, vel cum in fata concedit, & libera ei voluntas est, integra sit potestas. Nihil de monilibus & suppellectili, nihil de auro, argento, cæterisque claræ domus insignibus sub religionis defensione consumat; sed universa integra in liberos proximos, vel in quoscumque alios arbitrii sui existimatione transcribat. Ac si quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat hæredes. Careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter comprehensas fuerit a moriente confectum. Immo si quid ab his morienti fuerit extortum, nec tacita fideicommisso aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis callida arte aut probrosa cujuspiam cohibentia deferatur; extorres sint ab omnibus, quibus inhiaverant bonis.

LXVIII

Et si quid forte per epistolam, codicillum, donationem, testamentum, quolibet denique detegitur genere conscriptum erga eos, quos hac sanctione submovimus; id nec in judicium devocetur; sed vel ex intestato is qui sibi competere intelligit, statuti hujus definitione succedat: si quis se agnoscit filium, si quis probat propinquum, si quis denique vel casu vel judicio, pro solida, pro portione hæres, legatarius, fideicommissarius, apertis deprehenditur codicillis, fruatur fortunæ munere, conscientiæ suæ fructu, & submotis his atque dejectis in hæreditariis corporibus potestate utatur hæredis.

LXIX.

N[illegible] feminæ sibi ante tempus [illegible] deponant.

Feminæ quæ crinem suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasæ professionis absciderint, ab ecclesiæ foribus arceantur. Non illis fas sit, sacrata adire mysteria, neque ullis supplicationibus mereantur veneranda omnibus altaria frequentare. Adeo quidem, ut Episcopus tonso capite feminam si introire permiserit, dejectus loco, etiam ipse cum hujusmodi contuberniis arceatur: ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacumque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari. Hæc absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro consuetudine, ut illi habeant testimonium, isti incipiant timere judicium. Dat. XI. Kalend. Jul. Mediolani, Valentiniano A. IIII. & Neoterio Coss. Hactenus constitutio Theodosii.

PAGIUS XI.

Theodosii Lex de Monachis.

Ad num. LXVII. Cæterum Lex 1. Codicis Theod. *De Monachis*, lata non est occasione *Jovinianistarum*, qui e Monasteriis ejecti, in urbibus tamen cum habitu monastico vagabantur. Nam præterquam quod, ut inquit Gothofredus in hujus Legis Commentario, hæc Lex ad Orientem pertinet (ubi Tatianus, cui ea inscribitur Præfectus Prætorio erat) non agitur in ea de Monasterio ejectis, verum de quibuscumque *qui sub Professione Monachi reperiebantur*, id est, de omnibus qui monasticam vitam profitebantur, interim tamen Civitates frequentabant, ut ostendit Lex 2. ejusdem Codicis *De Monachis*, qua post biennium memorata Lex abrogatur. Quare hac Lege *Monachi* quicumque, non pœnæ loco ad deserta loca & solitudines conferre se se jubentur, ut credidit Baronius; verum pro Vitæ suæ instituto eo redire. Denique pertinet hæc Lex ad Monachos, sive Eremitas, cujusmodi in Ægypti potissimum, Syriæque solitudinibus, aliisve agebant, deserta loca & vastas solitudines sequentes. Qua de re plura Gothofredus in hujus Legis Commentario.

LXX. Ambrosius cogit Theodosium abrogare legem injustam.

Cum autem Mediolani hæc sancierit Imperator, ex causis (ut sibi videbatur) legitimis persuasus; quoniam dum ultor sceleris exsurrexit, compressit etiam innocentes; occurrit quamprimum vindex Ecclesiasticæ libertatis severus Regum censor sanctus Ambrosius; qui editam sanctionem ex ea parte compulit abrogari, qua periclitabatur Fidelium erga Deum religio, & erga pauperes misericordia: *alia* vero ex parte, qua Apostolica institutio conservabatur immunis (nam Pauli (*a*) præceptio est ne vidua eligatur minor sexaginta annorum) sivit in suo robore perdurare. Theodosius igitur, Dei obtemperans sacerdoti, adversantem pietati a se editam sanctionem, contraria lege promulgata, abolevit, cum post duos ferme menses ad eumdem Tatianum ita rescripsit (*b*):

(*a*) 1. Timoth. 5.

(*b*) l. 28. de Episc. C. Theod.

LXXI. Posterior lex priorem revocat.

Legem, quæ diaconissis vel viduis nuper est promulgata, ne quis videlicet clericus, neve sub Ecclesiæ nomine, mancipia, supellectilem, prædam velut infirmi sexus dispoliator invaderet, & remotis affinibus ac propinquis, ipse sub prætextu Catholicæ disciplinæ se ageret viventis hæredem; eatenus animadvertat esse revocatam, ut de omnium chartis, si jam nota est, auferatur: neque quisquam aut litigator ea sibi utendum, aut Judex noverit exequendum. Dat. X. Kal. Septemb. Veronæ, Valentiniano Aug. IIII. & Neoterio Coss. Sic itaque abrogata parte illa legis, in qua libertas Ecclesiastica dispendium passa erat; pars ea in suo vigore permansit, qua juniores viduæ capillorum abscissione magno scandalo vel saltem periculo intrudebant se in numerum diaconissarum Ecclesiæ: quod quidem perperam agi, paulo ante adeo enorme perpetratum scelus edocuit. Vides quam conferat, lector, ad germanum legum sensum, rem gestam, causamque ipsam prænoscere, qua ab Imperatore edita sanctio animatur: cujus ignari eam in longe diversam, falsamque sententiam distrahant necesse sit, Theodosium sugillantes, quasi adversatus fuerit feminarum monasticæ disciplinæ. Meminit autem hujus latæ legis Marcianus (*c*) Imperator, quam ratam firmamque esse voluit; atque alia edita sanctione munivit: sed de his nos alias pluribus.

(*c*) Marcian. Novel. tit. 5. de test. cler.

LXXII.

Quod insuper ad leges Theodosii spectat; laudatur ab Aurelio Victore (*d*) lex illa a Theodosio data, qua consobrinarum conjugium vetaretur: meminit hujus quoque legis S. Ambrosius ad Paternum scribens, cum ait (*e*): *Sed si divina te prætereunt; saltem Imperatorum præcepta, a quibus amplissimum accepisti honorem, haudquaquam præterire te debuerunt. Nam Theodosius Imperator etiam patrueles fratres & consobrinos vetuit inter se conjugii convenire nomine; & severissimam pœnam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora: & tamen illi invicem sibi æquales sunt tantummodo, quia propinquitatis necessitudine & fraternæ societatis ligantur vinculo: pietati eos voluit debere, quod nati sunt. Sed dicis alicui relaxatum. Verum hoc legi non præjudicat, &c.*

(*d*) Aurel. Victor. in Theodos. 1

(*e*) Ambr. epist. 66.

LXXIII.

Porro lex ista Theodosii periit; sed illa tantum extat quæ Constantio tribuitur, sancita Romæ, Arbetione & Lolliano Consulibus (*f*). Quod autem ait Ambrosius severissimam pœnam a Theodosio adversus hos fuisse statutam; quænam illa fuerit, reperies in constitutione Arcadii & Honorii Imperatorum, severitatem ejus legis mitigantium, qua (ut ibi dicitur) statuta erat pœna ignis atque bonorum proscriptio (*g*). Existimavit namque Theodosius opus esse severissima lege sancire disciplinam, quam Constantii constitutione decretam effrenis libido violasset. Sane quidem ut Romani ducerent consobrinas, nequaquam antiquo jure factum apparet, sed recentiori, ut Plutarchus auctor est, qui ait: (*h*) *Antiquitus enim sanguine junctas Romani non copulabant sibi matrimonio, & ne nunc quidem materteras, aut sorores; sero concessum fuit, ut ducere consobrinas liceret:* idque gratia populari potius, quam libere decernente Senatu, factum affirmat, cum subdit: *Vir quidam pecunia indigens, alias bon stu & gratia populari nemine inferior, consobrinam habere putabatur uxoris loco, ad quam hæreditate dos magna pervenerat, eaque ratione dives ipse esse: cui cum esset eo nomine dies dicta, populus omissa causæ cognitione eum absolvit; decretoque facto, nuptias consobrinarum permisit publice, conjugio autem superiorum graduum interdixit.* Hæc Plutarchus. Intelligis quanta levitate tanta res fuerit pertractata? Passus tamen est ex hac lege a Gentilibus invidiam Theodosius, ægre ferentibus ad jus antiquum pœnis gravissimis revocari; pro cujus sanctionis defensione, & aliarum, in quas illi obloqui non cessabant, Paulinus (ut suo loco dicetur) defensionem scripsit egregiam.

(*f*) l. 2. de incest. nupt. C. Theod.

(*g*) l. 1. de incest. nupt. C. Theod.

(*h*) Plutarch. Quæst. Roman. q. 6.

LXXIV.

Purgavit igitur tamquam scopa Theodosius hac lege non excrescentes solum Gentilium Romæ libidines, sed & aliorum Paganorum ubique degentium: siquidem Græci Ethnici antiquarum Legum Solonis & Lycurgi auctoritate, necnon Ægyptii ex antiquo more jureque patrio non a consobrinis tantum, sed nec ab uterinis conjugio abstinebant: audi enim Philonem, qui dum agit (*i*) de legibus Judæorum, quibus hujusmodi conju-

(*i*) Philo. de special. leg.

jugia vetita erant, hæc ait: *Quamvis Atheniensis Solon hoc observent in uterinis tantum germanis, eodem patre prognatis relinquit liberum. Contra Lacedæmoniorum legislator uterinis non interdicit connubio, sed solis eodem patre genitis. At Ægyptius ridens utriusque simplicitatem & semiperfecta placita, laxavit libidinem, & auxit in corporibus animisque insanabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducendi sorores, sive per alterum parentem sive per utrumque cognatas, majores pariter & minores, æquales ve, ne gemellis quidem exceptis*. Hæc Philo. Tot igitur tantaque in orbe Romano aucta turpitudinum mala lex una Theodosii in Ethnicis sancte curavit, quæ in Christianis ipsa religionis professio procul amoverat: nam (ut pluribus docet Theodoretus libro de legibus) una cum nomine Christiano, abdicatis omnibus pravis moribus antiquatisque turpibus iniquisque legibus, divinæ, puræ, justæ, sanctæque leges servandæ ab omnibus susceptæ sunt.

Sed illud quidem perperam factum, ut quot Christiani Principes vetuerint sanctionibus ne inter consobrinos matrimonium iniretur, iidem Principes id faciendi aliquando licentiam impertirent: quem usum usque ad Gothos Reges in Italia regnantes perseverasse, formula dispensationis (a) a Cassiodoro conscripta declarat.

(a) *Cassiod. l. 7. form. 46.*

LXXV. Obitus Gallæ Augustæ.

Hoc quoque anno Galla Augusta posterior Theodosii conjux, Constantinopoli cum esset ex hac vita migravit, quam Arcadius sepelivit: eodemque tempore in foro haud longe ab ecclesia erecta est columna, desuperque fuit Theodosii argentea statua collocata; sed & obeliscum etiam hoc anno in Circo Constantinopoli positum affirmat Marcellinus sub hujus anni Consulibus. Reliquit autem Galla unicam prolem, nempe filiolam, nomine Gallam Placidiam; de qua suo loco dicendum pluribus erit.

PAGIUS XII. *Gallam inter & Arcadium dissidium.*

Ad num. LXXV. Marcellinus in Chronico sub hujus anni Consulibus scribit: *Galla Theodosii uxor ab Arcadio privigno suo ejecta est. Obeliscus in circo positus est: columna haud longe ab Ecclesia constituta est, quæ argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur*. Baronius, qui in Annalibus hæc verba recitat, ait, Gallam hoc anno demortuam, & ab Arcadio sepultam; quæ profecto Marcellinus non dicit. Imo Zosimus pag. 776. Valentiniani junioris morte, quæ anno CCCXCII. accidit, narrata, ait: *Universis hisce Theodosio Principi eodem tempore renuntiatis, uxor ejus Galla, fratrem deplorans, Regiam universam conturbat*. Mortua est autem Galla anno CCCXCIV. quo Theodosius ad vindicandam Valentiniani junioris mortem Constantinopoli digressus est, teste Zosimo pag. 777. *Conjugem ipsius Gallam parturientem mors contigit, infantis onere cum vita deposito*. Obeliscus ille qui hactenus Constantinopoli visitur, Vicennalium Valentiniani occasione Theodosio positus: nam Imperatoribus hujusmodi solennia in Occidente exhibentibus, in Oriente obelisci erecti, Ecclesiæ dedicatæ, similiaque peracta & vice versa.

I. Symmachus reconciliatus Theodosio.

CHristi annus trecentesimus nonagesimus-primus adscribitur Fastis Consulatu Tatiani & Symmachi: hic enim ob patrocinium patriorum cultus deorum (ut vidimus) extra trecentesimum lapidem a Theodosio relegatus, sed restitutus, scripto jam (ut Socrates ait *a*) ad Theodosium Apologetico, ab eodem est evectus ad Consulatum. Quod enim Symmachus inter Senatores primarius emineret, & in rebus gerendis solertissimus ac sagacissimus haberetur, cujus tantum nutu reliqui moverentur; Theodosius rediturus in Orientem, eum amplissimo magistratu voluit demerere, ne quid turbarum ab eo adversus Valentinianum, quem solum relinqueret in Occidente, concitaretur. Agit de hujusmodi Symmachi Consulatu a Theodosio Imperatore ei collato Prudentius, cum ostendit Theodosium nequaquam egisse tyrannice, cum Romæ cultum idololatriæ abolendum lege sancivit: nam amplissimorum magistratuum participes quoque Ethnicos esse voluisse affirmat, cum ait (*b*):

(*a*) Socr. l. 5. c. 14.

(*b*) Prudent. adv. Symm. l. 1.

Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros probibet. Quoniam cælestia numquam
Terrenis solitum per iter gradientibus obstant,
Ipse magistratum tibi Consulis, ipse tribunal
*Contulit, oratumque * toga donavit amictum,*
Cujus relligio tibi displicet: o pereuntum
Assertor divum, solus qui restituendos
Volcani, Martisque dolos, Venerisque perores,

* auratumque.

& quæ sequuntur.

II. Cæterum ne Symmachi honoris præstantia quicquam sibi arrogaret Gentilicia superstitio, idem Theodosius tunc novis eam rursus, antequam recederet ab Italia, exagitat sanctionibus; quarum prima data mense Februarii sic se habet (*c*):

Imppp.

(*c*) l. 10. de Pagan. C. Theod.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 1884.

SÆC. IV. Anno Urbis 1144. Olymp. 291. 20.3. secundum Baronium Olymp. 292. A.C. 391.

☉ 8. E. ☽ 12. P. 6. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 391.

SIRICII PAPÆ 8.

VALENTINIANI JUNIORIS 17.

THEODOSII 13. ARCADII 9.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. *Tatianus* & *Q. Aurel. Symmachus*; prior Orientalis, ut ex Legibus Codicis Theodosiani patet: posterior Occidentalis, cujus variæ epistolæ ad nos pervenere.

II. Duæ Valentiniani Leges adversus Hæreticos. Baron. n. VI. num. XV.

Lex Codicis Theodosiani 5. *De Apostatis*, non a Theodosio, ut existimavit Baronius, sed a Valentiniano juniore emissa: inscripta est enim Flaviano Præfecto Prætorii Illyrici & Italiæ, non vero Orientis, ubi Tatianus Præfectus Prætorio fuit, dataque est *Concordia*, quæ Italiæ urbs. De ejus explicatione legendus Gothofredus in Commentario. Neque etiam Lex 20. ejusdem Codicis *De Hæreticis*, ad Orientalem Ecclesiam referenda, ut putavit Baronius. Data est enim *Romæ*, eaque urbibus Romanæ urbi vicinis Hæretici, eorumque Conventus arcentur. Præterea, hoc edictum peculiariter ad *Manichæos* pertinet, quos ante biennium ferme Theodosius & Valentinianus Lege 18.

NOTÆ [1] COss. *Tatianus*, & *Q. Aurelius Symmachus*. Plerique ad *Tatianum* referunt litteratos lapides, in quibus *Titianus*, *non Tatianus* legitur. Habentur apud Relandum. Alium habes apud Fabrettum pag. 208. n. 516. in quo T. FL. POSTUMIO TITIANO V. C. COS. At nomen Consulis hujus anni est *Tatianus*. Vetus lapis ex cœmeterio Commodillæ erutus e. A. D. 1720. apud Boldettum lib. II. cap. XVIII. pag. 145.

D. IN PACEM. VII. IDUS. MAII. TATIANO ET
SYMMACO CONSS.

Inscriptio item Christiana, Romæ in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii A. D. 1737. collocata.

IN PACE DEP. III. NON. MAI
TATIANO E SYMMA.

De *Symmacho* vero lapis apud Fleetwodum pag. 502.

Q. AURELIO. SYMMACHO. V. C.
COS. ORDINARIO

Confer, si lubet, Gothofredum in Prosopographia Codicis Theodosiani. Fasti Idatii: *Tatiano & Symmacho*. Prosper editus: *Tatiano & Symmacho*. Marcellinus Comes: *Tatiano & Symmacho*. Prosper MS. *Tatiano & Symmacho*. Paschalis latercolus MS. in fine Gennadii: *Tatiano & Symmaco*. Ergo *Tatianus*, cujus prænomen latet, non *Titianus* appellandus est. Hinc lapides, qui *Titianum* habent, ad *Tatianum* hujus anni consulem non pertinent.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Albino PP.

Nemo se hostiis polluat: nemo insontem victimam cædat: nemo delubra adeat, templa perlustret, & mortali opere formata simulacra suscipiat; ne divinis atque humanis sanctionibus reus fiat. Judices quoque hanc formam contineant; ut si quis profano ritui deditus templum uspiam, vel in itinere, vel in Urbe adoraturus intraverit, quindecim pondo auri ipse protinus inferre cogatur: necnon Officium eius parem summam simili maturitate dissolvat, si non & obstiterit Judici, & confestim publica attestatione retulerit: Consulares senas, Officia eorum simili modo, correctores & præsides quaternas, apparitiones illorum similem normam æquali sorte dissolvant. Dat. III. Kal. Mart. Mediolan. Tatiano & Symmacho Coss.*

* metalli.

Quæ Theodosius adversus Idololatras.

III. Porro hæc sanciri voluit Theodosius ex Senatusconsulto, cum, latis Comitiis, singulorum Senatorum est rogata sententia: de quibus ita Prudentius:

Aspice quam pleno subsellia nostra Senatu
Decernant infame Jovis pulvinar, & omne
Idolum longe purgata ex Urbe fugandum.
Qua vocat egregii sententia Principis, illuc
Libera cum pedibus, tum corde frequentia transit:
Nec locus invidiæ est, nullum vis aspera terret:
Ante oculos sic velle patet: cunctique probatum,
Non jussum, sola capti ratione sequuntur:

Rursum vero idem Theodosius ad Ægypti magistratus aliam ejusdem argumenti dedit sanctionem, his verbis conscriptam (a):

(a) l. 11. eod. tit.

Iidem AAA. Evagrio Præfecto Augustali & Romano Comiti Ægypti.

IV. *Nulli sacrificandi tribuatur potestas: nemo templa circumeat: nemo delubra suscipiat: interclusos sibi nostræ legis obstaculo profanos aditus recognoscant: adeo ut si quis vel de diis aliquid contra vetitum sacrisque molietur, nullis exuendum se indulgentiis recognoscat. Judex quoque, si quis tempore administrationis suæ, fretus privilegio potestatis, polluta loca sacrilegus temerator intraverit; quindecim auri pondo; Officium vero ejus nisi collatis viribus obviarit, parem summam ærario nostro inferre cogatur. Dat. XV. Kalend. Julii, Aquilejæ, Tatiano & Symmacho Consulib.* Hæc adversus Gentiles.

V. Quod vero sciret idem Theodosius Imperator, esse inter Christianos nonnullos, qui conciliandi sibi Imperatoris gratia, ex deorum Gentilium cultu ad Christianam se religionem contulissent, eosdemque pro conditione rerum ac temporum parvo momento huc & illuc impelli; ut eos in susceptæ religionis contineret officio, hisce voluit legibus coercere (b):

(b) L. 4. de Apost. C. Theod.

Imppp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. Flaviano PP.

Quæ Theodosius adversus Apostatas.

Hi qui sanctam fidem prodiderint, & sanctum baptisma profanaverint, a consortio omnium, segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti (ut ante iam sanximus) non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam præcepissemus procul abjici ac longius amandari, nisi pœna visum fuisset esse majoris, versari inter homines & hominum carere suffragiis. Sed nec unquam in statum pristinum revertentur: non flagitium morum oblitterabitur pœnitentia; neque umbra aliqua exquisitæ defensionis aut muniminis obducetur. Quoniam quidem eos qui fidem, quam Deo dicaverant, polluerunt, & prodentes divinum mysterium in profana migrarunt, tueri ea quæ sunt commenticia & concinnata non possunt. Lapsis etenim & errantibus subvenitur; perditis vero, hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentiæ, quæ solet aliis criminibus prodesse, succurritur. Dat. V. Kal. Maii, Concordiæ, Tatiano & Symmacho Coss.

VI. At ne videretur ipse Imperator ejusmodi sanctione voluisse tantum errantem infrenare plebeculam, paucos post dies appendicem adjecit ad coercendos eos qui in sublimiori gradu collocati essent, ita ad eumdem Flavianum referibens (c):

(c) l. 5. de Apost. C. Theod.

Si quis splendor collatus est in eos vel ingenitus dignitatis, qui fide devii & mente cæcati, a sacrosanctæ religionis cultu & reverentia descivissent, ac se sacrificiis mancipassent; perdant: ut de loco suo, statuque dejecti; perpetua urantur infamia; ac ne in extrema quidem vulgi ignobi-

PAGIUS 18. *De Hæreticis*, urbe Roma expulerunt; at nunc etiam urbibus Romæ vicinis pelli jubentur, id est, ultra centesimum lapidem. Legendus Gothofredus in ejus Commentario.

III. *S. Augustinus fit Presbyter.*

Sanctus Augustinus circa Pascha Presbyter ordinatus videtur. Cum enim *Valerius* Episcopus, qui ei Sacerdotium detulit, vellet, Augustinum imposito munere statim fungi, is ad se præparandum *parvum tempus vel usque ad Pascha* sibi concedi rogavit, ut liquet ex Epistola Augustini 148. ad Valerium. An vero parvum illud tempus a Valerio obtinuerit, incertum.

Baron. n. XXII.

Theodosius M. ex Italia, ubi triennio ferme constiterat, Constantinopolim rediit his Coss. cum Honorio filio suo, ut testatur Socrates lib. 5. cap. 18. qui addit, eum in eam urbem ingressum esse, *die IV. Idus Novembris.* Marcellinus in Chronico eum etiam hoc anno Constantinopolim reversum tradit.

IV. *Theodosius relinquit Occidentem.*

Baron. n. VII.

bilis parte numerentur. Quid enim his cum hominibus potest esse commune, qui infandis & feralibus mentibus gratiam communionis exosi, ab hominibus recesserunt? Dat. V. Id. Maji, Concordiæ, Tatiano & Symmacho Coss.

VII. Quid Gentiles machinati in Valentinianum.

His ergo cohibiti legibus Gentiles nobiles, & qui honoris ac quæstus causa in gratiam Theodosii Christianæ fidei cultum fuerant amplexati; ægro ferentes animo hisce vinciri vinculis, de novo in Occidente Imperatore creando meditari cœperunt, postquam Theodosius Constantinopolim rediisset: quod scirent absque ejus patrocinio Valentinianum adolescentulum imbellem perfacile e medio tolli posse. Res igitur in annum sequentem dilata est, quod ipse Theodosius ad hujus anni prope finem moram traxerit in Occidente: nam auctor est Socrates (*a*), eumdem Imperatorem recedentem ex Italia, Constantinopolim pervenisse quarto Idus Novembris. Quo cum advenrasset, nihil antiquius habuit quam ut absoluta basilica, quam in honorem S. Joannis Baptistæ in Septimo sumptuose erigendam curarat, inventum sub Valentis Imperatoris tempore caput ejusdem S. Joannis Baptistæ in eam ex Coslai vico prope Chalcedonem posito transferret: constat quidem auctoritate Sozomeni atque Prosperi sui ipsorum sæculi res scribentium id post reditum Theodosii ex Italia esse factum, antequam Valentinianus Imperator occumberet. Cæterum anni unius errore lapsus videtur Prosper, nisi id vitio librariorum acciderit, dum ejusmodi translationem capitis factam tradit per Theodosium anno superiori sub Consulatu Valentiniani quarto atque Neoterii; cum omnium assertione liqueat, ipsum non ante præsentem annum Constantinopolim rediisse, reversum autem istud ipsum curasse. Quamobrem nec audiendum Cedrenum putamus, qui ejusmodi translationem ad annum sextum Theodosii refert, vel qui ad posteriora reponunt tempora. At quid de his in primis Sozomenus tradat, audiamus (*b*):

(*a*) *Socrat. l. 5. c. 19.*

Translatio capitis S. Joannis Baptistæ in Septimum.

(*b*) *Sozom. l. 7. c. 21.*

VIII. Sub Valente Imp. repertum caput S. Joannis Baptistæ.

Circa hoc tempus Constantinopolim translatum fuit Joannis Baptistæ caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat. Fertur autem fuisse repertum apud monachos quosdam sectæ Macedonianæ: qui cum primum Hierosolymis habitassent, postea migrarunt in Ciliciam. Sub eo autem Imperio, quod ante præsens hoc fuit (nempe Valentis Augusti) *indicante Mardonio, qui domus Imperatoris major eunuchus erat, jusserat Valens illud Constantinopolim transferri. Itaque illi qui in hoc missi erant, publico vehiculo impositum agebant. Sed ubi ad Panticbium pervenissent* (*qui locus est Chalcedonis*) *non ulterius procedere valuerunt muli, qui vehiculum trahebant, & quidem comminantibus equisonibus, & auriga flagris acriter urgente. Cum autem nihil proficerent, videreturque cunctis & ipsi quoque Imperatori res ea non sine miraculo & numine divino geri; sacrum hoc caput in Coslai pago deposuerunt: erat enim is forte in proximo, & ad Mardonii hujus ditionem pertinebat. Circa hoc autem tempus, sive Deo, sive ipso Propheta exsuscitante, venit in hunc pagum Theodosius Imperator. Cui quidem, cum Baptistæ reliquias tollere vellet, solam ajunt restitisse Matronam: ea erat virgo sacra, sed quam sectarentur minister & custos.*

IX. Theodosius accipit caput Joannis Baptistæ, *Valentis.

*Cum autem illa cunctis viribus resisteret; ratus eam non esse cogendam, precibus contendebat Imperator, ut concederet. Et postquam gravate cessisset; irritum fore Imperatori quod conabatur, ex eo rata, quod tempore Valentiniani * acciderat; purpura sua thecam in qua jacebat caput involvens, accipiebat, ac reversus ante urbem Constantinopolitanam condidit in loco quem Hebdomon vocant, ædificato ibi in honorem Dei amplissimo pulcherrimoque templo. Matronam porro, quamvis frequenter ac multum precatus & blandis pollicitationibus adortus esset, inducere Imperator non potuit, ut ab opinione sua desisteret; erat enim sectæ Macedonianæ. Quamquam tamen Vincentius presbyter ejusdem sectæ fautor, qui & ipsam & Prophetæ loculos ex æquo venerabatur, & sacerdotio in hunc ipsum usum fungebatur, evestigio secutus est, & cum his qui de Catholica Ecclesia erant, communicavit: cum quidem* (*uti Macedoniani dicunt*) *cum jurejurando protestatus esset, se ab eorum opinione numquam esse recessurum. Sed ille ad extremum id hac adjecta conditione manifeste terminavit. Ut si Baptista sequi vellet Imperatorem, & ipse quoque cum eodem absque omni hæsitatione conscientiæ communicaret. Fuit autem hic natione Persa; & cum sub Imperio Constantii persecutio Christianos affligeret, fugiens una cum Adda consobrino suo, ad Romanos venit, atque ipse quidem in clerum allectus est, & ad presbyterii dignitatem processit: Addas autem uxore ducta plurimum profuit Ecclesiæ, & filium reliquit Auxentium, virum erga Deum fide, erga amicos promptitudine insignem, vita integrum, litterarum amatorem, & omnigena tum Gentilium, tum Ecclesiasticorum eruditione præditum, moribus commodis, licet Imperatori & aulicis familiaris esset & in bellicis expeditionibus splendide se gessisset. Verum illius quidem crebra mentio est tum apud probatissimos quosque monachos, tum apud homines studiosus, qui ipsum familiariter cognoverunt. Matrona vero usque ad obitum in Coslai pago versata est, vixitque generose admodum & caste, & sacris*

De Vincentio & Adda Persis Christianis.

cris

oris virginibus præfuit; quarum etiam nunc multas supereſſe intellexi, quæ mores disciplinæ per Matronam accepta dignos repræſentant. Hucuſque Sozomenus.

X. Hiſtoria a Macedoniano auctore accepta.

Sed quoniam a Macedoniano homine noſcitur ejuſmodi hiſtoriam mutuatus, auctorem minime citandum putavit: at quiſquis ille fuerit, ſectæ favit, dum ſuis adſcripſit ejuſdem ſancti Præcurſoris Domini inventionem capitis, illius vero cuſtodiam tribuit Matronæ virgini. Quamobrem hæc omnia ad lapidem Lydium admovenda ſunt, ut quæ veritate ſubſiſtant, quæve nutent, perſpicue poſſit intelligi. Atque illud in primis certum eſt translationem ſacratum reliquiarum nequaquam fieri hoc tempore ſolitam curru, equiſonibus, & aurigis, ſed Epiſcoporum humeris pompa ſolemni. Accipe quid ſub Arcadio Theodoſii filio dicat factum S. Hieronymus de reliquiis Samuelis Prophetæ, cum ex Palæſtina in Thraciam delatæ ſunt (a): *Sacrilegusne*, inquit, *dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tempore de Judæa tranſtulit in Thraciam? Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui judicandi, qui rem viliſſimam & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portaverunt? Stulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia, quaſi præſentem viventemque Prophetam cernerent, ſuſceperunt, ut de Palæſtina uſque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem una voce reſonarent?* &c. Portaverunt quidem & Epiſcopi ipſi humeris ſacratiſſima Joannis pignora, & non currus, quem mulæ traherent. Accipe de his exemplum aliud, quod idem S. Hieronymus ſcripſit de ſanctæ Paulæ defunctæ corpore, quod quidem Epiſcoporum humeris ad ſepulturam elatum fuiſſe affirmat: *Tranſlata*, inquit (b), *Epiſcoporum manibus, & cervicem feretro ſubjicientibus.* En vides, quibus ritibus & qua pompa efferri, transferrique ſolerent ſacræ reliquiæ; quæ quidem religionis officia adhibita eſſe, immo & cumulatius exhibita digno triumpho in evectione venerandi capitis magni Baptiſtæ, recentioris Eliæ, terreſtris Angeli, Præcurſoris Domini, Prophetæ & plus quam Prophetæ, Veritatis præconis, amici ſponſi, & magni martyris, negare quis poterit?

(a) *Hier. adv. Vigilant.*

(b) *Hier. epiſt. 27.*

XI.

Rurſum vero ad confutandam eamdem ex Macedoniano auctore petitam hiſtoriam hæc adjicimus. Quam inſulſe fingitur altercatio illa Theodoſii Imperatoris cum Macedoniana femina, & abjecta nimis illa cum precibus & blanditiis poſtulatio tanti Principis pro aſſequendo tanto ab hæretica virgine munere? quaſi capere & vendicare non licuiſſet, niſi illa præbuiſſet aſſenſum; cum nemo non ſciat, ex his quæ ſuperius dicta ſunt, eumdem Imperatorem Macedonianos & alios hæreticos exagitaſſe legibus ſeveriſſimis. Faceſſant igitur commenta iſthæc; illudque unum ratum firmumque ex Sozomeno habeatur, poſt reditum Theodoſii ex Occidente, factam eſſe ab ipſo ejuſdem ſacri capitis in Hebdomon, in baſilicam ea de cauſa illic erectam, translationem: id affirmantibus etiam (ut dictum eſt) ex Latinis ejuſdem temporis Proſpero, & qui poſt ipſum ſecuti ſunt (c), ex Græcis poſt Sozomenum Cedreno (d), atque (e) Nicephoro. Cujus pii ſtudii Theodoſii, etiam adverſantium dæmonum teſtificatione, magnum conſtat eſſe præmium conſecutum, cum pugnante pro ipſo Joanne Baptiſta in difficillimo bello pollentem viribus Eugenium expugnavit tyrannum, ut ſuo loco patebit.

(c) *Sigebe. in Chron. & alii.*

(d) *Cedren. in compend.*

(e) *Niceph. l. 12. c. 49.*

XII. Alia de inventione capitis Hiſtoria.

Cæterum quod ſpectat ad ejuſdem venerandi Baptiſtæ capitis inventionem, nulla eſt fere hiſtoria quæ tot obvolvatur ambagibus, & variarum dubitationum complicata ſit nodis. Etenim apud Acta (f) Matronæ Pergenſis ea contigiſſe fertur tempore Leonis Imperatoris atque Verinæ Auguſtæ, non cum primum apud Herodis regiam inventum eſt, ſed cum in agro Emeſæ civitatis repertum. Apud Marcellinum Comitem aliter facta eſſe inventio capitis legitur, Opilione & Vincomalo Conſulibus, ſub Imperatoribus Valentiniano, & Marciano, anno Domini quadringenteſimo quinquageſimo tertio; apud quem ipſa prior atque poſterior ejuſdem capitis inventio pluribus enarratur: apud Marcellinum dixerim potius, quam a Marcellino, utpote ab aliquo illius addita Chronico, quod perbrevibus quidem rerum monumentis ab ipſo elaboratum eſſe conſtat, non autem longioris alicujus narratione hiſtoriæ: ut plane appareat, conſarcinatoris futura pannum novum veteri conſutum veſtimento. Sed gravioribus ſcatet erroribus quod apud incertum habetur auctorem in tractatu illo qui apud Cyprianum extat de revelatione capitis Joannis Baptiſtæ; dum poſt illam quam recitat ex Marcellino auctore primam in palatio Herodis inventionem factam tempore Marciani Auguſti, poſteriorem addit per Marcellinum presbyterum, atque ab eodem allatum ipſum caput Alexandriam, datumque Jurando ejus Civitatis poſt Theophilum Epiſcopo. Quis hic, rogo, Jurandus ſucceſſor Theophili? An Cyrillum poſt Theophilum ſediſſe, potuit aliquis ignoraſſe? Sed illud monſtruoſius: quonam pacto valuit ſucceſſori Theophili Joannis caput afferri, cujus prior inventio ab ipſo facta dicitur ſub Marciano, poſterior vero, cum Alexandriam tranſlatum fuit longe poſtea? Sed nugæ ſunt iſtæ, ac plane ſomnia,

(f) *Metaph. die 8 Novemb. Sur. tom. 6.*

mnlu, cum ex his dicendum esset, ante illud acceptum a successore Theophili, quam primo inventum fuerit: cum tamen nounisi post secundam inventionem, Aleuandriam translatum esse dicarur: certa enim temporum ratio, etsi aliæ deessent probationes, ista omnino redarguit atque confutat.

XIII. Prætermittimus hic de tertia ibi posita ejusdem Joannis (ut ubi dicitur) inventione capitis & in Gallias facta translatione pluribus agere: nam cum mendaciis in primis ea innitatur historia; nova ut subsistat, jacienda essent eidem fundamenta; atque si posset, docendum inprimis, quo modo illud ipsum quod constat Constantinopolim esse translatum, postea delatum fuerit Alexandriam. At est quod conjicere valeas lector, eu iis quæ idem incertus auctor ibi habet, cujusnam Joannis caput illud fuerit, quod in Gallias traustarum est, Baptistæne, vel alterius Joannis. Sed audi quæso. Dicitur ibi revelatum fuisse cuidam Felici monacho, dictumque illi: *Felix, surge concitus & pergens ad Civitatem Alexandriæ, invenies ibi Ecclesiam in honorem S. Joannis Baptistæ consecratam, ubi caput ejus cum tribus pueris innocentibus conditum est, &c.* Porro invenies in Actis Cyri & Joannis martyrum (a), a Cyro Memoriam erectam fuisse Alexandriæ trium puerorum: Joannemquu martyrem collegam, Edessa oriundum, capite truncatum: ut plane conjectura non levis sit, hujus Joannis capitis factam esse Alexandria in Gallias translationem. At diximus de his in Notis (b). Verum ut ad inventionem Baptistæ capitis, de qua agitur, revertamur: ferebatur Gelasii tempore ea de re historia quædam, de qua sic ipse (c): *Item scripta de inventione capitis S. Joannis Baptistæ, novellæ quidem relationes sunt, & nonnulli eus Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum manus advenunt *, beati Pauli Apostoli præcedat sententia (d): Omnia probate: quod bonum est, tenete.* Hæc ipse. At non existimes Gelasium intelligere potuisse eam de revelatione capitis scriptionem, quæ apud Cyprianum extat: nam longe post Gelasii tempora scriptam esse, ex Pipini memoria ibidem recensita, nemo non videt. Quamobrem cum novam eam dicat esse relationem, equidem puto de illa intelligere, quæ novissime traditur facta temporibus Marciani: recentiorem enim illa nullam iuvenies.

(a) Apud Metaph. die 31. Jan. Lipom. to.5. & Sur. to. 1.eo die.

(b) Notat. in Rom. Mart. die 29. Aug.

(c) Gelas. in Conc. Rom. decret. de libris authent.

* pervenerint.

Gelasii censura, quæ sugillet.

(d) 1.Thess. 5.

XIV. Insuper ex iis quæ superius dicta sunt, & ea confutantur, quæ apud Metaphrastem (e) leguntur in oratione de translatione manus ejusdem Joannis Baptistæ: nimirum a Justiniano Imperatore translatum esse eu Emesa ejusdem Præcursoris caput, quod obsignatum dicitur fuisse signaculo Constantiui: id enim idcirco ab auctore creditum, quod idem Justinianus Imperator ejusdem Joannis Baptistæ templum erectum in Hebdomo restituisset: quod a Theodosio ædificatum, Sozomenus, qui illud videre potuit, Constantinopoli cum esset, affirmat. Porro tam apud Græcos; quam Latinos publicis monumentis duplex memoria anniversaria die peragitur duplicis ejusdem Precursoris capitis inventionis; quarum prior illa dicitur facta eu ruderibus antiquæ Herodis regiæ; posterior vero ex agro Emesæ, unde translatum est Constantinopolim, in cujus solemnitatu Joannes Damascenus (f) ista habet: *Sicut divinum depositum occultum terræ Christus detexit caput tuum nobis, o Propheta & Præcursor: omnes igitur simul profecti, in hujus inventione cantibus Deiloquis Salvatorem laudamus, salvantem animas nostras supplicationibus tuis.* At de his hactenus: consular qui plura velit, quæ eodem argumento in Romano Martyrologio adnoravimus.

(e) Extat apud Sur. tom. 4.

Duplex ab Ecclesia celebratur inventio Capitis S. Jo. Baptistæ.

(f) Damasc. in Cant. Eccles.

XV. Jam vero quod reliquum est rerum gestarum Theodosii anni hujus, absolvamus. Quod enim cuperet Orientalem Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgatam prorsus reddi, ejusmodi edidit ultimo meuse anni hujus sanctionem (g):

*Hæreticorum polluta contagia pelli urbibus vicinis, proturbari, ac nullis penitus jubemus patere conventibus; ne quoquam sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum perversitati, vel publica conventicula, vel latiora erroribus secreta tribuantur. Dat. XIV. Kalend. Januarii, Rom. * Tatiano & Symmacho VV. CC. Coss.* Eu hac quidem constitutione Socrates erroris arguitur, dum ait, nonnisi Eunomiauos hæreticos a Theodosio exagitatos; reliquis autem, ut Arianis, & Novatianis, conventus agere permissum: sic enim habet, dum statum præsentis temporis hæreticorum in Oriente describit (h): *Eas porro res, quæ etiam apud alios, Arianos dico, Novatianos, Macedonianos, Eunomianosque gesta sunt, commemorare, operæpretium arbitror. Nam Ecclesia cum semel esset divisa* (immo ipsi ab Ecclesia divisi) *non una divisione acquievit: sed homines ab se mutuo aversi, alter ab altero denuo secesserunt: atque adeo exiguam leviculamque occasionem nacti, mutuæ communionis consociationisque vincula disruperunt. Proinde qua ratione, quando, & quibus de causis inter se dissenserint, consequenti sermone ostendemus.*

(g) l.20. de haret. Cod. Theod.

Theodosius pellit hæreticos.

* Nova Rom.

Socrates erroris arguitur.

(h) Socrat. lib.5. c.20.

XVI. *Illud interea intelligamus oportet, Theodosium neminem istorum exagitasse, præter Eunomium: quem, quoniam Constantinopoli domi sua conventus egerat, libros ab se editos palam ostenderat, multos denique sua doctrinæ labe infecerat, in exilium mitti jussit. Reliquis vero ne-*

quo

que molestiæ quicquam exhibuit, neque secum communicare coegit: sed singulis copiam fecit in locis separatis conventus agendi, & ita de religione Christiana sentiendi, ut quisque de ea opinionem conceperat. Atque ut aliis omnibus sectis potestatem permisit Ecclesias sibi extra Civitates construendi; sic Novatianis, utpote in fide Consubstantialis cum eo consentientibus, dedit mandatum, ut Ecclesias suas (sicut a me supra commemoratum est) intra urbes audacter & libere retinerent. Hæc Socrates: sed quam vera sint de aliis præsertim hæreticis, tum nuper recitatæ, tum reliquæ superius descriptæ latæ adversus hæreticos leges, apertam fidem faciunt, nosque alias de his eumdem auctorem erroris arguimus.

XVII. Novatiani inter se

Porro de schismate Novatianorum hoc tempore inter ipsos conflato; hæc idem Socrates subdit (a): *Cum post Agelium Marcianus Episcopus Novatianorum esset creatus: Ecclesia illorum tali de causa divisa est. Sabbatius quidam ex Judæo factus Christianus, & a Marciano ad presbyterii dignitatem evectus, nihilominus Judaicæ religioni, quo animus erat ante occupatus, servire laboravit: quinetiam simul Episcopatus adipiscendi cupiditate incensus fuit. Itaque nactus duos presbyteros Theoctistum & Macarium suæ cupiditatis adjutores, tempus & morem festi Paschatis celebrandi, qui in Pazo* * *viso Phrygiæ regnante Valente (sicut ante dixi) a Novatianis decerni tentatus erat, renovare cogitavit. Ac quamquam primum simulatione monasticæ vitæ excolendæ, ab Ecclesia recessit, sibique nonnullos, quos mysteriorum communione indignos censebat, permagnæ offensioni fuisse docuit: tamen haud ita multo post, dum conventus separatim agere instituerét, se manifesto aperuit. De quibus rebus certior factus Marcianus, suum ipsius in presbyteris ordinandis errorem & inscitiam propterea magnopere accusavit, quod homines tam inanis gloriæ appetentes ad munus presbyterii extulerat: atque graviter sibi succensens, dixit; multo fuisse satius, manus suas super spinas imposuisse, quam earum impositione Sabbatium ad gradum designasse presbyterii.*

(a) Socrat. l.5. c.20.

* Pepuzo.

XVIII. Synodus Novatianorum.

Idcirco Angari (est hoc emporium Bithyniæ prope Helenopolim situm) Concilium Episcoporum Novatianorum convocat. Qui cum essent in unum coacti, accersunt Sabbatium, eumque causas animi sui offensi coram Concilio proponere jubent. Ac simulatque ille dissensionem de festo Paschatis celebrando, causam attulerat, cur animo esset offenso: (illud enim tum ad consuetudinem a Judæis in eo servatam, ad præscriptum normamque eorum qui in Pazo convenerant, celebrandum esse dicebat) Episcopi in Concilio congregati, suspicantes illum sedis Episcopalis desiderio eam rem causatum esse, jurejurando hominem obstringunt, ut Episcopatum numquam capesseret. Iste ea de re jusjurandum dat. Illi tum canonem edunt de festo Paschatis; quem canonem ἀδιάφορον, idest, indifferentem vocabant; docebantque dissensionem de festo Paschatis non satis justam causam esse, cur Ecclesia dirimeretur: neque eos qui in Pazo coacti fuissent, præjudicium generali canoni fecisse. Nam veteres, qui proxime a temporibus Apostolorum aberant, quamquam de hoc festo inter se dissidebant, tamen inter ipsos mutuo communicasse, nec aliquando vinculo rupisse concordiæ. Quin etiam Novatianos, qui Romæ, quæ est civitas primaria, vitam degebant, tametsi numquam in eo festo morem Judæorum sequerentur, sed semper post æquinoctium Pascha celebrarent; tamen cum illis qui ejusdem erant fidei, quique alium morem in festo illo agendo servabant, minime discordiam exercuisse. Hæc de novo canone, quem adversus communem usum Ecclesiæ Catholicæ Novatiani statuere: cui non adhærere, nihil aliud fuisse, quam schismate a Catholicorum communione dividi, jam satis superius demonstratum est. Porro subdit de Sabbatio, iterum privatos conventus egisse, & contra jusjurandum Episcopum se creari passum esse.

XIX. Errores Socratis de ritibus Ecclesiarum.

Cum autem idem auctor falsa quadam assumptione affirmet, licuisse cuilibet absque dispendio Catholicæ veritatis celebrare qua die Pascha vellet: hæc sane ille, ut ex eo ipse Novatianus suos Novatianos excuset Episcopos, unius occasione Sabbatii in transversum acti. Dumque subdit quod ad ritus spectat, peculiares licere suos cuique vendicare, dumque diversarum Ecclesiarum ritus recenset, magnopere quidem errore labitur (ut de reliquis agere prætermittamus) dum ait (b): *Qui sunt Romæ tres septimanas ante Pascha, Sabbato & Dominico exceptis, simul jejunant.* Sed hæc certa demonstratione refellimos superius, dum egimus de Quadragesima tomo primo Annalium. Sicut & quod Sozomenus ait (c), semel tantum in anno Romæ Alleluja cantari solitum: cum superius sit demonstratum, etiam in ipsis defunctorum exequiis consuevisse Romæ occini Alleluja. Vel quod de his agens longe mentitur Nicephorus, dum ait (d): *Neque episcopus, neque alius quisquam in Ecclesia Romæ ad populum docens verba facit.* Sed quid ineptius dici potest? Nonne S. Ambrosius recitat sermonem Liberii Papæ ad populum habitum, cum soror ipsius factum velum virginitatem professa accepit? Nonne S. Leonis, & S. Gregorii adhuc extant homiliæ ad populum dictæ? Sed puto quidem, eosdem Novatianos auctores Novatianorum Ec-

(b) Socrat. lib.5. cap. 22.

(c) Sozom. lib.7. cap. 19.

(d) Niceph. l.12. cap.34.

cle-

clesiarum, quæ in diversis locis toto ferme orbe Christiano dispersæ erant, mores insinuare voluisse; vel nullo delecta habito Catholicorum & Orthodoxorum, eorumdem ritus simul commiscuisse, confudisseque. Nam quid est, rogo, quod ait Socrates (a): *In Thessalia aliam consuetudinem invaluisse novi, ut ibi qui clericus sit, si cum uxore, quam cum esset laicus ducebat, postquam clericus factus sit, dormierit, clericatu abdicatus sit: id adeo cum omnes illustres presbyteri in Oriente, & Episcopi etiam, modo ipsi voluerint, nulla lege coacti ab uxoribus abstineant: nam non pauci illorum, dum Episcopatum gerunt, etiam liberos ex uxore legitima procreant?* An non his contraria prorsus scribebat hoc tempore (ut dictum est) S. Hieronymus adversus Jovinianum? diaconos scilicet, & universum chorum sacerdotalem, nec ministrare, nec offerre hostias Deo potuisse, qui servirent operi conjugali: nam & assertione quoque Joviniani (ut ait) confirmat, esse non potuisse Episcopum qui in Episcopatu filios faciat: alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Quem quidem morem tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia viguisse, satis superius est demonstratum: ut non sit opus hic iterum eadem legentis fastidio iterare.

(a) Socrat. lib. 5. cap. 21.

XX. Subdit vero Socrates (b) de Arianis: *Quinetiam Ariani inter se ipsos divisi sunt ob hanc causam. Quæstiones controversæ captiosæque inter eos quotidie agitatæ, illorum disputationes ad absurdas quasdam sententias & opiniones provexerunt. Nam quoniam in Ecclesia creditur Deum esse Patrem Filii Verbi: quæstio inter eos oborta est, utrum Deus, antequam Filius existeret, Pater dici posset. Et quia Verbum Dei non ex Patre generatum, sed ex non essentiis extitisse opinabantur; in primo & summo quæstionis capite lapsi, non sine causa in absurdam contentionem inciderunt. Dorotheus igitur ab illis Antiochia accersitus, dixit, non posse Patrem aut esse, aut vocari, si non existat Filius. Marinus, quem e Thracia ante Dorotheum evocaverant, tempus opportunum nactus (ægre enim ferebat Dorotheum sibi prælatum) contrariæ sententiæ patrocinium suscepit. Qua de causa ipsi inter se divisi fuere. Ac cum propter inanem illam vocolam, quæ erat ante prolata, essent disjuncti, separatim alter ab altero conventus fecerunt, & qui parebant Dorotheo, in propriis ac suis locis manserunt: qui autem Marini sententiam sequebantur, extruxerunt sibi Ecclesias, conventusque seorsum egerunt: denique docuerunt, Patrem semper Patrem fuisse, etiam cum Filius non existeret. Appellabantur hi Psathyriani; propterea quod Theoctistus quidam psathyropola idest placentarum venditor, genere Syrus, ardenti studio huic opinioni patrocinatus est: cujus sententiam secutus est Selenas Gothorum Episcopus, vir genere permixto ortus: nam pater ejus Gothus fuit, mater autem Phryx.* Addit iterum subdivisam fuisse ejusmodi sectam in alios duos partes. Sed quid in his recensendis immoror, cum & exemplis recentibus spectemus oculis, quolibet ferme die hæreses parere hæreses, nec mense ferme integro hæresum patronos inter se sibi ipsis constare? qui utinam illos, de quibus agimus, Arianos imitarentur, de quibus idem auctor hæc subdit: *Quamobrem multi clerici, qui erant de istorum Episcoporum Ecclesiis, odio contra eos ob concertationem illam ex inanis gloriæ cupiditate ortam concepto, ab illis desciverant, seque totos addixerunt fidei Consubstantialis.*

(b) Socr. lib. 5. cap. 23.

De Arianis inter se divisis.

XXI. Post hæc autem idem Socrates (c) de Eunomianis agit in alias sectas inter se divisis, inter quas novissimas illas ponit, quarum alteram a Theophronio Eunomiotheophronianam, alteram vero ab Eutychio Eunomieutychianam tradit appellatam. Sed & Macedonianos inter se ait fuisse dissidentes sententia. Verum hoc peculiare hæresibus omnibus, ut quoniam abhorrent a veritate, quæ una eademque semper est, in diversas sententias sectasque distrahantur. Sit igitur prudenti homini signum potissimum, illic Catholicam Ecclesiam esse, ubi ab exordio una eademque semper fides viguit; hæreticorum vero esse, non dicam Ecclesiam, sed prostibulum, in quibus non una semperque manens cognoscitur sponsa, sed expositæ pro cujuscumque concupiscentia concubinæ. At his dimissis, jam reliquas hujus anni res gestas ordine prosequamur.

(c) Socrat. lib. 5. cap. 23.

De Eunomianis inter se dissidentibus.

XXII. Annus hic tertius numeratur, ex quo Sanctus Augustinus in Africam reversus una cum sociis laicus vixit (ut Possidius ait d) longe a curis sæcularibus, orationi, lectioni, ac scriptionibus vacans: quo ipse a Valerio Episcopo Hipponensi creatus est presbyter, cum ageret ætatis annum trigesimumseptimum; de cujus ordinatione hæc idem auctor (e): *Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi Catholica Valerius Sanctus Episcopatum gerebat. Qui cum flagitante Ecclesiastica necessitate, de providendo & ordinando presbytero Civitati plebem Dei alloqueretur & exhortaretur: jam scientes Catholici S. Augustini propositum & doctrinam, manu injecta (quoniam & idem in populo securus, & ignarus quid futurum esset, astabat) tenuerunt. Solebat autem laicus, ut nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesiis, quæ non haberent Epi-*

(d) Possid. Vit. S. Aug. c. 3.

S. Aug. initiatur Presbyteratu.

(e) Possid. ibid. cap. 4.

scopos, suam abstinere præsentiam. Vigebat namque mos ille, ut quem eruditione, & moribus insignem populus nosset, eumdem vi raptum, reclamantem licet, offerrent Episcopis ordinandum: quod plane contigit Augustino, de quo Possidius: *Eum ergo tenuerunt, & ut in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id uno consensu & desiderio fieri perficique petentibus, magnoque studio & clamore flagitantibus, uberrim eo flente: nonnullis quidem lacrymas ejus (ut nobis ipse retulit) tunc superbe interpretantibus, & tamquam eum consolantibus, ac dicentibus; quia locus presbyterii, licet ipse majore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatui. Cum ille homo Dei (ut nobis retulit) majori consideratione intelligeret & gemeret, quam multa & quam magna suæ vitæ pericula de regimine & gubernatione Ecclesiæ impendere jam ac provenire spectaret, atque ideo fleret. Et eorum tunc, ut voluerunt, completum est desiderium*. Porro de eadem vi sibi ab Hipponensibus adhibita testatur ipse Augustinus in epistola (a) ud Albinam. Cæterum sic creatus est presbyter, ut regimen Ecclesiæ Valerius illi concrederet. Unde Possidius subdit:

(a) Augustin. epist. 225.

XXIII. *Factus ergo presbyter, monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei servis vivere cœpit secundum modum & regulam sub Sanctis Apostolis constitutam: maxime ut nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur unicuique, sicut opus erat: quod jam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset*. Quod igitur S. Augustinus primus fuit qui monasticæ vitæ instituta invexit in Africam, eademque primus servare cœpit, aliisque servanda tradidit: inde accidit, ut Donatistæ putarint ejusmodi vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum; nam sic ipse adversus Petilianum (b): *Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum & monachorum; arguens etiam me, quod hoc genus vitæ a me fuerit institutum: quod genus vitæ omnino quale sit, nescit, vel potius toto Orbe notissimum, nescire se fingit*. Evexerat ipse ex Italia ejusmodi vivendi formam: viderat enim (quod ipse testatur) apud Mediolanensem Civitatem nobile monasterium; conspexerat & Romæ plura, eademque peregregia, quæ tamquam beatorum Civium choros laudavit: quam quidem disciplinam æmulatus, in Africana Ecclesia quam primum instituere conatus est: sensit vero his in primis hæreticos adversarios, nempe Donatistas; de quibus etiam superius dictum est.

(b) Aug. contra lit. Petil. l. 3. cap. 40.

XXIV. Cæterum jam ante presbyteratum, adhuc laicus, una cum suis sociis, de quibus diximus, idem vitæ genus in Africa excoluerat apud Tagastem; sed nondum aliquod ab eo instructum fuerat monasterium, cujus erigendi gratia se Hipponem contulerat, Hipponensem Civem Agentem in rebus, cujus Possidius (c) meminit, conventurus, a quo fuerat accersitus. At erit jucundius, hæc ipsa omnia ab ipsomet Augustino ad populum pro concione narrante percipere; ait enim (d): *Quærebam ubi constituerem monasterium, & viverem cum fratribus meis. Spem quippe omnem sæculi reliqueram: & quod esse potui, esse nolui: nec tamen quæsivi esse quod sum. Elegi (e) in domo Dei mei abjectus esse magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ab eis qui diligunt sæculum, segregavi me; sed eis qui præsunt populis non me coæquavi: nec in convivio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem, & abjectum; & placuit illi dicere: Ascende sursum. Usque adeo autem timebam Episcopatum, ut quoniam cœperat esse alicujus jam momenti inter Dei servos fama mea; in quo loco sciebam non esse Episcopum, ne illo accederem cavebam. Et hoc agebam quantum poteram, ut in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer. Sed ut dixi, Domino servus contradicere non debet. Veni ad istam Civitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, ut nobiscum esset in monasterio. Quasi securus perveni, quia locus habebat Episcopum. Apprehensus, presbyter factus sum, & per hunc gradum perveni ad Episcopatum. Non attuli aliquid, nec veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum iis indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus; cognito instituto & voluntate mea, beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni propositi fratres colligere, compares meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me: ut quo modo ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogavi, sic facerent & illi qui mecum esse voluissent, ut de communi viveremus, commune autem nobis esset magnum, & uberrimum prædium ipse Deus*. Hæc ipse.

(c) Possid. Vit. S. August. cap. 2.

(d) Aug. de diver. serm. 49.

(e) Psalm. 84.

XXV. Verum quod dicit Possidius, Augustinum factum presbyterum, monasterium intra Ecclesiam mox instituisse; aliter se rem habuisse, cum præcedens S. Augustini sermo declarat, tum quæ subdit his verbis: *Perveni ad Episcopatum: vidi necesse habere Episcopum, exhibere humanitatem assiduam quibuscumque venientibus, sive transeuntibus; quod si non fecissem, Episcopus inhumanus dicerer: si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum*. Hæc ipse; quibus declaratur, nonnisi fa-

cto ipso Episcopo accidisse quod ait Possidius, construxisse ipsum Augustinum monasterium intra Ecclesiam; ut ex his videas duo ab eo erecta fuisse Hippone monasteria, alterum cum adhuc presbyter esset, in horto; alterum vero cum factus est Episcopus, in ipsa Episcopali domo; quæ inhærens esse soleret Ecclesiæ. Instituit postea & monialium monasterium, eisdemque regulas vivendi præscripsit (a), sicut & clericis fecerat. Ex hac quidem Augustini plantatione accepti palmites longe lateque diffusi, tum in Africa, tum etiam in aliis plerisque Ecclesiis Occidentis fructu uberrimo locupletaruot Ecclesiam. Mansit Augustinus presbyter annos quatuor: nam (ut auctor est S. Prosper in Chronico) quarto post hunc anno, sub Consulatu Olybrii & Probini, fuit creatus Episcopus.

(a) Aug. ep. 109.

XXVI. Cum autem ordinatus Ecclesiæ Hipponensis presbyter S. Augustinus a S. Valerio Episcopo cogeretur Dei verbum populo ministrare; ipse cum non tantæ esse doctrinæ sibi videretur, ut tam grande munus obiret, inducias saltem petiit in sequens Pascha, quo in divinis Scripturis fieret eruditior. Extat adhuc ipsius libellus precum ea de causa tunc oblatus Valerio, dignus quidem qui hic integer describatur; sic enim se habet (b):

(b) Apud Augustin. epist. 148.

XXVII. Libellus supplex Augustini ad Valerium episcopum Hipponen.

Domino beatissimo & venerabili, in conspecta Domini sincera charitate carissimo patri Valerio Augustinus presbyter in Domino S.

Ante omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius & lætius, & hominibus acceptabilius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur: sed nihil apud Deum miserius & tristius & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet. Quis autem iste sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore quo discere cœperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum (nam quid aliud existimem nescio) ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram. Sed arbitror Dominum meum propterea me sic emendare voluisse, quod multorum peccata nautarum, antequam expertus essem quid illic agatur, quasi doctior & melior reprehendere audebam. Itaque postquam missus sum in medium, tunc sentire cœpi temeritates reprehensionum mearum, quamquam & antea periculosissimum judicarem hoc ministerium. Et hinc erant lacrymæ illæ, quas me fundere in Civitate ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animadverterunt; & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt.

XXVIII. *Sed multo valde, multo amplius expertus sum, quam putabam: non quia novos aliquos fluctus aut tempestates vidi, quas ante non noveram, vel non audieram, vel non legeram, vel non cogitaveram; sed ad eas evitandas aut perferendas solertiam & vires meas omnino non noveram, & alicujus momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me, & rebus ipsis ostendere voluit me ipsum mihi. Quod si non damnando, sed miserando fecit (hoc enim spero) certe vel nunc cognita ægritudine mea, debeo Scripturarum ejus medicamenta omnia perscrutari; & orando ac legendo agere, ut idonea valetudo animæ meæ ad tam periculosa negotia tribuatur: quod ante non feci, quia & tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso otii tempore ad cognoscendas divinas Scripturas cogitaremus, & sic nos disponere vellemus, ut nobis otium ad hoc negotium posset esse. Et quod verum est, nondum sciebam quid mihi deesset ad tale opus, quale me nunc torquet & conterit. Quod si propterea in re ipsa didici quid sit homini necessarium, qui populo ministrat sacramentum & verbum Dei, ut jam non mihi liceat assequi quod me non habere cognovi; jubes ergo ut peream, pater Valeri? ubi est charitas tua? Certe diligis me, certe diligis ipsam Ecclesiam, cui me sic ministrare voluisti: & tamen certus sum, quod & me & ipsam diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me noverim; qui tamen nec ipse me nossem, nisi experiendo didicissem.*

XXIX. *Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellem scire quid desit instructioni tuæ. Tam multa autem sunt, ut facilius possim enumerare quæ habeo, quam quæ habere desidero. Audeo enim dicere, scire me & plena fide retinere quid pertineat ad salutem nostram. Sed hoc ipsum quo modo ministrem ad salutem aliorum, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant? Et sunt fortasse aliqua, immo non est dubitandum esse in sanctis libris conscripta consilia, quibus cognitis & apprehensis, possit homo Dei rebus Ecclesiasticis ordinatioribus ministrare, aut certe inter manus iniquorum vel vivere conscientia saniore, vel mori, ut illa vita non amittatur, cui uni Christiana corda humilia & mansueta suspirant. Quo modo autem hoc fieri potest, nisi quemadmodum ipse Dominus (c) dicit, petendo, quærendo, pulsando, id est, orando, legendo *, plangendo? Ad quod negotium mihi parvum tempus vel usque ad Pascha impetrare volui per fratres a tua sincerissima & venerabili cha-*

(c) Mat. 7.

* agendo.

ri-

ritate, & nunc per has preces volo.

XXX.

Quid enim responsurus sum Domino Judici: Non poteram ista jam quærere, cum Ecclesiasticis negotiis impedirer? Si ergo mihi dicat: Serve nequam, si villa Ecclesiæ calumniosum aliquem pateretur, cujus fructibus colligendis magna opera impenditur, neglecto agro quem rigavi sanguine meo; si quid agere pro ea posset apud Judicem terræ, nonne omnibus consentientibus, nonnullis etiam jubentibus & cogentibus pergeres; & si contra te judicaretur, etiam trans mare proficisceres: atque hic modo vel annum vel amplius absentiam tuam nulla querela revocaret, ne alius possideret terram, non animæ, sed corpori pauperum necessariam: quorum tamen famem vivæ arbores meæ multo facilius, mihique gratius, si diligenter colerentur, explerent? Cur ergo ad discendam agriculturam meam, vacationem temporis tibi defuisse causaris?

XXXI.

Dic mihi, quid respondeam, rogo te. An forte vis dicam: Senex Valerius, dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit? Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem & severitatem Christi, per misericordiam & judicium ejus, per eum qui tantam tibi inspiravit erga nos charitatem, ut te nec pro lucro animæ nostræ audeamus offendere. Sic autem mihi Deum & Christum testem facis innocentiæ & charitatis & sinceri affectus, quem circa nos habes, quasi ego non de his jurare omnibus possim. Ipsam ergo charitatem & affectum imploro, ut miserearis mei, & concedas mihi ad hoc quod rogavi tempus quantum rogavi, atque adjuvet me orationibus tuis, ut non sit inane desiderium meum, nec infructuosa Ecclesiæ Christi atque utilitati fratrum, & conservorum meorum absentia mea. Scio quod illam charitatem pro me orantem, maxime in tali causa non despiciet Dominus; & eam sicut sacrificium suavitatis accipiens, fortassis breviore tempore quam postulavi, me saluberrimis consiliis de Scripturis suis reddet instructum. Hucusque libellus supplex Augustini ad Valerium Episcopum Hipponensem.

XXXII. Augustini usque in hæc tempora lucubrationes.

Quis hæc audiens, non existimet aliquem loqui hominem rudem, & sacrarum litterarum ignarum, quique Christianorum Theologiæ vix atrium penetrarit? An non hic ille Augustinus, qui ante hoc tempus pro defensione & illustratione Christianæ religionis tot tamque disertos ediderat commentarios adversus philosophos & hæreticos, nempe contra Academicos & Manichæos, elucubraratque libros *De beata vita*, *De ordine*, & aurea illa *Soliloquia*, *De immortalitate animæ*, *De disciplina*, *De moribus Ecclesiæ*, *De animæ quantitate*, *De libero arbitrio*, *De Genesi adversus Manichæos*, *De musica*, *De magistro*, & *De vera Religione*? Qui igitur talia tantaque præstiterat in hanc diem universæ Catholicæ Ecclesiæ, an non sufficiens erat ut publice doceret populum Hipponensem? sane quidem: sed id præstitit, quod sciret nihil in Ecclesia Dei majoris esse negotii, quam Evangelium prædicare: susceperant enim hoc ministerium Christus, & Apostoli ab eo missi, & Prophetæ; cum tamen iidem ante id ipsum muneris obituri a Deo vocati, resilientes interdum, & nonnisi magna Dei gratia roborati susceptum prosecuti sint opus: tales namque esse consueverunt præcones Catholicæ veritatis; hæretici vero contra, illis similes, de quibus Dominus (*a*): *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.*

(*a*) Hier. 23.

XXXIII. Divinæ Scripturæ immensitas.

Sed quid præterea? Qui divinarum Scripturarum mare magnum, ac spatiosum manibus sæpius navigio firmæ fidei, & remigio præclari ingenii, atque secunda divini Spiritus flante aura, tentarat; ejus immensa vastitate superatus, vix extremas undas littora verberantes sibi visus est attigisse. At ne hæc me putes fingere vel coloribus pingere: audi ipsum ad Volusianum scribentem (*b*): *Tanta*, inquit, *est Christianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non quo ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perveniatur difficultate; sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant; tantaque non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet (c): Cum consummaverit homo, tunc incipit.* Hæc ipse. Ex his probe, puto, intelliges, etiam si non ingeram; quanta levitate, temeritate, & audacia hoc nostro sæculo apud hæreticos credatur divina Scriptura cerdonibus.

(*b*) Aug. epist. 3.

(*c*) Eccli. 18.

XXXIV. Presbyteri in Africa docere incipiunt, Possid. Vit. S. August. c. 5.

Tentavit S. Valerius, quod ante nullus Africanorum Episcoporum attigerat, nempe ut presbyter Evangelium prædicaret, cum nonnisi Episcopi id obirent muneris; ait enim Possidius (*d*): *Sanctus vero Valerius ordinator ejus, ut erat vir pius & Deum timens exultabat, & Deo gratias agebat, suas exauditas a Domino fuisse preces, quas se frequentissime fudisse narrabat, ut sibi divinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei ædificare:*

cui

Presbyteri in Africa prædicant Evangelium.

cui se rei homo natura Græcus, minusque Latina lingua & litteris instructus, minus utilem pervidebat. Et eidem presbytero potestatem dedit, coram se in Ecclesia Evangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra usum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum. Unde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant. Sed vir ille venerabilis & providus, in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, utilitati Ecclesiæ consulens, obtrectantium non curabat linguas, dummodo factitaretur a presbytero, quod a se Episcopo impleri minime posse cernebat. Unde accensa, & ardens elevata super candelabrum (a) lucerna, omnibus qui in domo erant, lucebat. Et postea currente, & volante hujusmodi fama, bono præcedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare ceperunt verbum Dei. Hæc Possidius.

(a) Matth. 5.

XXXV. Aurelius Episcopus Carthaginensis promovet presbyteros ad docendum.

Et quidem non Ecclesiæ tantum tenues, sed ipsa primatum totius Africanæ provinciæ gerens Carthaginensis Ecclesia, & ejus Præses Aurelius nuper creatus Episcopus ejusmodi Valerii est imitatus exemplum: quod ut acceperunt Augustinus & Alipius, magno gaudio exultarunt, & litteris congratulati sunt ei ista scribentes (b): *Impletum est gaudio (c) os nostrum, & lingua nostra exultatione, nunciantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam, adjuvante Domino qui eam inspiravit, ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, & præcipue de sermone presbyterorum, qui te præsente, populo infunditur, per quorum linguas clamat charitas tua majore voce in cordibus hominum, quam illi in auribus. Deo gratias. Nam quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. Deo gratias, qui te & tam fideli pectore ditavit erga filios tuos; & id quod in intimo animæ habebas, quo humanus oculus non penetrat, eduxit in lucem, donando tibi non solum ut bene velles, verum etiam in quibus posset apparere, quod velles.* Hæc ipsi lætitia affluentes, quod cœpissent in Ecclesia Carthaginensi docere presbyteri. Tanto namque decuit præcentore novum occini canticum Domini.

(b) Aug. epist. 77.
(c) Psal. 125.

XXXVI. Reprehenditur consuetudo Africanæ Ecclesiæ.

Improbata igitur fuit & irrita reddita ea Africanæ Ecclesiæ consuetudo, qua juberentur tacere presbyteri: nam eam his verbis sugillat S. Hieronymus, dum ait in epistola ad Nepotianum (d): *Pessimæ consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis, tacere presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui; quasi aut invideant, aut non dignentur audire. Etsi alii (inquit Apostolus Paulus e) fuerit revelatum sedenti, prior taceat: potestis enim per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes ædificentur*; & spiritus Prophetarum Prophetis subjectus est: non enim dissensionis Deus; sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat Episcopus judicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.* Hæc Hieronymus, ostendens ex Apostolica institutione manare, ut doceant presbyteri in ecclesia; idemque Nepotiano normam præscribit quo modo presbyteri populum docere deberent.

(d) Hier. epist. 2.
(e) 1. Cor. 14.
* consolentur.

XXXVII. Augustinus exagitat Manichæos.

Sed ad Augustinum redeamus; cui facto presbytero, adversus Manichæos certamen incurdum fuit: *Sane tunc*, inquit Possidius (f), *in illa Hipponensi urbe Manichæorum pestilentia quamplurimos cives & peregrinos infecerat, & penetraverat, seducente & decipiente ejusdem hæresis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conversante atque manente.* Inter alios autem seductus fuerat quidam ejusdem Augustini amicus nomine Honoratus; ad quem restituendum ad pietatem, scripsit *de Utilitate credendi* commentarium, eo quod irriderentur Fideles, qui credere juberentur; ubi plura habet de præstantia fidei Christianæ, & certitudine in credendo. Addidit & adversus eosdem hæreticos de duabus animabus commentarium, quo refellit eos dicentes alteram a patre, alteram vero creatam a principe tenebrarum. Sed & sequenti anno idem Hippone disseruit cum eodem Fortunato Manichæo; de qua disputatione suo loco dicturi sumus.

(f) Possid. Vit. S. Aug. c. 6.

XXXVIII. De correctione totius Africanæ Ecclesiæ agit Augustinus.

Inter hæc Aurelius Episcopus Carthaginensis, cum haud pridem ex diacono ejusdem Carthaginensis Ecclesiæ factus esset Episcopus, litteris salutavit Augustinum presbyterum hoc ipso presbyteratus ejus exordio, cum coalescere inciperet fratrum cœtus, & Alipius cum eis vitam ageret: quod suis ad Aurelium redditis litteris ipse Augustinus significat (g), quibus & eum hortatus est, ut pravos mores, qui in Ecclesia Africana crevissent, auferret: tantam enim spem se concepisse de eo testatur, cum ait: *Scias itaque, domine beatissime & plenissima charitate venerabilis, non desperare nos, immo sperare vehementer, quod Dominus & Deus noster per auctoritatem personæ quam geris, quam non carni sed spiritui tuo impositam esse confidimus, multas carnales fœditates & ægritudines, quas Africana Ecclesia in multis patitur, in paucis gemit, Conciliorum* gravitate & tua possit sanare:* sed quæ in universa Africana Ecclesia corrigenda essent his verbis inculcat: *Cum enim Apostolus tria breviter genera vitiorum detestanda & vitanda uno in loco posuerit, de quibus innumerabilium vitiorum exurgit seges: unum horum, quod secundo loco posuit,*

(g) Aug. epist. 64.
* consiliorum.

acer-

acerrime in Ecclesia vindicatur: duo autem reliqua, idest, primum & ultimum, tolerabilia videntur hominibus, atque ita paulatim fieri potest, ut nec vitia jam putentur. Ait enim Vas electionis (*a*): *Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & dolo; sed induite vos Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Horum ergo trium, cubilia & impudicitiæ tam magnum crimen putantur, ut nemo dignus non modo Ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculavit: & recte omnino.*

(*a*) Rom. 13.

XXXIX. Agapes rationabili causa sublatæ.

Sed quare solum? comessationes enim & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per dies solemnes (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur: & paulo post: *Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorum conviviorum quæ privatis parietibus continentur; accipiamusque cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulcris, saltem de locis sacramentorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur.* Hæc cum S. Augustinus inculcet, dicatque in iisdem conviviis prægustari solitum corpus Christi; plane puto intelligis, lector, de Agapibus ipsum loqui, ex institutione Apostolica in Ecclesia olim, Paulo docente (*b*), fieri consuetis: laudabilis quidem institutio, quam tamen pravus usus corruperat: nam symbola charitatis in luxum transierant & ebrietatem: quæ quidem cum in Ecclesiis transmarinis Augustinus viderit fuisse correcta, in Africanis optat per Aurelium emendari, atque idcirco subdit.

(*b*) 1. Cor. 11.

XL. Sublatæ antea in multis ecclesiis transmarinis.

Hæc si prima Africa tentaret auferre a cæteris terris, imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italiæ maximam partem, & in aliis omnibus, aut prope omnibus transmarinis Ecclesiis, partim quia numquam facta sunt, partim quia vel orta vel inveterata, sanctorum & vere de vita futura cogitantium Episcoporum diligentia & animadversione, exstincta atque deleta sint; dubitamus quo modo possimus tantam morum labem vel proposito tam lato exemplo, emendare? Et nos quidem illarum partium hominem habemus Episcopum, unde magnas agimus gratias Deo: quamquam ejus modestiæ atque lenitatis est, ejus denique prudentiæ & solicitudinis in Domino, ut etiam si Afer esset, cito illi de Scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa & male libera consuetudo vulnus inflixit. Sed tanta pestilentia est hujus mali, ut sanari prorsus (quantum mihi videtur) nisi Concilii auctoritate non possit. Aut si ab una Ecclesia inchoanda est medicina: sicut videtur audaciæ, mutare conari quod Carthaginensis Ecclesia tenet; sic magnæ impudentiæ est, velle servare quæ Carthaginensis Ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius Episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus execrabatur? Hæc ipse.

XLI. Consuetudo vetus leniter tollenda.

Quod vero res longa firmata consuetudine ita videretur fixisse radices, ut perdifficile statim penitus convelli posset: inde est quod idem S. Augustinus Aurelio persuadet, lenitate, non autem severitate agere, & exemplo potius quam præcepto; nam subdit: *Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est, non aspere, sed (sicut scriptum est c) in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam litteræ tuæ indices germanissimæ charitatis, ut tecum tamquam mecum audeam colloqui. Non ergo aspere (quantum existimo) non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quam jubendo: magis monendo, quam minando: sic enim agendum est cum multitudine: severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram*, &c. Præstitit hæc quidem cuncta quæ auferenda Augustinus suasit, & modum quo abolenda forent, Aurelius, nimirum cum id fecit auctoritate generalis Concilii ex omnibus Africanis provinciis Carthagine congregati; sed id quidem lenitate, & temporis spatio. Si quidem post annos sex, in Concilio Carthaginensi isthæc omnia fuere sublata: ubi Patres, & inter eos Augustinus jam Episcopus hæc (*d*) sanciverunt, incipientes judicium a domo Dei, videlicet:

(*c*) Galat. 6.

(*d*) Concil. Charthag. 3. c. 30.

XLII. Canones de abrogatione Agapum.

Ut nulli Episcopi vel clerici in Ecclesia conviventur; nisi forte transeuntes, hospitiorum necessitate illic reficiantur: hæc de Episcopis & clericis; laicos vero hoc edito canone monuerunt (*e*):

(*e*) Eod. Conc. c. 30.

Populi etiam ab hujusmodi conviviis, quantum fieri potest, prohibeantur. Hæc in Concilio Carthagine habito, Cæsario & Attico Coss. anno Domini trecentesimo nonagesimoseptimo.

XLIII. Corrigendæ non tollendæ oblationes pro defunctis.

Sed quid præterea Augustinus Aurelio putavit necessario inculcandum? Quod enim eadem quoque convivia & Agapes ex antiquo usu bene introducta, sed pravis moribus corrupta, non solum exhiberi solita erant in sepulcris sanctorum martyrum, sed etiam in memoriis defunctorum; idem S. Augustinus ita hæc tolli suadet, ut tamen consultum velit piis oblationibus pro animabus defunctorum; nempe ut quæ ad eorum sepulcra ferrentur, erogarentur in pauperes; sic enim ait (*f*): *Sed quoniam istæ in cœmeteriis ebrietates, & luxuriosa convivia, non solum honores mar-*

(*f*) Aug. epist. 64.

martyrum a carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum: mihi videtur facilius illis dissuaderi posse istam fœditatem ac turpitudinem, si & de Scripturis prohibeatur: & oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adjuvare credendum est, super ipsas memorias non sint sumptuosæ, atque omnibus petentibus sine typho & cum alacritate præbeantur, neque vendantur: sed si quis pro religione aliquid pecuniæ offerre voluerit, in præsenti pauperibus erogEt: ita nec deserere videbuntur memorias suorum; quod potest gignere non levem cordis dolorem; & id celebrabitur in Ecclesia, quod pie & honeste celebratur. Hactenus de his S. Augustinus. Intueris, lector, quam injuste atque impie calumnientur recentiores hæretici, qui hujusmodi oblationes præstandas a populo pro animabus defunctorum, excogitatas tradunt a majoribus ob lucrum Ecclesiis ministrantium clericorum; cum illæ omnes non clericis sed pauperibus elargiri, Augustinus suaserit. Cum autem istas comessationes ex Augustini consilio Aurelius Carthaginensis Episcopus sustulisset, ex eoque accidisset, ut populus ab omni pro defunctis piorum officiorum frequentatione cessaret; opus fuit Christianos ad eas præstandas pro defunctis oblationes, Ecclesiastica lege sancita, compellere: tanti enim existimavere Patres populum in antiquo pietatis officio retinere. Quamobrem in eodem Carthaginensi Concilio Aurelius cum aliis Africanis Episcopis hæc decrevere (a):

Oblationes pro defunctis usui pauperum destinari.

Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores, excommunicentur. Cur id, nisi quod (ut ex Augustino dictum est) eædem omnes ac statim erogabantur in pauperes? quas quidem non exiguas fuisse intelligere potes, cum adeo pauperes iis alerentur, ut earum subtractione necari iidem egeni dicerentur. At de his modo hactenus.

(a) *Concil. Carthag.* 4. *c.* 95.

XLIV.

XLV.

Dissensiones inter Epiphanium & Joannem.

Hoc eodem anno cœptæ sunt dissensiones illæ inter S. Epiphanium Constantiæ Cypri & Joannem Hierosolymorum Episcopum, occasione hæresum Origenis, quas ille una cum Ruffino, Palladio, Isidoro & aliis compluribus defendendas ac propagandas infeliciter susceperat. Quod enim S. Hieronymus in epistola ad Pammachium tres numeret annos a susceptæ contentionis exordio usque ad tempus illius epistolæ, quam scriptam fuisse post sequentem annum suo loco dicemus; satis apparet hanc ipsam altercationem hoc anno cœpisse, de qua nos sequenti anno opportuniori occasione agere aggredimur.

Sequitur

I. De consulatu & Præfectura Ruffini. (a) Ambr. epist. 53.

SEquitur Christi Redemptoris annus trecentesimus nunagesimus secundus auspicio Consulatus Arcadii Augusti secundum cum collega Ruffino, qui una cum Consulatu auctus est quoque Præfectura Prætorii; de quo S. Ambrosius (a) ad Tatianum superiori anno Consulem: *Ruffinus enim ex Magistro officiorum factus est in Consulatu Præfectus Prætorio; ac per hoc plus posse cœpit, sed tibi jam nihil obesse: est enim aliarum Præfectus partium. Quam gaudeo vel illi ut amico, quia honore auctus, invidia levatus est; vel tibi ut filio, quia liberatus es ab eo quem tibi graviorem Judicem arbitrabare.* Hæc ipse: has enim discordias inter Ruffinum & Tatianum narrat Zosimos (b): ut de his ipsum Ambrosium loqui non dubites. Cum igitur rediisset Theodosius in Orientem, quo præsente (ut vidimus) Gentiles de restituendis deorum sacris nec mutire ausi sunt sine magno ipsorum periculo; Senatores qui erant Romæ deorum cultores, inter quos omnes Symmachus Consulatis emineret, cum meliorem spem concepissent, publica legatione Valentinianum conveniunt, ut ab ipso impetrent vetera sacra, quæ pluribus legibus editis abstulerat Theodosius. De hac quidem legatione quid in primis Paulinus dicat, & in quo sit corrigendus, videamus.

(b) Zosim. l. 4.

II. (c) Paulin. in Vit. S. Amb. De legatione Gentilium.

Egresso, inquit (c), *Theodosio de Italia, & Constantinopoli constituto, Valentiniano Augusto intra Gallias posito directa relatio est sub nomine Senatus a Symmacho tunc Præfecto Urbis de repetenda ara Victoriæ & sumptibus cerimoniarum. Sed ubi comperit sacerdos Ambrosius, misso libello ad Imperatorem, postulavit ut ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, ut contra nihil umquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere.* Hæc Paulinus, qui mox subdit de nece Valentiniani, quæ paulo post accidit. At confundere ipsum hanc posteriorem Gentilium Senatorum legationem cum priore, satis superius demonstratum est, cum docuimus de tempore Urbanæ Symmachi Præfecturæ. Quod si velimus eum confudisse Præfecturam Urbanam cum Consulatu, quem Symmachus gessit anno superiore; dicenda esset ejusmodi legatio contigisse ultimo anni superioris tempore: nam Theodosium recedentem ab Italia pervenisse Constantinopolim vidimus IIII. Id. Novembris.

III.

Verum testificatione ipsius Ambrosii demonstratur, novissimam hanc legationem missam esse ad Valentinianum hoc anno paulo ante ejus obitum; de qua hæc ipse

O in

Ann. Eccl. Tom. VI.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5885.

SÆC. IV. Anno Urbis 1145. Olymp. 292. an. 4. A.C. 392.

☉ 9. DC. ☽ 13. P. 28. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 392.

SIRICII PAPÆ 9.

THEODOSII 14. ARCADII 10.

I. Coss. & Arcadii Decennalia.

[a] AD num. I. Coss. *Arcadius Aug. II. & Rufinus*; uterque Orientalis. Rufinus enim post Tatianum in exilium missum, factus est Præfectus Prætorio Orientis in Consulatu suo, ex Ambrosio epistola 53. Sumtus hic ab Arcadio Consulatus juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam, ob ejus nempe *Decennalia*, quæ in hunc annum incidunt.

II. Legatio ad Valentinianum.

Ad num. II. Legatio Gentilium ad *Valentinianum*, at ab eo impetrarent vetera sacra, Decennalium Arcadii manifestum indicium: annis enim hujusmodi solenniis destinatis Legationes ad Imperatores ad aliquam gratiam obtinendam de more missas, ac Religioni consultum esse, frequenter in memoriam revocare juvat.

Ad

NOTÆ [a] COss. *Arcadius Aug. II. & Rufinus*. Inscriptio christiana, Romæ in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii.

IN PACE. X. KAL. APRIL.
D. N. ARCADIO. II. ET RUFINO
CONS.

Ita vulgares Fasti. De *Rufinis* Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani, in cujus nonnullis legibus habetur: *Post Consulatum Tatiani & Symmachi*. Prosperi Chronicon editum & MS. *Arcadio II. & Rufino*. Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Arcadio Aug. & Rufino*. Consuli postremo, quemadmodum & *Arcadio*, *Flavii* prænomen tribuitur. Prosperiani Chronici fragmentum MS. *Arcadio II. & Rufino. Valentinianus ab Arbogastis auctoritate laqueo perit, & Eugenium . . . . Imperatorem facit Arbogastes magister. Theodosius cum Arcadio & Honorio filiis regnat*. De his Baronius, & Pagius hoc anno & sequenti.

(a) Ambr. orat. in funer. Valentin.

Valentinianus Imp. rejicit legationem Gentilium.

in funebri laudatione (a), Deum pro ejus anima interpellans: *Solve ergo servo tuo munus tuæ gratiæ, quam ille numquam negavit: qui ante diem mortis, templorum privilegia negavit, insurgentibus quos revereri posset. Astabat virorum caterva Gentilium; supplicabat Senatus. Non metuebat hominibus displicere in Christo.* Ita ibi Ambrosius; qui & superius egit de alia ante missa legatione sub Symmachi Præfectura, de qua nos suo loco pluribus diximus.

IV. Valentiniani obitus tempus.

Quod vero ad annum, mensem, & diem interitus Valentiniani Imperatoris pertinet: manifestus error deprehenditur apud Marcellini Chronicon, dum recensetur sub anni superioris Consulibus. Nam præter id quod dictum est superius, & omnium assertione constat, Theodosium ab Italia recedentem, reliquisse Valentinianum incolumem; Epiphanius etiam in libello de Mensuris & ponderibus ita ait: *Sub his Consulibus Arcadio secundum atque Ruffino mortuus est Valentinianus junior, filius Valentiniani Magni, inventus in Palatio subito strangulatus (ut fama fert) Idibus Maji, pridie Pentecostes, in die Sabbati. In ipsa die Pentecostes elatus est: erat autem tunc secundum Ægyptios mensis Pachon dies vigesima prima, juxta Græcos Artemisii mensis tertia & vigesima, secundum Romanos decimo septimo Kalendas Junias.* Hæc ipse: ut nulla exactior nota temporis describi potuisse videatur. Sub hoc quoque anno ejus interitum recenset Prosper in Chronico, idemque Zosimum sensisse apparet.

V.

Erat adhuc Valentinianus catechumenus: qui paulo ante obitum profecturus cum exercitu adversus barbaros in Italiam irrumpentes, cupidus ante eam expeditionem initiari sacro baptismo, Viennæ cum esset in Gallia, sanctum Ambrosium Mediolano, ut ab illo, quem patris loco habebat, baptizaretur, accersit: sed ipso adhuc in itinere constituto, proditorum appetitus insidiis, occisus est. Narrat hæc ipse sanctus Ambrosius non sine luctu his verbis (b): *Audivit in Transalpinis partibus positus, ad Italiæ fines barbaros appropinquasse: solicitus ne alieno hoste suum regnum attentaretur, venire properabat, cupiens dimittere Gallicana otia, & pericula nostra suscipere. Hæc mihi cum aliis communia; illa privata, quod sæpe me appellabat absentem, & a me initiandum se sacris mysteriis præseferebat. Quin etiam cum rumor quidam ad Viennensem pertulisset Urbem, quod invitandi ejus ad Italiam gratia, eo pergerem; quam gaudebat, quam gratulabatur me sibi optato affore? Mora ei adventus mei prolixior videbatur: atque utinam adventum ipsius nullas prævenisset nuncius. Jam promiseram me profecturum, respondens vel honoratis petentibus, vel Præfecto, ut tranquillitati Italiæ consuleretur, me sicut superfluo ingerere non possem propter verecundiam, ita necessitatibus non defuturum. Confirmatum hoc erat. Ecce postridie litteræ de instruendis mansionibus, invectio ornamentorum regalium, aliaque hujusmodi, quæ ingressurum iter Imperatorem significarent. Quibus rebus ab ipsis quibus fuerat postulata, intermissa legatio est. Reus mihi videbar speratæ meæ præsentiæ, nec impletæ. Sed utinam viventi tibi hunc deberem reatum. Excusarem quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem litteras, quod non potuissem propriis animalibus occurrere, etiam si iter ingressus essem. Itaque securus veniæ, dum dies subduco, adventum tuum intelligo. Ecce rescriptum accipio, ut sine mora pergendum putarem, eo quod vadem fidei tuæ habere me apud Comitem tuum velles. Num restiti? num moratus sum? Additur, eo ut properarem ocyus, nec arbitrarer causam itineris mei Synodum Gallorum esse Episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaveram, sed ut ipse baptizaretur in ipso* egres-

(b) Ambr. orat. in funer. Valentin.

PAGIUS III. *Valentiniani junioris obitus.*

Ad ann. IV. & seqq. Obitus *Valentiniani junioris* nobilibus characteribus consignatus ab Epiphanio lib. de Mensuris & Ponderibus, num. XX. ubi ait: *Quibus Coss.* (nempe Arcadio II. & Rufino) *mortuus est Valentinianus junior, Valentiniani Magni filius: qui subinde, uti ferunt, præfocatus in Palatio repertus est, Idibus Maii, pridie Pentecostes, die Sabbati, ipso vero die Pentecostes elatus est. Erat tum apud Ægyptios mensis Pachom dies vicesima prima: juxta Græcos Arthemisii mensis tertia & vicesima: secundum Romanos decimo septimo Kalend. Junias.* Occisus est itaque Valentinianus junior die decima quinta mensis Maii, quæ in Sabbatum, ac in pervigilium Pentecostes cadebat. Die insequenti qui decimus sextus ejusdem mensis fuit, ac XXI. mensis Pachon, sepulturæ mandatus est. Erat is dies XXIII. *Artemisii* secundum Græcos, si Smyrnæorum calculum consulimus: illi enim eum mensem die XXV. Aprilis nostri auspicantur, inquit Usserius in libello de Macedonum & Asianorum anno Solari cap. 4. Verum, ut observat Petavius in Notis Epiphanianis pag. 425. si Artheminsii XXIII. dies est Maii Juliani XVI. cœpit Artemisius Aprilis XXIV. quod dici non potest; ea enim mensium dispositio inaudita. Censet itaque Petavius Ἐλλῆνας, de quibus loquitur Epiphanius, *Syro-Macedones* & Antiochenos esse, quorum menses mere Juliani sunt, Græcis nominibus appellati. Horum vero *Artemisius* idem est cum Majo. Quare XVI. Maji est Artemisii Græcorum, sive Syrorum XVI. & in præfato loco pro *tertio & vicesimo*, legendum, XVI. Verum ibi *Artemisius* mensis est quidem Syro-Macedonicus, & non Julianus; sed incipit die XXV. Aprilis: ideoque loco *Artemisii XXIII.* legendum, *Artemisii XXII.* Marcellinus in Chronico anno antecedenti Valen-

egressu. Gestarum jam rerum indicia potui cognoscere, sed properandi studio nihil advertere poteram. Jam superabam Alpium juga, & ecce nuncius amarus mihi & omnibus de tanti morte Imperatoris. Reflexi, iter fletibus meis lavi. Quibus ego votis omnium proficiscebar? Quo gemitu omnium revertebar? non enim Imperatorem sibi, sed salutem ereptam putabant. Quanto ipse angebar dolore? primum quod tantus Princeps, quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego æstus ejus illo biduo fuisse comperi, quo litteris, quas ad me miserat, supervixit? Vesperi profectus est Silentiarius: tertio die mane quærebat, jam ne remeasset? jam venirem? Ita sibi salutem quamdam venturam arbitrabatur. O juvenis optime: utinam te viventem invenire potuissem! utinam te dilatio aliqua meo reservasset adventui! Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atque prudentia. Sed quanta ego cura inter te & Comitem tuum (Arbogastem intelligit) *quanta sedulitate concordiam & gratiam refudissem? Quam me ipsum pro tua obtulissem fide? Quam in me ipsum eos recepissem, quibus ille se timere dicebat? Certe si Comes non esset inflexus, tecum remansissem. Præsumebam de te, quod ipse me audires, si pro te non esse auditam videres. Multa habueram quæ tenerem: nunc nihil habeo præter lacrymas & fletus.* Hæc Ambrosius.

VI. (a) *Zosim. l. 4.* Causa necis Valentiniani Imp.

Sed quæ causa ejus interitus præcesserit, Zosimus illam ita describit (*a*): *Visus Arbogastes subditis sibi militibus idoneus, ob fortitudinem reique bellicæ scientiam & pecuniæ contemptum, magnam ad potentiam pervenit, adeoque tantus erat, ut etiam adversus Principem liberior esset, & quæcumque non recte nec uti par erat fieri putabat, probiberet. Ea Valentinianus permoleste ferens, reluctabatur quidem sæpius, sed nihil proficiebat: nam Arbogastes omnium militum benevolentia munitus erat. Tandem Valentinianus haud ferens amplius ut huic subjectus esset, cum augusto in solio sedens accedentem videret Arbogastem, acerbius hominem limis aspiciens, litteras porrigit, quibus imperium ipsi abrogabat. Iis ille perlectis: Nec imperium mihi dedisti, ait, nec auferre poteris. Quibus prolatis, discerptoque libello, & in terram abjecto, discedebat. Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur, sed omnibus eorum inimicitiæ patebant*; donec ab eodem Valentinianus ferro confossus (ut subdit) cum ageret militibus ludos: verum non ferro, ut ait, sed laqueo strangulatus: quod ipsum testatur Socrates (*b*); Sozomenus (*c*) vero male, dum spontaneo laqueo periisse eum affirmat, quod scilicet hæc de ejus obitu cubicularii ipsius levi fama spatsissent: hoc namque est quod ait sanctus Hieronymus (*d*): *Adolescens Valentinianus, & bene puer, post fugam, post exilia, post recuperatum multo sanguine Imperium, haud procul ab urbe fraternæ mortis conscia, necatus est, & cadaver exanime suspendio infamatum.* Ruffinus (*e*) vero tradit causas cur laqueo vitam finierit ignoratas, & num ipse sibi vel alii injecerint ipsi illum. Sed Ambrosius rerum etiam secreto gestarum probe conscius longe ab hac abhorret sententia, ut sibi ipsi adolescens manus consciverit; probe sciens id dolo Arbogastis Comitis factum, quem præsentia sua placare se potuisse affirmat, si illic adesse contigisset: etenim Paulino constat auctore, Ambrosium ab Arbogaste omni observantia cultum, quem sæpe ab eodem Ambrosio tradit exceptum fuisse convivio, eaque de re inter suæ gentis Reges plurimum gloriari solitum; de ipso enim ista Paulinus (*f*): *Per idem tempus Arbogastes Comes adversus gentem suam, hoc est Francorum, bellum paravit; atque pugnando, non parvam multitudinem manu fudit, cum residuis vero pacem firmavit. Sed cum in convivio a Regibus gentis suæ interrogaretur, utrum sciret Ambrosium; & respondisset, nosse se virum, & diligi ab eo, atque frequenter cum illo*

(*b*) *Socr. l. 5. c. 24.*

(*c*) *Sozom. l. 7. c. 22.*

(*d*) *Hier. epist. 3.*

(*e*) *Ruffin. l. 1. c. 31.*

Arbogastes amicus S. Ambrosii.

(*f*) *Paulin. in Vita S. Ambr.*

PAGIUS

lentiniani mortem consignat; sed is per hæc tempora parum in Chronologia accuratus.

IV. *Ætas ejus & imperii duratio.*

Cum vero quadrimus fuerit *Valentinianus*, quando Imperium suscepit, ut Ammianus, Victor in Epitome, Zosimus lib. 4. Zonaras & Philostorgius lib. II. cap. 16. habent, recte scripsit Nicephorus lib. 12. cap. 38. Valentinianum II. annos viginti natum sublatum esse. His suffragatur Hieronymus in epistula de exitu Nepotiani, ubi ait, eum *adolescentem adhuc & pene puerum* occisum. Sed Baronius, qui hunc Valentinianum Justinæ ac Valentiniani senioris filium, ac Gratiani fratrem confundit cum Valentiniano Valentis & Dominicæ filio, anno CCCLXVI. nato, anno ætatis vicesimo septimo Valentinianum II. interfectum perperam scribit, putatque, lectionem Ambrosii in Oratione Funebri Valentiniani II. in qua dicitur, eum obiisse anno XVI. Regni sui, mendosam esse; cum tamen Ambrosius, more Antiquis usitato, utrumque annum extremum incompletum pro integro numeraverit: quo pacto ab anno Christi trecentesimo septuagesimo quinto ad currentem, anni decem & octo fluxere.

V. *Harduini opinio de Valentiniani Jun. Imperio.*

Harduinus Vir eruditissimus in Notis ad Orat. XV. Themistii, quæ est de Regia virtute ad Theodosium, singularem de Valentiniano juniore opinionem habet; ait enim: *Etsi nomen ille quidem Augusti interdum gessit, dum tamen Gratianus superstes fuit, Occidente toto hujus unius dominatu omnia tenebantur. Confirmat egregie hanc nostram animadversionem vetus Inscriptio quæ Romæ extat, affertque a Grutero pag. MLXXX. 10. ex apographo Sirmondi nostri.*

lo convivari solitum; audivit: Ideo vincie omnes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit Soli, Sta, & stat. Hæc Paulinus a nobis recensita, quod jure doluerit Ambrosius se præsentem minime fuisse, quo sibi devinctum Comitem ipsum Arbogastem placasset. Quod vero dicit idem Paulinus, eum fuisse natione Francum, id ipsum affirmat Zosimus; sed Soxomenus Galatam, hoc est Gallum, appellat; idem esse Francum quod Gallum existimans. Francum quoque eum dixerunt alii. Quibus autem moribus compositus esset, ut ab Ambrosio amaretur, Suidas (a) declarat his verbis: *Arbogastes Francus, robore corporis & asperitate animi flammæ similis, proximus a Bantone:* (hic Consulatum gessit cum Arcadio). *In hoc fuit constans & exquisita modestia, & odium irreconciliabile avaritiæ; unde divitiis gregario militi nihil præstabat. Quapropter Cæsari Theodosio utilis videbatur: ut qui ad Valentiniani mores viriles & justos, suam quoque gravitatem adjungere, & regiam instar recta & immota columnæ substentare posset, ne quid in aula damni aut peccati admitteretur.* Hæc Suidas de Arbogaste; cui, ex sententia etiam Regum barbarorum, constat, ante tam immane facinus perpetratum omnia dextera contigisse, innumerisque eum ferme auctum fuisse victoriis; post necem vero Imperatoris, justo sanguine in eum clamante vindictam, semper in deteriora esse prolapsum.

(a) Suid. verb. Arbogastes.

Arbogastis virtutes.

VII. Valentiniani mores laudati.

Quod vero ad Valentiniani ipsius mores pertinet: S. Ambrosius mira refert; delictaque illa pristina, quæ ante, ut faveret Arianis, iniquissime perpetrarat, relinquit obvoluta silentio, quod sciret non puerulo ea fuisse adscribenda peccata, sed Justinæ Augustæ Arianæ feminæ, cujus nutu omnia volvebantur. Sed quod ad mores spectat: quam in primis studeret ea corrigere, quæ de se aliis displicere cognosceret, his verbis ostendit (b): *Ferebatur primo ludis Circensibus delectari: sic istud abstersit, ut ne solemnibus quidem Principum natalibus, vel Imperialis honoris gratia Circenses putaret esse celebrandos. Ajebant aliqui ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem ejus abduci: omnes feras uno momento jussit interfici.* Hæc de his S. Ambrosius: quod enim nefas sit opinari sanctissimum virum vel leve mendacii folium attexuisse ejus coronæ laudum, dicta ab eo fide dignissima habenda sunt, qui & hæc subdit: *Audire in Consistorio negotia, & Danielis spiritu, in quibus dubitarent senes, vel personæ alicujus contuitu ducerentur, congruam vero adolescentem videres senilem ferre sententiam. Jactabant invidi, quia prematura prandium peteret: cœpit ita frequentare jejunium, ut plerumque ipse impransus convivium solemne suis Comitibus exhiberet, quo & religioni sacræ satisfaceret, & Principis humanitati.* Sed de ejus castitate hæc addit.

(b) Ambr. orat. in funer. Valent.

VIII. De scenica formosa.

Scenicæ, inquit, *cujusdem forma ac decore deperire Romæ adolescentes nobiles nunciabantur: jussit eam ad Comitatum venire. Missus pretio depravatus, sine mandati effectu rediit. Alterum misit, ne voluisse emendare vitia adolescentum, & non potuisse videretur. Datus est obtrectandi aliquibus locus. Deductam tamen numquam aut spectavit, aut vidit. Postea redire præcepit; ut omnes agnoscerent, irritum ejus non esse mandatum, & adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam ipse qui potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fecit, cum adhuc non haberet uxorem, & tamen exhiberet sui tamquam vinctus conjugio castitatem. Quis tam dominus servi, quam ille sui corporis fuit? Quis tam aliorum arbiter, quam ille suæ censor ætatis? Quid de pietate ejus loquar? Qui cum homines nobili ortos genere & locupleti prosapia, quæ cito movere invidiam solet regia cupiditatis, accusator urgeret, Præfectus insisteret; respondit, ut nihil cruentum*

PAGIUS

VALENS, ET. GRATIANUS
PII. FELICES. AC. TRIUMPHATORES
SEMPER AUGG.
PORTICUS. AREASQ. MACELLO.
LIVIAE. AD. ORNATUM. URBIS
SUAE. ADDI. DEDICARIQ.
JUSSERUNT.

Item & alterum Inscriptionis fragmentum, Romæ apud S. Anastasiam eidem pariter Patri Sirmondo visum, ab eodem Grutero relatum pag. MLXXXVI. 10.

....

LIBERTATIS. D. N. FL. GRATIANO
FORTISSIMO. INVICTISSIMO-
QUE. PRINCIPI. SEMPER AUGUS-
TO
FLAVIUS MAXIMUS. V. P.
PRAEF. VIG. D. N. M. Q. EJUS.

Et vero Valentiniano juniori non plus esse delatum honoris ac potestatis minime mirum videri debet. Primus omnium ille extitit, quem a militibus Cæsarem appellatum, Cæsar alter vivere passus sit. Ante hæc tempora simile factum odiis tam exitialibus prosequi soliti erant, ut illa Gratiani pietas erga fratrem illius ævi Scriptoribus, ethnicis saltem, ut Ammiano lib. 30. nimia visa sit, in recenti præsertim memoria Constantii, qui nec Gallum, nec Julianum, nedum alios ferre potuerit. Hæc Harduinus.

VI. Confutatur.

At Gratianum Valentiniani fratris electionem, paucis postquam facta est diebus, ratam habuisse, & Valentinianum, sub Justinæ matris tutela & Gratiani patrocinio, Italiam & Illyricum supremo jure administrasse, semperque Augusti nomen tulisse, certum. Nam ipso imperii initio, ac postea in Quinquennalibus Consulatum ordinarium gessit, & Valentis patrui in sexto ejus Consulatu Collega fuit, omnibusque honosi-

tum sanctis præsertim diebus statueretur. Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniam pronunciaturus; accusatum libere, donec Præfectus cognosceret, observare jussit: neque ante aut postea quisquam tanti criminis sub adolescente Imperatore formidavit invidiam. Hæc & alia plura S. Ambrosius, qui tota illa oratione in eo argumento versatur. Inferius vero de annis quibus imperavit, hæc habet mendosa lectio:

IX. Tempus quo Valentinianus regnavit.

Metuo ne & tu nobis aliqua offensione sis raptus, ut octavodecimo regni tui anno imminentis mali acerbitatem quasi justus evaderes. Hæc de tempore quo imperavit. Ceterum si ratio subducatur ab anno, mense, & die, quibus imperare cœpit, & quibus desiit; nonnisi annos sexdecim, menses sex, minus diebus ☞ octo continget numerari: tot enim desunt dies a decimaquinta Maii, qua obiit, usque ad vigesimamtertiam Novembris, qua fuerat adscitus in Imperium, ut impleatur mensis ☜. Siquidem Valentinianum seniorem ex hac vita migrasse constat post Consulatum Gratiani & Equitii, decimoquinto Kalend. Decembris: ac post dies sex (ut ex Ammiano dictum est) ipse Valentinianus junior regnare cœpit, anno Domini trecentesimo septuagesimoquinto, mensis Novembris vigesimatertia die: a quo tempore si numeres usque in præsentem annum, & mensis Maii diem decimamquintam, quibus eum decessisse perspicue satis vidimus; non amplius quam dicto tempore reperies imperasse: unde mendum in notam numeri apud S. Ambrosium irrepsisse, facile inducimur ut credamus: ipsum enim ultra præsentem annum vitam produxisse, ea quæ sequenti anno dicentur, impossibile esse significant. Erat Valentinianus, cum obiit, annum agens ætatis ☞ vigesimumseptimum inchoatum: siquidem sub Gratiani & Dagalaiphi Consulatu natum vidimus: sententiam autem Ammiani, qua eum fuisse quadrimum testatur anno trecentesimo septuagesimoquinto, secundum quam dicendus esset obiisse annum ætatis agentem vigesimumprimum, superius confutavimus ☜.

X.

Sic igitur vita functo Valentiniano, corpus ejus delatum est Mediolanum, nullo obice: nam proditores, ne se arguerent tanti sceleris reos, & ex hoc subjacerent invidiæ, liberam evectionem regii cadaveris permisere. *Universis hisce* (inquit Zosimus) *Theodosio Principi eodem tempore renunciatis; uxor ejus Galla fratrem deplorans, regiam universam conturbabat, simul & ipse Princeps magno mærore curaque conficiebatur.* Hec & alia Zosimus: sed quod ait de Galla Augusta, biennio jam ante obitum Valentiniani ipsam vita functam, superius ex Marcellino dictum est. Theodosius vero, quod unicum sibi pietatis officium reliquum esse videbatur, de honorifica sepultura curanda ad S. Ambrosium litteras dedit, qui ad eum ita rescripsit (a):

Luctus Theodosii.

(a) *Ambr. epist. 34.*

XI. Epistola Ambrosii ad Theodosium.

Silentium meum rupit sermo clementiæ tuæ. Nihil enim in tam tristibus rebus melius facere, in animum induxeram, quam, si fieri posset, me ipsum abdere: sed quia in secessu aliquo delitescere & sacerdotio exire non poteram, vel silentio intra me latebam. Doleo enim, fateor, dolore acerbo, non solum quod immatura ætate Valentinianus Augustus decesserit, sed etiam quod informatus fide ac tuis institutis tantam devotionem erga Deum nostrum induerat, atque tanto in me incubuerat affectu, ut quem ante persequebatur, nunc diligeret: quem ante ut adversarium repellebat, nunc ut parentem putaret. Quod ego non pro recordatione injuriæ veteris exprompsi, sed pro testimonio conversionis. Illud enim alienum, hoc suum; quod a te infusum sibi ita tenuit, ut matris persuasionem excluderet. Ille se a me nutritum præferebat: ille ut sedulum patrem desiderabat: ille simulato a quibusdam adventus mei nuncio, impatienter præstolabatur. Quinetiam illis ipsis publi-
ci

PAGIUS

ribus & prærogativis, quibus alii Augusti, potitus est. Nec refert quod in præfatis, similibusque Inscriptionibus, in quibus Gratiani, Valentis & Theodosii mentio fit, nomen ejus prætermittatur; cum multæ supersint, in Severi Imp. honorem exaratæ, in quibus patris nomen omittitur. Sic imperante Valeriano variæ Inscriptiones *Gallieno* filio dedicatæ, quæ adhuc supersunt, in quibus *Valeriani* nomen tacetur. Imo non desunt, in quibus tam *Gratiani*, quam *Valentiniani* & *Theodosii* nomen legitur. Sponius pag. 276. Miscellaneorum Erudit. Antiquit. unam exhibet, quæ Romæ in horto Barberino extat, cujus hoc initium:

SALVIS DDD. NNN.
GRATIANO VALENTINIANO ET THEODOSIO
VICTORIBUS SEMPER AUGUSTIS

Idem Sponius jam pag. 157. aliam epigraphem produxerat, quæ trium horum Imperatorum nomina etiam præfert. Nullæ quidem ante Theodosii M. inaugurationem, annumque CCCLXXIX. Codicis Theodosiani Leges *Valentiniani* nomine inscribuntur; sed hinc inferri ad summum potest, *Gratianum* solum Imperium Occidentale, usque ad Theodosii ad Imperium evectionem administrasse, ob summam videlicet Valentiniani pueritiam, qui quadrimus Imperium acceperat; vel id Collectoris errori adscribendum. Certe ab anno CCCLXXIX. ad CCCLXXXIII. quo Gratianus occisus, trium Imperatorum nomina in Legum fronte leguntur.

VII. Tatiani calamitas.

Tatianus, (qui anno elapso Symmacho Collega Consulatum gesserat, currenti vero Præfecturam Prætorianam Orientis, & cujus filius Proculus hoc anno Præfectus urbi Constantino-
po-

ei doloris diebus, cum sanctos & summos sacerdotes Domini intra Gallias haberet; ut a me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est. Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est.

XII. *Hunc ergo non intimo anhelem spiritu, secretisque mentis atque animi visceribus amplectar? Hunc mihi mortuum putem? imo mihi magis vivum. Quas ego Domino deferebam gratias, quod ita in me conversus esset, quod ita emendatus, quasi senioris cujusdam ætatis mores induisset? quas clementiæ tuæ, quod eum non solum regno reddidisses, sed etiam (quod est amplius) instituisses fidei & pietatis tuæ disciplinis? Hunc ergo non doleam, ævi integrum, antequam sacramentorum, quæ desideravit, adipisceretur gratiam, repentina obiisse morte? Refrigerasti animum, quod etiam ipse dignatus es ferre testimonium dolori. Te, Imperator, arbitrum teneo affectus mei, te meæ mentis interpretem. Sed flendi tempora alias non deerunt: nunc de sepultura ejus, quoniam scripsit clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit baptismatis: quid cognoverim, non repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum, & in usus hujusmodi aptissimum: nam & Maximianus Diocletiani socius ita humatus est. Sunt tabulæ porphyreticæ pretiosissimæ, quibus vestiatur operculum, quo regales exuviæ claudantur. Hoc fuerat preparatum, sed expectabatur rescriptum clementiæ tuæ; cujus perceptione recreatæ sunt sanctæ filiæ tuæ, filii tui Valentiniani sorores, quæ se gravibus afficiunt modis, & amplius exagitabantur, quod diu nihil scriberetur sibi. Unde iis non parum accessit solatii: sed dum inhumatæ sunt reliquiæ, nequaquam sibi parcunt: videntur enim sibi germani sui quotidianum funus tenere. Et re vera cum sine fletu magno ac sine dolore gravi numquam sint; tamen quotiescumque eo accedunt, exangues revertuntur. Et ipsis igitur consuletur, & carissimis exuviis, si acceleretur sepultura, ne æstivo penitus solvantur calore: vix enim superiorem æstatem transegimus. Mandatum tuum servo, & commendo Domino. Diligat te Dominus, quia tu Domini servos diligis.* Hucusque epistola Ambrosii ad Theodosium Imperatorem.

Sepulcrum Valentiniani.

XIII. Curavit igitur ex Theodosii voluntate sepulturam S. Ambrosius; & qua die corpus sarcophago condendum erat, panegyricam habuit orationem: oam io ipsa inter alia (a): *Sed jam*, inquit, *cara mihi complectar viscera, & debita quondam sepulcro, prius tamen singula membra perspiciam.* Post multa autem, de eodem licet catechumeno adhuc, vitam tamen æternam consecuto (nam quod expetitum baptismum non acceperit, scelus antevertit proditorum) hæc habet: *Nec nos quidem dubitemus de meritis Valentiniani, sed jam credamus vel testimoniis Angelorum, quod deterso labe peccati, ablutus ascendit, quem sua fides lavit, & petitio consecravit. Credamus quia ascendit a deserto, hoc est, ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre conjunctus æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo, si quid meæ orationes valebunt, nulla dies vos silentio præteribit: nulla inhonoratus vos mea transibit oratio: nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurret: omnibus vos oblationibus frequentabo.* Hæc Ambrosius. Habes, lector, ex Ipsius munifica sponsione, pro defunctis suffragia tum precibus, tum omni genere (ut ait) oblationum, pro concione oratione publica decantata, idque ex antiquo (ut vidimus) Ecclesiæ usus præscripto, non recens ab Ambrosio inductum & usurpatum.

Ambrosius laudavit Valentinianum publica oratione.
(a) Ambr. orat. in obitu Valentiniani.

Suffragia pro defunctis.

XIV. Quod enim ad salutem animæ Valentiniani spectare videtur; ea quidem Ambrosii certa securaque testificatione firmatur: etenim noo solum ad id significandum baptismi votum atque petitio in-

PAGIUS

poleos fuit, ut liquet ex Lege 10. Codicis Theod. *De annonis civicis*,) capitali primum sententia damnatus est, verum clementia *Theodosii* servatus, in exilium missus fuit in patriam suam: filius vero ejus *Proculus* capite plexus est VIII. Idus Decemb. ut habet Auctor Chronici Alexandrini sub anni sequentis Consulibus, loco non suo. Legendus Zosimus lib. 4. pag. 774. qui, quæ tunc gesta sunt, narrat; quique antea pag. 760. loquens de iis, quæ anno CCCLXXXVII. contigere, ait: *Arcessitum igitur Aquileia Tatianum, qui & alias sub Valente magistratus gesserat, & erat in omnibus virtute singulari præditus, Prætorii Præfectum in patria declarat;* (nempe Theodosius Magnus) *& misso ad eum magistratus insignibus, filio ipsius Proculo Præturam urbanam tradit. Enimvero pracluræ se hic gessit, amplissimis magistratibus ejusmodi viris commissis, qui etiam post obitum Principis optime res subditorum administrare possent*, dum scilicet Theodosius M. in Occidente contra Maximum Tyrannum pugnaret. Eum iden impense Zosimus laudat, quia Ethnicum & a nostra Religione alienum.

VIII. Ut enim anno CCCLXX. vidimus, dum Præfectus Ægypti esset, *Divum Athanasium* persecutus est, & Christianos valde afflixit: de quo etiam Rufinus lib. 10. cap. 2. de Valente Imperatore loquens scribit: *Episcopos egit in exilium, & Presbyteros, ac Diaconos & Monachos, Tatiano Alexandriæ Præsidente, usque ad tormenta deduxit, & ignibus tradidit.* Beatus Asterius Homilia in festum Kalendarum loquens de Consulibus, qui in summas calamitates incidere, de Tatiano & Proculo filio ejus hæc habet: *Præsidem illum, rectoremque Provinciæ fortissimum & invictum, ut existimabat, qualis vitæ catastrophe excipit? Primum quidem filium suum vidit capi-*

Fuit Orthodoxorum persecutor.

interceſſit, ſed præceſſit fidei Chriſtianæ fortis, conſtans, & animoſa confeſſio, cum (ut ex Ambroſio dictum eſt) urgeret caterva Gentilium, & Senatus inſtaret pro reſtitutione Gentilium rituum: ſed & cum id (ut diximus) factum ante diem obitus ejus ſit, vehemens ſuſpicio fuit mortem ipſi illatam arte Gentilium, ſicque confeſſor ac pene martyr ob necem illatam ex hac vita deceſſerit. Quæ enim ſunt poſtea ſubſecuta, arguunt ea quæ præceſſerunt. Siquidem qui poſt ejus obitum arripuit Imperium, Gentilibus idolorum cultoribus favit, reſtituit jura templorum, ſacrificia intermiſſa ſedulo revocavit, Ethnicisque hominibus quæcumque petiere conceſſit: ut plane proditione Gentilium id factum eſſe, conjectura non levis intercedat. Sed jam ſingula diſquiramus, quæ hæc ſecuta ſunt.

XV. Eugenii plures.

Qui poſt Valentinianum regnare cæpit, fuit Eugenius, nomen ſibi tyrannus ſumens Auguſti, elatus in Imperium a Valentiniani interfectoribus. Quiſnam autem hic fuerit, cum plures ejus nominis repeciantur viri, qui hoc ſæculo claruere; ne quod unius eſt, alii tribuatur; de ſingulis dicendum puto. Primus omnium ille occurrit, qui claruit temporibus Conſtantii ac Juliani; cujus ſtatua dicata in Foro Traiani, ejuſmodi erat inſcriptione notata (a):

(a) Apud Smet. antiqu. inſcr. p. 68. n. 6.

FL. EUGENIO. V. C. EX. PRÆFECTO. PRÆTORIO
CONSULI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO
OFFICIORUM. OMNIUM. COMITI. DOMESTICO
ORDINIS. PRIMI. OMNIBUSQ. PALATINIS
DIGNITATIBUS. FUNCTO. OB. EGREGIA. EJUS
IN. REMPUBLICAM. MERITA. HUIC
D. D. N. N. CONSTANTIUS. VICTOR. AC
TRIUMFATOR. SEMPER. AUGUSTUS. ET
JULIANUS. NOBILISSIMUS. CÆSAR
STATUAM. SUB. AURO. IN. FORO. DIVI
TRAIANI. QUAM. ANTE. SUB. DIVO
CONSTANTE. VITAE. ET. FIDELISSIMAE
DEVOTIONIS. GRATIA. MERUIT
ADPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATU
SUMPTU. PUBLICO. LOCO. SUO
RESTITUENDAM. CURAVERUNT

Deturbata illa quidem Eugenii ſtatua fuiſſe videtur a Magnentio tyranno, qui occiſo Conſtante, tyrannidem arripuit Imperii Occidentalis.

XVI. Eugenius Præfect. urbis.

Vixit his quoque temporibus Fl. Eugenius Agellus Præfectus Urbis; cujus memoria reperitur in baſi unius columnarum ambientium Sanctuarium in Baſilica S. Pauli, per Valentinianum ipſum, de quo egimus, reſtitui cœpta: qui ex loco & opere fuiſſe arguitur Chriſtianus, & ſicut familia, ita fortaſſe ſanguine conjunctus Aſellæ nobili Romanæ ac ſanctiſſimæ virgini, quæ a S. Hieronymo ſummis laudibus celebratur. Porro ejuſdem Eugenii brevis hæc legitur ibi inſcriptio:

FL. EUGENIUS. ASELLUS
C. C. PRAEF. URB.
V̄. S̄. I. REPARAVIT.

Cæterum neminem horum fuiſſe Eugenium tyrannum, de quo agimus certum eſt: ſiquidem prior ille Conſul ordinarius deſignatus, antequam Conſulatum adi-

PAGIUS

pite truncatum, & ipſe poſtea capitali ſententia damnatus eſt, laqueoque gula jam admoto, clementia Principis manibus carnificis exemtus eſt, ut quantulum ætatis ſupererat ſenex in dolore & calamitate, ſenſuque malorum exigens, ac plenus dedecoris & ignominia tali magni Conſulatus exitu vita decederet.

IX. Tatianus non e Lycia, ſed e Macedonia ortus.

Gothofredus in Commentario Legis Cod. Theod. 9. *De indulgentiis criminum*, exiſtimat, *Tatianum* in *Lyciam*, Aſiæ minoris regionem, relegatum fuiſſe, eumque in ea natum, quod ea Lex ab Arcadio anno CCCXCVI. poſt mortem ſcilicet Rufini, data, his verbis concepta ſit: *Devotiſſima nobis Provincia Lycia priorem famam, meritumque inter cæteras renovari conſemus. Idque excellens Eminentia tua, edictis propoſitis, cunctis faciat innoteſcere, ne quis poſthac civem Lycium contumelioſo nomine injuria audeat vulnerare. Teneant honores ſuos, quos meritis ac laboribus perceperunt, & a noſtra Serenitate ſumturi ſunt. Habeant præteritas dignitates, ſperentque ſui devotione venturas. Nec unius viri illuſtris Tatiani tantum valuerit temporalis offenſio teterrimi judicis inimici, ut adhuc macula in Lycios perſeveret, qua in ipſo jam temporis abſolutione conſumpta eſt.* „ Tatianus, inquit Gothofredus, cum *Rufini*, qui apud Theodoſium maxima gratia pollebat, offenſionem incurriſſet, reus Majeſtatis factus eſt; eundemque Rufinum judicem nactus eſt, ut tradit Zoſimus loco laudato. Idque etiam hæc Lex his verbis teſtatur: *Nec unius viri illuſtris Tatiani tantum valuerit temporalis offenſio teterrimi Judicis inimici*. His enim verbis Rufinus indicatur, cujus offenſionem Tatianus incurrerat, quemque Judicem habuerat. Rufino itaque id agente, *teterrimo Judice*, in totam Provinciam Lyciam offenſione ituſ eſt; „ ita

adiret, diem obiit: posterior vero iste, quod Urbanam gesserit Præfecturam, longe diversus ab Eugenio tyranno fuisse convincitur, qui numquam hujuscemodi muneris dignitate functus aliquando reperitur: etenim nulla prorsus natalium claritudine nobilis iste fuit, quem clientem, & famulum Arbogastis nominat Claudianus, cum ait, his versibus (a):

(a) Claud. in Panegyr. de tertio Honorii Consulatu.

Proh crimen superum, longi proh dedecus ævi!
Barbarus Hesperias exul possederat oras,
Sceptraque dejecto dederat Romana clienti.

& alibi (b):

(b) Idem in Panegy. de 4. Consul.

Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul.

Eugenius Tyrannus.

Ignobilis plane hic, quem Arbogastes evexit in Imperium, Eugenius fuit. Insuper extitit & alius quoque Eugenius eunuchus, qui Procopio adversus Valentem tyrannidem exercenti ipso Imperii exordio præsto fuit; cujus meminit Zosimus (c): sed eum de Eugenio agit, qui occiso Valentiniano imperavit, plane diversum ab hoc fuisse significat: quem obscurum genere, rhetoricis facultatibus, quas publice professus erat, tantummodo clarum, in aula versatum, Rhicomeri Duci familiaritate conjunctum, & ejus commendatione ab Arbogaste in familiaritatem acceptum tradunt.

(c) Zosim. l. 4.

XVII.

Legatio ab Eugenio ad Theodos.

Sic igitur sublimatus in Imperium Eugenius, legationem ad Theodosium pro pace misit; functusque est eo munere inter alios Ruffinus Atheniensis, *qui* (inquit Zosimus d) *nec litteras Arbogastis secum ferebat, nec ullam aliam mentionem illius faciebat. Cum Princeps Theodosius in deliberando, Legatisque convenienter respondendo cunctando detinuit.* Addit Ruffinus, missos tunc fuisse etiam Legatos sacerdotes, qui Arbogastem culpa purgarent, insontemque eum penitus monstrarent. Cæterum inter hæc Theodosius de expeditione adversus Eugenium paranda cogitare cœpit: cum interim Eugenius Gentilium vatum deciperetur promissis, de quo hæc Sozomenus (e): *Porro Eugenius quidam, erga Christianorum religionem non sincere affectus, Principatum invasit, & Imperii insignia assumpsit. Putabat enim, se id quod conabatur, absque impedimento consecuturum, inductus quorumdam verbis, qui se futura prædicturos pollicebantur ex victimarum immolatione, & viscerum inspectione, & observatione siderum. Harum rerum studiosi tunc erant cum alii multi apud Romanos in dignitate constituti viri, tum etiam Flavianus tunc temporis Præfectus, vir eximius, & in rebus politicis prudens habitus, quique insuper ex omnis generis divinationis scientia exacte præscire futura credebatur.* Fuit hic pernecessarius Symmachi Consularis, cujus ad eum scriptæ extant complures epistolæ; quibus plane intelligitur, ipsum idololatriæ addictissimum fuisse. Sed pergit auctor: *Hac enim existimatione Eugenium potissimum perpulit, ut ad bellum sese pararet, cum Imperium illi fato destinatum esse Flavianus assevararet, & victoriam ex pugna illi cessuram, & mutationem religionis Christianæ.* Hæc Sozomenus. At quinam fuerint utriusque Principis apparatus, suo loco dicturi sumus inferius.

(d) Zosim. l. 4.

(e) Sozom. l. 7. c. 22.

XVIII.

Reddita Gentilibus ara Victoriæ, & alia jura.

Quid autem Gentilium deorum defensor, Imperatorem nactus quamvis Christianum, tamen ad Gentilitatem propensiorem, Flavianus ab Eugenio, simulac Augustus acclamatus est, petierit & obtinuerit, Paulinus ita declarat (f): *Non multa post, petentibus tunc Flaviano Præfecto & Arbogaste Comite aram Victoriæ, & sumptus cærimoniarum* (*quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in junioribus annis constitutus denegaverat*) *oblitus fidei suæ concessit. Hoc ubi audivit sacerdos Ambrosius, relicta civitate Mediolanensi, ad quam ille festinato veniebat, in Bononiensem civitatem emigravit.* Invitatus namque fuerat a Bononiensi Episcopo ad translationem S. Agricolæ martyris; de qua ipse meminit (g); atque martyris reliquias acceptas secum vexisse testatur. *Bononia vero recedens* (subdit Paulinus) *Faventiam usque perrexit: ubi cum aliquantis degeret diebus, invitatus a Florentinis, ad Tusciam usque descendit, declinans magis aspectum sacrilegi viri, non formidans imperantis injuriam.* Tunc & epistolam ad eumdem dedit, qua causam significavit, cur ipso non

(f) Paulin. in Vit. S. Amb.

(g) Ambr. in exhort. ad virgin.

Ambrosius vitat, & litteris corripit Eugenium.

PAGIUS

„ ita quidem, ut tota Provincia eo nomine infamata fuerit, propter unius videlicet Tatiani, ex ea Provincia oriundi sive crimen, sive *offensionem temporalem*, ut hac Lege dicitur. At Rufino, *teterrimo Judice & inimico* Tatiani, interfecto, itum est ad ipsius Tatiani simul & Lyciæ patriæ in integrum restitutionem; quod hujus Legis argumentum est. Ita Gothofredus. Verum Vir doctus, cujus ipse Gothofredus in Commentario Legis Cod. Theod. *de bonis proscriptorum*, nomen reticet, & opinionem confutat, recte arbitratus est, proscriptos a Rufino *Lycios* fuisse, ex nulla vel levi causa, idque ultione acerbissima, indeque maculam *Lyciam* incurrisse, & privilegiis suis privatam esse. Quæ quidem explicatio certa. Nam, cum teste Zosimo, cujus verba numero præcedenti recitavimus, *Tatianus* Præfectus Prætorio *in patria sua* declaratus fuerit a Theodosio Magno anno trecentesimo octogesimo octavo, dum hic vel Thessalonicæ, vel saltem in Macedonia esset, ut eo anno num. III. demonstravimus, liquet *Tatianum* e Macedonia oriundum esse, & verosimiliter *Thessalonicam* ejus patriam fuisse, ideo

non expectato, Mediolano recesserit: reddemus hic ipsam; licet eamdem e nostra bibliotheca acceptam, in Sixtina editione edendam proposuerimus cum aliis S. Ambrosii epistolis: est autem hujusmodi (a):

(a) Ambr. ep. 15. edit. Sixt.

Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius Episcopus.

XIX. Ambrosii Mediolano discessus causa.

*Secessionis meæ causa timor Domini fuit, ad quem omnes actus meos, quantum queo, dirigere, neque umquam ab eo mentem deflectero, nec pluris facere cujusvis hominis, quam Christi gratiam consuevi. Nemini enim facio injuriam, si omnibus Deum præfero; & confidens in ipsum, non vereor vobis Imperatoribus dicere quæ pro meo captu sentio. Itaque quod apud alios Imperatores non tacui, nec apud te clementissime Imperator, tacebo. Atque ut ordinem rerum custodiam, strictim recensebo quæ ad hoc spectant negotium. Retulerat vir amplissimus Symmachus, cum esset Præfectus Urbis, ad Valentinianum augustæ memoriæ Imperatorem juniorem, ut templis quæ sublata fuerant, reddi juberet. Functus est ille partibus suis pro studio & cultu suo. Utique etiam ego Episcopus partes meas debui recognoscere. Dedi libellos Imperatori duos, quibus significarem sumptus sacrificiorum Christianum virum non posse reddere; & non fuisse quidem me auctorem cum tollerentur, auctorem tamen fieri quo minus decernerentur, debere: quia dare pretia sacrificiorum simulacris videretur, non reddere. Quod enim ipse non abstulerat, non quasi ipse reddebat, sed arbitratu proprio largiebatur ad superstitionis impensas. Postremo si fecisset, aut non veniret ad Ecclesiam: aut si veniret, futurum ut aut sacerdotem non inveniret, aut inveniret sibi in Ecclesia resistentem. Nec ad excusationem obtendi posse, quod esset catechumenus; cum non liceat etiam cathecumenis sumptus idolis subministrare. Lecti sunt libelli mei in Consistorio: aderat amplissimus honore magisterii militaris Bauto Comes, & Rumoridus *, & ipse ejusdem dignitatis Gentilium nationum cultui inserviens a primis pueritiæ suæ annis. Valentinianus tunc temporis audivit suggestionem meam, nec fecit aliud, nisi quod fidei nostræ ratio poscebat. Acquieverunt etiam Comites sui.*

* Romorodius.

XX.

Postea etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimavi, atque in os dicere non dubitavi: cui intimata Senatus legatione hujusmodi, licet non totus Senatus poposcerit, insinuationi meæ tandem assensionem detulit: & sic aliquibus ad ipsum non accessi diebus, nec moleste tulit: quia non pro meis commodis faciebam; sed quod & ipsi & animæ meæ proderat, in conspectu Regis loqui non confundebar (b). Iterum Valentiniano augustæ memoriæ Principi legatio a Senatu missa intra Gallias, nihil extorquere potuit: & certe aberam, nec aliquid tunc ad eum scripseram. Sed ubi clementia tua Imperii suscepit gubernacula, compertum est postea donata illa esse præcellentibus in Republica, sed Gentilis observantiæ viris: & fortasse dicatur, Imperator Auguste, quia ipse non templis reddideris, sed benemeritis de te donaveris. Verum nosti pro Dei timore agendum esse constanter: quod etiam pro libertate frequenter fit, non solum a sacerdotibus, sed etiam ab his qui vobis militant, aut in numero habentur provincialium. Te imperante, petierunt Legati ut templis redderes; non fecisti: iterum alteri postulaverunt; renisus es: & postea ipsis qui petierunt, donandum putasti.

(b) Ps. 118.

Ambrosius redarguit Eugenium ob sumptum erogatum Gentilium sacrificiis.

XXI.

Etsi Imperatoria potestas magna sit, tamen considera, Imperator, quantus sit Deus, qui corda (c) omnium videt, conscientiam interiorem interrogat, novit omnia antequam fiant, novit intima pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini, & Deum vultis celare quicquam? Hoc non cecidit in animum tuum? Quamvis enim illi agebant tam perseveranter: nonne tuum fuit, Imperator, pro Dei summi & veri & vivi veneratione perseverantius obsistere, & negare quod erat injuria sacræ legis? Quis invidet, quoniam quæ voluisti, aliis donavisti? Non sumus scrutatores vestræ liberalitatis, nec aliorum commodorum invidi, sed sumus interpretes fidei. Quomodo offers dona tua Christo? Pauci æstimabunt quid feceris, omnes quid volueris; quicquid illi fecerint, tuum erit: quicquid non fecerint, suum: & si es Imperator, Deo subditus magis esse debes. Quomodo sacerdotes

(c) Act. 1. Dan. 13.

PAGIUS

Ideoque & eum in eam orbem relegatum. Theodosium enim initio anni trecentesimi octogesimi octavi, quo *Tatianum*, post Cynegii mortem, Præfectum Prætorio in ejusdem Tatiani patria declaravit, in *Lycia* fuisse omnino a veritate alienum, ut ex ipsomet etiam Gothofredo in Chronologia Codicis Theodosiani liquet.

X. *Tatianus teterrimus Judex.*

Verum itaque est, Tatianum, Rufinum inimicum dudum infensum, Judicem nactum esse; sed falsum, in laudata L. 9. *De indulgentiis criminum*, Rufini aliquam mentionem fieri, eumque *teterrimi Judicis* nomine in ea expresso designari, ut ipsa etiam grammaticalis constructio manifestum facit. Si Gothofredus ad laudatum Zosimi locum animum advertisset, in eam opinationem delapsus non esset; contra vero qui in hujus Legis sensum penetravit, lætitia exultasset, quod conjecturam suam certo firmatam vidisset. Miror, Baronium in Annalibus, & recentes Scriptores Vitæ Sancti Athanasii, mentionem non fecisse hujus *teterrimi Judicis* & Orthodoxorum persecutoris, cujus innocentiæ testimonium Arcadius non perhibuit, ut perperam putavit Gothofredus laudatus, sed eum *teterrimum Judicem* appellavit.

Christi tua munera dispensabunt? fuit hujusmodi quæstio temporibus superioribus, & tamen fides Patrum ipsa cessit persecutio, & Gentilitas detulit.

XXII. (a) 2. Mach. 4. Argumentum ob exemplo.

Nam cum ageretur agon quinquennalis in Civitate Tyro (a), & ad spectandum venisset Antiochiæ Rex, sceleratissimus Jason ordinavit sacrorum procuratores, ut ab Hierosolymis Antiochenses ferrent didrachmas argenti 300. & illas darent ad sacrificium Herculis: verum Patres non Gentilibus dederunt pecunias; sed viris fidelibus suis missis, protestarunt non erogari ad deorum sacrificium, quia non congruebat, sed in alios sumptus dari: & pronunciatum est (quia ille ad sacrificium Herculis missum dixerat argentum) suscipi quidem debere in id ad quod erat missum; sed quia illi qui detulerant, resistebant pro studio & cultu suo, ut non sacrificio proficerent, sed aliis necessitatibus; traditæ sunt pecuniæ ad constructionem navium: etsi coacti miserunt, non tamen ad sacrificium, sed ad alios sumptus Reipublicæ. Denique qui attulerunt, utique potuissent tacere; sed lædebant fidem, quia sciebant quo deferrent; & ideo missi sunt viri timentes Deum, qui agerent, ut non templo, sed ad impensas navium, quæ missa fuerunt, deputarentur. Illis enim crediderunt pecunias, qui causas agerent sanctæ legis. Judex rerum effectus fuit, qui absolvit conscientiam. Si positi in alieno potestate sic præcavebant: quid te oportuerit facere, o Imperator, dubitari non potest. Te utique nemo cogebat, nemo habebat in potestate: debuisti sacerdotem consulere.

XXIII. Ambrosii pro pietate certamen.

Ego certe quando tunc restiti, etsi solus restiti, tamen non solus volui, nec solus id suasi. Quoniam igitur meis vocibus & apud Deum & apud omnes homines teneor, aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere, nisi ut consulerem mihi, quia non potui tibi credere modeste. Certe diu pressi, diu texi dolorem, nulli quicquam intimandum putavi: dissimulare mihi nunc non licet, tacere liberum non fuit. Ideo etiam in primordiis Imperii tui scribenti non rescripsi, quia istud prævidebam futurum. Denique reposcenti litteras, cum ipse non rescriberem, dixi: Hæc causa est, quod extorquendum ei arbitror. Tamen ubi causa emersit officii mei, pro his qui sollicitudinem sui gerebant, & scripsi & rogavi: ut ostenderem in causis Dei, timorem mihi justum inesse, nec pluris me facere adulationem, quam animam meam: in his vero, in quibus vos rogari decet, etiam me exhibere sedulitatem potestati debitum; sicut & scriptum est (b): Cui honorem, honorem: cui tributum, tributum: Nam cum privato detulerim corde intimo, quomodo non deferrem Imperatori? Sed qui vobis deferri vultis, patimini ut deferamus ei, quem Imperii vestri vultis auctorem probari. Hactenus Ambrosii epistola ad Eugenium.

(b) Rom. 13.

XXIV. Ambrosius quid Florentiæ.

Recitat ex eadem epistola fragmentum Paulinus. Sed sequamur Ambrosium; qui cum pervenisset Florentiam, opportune accidit, ut rogatus dedicaret Ecclesiam a Juliana clarissima femina erectam, ab cujus altare condidit idem sanctus reliquias martyris Agricolæ, quas Bononiæ acceperat. Habuit ibidem luculentam orationem Ambrosius, qua cum religiosæ feminæ in erectione basilicæ factum laudibus celebrarit, majori tamen præconio extulit, quod de vivis lapidibus nobilius templum Deo dicaret, nempe tres filias una cum filio. Fuit Ecclesia illa nomine S. Laurentii nuncupata, eademque Ambrosiana dicta a Civibus, in memoriam tanti viri, qui eam dedicasset, Ambrosii. Ibi cum ageret S. Antistes, cum S. Zenobio ejus Civitatis Episcopo familiaritatis usus ipsi intercessit, pluribus inter se officiis declaratus; quæ Paulinus recenset, sicut & præclara miracula ibidem Apostolis digna edita. Permansit ibi Ambrosius, ut putatur, usque ad reditum Mediolanum, nempe ad biennium: constat enim eodem auctore Paulino, Mediolanum non ante reversum, quam sub Consulatu Arcadii tertio atque Honorii secundo, quo anno Theodosius in Italiam descendit adversus Eugenium.

XXV.

Cæterum etsi Florentia recessit Ambrosius corpore, tamen virtute jugiter mansit: cujus quidem rei certum exhibuit experimentum, tum quod S. Zenobius testatus est, se mirando quodam modo, absente illo licet, vidisse tamen Ambrosii speciem ipsum in omnibus reddentem quasi orantem in basilica Ambrosiana; cum etiam eum post obitum præsto illi Civitati fuit adversus ducenta millia barbarorum, dum obsidione cingeretur a Rege Radagaiso. At de his pluribus inferius tomo quinto acturi sumus. Sed ad Eugenium revertamur. Falsa ipse spe illectus oraculorum ac divinationum Gentilium, nihil non indulsit, quod iidem pro restituendo collapso cultu deorum postulassent: iisque parare se cœpit præsidiis ad resistendum Theodosio, si armis decernere haberet in animo; hisque munimentis stabiliendum sibi curavit Imperium, homo alioqui Christianitatis ferens imaginem.

Contraria studia Theodosii & Eugenii.

Cum e contra Theodosius, semel atque iterum expertus nihil adeo ac pietatem erga Deum ad barbaros ac tyrannos debellandos conducere, nihil antiquius habuit, quam divinum auxilium quibus valeret officiis demereri, conciliareque piis legibus divinum numen, quod sacrilegis rescriptis ab Eugenio sciret offensum. Quod igitur magno animi dolore cognovisset, Eugenii concessione restitui in Romano

Ca-

Capitolio aram Victoriæ, occlusa diu reserari Gentilium templa, fumare Urbem nidore detestabilium sacrificiorum, oracula consuli, extaque inspici animalium: quod tamen sibi non adhuc integrum esset, his malis occurrere; quibus valuit modis, contrariis legibus repugnare nisus, hanc adversus idolorum cultores edidit sanctionem (*a*):

(*a*) *l. 12. de Pagan. C. Theod.*

XXVI. Theodosii rescriptum adversum Gentilium cultum.

Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla urbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem victimam cædat, vel secretiore piaculo larem, ignem, erogenium, penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat thura, serta suspendat. Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit, aut spirantia exta consulere; ad exemplum maiestatis reus, licita cunctis accusatione delatus, excipiat sententiam competentem, etiam si nihil contra salutem Principum aut de salute quæsierit. Sufficit enim ad criminis molem, naturæ ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quærere salutis alienæ, spem alieni interitus polliceri. Si quis vero mortali opere facta & ævum passura simulacra, imposito thure, venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, subitoque ipse vel redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cæspitibus, vanas imagines humiliore licet muneris præmio, tamen plena religionis injuria honorare tentaverit; is utpote violatæ religionis reus, ea domo, seu possessione mulctabitur, in qua eum Gentilicia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quæ thuris constiterit vapore fumasse (si tamen ea in iure fuisse thurificantium probabuntur) Fisco nostro associanda censemus. Sin vero in templis, fanisve publicis, aut in ædibus, agrisve alienis tale quispiam sacrificandi genus exercere tentaverit; si ignorante Domino usurpata constiterit, vigintiquinque libras auri mulctæ nomine cogetur inferre: conniventem vero huic sceleri par ac sacrificantem pœna retinebit. Quod quidem ita per Judices, ac Defensores, ac Curiales singularum urbium volumus custodiri, ut illico per hos comperta in judicium deferantur, per illos delata plectantur. Si quid autem ii tegendum gratia, aut incuria prætermittendum esse crediderint; commotioni judiciariæ subiacebunt. Illi vero moniti, si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio multabuntur, officiis quoque eorum damno pareli subiugandis. Dat. VI. Idus Novembris, Constantinopoli, Arcadio Aug. II. & Ruffino Coss. Hi sunt primi Theodosii ad futurum bellum apparatus ex religione comparati.

XXVII.

At nec id satis, sibi subjectum Imperium ab idololatriæ sordibus expurgare: sed & Christianam religionem conatus est ab hæresum inquinamentis liberam reddere; quamobrem hoc ipso anno adversus hæreticos ita rescripsit (*b*):

(*b*) *l. 21. de hæret. Cod. Theod.*

Quid Theodosius adversus hæreticos.

*In hæreticis erroribus quoscumque constiterit vel ordinasse clericos, vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritim mulctandos esse censemus: locum sane in quo vetita tentantur, si cohibentia * domini patuerit, Fisci nostri juribus aggregari. Quod si id possessorem (quippe clanculum gestum) ignorasse constiterit; conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro inferre præcipimus: si servili fæce descendens, paupertate sui pœnam damni ac vilitate contemnit, cæsus fustibus, deportatione damnabitur. Tum illud specialiter præcavemus, ut si villa dominica fuerit, seu cuiuslibet publici juris, & conductor & procurator licentiam dederit colligendi; denis libris auri, proposita condemnatione mulctentur. Verum si quos talibus repertos obsecundare mysteriis, ac sibi usurpare nomina clericorum, jam nunc proditum fuerit; denas libras auri exigi singulos & inferre præcipimus. Dat. XVII. Kalend. Julii, Constantinopoli Arcadio Aug. II. & Ruffino Coss.* Meminit hu-

* conniventia.

PAGIUS XI.

Omnis cultus Gentilitius prohibetur.

Ad num. XXVI. *Theodosius Magnus* hoc anno, Arcadii filii sui Decennalibus celebri, emisit Legem 12. Cod. Theod. *De Paganis*, qua sacrificia omnia, omnisque alius Deorum cultus personis omnibus & locis per Orientem universum interdicuntur: uno verbo omnis Idolorum cultus, omnes cæremoniæ Gentilitiæ. Et hæc quidem Theodosius hac Lege, secuti & Lege II. *De Paganis*, anno superiori data; cum antea neque Templorum aditu, neque alio Deorum cultu interdixisset, ac nominatim non igne, non nidore seu thure. Anno trecentesimo octogesimo primo Templis quidem bellum indictum, ut testatur Zosimus lib. 4. pag. 738. sed Lege 8. *De Paganis*, anno CCCLXXXII. & Lege 9. anno CCCLXXXV. emissis, sacrificia per Orientem inhibentur; at non etiam Templorum aditus & thurificatio. Hic itaque gradus ad abolendam Gentilitiam superstitionem sub *Theodosio Magno* notandus est: primum enim sacrificia prohibita, insigniosaque Templa vel diruta, vel donata, confiscatave. At cæteri Deorum cultus, thurificatio, Templorumque aditus non ideo inhibiti; neque ornamenta his detracta: quod secundo, tertiove pedato factum. Postremum tandem, Templa quoque in pagis, seu agris passim diruta, ubi cultus diutius hæsit.

XII. *Ritus quinque prohibiti.*

Præter publicam victimarum & hostiarum immolationem, & simulacrorum cultum hac in Lege ritus decem memorantur; & quidem plerique *secretiore piaculo*, seu intra familiam, domumque domestico cultu & familiari. Prohibet igi-

hujus legis sanctus Augustinus in epistola ad Bonifacium (a): *Qua, inquit, Theodosius pissima memoria promulgavit, ut quisquis haereticorum Episcopus vel clericus ubilibet esset inventus, decem libris auri mulctetur*, &c. De eadem quoque mentionem habet scribens ad Januarium (b), nec non cum disputat adversus Cresconium (c). Sunt haec Theodosii arma adversus tyrannum hoc anno in sequens bellum disposita, quibus & haec post mensem elapsum adversus eosdem addidit (d):

(a) *Aug. epist. 50.*
(b) *Aug. epist. 68.*
(c) *Aug. cont. Cresc. con. l. 3. c. 47.*
(d) *l. 3. de his qui pro relig. contend.*

Deportatione dignus est, qui nec generali lege admonitus, nec competenti sententia emendatus, & fidem Catholicam turbat & populum. Dat. XV. Kalend. Aug. Constantinopoli Arcadio Aug. II. & Ruffino Coss.

XXVIII. Quod vero generali lege sancierat, occasione (ut diximus) Joviniani & sociorum ejus monachorum vagantium, ne in civitatibus monachi apparerent, sed deserta loca peterent; quoniam haec in injuriam & damnum convertebantur etiam illorum qui pii frugique essent; emendans quae promulgaverat Theodosius, hoc anno ista rescripsit (e):

(e) *l. 2. de monac. C. Theod.*

Theodosius revocat quae de monachis scripserat.

Monachos, quibus interdictae fuerant civitates, dum judiciariis aguntur injuriis, in pristinum statum submota hac lege esse praecipimus. Antiquata siquidem nostrae clementiae jussione, liberos in oppidis largimur eis ingressus. Dat. XV. Kal. Maii, Constantinopoli Arcadio A. II. & Ruffino Coss. Sed & de Paschalibus feriis ita ad Tatianum:

Actus omnes sive publici, sive privati diebus quindecim Paschalibus conquiescant. In his tamen & emancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant, & super his acta non prohibeantur. Dat. Kal. Januar. iisdem Coss.

XXIX. Sed & idem Imp. Theodosius cum illibate conservatum voluerit jus ecclesiarum, ne id fieret damno alterius cavit: quamobrem de his qui confugiunt ad eas, ista sancivit (f):

(f) *l. 1. de his qui confug. ad eccles. Cod. Theod.*

Publicos debitores, si confugiendum ad ecclesias crediderint, aut illico extrahi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui eos occultare probantur, Episcopos exigi. Sciat igitur praecellens auctoritas tua, neminem debitorum posthac a clericis defendendum; aut per eos, ejus quem defendendum esse crediderint, debitum esse solvendum. Dat. XV. Kal. Novembr. Constantinopoli Arcadio Aug. II. & Ruffino Coss. Haec plane ipsa lex est, cujus vigore compulsus aliquando S. Augustinus persolvere quod debebat, qui confugerat ad ecclesiam; pro ejus debiti dissolutione de collecta facienda in populo litteras dedit, ex quibus ista describimus (g):

De fugientibus ad Ecclesiam debitoribus.

(g) *Aug. epist. 215.*

XXX.

Cum frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab oppignoratoribus urgeretur, ut redderet: quod ad praesens unde explicaret se, non inveniebat; ne corporalem pateretur injuriam, ad auxilium sancta Ecclesia convolavit: illi etiam exactores cum proficisci cogerentur, & ideo dilationem dare non possent, gravissimis me querelis oneraverunt, ita ut eis illum traderem; aut quod sibi deberi ostendebant, unde acciperent, providerem. Cumque obtulissem Fastio, ut vestram sanctitatem de necessitatibus ejus alloquerer; pudore deterritus, ne facerem, deprecatus est. Ita ego majore necessitate coarctatus, a fratre nostro Macedonio decem & septem solidos accepi, quos in causam ejus continuo dedi, promittente illo quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere, & consentiente, ut si non posset occurrere, sermo de illo fieret ad vestram misericordiam, quam fraternam fratribus exhibere consuevistis. Nunc ergo, quoniam absens est, restat ut subveniatis, non illi quem nemo compellat absentem, sed pollicitationi meae, cujus existimatio vobis semper est praesens. Jam enim dies, ad quem se promiserat occursurum, transactus est: & ego ei qui solidos suos fidei meae commisit, quid respondeam, non invenio, nisi ut faciam quod me facturum esse promisi. Sed quoniam

Augustinus pro debitore se obligat.

non

PAGIUS igitur Larem igne, mero Genium, Penates nidore venerari: accendere lumina, imponere thura, serta suspendere, spirantia exta consulere, redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cespitibus vanas imagines honorare, & loca quae thuris constiterit vapore fumasse, Fisco addicuntur. Larem igne venerari solitos Gentiles omnibus notum. *Lares* enim domuum Genii habebantur, ut eos quoque Ausonius vocat. Eis cura foci & familiae, id est, servorum, qui etiam in foco tanquam praesentia Dei sui cibum sumebant, commissa credebantur. Capitolinus in Pertinace: *Et cum apud Lares sacrificaret, carbones vivacissimi extincti sunt*. Secundo, mero Genius cultus, ut vel illud Persii protritum ostendit, *funde merum Genio*. Tertio, quod nidorem attinet, Arnobius lib. 6. *Nidorem consectantur & fumos*. Quarto, lumina Diis accendebantur; quod irridet Seneca epist. 96. Quinto, thuris impositio; hinc Lactantius lib. 5. cap. 21. *Et animas suas cum thure ipso cremandas aris detestabilibus imponunt*.

Sexto, serta suspendi solita: fertis enim Deos ornatos passim obvium. Arnobius lib. 7. *Etiam Dii sertis coronis afficiuntur & floribus*. Atque hoc nomine damnatae olim a Christianis coronae, ut videre est apud Tertullianum. Nominatim vero Templorum postes fertis ornati, ut ex Lege 7. Cod. Justinian. *De Paganis* patet; *Absit ut seculo nostro redimiri sertis Templorum impios postes*. Septimo, Extispicina prohibetur, de qua Virgilius 4. Aeneidos, *spirantia consulit exta*, id est, palpitantia. Octavo, ait *Theodosius*, *Redimita vittis arbore imagines honorasse*. Hinc

XIII. *Alii quinque ritus prohibiti.*

At-

non sum de hac re commonitus, ut die Pentecostes, quando aderat major vestra frequentia, sermonem inde facerem; peto ut has litteras pro lingua mea præsente habere dignemini, admonente vos, & exhortante in cordibus vestris Deo & Domino nostro, cui credidistis: Et paulo post: *Quoniam ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, Catholicus frater noster, pro cujus supplenda necessitate vos peto ut faciatis quod Dominus imperat; sine tristitia, sine murmuratione, & cum lætitia & hilaritate facite;* Et in fine: *Scripsi eis etiam presbyteris, ut si quid minus fuerit post collationem sanctitatis vestræ, compleant ex eo quod habet Ecclesia, dum tamen vos secundum quod placet hilariter offeratis: quia sive de vestro, sive de Ecclesia detur, omnia Dei sunt, & devotio vestra dulcior erit thesauris Ecclesiæ, &c.* Hæc Augustinus, quæ occasione legis editæ, & ad insinuandum usum collectarum (de quo multa suo loco superius) recensuisse non piguit.

Collecta indicitur ab Augustino.

XXXI. Disputatio Augustini contra Fortunatum.

Quod rursum ad S. Augustinum pertinet; hoc ipso anno, publica disputatione contulit cum Fortunato veternoso hæretico Manichæo Hippone regio, spectante & audiente populo, excipientibus eam Notariis. Extant ipsa Acta ejusmodi exordio scripta (a): *Quinto Kal. Septemb. Arcad. Aug. bis, & Ruffino viris clarissimis Consulibus habita disputatio adversus Fortunatum Manichæorum presbyterum in urbe Hipponensium regionum in balneis Sosii sub præsentia populi. Augustinus dixit, &c.* Hujus autem congressus occasionem Possidius ita describit (b): *Sane tunc in illa Hipponensi urbe Manichæorum pestilentia quamplurimos Cives & peregrinos infecerat & penetraverat, seducente & decipiente ejusdem hæresis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conversante atque manente. Interea Hipponenses Cives, & peregrini Christiani, tam Catholici, quam etiam Donatistæ, adeunt Augustinum presbyterum, atque deposcunt, ut illum hominem Manichæorum presbyterum, quem doctum credebant, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem (ut scriptum est c) paratus ad responsionem omni poscenti se rationem de fide & spe quæ in Deum est, potensque exhortari in doctrina (d) sana, & contradicentes redarguere, minime renuit: sed utrum etiam hoc Fortunatus fieri vellet, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatum id detulerunt, petentes & exhortantes & flagitantes quod id minime recusaret.*

(a) Aug. contra Fortunat.

(b) Possid. Vit. S. Aug. c. 6.

(c) 1. Petr. 3.

(d) Tit. 1.

XXXII. Superatus Fortunatus ab Augustino.

Sane quoniam idem Fortunatus jam apud Carthaginem sanctum noverat Augustinum adhuc in eodem secum errore constitutum, cum eodem congredi pavitabat. Verumtamen suorum maxime instantia coactus ac verecundatus, promisit cominus se esse venturum, certamenque disputandi subiturum. Unde condicto die & loco, convenerunt in unum, concurrentibus quamplurimis viris studiosis, turbisque curiosis: & apertis Notariorum tabulis disputatio est cœpta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichæus præceptor (ut Gestorum continet fides) nec Catholicam assertionem potuit evacuare, nec Manichæorum sectam, subnixa veritate, valuit comprobare: sed deficiens responsione, ultimo collaturum se cum suis majoribus ea quæ refellere non potuit, prosecutus est: & si sibi forte de his satis minime fecissent, suæ animæ consulturum. Atque ita ab omnibus, apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in suæ sectæ assertione judicatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponensi Civitate profectus, ad eamdem amplius non remeavit. Ac sic per memoratum Dei hominem omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes illa quæ gesta sunt cognoverant, error ille ablatus, Catholica est intimata ac retenta sincera religio. Hactenus Possidius.

XXXIII. Fortunatus ad suos victus abit.

Fuisse autem hæc novissima verba Fortunati, cum ab Augustino adeo arctatus esset, ut effugium prorsus nullum illi pateret, Acta docent: *Fortunatus dixit: Sine præjudicio professionis meæ dixerim. Illa quæ a te opponuntur, cum retractavero meis cum majoribus; si minus responderint interrogationi huic meæ, quæ similiter a te nunc mihi offertur, erit in mea contemplatione: quia & ego animam meam cupio certa fide liberari, & venire ad hujus rei inquisitionem, quæ a te mihi offertur, & ostensurum te polliceris. Augustinus*

PAGIUS Arnobius lib. I. adversus Gentes: *Venerabar nuper veternosis in arboribus tænias.* & lib. 20. *Quid lanarum vellera, quibus arbores colligatis & circumvolutis stipitem.* Et mox: *Quid compti violaceis coronis & redimiti arboris ramuli.* Hic tamen mos postea diu mansit, & quidem in Italia, ut Gregorius Papa lib. 7. epist. 20. in Africa, ut canon 84. Codicis Africani, & Divus Augustinus Sermone de Tempore 241. testantur. Et denique per Galliam, ut Concilium Arelatense VII. Altisiodorense, Nannetense, Agathense, & Capitularium lib. 1. tit. 64. & lib. 7. tit. 236. memorant. Nono, prohibentur aræ cespititiæ & subitaneæ ex cespitibus erectæ; hinc Apulejus lib. 7. Metamorph. *Aram cespite virenti Marti Deo faciunt.* Decimo, Fisco addicit Theodosius loca, quæ constiterit thuris vapore fumasse. Hinc Prudentius lib. 2. contra Symmachum versu 363.

Aut ornat redimita rosis; aut thure vaporat.

Quæ omnia ex Gothofredo in illius Legis Commentario excerpta.

nus dixit : Deo gratias. Hic finis illius disputationis habitæ de origine mali, super quam totus cardo Manichææ hæresis vertebatur. Scripsit autem post hæc idem Augustinus duos libros de Genesi ad litteram contra eosdem Manichæos (a), necnon adversus disputationes Adimantii Manetis discipuli (b): hæc vero omnia cum adhuc presbyter esset (ut ipse testatur) contra Manichæos, quibus Africa abundabat, Augustinus conscripsit.

(a) Aug. retract. l.1. c.18.
(b) Aug. eod. l. c.22.

XXXIV. Successor Fortunati.

Quod autem ad Fortunatum ab Augustino victum spectat; cum inde recessisset, numquam rediit, sed a Manichæis missus est ejus successor Hipponem, quem idem S. Augustinus insectatus est, epistola ad eum scripta (non enim hæreticum hominem alloqui dignatus est) ubi inter alia hæc ad finem habet (c): *Itaque denuncio tibi in nomine Christi, ut si paratus es, solve quæstionem in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita hinc ierat, ut non rediret, nisi cum suis disputatione collata, inveniret quid contra respondere posset disputans cum fratribus. Si autem ad hoc non es paratus; discede hinc, & noli pervertere vias Domini, & illaqueare & venenis inficere animas infirmas: me adjuvante dextera Domini nostri, quomodo non putaveras, erubescas.* Hæc Augustinus ad successorem Fortunati.

(c) Aug. epist.144.

XXXV. Quid Augustinus in Donatistas.

Quod vero Ecclesia Africana magnopere infestaretur a Donatistis antiquis schismaticis, Catholicæ Ecclesiæ perduellibus; Augustinus miseratus in primis imperitam incautamque plebeculam ubique deceptam, eidem ignorantiæ errore seductæ in primis opem ferendam putavit: sed quonam consilio, ipsum audi (d): *Volens*, inquit, *etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi & omnino imperitorum, atque idiotarum notitiam pervenire, & eorum quantum fieri posset per nos inhærere memoriæ; psalmum qui eis cantaretur, per Latinas litteras feci; sed usque ad V litteram; tales enim Abecedarios appellant, &c.* Extat ipse psalmus cui illud præfixum exordium (e):

(d) Aug. Retract. l. 1. c.20.
(e) Aug. Psal. cont. Donatist.

> *Omnes qui gaudetis de pace, modo verum judicate:*

idemque versus sæpius ponitur repetendus in psalmo, quo schismatis in primis origo cantatur, sed & diluuntur calumniæ a Donatistis Catholicis illatæ: verum & demonstrantur ipsi extra Ecclesiam vagari, extra quam nullam penitus fas sit salutem sperare: aperteque docetur, eos qui non junguntur cathedræ Petri, in Ecclesia esse non posse; quod his versibus occini voluit:

Ubi fides Catholica.

> *Scitis, Catholica quid sit, & quid præcisum a vite.*

Et post aliqua adversos Donatistas præferentes formam sanctitatis ista subdit:

> *Sed quid illi prodest forma, si non vivit de radice?*
> *Venite fratres, si vultis, ut inseramini in vite.*
> *Dolor est, cum vos videmus præcisos ita jacere.*
> *Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede:*
> *Et in ordine illo patrum quis cui successit, videte.*
> *Ipsa est petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ, &c.*

Edidit quoque egregium commentarium adversus Donati epistolam: illa enim cum præ manibus ferme omnium haberetur, magnum inferebat, ipsam legentibus detrimentum: paravit igitur ipse veneno antidotum, cum eam contrariis scriptis exagitavit (f): sed hæc elucubratio hactenus desideratur. At si scire cupis reliquos commentarios ab eo editos usque ad sequentem post annum quo creatus est Episcopus; ipse docet; nimirum duo volumina *de sermone Domini in monte* (g); disseruit & *super Pauli epistolam ad Romanos* (h), necnon postea elaboravit *expositionem ejusdem Pauli epistolæ ad Galatas, & de diversis quæstionibus* prolixum opus, commentarium *de Mendacio*, ac *tractationem de Fide & Symbolo*, de qua dicemus anno sequenti.

(f) Aug. Retract. l. 1. c.2.
(g) Aug. eod. l.1. c. 9.
(h) Eod. l. 1. c.23.24. 26.27.

XXXVI. S. Hieronymi scripta usque in hunc annum.

Sed est, ut & S. Hieronymi lucubrationes singulas in hunc usque annum decimum-quartum Theodosii Imperatoris editas perfacile enumeres, si quæ ad finem habet in commentario *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, legas. Scripsit illum ad Dexterum V. C. quem Præfectura Prætorii decoratum fuisse, ipse tradit in Apologia contra Ruffinum, dum ait (i): *Ante annos ferme decem, cum Dexter amicus meus qui Præfecturam administravit Prætorii me rogasset, ut auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, inter cæteros tractatores, &c.* Scripserat ante idem Dexter ad ipsum Hieronymum historiam: quod ipse testatur his verbis (k): *Dexter Paciani, de quo supra dixi, filius, clarus apud sæculum, & Christi fidei deditus fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi:* sed ea dispendio quoque nostro periit. Meminit ejusdem commentarii Marcellinus in Chronico, traditque ab eo recensitos viros illustres centum triginta quinque, eorumdemque descripta volumina: quæ sic accipias, ut Christianæ religionis scriptorum editos commentarios enumerarit adversus Celsum, Porphyrium, & Julianum, qui Christianos omnes imperitiæ arguebat.

(i) Hier. Apolog. adv. Ruff.
(k) Hier. de Script. Eccl.

XXXVII.

Nam cum præfatur ad Dexterum, hæc inter alia: *Discant*, inquit, *Celsus, Porphyrius, Julianus, rabidi adversus Christum canes; discant eorum sectatores, qui*

pa-

Viri doctissimi in Ecclesia semper floruere.

putant Ecclesiam nullos philosophos, & eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti & quales viri eam fundaverint, extruxerint, & ornaverint, & desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant. Ita ibi. Accidit plane miraculum illud prophetico (a) ore cantatum: *Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluvios Ethan:* Nam idem Hieronymus alibi (b): *Quotusquisque nunc Aristotelem legit? Quanti Platonis vel libros novere, vel nomen? Vix in angulis otiosi eos senes recolunt. Rusticanos vero & piscatores nostros totus Orbis loquitur, universus mundus sonat.* Sed quod ad ipsum catalogum spectat, ipse excusat quod ultimo loco sua quoque in eo scripta posuerit, ad Desiderium ita scribens (c): *Post catalogum plurimorum, me quoque in calce voluminis, quasi abortivum, & minimum omnium Christianorum posui.* Pervenisse eumdem librum in Africam sine titulo, S. Augustinus ad S. Hieronymum scripsit (d), eumque prodi rogavit: sed & aliquid amplius desideratum ab ipso, nempe ut cum adnumerat hæreticos inter scriptores Ecclesiasticos, in quibus cavendi essent, ipse admonuisset, significavit; quod ut alio libello præstaret, vehementer rogavit: insuper quod optime senserit Augustinus aliquot ab eo prætermissos scriptores Ecclesiasticos, quo id consilio sit factum exquisivit. Hæc recensuisse voluimus, ne suspecta sit fides auctoris alicujus, qui non reperiatur in eodem catalogo scriptus; nam multos prætermissos esse, Augustinus probe cognovit.

(a) Psal. 73.

(b) Hier. præf. in l. 3. comment. ad Galat.

(c) Hier. epist. 134.

(d) Aug. epist. 9.

XXXVIII. Scripta Hieronymi ab eo prætermissa.

Sed & miramur, cur ipse cum lucubrationes omnes a se editas usque ad præsentem annum Imperii Theodosii decimumquartum recensere se dicat, ex eis tamen aliquas numerare prætermiserit, nempe *commentarios in Pauli epistolam ad Ephesios*, quos se testatur (e) scripsisse paulo post quam Alexandria recessisset, quo profectum vidimus statim ut Roma rediit Hierosolymam: nisi quis velit, illud quod ibi nuper ait, ultra septennium complecti temporis spatium. Insuper ad Pammachium scribens (f) paulo post missum ad eum Apologeticum (quem ante hoc tempus se scripsisse testatur in eodem commentario *de viris illustribus*) *Libros*, inquit, *sexdecim Prophetarum, quos in Latinum de Hebræo sermone verti, si legeris, & delectari te hoc opere comperero; provocabis nos, etiam cætera clausa armario non tenere. Transtuli nuper Job in linguam nostram: cujus exemplar a S. Marcella consobrina tua poteris mutuare:* & paulo post: *Misimus quædam τῶν ὑπομνημάτων in Prophetas duodecim sancto patri Domnioni, Samuelem quoque & Malachim, idest, quatuor Regum libros; quæ si legere volueris; probabis quantæ difficultatis sit divinam Scripturam & maxime Prophetas intelligere, & interpretum vitio, quæ apud suos purissimo cursu orationis labuntur, apud nos scatere vitiis.* Hæc ipse, quæ ibi omissa sunt numerari: nec est ut quis putet ista claudi illa sententia, qua in fine dicit (g): *Multaque alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta sunt.* Nam constat hæc ab illis fuisse diversa, quæ ab ipso jam, ut ait, edita erant atque missa Romam. Quamobrem dici plane de eo posse videtur, quod jactari solet de valde abundante divitiis homine: adeo prædives fuit ut numerum nescierit divitiarum suarum.

(e) Hier. præf. in ep. ad Ephes.

(f) Hier. epist. 52.

(g) Hier. de Scrip. Eccl.

XXXIX. Reliqua Hieronymi scripta hoc triennio.

Quod vero ait Hieronymus, se hoc anno, cum illa scriberet, multa habuisse in manibus de opere prophetali; plane allusisse visus est ad ea quæ ipse habet in epistola ad Chromatium Episcopum Aquilejensem his verbis (h): *Triennium*, inquit, *circiter fluxit, postquam quinque Prophetas interpretatus sum, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, & alio opere detentus non potui implere quod cœperam. Scripsi enim librum de illustribus viris, & adversus Jovinianum duo volumina: Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & ad Nepotianum vel de Nepotiano libros duos.* Hæc ipse; & quod subdit: *Et alia quæ enumerare longum est.* Hac quidem ultima periodo visus est clausisse Hieronymus ea quæ dicit se habuisse præ manibus, sed nondum fuisse expleta, cum librum illum edidit.

(h) Hier. præfat. in comment. super Jonam.

XL.

Quod vero in die epistola *de optimo genere interpretandi* dicta (i), ante ferme biennium scriptam epistolam a S. Epiphanio ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum, arguente eum quorumdam pravorum dogmatum: plane ad hunc ipsum annum ea Epiphanii epistola esse referenda docetur. Insuper cum idem Hieronymus ad Pammachium scribens (k) adversus ejusdem Joannis errores, in fine ejus epistolæ testetur, jam ante ad ipsum Johannem ab Epiphanio epistolam fuisse scriptam; cumque constet eam dedisse Hieronymum ad Pammachium anno sequenti; plane necesse est affirmare ante sequentem annum dictam Epiphanii Epistolam ad Joannem datam, præsenti scilicet. Sed unde, inquies, constat anno sequenti eam ad Pammachium a Hieronymo esse scriptam epistolam? ex eo nempe, quod in ea ipse meminit ingentis illius Solis deliquii, accidisseque ait ante paucos menses; quod quidem sequenti anno factum apparet, Consulibus Theodosio tertium & Abundantio.

(i) Hier. epist. 101.

(k) Hier. epist. 61.

XLI.

Ex his igitur sic ordine temporum re-

Scripta adversus Jo. Episcopum Hierosolymitanum,

Sic disponuntur tum S. Epiphanii, tum S. Hieronymi scripta illa, quibus magni momenti historia texitur; ut hoc anno data dicatur Epiphanii epistola ad Joannem, sequenti vero dictis Coss. eam adversus eumdem Joannem a Hieronymo scriptam fuisse dicamus: post sequentem vero annum, qui est Domini trecentesimus nonagesimus quartus, Coss. Arcadio, & Honorio, eam ab ipso Hieronymo ad Pammachium de optimo genere interpretandi epistolam conscriptam fuisse intelligamus. Sunt omnes ejusdem argumenti, nempe spectantes ad causam ejusdem Joannis Hierosolymorum Episcopi. At quænam fuerint ista, & quæ hoc anno sanctus Epiphanius in eum objecerit, quæve antea ipse Joannes adversus Epiphanium egerit, accurate pervestigemus. Magni quidem ponderis historiam aggredimur, & perplexam difficultatibus multis, nisi recto temporis tramite dirigatur.

XLII. Causa Jo. Episcopi Hierosolymitani,

(a) Hier. epist. 61.

Jam superius de Joanne aliqua contigit enarrari: ipsum nimirum ex monacho, sed secta Macedoniano, abdicata hæresi, (a), spe illectum Episcopatus, illo tandem potitum esse; postea vero Origenis errorum se patronum exhibuisse, atque Origenistarum fautorem: eamque ob causam adeo infensum fuisse illi adversantibus SS. Epiphanio, Hieronymo, atque Theophilo Episcopo Alexandrino, ut nullam prætermiserit occasionem iisdem molestiam negotiumque facessendi. At quamnam diu quæsitam arripuit ille occasionem contra Epiphanium agendi, cujus rei causa provocatus est ad ipsum eam dare epistolam, primo loco dicendum est. Refert ipsam idem Epiphanius in dicta epistola; sed primum ista præfatur (b): *Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei, & observatione diligentissima hoc esse quod dicimur:* & paulo post: *Nihil tibi nocuimus, nihil injuriæ fecimus, nec quicquam violenter extorsimus. In monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui provinciæ nihil tuæ deberent, & propter nostram parvitatem, & litteras, quas ad eos crebro direximus, communionis quoque tuæ cœperunt habere discordiam, ne viderentur quadam duritia, & conscientia nostra antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinavimus diaconum, & postquam ministravit, rursum presbyterum: super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi; maxime cum nulla sit diversitas in sacerdotio Dei, & ubi utilitati Ecclesiæ providetur. Nam etsi singuli Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur; tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum quid factum sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit.* Fuit enim tunc ab Epiphanio ordinatus frater Sancti Hieronymi, Paulinianus nomine; de quo idem Hieronymus isthæc ipsa refricans ad Pammachium scripsit (c):

(b) Apud Hier. Epiph. epist. 60.

Necessitas ordinandi Presbyterum,

(c) Hier. epist. 61.

XLIII.

Sed pergit cœptam semel narrationem Epiphanius: *Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorum fratrum in monasterio consisteret; & sancti presbyteri Hieronymus, & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerii, quæ Christianorum præcipua salus est; invenire autem & comprehendere servum Dei non posses, qui te, eo quod grave onus sacerdotii nollet suscipere, sæpe fugiebat; sed nec alius quis Episcoporum facile eum reperiret: unde & satis miratus sum, quo modo dispensatione Dei ad nos venerit cum diaconis monasterii & cæteris fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid adversus eos habebam tristitiæ. Cum igitur celebraretur collecta in Ecclesia villæ, quæ est juxta monasterium nostrum: ignorantem eum, & nullam penitus habentem suspicionem, per multos diaconos apprehendi jussimus, & teneri os ejus, ne forte liberari se cupiens, adjuraret nos per nomen Christi: & primum diaconum ordinavimus, proponentes ei timorem Dei, & compellentes, ut ministraret: valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum, & persuadere potuimus testimoniis Scripturarum, & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis; rursus eum, ingenti difficultate tento ore ejus, ordinavimus presbyterum; & iisdem verbis quibus antea suaseramus, impulimus ut sederet in ordine presbyterii. Post hæc scripsimus ad sanctos presbyteros monasterii & cæteros fratres, & increpavimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum quæri audissem, cur non haberent qui sibi Domini sacramenta conficerent, & illum omnes suo poscerent testimonio, & grandem utilitatem in commune monasterii testarentur; quare tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione ejus aliquid poposcissent.*

Violenta ordinatio,

XLIV. Epiphanii excusatio,

Hæc ita acta sunt, ut locutus sum in charitate Christi, quam te erga parvitatem nostram habere credebam: quamquam in monasterio ordinaverim, & non in parochia quæ tibi subjecta sit. O vere benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo & bonitas, & nostra rusticitas sensu tuo & arbitratu digna misericordia Dei. Nam multi Episcopi communionis nostræ, & presbyteros in nostra ordinaverunt provincia, quos nos comprehendere non poteramus; & miserunt ad nos diaconos & hypodiaconos

nos, quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem Episcopum, & Sanctum Theoprebum, ut in Ecclesiis Cypri, quæ juxta se erant, ad meæ autem parochiæ videbantur Ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset & late patens provincia, ordinarent presbyteros, & Christi Ecclesiæ providerent. Hæc de prætensa causa rixarum Epiphanius, cum re vera ob hæresum Origenis patrocinium Joannes iracundia accenderetur.

XLV. Joannes injuste commotus in Epiphanium.

Quod ergo etsi non sub Joannis parochia, in Palæstina tamen Epiphanius ordinasset in monasterio sanctum virum primo diaconum, deinde presbyterum, maximas Joannes adversus eum turbas concitavit, cum tamen si quid perperam gestum esset, Episcopus Cæsareæ maritimæ, quæ metropolis totius Palæstinæ erat (ut Hieronymus postea scripsit *a*) expostulare debuisset. Sed excusandus fuit Epiphanius ex causa nuper relata, & ex consuetudine Ecclesiarum Cypri: verum etsi deliquisset; tanto tamen viro condonandum utique fuisset, quem etiam (ut idem testatur S. Hieronymus) Valens acerbissimus persecutor, cum alios exagitaret Catholicos Episcopos, ob insignem meritorum excellentiam non tetigerat.

(*a*) Hier. epist. 61.

XLVI. Alia Jo. querela.

Sed quam excanduit Joannes ea de causa in Epiphanium: audi quid Epiphanius ipse dicat: *Audivi*, inquit (*b*), *quod tumeas contra nos, & irascaris, & minitaris scribere in extremos fines terræ, ut loca provinciasque non nominem*: sed aliam quoque prætexebat Joannes Episcopus causam irarum in Epiphanium, quam subdit, sic dicens: *Qui ut tristitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbaverunt, & dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, præsta Joanni, ut recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos, ut hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam enim hoc in corde meo semper orem; tamen, ut simpliciter fatear, numquam in alienas aures protuli, ne te viderer parvipendere, dilectissime. Quando autem complemus orationem, secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoque dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certe ita: Tu præsta, Domine, & custodi, ut ille verbum prædicet veritatis; sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit oratio consequentiam.* Hæc ipse, sed prætextus inanes erant hi. Verum indignationis Joannis in Epiphanium illa potissimum causa præcesserat, quod eum coram redarguerat hæresum Origenis, monueratque ab illis recederet: nam idem in eadem epistola ista subdit:

(*b*) Hier. epist. 60.

XLVII.

Quapropter obsecro te dilectissime, & advolutus pedibus tuis precor, præsta mihi & tibi ut salveris (sicut scriptum est) a generatione perversa; & recede ab hæresi Origenis, & a cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim, quod propter hunc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis: Arii patrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem, & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis, & monerem; & contradixistis: & me ad tristitiam atque lacrymas adduxistis: non solum autem me, sed & alios plurimos Catholicos qui intererant. Inde, ut intelligo, hæc est omnis indignatio, & iste furor; & idcirco comminamini, quod mittatis adversus me epistolas, ut huc illacque sermo vester discurrat: & propter defensionem hæreseos, adversum me odia suscitantes, rumpitis charitatem, quam in vos habuimus; in tantum, ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobis communicaverimus ita Origenis errores, & dogmata defendentibus. Subjicit his admonitionem de erroribus Origenis: ac demum de Palladio illa ingerit, quæ superius recensuimus, ipsum videlicet prædicare Origenis errores.

Arguit Epiphanius Joannem hæresum Origenis.

Quæ vero insuper ab aliis adversus ipsum Epiphanium querelæ ferrentur, iisdem litteris ita conscribit (*c*):

(*c*) Hier. epist. 60.

XLVIII. De conscisso ab Epiphanio velo.

Præterea audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Betel, ut ibi collectam tecam ex more Ecclesiastico facerem; & venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem qui locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrassem ut orarem; inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cujusdam: non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem; scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent, & efferrent; illique contra murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, justum erat ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem moratum fuit in medio; dum quæro optimum velam pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire, & precor ut jubeas presbyteros ejusdem loci suscipere velam a latore, quod a nobis missum est; & deinceps præcipere, in ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est ecclesia Christi, & populis qui tibi crediti sunt. Hæc de velo picto auctor, qui dicitur Epiphanius ad Joannem.

XLIX. De loco epistolæ Epiphanii controversia.

Videre videor, pie lector, te inter legendum contrahere supercilia, signumque displicentiæ præteferre: moxque e controversiis Epiphanii cum Joanne, ad Iconoclastarum transisse certamen: sed non relinquam solum, sequar te; & pro animi tui sententia in loci hujus discussione, in quem velut in syrtes quasdam incurrit oratio, aliquantulum immorabor. Atque primum quæ alias de aliis Epiphanii scriptis ab Iconoclastis adversus cultum sacrarum imaginum allata fuerint; & cujus ea fidei habita sint, est hic declarandum; inde vero de recitato hujus epistolæ textu fiet exacta discussio, ac fidelis in omnibus disquisitio. Vindicandus nobis omnino est sanctissimus Pater ab Iconoclastarum erroribus, quibus illi scripta ipsius calumniosissime conspersere.

L. Nomine Epiphanii scripta supposita. (a) Concil. Nic. 2. Act. 6. edit. vet.

In Niceno enim posteriori Concilio e libello Gregorii Iconoclastæ hæc ex Epiphanio adversus sacrarum venerationem imaginum sunt allata (a): *Epiphanius Cyprius inter antesignanos præclarus sic inquit: Attendite vobis, ut servetis traditiones, quas accepistis; ne declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram, quibus infert hæc: Estote memores, dilecti filii, ne in ecclesiam imagines inferatis, neque in sanctorum cœmeteriis eas statuatis, sed perpetuo circumferte Deum in cordibus vestris. Quinetiam neque in domo communi tolerentur*, &c. Sed adulterina spuriaque ejusmodi fuisse scripta, tanti Patris nomine ab adversariis decorata, responsum est ab Epiphanii defensore, hisce potissimum signis; quod cum idem Epiphanius omnes scriptis suis exagitet hæreses; si hæresim putasset imagines venerari, utique eamdem (ut par erat) sicut alias, styli acumine feriisset: cum certum sit ex iis quæ superius dicta sunt, viguisse Constantini tempore, sicut antea & postea, in Oriente, & Occidente in Ecclesia Catholica cultum sacrarum imaginum. Rursum vero a majoribus eadem scripta ut Epiphanii germana minime fuisse cognita, idem defensor docet his verbis: *Beatus Pater Epiphanius temporibus Arcadii & Theodosii floruit; ab eo igitur tempore ad hanc hæresim usque anni sunt quadringenti; & tamen libros illos contra imagines nemo Christianorum præter istos novitatis magistros recepit. Quod si tanto tempore in Ecclesia non sunt recepti, quamobrem nunc a nobis recipi debent?*

LI. Improbata a S. Synodo quæ Epiphanii nomine scripta edita sunt.

Quoniam insuper ab Iconoclastis ejusdem Patris citabatur epistola ad Theodosium Imperatorem: quid ea contineretur de cultu sacrarum imaginum idem defensor sic recitat: Afferunt quidam istorum epistolam, veluti scriptam a beato Epiphanio Cypriorum Præsule ad Theodosium Imperatorem: nos eam in manibus sumentes, & diligenter & minime defunctorie legentes, invenimus circa finem epistolæ ejuscemodi emphasim: *Sæpe cum ministris meis de imaginum ablatione egi, sed ab iis non receptus sum, neque vel in paucis vocem meam audire sustinuerunt.* Subdit idem defensor, ad hæc confutanda, sanctorum Patrum usum & auctoritatem, qui eodem cum Epiphanio sæculo vixere, omnesque assertores ejusdem imaginum cultus, quos recensere brevitatis causa præterimus. Sed ad imposturam istam manifestius aperiendam considera, quam repugnent inter se invicem, Epiphanium in aliena diœcesi (ut vidimus ex ejus epistola ad Joannem) evertisse cultum sacrarum imaginum, unam ex eis manibus conscindendo; & ipsum eadem præstandi in sua diœcesi minime tantum virium habuisse, præsertim cum in ea insula primariam sedem teneret, & sub se positos Episcopos adeo sibi conjunctos & obsequentes haberet: quorum & tanta erga eum reverentia esset, ut quicquid ipse decerneret, veluti cælitus demissum oraculum ab omnibus haberetur.

LII. Arguitur perspicue impostura.

At demus ipsum in hoc suos sibi renitentes expertum esse: quo modo ejus pertinax contradictor & oppugnator Joannes Hierosolymorum Episcopus una cum illis ejus, in qua ea erat imago, ecclesiæ ministris in ipsum talia in aliena diœcesi præsumentem non continuo cum aliis simul objecit? Cur quod displiceret sibi, & corrigeret in aliena ecclesia, hoc ipsum non præstaret in sua? Certe quidem magno id Epiphanio cessisset dedecori, conscindere in aliena diœcesi sacras imagines, qui easdem in omnibus Cypri ecclesiis esse pateretur; cum & illud Evangelicum (b) in eum jure objectari licuisset: *Medice, cura te ipsum.* Num, rogo te, modestia Joannis Episcopi undique occasionem captantis in eum dicendi vel faciendi, ea in ipsum objicere prætermisisse potuit? Sentis puto, lector, quam hæc sibi invicem adversentur, ut de impostura jam judicium facias. Sane quidem testificatione S. Joannis Damasceni (c) constat ipsam S. Epiphanii in Cypro ecclesiam sacris exornatam imaginibus usque ad sua tempora perseverasse: qui & de aliis scriptis Epiphanii nomine suppositis hæc habet (d): *Scito*, inquit, *sermonem illum alterius cujuspiam fictitium; qui, ut sæpe fit, sancti Epiphanii abusus est nomine:* Ita ipse; eademque apud adversarium Gregorii Iconoclastæ, Epiphanii vero defensorem, item Epiphanium nominatum, invenies, atque hæc ad postremum (e): *Sic igitur ista falsa scripta contra venerandas imagines, dicuntur quidem a quibusdam Epiphanii, non tamen sunt, ut demonstratum est. Nam & illius discipuli templum in Cypro, quod* ejus-

(b) Luc. 4.

(c) Joan. Damasc. de imag. orat. 1.

(d) Joan. Damasc. de imag. orat. 3.

(e) Concil. Nicæn. 2. Act. 6.

ejusdem Patris nomine appellaverunt, ædificarunt; & cum multis aliis picturis, illius quoque imaginem ibidem collocarunt. Quod si autem is tantopere venerandarum imaginum inspectionem fuisset execratus; quo modo in tantam audaciam illius discipuli erupissent, ut illi imaginem collocarent? Judicate omnes qui auditis, & verum a falso discernite, quia editiones istæ non sunt beati istius Patris, sed potius Manichæi: quas veluti amara bila plenas fugiamus, &c. Equidem Manichæos magnoram virorum nomine supposita edere scripta consaevisse, superias pluribus demonstratum est.

LIII. Epistolæ additamentum diu incognitum.

Qaod igitur ita de illis judicavere Patres, idemque de iisdem scriptis sensit Joannes Damascenus, quæ jam ante innotuerant & plurimorum manibus circumferebantur: quid dicendum de additamento hoc ad finem Epiphanii epistolæ ad Joannem consarcinato, sicat & de illo ad finem epistolæ ejusdem Epiphanii scriptæ ad Theodosium collocato? Attentius age, lector, quod de impostura arbiter factus sis. Quid est, amabo te, quod ab adversariis Iconoclastis tempore Nicæni Concilii silentio prætermissa est hæc ad Joannem epistola, qaa non quid tantum Epiphanius scripserit, sed quid ipse fecerit adversus usum imaginum conscindendo eas adeo perspicae poterat demonstrari, epistola præsertim ad tantum viram scripta, & a S. Hieronymo translata, at de ejus falsitate nulla videretur oriri potuisse suspicio? Certe quidem nibil est quod in hoc excuses, adversariorum modestia id factum; cum pugnacissimi essent & aadacissimi: neque eorundem prætexas in his perscrutandis negligentiam; cum appareat, sagacissimos extitisse. Nec est quod ingeras, latuisse tanc eam in angulo epistolam, neque repertam; cum constet assertione Hieronymi (*a*), quamplarima ejus fuisse exemplaria descripta, & eadem ubique sparsa, dum ait: *Harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiebantur, vel ob auctaris meritum, vel ab elegantiam scriptionis.* Quid igitar de his judices, jam satis habes: nempe eo qaidem omnino tunc temporis caruisse additamento epistolam illam, cujus nulla prorsus fuerit ab adversariis facta vel levis mentio.

(*a*) Hier. epist. 101.

LIV. Ex Hieronymo detegitur impostura.

Qaod autem nihil hujusmodi objectum faerit a Joanne manifestius confirmatur. Nam cum sanctus Hieronymus pro Epiphanio defensionem egregiam adversam cumdem Joannem scripserit in epistola ad Pammachium (*b*), atque in ipsa omnia ab illo in Epiphanium dicta vel facta commemoret, quæ in dictis Epiphanii ad ipsum Joannem litteris expressa habentur: cum omnia solvat, redarguat, & oppugnet: cur ea dumtaxat, quæ præcipue confutanda erant reliquit intacta, pro qaibus tuendis longiori quoque opus erat oratione? certe quidem haud ejusmodi esse videbantur quæ dissimulari potuissent, si in ea epistola talia scripta essent. Vel si vere ea facta fuissent: quomodo non (ut eadem inculcem) majori energia Joannes in Epiphaniam illa exaggerasset, qui tantopere in eumdem invectus est, quod in aliena diœcesi, licet non ipsius Joannis, necessitate poscente, sanctum virum diaconum atque presbyterum ordinasset? Certe majoris audaciæ, & ipsi Joanni gravioris contumeliæ esse facinus videri potuisset, in ecclesiam Joanni subditam Epiphanium violentas injecisse manus, quam in monasterio alienæ parœciæ sacros ordines ministrasse. Silentiam ergo tum Joannis accusantis, tum Hieronymi Epiphanium defendentis, quo modo non aperte demonstrat, eo additamento tunc illam epistolam caruisse? Sed consarcinatoris futuram inspice, male panuam novum veteri adsuentis.

(*b*) Hier. epist. 61.

LV. Additamenti futura.

Post confutatos ab Epiphanio ea epistola errores Origenis finem imponens, addit (*c*): *Cum hæc ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim Scriptura divina* (*d*): *Nolite murmurare ad invicem, sicut quidam murmuraverunt, & a serpentibus perierunt. Magis acquiesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis præstet nobis juxta suam clementiam, ut conteratur satanas sub pedibus Christianorum, & abjiciatur omnis occasio perversa, ne scindatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectæ fidei prædicatio.* Quis non intelligit bis periodis totam illam epistolam terminari? & quis non videat, quod mox sequitur, esse peregrinam appendicem, & adventitiam imposturam, qua subditur: *Præterea audivi quasdam murmurare contra me &c.* usque ad novissima illa verba: *Palladium vera Galatam*, & quæ sequuntur, superioribas optime congruentia, quod ejusdem sint argumenti, sed quibus inhærent, minime cohærentia?

(*c*) Apud Hier. ep. 60.

(*d*) 1. Cor. 10.

LVI. Usus velorum pictorum in Ecclesia.

Sed jam ex rebas ipsis arguamas effictam dolosa arte commentum. Expostulasse dicitur ibi Epiphanius, quod pro foribus ecclesiæ appensum viderit pictum velam, monuisseqae presbyteros, ne a quolibet ejusmodi veli genas susciperent. At quomodo ipse valuit prohibere, quod in Ecclesia Catholica sciretur ubiqae receptum? Accipe quæ his ipsis ferme temporibus scribebat Paulinas de ecclesia S. Felicis, ad quam ex Asia, Africa, & Europa Fideles conflaere consueverant (*e*):

Aurea nunc niveis ornantur limina velis.

& rursum (*f*):

(*e*) Paulin. Natal. 3.

(*f*) Paulin. Natal. 6.

Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,
Sive coloratum textum fucata figuris.

Sed & de picturis imaginum sanctorum mertyrum ante ostia poni consuetis (ne quis opinari possit vela depicta nequaquam imagines sanctorum expressisse) hæc idem his versibus (*a*):

(*a*) *Paulin, Natal,* 10.

Trinaque cancellis currentibus ostia pandunt,
Martyribus mediam pictis pia nomina signant,
Quos par in vario redimivit gloria sexu.

Consuevisse quidem oblata a Fidelibus velo illis effigiari figuris, quæ ferrent imagines eorum sanctorum, quibus darentur, docet & Venantius Fortunatus, dum de velis Cruci oblatis agit, eaque crucibus intexta fuisse significat (*b*). Nec est autem quod quis causari possit, ejusmodi consuetudinem uno in loco tantummodo viguisse. Nam de transmarinis ecclesiis in Africana provincia, de velo sacris imaginibus picto, divinitusque exhibito, & appenso in ecclesia S. Stephani protomartyris in Uzalensi civitate, ejus loci Episcopus Evodius, cujus meminit & fidem probat S. Augustinus (*c*), æternæ memoriæ scriptis prodidit (*d*), & quidem rem gestam ipso vivente Augustino, paucos post annos, nempe sub Honorio Imperatore, camdemque divino miraculo consignatam: ut non habeat de quo ambigat humanum ingenium, quod sciat esse divinitus comprobatum. In Uzalensi igitur civitate, post liberatam ipsam ab imminenti clade, precibus fusis in ecclesia protomartyris Stephani, hæc contigisse idem Evodius narrat his verbis:

(*b*) *Venan, Fort, l. 2. car. in hon, S. Crucis.*

(*c*) *Aug. de divers. ser. 32-33. & de Civ. Dei l. 22. c. 8.*

(*d*) *Evod, de mirac, S. Steph. l. 2. c. 4. apud Aug. tom. 10.*

LVII. De velo picto sacra imagine divinitus ostensa.

Ecce namque altero die, procurante divina dispensatione, quidam negotiator numquam nostræ cognitus regioni, subdiaconum nostrum, nomine Semodum, in loco Memblunitano ultro convenit, & ad se vocavit, & quisnam, vel unde esset, ab eodem flagitavit. Qui ubi se subdiaconum Uzalensis ecclesiæ memoratas est; respondit continuo idem ille ignotus homo, si tamen solum homo: credendum est enim quia Angelus, & homo (nempe facie homo, re vera Angelus) *neque enim hoc vel inauditum atque inexpertum est sive religioni Christianæ, sive notitiæ humanæ, sanctos Angelos terreno habitu & visibili specie pleramque hominibus apparasse. Dedit ergo subdiacono memorato velum variis pictum coloribus, in quo inerat pictura hæc: In dextera veli parte ipse sanctus Stephanus videbatur astare, & gloriosam Crucem propriis repositam humeris bajulare, qua * Crucis cuspide portam civitatis videbatur pulsare, ex qua profugiens draco teterrimus cernebatur exire, amico Dei videlicet adventante. Verum ille serpens noxius nec in ipsa fuga tutissimus, sed triumphali pede martyris Christi contritus aspiciebatur & pressus. Talis itaque pictura veli non omnino absque mysterio Dei, ubi a memorato subdiacono allata pariter atque suspensa est ante ipsam Memoriam tanti patroni, omnis ætas omnisque sexus intueri & mirari cœpit, tamquam spectaculum grande, quo scilicet auctore, quove liberatore draco ille extinctus est, hostisque devictus.*

* cujo.

LVIII. Pictura Symbolica.

Gesta quippe rei fidem præcedentis diei commendabat in animis omnium attestatio sequentis diei. Namque illud quod studiosius cernebatur in velo, hoc jam credibilius tenebatur in vero. Concurrebat enim pictura cum gratia, & tum divinitus pridie gestum salutis beneficium recolebatur, quam postea in veli imagine advertebatur. Denique ex ipsa congruentia diei præcedentis atque sequentis veritatis, & imagine rerum & quorumdam exemplarium, tantus in multis stupor pariterque amor, admiratio & gratulatio accendebatur, ut a cunctis nihil aliud omnino vel diceretur, vel affirmaretur, nisi hoc unum: Vere quia per amicum suum Deus istam liberavit civitatem, & grandem a nobis depulit pestem. Et revera Dei fuit ad homines quædam allocutio in velocitate tacite significantis admodum & dicentis: O miseri mortales, quale hesterna die draconis evaseritis incendium, vel cujus pro vobis advocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli figuratione intelligite, atque gaudete. Hinc vestram & præcedentem tentationem & subsequentem liberationem apud vosmetipsos conferte: exinde non dubii, sed certi Deo vestro per amicum meum gratias agite. Ecce draconem de vestra civitate cernitis fugatum & expulsum: ecce conterentem caput ejus primum martyrem meum: ecce Crucis trophæum, per quod vicistis inimicum. Hoc ergo modo civitate nostra a tanto periculo primitus liberata, ac postea tali per congruentem picturam veli admonitione instructa & illuminata, gemino miraculo est omnis pia anima in Dei gloria exhilarata. Hucusque Evodius integerrimus testis, qui & ea quæ viderat scripsit, & ad eos qui eadem quoque perspexerant.

LIX.

Habes lector, digito Dei (quod nec negaverit ipse Pharao *e*) nempe divinæ virtutis potentia pictum sacris imaginibus velum, & appensum ante ecclesiam protomartyris, ut de facto certus sis, & auctoritate factoris de religioso sacrarum imaginum cultu securus. Habes & cum his de Occidentalis orbis Ecclesiis probatum velorum pictorum usum. An non erit id ipsum demonstrare in Oriente? vel si in Oriente, an non & in Palæstina, & Hierosolymis

(*e*) *Exod. 8.*

lymis ipsis? Acta quidem Mariæ Ægyptiacæ, eademque recitata ac probata in dicto Niceno secundo Concilio (a) habent, ipsam in atrio Hierosolymitani templi stitisse, quod ob nimia peccata sua in Ecclesiam ingredi vetaretur: atque tunc oculos sublevasse, vidisseque Dei genitricis imaginem, quum venerata, metuit templum antea inconcessum libere ingredi. Jam vides, lector, quot quantisque manifestis probationibus additamentum illud ad Epiphanii epistolam ad Joannem imposturæ redarguatur; ut alicujus Iconoclastarum potius esse figmentum, quam Epiphanii germanum scriptum, perspicue intelligatur.

(a) Conc. Nic. 2. Act. 4.

LX. Novissima responsio de epistola Epiphanii ad Joannem.

Quamvis etsi concederemus re vera Epiphanii illud esse, ne sic quidem afferre potest veritati aliquod præjudicium. Nam ex quo demonstratum est certis exemplis, tum in Occidente, tum etiam in Oriente, & ipsis Hierosolymis, sive in velis, sive in pariete effigiati consuevisse venerandas imagines: haud potuit vel debuit unus Epiphanius adversus usum Catholicæ Ecclesiæ reclamare, atque easdem sacras imagines absque sacrilegii culpa discindere. Quamobrem si id re vera accidisse dicere velimus; tunc ad saniorem illorum verborum sensum expende, quod dicitur: *Velum depictum habens imaginem quasi Christi vel sancti cujusdam*; sic accipiendum esse ut ipse juste excanduerit in pravum facinus, quo alicujus profani hominis imago in sacro velo depicta, quasi Christi esset, vel alicujus sancti, ad limen religiose fuisset appensa. Quo sensu verba illa accepta Iconoclastas potius impugnent, quam faveant: Catholicos vero redarguant, si quando ornatus causa in ecclesia suspendunt aulæa; quæ profanas, & sæpe Gentilium, utinam interdum non inhonestas imagines habeant: quem detestabilem pravumque usum incuria ministrorum compluribus in locis inoluisse dolemus. Quam autem moleste tulerint majores, & hujus sæculi homines in ecclesias inferri profanas imagines, declarant quæ dicta sunt superius (b) de Donatistis in Paulum atque Macarium obloquentibus, quod posituri essent in ecclesia imaginem Constantis Imperatoris: consuevisse vero ejusmodi profanas imagines poni pro titulo, alibi diximus. Quod igitur hominis alicujus profani (si finxerimus evenisse factum) quasi Christi vel sancti alicujus in velo ecclesiæ Epiphanius imaginem vidisset effigiatam; tamquam nefas id detestatus, illud ipse velum, divino percitus zelo, discidit: hæc, inquam, diceremus, si constare posset vere Epiphanii esse verba illa, quæ ad epistolam ostendimus addita, & sic ex sententia auctoritateque ipsius probari potius in Ecclesia usum sacrarum imaginum viguisse. Quæ autem post hæc de altercatione Joannis cum Epiphanio secuta sint, ut singula singulis ex instituto reddamus annis, dicenda sunt anno sequenti.

(b) Tom. 3. Annal. an. Dom. 348.

I. Honorius Imperator creatur.

TRecentesimus nonagesimus tertius Christi annus a Consulatu Theodosii tertio, & Abundantii nomen accepit: quo idem Theodosius Imperator Honorium filium Imperatorem creat quarto Idus Januarii (*a*): id quidem Socrates, Prosper, & Marcellinus tradunt. Cæterum nonnulla data reperiuntur rescripta anno superiori sub titulo Honorii Imperatoris. Quo item anno, eclipsato mirifice Sole, tenebras factas esse quarta hora diei, idem qui supra auctores testantur, necnon sanctus Hieronymus in epistola ad Pammachium adversus Joannem Hierosolymitanum Episcopum, cum ejus ita meminit (*b*): *Nos*, inquit, *sciadimus Ecclesiam, qui ante paucos menses, circa dies Pentecostes, cum, obscurato Sole, omnis mundus jam jamque venturum Judicem formidaret, quadraginta diversæ ætatis & sexus presbyteris tuis obtulimus baptizandos? & certe quinque presbyteri erant in monasterio, qui suo jure poterant baptizare, sed noluerunt quicquam contra stomachum tuum facere: ne & hæc tibi de fide reticendi daretur occasio. An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos?* Hæc ipse, qui ob Paulinianum fratrem suum ab Epiphanio ordinatum (ut dictum est anno superiori) eumdem Joannem sibi patiebatur infensum: sed & quod sciret idem Joannes ob errores Origenis ab eodem sancto Hieronymo perstringi nonnihil, vehementiori eum odio insectabatur. Ut igitur hæc omnia manifestiora fiant, cœptam anno superiori narrari historiam de Joannis Hierosolymorum Episcopi indignatione in sanctum Epiphanium Constantiæ in Cypro Episcopum prosequamur.

(a) Socrat. l. 5. c. 24.

(b) Hier. epist. 61.

II. Tempus scriptæ Epistolæ Hieronymi in Joannem.

Cum ea litteris ad ipsum ab eodem Epiphanio scriptis idem Joannes magis magisque commotus esset; ut in sanctissimum virum injuste exacerbatum hominem vel coerceret, vel saltem ut injusti ejus animi motus omnibus innotescerent, atque ipsius Joannis culpa controversiam illam obortam esse sciretur; S. Hieronymus adversus eumdem Joannem ad Pammachium epistolam scripsit: quæ tum ea dicto Solis defectu certa nota temporis hoc anno scripta esse monstratur, tum etiam quod in eadem epistola ait, jam interlapsos esse annos tredecim, ex quo ipse recessisset Antiochia, & ivisset Constantinopolim; quod contigit anno Domini (ut demonstratum est) trecentesimo septuagesimonono: a quo tempore numerando tredecim annos elapsos, hic illa annus esse demonstratur, quo decimus tertius absolutus dicitur, & inchoatus decimus quartus: his enim verbis Hieronymus Joannem ipsum compellat (*c*): *Satis multa dormisti tempore, qui post annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris: ob id enim & ego Antiochiam & ille Constantinopolim urbes celeberrimas deserimus, non ut te in populis prædicantem laudaremus, sed ut in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deflentes, Christi in nos misericordiam deflecteremus.* Hæc de tempore.

(c) Hier. ead. ep. 61.

III. Scribendi in Joannem Hieronymi ratio.

Porro earum scribendarum litterarum necessitatem sibi incumbere sanctus Hieronymus intellexit; cum jam quod ille comminatus in Epiphanium erat, scripturum se in eum litteras, quæ universo Christiano orbi notæ forent, opere perfecisset,

cum

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5886.

SÆC. IV. Anno Urbis 1146. Olymp. 293. an. 1. A.C. 393.

☉ 10. B. ☽ 14. P. 17. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 393.

SIRICII PAPÆ 10.

THEODOSII 15. ARCADII 12.

HONORII 1.

I. Coss. & Quindecennalia Theodosii.

[1] AD num. I. Coss. *Theodosius Aug. III. & Abundantius* Orient. ut ex iis, quæ anno CCCXCV. dicam, manifestum fiet. Consulatus Theodosii juxta secundam Consulsiuum Cæsarenium regulam: *Quindecennalia* enim exhibuit.

Ho-

NOTÆ [1] COss. *Theodosius Aug. III. & Abundantius*. His *Flavii* prænomen a quibusdam Fastis imponitur. Sirmondus ad Sidonii carmen pag. 1194.

THEUDOSIUS. AUG. III. ET EUG. N. P.

Ita & Reinesius in Appendice pag. 1021. Vulgares Fasti: *Theodosio Aug. III. & Abundantio*. In Oriente hi consules fuere; at in Occidente favore *Arbogastis* invasit imperium *Eugenius*, cujus consulatum innuunt Sirmondi lapis, & Imperatores *Arcadius & Honorius* in lege IX. Cod. Theodosiani de infirmis. Prosperi Chronicon editum & MS. *Theodosio III. & Abundantio*. Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Theodosio Aug. & Abundio*. Prosperiani Chronici fragmentum MS. *Theodosio III. & Abundantio*.

cum eas accusationes in dicta Epiphanii epistola recensitas & confutatas in sanctissimum virum exaggerasset & amplificasset: præseferebant Joannis litteræ titulum ad Theophilum Episcopum Alexandrinum (*a*), sed tamen encyclicæ erant, publicæ & communes omnibus. Quod igitur ille eas ad Occidentales omnes dedisset; sanctus Hieronymus, cujus causa cum Epiphanio videbatur esse communis, quod ambo simul adversus Origenis errorum defensores & disseminatores vindices pietatis insurrexissent, quorum causa prætextus illi omnes a Joanne fuerant excogitati; scribendi Romam ea de re ad Pammachium, & Alexandriam ad Theophilum ejus sedis Episcopum consilium iniit: sicque adversariis litteris & calumnias confutare, & occulte serpentes hæreses cum hæreticis propalare decrevit.

(*a*) *Hier. epist. 61.*

IV. De scriptis autem iisdem a Joanne litteris ad Occidentales adversus Epiphanium, ipse S. Hieronymus fidem facit illis verbis, quibus ad Theophilum scribens ait (*b*) de Joanne: *Cumque nos usque ad præsentem diem ficta pacis ostensione lactaverit, Occidentalium sacerdotum commovit aurer*, &c. Meminit ejusdem epistolæ ad Occidentales scriptæ idem Hieronymus ad Pammachium scribens (*c*). At non ad Theophilum tantum & Occidentales adversus Epiphanium Joannes Legatos misit, sed in alias plures diversasque provincias: nam ipse Hieronymus hæc habet in eadem epistola ad Pammachium: *Ille per totum exinde triennium suas injurias devorat, privataque simultate contempta, fidei tantum correctionem postulat. Tu, qui sumptibus abundas, & totius Orbis religio lucrum tuum est, gravissimos illos Legatos tuos huc illucque transmittis, & dormientem senem ad respondendum suscitas.*

(*b*) *Hier. epist. 72.*

(*c*) *Hier. epist. 61.*

V. Cum igitur ea Romæ ex litteris Epiphanii in Joannem, quarum (ut diximus) exemplaria vulgata erant, & Joannis in Epiphanium adversariis scriptis ad Occidentales missis innotuissent; & diversorum in diversa studia, ut fieri solet, animi ardentius commoverentur, cum alii Epiphanio, Joanni alii faverent: Pammachius vir clarissimus, de quo sæpe inferius, ad S. Hieronymum litteras dedit, quibus rogavit ut de mutuis altercationibus cum Joanne apologeticam epistolam scriberet, qua cunctæ inter eos versantes controversiæ enucleatim expressæ, perspicuæ omnibus fierent. Cujus impulsu ipse Hieronymus eas ad Pammachium litteras dedit, quibus ista præfatur (*d*): *Nosti, Pammachi, nosti, me ad hoc opus non inimicitiis, non gloriæ cupiditate descendere, sed provocatum litteris tuis ex ardore fidei; ac velle, si fieri posset, omnes id ipsum sapere; nec impatientiæ ac temeritatis posse reprehendi, si post triennium loquor.* Tertius namque hic numeratur annus dissidiorum: primus enim ille, quo de hæresibus Origenis Epiphanius Joannem Hierosolymis coram redarguit: secundus, quo idem Epiphanius pro sua defensione ad eumdem Joannem dictam epistolam dedit: tertius vero præsens, quo Joannes ad Occidentales scripsit adversus Epiphanium atque Hieronymum, cum & ipse Hieronymus rogatus ad Pammachium scripsit, qui his hæc subdit: *Denique nisi ad Apologiam, de qua nunc scribere institui, multorum animos diceres perturbatos, & in utramque partem fluctuare sententiam, decreveram in incœpto silentio permanere.* Hæc de Hieronymi in scribendo adversus Joannem ad Pammachium ratione.

Pammachius urget Hieronymum scribere in Joannem.

(*d*) *Hier. epist. 61.*

Quod autem ipse Joannes redargutus ab Epiphanio dedisset litteras pro sui defensione (ut dictum est) ad Theophilum Episcopum Alexandrinum; cur non ad eum qui ipsum hæresis redarguerat, rescripsisset, & apud eum se purgasset, Hieronymus objicit illis verbis (*e*): *Ac primum, antequam epistolam tuam, quam scripsisti ad Episcopum Theophilum, interpretatam huic volumini inseram, & ostendam*

VI. De litteris Joannis ad Theophilum datis.

(*e*) *Hier. epist. 61.*

PAGIUS II. *Honorius Aug. creatur.*

Honorius IV. Idus Januar. a Theodosio patre Augustus nuncupatus, ut Socrates & Miscella docent. Sed quoad diem, Petavius lib. 13. de Doct. Temp. & Hermantius in Vita S. Ambrosii lib. 8. cap. 5. Socratem deceptum putant, remque *mense Novembri* gestam scribunt, quod Prosper in Chronico tradat, *Honorium Imperatorem factum, cum hora tertia tenebræ factæ sunt*, quæ verba etiam Marcellinus in Chronico habet. Et quidem, inquit Petavius, Sol defecit Novembris XX. feria prima: quo die Honorium Augustum esse salutatum, ambos illos Chronologos indicare arbitratur. Sed sine dubio fallitur; eodem enim quarto Iduum Januariarum die *Theodosius junior* postea Augustus dictus, argumento Honorium patruum eo die eamdem dignitatem obtinuisse. Nihil itaque aliud Prosper & Marcellinus volunt, quam eo anno, quo Honorius Augustus appellatus, deliquium Solis accidisse. Nec refert quod Philostorgius lib. II. cap. 2. scribat: *Theodosius alteri quidem filiorum Honorio Imperatoriam coronam imposuit, tota vero hieme, quæ ad bellum facerent, ipse præparavit. Vere autem illucescente expeditionem paravit adversus Tyrannum, & ad Alpes promotus, potitus est proditione.* Nam Philostorgius de hieme & vere anni insequentis intelligendus; cum Leges hoc anno a Theodosio datæ, eæque magno numero & diversis mensibus, Constantinopoli subscriptæ sint. Imo Leges anno sequenti a Theodosio Magno emissæ, usque ad finem Maji, eamdem subscriptionem habent. Quare recte Marcellinus in Chronico anno sequenti scribit, *Theodosium adversus Eugenium Tyrannum* properasse. Cæterum, Hieronymus quidem in epistola contra Joannem Hierosolymitanum me-

mi-

dam tibi me intelligere nimis cautam prudentiam suam, expostulare secum libet. Quæ hæc est tanta arrogantia, non respondere de fide interrogantibus? tantam fratrum multitudinem & monachorum choros, qui tibi in Palæstina non communicant, quasi hostes publicos existimare? Dei filius propter unam morbidam ovem (a) *nonagintanovem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit.* Et de Epiphanio, quem redarguentem contempserat, quod ad alios potius, quam ad eum rescripsisset, ista subdit: *Habes Papam Epiphanium, qui te aperte missis litteris hæreticum vocat: certe nec ætate, nec scientia, nec vitæ merito, nec totius Orbis testimonio maior illo es: si ætatem quæris, juvenis ad senem scribes: si scientiam, non sic eruditus ad doctum: licet te fautores tui disertiorem Demosthene, acutiorem Chrysippo, sapientiorem Platone contendant, & sibi ipsi forte persuaserint. De vita autem & fide nihil amplius dicam, ne te lædere videar.* Subdit enim, ipsum Joannem Macedonianorum & Arianorum olim, cum Orthodoxi fidei causa persecutione vexarentur, communicatione fœdatum esse, declinasseque communicare cum confessoribus. Ac rursum: *Scribe igitur ad hunc; responde epistolæ ejus: sentiant cæteri fidem, eloquentiam, prudentiam tuam; ne tibi solus disertus esse videaris. Cur ab alio provocatus alterum arma convertis? Palæstina interrogaris & respondes Ægypto.*

(a) Matt. 18.

VII. Theophilus transactarum rerum ignarus.

Sed dicis: Epistolam meam probavit Alexandrinus Episcopus. Quid probavit? contra Arium, contra Photinum, contra Manichæum bene locutum. Quis enim te hoc tempore arguit Arianum? Quis tibi nunc Photini, Manichæique crimen impingit? Olim ista emendata sunt, atque concussa. Non eras tam stultus, ut aperte defenderes hæresim, quam sciebas Ecclesiæ displicere. Noverat te, si hoc fecisses, statim loco movendum; & solii cui delectat suspirabas: sic sententiam temperasti, ut nec simplicibus displiceres, nec tuos offenderes. Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens. Unde noverat Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex, in quibus arguereris? quorum a te confessio postularetur? Debueras tibi objecta proponere, & sic ad singula respondere. Sed quod Joannes ad aliqua ab Epiphanio objecta responderat, & non ad omnia, ista subdit: *Octo tibi, ut statim probabo, de spe fidei Christianæ, quæstionum capita objecta sunt: tria tantum tangis & præteris; in cæteris grande silentium est.* At quam frigide illa tria diluerit ipse, sic pergit: *Ipsa quoque tria quasi negligens atque securus, quasique aliud agens, & in quibus aut nulla aut parva sit quæstio, prætervolas, atque perstringis: & ita opertus ac tectus incedis, ut plus confitearis tacendo, quam renuas disputando.*

VIII. De frigida defensione Joannis.

Sed de frigida ista defensione, seu potius astuta tergiversatione, immo & hæresum velamento, ad Pammachium hæc supra ipse Hieronymus (b): *Persuadere mihi vult quod pure credat: pure ergo & loquatur. Etsi quidem unum verbum, vel unus sensus esset ambiguus, si duo, si tres; ignorantiæ veniam tribuerem, nec ea quæ aut obscura, vel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem. Nunc vero quæ ista simplicitas est, quasi super ova & aristas inter theatrales præstigias pendenti gradu incedere, ubique dubium, ubique suspectum? putes eum non expositionem fidei, sed figuratam controversiam scribere.* Et paulo post auream hanc apponit sententiam: *Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos qui ignorant innocentiam ejus, dissimulatio conscientia judicetur, si taceat:* Et inferius: *Numquam de amicorum judicio glorieris. Illud verum est testimonium, quod ab inimica voce profertur; alioqui si amicus pro te dixerit, non testis, aut judex, sed fautor putabitur.* Hæc & alia plura Hieronymus, tam ipsi Joanni, tum aliis significans, veram fidei confessionem nullis esse circumducendam verborum involucris; sed eum qui quæritur, patenter, constanter, sincereque profiteri debere; suspectumque reddi omnem qui amphibologiarum obscuritatibus atque perplexitatibus in re tam seria ludit.

(b) Hier. epist. 61.

IX. Hæresum Origenis capita objecta Joanni.

At quænam essent octo illæ in eum objectiones de fide Catholica violata, idem ipse Hieronymus ibi recenset his verbis (c): *Primum quod de libro περὶ ἀρχῶν, Origenis videlicet, ubi loquitur: Sicut enim incongruum est dicere, quod possit Filius videre Patrem; ita inconveniens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium. Secundum, quod in hoc corpore quasi in carcere sunt animæ religatæ; & antequam homo fieret, in paradiso inter rationabiles creaturae in calestibus commoratæ sunt: unde postea in conso-*

(c) Hier. epist. 61.

PAGIUS minit tenebrarum in festo Pentecostes; sed in Pentecosten nunquam incidit, nec plenilunium, nec novilunium; & latitudo Lunæ circa hoc tempus in vere plane refragatur, ut observat Calvisius hoc anno in Opere Chronologico. Hæc inauguratio *Quindecennalium* Theodosii indicium,

III. *Origenistæ Catholicos lacessunt.*

Ad num. IX. & seqq. Inter *Origenistas*, alii fuere miti ingenio, alii vero contentiosi, refractarii & cervicosi, veluti qui Theophilo Alexandrino violentas prope manus attulerunt; alii denique dicaces, qui sæpe dicteriis & contumeliis Catholicos lacessebant, eosdem appellan-

solationem suam anima loquitur in Psalmis (a) Ps.118. (*a*): *Priusquam humiliarer, ego deliqui: & cætera his similia. Tertium, quod dicat & diabolum & dæmones acturos pœnitentiam aliquando, & cum sanctis ultimo tempore regnaturos. Quartum, quod tunicas* (b) Gen.3. (*b*) *pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam & ejectionem de paradiso Adam & Eva induti sunt; haud dubiam, quin ante in paradiso sine carne, nervis, & ossibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumque compagem, & sexum, quo viri dividimur a feminis, apertissime neget, tam in explanatione primi psalmi, quam in aliis multis tractatibus. Sextum, quod sic paradisum allegorizet, ut historiæ auferat veritatem: pro arboribus* (c) Gen. 2. (*c*) *Angelos, pro fluminibus virtutes cælestes intelligens: totamque paradisi continentiam tropologica interpretatione subvertat. Septimum, quod aquas* (d) Ps.148. (*d*), *quæ super cælos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernosque virtutes, quæ super terram & infra terram, contrarias & dæmoniacas esse arbitretur. Octavum, quod extremum objicit*, Epiphanius scilicet; *imaginem & similitudinem Dei, ad quam homo conditus fuerat, dicit ab eo perditam, & in homine post paradisum non fuisse. Hæ sunt sagittæ quibus confoderis; hæc tela, quibus in tota epistola vulnerans: excepto eo, quod tuis genibus advolatus, sanctamque canitiem, seposito paramper sacerdotii honore, substernens, deprecatur salutem tuam.*

X. Juncta cum impietate derisio.

Hos Origenis errores cum Joannes ac tota illa Origenistarum schola, nempe Ruffinus, Palladius, & alii complures in Ægypto monachi inferius nominandi summæ sapientiæ titulo exponerent: si quos scirent secus sentire, eosdem rudes & simplices ac plane animales homines nominabant, necnon Pilosiotas, nova voce pro ludibrio nuncupabant, non autem Pelusiotas, ut depravate legitur, sed Pilosiotas, hac voce sugillantes atque subsannantes Catholicos, quasi crederent mortuos resurrecturos etiam cum pilis, dum recte dicerent eos resurrecturos cum singulis corporis membris: cum illi ex Origene corpora cum suis membris resurrectura negarent; unde Hieronymus (e) Hier. epist.65. (*e*): *Dicentibusque nobis, utrum capillos & dentes, pectus & ventrem, manus & pedes, cæterosque artus ex integro resurrectio exhibeat: tunc vero risu se tenere non possunt, cachinnoque ora solventes, tonsores nobis necessarios, & placentas, & medicos, ac sutores ingerunt*: Et alibi: *Pilosiotas nos appellant & luteos, animalesque & carneos, quod non percipiamus ea quæ sunt spiritus*: eadem quoque ita rursum (f) Hier. epist.61. (*f*): *Hæ*, inquit, *sunt strophæ vestræ atque præstigiæ, quibus nos Pilosiotas & iumenta, & animales homines dicitis*. Hæc quidem communiter in omnes Orthodoxos ab Origenistis jactari solita erant: sed quæ privatim Joannes in Epiphanium effutiisset, Hieronymus eadem (g) Hier. ad Pamm. ep.61. (*g*) ad Pammachium epistola prodit.

XI. Res gestæ Epiphanii cum Joanne Hierosolymis.

At illud primum de Joanne dicendum, ipsum inverecunde nimis asserere ausum esse litteris illis ad Theophilum scriptis, se numquam ab Epiphanio reprehensum Origenis erroris ante querelas illas de ordinato Pauliniano: quasi sanctissimus vir ille non zelo Catholicæ fidei, sed privati odii causa in ipsum Joannem exacerbatus fuisset: subdolam hanc excusationem, & prætextum coarguens ipse Hieronymus, ista subdit (h) Hier. ep.61. (*h*): *Fefellisti absentem, & litteræ tuæ peregrinis auribus blandiuntur. Nos hic eramus, cuncta novimus, quando contra Origenem in Ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur; quando sub illius nomine in vos jacula torquebantur. Tu & chorus tuus canino rictu naribusque contractis, scalpentes capita, delirum senem nutibus loquebamini. Nonne ante sepulcrum Domini, misso archidiacono, præcepisti, ut talia disputans, conticesceres? Quis hoc usquam presbytero suo coram plebe imperavit Episcopus? Nonne cum de ἀναστάσει pergeres ad Crucem, & ad eum omnis ætatis & sexus turba conflueret, offerens parvulos, pedes deosculans, fimbrias vellens, &c.* Ne prætereas, rogo, sed considera, quæ hic tibi obiter lectio suggerit, lector, nempe antiquum morem osculandi pedes Episcoporum: ut non adeo mireris, cum vides Fideles osculari pedes summi Pontificis. Pergit vero Hieronymus:

XII. Joannes in Epiphanium commotus.

Cumque non posset promovere gradum, sed in uno loco vix fluctus inundantis populi sustineret; tu tortus invidia adversus gloriosum senem clamitabas: nec erubuisti in os ei dicere, quod volens & de industria moraretur. Recordare, quæso, illius diei, quando ad horam septimam invitatus populus spe sola, quasi postea auditurus Epiphanium esset, detinebatur, quid tunc concionatus sis, nempe con-

PAGIUS lantes *Pelusiotas*, id est, inquit Clarissimus Hoetius Episcopus Abrincatensis, lib. 2. Origenianorum cap. 4. tanquam luto immersi, & *curvi in terras ac cælestium inanes*; ad vocem πηλός, & nomen Pelusii in Origenistarum Nitriensium, & eorum qui in Palæstina degebant, vicinia siti, frigido & scurrili joco alludentes. Hieronymus epistola 61. ad Pammachium cap. 5. *Hæ sunt strophæ atque præstigiæ, quibus nos Pelusiotas, & jumenta, & animales homines dicitis, quia non recipimus ea, quæ Spiritus sunt*. Idem habet Hieronymus epist. 65. ad Pammachium cap. 3. Quare rejicienda hujus vocis explicatio, quæ apud Baronium legitur.

contra Anthropomorphitas, qui ſimplicitate ruſtica Deum habere membra, quæ in divinis libris ſcripta ſunt, arbitrantur, furens & indignans loquebaris; oculos & manus & totius corporis truncum in ſenem dirigebas, volens illum ſuſpectum facere ſtultiſſimæ hæreſeos. Poſtquam laſſus ore arido, reſupinaque cervice ac trementibus labiis conticuiſti, & tandem totius populi vota completa ſunt; quid tibi fecit delirus & fatuus ſenex? Surrexit, ut ſe indicaret pauca dicturum eſſe; ſalutataque & voce & manu Eccleſia: Cuncta, inquit, quæ locutus eſt collegio frater, ætate filius meus contra Anthropomorphitarum hæreſin, bene & fideliter locutus eſt; quæ mea quoque damnatur voce: ſed æquum eſt, ut quomodo hanc hæreſin condemnamus, etiam Origenis perverſa dogmata condemnemus. Qui riſus omnium, quæ acclamatio conſecuta ſit, puto quod retineas. Hoc eſt illud, quod in epiſtola tua dicis, loquentem illum ad populum quæ vellet, & qualia vellet. Scilicet delirabat, qui in regno tuo contra tuam ſententiam loquebatur. Quæ vellet, inquis, & qualia vellet. Vel lauda, vel reproba. Quid & hic dubius incedis? Si bona erant quæ loquebatur, cur non aperte prædicas? ſi mala, cur non conſtanter reprehendis? Hæc & alia in eum Hieronymus: atque vehementer commotus, ac ſtomachatus in hominem inſultantem in ſanctiſſimum ſenem, iſta jure ſubdit: *Niſi me honor ſacerdotii, & veneratio nominis refrænaret, & ſcirem illud Apoſtoli (a): Neſciebam, fratres, quod Pontifex eſt: ſcriptum eſt enim: Principi populi tui non maledices: qua vociferatione & indignatione verborum de tua narratione conquerer? licet ipſe nominis tui extenues dignitatem, cum patrem pene omnium Epiſcoporum, & antiquæ reliquias ſanctitatis & opere & ſermone deſpicias.* Iſta Hieronymus modo in Joannem, quem eadem epiſtola ſatis ignominia ſugillatum ante reliquerat, in memoriam revocans & ſcriptis ſignans ejus conſuetudinem priſtinam cum hæreticis, & converſionem ejuſdem ad fidem Catholicam ſpe adipiſcendi Epiſcopatus forinſecus demonſtratam.

(a) Act. 23.

XIII. Jo. calumnioſus arguitur, & mendax.

Quod vero idem Jo. litteris illis ſuis ad Theophilum de Epiphanio addiderat, ipſum eadem concione Jo. laudaſſe, & Catholicæ fidei eſſe, omni populo declaraſſe; quam id mendaciter dixerit, & quanta affectus nauſea fuerit Joannis prædicatione Epiphanius; præter illa quæ nuper ſunt relata, hæc addit de his quæ eadem die poſtea facta ſunt (b): *Hæc quam vere dixerit, & nos teſtes ſumus, qui audivimus: ad quos tuis vocibus perturbatus venit exanimis; temere ſe communicaſſe dicens. Rogatuſque ab omni monaſterio, ut ad te de Bethlehem reverteretur; tantorum preces non ferens, ſic reverſus eſt veſpere, ut medio noctis aufugeret. Et litteræ ad Siricium Papam probant; quas ſi legeris; pervidebis, quomodo tua dicta miratus ſit, & Catholica declaraverit.* Hæc Hieronymus: qui dum citat ejuſdem Epiphanii epiſtolam ad Siricium Papam, ipſam hoc anno ab eo ſcriptam eſſe, quo ad Pammachium idem Hieronymus ſcripſit, indicat eadem epiſtola ad Pammachium in fine, ubi omnes de ejus rei controverſia ab ipſo Epiphanio ſcriptas epiſtolas recenſet, cum ait: *Præſto ſunt plures epiſtolæ Epiphanii, una ad ipſum Joannem (de qua ſupra) alia ad Epiſcopos Palæſtinos, & nuper ad Romanum Pontificem; in quibus dicit, ſe eum coram multis de dogmatibus arguentem non meruiſſe reſponſum.*

(b) Hier. epiſt. 61.

XIV. Joannis adulatio redarguitur.

At quod rurſum ad Joannis datam ad Theophilum epiſtolam ſpectat; turpia quoque adulationis Hieronymus illum redarguit, cum ei tribuat quod non decet; ſimulque vafrum hominis conſilium aperit, iſta ſubdens poſt longam diſputationem Origenis errorum, quibus ipſum conſenſiſſe demonſtrat (c): *Scribis*, inquit, *ad Theophilum Epiſcopum Apologiam, cujus iſtud exordium eſt: Tu quidem, ut homo Dei & Apoſtolica ornatus gratia, curam omnium Eccleſiarum, maxime ejus quæ in Hieroſolymis eſt, ſuſtines; cum ipſe plurimis ſollicitudinibus Eccleſiæ Dei, quæ ſub te eſt, diſtringaris. Laudat faciem, ad perſonam Principum trahit. Tu, qui regulas quæris Eccleſiaſticas, & Nicæni Concilii canonibus uteris, & alienos clericos, & cum ſuis Epiſcopis commorantes tibi niteris uſurpare, reſponde mihi: Ad Alexandrinum Epiſcopum Palæſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæſtinæ metropolis Cæſarea ſit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæſarienſem Epiſcopum referre debueras; cui, ſpreta communione tua, communicare non noveras: aut ſi procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ. Sed novi, cur Cæſaream, cur Antiochiam nolueris mittere; ſciebas quid fugeres, quid vitares; maluiſti occupatis auribus moleſtiam facere, quam debitum Metropolitano tuo honorem reddere.* Hæc cum tam conſtanter S. Hieronymus ingerat, Epiſcopumque Hieroſolymitanum ſub Cæſarienſi conſtitutum affirmet; jam ſatis perſpicue intelligere potes, nihil innovatum in Concilio Conſtantinopolitano de ſedium prærogativis in Nicæno Concilio conſtitutis: nam S. Hieronymum, qui eo tempore apud Gregorium Nazianzenum verſatus eſt, præteriiſſe non potuit, ſi quid ibi aliter decretum fuiſſet.

(c) Hier. epiſt. 61.

Arguitur apertæ falſitatis canon Conſtantinopolitanæ Synodi.

XV. De legatione, & perſona Iſidori.

Poſt hæc autem de legatione Iſidori presbyteri ac Monachi Alexandrini a Theophilo ejus Eccleſiæ Epiſcopo Hieroſolymam

num miſſi, deque litteris per ipſum a Joanne Hieroſolymorum Epiſcopo ad Theophilum datis idem Hieronymus agit ex verbis in primis earumdem Joannis litterarum ad Theophilum redditarum; dum eum ſugillat, quod ad cœlum ferat præconiis Iſidorum conſodalem in hæreſi, hominem Origeniſtam. Erant iſta verba Joannis ad Theophilum de Iſidoro ſcribentis: *Miſiſti religioſiſſimum hominem Dei, Iſidorum presbyterum, virum potentem, tam ex ipſa inceſſus & habitus dignitate, quam divina intelligentia, curare etiam eos qui animo vehementer ægrotant, ſi tamen ſenſus ſui languoris habeant. Homo Dei mittit hominem Dei: nihil intereſt inter presbyterum & Epiſcopum; eadem dignitas mittentis & miſſi.* Ad hæc Hieronymus: *Hoc ſatis imperite: In porta (ut dicitur) naufragium. Iſte Iſidorus, qui in cælum tuis laudibus tollitur, id ipſum infamatur Alexandriæ, quod tu Hieroſolymæ: ex quo non Legatus advéniſſe videtur, ſed ſocius. Alioquin & litteræ manu ejus ſcriptæ, quæ ante tres menſes legationis ad nos directæ erant portantes errorem, Vincentio presbytero redditæ ſunt, quæ uſque hodie ab eo tenentur: quibus cohortatur ducem exercitus tui* (puto Ruffinum) *ut ſuper petram fidei ſtabili perſiſtat gradu, nec noſtris nenıis terreatur. Pollicetur ſe, antequam legationis eſſet ulla ſuſpicio, venturum Hieroſolymam, & ad adventum ſuum illico adverſariorum cuneos proterendos.* Hæc & alia plura Hieronymus de Iſidoro, quibus demonſtrat eum fuiſſe potentiſſimum Origeniſtarum antesignanum: atque ad poſtremum illam in Joannem eum adeo laudantem querelam ſubjungit: *Videte, quid faciat concordia dogmatum: Iſidorus, qui ut hæc ſignificaret, ejus ſocius erat; homo Dei, & presbyter Ξυνεβίζατος, & vir potens, & ſacro ac venerabili inceſſu, & divina intelligentia, & Hippocrates Chriſtianorum vocatur: ego miſellus dum in ſolitudine delitesco, a tanto Pontifice, repente truncatus, presbyteri nomen amiſi.* Quibus ſignificare videtur ſe excommunicatum a Joanne fuiſſe. Sed de his infra.

XVI. Theophilus laborat pro pace.

Quid autem hac legatione, cum a Theophilo Hieroſolymam miſſus eſt, egerit Iſidorus cum ipſo, Hieronymus ipſe declarat. Sed primo intelligas opus eſt, legationis ejus cauſam; nempe Theophilum egiſſe ſequeſtrem, ut diſſidia inter Joannem & alios Epiſcopos necnon ipſum Hieronymum pace componeret: neſciebat autem adhuc qui eum miſit Theophilus, Iſidorum ipſum Legatum erga Joannem eſſe propenſiorem, & ſtudere Origeniſtis. Hic igitur Hieroſolymam cum veniſſet, quod ante pollicitus erat (ut diximus) litteris, egregie præſtitit, nimirum, ut adverſus Orthodoxos pro Origenis hæreſis ſectatoribus infatigabili ſtudio laboraret; confeſtimque ex Legato ſe detexit Origeniſtam. Nam quod ſciret S. Hieronymum acerrimum Origeniſtarum adverſarium (fuerat enim id expertus, cum tertio eum inviſit) litteras a Theophilo ad ipſum ſcriptas illi reddere noluit. Teſtatur id quidem Hieronymus, cum hæc ait (*a*): *Cum ergo huc veniſſet, & acceſſiſſet ad nos tribus vicibus, & admonuiſſet tam divinæ ſapientiæ tuæ, quam propria intelligentia habentia medicinam verba: nec profuit alicui, nec profuit ei quiſquam. Hic, qui ad tres vices dicitur ad nos acceſſiſſe, ut & inveniendo myſticum numerum conſervaret, qui Theophili Epiſcopi mandatum nobis loquebatur, litteras ad nos ab eo miſſas noluit reddere. Cumque diceremus: Si Legatus es, redde legationis epiſtolas: ſi epiſtolas non habes, quomodo Legatum te probabis? Reſpondit, ſe habere quidem litteras ad nos, adjuratum tamen ab Hieroſolymorum Epiſcopo ne nobis eas redderet. En Legati conſtantia: qui ut patem faceret, & ſuſpicionem in alteram partem favoris excluderet: æquum ſe utriſque præbuit, &c.* Perſtitit in eodem officio Iſidorus nimirum, ut qui ad cauſam pacis tractandam venerat, uſque ad profectionem cauſam Origeniſtarum indefeſſo ſtudio procuraris: nam inquit S. Hieronymus: *Hæc ipſa Apologia* (Joannis ſcilicet ad Theophilum ſcripta) *de qua nunc ſermo eſt, Iſidoro præſente, & multum collaborante, dictata eſt; ut idem eſſet & dictator & bajulus litterarum.*

(*a*) Hier. epiſt. 61.

XVII. Archelaus Comes laborat pro concilianda concordia.

Sed ſicut privatis Iſidori ſtudiis omnis ſpes pacis intercepta eſt, cum tantum abfuerit quod procuraverit abdicationem hæreſum Origenis, quarum cauſa diſſidium factum eſſet & conflata diſcordia, ut eaſdem ſtabilire curarit; ita Joannis opera irritum caſſumque redditum fuit opus paulo ante ea de cauſa ab Archelao Comite impenſum: hunc illum putamus Archelaum, ad quem Præfectum Auguſtalem extat (*b*) Imperatorum reſcriptum poſt annos tres datum, Cæſario, & Attico Conſulibus. Quid autem pro pace ipſo conatus ſit, & quem finem res ſortita fuerit, idem S. Hieronymus ita narrat, cum primum ais (*c*): *Alicubi ne dictum, aut tibi alicubi mandatum eſt, quod ſine ſatisfactione fidei communionem tuam ſubiremus? Quando per virum diſertiſſimum, & Chriſtianiſſimum Archelaum Comitem, qui ſequeſter pacis erat, condictus locus fœderis fuit: nonne hoc in primis poſtulatum eſt, ut futuræ concordiæ fides jaceret fundamentum? Pollicitus eſt Joannes eſſe ſe venturum. Inſtabat dies Paſchæ: frequens monachorum turba convenerat; expectabaris in loco; quid faceres, neſciebat. Repente mandaſti; ægrotare*

(*b*) l. 9. de juriſd. C. Theod.

(*c*) Hier. epiſt. 62.

tare nescio quam; illo die te non posse venire. Ludione, an Episcopus hæc loquitur? Pone verum esse quod dicis; propter unius mulierculæ delicias, ut te absente doleat caput, fastidium sustineat, stomacho perfrigescat, Ecclesiæ causam negligis? tot virorum & Christianorum, & monachorum contemnis præsentiam? Noluimus occasionem dare: videbamus enim strepham: dilationis tuæ injuriam patientia vicimus. Rescribit Archelaus: monet altere & tertio die manere. At ille occupatus (muliercula enim vomere non cessavit) dum nauseam evasisset, nostri penitus oblitus est. Hæc ipse: quæ quidem, ut dixi, paulo ante Isidori legationem contigerant; nam subdit: *Post duos ergo menses tandem expectatus venit Isidorus, &c.*

XVIII. Quanta Joannes in Orthodoxos.

Porro cum Joannes sensisset Hieronymum sibi præ cæteris adversari, pugnareque adversus Origenistas; quibus valuit eum molestiis afficere conatus est. Etenim ab eo se excommunicatione mulctatum, vetitum esse ingredi Sepulcrum, inferius his verbis significat, eum simul docet cætera quæ ab eodem Joanne in Orthodoxos fuerant perpetrata: *An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, ut si quis Paulinianum ab Epiphanio Episcopo consecratum presbyterum dixerit, Ecclesiam prohibeatur intrare? Ex quo tempore usque in præsentem diem videmus tantum specum Domini; & hæreticis intrantibus, procul positi suspiramus. Nosne sumus, qui Ecclesiam scindimus; an ille qui vivis habitaculum, mortuis sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimam illam feram totius Orbis cervicibus imminentem, contra nostras cervices spiritualiter incitavit? Quis ossa sanctorum & innoxios cineres hucusque verberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor invitat ad pacem, & proprium arguit facere principatum, qui omnibus Episcopis rectam dumtaxat fidem tenentibus & communione & societate sociamur.* Hæc Hieronymus: qui tamen nequaquam ex Bethlehem pulsus est: nam cum ipse superius iisdem compellationibus hominem urget, ait: *Quis scindit Ecclesiam? nos, quorum omnis domus Bethlehem in Ecclesia communicat: an tu qui aut bene credis, & superbe de fide taces; aut male & vere scindis Ecclesiam?* Cur autem e monasterio Bethlehem ejectus non fuerit, nec a Bethlehemiticæ Ecclesiæ ingressu penitus interdictus; non aliam puto causam, quam reverentiam Sanctæ Paulæ clarissimæ feminæ, quam ob insignem generis nobilitatem ipsi etiam provinciarum Præsides (ut superius vidimus de Melania) prosequerentur honore, atque frequentarent obsequiis. Quo modo autem post hæc conatus sit idem Joannes auxilio Præsidum Hieronymum exilio damnatum ablegare, dicemus paulo post. Sed prosequamur reliqua.

XIX. De causa Pauliniani.

Ad postremum autem eadem refricans ipse Hieronymus, quæ ab ipso Joanne ad Theophilum fuerunt scripta de ordinatione Pauliniani ab Epiphanio facta; quæ in eis coacervata fuere mendacia aperit, atque redarguit, sic dicens (a): *Si causa discordiæ non ex dissensione fidei est, sed ex Pauliniani, ut dicit, ordinatione descendit: quæ tanta stultitia est, volentibus occasionem dare, nolle respondere? Confitere fidem; sed tamen responde quod quæreris: ut omnibus luceat, non de fide, sed de ordinatione esse certamen. Quamdiu enim interrogatus de fide tacueris, potest tibi adversarius dicere: Non est ordinationis causa sed fidei.* Ita ipse, qui & in epistola ad Theophilum hæc & alia ab eodem conficta redarguit his verbis (b): *Fratrem meum causam dicit esse discordiæ, hominem, qui quiescit in monasterii cellula, & clericatum non honorem interpretatur, sed onus. Cumque nos usque ad præsentem diem ficta pacis ostensione lactaverit, Occidentalium sacerdotum commovit aures, dicens eum adolescentulum & pene puerum in Parochia sua Bethlehem presbyterum constitutum. Si hoc verum est, cuncti Palæstini Episcopi non ignorant: monasterium enim S. Epiphanii nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est presbyter, in Eleuteropolitano territorio, & non in Heliensi situm est. Porro ætas ejus & beatitudini tuæ nota est; & cum ad triginta annorum spatia jam pervenerit, puto eam non in hoc esse reprehendendam, quæ juxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est.* Et paulo post: *Certe ipse, quando Episcopus ordinatus est, non multum ab ea, in qua nunc frater meus est, distabat ætate. Vel si hoc in Episcopis licet, in presbyteris non licet, ne per antiphrasim a suo nomine discrepare videantur: cur ipse aut ejus aut minoris ætatis, & quod his amplius est, ministrum alterius Ecclesiæ ordinavit presbyterum?* Et ad Pammachium (c): *Ubi Paulinianum mentitus est puerum, illuc puerum mittis presbyterum: itemque Theosebam Tyriæ Ecclesiæ diaconum facis presbyterum, & contra nos armas, illiusque in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet Ecclesiæ jura calcare. Tu quicquid feceris, norma doctrinæ est: & non erubescis ante tribunal Christi judicandum tecum Epiphanium provocare.* Hæc ipse & multa alia id genus ad Pammachium habet.

(a) Hier. epist. 61.

(b) Hier. epist. 62.

(c) Hier. epist. 61.

XX. Hieronymus Theophilum certiorem reddit epistola.

Quod vero sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Joannis litteris anteversum, qui (ut ille scripserat) existimans ob rem frivolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem

tuen-

tuendæ Catholicæ fidei, eos sic inter sa ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos conciliandа Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad utramque partem litteras dederat: Sanctus Hieronymus ad eumdem Theophilum, quem nosset fuisse Jo. mendaciis mala persuasum, litteras dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret; seque pacem quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparetur. Ac post multa, quo tandem progressus, & quid demum contra ipsum Joannes molitus sit, declarat his verbis (a): *Nuper nobis postulavit & impetravit exilium: atque utinam implere potuisset, ut sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilii. Fundendo sanguinem, & patiendo magis quam faciendo contumelias, Christi fundata est Ecclesia, persecutionibus crevit, martyrio coronata est. Aut si isti soli, juxta quod legimus, amant rigorem, & non noverunt persecutionem sustinere, sed facere: sunt & hic Judæi, sunt variorum dogmatum hæretici, & maxime impurissimi Manichæi: cur eorum ne verbo quidem quemquam audent lædere, nos solos expellere cupiunt? Nos soli, qui Ecclesiæ communicamus, Ecclesiam scindere dicimur? Oro te, nonne æqua est postulatio, ut aut illos nobiscum expellant, aut nos cum illis teneant? Nisi quod in eo magis honorant, quos saltem exilio ab hæreticis separant.* Hæc ipse: sed quam dedecens esset, hæc irrogari ab ipso Joanne, qui professione monachus erat, ista mox subdit:

(a) Hier. ep. 62.

XXI. Joannes Episcop. Hierosol. persequitur Hieronymum.

Monachus, proh dolor, monachis minatur & impetrat exilium, & hoc monachus Apostolicam cathedram habere se jactans. Non novit terrori natio ista succumbere, & impendenti gladio magis cervices quam manus subjicit. Quis enim monachorum exul patriæ, non exul est mundi? Quid opus est auctoritate publica, & rescripti impendiis, & toto Orbe discursibus? tangat saltem digitulo; & ultro exibimus. Domini (b) est terra & plenitudo ejus. Christus loco non tenetur inclusus. Præterea quod scribit nos pergere tecum Romam, & Ecclesiæ communicare te, a qua videmur communione separati; non est necesse ire tam longe, & hic in Palæstina eodem modo ei jungimur. His plane docet sanctus Hieronymus, non ob id quod exciderit a communione Joannis, exclusum se esse a communione Catholicæ Ecclesiæ, qui communicet cum Romano Pontifice: ex quibus videas, communione Romanæ Ecclesiæ (quod alias sæpe dictum est) quemlibet declarari Catholicæ communionis esse participem: hæc & alia plura Hieronymus ad Theophilum: quibus ille persuasus, post hæc (ut dicamus) favit causæ Epiphanii, Hieronymi, & aliorum in Palæstina Orthodoxorum, immo fidei Catholicæ adversus Joannem, Ruffinum, & alios Origenistas.

(b) Psal. 23.

XXII. Hieronymus falsarius habitus.

Inter hæc autem, dum controversiæ hujusmodi Hierosolymis agitarentur, quid passus idem ipse Hieronymus fuerit a pseudomonacho adversariorum arte submisso ad surripiendam epistolam Epiphanii ab ipso in Latinum translatam, idem ipse ea epistola, quam post hæc sequenti anno scripsit ad Pammachium, declarat his verbis (c): *Ante hoc ferme biennium miserat Joanni Episcopo supradictus Papa Epiphanius litteras, arguens eum in quibusdam dogmatibus, & postea clementer ad pœnitentiam provocans: harum exemplaria certatim Palæstina rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis. Erat in monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis, Eusebius Cremonensis: qui, cum hæc epistola per multorum ora volitaret, & mirarentur eam pro doctrina, & puritate sermonis docti pariter & indocti; cœpit a me obnixe petere, ut sibi eam in Latinum verterem, & propter intelligendi facilitatem apertius explicarem: Græci enim eloquii penitus ignarus erat. Feci quod voluit, accitoque notario, raptim celeriterque dictavi, ex latere in pagina breviter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent; siquidem & hoc ut sibi soli facerem, oppido flagitarat: postulavique ab eo mutuo, ut domi haberet exemplar, nec facile in vulgus proderet. Res ita anno & sex mensibus transiit, donec supradicta interpretatio de scriniis ejus novo præstigio Hierosolymam commigravit. Nam quidam pseudomonachus, vel accepta pecunia (ut perspicue intelligi datur) vel gratuita malitia, ut incassum corruptor nititur persuadere, compilatis chartis ejus, & sumptibus, Judas factus est proditor: deditque adversariis latrandi contra me occasionem, ut inter imperitos concionarentur, me falsarium, me verbum non expressisse de verbo: pro honorabili dixisse, carissimum, & maligna interpretatione (quod nefas dictu sit) αἰδέσιμον ὠσὶν ἁπάντων, id est reverendum auribus omnium, noluisse transferre. Hæc & istiusmodi nugæ crimina mea sunt.* Ita ipse, qui ea occasione egregiam illam tractationem de optimo genere interpretandi scripsit ad Pammachium anno sequenti: qua cum in primis se purget ab illata calumnia, denique aperte docet quinam fuerint objectorum criminum architecti, cum ait: *Hæc non est illius culpa, cujus sub persona alius agit tragœdiam, sed Ruffini & Me-*

(c) Hier. ep. 101.

Melaniæ magistrorum ejus, qui illum magna mercede nihil scire docuerunt: & in fine: *Excessi mensuram epistolæ, sed non excessi doloris modum: nam qui falsarius vocor, & inter mulierum radios & textrina dilanior, contentus sum crimen abnuere, non referre. Unde arbitrio tuo cuncta permitto, ut legas ipsam epistolam tam Græcam, quam Latinam, & illico intelliges accusatorum meorum nænias, & probrosas querelas.* Hæc Hieronymus.

XXIII. Sed quam impudens id scelus extiterit, fraudulenter chartas surripere, & quam acres quamque severas leges seculi vindices haberet, recenti demonstrat exemplo, cum ait (a): *Ac primum, antequam de translatione respondeam, volo interrogare eos, qui malitiam, prudentiam vocant. Unde apud vos exemplar epistolæ? Quis dedit? Qua fronte profertis, quo scelere redemistis? Quid apud homines tutum erit, si ne parietibus quidem, & scriniis nostra possumus secreta celare? Si ante tribunalia Judicum hoc vobis crimen impingerem; reos legibus subjungerem, quæ etiam pro utilitatibus Fisci noxiis delatoribus pœnas statuunt, & cum suscipiant proditionem, damnant proditorem. Lucrum videlicet placet, voluntas displicet. Dudum Esychium, virum Consularem, contra quem Patriarcha Gamaliel gravissimas exercuit inimicitias, Theodosius capite damnavit, quod solicitato notario, chartas illius invasisset.* Fuit iste Gamaliel Judæorum Patriarcha temporibus Theodosii, & filiorum; adversus quem Theodosii junioris rescriptum (b) extat. Subdit & de aliis proditoribus exempla a Romanis supplicio affectis, atque addit: *Quod leges publicæ, quod hostes tuentur, quod inter bella & gladios sanctum est, hoc nobis inter monachos & sacerdotes Christi intutum fuit. Et audet quidam ex eis, adducto supercilio, & concrepantibus digitis, eructare, & dicere: Quid enim si redemit, si solicitavit? fecit quod sibi profuit. Mira sceleris defensio, quasi non & latrones, & fures, & pyratæ faciant, quod sibi prodest.* Hæc & alia plura in sui defensionem & adversariorum accusationem forti vehementique ingerit oratione. Quod vero de Esychio viro Consulari, ultimo damnato supplicio, ingerit, & de scriptis Judæorum ab eo surreptis; ad id plane pertinere existimo, quod Theodosius hoc anno adversum injuriam irrogantes Judæis, conventus illorum prohibentes, vel synagogas diripere vel destruere tentantes, ad Comitem Orientis III. Kalendas Octobris rescriptum dedit (c).

(a) Hier. ep. 101.

Hieronymus proditores exagitat.

(b) l. 22. de Judæis C. Theod.

(c) l. 9. de Judæis. C. Theod.

XXIV. Jam vides, lector (quod non fine immenso animi dolore recolimus) quinam fuerint præcipui Hieronymi adversarii & Origenistarum patroni, Ruffinus scilicet, atque Melania. Proh dolor! tanto totius Catholicæ Ecclesiæ scandalo, ita mutatus est in inimicum Hieronymo amicus carissimus ille Ruffinus, cui quam arctis amicitiæ vinculis & insolubilibus necessitudinis nexibus ipse Hieronymus astrictus esset, vel uno saltem illo declarat elogio, cum eumdem una cum Melania visitantem Ægypti monasteria e solitudine Syriæ litteris invisens, atque salutans, inter alia plurima amoris signa, sic ait (d): *Credas mihi, frater, non sic tempestate jactatus portum nauta prospectat: non sic sitientia imbres arva desiderant: non sic curvo assidens littori anxia filium mater exspectat; postquam me a tuo latere subitus turbo convulsit, postquam glutino charitatis hærentem impia distraxit avulsio, &c.* Quanta enim animi solicitudine salvum sibi cuperet quod haberet, naves propter absentiam aliquod vel leve saltem pateretur dispendium amicitia, pertimesceret; ad finem illud, quod memoria tenacius retineret, apposuit: *Obsecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix invenitur, difficile servatur, pariter cum oculis mens amittat. Fulgeat, cui libet, aurum & pompaticis ferculis corusca ex sarcinis metalla radient: charitas non potest comparari, dilectio pretium non habet; amicitia quæ desinere potest, vera numquam fuit.* En quibus ipse circumdat vallis amicum, ne eos, volens licet, transilire absque ignominiæ nota valeret. Sed secutus alienos Ruffinus infelix, terga vertit amico; merensque transfuga in castris hostium, inde in amicum ac fratrem furens, prodit dux impiorum armatus, nulla prorsus alia causa compulsus, quam, ut adversantes Catholicæ veritati Origenis errores salvos servet atque propugnet: ipsum quidem haud segniter, vel loco novissimo, sed inter primos militasse, Epiphanius dicta epistola ad Joannem indicare videtur, dum inter tot defensores Origenis ipsum tantum nominat, ac bene precatur his verbis (e): *Te autem, frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi qui tibi creditus est, & omnes fratres qui tecum sunt, & maxime Ruffinum presbyterum, ab hæresi Origenis, & ab aliis hæresibus & perditione earum.* Hæc Epiphanius.

Lamentabilis Ruffini casus

(d) Hier. epist. 41.

Ruffini acerbissimus casus.

(e) Hier. epist. 60.

XXV. Sed majori me dolore sauciat, angore cruciat, atque mœrore consternit Melaniæ acerbissimus casus. Hæccine vidua illa clarissima, ornamentum Romanarum feminarum, decus summum Christianorum, vivumque exemplar Christianæ philosophiæ, quæ insigne illud Romæ specimen edidit, cum eodem tempore maritum

Lugubris Melaniæ status.

ritam ac duos carissimos liberos siccis penitus oculis sepelivit? cujus incredibilem sanctitatem admiratus prædicans quondam ipse Hieronymus, aliisque imitandam proponens, illa tantæ fiduciæ effatus est verba (a): *Sancta Melania nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus* (Paulam alloquitur) *mihique concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios &c.* Sed plane, quod subditur in femina gloriosius, cum de victa victrice omnium Urbe triumphans, superatoque insito a natura unicæ prolis amore, Roma spreta, unico ibi relicto filio, exul mundi, cœli civis, victria etiam ventorum & fluctuum, ingruente jam hieme (ut ait) Hierosolymam navigavit.

(a) Hier. epist. 25.

XXVI.

Quam ob causam, jure meritoque idem Sanctus Hieronymus tantarum rerum admiratione stupens, eam dignam existimavit, ut Theclæ (b) nomine nuncuparet: nobiliorem titulum non inveniens, quo Melaniam decoraret, quam nomen sanctissimæ virginis primogenitæ Pauli, & primæ martyris inter feminas: utpote quæ Romæ prima omnium clarissimarum mulierum Romanarum, spernendæ pro Christo Urbis, contemnendi divitias, deserendi filios, petendique Hierosolymam exemplum dedit, cæterisque ad ipsam præstandum, forte aggressa facinus, viam aperuit, cum ipsa prima reliquas Romanas nobiles feminas antegressa, relicta Ægypto, transmissoque mari, in littore Palæstino, terra promissionis, possessione sanctorum, felicior quam Maria in terra deserta, tympanum pulsans pœnitentiæ, præcinuerit Domino canticum novum, quam aliæ illustres Romanæ feminæ, veræ redditæ Israelitæ, virgines atque viduæ secutæ, choros ducentes, easdem cum ea concinuere Christo vincenti laudes. Sed probata ad aquas contradictionis (o fallaciam incredibilem hostis humani generis!) decepta, superata defecit: tantaque onusta adeo pretiosis mercibus navis (ita namque navi institoris comparatur divino eloquio mulier fortis) in ipso tranquillitatis portu (quis credat?) est passa naufragium, cum incauta in syrtes Origenis impegit; Origenisque sic conspersa fuligine, conversa est ea Noemi in Mara, & ex Thecla rediit in Melaniam; a fuscedine dictam nomen infaustum. Ista patitur humana conditio; ut nihil quilibet, dum vivit, vendicet sibi tutum.

(b) Hier. in Chronic.

Lugetur Melania.

XXVII. Casus Didymi plangitur.

Sed quod luctus luctum provocat, & excutiunt lacrymæ lacrymas: jungatur his funeribus horum malorum omnium auctor infelix Didymus; cujus cum sublimitatem præcelsam intueor, profundam voraginem, in quam se præcipitem mersit, via datur posse deorsum inspicere acutioribus mentis obtutibus. Hic ille ipse (ut dicta superius obiter tetigeramus) quem Magnus Antonius (c) Alexandriæ invisens, beatum prædicavit, quod licet cæcus esset carnis oculis, mentis tamen illos oculos nactus esset, quos (ut ait) sancti soli & Apostoli meruerant. Cujus si scientiam spectes, id unum inter alia multa satis in memoriam revocasse, quod ab hunc posset habere magistrum, S. Hieronymus post auditum Gregorium Nazianzenum, & postquam exhibuisset se Romæ Orbis doctorem, cano jam capite ipsum audit, peregrinatus Alexandriam. Sed plane accidit, secundum profundum Dei judiciorum abyssum, ut qui ex cæco divino munere intrinsecus videns erat, ob eamque causam ab eodem S. Hieronymo *Videntis* nomine (qui Prophetarum est titulus) fuit appellatus: idem bis cæcus evaserit, dum plus homini infelix, quam antiquæ Ecclesiasticæ traditioni detulit: dum, inquam, vehementiori quam par erat amore suum prosecutus Origenem, ejus minime vitavit errores, sed privato studio aspidis ova fovit: quibus ab ejus discipulis Evagrio, Isidoro, Ruffino, atque Palladio ruptis, egressi ex eis sunt reguli, morsibus ipsos primum dilacerantes, postea vero diu multumque longe lateque serpentes Dei Ecclesiam infestarunt fœtibus multiplicatis, prognatis nimirum ex iisdem postea Pelagianis. Apertissimum namque Origenis propugnatorem fuisse Didymum, S. Hieronymus in Ruffinum sæpe postea declamavit: sed ita comparatum illum fuisse, ut pro ratione audientis sciret propinare doctrinam, idem affirmat, cum hæc ait (d): *Extat liber Didymi ad te; quo sciscitanti tibi respondit*, de infantibus scilicet cito ex hac vita sublatis, *non eos multa peccasse*, antequam videlicet animæ eorum immergerentur in corpora: *& ideo corporum carceres tantum ejus tetigisse sufficere. Magister meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo ista quærebas, tres explanationum in Osee Prophetam libros ad me, me rogante, dictavit, ex quo apparet, quid me, quid te docuerit.* Hæc ipse, quibus videas ex duplicis oris magistro errorum tenebras nonnisi filiis tenebrarum clandestine & furtive esse communicatas: cum e contra pura gaudens luce veritas, ut lucerna super candelabrum posita, pari fulgore æque omnes illustrare consueverit.

(c) Hier. epist. 33.

(d) Hier. adv. Ruff. Apolog.

XXVIII.

Propagasse autem ætatem Didymum ad hæc saltem tempora, ex eo possumus intelligere, quod S. Hieronymus, qui anno superiori (ut dictum est) librum scripsit *de scriptoribus Ecclesiasticis*, eum tum fuisse superstitem tradit, annum excedentem ætatis octogesimum tertium; qui & editos ab eo commentarios ita recen-

(a) Hier. de Script. Eccl. in Didym.

confet (a): *Didymus Alexandrinus, captus a parva ætate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maxime visu indigent, usque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, commentarios in Psalmos omnes, commentarios in Evangelium Matthæi & Joannis, & de Dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu sancto librum unum, quem ego in Latinum verti; in Isaiam tomos decem & octo; in Osee, ad me scribens commentariorum libros tres, & in Zachariam meo rogatu libros quinque, commentarios in Job, & infinita alia, quæ digerere, proprii indicis est. Vivit usque hodie, & octogesimumtertium ætatis excessit annum.* Hucusque de Didymo S. Hieronymus: sed meritam omnium pene mercium jacturam fecit, qui naufragium est passus in fide: etenim constat, vix commentarium de Spiritu sancto & in epistolas canonicas expositiones reliqua esse ex tot tantisque ab eo commentariis elaboratis.

XXIX.

(b) Evag. Vit. SS. Patr. par. 1. cap. 24.

Alius vero ejusdem nominis claruit inter anachoretas Ægypti Didymus sanctitate clarus; de quo ista Evagrius (b): *Vidimus inter eos quemdam ex senioribus virum bonum, nomine Didymum, in quo multa erat Domini gratia, quam in eo etiam vultus ipse indicabat: hic scorpiones, & cerastas, idest bestias quas cornutas vocant, & angues, qui in illis locis præ fervore Solis acerrimi habentur, tamquam terræ quosdam vermiculos pedibus conculcabat, & ita extinguebat, ut nihil ab eis omnino pateretur.* Hæc ipse meminit etiam Socrates (c) de Didymo monacho annorum nonaginta quinque, solitariam vitam agente: extitit hic plane felicior illo, de quo agitur Didymo Alexandrino; qui sui jactura omnes pios certo quidem exemplo docuit, traditionibus Ecclesiæ potissimam innitendum, nec illis quamvis doctrina insignem hominem præferendum; ut illud Pauli semper in omnium mente oreque versetur (d): *O Timothee, depositum custodi; profanas vocum novitates devita.*

(c) Socr. l. 4. c. 18.

(d) 1. Tim. 6.

XXX. Adversarii S. Hieronymi.

Sed deploratis infelicium lapsibus, ad S. Hieronymum redeamus; qui cum adversariorum jaculis esset undique impetitus, plane accidit ut ejus hostes experirentur eumdem adversarium acerbissimum: indeque factum est, ut cum lucubrationibus ipsius aperte appeterentur, iidem in eum acrias insurgentes impetum facerent, lividisque inspicerent oculis ejus scripta & canino dente corroderent; conqueritur enim ipse de his sæpius. Quinam autem hi fuerint, ex multis vix paucos licet enumerare: & ut omittamus dicere de Joanne atque Ruffino, qui perpetuum illi indixerunt bellum, fuit ex his monachus quidam juvenis Romæ versatus, idemque nonnihil Joviniani hæresis suspectus, prout idem ipse Hieronymus testatur in Apologetico ad Domnionem (e), de quo superius. Sed & Bonosus Segestanus Romæ itidem factus est vehemens Hieronymi obtrectator, quod se existimaret litteris Hieronymi, quibus in vitia invectus est Urbis clericorum, ab eo ipsum sibi male conscium sugillatum (f): qua pariter ratione pars reliqua illa deterior Romani cleri, quæ videretur ejusdem Hieronymi scriptis infamata, crebris eum solita fuit (g) impetere maledictis: adeo autem frequens tum horum tum aliorum fuit turba in Hieronymum obloquentium & obtrectantium, ut vix ediderit scriptum aliquod, in quo non opus fuerit pro se texere Apologiam, & in alios invectivam: quod ipse cum pluribus locis, tum præcipue in Præfatione in Michæam prophetam testatur, cum ait (h): *Semper invidis respondemus (quia non cessat invidia) & librorum nostrorum exordia æmulorum maledicta confutant, qui vulgo jactant me sterilis jejunique sermonis quasdam ineptias scribere, & cum loqui nesciam, tacere non posse:* & post pauca: *Moneo tauros pingues, qui circumdederunt me, ut quiescant, & desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.* Hæc & alia id genus frequenter habet: at instar ædificantium templum Dei eidem necesse fuerit, altera manu gladium adversus hostium impetum habere districtum, manu altera stylo uti ad officium ministerii. Sed de his hactenus.

(e) Hier. epist. 51.

(f) Hier. epist. 100.

(g) Hier. præfat. in Didym. de Spir. San.

(h) Hier. præfat. in Micha. l. 2.

XXXI.

Inter hæc autem, cum Dei Ecclesia (ut vidimus) in Oriente ex Origenis erroribus ita esset exagitata dissidiis; his occurrere studuit Theophilus Alexandrinus Episcopus, laboravitque quibus valuit remediis Ecclesiæ mederi vulneribus; sed demulcendo potius quam pungendo, conatus est dissidentium animos ad pacem allicere: quod tamen Hieronymo atque aliis nonnihil displicuit, ut qui considerarent vulnus illud haud indigere fomentis, sed aperiendum esse ferro, atque Ecclesiasticæ severitatis censura curandam. Verum ipse Theophilus sic sibi prudenter visus est agere, si Catholicos ad pacem cogeret vigore canonicæ disciplinæ, ac devios lenitate verborum redderet Ecclesiæ obsequentes. Tradit id quidem tunc fuisse Theophili consilium S. Hieronymus, scripta ad eam epistola, ubi ait (i): *Quod de canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Dominus, corripit, & flagellat omnem filium quem recipit. Sed tu scito nobis nihil esse antiquius, quam Christi jura servare, nec Patrum transferre terminos, semperque meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatum,*

(i) Hier. epist. 62.

vu-

cujus se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur. Super nefaria hæresi quod multam patientiam geris, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes, tua posse corrigi lenitate; multis sanctis displicet; ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat. Hæc Hieronymus. Porro quod profecturus esset Romam Theophilus, atque abiturum cum eo esse Hieronymum, Joannes Episcopus divulgasset (*a*); se non indigere Romam abire, ut cum Ecclesia Romana communicaret, cum absens ei communione sociaretur, ostendit. Verum abierit ne Romam Theophilus incertum est.

(*a*) *Hier. epist.62.*

XXXII. Concordia inita inter S. Hieronymum & Ruffinum.

Sed quid tandem? Opera, puto, ejusdem Theophili Episcopi Alexandrini, inita est concordia inter Hieronymum atque Ruffinum: & existimare fas est, alios quoque pari fœdere eidem copulatos, Origenis erroribus silentio condemnatis. At male obducta cicatrix serpente intrinsecus tabo, iterum in ulcus erupit; quod accidit, cum Ruffinus Romam rediens, Periarchon Origenis a se translatum edidit una cum erroribus ejus, quibus a se purgatum turpites mentitus fuit: quando autem id contigerit, suo loco dicturi sumus. Testatur id quidem ipse Hieronymus epistola ad Ruffinum scripta (*b*), de qua suo loco dicendum; quo tempore & Origenistas damnatos fuisse atque ejectos, pariter demonstrabimus.

(*b*) *Hier. epist.66.*

XXXIII. Concilium Hipponense.

Hoc eodem anno, Hippone regio in Africa celebratum est Concilium generale ex totius Africanæ provinciæ collectis Episcopis: cujus Synodi plerisque in locis sparsa mentio reperitur. Nam quod in primis ad tempus spectat, in collectione canonum Africanorum Conciliorum hæc primo loco posita leguntur (*c**): *Gloriosissimo Imperatore * Theodosio semper Augusto tertio & Abundantio viro clarissimo Consulibus, octavo Idus Octobris, Hippone regio, in Secretario basilicæ Pacis, &c.* Quod vero ad sancitos ibi canones attinet, constat ex eis confectum esse breviarium: nam ipsorum quadraginta unius capitulorum brevis summa descripta est, quo iidem facilius innotescerent, idque decreto Concilii Carthaginensis postea celebrati, Cæsario & Attico Consulibus. Habentur iidem canones intexti in Concilio tertio Carthaginensi, sæpeque citantur. Cæterum hujus Hipponensis Concilii celebrandi nullam aliam præcessisse causam professi sunt Patres, quam ut collapsam disciplinam Ecclesiasticam in integrum restituerent: quod quidem adeo efficaciter præstiterunt, ut cætera quæ postea in Africa Concilia sunt celebrata, ex Hipponensi, tamquam archetypo quodam, complura fuerint mutuata.

(*c*) *Tom. 2. Concil. in exord. Concil. Afric. edit. vet.*
* seniore.

XXXIV.

Meminit hujus Concilii Hipponensis Possidius (*d*), & quæ in eo fuerint partes Augustini ita describit: *Per idem tempus coram Episcopis hoc illi jubentibus, qui plenarium totius Africæ Concilium Hippone agebant, de Fide & Symbolo presbyter adhuc Augustinus disputavit.* Hæc ipse: meminit ejusdem tractationis idem Augustinus (*e*), cum in ipsa correxit quod dixerat de resurrectione: *Non jam caro erit & sanguis, sed tantum corpus:* elucidasse voluit quæ dixisset ambigue, ne ea in deteriorem sensum ad astruendam suam ipsorum hæresim ab Origenistis usurpari potuissent, de quorum errore paulo superius actum est. Porro eam disputationem ipse Augustinus in librum convertit, id ipsum postulantibus compluribus, qui aderant, & a quibus diligebatur, Episcopis. Cum vero adeo præclarum specimen de se eo conventu coram Patribus Augustinus ediderit, ob idque eum cuperent omnes; Valerius invidiam patiebatur, quod sibi ad-

(*d*) *Possid. Vita S. Aug. c.7.*

(*e*) *Aug. Retract. l.1. c.17.*

Quid Augustinus in Concil. Hipponensi.

PAGIUS IV. *Concilium Hipponense.*

Ad num. XXXIII. & seq. Breviarium *Synodi Hipponensis* insertum Synodicæ Carthaginiensis Concilii, sine ulla suppositionis suspicione admisere Baronius & omnes Conciliorum Collectores. Verum Schelstratius Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus in Differt. 3. de Ecclesia Africana cap. 6. ubi hanc difficultatem examinavit, existimat, Synodicam, si non supposititiam, saltem interpolatam esse. Primo, quia ea inscribitur Episcopis *Numidiæ, Mauritaniæque utriusque, Tripolis, & Provinciæ Proconsularis*, omissa Provincia Byzacena; cujus alia ratio afferri non potest, quam quia hæc Synodica ab Episcopis *Byzacenis* scripta est ad aliarum Provinciarum Episcopos, etiam Proconsularis, cujus Metropolitanus tunc temporis erat *Aurelius*, qui, ut fidem faciunt Acta Africana, per Auctorem Concilii vulgo Africani, Dionysium Exiguum, Zonaram, & Balzamonem relata, testatus est in Concilio Carthaginiensi III. literas fratrum Byzacenorum & *Muzonis* a se transmissas, ut ibidem legerentur. Unde sequuntur duo: *Aurelium* inprimis inscriptioni Synodicæ contra Actorum fidem haberi insertum: *Synodicam* insuper falso præ se ferre titulum Carthaginiensis Concilii; cum sit Byzaceni, ut recte animadvertit in Notis ad Codicem Africanæ Ecclesiæ Justellus. Secundo, quod ipsa Synodica habeat: *Dum in Carthaginiensi urbe conveniremus.* Cum constet ex Actis Africanis a memoratis Græcis posteritati consecratis, Synodum hanc habitam fuisse in *Byzacio* Metropoli civili Provinciæ Byzacenæ, unde Synodica illa ad Carthaginem missa est: *Litera fratrum nostrorum ex Byzacio.* Quæ quamvis non de civitate *Byzacii*, sed de Provincia Byzacena intelligerentur, adhuc erroneum esset, ipsos in epistola scripsisse, se in Carthaginiensi urbe convenisse, ubi ipsimet attestantur in eadem sua Synodica, Concilium illud Provinciæ Byzacenæ fuisse: *Hac communi Concilio*, inquiunt, *per universam Provinciam Byzacenam in notitiam cunctis deducenda sensuimus.* Ter-

adscivisset eum in presbyterum Hipponensis Ecclesiæ; qui timens pariter ne tam nobilis Christi ministri dispendium faceret, & adsciscendus ab aliis esset in alicujus vacantis sedis Episcopum, cogitare cœpit de subrogando eum sibi adhuc viventi Antistitem coadjutorem, futurum postea successorem: testatur id quidem Possidius (*a*). Contulit ipse tunc totum id cum Aurelio Episcopo Carthaginensi; atque tandem postea, cum sibi opportunum visum est, perfecit quod mente conceperat, idque post annum: agemus ea de re pluribus suo loco: hæc autem modo occasione Concilii Hipponensis, in quo Augustinus omnibus totius Africæ Episcopis manifestus, quantusque esset, innotuit.

(*a*) *Possid. Vit. S. August. cap. 8.*

XXXV. Hoc item anno renunciato (ut dictum est) Honorio Imperatore, relictoque cum eo Arcadio Augusto Constantinopoli, ipse Theodosius adversus Eugenium tyrannum Occidentale Imperium occupantem, expeditionem parat: *Quem*, inquit Socrates (*b*), *plurimi barbari trans Istrum incolentes sua sponte ad auxilium ei contra tyrannum ferendum secuti sunt.* Cæterum Theodosius doctus exemplo, pietate magis quam armis hostes debellari solere, in eo præcipue innitendum esse putavit, ut Deum sibi sanctis operibus sanctorumque precibus conciliaret, illud Davidicum occinens (*c*): *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos:* probe sciens, Deo duce, Cyrum (*d*) dorsa Regum retrorsum convertisse, superbos terræ humiliasse, portas æreas contrivisse, confregisseque vectes portarum ferreos. Sic igitur compositus animo, primum omnium futuri belli eventum non magicis explorat præstigiis, nec oraculorum responsis quærit ambigua (hæc enim omnia sancitis legibus, ne quis faceret, omnino proscripserat) sed Deum optimum maximum per servos suos, quid de futuro belli eventu prædiceret, consulendum putavit. Quamobrem Legatos mittit ad celeberrimum vatem illum in eremo latitantem Joannem anachoretam, cujus in futuris eventis explorandis virtutem satis perspectam habuit ex superiori bello huic non impari adversus tyrannum Maximum gesto. Quæ autem ille divino afflatus spiritu responderit, Ruffinus tradit, qui hæc ait (*e*): *Theodosius nihilo segnius inflammatus ad ultionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti substitutus est, corripit, primo Dei voluntatem per Joannem monachum, de quo supra memoravimus, sciscitatus. Tum ille, qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat incruentam, etiam hanc licet non absque plurima utriusque sanguinis inundatione promittit.* Hæc ipse. Porro hac ad Joannem legatione functum esse Eutropium, qui sub Arcadio post Ruffinum rexit imperium, Sozomenus (*f*) auctor est. At vero non de futuro exitu belli tantum vaticinatum esse Joannem, sed & post obtentam victoriam, proximum fore propalasse obitum ipsius Theodosii Imperatoris, Evagrius tradit (*g*) Theodoretusque id ipsum affirmat (*h*). At post hæc Ruffinus subdit ista etiam de bellico apparatu:

(*b*) *Socrat. lib. 5. cap. 24.*

(*c*) *Psal. 59.*

(*d*) *Isaia 45.*

Theodosius Legatos pro precibus mittit.

(*e*) *Ruffin. l. 2. c. 32.*

(*f*) *Sozo. l. 7. c. 22.*

(*g*) *Evag. Vit. SS. Patr. c. 1.*

(*h*) *Theod. l. 5. c. 24.*

XXXVI. Bellicus Theodosii apparatus.

Igitur præparatur ad bellum non tam armorum, telorumque, quam jejuniorum orationumque subsidiis: nec tam excubiarum vigiliis, quam obsecrationum pernoctatione munitus circuibat cum sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrum, & Apostolorum thecas jacebat cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorum intercessione poscebat. Hæc de Theodosii pio apparatu Ruffinus tradit, qui hoc ferme tempore ista scribebat. Addit Cedrenus, sed quo auctore, nescimus, Theodosium incognitum alieno habitu ea ex causa esse peregrinatum Hierosolymam ad sancta invisenda loca, quo facilius Dei auxilium promereret; eumdemque divino monitu cognitum a Joanne ejus sedis Episcopo. At hæc Cedreni ignoravere majores: quæ si explorata habuissent, minime reliquissent obvoluta silentio.

XXXVII. Qualisnam autem Eugenii tyranni ad idem bellum fuerit apparatus, ex eodem Ruffino possumus intelligere, cum ista subdit

PAGIUS V.

Synodica Concilio Hipponensi falso attributa.

Tertio, quod ante Breviarium Canonum hæc verba legantur: *Concilii Hipponensis abbreviationes factæ in Concilio Carthaginensi III.* cum non solum Acta Africana referant, *Aurelium* in Concilio Carthaginiensi III. dixisse, sese Breviarium Hipponensium Canonum, recepisse a fratribus Byzacenis, sed id ipsum testetur *Mizonius* Byzacii Primas in Synodica, de qua agitur, ubi scribit: *Brevem vero statutorum huic epistolæ subdi fecimus.* Quarto, quia *Aurelius* iterum subscriptus habetur, qui Synodo Byzacenæ non adfuit, ejusque Synodicæ proinde subscribere non potuit, multo minus tanquam Synodicæ Concilii Carthaginiensis tertii, in quo de emancipatione statutum fuit Canone XIV. quem titulum impostor salvum voluit, & ad pleniorem tractatum reservatum fuisse adjunxit. Omitto alias Schelstratii conjecturas apud ipsum legendas; ex quibus concludit, vel *Synodicam Byzacenam* cum subscriptionibus esse interpolatam, vel cum Breviario eidem inserto aliam fuisse, quam quæ post Synodum Carthaginiensem III. ex Codice Sancti Bavonis exhibetur. Synodus enim ipsa habita fuit: *Imperatore Theodosio Aug. III. & Abundantio Viris Cl. Coss. VIII. Idus Octobris Hippone regio in Secretario Basilicæ pacis*, ut testantur Auctor Concilii vulgo Africani, Dionysius Exiguus in Codice Canonum, & Acta Africana in Græcum translata. Canones Hipponenses docte ibidem Schelstratius explicat.

Theo-

(a) Ruffi. l.2. c.33.

dit (a): *At Pagani, qui errores suos novis semper erroribus animant, innovare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum præscientia securam Eugenio victoriam nunciare, superstitiosius hæc agente & cum omni animositate Flaviano tunc Præfecto; cujus assertionibus (magna enim erat ejus in sapientia prærogativa) Eugenium victorem fore pro certo præsumpserunt.* Hæc ipse. Erat quidem Christianus Eugenius, ut ex sancti Ambrosii ad eum scripta epistola potest intelligi: cæterum ut qui in gratiam Christianorum Principum eumdem religionem sectatus esset, haud eam ea animo coluit, utpote qui foris præseferret Christianum, intus Paganum gereret; & cum posset absque arbitris, quæ deorum Gentilium essent, sacra ageret: unde factum est, ut Gentilium omnium Senatorum animos sibi conciliarit, eosdemque fautores ad ambiendum Imperium nactus sit. Quem vero exitum res habuerint, dicturi sumus anno sequenti, quo ambo exercitus manus conseruere. Prosequamur jam reliqua a Theodosio hoc anno sancte pieque gesta, quibus ad id quod parabatur hoc anno bellum, divinum sibi numen propitium reddidit. Inter alia autem digna memoria illud plane fuit, quo magnam excitavit admirationem, & summam concitavit sibi laudem, dum quo tempore ad immensas bellorum expensas consueverant Reges indicere nova tributa populis sibi subditis (quod & ipse ante in belli apparatu adversus Maximum fecerat, cum ea de causa populus Antiochenus impatiens oneris, in rem fœdam, quam recensuimus, prolapsus est) ipse Theodosius modo non ab his tantum abstinuit, ut novas exactiones inferret; sed recens indictum a Præfecto Prætorio Tatiano ante biennium Consule, novo dato rescripto, omnino remisit. Extat de ejusmodi Theodosii temperantia & digna Christiano Principe munificentia ipsum rescriptum hoc ipso anno datum ad Ruffinum agentem Præfectum Prætorio his scilicet verbis (b):

Theodosii apparatus ad bellum venturum.

(b) l.13. de annon. & tribut. C. Theod.

XXXVIII. Theodosius tempore belli tributa relaxat.

Ærariæ præstationis adjectio, quam citra priscum consuetudinem provincialium humeris Tatianus imposuit, a cunctis penitus salubri moderatione removenda est. Dat. pridie Id. Junii, Constantinopoli, Theodosio Aug. III. & Abundantio Coss. Ex Ann. Eccl. Tom. VI.

his plane intelligis esse corrigendum Sozomenum dicentem, Theodosium in hac expeditione paranda adversus Eugenium, novum indixisse tributum, cujus causa tumultuatus fuerit populus Antiochenus: sed id contigisse in expeditione belli adversus Maximum, satis perspicue superius est demonstratum, ut nullo modo revocari possit in dubium.

XXXIX.

Quod rursus ad hanc rem spectat, illud etiam augustæ munificentiæ hoc anno Theodosius specimen edidit, cum illata in Fiscum bona reorum tempore Præfecturæ Prætorii dicti superius Tatiani, vel ipsis reis, vel ipsorum conjunctis restituenda mandavit, gemino ea de re dato rescripto, cum primum ad eumdem qui supra Ruffinum Præfectum Prætorii ita rescripsit (c):

(c) l.12. de bonis proscript. C. Theod.

Theodosius bona damnatorum restituit.

Omnia proscriptorum bona quæ Fisco jusserat Tatianus adnecti, vel ipsis qui propriam nuditatem, vel illis qui suorum mortem in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo reddi præcipimus. Dat. prid. Id. Junii, Constantinopoli, Theodosio Aug. III. & Abundantio V.C. Coss. Rescripsit idem Imperator eadem ad Drepanium Comitem rerum privatarum, illud quoque addens, ut eadem bona, licet aliis donata fuissent, nihilominus redderentur; sic enim rescriptum se habet (d):

(d) l. 23. eod. tit. C. Theod.

XL.

Omnia proscriptorum bona, quæ Fisci nomine singulis quibusque Tatianus eripuit, vel ipsis, qui gladio acerbiorem stylum passi, ærumnas suas nuditate fleverunt, vel eorum filiis ac propinquis, qui cruentas excepere sententias, restitui mox jubemus: ita ut omnes, qui aliquid ex hujusmodi bonis nostra liberalitate meruerunt, restituere adepta cogantur. Dat. prid. Id. Jun. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Coss. Hæc rogo, attendant, qui in bellico apparatu non largitionibus & eleemosynis preces pauperum sibi conciliant, sed eorum luctu ex acerbioribus exactionibus & clamoribus Deum contra se provocant, & infensum penitus reddunt, secundum illud David dicentis (e): *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus:* cum interdum contingat ea ipsos subditos pati a suis Principibus, quæ nec ab hostibus forent aliquando experturi. Unde accidit, ut quantumlibet belli justa causa præcesserit, illud tamen triste Dominus ef-

Principes Christiani id attendant.

(e) Ps. 11.

S 2

PAGIUS VI. *Theodosius in Cpolitanos beneficus.*

Theodosius suorum Quindecennalium occasione, prolixa Constitutione ad Aurelianum P. V. emissa, *Senatorium Ordinem*, ut & Curialium, variis modis erexit; simul & civitatum decori consuluit, abrogatis nonnullis, quæ Tatianus hac parte perperam invexerat. Cujus Constitutionis septem vel octo fragmenta in Codice Theodosiano reperiri, observat Gothofredus in ejus Chronologia. Præterea *annonis civicis*, quæ ex Constantini Magni & Constantii instituto gratuitæ civibus Constantinopolitanis præbebantur, ita consuluit hoc anno, seu Indictione sexta, Theodosius, Lege 11. & 12. Cod. Theod. *De annonis civicis*, ut insuper novum Canonem seu incrementum in id adjecerit, CXXV. diurnorum modiorum frumenti Lege 2. Codicis Justinianei *De annonis civilibus*.

(a) Isai. 1.

effari cogatur indignans: (a) *Heu consolabor super hostibus meis*: cum scilicet cogitur (ut ita dicam) Deus invitus in suos arma convertere; quæ in hostes exacuerat justus zelus. Sed ad Theodosium redeamus.

XLI.

Hæc cum ipse (ut vidimus) mense Junii statuisset; paulo post, nempe sequenti mense, quæque optima mente agitans, ne quid indignum, quo divina provocaretur vindicta, milites perpetrarent licentia militari, quo eos intra fines modestiæ contineret, hæc primum rescripsit ad Comites utriusque militiæ (b):

(b) l. 3. de salgam. C. Theod.

Theod. coercet licentiam militum.

Nemo militans a suo hospite salgami aliquid nomine postulet, id est, ne lignum, aut oleum, calcitrave poscantur. Dat. IIII. Kal. Aug. Constantinopol. Theodosio A. III. & Abundantio V. C. Coss. Vetuit etiam pro annonariis speciebus exigere (c) pretium, & in eos qui ditiorum sibi procurarent hospitia, ista sancivit (d):

(c) l. 18. 19. 20. de erog. milit. annon. C. Theod.

(d) l. 4. de metat. C. Theod.

Si quis mensorum nostrorum manu, qua deputatas singulis quibusque domus enotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit; ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. Dat. VI. Kalend. Novembris. Constantinop. Theodosio Aug. III. & Abundantio V. C. Coss.

XLII.

Quæ vero idem hoc eodem anno, mense Augusti, Christiano maxime pio digna sanciverit, ex his accipe quæ ad Ruffinum Præfectum Prætorio in hæc verba rescripsit (e), quibus admireris Magnum Theodosium in sago militari summe philosophantem:

(e) l. 1. si quis maled. Imp. C. Theod.

Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit: eum pœnæ nolumus subjugari, neque durum aliquid nec asperum sustinere. Quoniam si id ex levitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum: si ab injuria remittendum. Unde integris omnibus, ad nostram scientiam referatur; ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum prætermitti, an exquiri debeat, censeamus. Dat. V. Id. Aug. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio V. C. Coss. Admirare, lector, Imperatoris cum pietate prudentiam, dum cum ipse videtur severitatis solvere disciplinam, tunc magis eam fibula editæ legis astringit. Etenim quem putas ista percipientem voce præconis, vel in albo Prætoris aut in foro legentem, non continuo summa erga suum Principem charitate propensiorem redditum? vel si alias pravo in eum esset commotus animo, nonne qualibet graviori pœna supplicium illud fuisset sibi existimandum, quod quicquid in Principem oblocutus ipse fuisset, ad ejus perventurum aures certo sciret? Sic igitur ea edita sanctione Christiano Principe digna, ita conciliavit sibi animos omnium, ut tamen eorum, qui odium imbibissent, arctiori freno audaciam coercuerit, cum scirent, quod si in maledicta prorumperent, fore ea Principi manifesta; in hunc plane modum optime consulens & Christianæ mansuetudini & Imperatoriæ majestati. His itaque præviis sanctissimis legibus, aliisque piis operibus, idem Theodosius Imperator ad sequentis anni auspicandum bellum certam sibi stravit ad victoriam viam: quam (ut suo loco dicemus) feliciter consecutus est, ante clementia certans, quam armis decerneret.

Theodosii prudentia juncta clementiæ.

XLIII.

Prædicata quidem fuit in Christiano Principe inter alias egregias virtutes clementia ab exteris etiam hominibus, & admirationem haud mediocrem attulit, neque inter alios Themistio Gentili philosopho, qui eam virtutem in Theodosio plurimum celebravit: quem exæquandum prædicat hac ex parte ipsi Deo optimo maximo, cæteros Principes quantumlibet nomine celebres superantem: ipse enim ubi pro concione damnavit Alexandri Magni trucem animum, & ex vino truculentiorem solitum reddi, quo etiam probos e medio sustulit; ad Theodosium conversus: *Tu*, inquit, *optime Rex, nequaquam; quin improbis largiris veniam: atque id ut probis gratificareris, eos dimittis incolumes & indemnatos, qui stulta ac vana locuti sunt, tamquam eos quibus tristia somnia obtigerint: atque ita ad præclaram virtutum omnium clementiam quam facillime impelleris; quia Dei quam simillimus, & divinæ cujusdam naturæ particeps esse videris.* Hæc Themistius magni nominis a temporibus Constantii Imperatoris in Orbe philosophi, qui & sub Theodosio provecta admodum senectute vixit; & a Theodosio, licet Ethnicus esset, magna æstimatione habitus: etenim (ut ipse testatur) profecturus Constantinopoli Theodosius in Occidentem Arcadium filium eidem commendavit.

XLIV.

Alipius proficiscitur Hierosolymam.

Hoc eodem anno Alipius Tagastensis, Augustini in vitæ instituto collega, Hierosolymam profectus invisit S. Hieronymum: cui cum multa de ejusdem Augustini vitæ sanctitate atque doctrina nota fecisset, sequester extitit, ut inter utrumque amicitiæ vinculum strictius necteretur. Docent hæc litteræ ejusdem Augustini postea scriptæ per Profuturum. Puto tunc per eumdem Alipium innotuisse Augustino commentarium ab ipso Hieronymo elucubratum *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, cujus in dicta epistola per Profuturum missa ipse meminit Augustinus. Ubi vero in Africam Alipius reversus est, haud multo post creatur Episcopus Ta-

ga-

gustensis, ante scilicet, quam Augustinus per ipsum Profuturum ad Hieronymum scriberet: nam in ipso litterarum exordio ita habet (a): *Numquam aeque quisquam tam facile cuilibet facie innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorum quieta laetitia, & vere exercitatio liberalis. Quamquam ego percupiam omnino te nosse; tamen exiguum quiddam tui minus habeo, praesentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam posteaquam te beatissimus nunc Episcopus, tunc vero jam Episcopatu dignus frater Alypius vidit, remeansque a me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu ejus impressam; & ante reditum, cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis ejus: non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui noverit, dixerit, concordia duntaxat & familiaritate fidissima, non meritis, quibus ille antecellit.*

(a) Aug. ep. 8. & apud Hier. ep. 86.

XLV. Ceterum ubi haec sequenti anno post creatum Alipium Episcopum scriberet Augustinus, Hieronymus eum praevenit epistola, qua inter alia eundem Augustinum admonuit de cavendis in Origenis lectione ejus erroribus: significat haec idem ipse Augustinus in secunda epistola ad illum scripta (b). Quod autem S. Hieronymus ipsum ista monuerit, non alia de causa factum puto, nisi quod cum Alipii Hierosolymam adventus tunc contigerit, cum excitare nuper controversiae Hierosolymis inter Hieronymum & Epiphanium altera ex parte, ex altera vero Joannem Hierosolymitanum Episcopum, Ruffinum, Isidorum, Palladium, Melaniam & alios versarentur; ne Augustinus relatione Alipii de omnibus certior redditus, adversariae partis fortasse defensor insurgeret.

(b) Aug. ep. 9.

Hieronymus quid admonuit Augustin.

XLVI. Certe quidem subodorati mihi videor, tantos viros, penes quos summa rerum Hierosolymis esset, nempe Joannem ejus civitatis Episcopum, & una cum Melania Ruffinum (ut moris est rectia dogmatibus adversantium, in eorum propugnatores acerrime invehi, calumniis lacerare, ac proscindere contumeliis) adversus Hieronymum aliqua Alipii auribus insusurrasse, eademque ipsum in Africam redeuntem Augustino narrasse: quibus ipse nonnihil permotus, paulo licentior primis litteris ad Hieronymum scriptis, licet retenta pace & concordia atque amicitiae vinculo, quo se profitebatur astrictum, a reprehensione scriptorum illius aggressus sit, dum illa Profuturo data epistola, Hieronymi scripta carpit (c): sed in quibusnam; haec suo tempore, quo epistola scripta probatur, aperiemus: hic satis modo egisse de peregrinatione Alipii Hierosolymam, ex qua sicut amicitiae inter utrumque prima jacta sunt semina, ita altercationis sparsa, fomitem suppeditantibus Origenistis.

(c) Aug. ep. 8. & apud Hier. ep. 87.

XLVII. At tandem hujus anni periodum claudamus tractatione lucubrationis ejusdem S. Hieronymi ad Nepotianum sancti Heliodori nepotem, *De vita clericorum* inscriptae; hoc enim anno ipsam elaboratam fuisse, inde colliges, quod idem sanctus Hieronymus in ejus libelli fine dicat (d): *Coegisti me, Nepotiane carissime, lapidata jam virginitatis libello, quem sanctae Eustochiae Romae scripseram, post annos decem rursus Bethlehem ora reserare, & confodiendum me linguis omnium prodere, &c.* Quod scilicet sicut in illo pravos clericorum mores suggillavit, ita in isto vitae clericalis omnes recensendo numeros, qui ab eis essent extorres, reprehensionis notu viderentur insti. Quod vero ait, post decennium a tempore illo, quo ad Eustochium *de Virginitatis custodia* libellum scripsit, eum ad Nepotianum scripsisse tractatum; si tempus enumeres, ad hunc ipsum annum lucubrationem illam ad Nepotianum editam referre necesse erit. Exquisierat eam crebris epistolis a Hieronymo Nepotianus, qui relicta saeculi militia, in qua clarus apud Imperatorem vigebat, vitae se clericali addixerat: de his enim in ejus epitaphio ita Hieronymus (e): *Quoties ille transmarinis epistolis deprecatus est, ut aliquid ad se scriberem? quoties nocturnum de Evangelio (f) petitorem & interpellatricem duri judicis mihi viduam exhibuit? Cumque ego silentio magis quam litteris denegarem, & puderet reticentis pudorem suffunderem postulantis; avunculum mihi opposuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reverentia sacerdotii facilius impetraret.* Quanti autem libellum illum fecerit, & ex eo profecerit Nepotianus, idem Hieronymus haec subdens indicat: *Feci ergo quod voluit, & brevi libello amicitias nostras aeternae memoriae consecravi. Quo suscepto, Croesi opes & Darii divitias se vicisse jactabat: illum oculis, illum manibus, illum sinu, illum ore tenebat: cumque in strato frequenter evolveret; super pectus soporati dulcis pagina decidebat, &c.*

Quando Hieronymus scripsit de vita clericorum.

(d) Hier. epist. 3.

(e) Hier. epist. 3.

(f) Luc. 11.

XLVIII. Quod vero inter alias admonitiones (quod ad antiquum usum pertinet) de clericorum vestitu illa addidit: *Vestes pullas aeque devita ut candidas*: aeque nos admonemur clericorum dignum habitum nequaquam olim pulli fuisse coloris, qui vestium monachorum peculiaris erat: nam in epitaphio S. Marcellae, & alia ad Marcellam (g) epistola, necnon contra Jovinianum idem non obscure significat, pulli coloris fuisse habitum monachorum. Cum igitur neque pullus neque candidus color clericis congruere videretur; possumus intelligere castaneum colorem, necnon violaceum in Ecclesia Catholica antiquo usu receptum, retentumque usque hodie ab eis

De antiquo usu vestium clericorum.

(g) Hier. ep. 22.

qui

qui familiæ sunt summi, Pontificis, necnon ab alumnis Romanæ Ecclesiæ Seminarii, & aliis: ut omittamus Episcopos, illis exceptis, qui ex claustralium ordinibus ad eam promoti sunt dignitatem. Irrepsisse autem color niger in clerum videtur, cum & monachismus (ut dictum est superius) in nonnullis ecclesiis a clericis receptus est, & ex monachis Episcopi creati sunt; reliquos autem clericos alio usos esse colore, ut distinguerentur etiam a laicis, qui incedebant atrati, superius diximus. Si de coloribus Gentiliciam consulas antiquitatem, scimus ex Suetonio ab Augusto reprehensos Romanos pullatos, ab eodemque jussos nonnisi albatos in theatro sedere. Cæterum alba ferre vestimenta, his temporibus, peculiare Novatianorum fuit, qui se Catharos, nempe mundos esse jactabant, & dici volebant: sed de his alias.

JESU CHRISTI ANNUS 394. | SIRICII PAP. ANNUS 10. | THEODOSII IMP. ANNUS 16.

I. Bellum Theodosii adversus Eugenium.

NOnagesimusquartus supra trecentesimum Christi annus aperitur novis Consulibus, iisdemque Augustis, Arcadio tertium & Honorio secundum; quo Theodosius Imperator, sublato Eugenio tyranno, totius Romani Imperii monarchia una cum filiis potitus est. Hæc autem quo modo gesta sint, accurate dicenda sunt. Res quidem magna observatione digna, utpote quod non de eo tantum agatur bello, quo de summa totius decernatur Imperii; sed de potentia & vexitate alterutrius divini cultus, nempe Christianæ religionis, ac Gentiliciæ superstitionis, disceptatio peragi videatur; adnitente nimirum Theodosio undique petitis ex Christiana religione præsidiis; adversariis vero (ut dictum est) ex diis Gentium indefinentibus sacrificiis, aliisque superstitionis ritibus sibi auxilium comparantibus, qui deorum oraculis de promissa sibi victoria gestiebant. Isti igitur omnem fiduciam collocantes in opitulatione deorum, de excipiendo intra Alpium septa advenientem Theodosium cum exercitu consilium inierunt. Ductabant copias impietatis post Eugenium Arbogastes & Flavianus præfectus in Christianam religionem infensus, & cultu deorum nulli secundus. Recedentes hi Mediolano cum exercitu, ut Alpium claustra munirent (inquit Paulinus *a*) *minati sunt, cum victores revertissent, stabulum se esse facturos in basilica Ecclesiæ Mediolanensis, atque clericos sub armis probaturos. Sed miseraudi homines cum dæmonibus suis*

(a) Paulin. in vit. S. Ambros.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5887.

SÆC. IV. ☉ 11. A. ☽ 15. P. 2. April. Indict. 7.

Anno Urbis 1147. Olymp. 293. an. 2. A. C. 394.

JESU CHRISTI 394.

SIRICII PAPÆ 11.

THEODOSII 16. ARCADII 12.

HONORII 2.

I. Consules.

[1] A Num. I. ad XI. Coss. *Arcadius Aug. III. & Honorius Aug. II.* prior juxta tertiam regulam; posterior juxta primam, ac uterque in Oriente.

II. Joannes Evangelista & Philippus Apostolus Theodosio apparent.

Theodosius Magnus Constantinopoli verno tempore adversus *Eugenium* movit, ut anno præcedenti dictum, relicto Constantinopoli utroque filio, ut Claudianus in III. Consulatu Honorii testatur. Claudiano Rufinus lib. II. cap. ultimo, Socrates & Sozomenus suffragantur. Quare non videntur audiendi Marcellinus in Chronico, & Zosimus lib. 4. qui aiunt, *Theodosium* secum *Honorium* duxisse. Theodoretus lib. 5. cap. 24. ait, *Joannem Evangelistam & Philippum Apostolum* Theodosio apparuisse, & redintegrandi prælium animum dedisse: cujus rei, inquit Baronius, extat Numisma effigiem Theodosii repræsentans, in postica vero parte effigiem horum Sanctorum, tonsura Clericali & Sacerdotali habitu ornatorum. Sed in Dissert. Hypat. parte 3. cap. 54. num. 7. jam observavi, eo in Nummo designari Theodosii junioris Tricennalia Vota Imperii, vivente Arcadio pa-

NOTÆ

[1] C Oss. *Arcadius Aug. III. & Honorius Aug.* II. Fleetwodus pag. 376.

DEPOSITUS. III. ID. NOVEMB.
CONS. DD. NN. ARCADI. ET HONOR.
AUGG.

Fasti Idatii: *Arcadio Aug. III. & Honorio Aug.* II. Ita ferme cæteri, ut Prosperi Chronicon editum & MS. *Arcadio III. & Honorio II.* Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Archadio III. & Hon. II.* Prosperiani Chronici fragmentum MS. *Arcadio III. & Honorio: Joannes Monachus baretur (sic) prodixit Eugenium vincendum.* Vide Pagium ad hunc annum n. II.

suis male creduli sunt, dum aperiunt os suum in blasphemiam ad Deum, spem sibi victoriæ ademerunt. Causa autem commatsonis hæc fuit: quia munera Imperatoris Eugenii, qui se sacrilegio commiscuerat, ab Ecclesia respuebantur, nec orandi illi cum Ecclesia societas tribuebatur. Hæc Paulinus; cujus testificatione illud etiam certum habetur, revertisse e Tuscia Mediolanum, digresso jam inde Eugenio, S. Ambrosium, ut Theodosium venturum exciperet de tyranno victorem; cum nihil dubitaret de propitio belli eventu Fidelibus, impiis vero funesto. Occupant isti Alpium juga: sed quibus aggeribus muniunt aditus? deorum simulacris, idolis gentium, nempe (ut Augustinus (*a*) ait) simulacris Jovis Fulminei. At quonam prævio signo ductatur eorumdem exercitus? statua Herculis: hæcque omnia perocta sunt consilio Flaviani, qui de certa victoria jam evulgaret responsa deorum: quibus confisi, Italiæ claustra, Julias Alpes tuto præsidio occupantes, Theodosium advenientem expectant.

Auxilio Deorum nituntur adversarii.

(*a*) *Aug. de Civit. Dei l.5. c.26.*

II. *Hic autem* (inquit Sozomenus *b*) *postquam omnia illi instructa essent, quæ ad bellum necessaria erant, Honorium juniorem filium Cæsarem declarat* (quod factum anno superiori alii affirmant); *Arcadium enim jam ante inauguraverat; utroque autem filio Constantinopoli relicto, propere cum exercitibus ex Oriente ad Occidentales Imperii regiones festinabat, sequebaturque ipsum ingens auxiliarium manus ex barbaris Istri accolis. Fertur autem, quod cum egressus Constantinopoli ad septimum milliare pervenisset, Deo preces nuncuparit in Ecclesia illa, quam in honorem Joannis Baptistæ construxerat: ac petierit, ut expeditionis illius alea tum sibi, tum exercitui suo, tum Romanis omnibus feliciter cederet: & auxiliatorem sibi invocaverit ipsum Baptistam. Hæc igitur precatus, in Italiam contendit.* Prævio (*c*) Crucis signo, quod micabat in Labaro, præcipui duces hi ducebant exercitum: Timasius, (*d*), post hunc Stilico maritus Serenæ filiæ fratris ipsius Theodosii Imperatoris: fœderatosque barbaros regebant Gaines atque Saulus: sed & Bacurius ex Armenia oriundus parti exercitus cuidem præfectus erat: ista ex Zosimo. Sed quod ad Bacurium spectat, erroris arguitur a Ruffino (*e*) qui ait eum non Armenum, sed gente Iberum fuisse, Iberorumque Regem, apud Theodosium autem Domesticorum Comitem: cui, inquit, summæ curæ erat religio atque veritas: qui Hierosolymis familiariter cum ipso Ruffino versatus est, cum ageret ibi ducem exercitus limitanei: a quo se accepisse ipse Ruffinus tradit, quam scripsit gentis Iberorum ad Christum sub Constantino Imperatore conversionis historiam, suo loco superius recensitam. Sed & ejusdem Zosimi illi sunt corrigendi errores quibus ait: Theodosium duxisse secum Honorium, & Gallam Augustam hoc item tempore esse defunctam, adversantibus ei hujus temporis scriptoribus omnibus.

(*b*) *Sozom. l.7 c.24.*

Theodosius recedit Constantinopoli.

(*c*) *Theod. l.5. c.24.*
(*d*) *Zosim. l.4.*

Virtute Crucis confidit Theodosius.

(*e*) *Ruffin. l.1. c.10. & l.2. c.33.*

III. Erat totius virtus exercitus Theodosii signum Crucis, quam expavescerent adversariæ potestates: erat Crux illi munimen & ornamentum effulgens in armis atque militaribus signis: qua & suam ipsius munire frontem magis, quam corona ac diademate ornare caput, eidem curæ erat; cum depositis illis, hanc ut Christianorum Principum regale sertum, summum capitis ornamentum ac tegumentum, superinduceret: de quo Chrysostomus (*f*): *Ante hac*, inquit, *impii & persecutores erant Reges: nunc vero ad cælum præferunt pietatem; & ingredientes limen ecclesiæ deponunt coronam, & Crucem Christi depingunt in suis frontibus Theodosius pater & filius Theodosii religione ac pietate insignes.* Hæc ipse. Prudentius agens adversus Symmachum, ipsum Theodosium Romani his versibus jure compellantem inducit (*g*):

Agnoscas, Regina, libens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

In

(*f*) *Chrys. hom. 3. in Pentecost.*

(*g*) *Prud. adv. Symmach. l.1.*

PAGIUS

patre, suscepti, & Quinquennalia Valentiniani III. ejus in duodecimo Consulatu Collegæ. In postica enim parte, in qua duæ figuræ, scilicet duo Imperatores capite radiato visuntur, legitur hæc Inscriptio: VOT. XXX. Mult. XL. Præterea uterque Imperator non *Sacerdotali*, sed *Consulari* habitu indutus. Nummi porro, in quibus similia verba leguntur, in id genus solennibus tantum cusi. Denique Imperatores radiato capite repræsentari solitos, varia eorum Numismata demonstrant. Albertus Rubenus lib. 1. de Re Vestiaria cap. 23. præfatam Baronii explicationem confutavit; sed perperam scripsit, duos illos Imperatores eo habitu expressos, alios non esse, quam *Theodosium seniorem & Arcadium*; Theodosius enim senior numquam Tricennalia Vota nuncupavit, nec Arcadio filio Collega Consulatum gessit. Recte tamen observat Rubenus, Imperatores hodiernos, quando coronantur, eo modo ornari.

III. Hujus Numismatis a Baronio adducti occasione observandum, hunc doctissimum Annalistam Nummos tres Consulares Imperatorum producere, in quibus cernere est Imperatores omophorio, sceptro & mappa insignes; quos omnes in eorum Consulatibus percussos ostendit Wilthemius in Diptycho Leodiensi cap. 5. Primus est *Theodosii junioris*, non senioris, ut censebat Baronius; de quo Nummo numero superiori actum. Secundus *Valentiniani III. & Leonis I.* apud Chiffletium in Anastasii Childerici-

Nummi Consulares Imperatorum explicantur.

IV. In ipso autem procinctu Theodosius, memor pietatis, qua sola sperat parari sibi posse victoriam, novis edictis Christi hostes insectatur hæreticos; mense enim Aprilis rescripsisse hæc reperitur (a):

(a) l. 22. de hæret. C. Theod.

Quæ decreta adversus hæreticos.

Hæretici neque Episcopi faciendi potestatem, neque Episcoporum confirmationes licitas habeant. Dat. XVII. Kalen. Maji, Constantinopoli, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. Sed ista plenius novo rescripto mense Julii ad Ruffinum Præfectum Prætorio ab Arcadio & Honorio hoc eodem anno postea promulgato repetuntur his verbis (b):

(b) l. 23. C. Theod. eod.

Hæreticorum dementia nec alterius conetur perpetrare quæ reppererit, nec illicita habere concilia; nusquam profana præcepta vel docere, vel discere: nec Antistites eorumdem audeant fidem insinuare, quam non habent, & ministros creare, quod non sunt; nec per conniventiam judicantum, omniumque quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, ejusmodi audacia negligatur & crescat. Dat. VII. Id. Julii, Constantinopoli Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. Hæc quidem filii Imperatores, jussu procul dubio parentis, quem expeditio militaris coegerat rem paucioribus agere.

V. At jam ipsas res bellicas prosequamur. Quomodo autem ipso primo congressu compulerit Theodosius adversarios loco cedere, & juga conscendere montium, Ruffinus (c) his paucis absolvit: *Ubi veræ religionis fretus auxilio Theodosius Alpium fauces cœpit urgere; primi illi, quibus nequicquam litatæ sunt tot victimæ, de fallaciæ conscientia trepidi dæmones in fugam versi; post etiam magistri horum & doctores errorum, præcipue Flavianus plus pudoris quam sceleris reus, cum potuisset evadere, eruditus admodum vir mereri se mortem pro errore justius, quam pro crimine judicavit: cæteri vero instruunt aciem, & collocatis in superiori jugo insidiis, ipsi pugnam in descensu montis expectant.* Hæc isto modo Ruffinus, cui consentiunt scripta a Zosimo, dum ait (d): *Alpium præter omnem spem potitus, ad hostes accessit, inopinato adventu Eugenio territo.* Theodoretus (e) reliqua fusius prosecutus, tradit primo congressu Theodosium posteriores tulisse; quod & Zosimus (f) narrat his verbis.

(c) Ruffin. l. 2. c. 33.

(d) Zosim. l. 4.

(e) Theod. lib. 5. c. 24.

(f) Zosim. l. 4.

VI. Pugna Theodosii adversus Tyrannum.

Cæterum præstare ratus Theodosius, ut legiones barbaras in adversos immitteret, iisque primum periclitaretur, Gainem cum nationibus sibi subditis hostem aggredi jussit, sequentibus hunc aliis ducibus, quicumque barbaricis omnibus, equitibus inquam & sagittariis equestribus & peditatus præerant. Adversus hos cum suos produxisset Eugenius, omnibusque copiis congressi jam essent exercitus; ipso prælii tempore talis defectus Solis accidit, ut majori spatio nox esse potius quam dies existimaretur. Cumque nocturnam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta strages hominum edita fuit, ut eo die major pars fœderatorum Theodosii Principis interficeretur, una cum Bacurio duce, qui ante suos fortissime se periculis abjecit: cæteri præter opinionem fuga cum residuis evaderent. Igitur ubi noctis interventu se recollegissent exercitus; ob victoriam elatus Eugenius, munera distribuebat in eos qui supra cæteros fortiter sese gesserant; & cœnandi potestatem faciebat, quasi nullum amplius post tantam cladem acceptam prælium futurum esset. His ad epulas conversis, Theodosius auroram appetentem conspicatus, universis cum copiis in hostes adhuc humi jacentes irruit, & nihil eorum quæ perpeterentur animadvertentes, cecidit. &c. Ista de bello Zosimus; quæ non ut probemus; sed ut confutemus, recensuisse voluimus. Callido quippe consilio Ethnicus scriptor, quod sciret victoriam Theodosii in deorum ignominiam & gloriam Christi cedere, quam negare non potuit, sic obscuravit ut non Christi virtuti atque pietati Theodosii adscribenda esset, sed potius Eugenii oscitantia parta esse dici deberet.

VII. Zosimi redarguuntur errores.

Sed quem trium errorum hac ipsa narratione nuper arguimus, restat ut in his quoque magnopere errasse monstremus: ac primum quod ait de Solis eclipsi eo ipso

PAGIUS

ciana. Tertius ejusdem *Valentiniani*, quem exhibet Baronius anno CCCCXXV. Contendit is sacrum esse Evangelium volumen illud, quod est in manu Theodosii & Valentiniani. Est tamen mappa circensis convoluta, qualis spectatur in manu Anastasii Consulis in Diptycho Leodiensi, & vel maxime in dextra Philoxeni item Consulis in Diptycho Compendiensi. Neque quis dicat, sceptrum Consulum fuisse aquiliferum, & in his Nummis Imperatores præferre cruces. Nam tametsi olim religiose custodiebatur mos ille, præfigendi Consularibus sceptris aquilas, postea in arbitrio cujusque Consulis positum fuisse videtur, aquilam sumendi vel omittendi. Ita in Diptycho Leodiensi Anastasii Consulis sceptro insidet aquila, quæ in sceptro *Philoxeni* non comparet. Crucem fuisse Imperatorum jam inde a Constantino & Theodosio Magnis proprium insigne, patet in eorum Nummis, quorum aliquam Lipsius, plures Gretserus, uterque in libris de Cruce, plurimosque Cangius in *Familiis Byzantinis Augustis* collegere. Quare post *Constantinum*, præsertimque post *Theodosium*, quo adversus *Eugenium* Tyrannum hoc anno pugnante labarum crucigerum stupendo illo prodigio inclaruit, crux deinceps, gestamen, & velut sceptrum proprium Imperatoribus fuerit, minime mirum est, eos in Consulatibus suis crucem pro aquila sceptro imposuisse, prout a signis bel-

licis,

ipso tempore hoc anno facta, quam constat testificatione Prospeti (a) ac Marcellini contigisse sub Consulatu Theodosii & Abundantii, anno nimirum superiori, ut superius dictum est. Verum assertione Sancti Hieronymi (b) illud Solis deliquium factum esse constat tempore Pentecostes; pugnam autem hanc, omnium consensione, accidisse liquet mense Septembris. Consentiunt & tabulæ astronomicæ, quæ nec alium hujus temporis monstrant Solis defectum. At vero quod ad obtentam victoriam pertinet; eam quidem non desidia hostium acriter & obstinate pugnantium, sed divinitus fuisse a superis impertitam, manifesto experimento non nostri tantum scriptores affirmant, verum & Zosimo superstitione nom impar, sed fide longe superior Claudianus (ut dicemus) aperto testatur, quod & carmine quoque cecinit. Vides, lector, qui semel detrahendi Christianis studio, historiam scribendi munus suscepit, per quam devios feratur anfractus. Porro ipsa pugna a Ruffino (c) ita describitur:

(a) Prosp. in Chronic. Marcell. in Chron.

(b) Hier. epist. 65.

(c) Ruffin. l. 2. c. 33.

VIII. Pugna a Ruffino descripta.

Ubi ad primos ventum est, & illico se legitimo Principi tradiderunt, cum cæteris imis vallibus deprehensis conflictus acerrimus geritur: stetit aliquandiu anceps victoria; fundebantur, ex parte Theodosii scilicet, *auxilia barbarorum: terga jam hostibus dabant: sed fiebat hoc, non ut Theodosius vinceretur: sed ne per barbaros vincere videretur*. Adde & Ariana hæresi imbutos homines. *Tum vero* (subdit Ruffinus) *ille*, nempe Theodosius, *ut conversas suorum acies vidit, stans in edita rupe, unde & conspicere & conspici ab utroque posset exercitu, projectis armis, ad solita se vertit auxilia: & prostratus in conspectu Dei: Tu, inquit, omnipotens Deus nosti, quia in nomine Christi filii tui, ultionis justa (ut puto) prælia ista suscepi: si secus, in me vindica: si vero cum causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuis: ne forte dicant Gentiles: Ubi (d) est Deus eorum? Quam supplicationem pii Principis certi a Deo esse susceptam, hi qui aderant duces, animantur ad cædem, & præcipue Bacurius, vir fide, pietate, virtute, & animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosii mereretur, proximos quosque conto, telis, gladio passim sternit, agmina hostium conferta & constipata perrumpit: iter per millia ruentium ad ipsum tyrannum, ruptis agminibus, & acervatim fusis stragibus agit. Vix fortasse ab impiis credantur, quæ gesta sunt. Etenim compertum est, quod post illam Imperatoris precem, quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, ut tela hostium in eos qui jecerant retorqueret. Cumque magna vi persistente vento, omne jaculum missum ab hostibus frustraretur; fracto adversariorum animo, seu potius divinitus repulso, Arbogaste duce nequicquam fortiter faciente, Eugenius ante Theodosii pedes vinctis post terga manibus abducitur; ibique vita ejus & certaminis finis fuit. Tum vero religioso Principi gloriosor victoria de frustratis opinionibus Paganorum, quam de tyranni interitu fuit, quibus spes vana, & falsa divinatio minus in interitu contulit pœnæ, quam pudoris servavit in vita.* Hactenus Ruffinus; eadem quoque Socrates (e) de spectata virtute Bacurii, & de victoriæ miraculo retorquente spicula vento, testatur, hæcque gesta esse octavo Idus Septembris affirmat, iisdem qui supra Consulibus: eadem quoque Sozomenus (f), qui de quarumdam cohortium militum Eugenii super montem agentium, ex quibus clades non modica imminebat, defectione mox secuta post Theodosii ad Deum preces hæc addit: *Deus eum confestim exaudivit, sicut comprobavit eventus. Siquidem duces illorum, qui montis verticem tenebant, missis quibusdam, nunciarunt, se illi auxilio venturos esse, si quidem apud eum in dignitate futuri sint. Cum igitur nec chartam, nec atramentum possum reperiret: accepta tabula, quam ex astantibus quidam forte habebat, assignavit illis præclari ac digni exercitus Præfecturam, quam apud ipsum sint consecuturi, si quidem promissa adimpleverint. Quocirca & illi accepta hac conditione, Imperatori junguntur.* Qui autem ex adversariis Theodosio præsto fuit,

(d) Ps. 113.

(e) Socr. l. 5. c. 14.

(f) Sozom. l. 7. c. 24.

PAGIUS

licis, eadem remota aquila, crucem substituerunt.

V. *Alii Nummi Imperatorum explicati.*

Baronius, cum crederet, Nummum, quem hoc anno refert, esse *Theodosii Magni*, huicque adversus *Eugenium* Tyrannum pugnaturo *Joannem & Philippum* Apostolos opem tulisse sciret, videretque duorum in Theodosii Nummo sedentium capita circulo, (ut Divis nunc solent) circumdari, censuit, hos Divum Joannem & Divum Philippum esse oportere. Verum, circuli illi neutiquam Divos aut Sanctos ostendunt; alioquin Nummus ille, quem Baronius anno CCCCCXXVI. proposuit, in quo duo quoque similiter consident, circulo ambiente utriusque caput, etiam Sanctos exprimeret; cum tamen diserte circum ita sedentes scriptum sit: D. N. IUSTINUS. ET IUSTINIANUS. P. F. A. Et vero, quod magnopere observandum, constat, Christianos veteres ferme primis quatuor sæculis, nec Christo, nec Apostolis, nec ulli Superum ejusmodi circulos adhibuisse. Qood vel ex tumulis Romanis apud Aringum in Roma Subterranea manifestum est; in quibus tumulis Christi & Apostolorum, aliorumque ante Christum Divorum longe plurimæ imagines, nudis sine circolo capitibus sculptæ cernuntur. Sunt hæ tumbæ pleræque Constantino Magno sut æquales, aut suppares. Omnes enim eam formam ha-

Arbetio Comes extitit, de quo paulo post ex Orosio dicturi sumus.

IX. Theodoretus autem his omnibus plura habet, duobusque diebus pugnatum affirmat, sicut Zosimus; priorisque diei certamine fractas fuisse Theodosii exercitus vires tradit, atque ista mox subdit (a). *Ibi cum duces dicerent, nimis paucos ad prælium de integro ineundum superesse; hortarenturque ut bellum aliquamdiu intermitteret, quo ineunte vere, exercitu collecta hostes multitudine superarent; Imperator fidelissimus eorum consilium repudiavit: Nam non committendum est, inquit, ut salutaris Crux tanta arguatur imbecillitatis, Herculisque statua tantum virtutis nostro testimonio tribuatur. Quippe ut Crux nostrum exercitum, ita illa hostium antecedit. Qua oratione cum tanta in Deo fiducia habita, cum copia relicta & pauca admodum essent & animis fracta; sacra æde in vertice montis, ubi castra fecerat, reperta, totam noctem hujus universitatis gubernatorem precibus solicitavit. Sub tempus autem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit. Qui humi stratus, videre sibi visus est duos viros candido vestitu amictos equis albis vehi: qui ipsum bono animo esse, timorem abjicere, primo luce arma capere, & exercitum in aciem educere jubent: Nam se auxiliares & velut antesignanos ad eum missos esse, & alterum esse Joannem Evangelistam, Philippum Apostolum alterum.*

(a) Theod. l. 5. c. 24.

Certamen Theodosii a Theodoreto descriptum.

X. *Hac oblata visione, Imperator preces fundere non desistit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet. Eadem quoque visio militi secundum quietem apparuit, qui Præfecto suo eam narravit: ille eum deducit ad Tribunum militum, Tribunus autem ad Ducem. Dux novi aliquid inde portendi ratus Imperatori significat. Tum Imperator: Non mea, inquit, causa, hæc oblata est visio (ipse namque illis, qui victoriam promiserant, fidem habui) sed ne quisquam existimaret, me, utpote prælii faciendi cupidum, eam confinxisse. Huic igitur militi Deus mei Imperii propugnator hanc obtulit visionem, ut mihi eamdem narranti certum testimonium daret: nam mihi primum communis omnium Dominus illam ostenderat. Quare omni metu prorsus amoto antesignanos nostros & principes belli gerendi sequamur, atque nemo bellantium multitudine metiatur victoriam: sed eorum potentiam, qui se duces nobis præbent, quisque consideret.* Hæc Theodoretus: sed antequam reliqua ab eo tradita prosequamur, hic reddendum est nobile antiquitatis monumentum, quo hæc a Theodoreto descripta, antiquo reddita numismate contempleris: extat ipsum quidem aureum prægrande apud virum insignem præclara eruditione, & sincera fide omnibus notum, Fulvium Ursinum, his quibus hic vides imaginibus cusum: inspexi ego, & formis hisce incidendum curavi.

Apostoli pro Theodosio pugnant.





Vides Theodosii senioris veram certamque vultus effigiem, ejusque manum dexteram volumine nempe (ut puto) sacro Evangelio munitam, sinistram vero Cruce armatam; quibus significetur his armis superasse confidentem diis Gentium exercitum: ex adversa vero numismatis facie intueris expresse sacerdotali decoros habitu geminos illos quos in visu vidit Apostolos, Joannem atque Philippum expres-

PAGIUS habent, quam tumba *Junii Bassi Præfecti Urbis*, mortui sub Consulatu Eusebii & Hypatii, hoc est, anno CCCLIX, & tumba *Probi V. C.* qui Consul fuit anno CCCLXXI: præterquam quod Constantiniano Christi monogrammate fere scriptæ ☧ sunt. Quare necesse est, aliis de causis circulos fuisse capitibus Imperatoriis in Nummis illis appositos, quam ut Divos denotarent. Nummus alter *Valentiniani* apud Baronium, titulum hunc in postica parte habet: VOT.XXX. MULT. . . . r5. XXXX. & in antica facie *ejusdem* Nummi visitur *ejus* imago Consularis cum omaphorio, mappa circensi, & cruce, pene ad similitudinem Nummi Theodosii junioris, de quo supra locuti sumus. Nummus vero Leonis in parte postica exhibet ipsum *Leonem* Imperatorem more Consulari insidentem sellæ curuli, & dextra mappam, sinistra crucem præ-

Baron. an. CCCCXXV. n. 15.

pressos reddi, æque dextra volumen sacrum, sinistra vero Crucem gestantes. Habes etiam ex his lector, inter alia, unde antiquum sacerdotalem habitum discas, simulque tonsuram intelligas, atque palliola humeros ac pectus decore ambientia, votaque nuncupata atque multiplicata. Sed jam cœptam narrari a Theodoreto historiam prosequamur.

XI. *Hac oratione militum animis valde confirmatis, omnes de monte deducit. Tyrannus autem cum videret milites procul a se ad prælium ineundum paratos, ornat exercitum, & aciem struit. Ipse vero colle quadam occupato, ait militibus suis, Imperatorem jam quasi mori cupientem, & desiderio ex hac vita abeundi flagrantem, prælia decertare. Dat igitur mandatum ducibus, ut eum vivum ad se & vinculis constrictum adducerent. Postea vero quam phalanges ordine locatæ erant; satis animadverti poterat, tum quam ingentes hostium copiæ essent, tum quam paucæ cum Imperatore in acie jungerentur.* Quodnam autem a Theodosio ipso ingressu pugnæ signum sit datum, Orosius docet his verbis (a): *Sciens se esse non solum signo Crucis tuendum, sed & victoriam adepturum, signo Crucis se muniens, signum prælio dedit, ac se in bellum, etiam si nemo sequeretur, victor futurus immisit. Prima autem salus extitit Arbetio hostilium partium Comes; qui cum ignarum Imperatorem circumpositis excepisset insidiis, conversus ad reverentiam præsentis Augusti, non solum periculo liberavit, verum etiam instruxit auxilio, &c.* Habet eadem quoque Theodoretus, qui subdit his verbis: *Cum autem tela utrinque conjici cœpta sunt, tum antesignani Imperatoris* (duo nimirum Apostoli illi) *vere promissa præstitere. Nam ventus violentus e regione hostibus irruens illorum sagittas, jacula, spiculaque in ipsos retorquet; adeo ut nullum teli genus eis adjumento fuerit: neque miles gravis armaturæ, neque sagittarius, neque jaculator Imperatoris exercitum lædere potuerit. Quinetiam tanta pulveris copia in eorum facies impetu ferebatur, uti palpebras occludere, & pupillas oculorum ut graviter oppugnatas tegere ac tueri eos coegerit. Imperatoris autem exercitus nullo damno, incommodove ex illo turbine accepto fidentibus animis hostes trucidant. Qui quidem his rebus perspectis, & divino auxilio, quod Imperatoris copiis allatum erat, cognito, abjectis armis, veniam ab Imperatore supplices petunt. Ille autem flexit animum, & illorum misericordiam capit.*

(a) Oros. l. 7. c. 31.

Victoria virtute Crucis parta.

XII. Eugenii infelix exitus.

Jubet denique tyrannum celeriter ad se adduci. Illi igitur propere collem ascendunt, in quo tyrannus ignarus jam rerum gestarum considebat. Qui cum eos anhelantes videret, ipsaque anhelitus crebritate adveniendi indicantes celeritatem, victoriæ nuncios esse suspicatus est: rogatque num Theodosium, ut illis erat imperatum, vinctum adducerent? Cui illi: Non eum, inquiunt, adducimus ad te, sed te hinc ad eum abducimus: hoc namque dedit in mandatis summus hujus universitatis moderator Deus. Quæ cum dixissent, ei e solio erepto, vincula injiciunt, adducunt vinctum: & qui paulo ante insolenter gloriatus fuerat, captivum ad Theodosium deducunt. Imperator autem primum injuriarum in Valentinianum, & impie occupatæ tyrannidis eum in memoriam revocat: deinde bellorum contra Imperium legitimum susceptorum causa cum irrisione reprehendit. Reprehendit etiam statuam Herculis, qua fretus tam audax temerariumque facinus admiserat. Postremo justam æquamque de supplicio illi irroganda sententiam pronunciat. Talem sese Theodosius tum in pace, tum in bello præstitit: quippe semper divinum imploravit auxilium, semperque illud consecutus est. Hucusque Theodoretus.

XIII. En aspicis, lector, quot quantaque non dicam stylus, sed falx Zosimi resecavit: at ne videamur testibus illum domesticis confutare; quæ Gentilis poeta Claudianus (b) metro cecinerit, his addamus:

——— Victoria velox
Auspiciis effecta tuis: pugnastis uterque,
Tu fatis, genitorque manu. Te propter & Alpes
Invadi faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis; spes irrita valli

(b) Claud. in Panegyr. ad Hon. Imp. in 3. ejus Consulatu.

Divino miraculo victi hostes.

PAGIUS præferentem, adscriptumque, VICTORIA AUGG. quæ victoria illa verosimiliter est, qua exercitus ejus *Asparem & Ardaburium* affectato Imperio fugientes comprehendit, interemitque. Quod factum anno CCCCLXXI. quo ipse *Leo* erat Consul IV. Probiano Collega. Hæc ex Wilthemio loco laudato exscripta, ex quibus is recte deducit, præfatos Nummos Consulares esse, & ex quibus etiam liquet, Imperatores annis Decennalibus, & id genus festis destinatis Consulatum iniisse.

V. Emissæ hoc anno a Theodosio Magno Leges Codicis Theodosiani a Baronio in Annalibus omissæ, quarum prior 23. est *De hæreticis* data XV. Kal. Julii *Adrianopoli*, qua adversus *Eugenium* movens, testamenti factionem, seu testabilitatem *Eunomianis* restituit; quam postea *Arcadius* anno Imperii sui primo revocavit. Posterior est Lex 22. *De Scenicis*, data *Heracleæ III. Kal. Jul.* qua mimarum vestem a *Sanctimonialium* habitu distinguit. Nempe peculiari habitu Virgines Deo dicatæ hoc ævo jam usæ. Legendus Gothofredus in utriusque Legis Commentario.

Leges Theodosii.

Concidit, & scopulis patuerunt claustra revulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hiemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.
Alpinæ rubuere nives, & Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis: turbaque cadentum
Staret, ni rapidus juvisset flumina sanguis.

Monstrat hisce versibus locum ipsum certaminis fuisse ad ripam amnis, nomine, Frigidi; quod etiam Socrates tradit (*a*): Tacet vero hanc, & alium inauditam affert Zosimus victoriæ causam. De Claudiano autem Orosius (*b*): *Unus*, inquit, *ex ipsis poeta quidem eximius, sed Paganus pervicacissimus, hujusmodi versibus & Deo & homini testimonium tulit*, &c. qui tamen ex Claudiano paulo diverse binos hos recitat versus:

(*a*) Socr. l. 5. c. 24.
(*b*) Oros. l. 7. c. 35.

O nimium dilecte Deo, tibi militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Sic etiam ex eodem Orosio puto, recitat Augustinus (*c*); verum existimo memoria lapsum ipsum Orosium, & cum illos redderet versus, non consuluisse codicem, cum aliter habeat Claudianus.

(*c*) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

XIV. Ingens virtus Theodosii.

Sed quod hinc inde petita fragmenta in unum orationis contextum compingendi munus suscepimus; non prætereat ingens præstitum hoc in bello specimen fortitudinis atque fidei Theodosii Imperatoris ab aliis prætermissum, sed a S. Ambrosio his verbis pro concione laudatum (*d*): *Recognoscitis*, inquit, *quos vobis Theodosii fides triumphos acquisiverit. Cum locorum angustiis & impedimentis calonum agmen paulo serius in aciem descenderet, & inequitare hostis mora belli videretur; desilivit equo Princeps, & ante aciem solus progrediens ait: Ubi est Theodosii Deus? Jam hoc Christo proximus loquebatur. Quis enim posset hoc dicere, nisi qui Christo se adhærere cognosceret? Quo dicto, excitavit omnes, & exemplo omnes armavit, & jam certe senior ætate, sed validus fide. Theodosii ergo fides fuit victoria vestra.* Hæc Ambrosius: & magna quidem divina dispensatione factum est, ut humanæ vires hebetatæ languescerent, aciesque primo succumberent; ne si sic vincere datum desuper esset, illud superbæ mentis, & ingrati animi elogium jactitaretur: *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* Sic in ultimum sivit Deus res discrimen adduci, ut cognosceretur quod *Domini* (*e*) *est salus & super populum suum benedictio ejus*: verumque Deum esse Christianorum, qui imperans ventis hostium (*f*) *confregit potentiam, arcum, scutum, gladium, & bellum*; ut illud juste exprobraretur in Gentes: *Ubi sunt* (*g*) *dii eorum, in quibus habebant fiduciam? surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videant, sero saltem, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.*

(*d*) Ambr. orat. in funer. Theod.
(*e*) Psal. 3.
(*f*) Psal. 75.
(*g*) Deut. 32.

XV.

Expertusque est & Arbogastes infelix (quod diximus) quid ante præstitisset Christi virtute fultus, semper invictus precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosii: quibus exutus animo consternatus, fractus viribus, ut alter Cain, pavens ac tremens profugus, non amplius manibus fidens, sed pedibus, se subducens e pugna, turpi se fugæ commiserit, culpa insequente reum necis innoxii Imperatoris, quæ ipsum sibimet ultorem esse coegit, impulitque sibi violenta manu inferre supplicium: & quonam modo? Socratem audi (*h*): *Arbogastes tantæ cladis auctor, biduo post prælium fugiens, ubi nullam vitæ spem sibi reliquam intellexerat, proprio ense se ipse obtruncavit.* Sed & de eodem Claudianus his verbis (*i*):

(*h*) Socr. l. 5. c. 24.
(*i*) Claud. in 3. Consulatu Honorii.

Arbogastis infelix exitus.

At ferus inventor scelerum trajecerat altum
Non uno mucrone latus, duplexque tepebat
Ensis, & ultrices in se converterat iras:

Eadem quoque Sozomenus (*k*), atque Zosimus (*l*); sed & in eamdem sententiam ita Orosius (*m*): *Historiam notam oculis plurimorum quam melius qui spectavere noverunt, dilatari verbis non opus est. Potentia Dei, non fiducia hominis victorem semper extitisse Theodosium, Arbogastes iste præcipuum in utroque documentum est. Qui & tunc cum Theodosio parvis, tantis instructum præsidiis Maximum ipse minimus sæpit: & nunc cum adversus eumdem Theodosium collectis Gallorum Francorumque viribus exundavit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit.* Hæc Orosius de Arbogaste.

(*k*) Sozom. l. 7. c. 24.
(*l*) Zosim. lib. 4.
(*m*) Oros. l. 7. c. 35.

XVI. In Flavianum Apostrophe.

Sed ad Flavianum pugnacissimum deorum patronum orationem convertamus: cujus quidem arbitratu atque consilio cuncta nefaria adversus Valentinianum gesta esse, superius est demonstratum. Si liceret luctari cum larvis, atque veluti præsentem, defunctum hominem compellare; non insultando, sed potius miserando illud

lud dicerem: Ecce quo modo numen quod colis, ipsa tua te ingrata Victoria prodidit atque perdidit, pro cujus ara restituenda tanto insudasti labore, publica suactus legatione; tantique eam æstimans, ut pro ejus cultu vilis tibi visa fuerit salus Imperatoris; in quem denegantem illam reddi, tuum cum impiis consilium conspiravit. Sed ingrata tibi ipsa, in qua omnem spem roboris collocaveras, facta jam transfuga, exhorrens impietatem, perfidiam atque tyrannidem in tuis castris militantes, sese Crucis vexillo iam amica religionis velox addixit, adhæsitque penitus Christianis; nihil sane se aliud esse professa, quam quod versibus illis describitur a Prudentio (a):

(a) Prud. adv. Symmach. l. 2.

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est
Et Deus omnipotens: non pexo crine virago,
Nec nudo suspensa pede strophioque recincta,
Nec tumidas, fluitante sinu, vestita papillas:

Ut plane tuo, Flaviane, damno expertus fueris, licet invitus, quod Christus ipse sit *Deus (b) fortis & potens, Dominusque potens in prælio.* Sed tu ille adeo studiosus (quod profitebaris) recti, honestique cultor, quo tuorum deorum impulsu adactus es, ut adversus Theodosium de te optime meritum excitares adeo vilem tyrannum, & una cum ipso atque pro ipso pugnares? extant Symmachi tui litteræ, quibus citantur & tuæ de Theodosii erga te beneficiis affluentibus: hæc enim ibi leguntur: (c) *Tuis litteris proficere sanitatem meam sentio, quibus beneficia domini nostri Theodosii frequenter enumeras, & urgeri merita tua asseveras:* tua hæc est libero animo digna professio, urgeri merita tua Theodosii beneficiis: sed quam his contraria rependisti, quæ vix in hostem cogitasses esse reddenda? Tantus in Ethnicis justitiæ cultus & fidei?

(b) Psal. 23.

Flaviani ingratus animus.

(c) Sym. l. 2. ep. 22.

XVII. Extat Flaviani vetus inscriptio (ne quid de antiquis memoriis relinquamus) de erecto ab ipso apud Capitolium Senatus Secretario, quod sub Imperio Honorii igne conflagratum, fuit postea restitutum, his verbis (d):

(d) Smet. antiq inscr. p. 22. n. 2.

SALVIS. DOMINIS. NOSTRIS. HONORIO. ET. THEODOSIO VICTORIOSISSIMIS. PRINCIPIBUS. SECRETARIUM. AMPLISSIMI. SENATUS. QUOD. VIR. INLUSTRIS. FLAVIANUS. INSTITUERAT. ET. FATALIS. IGNIS. ABSUMPSIT. FLAVIUS ANNIUS. EUCHARIUS. EPIPHANIUS. UC. PRAEF. URB. VICE SACRA. IUD. REPARAVIT. ET. AD. PRISTINAM. FACIEM REDUXIT.

At de Flaviano hactenus: cui etiam, immerenti licet, subvenit tamen Theodosii Imperatoris clementia: nam Orosius ait, duorum tantum sanguine, Eugenii videlicet & Arbogastis, totum civile bellum extinctum fuisse; reliquis perduellibus venia impertita, qui bello confecto fuere superstites: in quo idem tradit, ex parte Theodosii (quod attigimus) desiderata decem millia Gothorum: quos, inquit, utique perdidisse, lucrum; & vinci, vincere fuit.

XVIII. Cæterum de Theodosii in parcendo adversariis, immo & illis bene merendo, clementia incomparabili, S. Augustinus agit: sed primum de simulacris Jovis Fulminei ad munitionem Alpium collocatis, a Theodosio autem post victoriam sublatis, hæc ait (e): *Victor Theodosius, sicut crediderat & prædixerat, Jovis simulacra, quæ adversus eum fuerant nescio quibus ritibus velut consecrata & in Alpibus constituta, deposuit: eorumque fulmina, quod aurea fuissent, jocantibus (quod illa lætitia permittebat) cursoribus, & se ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benigneque donavit. Inimicorum suorum filios, quos non ipsius jussus, sed belli abstulerat impetus, etiam nondum Christianos ad ecclesiam confugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit, nec privavit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam privatas inimicitias valere permisit. Bella civilia, non sicut Cinna & Marius & Sylla & alii tales, qui nec finita finire voluerunt, sed magis doluit exorta, quam cuiquam nocere voluit terminata.* Hæc de clementia Theodosii post victoriam Augustinus.

(e) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 26.

Theodosii clementia erga hostes exhibita.

XIX. Quod vero ait ab eodem Theodosio Imperatore hostibus qui pugnassent in castris, filiisque eorum confugientibus ad ecclesiam, indulgentiam impertitam esse; eam quidem procuratam fuisse per intercessionem S. Ambrosii, Paulinus docet his verbis (f): *Extincto itaque tyranno Eugenio a satellitibus ejus, cum S. Ambrosius scripta acciperet Imperatoris, non illi alia cura major fuit, quam ut pro iis interveniret, quos reatus involverat. Obsecravit primo scriptis Imperatorem, misso diacono: postea vero quam directus est Joannes tunc Tribunus & Notarius, qui nunc Præfectus est, ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam confugerant, etiam ipse Aquilejam*

(f) Pauli. in Vita S. Ambr.

Jam perrexit, precuturus pro eis: quibus facile venia impetrata est: quia Christianissimus Imperator provolutus pedibus sacerdotis, testabatur meritis & orationibus ejus servatum se esse. Hæc Paulinus: arguitur ex his & aliis errare Zosimus, dum ait, post victoriam Theodosium venisse Romam, & Honorium filium Imperatorem nominasse; cum constet, non Romam accessisse, sed Mediolanum, ibique usque ad obitum perstitisse, & Honorium jam ante (ut dictum est) imperatorem nominatum fuisse. Quod autem ad indulgentiam hostibus impertitam pertinet: Synesius ex oratione, qua agit cum Archadio de servanda clementia erga supplices, ingerit paternum exemplum, illudque magnifice de Theodosio prædicat, quod victor hostium ipse a misericordia vinceretur, generositatemque naturæ ad indulgentiam flecteret.

Accipe & de his testimonium Gentilis poetæ, Claudiani inquam (*a*):

(*a*) Claud. in 3. Consulatu Honorii Imp.

De clementia Theodosii præconia.

— Non insultare jacenti
Mallebat: mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat; paci non intulit iram.
Post acies odiit idem qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi: multosque subactos
Aspera laturæ commendavere catenæ.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens convertere fata.

XX. Quæ autem acciderint apud Constantinopolim & in Ægypto eodem belli tempore, & victoriæ momento, admiratione quidem digna narremus. Sozomenus enim in primis hæc ait (*b*): *Fertur autem, quod eo tempore quo pugna hæc committeretur, ex eo templo Dei, quod erat in Hebdomo, in quo preces fuderat Imperator, egressus dæmon quidam, subreptus in sublime, Joanni Baptistæ sit conviciatus, & capitis obtruncationem exprobrarit, magnaque voce clamarit: Tu ne me vincis, & exercitui meo insidiaris? Huic rei qui forte præsentes aderant, cum magnum esset apud omnes studium de bello vel audire aliquid, vel dicere novi, obstupefacti annotarunt, eumdem hunc fuisse diem, quo hunc eventum belli extitisse, non multo post ab iis cognoverunt, qui pugnæ interfuerunt.* Hæc Sozomenus. Quid autem contigerit in Ægypto in Thebaidis solitudine de S. illo Joanne monacho, qui bis Theodosio de auspicandis prœliis ventura prædixerat, Evagrius narrat his verbis (*c*): *Ut autem cœpimus ab eo velle proficisci; datis nobis benedictionibus: Pergite, inquit, in pace, o filioli: Hoc tamen scire vos volo, quod hodierna die victoriæ religiosi Principis Theodosii Alexandriæ nunciatæ sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem & ipsum Theodosium non multo post propria morte vitam finire. Cumque profecti ab eo fuissemus, hæc ita gesta esse ad fidem comperimus, ut ipse prædixerat. Post dies autem paucos, insecuti sunt nos quidam fratres, annunciantes nobis, quod ipse S. Joannes in pace quieverit. Obitus autem ipsius talis quidem fuerat: Per triduum, inquiunt, nullum ad se intreire permisit, & positis genibus in oratione reddidit spiritum, atque ita perrexit ad Dominum.* Hæc Evagrius. Celeberrimum vero fama omnium hujus temporis monachorum Joannem fuisse, quæ dicta sunt superius, satis significare possunt.

(*b*) Sozom. l.7. c.24.

Victoria Theodosii eodem momento longe cognita.

(*c*) Evag. Vit. 25. Pat. par. 2. c. 2.

XXI. Sed redeamus ad Theodosium, de quo hæc S. Ambrosius (*d*): *Præclaram adeptus victoriam, tamen quia hostes in acie strati sunt, abstinuit a consortio sacramentorum, donec Domini circa se gratia filiorum experimeretur adventu.* Hæc S. Ambrosius, & quidem ritu Christiano: quamvis sciamus fuisse apud Gentiles lustrationes a cœde hostium, nempe suffitu lauri, ut tradit Plinius (*e*); aqua item, ut apud Virgilium illis versibus (*f*):

(*d*) Ambr. in funer. Theod.

(*e*) Plin. l.15. c.ult.

(*f*) Virg. Aeneid. 2.

Me bello tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Expiatio ob cædem bellicam.

De ritu autem Christianorum est canon Sancti Basilii in epistola ad Amphilochium in hæc verba (*g*): *Cædes in bellis factas Patres pro cædibus non reputavere, ut mihi videtur, ignoscentes his qui pro pudicitia & pietate decertant. Recte autem forte habet, consulere, ut qui sunt manibus non puris, solum trium annorum communione abstineant.* Ista canon: quem quidem non fuisse usu receptum, ea ratione Theodorus ait, quod numquam daretur militibus sacra participare, utpote quod ante absolutum triennium iidem pugnare iterum atque iterum adversus hostes compellerentur: hujus tamen canonis auctoritate repressum Phocam Augustum tradit, cum vellet cæsos in bello Romanos milites haberi martyres; Episcopis contra refragantibus, ac dicentibus: *Quo modo eos qui in bellis ceciderunt, inter martyres adnumerabimus, quos Magnus Basilius, ut qui non essent puris manibus, triennio a sacramentis prohibuit?* Apud Latinos extat canon pœnitentialis in antiquis Ritualibus libris undecimus ordine, ut qui in bello cædem fecissent, abstinerent quadraginta diebus. Certe quidem divina (*h*) lex noluit esse hujusmodi viros absque aliqua purgatione: qua traditum est; ut qui licet mandato Dei homines occidissent, iidem tamen septem diebus ex-

(*g*) Basil. ad Amphiloc. c.13.

(*h*) Num. 31.

extra castra manentes lustrarentur tertio & septimo die. Theodosium autem haud paucis diebus abstinuisse oportuit, cum non communicarit, nisi postea, cum filii ipsius Constantinopoli relicti, ab ipso litteris accersiti Mediolanum, ad ipsum Theodosium pervenerunt; nam tradit hæc Paulinus (*a*): *Revertens itaque S. Ambrosius de urbe Aquilejensi, uno die præcessit Imperatorem: nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius Imp. susceptis filiis in Ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit.* Haud enim superstes diu fuit Theodosius, qui post filiorum adventum ex hac vita decessit sequenti anno, XVI. Kal. Februarii.

(a) Paulin. in Vit. S. Ambr.

XXII. Terræmotus immensi.

Præcesserunt autem ejus obitum signa quædam, elementis varie perturbatis: nam a mense Septembris, quo victoriam obtentam fuisse diximus (ut testatur Marcellinus in Chronico) nonnullæ regiones terræmotu quassatæ sunt; sed & S. Ambrosius ipso orationis exordio, quam habuit in funere Theodosii: *Hoc nobis*, inquit, *motus terrarum graves, hoc juges pluviæ minabantur, & ultra solitum caligo tenebrosior denunciabat, quod clementissimus Imperator Theodosius recessurus esset e terris. Ipsa igitur excessum ejus elementa mœrebant; cœlum tenebris obductum, aer perpeti horrens caligine; terra quatiebatur motibus, replebatur aquarum alluvionibus. Quidni mundus ipse defleret eum Principem continuo esse rapiendum, per quem dura mundi istius temperari solerent, cum criminum pœnas indulgentia prævenerit?* Hæc Ambrosius.

XXIII. Vigilantius quid Hierosolymis.

Inter alias Orbis regiones Palæstinam quoque diro tunc vexatam esse terræmotu, occasione impurissimi Vigilantii meminit S. Hieronymus. Venerat ipse ex Hispania, ibique nondum detectus hæreticus, cum Catholicis communicabat: sed qualis intus jam tunc esset omni virtute vacuus, occasio foris manifestavit: de eo enim idem Hieronymus hæc habet (*b*): *In hac provincia, cum subitus terræmotus noctis medio omnes de somno excitasset, tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas, & referebas nobis Adam, & Evam de paradiso. Et illi quidem apertis oculis erubuerunt, nudos se esse cernentes, & verenda texerunt arborum foliis. Tu & tunica & fide nudus, subitoque timore perterritus, & aliquid habens nocturnæ crapulæ, sanctorum oculis obscœnam partem corporis ingerebas, ut tuam indicares prudentiam. Tales habet adversarios Ecclesia: hi duces contra martyrum sanguinem dimicant.* Hæc de Vigilantio S. Hieronymus; de cujus adventu Hierosolymam idem meminit (*c*) in epistola ad Paulinum de institutione monachi. Sed de Vigilantio plura inferius. Scribebat autem hoc anno ipse Hieronymus (ut dictum est superius) epistolam seu tractationem de optimo genere interpretandi ad Pammachium.

(b) Hier. adv. Vigilant.

(c) Hier. epist. 13.

XXIV.

Insuper dedit epistolam hoc pariter anno ad Furiam de viduitate servanda; nam ait (*d*) in fine: *Scio me ante hoc ferme biennium edidisse libros contra Jovinianum.* Illos autem anno decimo quarto Theodosii esse editos, ejus testificatione superius dictum est: ipsa enim Furia, matre Titiana * clarissima femina, & patre Consulari, Christianis ambobus, e stemmate Camillorum fata, orbata viro, a Hieronymo litteris expetierat, ut de modo vivendi, viduitateque servanda epistolam scriberet. Præstitit hoc ipse haud invitus, eamdemque Paulæ haud dissimilem Marcellæque æqualem reddere studens, quas & imitandas proponit: quodam enim necessitudinis vinculo Furia Paulæ conjuncta videri poterat, quod germanus Furiæ fuerat maritus Blesillæ filiæ S. Paulæ, ut idem Hieronymus ibi tradit; qui & vult eam habere monitorem Exuperium: *Habes*, inquiens, *S. Exuperium probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.* Hunc ipsum tunc Romæ agentem, postea Tholosæ jam Episcopum, alibi laudat (*e*); sed de eo inferius pluribus agendum est.

(d) Hier. epist. 10.

Hieronymus scribit ad Furiam.

* Tatiana.

(e) Hier. epist. 4.

XXV.

Hoc eodem anno, iisdemque Coss. Arcadio tertium & Honorio secundum, apud Theodorum (*f*) celebrata ponitur tertio Kalend. Octobris Synodus Constantinopolitana in causa vertente inter Agapium & Gebadium, utrumque sibi vindicare satagentem Episcopatum Bostrensem: in qua Synodo hi Episcopi tunc consedisse nominantur, videlicet, Nectarius Constantinopolitanus, Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Palladius * Cæsareæ Cappadociæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconii, Paulus Heracleæ, Arabianus Ancyræ, Ammon Hadrianopolis, Phalerius Tarsi, Lucius Hierapolis, Elpidius Laodiceæ, Paulus Alexandrorum, Dioscorus Hermopolis, Probatius Beronices, Theodorus Mopsuestiæ, Dizus Seleuciæ, Epagathus Marcianopolis, Gerontius Claudiopolis, & alii diversi Episcopi; & reliqui ex omni ordine sacerdotali. Mirabitur fortasse aliquis, quo modo accidere potuit, ut duo Patriarchæ, Alexandrinus, & Antiochenus, ac cæteri primarum sedium Episcopi convenerint unius controversiæ inter duos Episcopos componendæ causa: sed majore etiam admiratione afficietur, si consideret, quod ejusmodi adeo magni in Oriente generalis Concilii nulla penitus apud antiquos sit mentio.

(f) Apud Theo. Balf. pag. 390. 391.

Constantinopolitana Synodus in Encæniis.

* Helladius.

XXVI.

Quamobrem illud existimo, hujusmodi Episcoporum conventum non convocatum esse vel Ecclesiasticorum dogmatum

tum causa, vel disciplinæ Ecclesiasticæ corrigendæ, ut in cæteris Conciliis fieri consuevit, val litis unius Ecclesiæ terminandæ studio: sed ad hoc ut novam basilicam Apostolorum Petri, & Pauli nomine erectam a Ruffino Præfecto Prætorio, penes quem summa erat in toto Orientali Imperio auctoritas, iidem dedicarent: huncque ipsum esse conventum Episcoporum, cujus Palladius (a) res suorum temporum scribens meminit, cum de Evagrio Pontico agit, qui una cum Ammonio & aiiis ex Ægypto vocatus a Ruffino ea de causa Constantinopolim venit: *Hic idem*, inquit, *sanctissimus cum a Ruffino temporis illius Præfecto Prætorio multiplici supplicatione rogatus fuisset, & cum magno illo Ammonio Constantinopolim ob necessarias eremi actiones adveniente, ipse quoque dignaretur venire, vehementer id precantibus sanctis diversarum provinciarum Episcopis, aliisque quamplurimis eremitis (qui ad dedicationem basilicæ, quam ipse condiderat, convenerant) memoratum Ruffinum propriis manibus suscepit sacro fonte mundatum*. Hæc ipse, subdens de Ammonio ibidem defuncto, & in eadem basilica Ruffiniana dicta sepulto. Certe quidem ad dedicationem basilicarum vocari solitos e remotissimis quoque regionibus Episcopos, quæ dicta sunt superius de Antiochenæ ac Hierosolymitanæ Ecclesiarum Encæniis docent.

(a) Pallad. in Lausiac. cap. 4.

Episcopi vocati ad dedicationem Ecclesiæ.

XXVII. Meminit ejusdem a Ruffino erectæ basilicæ Sozomenus (b), ædificatamque fuisse ait trans mare prope Chalcedonem, in loco dicto, *Ad quercus*: ubi ab eodem Ruffino sumptuosa villa extructa erat, erectæque regiæ ædes, ipsaque basilica in honorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli dedicata, dicta quoque nomine communiori, *Apostolæum*; in qua postea a Theophilo Episcopo Alexandrino collecta Synodus fuit adversus Joannem Chrysostomum, ut suo loco dicetur. Placuit igitur Ruffino omnia pro arbitrio in Oriente moderanti, Theodosio præsertim absente, tot tantosque Episcopos Constantinopolim ad duplicia Encænia convocare, nimirum ad nobilissimæ dedicationem basilicæ, & ad suam sacro baptismate initiationem explendam.

(b) Sozom. l. 8. c. 17.

XXVIII. Hæc igitur causa præcessit, ut præcipuarum sedium Episcopi invitati a Ruffino Constantinopolim se conferrent. Ubi cum essent, post sacra ex more expleta solemnia (quod etiam in Encæniis Antiochiæ, & Hierosolymis factum scimus) iidem convocati Episcopi dicta die Constantinopoli considentes, controversiam inter duos illos Episcopos obortam judicio definivere eo modo, quo Acta declarant ibidem a Theodoro narrata: nimirum, ex sententia Theophili Episcopi Alexandrini definitum, non licere deponi Episcopum a duobus vel tribus aiiis Episcopis, sed majoris tantum Synodi arbitrio, nempe ejusdem provinciæ Episcoporum sententia.

XXIX. Quod autem ad nomina Episcoporum haud otiose ex iisdem Actis recitata pertinet: habes duo illa lumina Orientalis Ecclesiæ post Gregorium Nazianzenum atque Basilium, ejas germanum Gregorium Nyssenum, & Amphilochium Iconii Episcopum adhuc his temporibus fuisse superstites. Certe quidem quod ad Gregorium Nyssenum spectat, de ipso adhuc vivente atque multa scribente meminit S. Hieronymus anno ante superiorem, quo edidit (ut ait) commentarium illum *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, ubi de ipso (c): *Multa alia scripsisse & scribere dicitur*: & de Amphilochio post Gregorium agans, nimirum adhuc vivente, hæc habet: *Amphilochius Iconii Episcopus nuper mihi librum legit de Spiritu sancto, quod Deus est, & quod adorandus, quodque omnipotens sit*. Vides igitur, tum auctoritate S. Hieronymi, cum etiam

Gregorius Nyssenus, & Amphilochius superstites.

(c) Hier. de Script. Eccl. in Greg. Nyss. & in Amphil.

PAGIUS VI. *Moritur S. Gregorius Nyssenus.*

Ad num. XXIX. Pervenit ad hunc usque annum Sanctus Gregorius Nyssenus qui Concilio Constantinop. hoc anno celebrato interfuit, ut videre est apud Baronium, mortuus postea anno incerto & cultus in Ecclesia Latina die IX. mensis Martii. Zacagnius in præfat. Tom. I. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ ac Latinæ percussit Epistolas ejus XIV. a se e Bibliotheca Vaticana editas, ex quibus Epist. XIII. Nicomediensi Ecclesiæ Pastore orbatæ, & idcirco in plures factiones discissæ inscripta est, quas ut componeret, fortissimis rationibus ostendit, in Episcopi electione, non tam mundanæ nobilitatis, atque potentiæ, quam animi virtutum rationem habendam esse: *Multum expedire arbitror*, inquit Nyssenus, *ut in Episcopi electione quod justum rectumque est, præ oculis habeatur; ut nempe idoneus ad eam dignitatem promoveatur; genus autem clarum, divitias & mundanæ nobilitatis splendorem, Episcopi dotibus annumeranda esse, numquam Apostolica sanctione statutum fuit; veruntamen si hæc omnia ultro, & non quæsita in Episcopo reperiantur, ea utique velut umbram casu, & fortuita comitantem non rejicimus, sed nihilo secius, quæ præstantiora his sunt, animi scilicet dotes majori in pretio habebimus, tametsi illis omnibus caruerint*. Et paulo post: *Quidnam urbs Roma antiquis temporibus magis conducebat, nobilemne aliquem, atque fastu tumentem Senatorii ordinis virum in Ecclesia Præpositum accipere, an potius Petrum Piscatorem, cui nihil ad gloriam ex mundanis rebus suppetebat? Quæ domus, qui famuli, quæ possessiones provenientibus suis rerum omnium affluentiam suppeditantes; sed peregrinus homo, domo & victu carens, ditior illis erat, qui omnia possidebant, quia nil possidendo, Deum totum obtinuit.* Affert inter alia Cappadocum, & Mesopotamiæ incolarum exemplum, qui non nobilem quempiam, aut potentem virum in primum suarum regionum Episcopum elegerunt; sed Thomam Apostolum, & Longinum Centurionem, qui

etiam ea Actis Synodi hoc anno habitæ, quam procul a veritate abhorreant, qui dixere eumdem Amphilochium ipso exordio Theodosii imperii, ex hac vita desiisse, cum adhuc reperiatur, hoc anno decimosexto ejusdem Imperatoris in humanis fuisse.

Ex quibus pariter intelligas, alium sensum verbis Gregorii Nazianzeni de Amphilochio agentis aptandum esse, quam dicere intellexisse de Amphilochii obitu; dum in carmine parenetico ad Olympiadem scripto, in fine hæc habet, loquens de sorore ejusdem Amphilochii sanctissima femina eidem inhærente (a): *Est*, inquit, *in promptu admonitio una multis partibus nostra præstantior. Theodosiam, o elegantissima mulier, habes: hæc tibi & sermonis omnis & actionis veluti quadam imago ad imitandum proposita sit: feminea quidem illa Chironis sub matrimonii radicibus; quæ te a patre acceptam optimis moribus imbuit. Amphilochii Episcopi soror, quem una cum Sancta Thecla ad Deum misi, vera atque Orthodoxa doctrina præconem, decusque meum & ornamentum.* Ista Gregorius, quem constat haud his verbis voluisse significare Amphilochium ex hac vita migrasse, quem liquet multos annos post Gregorium Nazianzenum fuisse superstitem. Porro quod ad ipsius Amphilochii egregiam doctrinam spectat, exæquare hoc nomine ipsum videtur S. Hieronymus Basilio Magno atque Gregorio Theologo, dum de iisdem hæc tradit (b), scribens ad Magnum: *Cappadocumque Basilii, Gregorii, & Amphilochii, qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refercuint libros ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum.* Cæterum quod ad ejusdem Amphilochii lucubrationes pertinet: licet S. Hieronymus nonnisi commentarii illius de Spiritu sancto meminerit; tamen complura alia ipsum scripta edidisse, fidem facit Theodoretus, qui plura ac diversa in suis dialogis ab eodem Amphilochio mutuatus, eadem citat: adhuc extat ejusdem ad Seleucum carmen de libris sacris.

(a) Greg. Nazian. in carm. ad Olym.

(b) Hier. epist. 84.

Amphilochii doctrina, & scripta.

XXX. Gelasius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ

Inter alios vero superius nominatos Antistites habetur Gelasius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ; qui quidem Catholicus fuit & magnæ eruditionis: de quo S. Hieronymus (quod ille nondum sua edidisset scripta) hæc pauca tantum: *Gelasius Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium Episcopus accurati limatique sermonis fertur quædam scribere, sed celare.* Ita ipse. Cujus vero æstimationis ea habita fuerint ab eruditis Ecclesiasticis viris, ea Theodoreto intelligere potes, qui in dialogis eum eum citat, ejusmodi præconio virum exornat (c): *Si autem*, inquit, *etiam veteres Palæstinos vis audire? præbe aures in primis admirabili Gelasio, qui Cæsariensem agrum diligenter excoluit, &c.* At longe alius hic Gelasius ab illo ejusdem nominis viro fuit, quem S. Basilius ad Theodotum scribens (d) Arianorum communioni conjungit. Nominatur insuper inter cæteros ejus Synodi Episcopos Dioscorus quoque Hermopolis in Ægypto Episcopus; quem illum ipsum putemus Dioscorum, cujus Palladius meminit (e), ex presbytero, & monacho Nitriæ evectum ad Episcopatum. Sed eum & ex eorum Episcoporum catalogo perspicue intueris Theodorum Mopsuestenum Episcopum cum aliis consedisse, intellige ipsum Catholicum perseverasse adhuc eum Catholicis communicantem, necdum hæresin, qua Orientem eaussit, profitentem. At hæc de his satis.

(c) Theod. dialog. 2.

(d) Basil. ep. 25. in addit.

(e) Pallad. in Lausiac. c. 2.

Theodorus Mopsuestenus.

XXXI. Quod vero ad Ruffinum spectat (ex quo ad hæc de Concilio tunc Constantinopoli celebrato divertimus) laudandus quidem, quod basilicæ ædificatione, atque initiatione sacri baptismi, inter alia peccata, culpam illam immanem expiandam curavit, qua auctor fuit (ut dictum est) Theodosio Imperatori cladis Thessalonicensis; felix, si sic perseverasset; sed dum deteriora molitur, nempe diram tyranni-

PAGIUS

qui lancea Christi latus in Cruce perfodit; ait enim. *Ita & Mesopotamia incola qui inter ipsos ditissimi satrapiarum rectores essent, attamen Thomam cunctis digniorem esse censuerunt, quem sibi ipsis præficerent. Ita & Titum Cretenses, & Jerosolyma cives Jacobum in Episcopum elegerunt; nosque Cappadoces Centurionem illum, qui Passionis tempore divinitatem Domini fassus est, tametsi multi tunc temporis apud nos essent illustres genere, & nutritores equorum, quique primas in Senatu partes obtinerent.* Sancti Longini militis mentio fit in Martyrologio Rom. ad diem XV. mensis Martii, ad quem diem Bollandus ejus Vitam repræsentat, recteque asseris primum memoratum fuisse a Martyrologiis; ejus enim tempore illa Gregorii Nysseni Epistola nondum lucem viderat.

VII. Ad hunc pariter annum pervenit S. Amphilochius Iconii Licaoniæ Metropolis Episcopus unus ex ejusdem Concilii Constantinopolitani Patribus, qui mortuo patre monasticam vitam amplexus est, & Basilium ac Gregorium Nazianzenum socios habuit. Inter alia scripsit Sancti Basilii Vitam, de qua suo loco egimus. Cotelerius Tom. II. Monument. Eccles. Græcæ exhibet Sancti Amphilochii Epistolam Synodicam ad Episcopum cujus nomen periit, & Synodi nomen tacetur, in eaque narrat se se in ea excipere peroptasse Sanctum Basilium, *verum quia gravis eum morbus detinuit, ne adveniret, vestra & perfectæ dilectionis, nostra mediocritatis Epistolam nequaquam despicere.* In ea dicit fusius expositam fuisse a Patribus Concilii Nicæni fidem de Unigeniti dogmate, sed in ea cui ipsemet interfuit dogma de Spiritu Sancto assertum fuisse. Quare Concilium illud videtur u-

Moritur S. Amphilochius Epis. Iconii.

Baron. ib.

dem, affectans Imperium, ejusque rei causa barbaros ex diversis provinciis in Romanum solum studens immittere, tum Romano Imperio, tum sibi ipsi gravissimorum malorum concinnator extitit. Sed de his fusius suo loco agendum erit, atque hæc modo satis. Jam vero reliqua prosequamur.

XXXII. Hoc eodem anno, iisdem nominatis Consulibus, Adrumeti in Africa celebrata esse Synodus reperitur, missaque ad eam legatio ab Aurelio Episcopo Carthaginensi: quæ autem ibi decreta fuerint, haud apparet, quod diversorum Conciliorum canones in unum collecti, simul sub uno titulo Concilii Africani habeantur admixti.

XXXIII. *Concilium Bagajense Donatistarum.* Sed & Donatistæ in Numidia hoc item anno generale Concilium celebrarunt, Bagajense dictum, quod Bagai ejusdem provinciæ civitate fuerit collectum, convenientibus in unum duabus ipsorum factionibus, quibus inter se divisi erant, Maximianistarum videlicet, & Primianistarum, sic dictis a duobus Episcopis Carthaginensibus ab iis inter se dissidentibus creatis in schismate, Primiano scilicet, & Maximiano. Hoc quidem anno ejusmodi celebratum esse Concilium, sanctus Augustinus ex Actis ejus affirmat, cum ait (a): *In memorato Concilio Bagajensi dies & Consul adscriptus est, non solum quo decretum Concilii conditum est, verum etiam ipsius dilationis. Ergo a die octavo Kalendarum Majarum post Consulatum Theodosii Augusti III. Consulatu Augustorum Arcadii tertium & Honorii iterum, qui dies est Concilii Bagajensis, usque ad octavum Kalendarum Januariarum, qui dies est dilationis, octo menses ferme numerantur.* Hæc ipse, qui & inferius eadem ferme repetit verba. His de tempore stabilitis, de causa ejusmodi ipsorum adeo celebris conventus convocandi agendum est.

(a) Aug. contra Crescon. l. 4. c. 26.

Mira quadam Dei providentia accidit, ut tamquam ludentes in scœna, nolentes licet, & inviti, actionem illam repræsentarent in se ipsis, quam egerunt majores eorum tempore ordinationis Cæciliani; ut ex his saltem quæ ipsi modo egerant; errasse convincerentur illi, & justificaretur Cæciliani causa: adeo ut si suspenderent æqua lance judicium; nec quo modo se ipsos absolverent, & Cecilianum damnare possent, haberent. Unde S. Augustinus (b): *Vide quo modo illis Deus reddidit, quod de Cæciliano dixerunt. Mira similitudo: voluit Deus post tot annos revolvere illis in faciem quod gestum est; ut omnino unde dissimulent, & qua effugiant, non inveniant.* Sed quæ hæc & quo modo acciderint videamus.

(b) Aug. in Psal. 36.

XXXIV. *Schisma Donatistarum inter Primianum & Maxim.* Mortuo Parmeniano, quem post Donatum diximus factum fuisse Carthagine Episcopum partis Donatistarum; in ejus locum suffectus est ab ipsis Primianus: adversus quem postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus diaconus; sicque maximum inter eos conflatum est schisma. Quonam modo autem illud acciderit, S. Augustinus (c) ita describit, ut ait, ex litteris Tractatoriis, ex epistolari nimirum historia (erant enim apud eos hujusmodi epistolæ, quas nos dicimus Synodales, sive Synodicas, quæ a Synodo scribebantur Encyclicæ perspicuæ omnibus, atque publicæ): his igitur litteris Tractatoriis schismatis inter eos principium referatur: scriptæ sunt ipsæ ab illis qui adversus Primianum Carthagine primo celebrarunt Concilium, Episcopis quinquagintatribus: quoto autem Christi anno istud collectum fuerit, ignoratur. Postea vero ab ejusdem partis Episcopis centum & amplius adversus eumdem Primianum Episcopum Carthaginensem habitum est Concilium in oppido (d) Cebarsussi, in quo pariter idem Primianus damnatus est.

(c) Aug. in Psalm. 36.

(d) Aug. contra Crescon. l. 4. c. 6.

Duo

PAGIUS

num ea illis esse quæ initio Valentis Imp. adversus Macedonianos celebrata sunt. De quibus suo loco. Quo postea anno Amphilochius obierit incertum. Nomen ejus inscriptum est Martyrologio Romano ad diem XXIII. mensis Novembris.

VIII. *In schismate Donatistarum duo Concilia adversus Primianum habita.* Ad num. XXXII. & seqq. Postquam Donatistæ inter se divisi sunt, aliique *Primianum* Carthaginensem Episcopum, alii vero post aliquot annos *Maximianum* ejusdem civitatis Episcopum constituerunt, Maximianenses duo Concilia adversus Primianum celebrarunt, primum *Carthagine*, alterum *Cabarsussi*, quorum Augustinus meminit. Prius habitum esse Carthagine, docet Augustinus lib. 4. contra Cresconium capp. 6. & 7. Ab Episcopis tantummodo *quadraginta tribus factum est, qui nondum ausi sunt ultimum præcipitare judicium, sed quodam præjudicio consuluerunt, ut Primiano si causa sua fideret sequente celebriori Concilio respondendi, seseque purgandi relinqueretur locus: quo eum venire noluisset, jam necessario putaverunt esse damnandum sine ulla suspensione sententia*, sc. in Concilio Cabarsussitano, ubi *a centum vel amplius Episcopis perfecte plenius que damnatus est* Primianus. Synodicam Epistolam Maximianistarum in Concilio Cabarsussitano congregatorum refert Divus Augustinus Enarratione in Psal. XXXVI. & ex eo Baronius in Annalibus. Existimavit is prius Maximianistarum Concilium habitum esse apud *Cavernam Sufis*, quem locum dicit Carthagini vicinum: posterius vero Cabarsussi coactum; & ad primum pertinere Synodicam, quam integram recitat Augustinus citatus. Baronium sequuntur Schelstratius Dissert. 3. de Ecclesia Africana cap. 5. Labbeus in sua Conciliorum Collectione, aliique plures. Verum Synodicam illam ad Concilium Cabarsussitanum, seu ad secundum contra Primianum pertinere, nunc certum esse debet. Baluzius enim in nova collectione Conciliorum pag. 94. & Patres Benedictini in Notulis ad Psal. XXXVI. Augustin. pag. 277. Tomi IV. ejus Operum Synodicam illam cum variis antiquis MSS. Codicibus contule-

Duo itaque hæc Concilia præcesserunt generale hoc omnium Donatistarum Episcoporum Concilium Bagajense, de quo agimus.

XXXV. Concil. Cavernen. Maximianistarum.

Sed quod rerum gestarum ordo postulat, quæ primo gesta sunt in Concilio Cavernensi apud Carthaginem, hic recitemus, nec aliunde fidelius, quam ex ipsorum epistola Synodali: qua dum sententia ipsa describitur lata ab ipsis adversus Primianum, dumque retexuntur pariter causæ damnationis ejus, totius rei gestæ narratur historia: habet hæc omnia S. Augustinus (*a*) in enarratione in psalmum trigesimumsextum inserta. Reddamus igitur hic eamdem ipsorum epistolam, ut scripta est, absque interlocutionibus illic adjectis:

(a) *Aug. in Psal. 36.*

XXXVI. Epistola Synodica Concilii Cavernensis.

Sanctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est, per provinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis, sed & presbyteris & diaconis, universis plebibus in veritate Evangelii nobiscum militantibus, Victorinus, Fortunatus, & cæteri quinquagintatres Episcopi, qui in Concilio apud Cavernas Sufis fuimus, in Domino æternam salutem. Quarum autem Ecclesiarum singuli essent Episcopi, ex titulo cujusque sedis in subscriptione ponuntur.

Nemo * *qui nesciat, fratres dilectissimi, de sacerdotibus Domini, non propria voluntatis, sed divinæ legis impulsu tam in reos sententiam dicere, quam innocentibus inflictam jure ab eis ac merito submovere. Non levi enim periculo subjacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem confutare tentaverit; maxime cum scriptum sit* (*b*)*: Innocentem & justum non occides, & purgatione non purgabit reum. Hoc igitur edicto legis admoniti, necesse nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Carthaginensis Ecclesiæ Episcopum fuerat in ovile Dei sortita, seniorum litteris ejusdem Ecclesiæ postulantibus, audire atque discutere sub eo: ut explanatis omnibus, aut innocentem* (*quod optabile fuerat*) *purgaremus, aut nocentem certe ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum nobis fuit, ut plebs sancta Carthaginensis Ecclesiæ eo se lætetur Episcopo sublimatam, qui in omnia sanctus, & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea utique talem esse oportet Domini sacerdotem, ut quod populus pro se apud Deum non valuerit, ipse pro populo mereatur quod poposcerit impetrare; quia scriptum est* (*c*)*: Si peccaverit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* & inferius.

* *est.*

(b) *Exod. 23. Dan. 13.*

(c) *1. Reg. 2.*

XXXVII. Primianus damnavit quatuor diaconos.

Scandala igitur Primiani, & ipsius nequitia singularis sic in se caleste judicium provocavit, ut horum criminum auctorem necesse esset penitus amputari, qui recens ordinatus est. Presbyteros supradictæ plebis ad conjurationem impiæ conspirationis impellens, hoc ab eis velut precario jure postulavit, ut ad damnandos quatuor diaconos, viros egregios, ac singularibus meritis approbatos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamum, conspiraverat, ut incunctanter ei promitterent accommodare consensum. Cujus illi mala præsumptione stupefacti, cum rem silentio refellissent, per se cogitatum scelus non dubitavit implere; usque adeo, ut in Maximianum diaconum, virum (*sicut omnibus notum est*) *innocentem, sine causa, sine accusatore, sine teste, absentem, ac lecto cubantem, sententiam putaret esse promendam: quia jampridem clericos non dissimili furore damnaret. Nam cum incestos, contra legem, decretaque omnium sacerdotum, communioni sanctæ adjungeret; eumque obsistente maxima parte plebis, etiam seniorum nobilissimorum litteris conveniretur, ut per se corrigeret quod admiserat; sua temeritate possessus, emendare contempsit.*

XXXVIII. Contumacia Primiani arguitur.

His itaque permoti seniores Ecclesiæ supradictæ, ad universum chorum litteras Legatosque miserunt, quibus non sine lacrymis deprecati sunt, ut ad se ferventius veniremus; quo perpenso libramine, intentionibus exploratis, existimatio Ecclesiæ purgaretur. Ad hanc proinde cum secun-

PAGIUS

tulerunt, & in omnibus scriptum docent, *& cæteri qui Concilio apud Cabarsussi fuimus*, nisi quod in quibusdam per Librariorum errorem legitur, vel *Cabarsussi*, vel *Carbassut*, vel *Cebarsussi*.

IX. *Concilium Cavernense fictitium.*

Prius Concilium Carthagine congregatum fuisse diserte testatur Augustinus lib. 4. contra Cresconium cap. 6. ubi agens de Conciliis adversus Primianum habitis, ait: *Primum, quod apud Carthaginem a quadraginta & tribus factum est, quo prædamnatus est Primianus. Alterum, quod Cabarsussi centum vel amplius vestri tunc Episcopi condiderunt, quo perfecte plenius que damnatus est.* Sed cum in quadam editione Operum Divi Augustini in præfata Synodica loco *Cabarsussi*, legeretur, *Cavernam Sussi*, in editione Lovaniensi *Cavernas Sufis*, & in quatuor MSS. ut observant Patres Benedictini *Cavernasusis*, hinc factum ut Baronius crediderit, prius Concilium adversus Primianum habitum esse, non Carthagine, sed in *Caverna Sussis*, qui ideo locus Carthagini vicinus esse debuerit, cum tamen inde potius inferendum fuisset, *Cabarsussum*, vel diversis nominibus appellatum fuisse, vel potius vocem illam ab amanuensibus, ut sæpe fit, depravatam esse. Ex hoc errore alius enatus. Nam cum Augustinus in lib. 4. contra Cresconium cap. 6. scribat, Concilium Carthaginense factum esse *a* quadraginta & tribus Episcopis, & in memorata Synodica quinquaginta tres subscripserint, Baronius ex hac subscriptione deduxit, corrigendum esse lo-

dum memoratorum litterat veniremus; nota sua ille ratione fervescens, adventum nostrum penitus declinavit. Qui usquequaque rebelli animo recalcitrans in malo permansit, ut conducta multitudine perditorum, atque impetratis officialibus, basilicurum januae obsedisset: qui ingrediendi nobis, atque agendi solemnia, interdicerent facultatem. Hac si Episcopum convenit facere, si Christianis licet admittere, si hoc Evangelia protestantur, probet aut judicet quisquis amator aut assertor est veritatis: hoc enim nobis inflexit frater aliquando proprius, quod numquam faceret alienus, &c. omissis ibi recensitis nonnullis es eadem epistola Synodali, jam reddamus eam, quæ ibidem legitur ab illis in eum lata sententia:

XXXIX. *Decrevimus omnes sacerdotes Dei, præsente Spiritu sancto, hunc eumdem Primianum; primo quia super vivos Episcopos alios subrogavit; quod incestos cum sanctorum communione miscuerit; quod presbyteros ad conjurationem in eadem constringere pertentarit: quod Fortunatum presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum ægrotantibus baptismo succurrisset: quod communionem Demetrio Episcopo denegavit, ut cogeret filium abdicare: quod idem presbyter objurgatus sit, quod Episcopos hospitio suscepisset: quod supradictus Primianus multitudinem miserit, qua Christianorum domos everteret: quod obsessi sunt Episcopi simul & clerici, & postea ab ejus satellitibus lapidati sunt: quod in basilica cæsi sunt seniores, quod indigne ferrent Claudianistas ad communionem admitti: quod innocentes clericos putaverit esse condemnandos: quod se nobis audiendum noluerit exhibere, cum basilicarum fores, ne ingrederemur, multitudine & officialibus intercluserit: quod Legatos a nobis ad se missos injuriose rejecerit: quod loca multa, vi primo, dehinc auctoritate judiciaria usurpavit: præter alia illicita ejus admissa, qua pro honestate styli nostri silemus: a sacerdotali choro perpetuo esse damnatum: ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione, aut aliquo crimine maculetur. Quod in ipsum Paulus Apostolus (a) exhortatur & admonet: Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut discedatis ab omni fratre inordinate ambulante. Atque ideo non immemores puritatis Ecclesiæ, conducibile existimavimus, omnes sanctos consacerdotes, & omnes clericos, & omnes populos, qui se Christianos meminerunt, hac nostra Tractatoria commonere, ut omnes ejus communionem, utpote damnati, diligenti cura horreant. Ipse enim de sua interitu rationem redderet, qui hoc nostrum decretum non audiendo tentaverit violare. Placuit sane nobis & Spiritui sancto, quod tempus tardis ad convertendum reservetur sub eo; ut quicumque consacerdotum vel clericorum suæ salutis immemores, a die damnationis supradicti Primiani, idest, a die Kalendarum Juliarum usque ad diem octavum Kalendarum Januariarum, minus a Primiani damnati communione recesserint, tali sententia constringantur. Laici quoque nisi se a supradicto die damnationis illius, intra diem Pascha futura, ab ejus consortia separaverint, non posse quemquam nisi per pœnitentiam, si quidem meminerit Ecclesia, reformari.* Hactenus litteræ Synodales, quibus subscripti leguntur Episcopi quinquagintatres, & primo loco Victorinus Episcopus Munacianensis, & cæteri post eum; Hæc acta sunt in Concilio Cavernensi.

(a) 2. Thess. 3.

XL. Concil. Cebarsussense Donatistarum.

Quod vero ibidem apud S. Augustinum legantur nomina Episcoporum quinquaginta-trium; ex his corrige quod apud eumdem quadragintatrium Episcoporum, ejusmodi Concilium collectum fuisse dicitur. Sed & quod ab eodem ponatur habitum apud Carthaginem, hic vero ex eorumdem epistola Synodali factum habeatur apud Cavernas Sufis; locum illum propinquum Carthagini fuisse dicendum est: ait enim S. Augustinus contra Cresconium tum de hoc, tum de alio ab iisdem, sed copiosiori numero adversus eumdem Primianum congregato Concilio (b): *Recitat decreta Conciliorum. Primum,*

(b) Aug. cont. Crescon. l. 4. c. 6.

PAGIUS cum Augustini, ubi ait, Concilium illud fuisse quadraginta trium Episcoporum. Verum locus purus est, & Concilio Carthaginensi Episcopi XLIII. interfuere; Concilio vero Cabarsussitano Episcopi LIII. subscripsere, ut videre est in eadem Synodica, quæ his verbis clauditur: *Omnes numero quinquaginta tres*. Imo ea Synodica non tantum a quinquaginta tribus in ejus fine subscriptis; sed etiam a pluribus aliis edita. Nam non omnium, qui Synodicæ condendæ interfuerunt, subscriptiones recitatas esse, probant Anastasius, Constantius, Candorius & alii quidam Episcopi in ejus principio, non in fine nominati. Præterea Augustinus tam in Enarratione in Psal. XXXVI. num. XXIII. quam in libro ad Donatistas post collationem capp. 4. & 22. ait, centum aut circiter Episcopos interfuisse Concilio Cabarsussitano.

X. Epocha duorum Conciliorum contra Primianum celebratorum.

Hujus porro Concilii, ideoque & Carthaginensis, utriusque adversus Primianum habiti epocha deducitur ex Concilio Bagaiensi *VIII. Kalend. Maias post Consulatum Theodosii Aug. III.* currenti nempe anno celebrato. Nam si mense Aprili Bagaiæ in Numidia ordinatio Maximiani damnata est, certum est, anno præcedenti Concilium Cabarsussitanum celebratum. Scribit Augustinus lib. de Hæresibus cap. 69. *Apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab ejusdem erroris centum fere Episcopis ordinatus*. Quod clarius explicat lib. 4. contra Cresconium cap. 6. ubi ait: *Proferebat sententiam Primianus in Concilio Bagaiensi contra Ma-*

mum, quod apud Carthaginem a quadraginta * *& tribus factum est, quo prædamnatus est Primianus. Alterum, quod Cebarsussi centum vel amplius vestri tunc Episcopi consederunt, quo perfecte pleniusque damnatus est.* Sic autem depositus est a duobus Conciliis Primianus Episcopus Carthaginensis, ut in locum ejus subrogatus sit ab iisdem Maximianus ejusdem Ecclesiæ diaconus, qui erat unus ex illis quatuor a Primiano damnatis, cum adiit ipse in Numidiam, & ejus provinciæ Episcopos ad sui defensionem provocavit, quos & judices interpellavit: unde ad eum Augustinus (a): *Judices Numidas, apud quos te purgares, tu ipse adisti, tu constituisti: Maximianistæ illos non petierunt.* Hæc ipse.

* quinquagintatribus.

(a) Aug. in Psal. 36.

XLI. Donatistæ in diversas sectas divisi.

Vides ex his, schismaticos ab Ecclesia Catholica primitus separatos, inter se ipsos pluribus esse partibus scissos, & ab auctoribus scissionum nomine nuncupatos: ut qui primi a Donato dicti sunt Donatistæ, eorumdem alii a Primiano nuncupati fuerint Primianistæ, & a Maximiano Maximianistæ; sed & (ut in recitata sententia vidimus) alios a Claudio appellatos Claudianistas, & rursum alios a Rogato olim Rogatistas, de quibus S. Augustinus ait (b), multa hos passos esse ab aliis Donatistis, quod cum aliis convenire noluissent: de quibus idem pluribus in epistola ad Vincentium (c). Sed & Ticonium scissuram fecisse in schismate Donati, jam superius dictum est. Cæterum cum sic scissi ipsi omnes inter se essent, adeo tamen pertinaci dissensione ab invicem discrepabant, ut suæ quisque sectæ esset pugnacissimus defensor, & aliarum adversarius obstinatus: nam Augustinus: *Pars,* inquit, (d) *Donati in multa minutissima frusta conscissa est: quæ omnes minutæ particulæ hanc unam multo grandiorem, in qua Primianus est, de recepto Maximianistarum baptismo reprehendunt; & singulæ conantur asserere apud se tantummodo verum baptismum remansisse, nec omnino esse alibi, neque in toto orbe terrarum, qua Ecclesia Catholica expanditur, nec in ipsa grandiore parte Donati, nec in cæteris, præter se unam ex minutissimis partibus:* Hæc ipse.

(b) Aug. contr. litt. Petil. lib. 2. c. 83.

(c) Aug. epist. 48.

(d) Aug. de baptis. cont. Donatist. l. 1. c. 6.

XLII. Multitudo incredibilis Donatistarum.

At admiratione quidem dignum est, quod inter tot sectas divisi Donatistæ cum essent, tamen quæ potior inter eos habebatur, adeo erat abundans & referta numero episcoporum, ut nullam pene sensisse jacturam ex multiplici scissione, attonitus obstupescas. Audi quæso, quid de his S. Augustinus (e): *Multa præterea,* inquit, *inter ipsos facta sunt schismata, & ab iis se diversis cœtibus alii atque alii separarunt; quorum separationem cætera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab ejusdem erroris centum ferme Episcopis ordinatus, & a reliquis trecentis decem cum eis duodecim qui ordinationi ejus etiam præsentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi: nam quosdam ex eis, cum eis quos extra eorum ecclesiam baptizaverant, in suis honoribus sine ulla in quoquam repetitione baptismatis receperunt, &c.* Objicit enim eis quod eadem ab ipsis objecta adversus Catholicos, ut sancta ac legitima recepissent. Sed jam de Synodo Bagajensi hoc anno in Numidia habita pertractemus.

(e) Aug. de hæres. c. 69.

XLIII. Concil. Bagajense Donatistarum.

Qui igitur excitati atque vocati sunt a Primiano Episcopo Carthaginensi Episcopi Donatistæ adversariæ factionis, omnes trecenti atque decem, Bagai civitate Numidiæ convenerunt: ubi considentes, examinata causa ipsius Primiani, qui aderat, & Maximiani itidem Episcopi Carthaginensis absentis, & aliorum eidem communione copulatorum, hæc in hos prolata est in Synodo damnationis sententia, quam recitat Augustinus his verbis (f):

(f) Aug. cont. Crescon. lib. 3. c. 53.

Cum omnipotentis Dei & Christi ejus voluntate in Ecclesia sancta Bagajensi Concilium gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Januarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Ruffinus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & cæteri numero trecenti & decem; placuit Spiritui sancto, qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schismata resecare sacrilega: subdit Augustinus: *Deinde cum multa in eos horrenda vomuissent &c.* Quænam ea essent, alibi idem Augustinus narrat, cum ait (g): *Ut verbis illius plenarii Concilii magis utar, ibi,* nempe in factione Maximianistarum, *viperei seminis noxios partus tardo calore vaporant, publici facinoris & parricidii sui fœta scelerum vota gignunt. Parturiunt injustitiam, concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Jam non confusa criminum silva nomina eorum designantur ad pœnam. Dum eis indulgentiæ funes, dum clementia dimitteretur linea, jam causa quos puniret invenit: quos tamquam in asperos scopulos veridica unda naufraga membra projecit; quo-*

(g) Aug. contr. Crescon. l. 4. c. 31.

Facinora Maximianistarum.

PAGIUS

Maximianum & XII. socios ejus, quibus præsentibus, ordinatus est. A duodecim Maximianum ordinatum habent etiam Acta Concilii Bagajensis. Quare, cum postquam a centum Episcopis Maximianus electus est, a duodecim ordinatus sit, eaque ordinatio hoc anno damnata, apparet tam Concilium Cabarsussitanum, quam eam ordinationem ad præcedentem annum spectare.

quorum pereuntium littora Ægyptiorum exemplo funeribus plena, nec ipsam invenientia sepulturam. Et in Maximianum ipsum hæc sunt verba sententiæ:

XLIV. Sententia lata in Maximianum ac ejus sectatores.

Maximianum fidei æmulum, veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore, & Abiron ministrum de pacis gremio sententiæ fulmen excutiat, quem non solum mors justa sui sceleris condemnat, sed etiam trahit in consortium criminis plurimos catena sacrilegii: venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione plenum est & amaritudine, & horum pedes veloces ad effundendum sanguinem: contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum: jacent membra abscissa, quæ pestifera putredo ita corrupit, ut plus habeat in abscissione solaminis, quam in remissione medicaminis. Famosos criminis reos, &c. Hucusque ibi Augustinus, narrans ea quæ dicta sunt in præsenti verbis præteriti temporis, quod sic oratio postularet. Sed & superius iisdem modis ac tempore, quæ reliqua ejusdem sunt sententiæ, ita refert (a): *Famosi ergo criminis reos, Victorianum Carcabianensem, Martianum Sullectinum, Bejanum Bajanensem, Salvium Ausphensem, Theodorum Usulensem, Donatum Sabratensem, Miggenem Elephantarensem, Prætextatum Assuritanum, Salvium Membresitanum, Valerium Melzitanum, Pelicianum Mustitanum, & Martialem Pertusensem: qui funesto opere perditionis vas sordidum, collecta fæculentia, glutinarunt: sed & clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, qui dum facinori intersunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, Dei præsidentis arbitrio, universalis Concilii ore veridico damnatos esse cognoscite*. Sunt hi illi duodecim Episcopi ordinatores Maximiani: sed de aliis ita subditur in illorum sententia.

(a) Aug. contr. Cresion. l. 3. c. 53.

XLV. Redire permissi Maximianistæ.

Eos autem, quos sacrilegi surculi non polluere plantaria, idest, qui a Maximiani capite proprias manus verecundo pudore fidei retraxerant, ad matrem Ecclesiam redire permisimus. Ac ne angustum redeuntibus tempus spem salutis arctatæ diei pressura subducat, agnoscentibus quibus licet manentibus præcedentibus statutis universis usque in diem octavam Kalendarum Januariarum proxime futurarum agnitionis pandimus januam, ut integri honoris & fidei regressi habeant fundamenta: quum si quisquam ingredi nequiverit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes veniales aditus sua voluntate viam esse subductam. Manebit enim circa eos dicta sententia, & post præstitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia*. Hactenus verba sententiæ. At sicut magno animi ardore tot numero adversus Maximianistas convenerunt Primianistæ; ita etiam haud impari sollicitudine adversus eosdem sectantes Maximianum, ut ab ipsorum ejicerentur ecclesiis curavere. Extat enim Titiani advocati libellus adversus Felicianum & Prætextatum Episcopos partis Maximiani, ambos ex duodenario illo numero Episcoporum, qui ordinaverunt eumdem Maximianum (quorum Prætextatus erat Episcopus Assuritanus, Felicianus autem Mustitanus) quo rogatur Proconsul, ut ab ipsorum sedibus pellerentur: nam Augustinus (b): *Invenitur autem*, inquit, *postulatio apud Herodem Proconsulem, vide quanto post dicta adversus Felicianum & Prætextatum de Mustitanis & Assuritanis locis excludendos: cujus pauca subjunxi*.

* ignotionis.

(b) Aug. cont. Cresion. l. 3. c. 56.

XLVI. Libellus adversus Felicianum & Prætextatum.

Post consulatum dominorum Arcadii III. & Honorii iterum, augustorum, sexto Nonas Martias, Carthagine in Secretario Prætorii Titianus dixit: Peregrinus presbyter & seniores Ecclesiæ Mustitanæ regionis tale desiderium prosequuntur. Cum Ecclesiæ Catholicæ sanctitatem vir memoriæ venerabilis ab errore perfidiæ Donatus assereret, in ejus nomen & cultum mundi pene totius observantia nutrita coaluit. Sed cum ejus religionis laudandam mirandumque propositum Maximiani cujusdam venena polluerent; multorum cœtus Antistitum in unum, Deo conspirante, collectus hominem, vel potius pestem, quæ supernæ displicuit majestati, etiam puræ mentis propria coercitione damnavit. Eos quoque, quos alienæ præsumptionis error attraxerat, portu primo proposito pœnitendi, si reverti cuperent intra tempus ad religionis tramitem præstitutum, pari vigoris admonitione compescuit. Sed suis institutis iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cum semel præcipitata corruerit. Idem namque Maximianus cœptam nutrit audaciam, & alios sibimet consociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam, qui primo recta sectatus, depravationis hujus attaminatione fuscatus, in Mustitana positus civitate, Deo omnipotenti parietes consecratos & ecclesiam venerandam quasi quadam obsidione credidit retinendam. Hunc etiam Prætextatus in Assuritanis partibus imitatur. Sed cum æquitatis tuæ innotesceret potestati consortium sacerdotum, jussisti (ut Gesta testantur) exploso omni contradictionis effectu, sacratissimis sacerdotibus a profanis mentibus ecclesias vindicatas oportere restitui. Hucusque recitat Augustinus ex libello Titiani: & subdit post hæc.

XLVII.

Producitur autem iste conflictus (quantum ex gestis Proconsularibus & Municipalibus indagare potuimus) usque ad Theodorum Proconsulem, hoc est, usque ad anni alterius diem XI. Kalend. Januarii: quo die clerici & seniores agentes sub Rogato Episcopo, qui in locum damnati Prætextati Assuritani fuerat subrogatus, allega-

Maximianistæ recepti a Primianistis.

gaverunt memorati proconsulis jussionem. Cæterum post multum temporis eosdem poenitentes suis ipsorum fuisse ecclesiis restitutos; idem Augustinus agens contra Gaudentium declarat his verbis (*a*): *Inveni si potes, quid dicas, quo modo susceperitis honorem Feliciani Mustitani, & Prætextati Assuritani, quos cum Maximiano & aliis decem sine ulla dilatione damnastis: contra quos, ut eos de basilicis pelleretis, apud duos, vel nisi fallor, apud tres Proconsules litigastis: & cum jam in locum Prætextati alium ordinastetis; post tam longum tempus eos in suis honoribus recepistis. Qua justitia, qua ratione, qua fronte in honore suo suscipitur Maximianista damnatus, & damnatur orbis terrarum Catholicus inauditus? Qua justitia, qua ratione, qua fronte cavendum esse dicitis, ne vos inquinet Cæcilianus olim defunctus, vobisque prorsus incognitus, vestris majoribus judicantibus semel damnatus, vestris majoribus accusantibus ter absolutus: & cavendum non putastis, ne vos inquinaret Felicianus universalis Concilii vestri ore damnatus, & ab universis vobis, præcipue tui prædecessoris favore susceptus? Qua justitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum, quem dant Ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantaverunt; cum suscepitis baptismum, quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris a vestra Ecclesia tradiderunt?* Hæc Augustinus: qui ad confutandos eos suis ipsorum factis ac scriptis, eadem Acta Conciliorum, libellumque exscripsit, & sæpe citat, atque frequenter refricat, ut sic eos ex gestis ipsorum inevitabili argumentatione redarguat. Commisceri enim peccatoribus, nefas cum dicerent; totius Ecclesiæ Catholicæ, quæ communicaverat Cæciliano ab ipsis accusato, communionem vitabant. Rursum de iisdem agens idem Augustinus (*b*) ad Generosum, ait eosdem Felicianum & Prætextatum Episcopos, & omnes ab eis baptizatos susceptos a Primianistis, cogente Optato Gildoniano, de quo plura inferius: persecutus est enim idem Optatus Maximianum cum suis, quamvis Donatistas, ut tradit ipse S. Augustinus agens adversus Cresconium (*c*).

(*a*) *Aug. cont. Gaudent. l. 1. c. 39.*

(*b*) *Aug. epist. 165.*

(*c*) *Aug. contr. Creston. l. 4. c. 47.*

XLVIII. Donatistæ jura sibi usurpant Catholicorum.

Sed quo modo lege agerent Donatistæ ex parte Primiani adversus Donatistas partis Maximiani, cum æque ac isti, illi rei essent latæ adversus hæreticos ab Imperatoribus legis, dicamus. Factum est id quidem inscitia magistratuum, cum ipsi hæretici minime adjuvandi fuissent auxilio legis, qua ipsi pariter damnarentur. Istud ipsum est, quod S. Augustinus exclamat (*d*) adversus eosdem cum illud Psalmistæ explicat: *Contrivit Dominus dentes eorum in ore ipsorum:* atque ait: *Quæro & ego: Quid vobis ad Proconsules, quos miserunt Imperatores? Quid vobis ad leges, quas contra vos dederunt Imperatores? Imperatores communionis nostræ leges adversus omnes hæreticos dederunt: eos utique appellant hæreticos, qui non sunt communionis eorum; inter quos utique & vos estis. Si veræ sunt leges, valeant & in vos hæreticos: si falsæ sunt leges, quare valent contra vestros hæreticos? Fratres, paululum advertite, & intelligite quod diximus.*

(*d*) *Aug. in Psal. 57.*

XLIX. Primianistæ agunt adversus Maximianistas legibus publicis.

Quando egerunt causas suas adversus Maximianistas, ut eos a se damnatos & schismaticos suis ejicerent de locis, quæ illi tenebant antiquitus, & successerant Episcopis decessoribus suis: volentes illos inde excludere, egerunt legibus publicis, ad judices venerunt, dixerunt se Catholicos, ut possent excludere hæreticos. Quare te dicis Catholicum, ut excludatur hæreticus, & non potius es Catholicus, ne sis exclusus hæreticus? Modo Catholicus es, ut valeas ad excludendum hæreticum: Judex enim non posset nisi legibus suis judicare. Dixerunt se Catholicos: admissi sunt agere. Dixerunt illos hæreticos. Quæsivit, unde probaretur. Lectum est Concilium Bagaitanum, ubi damnati sunt Maximianistæ: insertum est Actis Proconsularibus. Probatum est quod illi damnati non deberent tenere basilicas, & pronuntiavit Proconsul ex lege. Ex qua lege? quæ lata est contra hæreticos: si contra hæreticos & contra te. Quare, inquit, contra me? non enim ego hæreticus sum. Si tu hæreticus non es, falsæ sunt illæ leges; ab his enim Imperatoribus latæ sunt, qui non sunt communionis tuæ: omnes qui non sunt communionis eorum legibus suis hæreticos vocant. Hæc Augustinus, eodem dilemmate iterum atque iterum Donatistas exagitans. Quænam vero fuerint hæ leges, recensuimus suo loco superius. Porro res Africanæ Ecclesiæ eo statu collocatæ erant, ut ob immensum numerum Donatistarum, Catholici quamvis merito lege agere Imperatorum possent, ipsique Proconsules deberent præseferre vindices legis; tamen quod tot tantaque remedia tum a Constantino Magno, tum a Constante ejus filio ad eos curandos cassa esse reddita visa essent, immo illis remediis eadem monstra iidem acerbius provocassent; quodque etiam pollerent manu factiosorum & sceleratorum hominum, nempe Circumcellionibus; Catholici quidem quiescere tutius rati sunt, & magistratus ob pacem provinciæ ea toleranda esse putarunt. Sic igitur veluti soluti vinculis ipsi legum, leges tamen ad alios perturbandos adhibuerunt; immo etiam furentes adversus adversarios leges pœnales sanciverunt: nam de ipsis sanctus Augustinus:

Donatistæ cur tolerati.

(a) Aug. epist. 166.

nus (a): *Quid amplius dicamus? Modo præconem misistis qui clamaret Sinite: Quisquis Maximiano communicaverit, incendetur domus ejus.*

L.

Salvii Episc. Donat. causa.

Sed vide, quæso, quid in Salvium Episcopum Membresitanum, unum ex ordinatoribus Maximiani, judicio cum adversariis Primianistis contendentem, & de lege illa excipientem, qua illi sibi agendi contra Maximianistas esse facultatem apud Proconsules affirmabant, idem egerint Primianistæ: Augustinus enim contra Cresconium (b) agens hæc narrat, cum ait: *Quare quæ statuta sint Salvio Membresitano: quia ei non potuit illius persecutionis exagitationibus extorquere, ut rediret ad consortium criminis; maluitque se committere examini, & persecutoribus suis in proconsulari judicio respondere; ea credo fiducia, quod sciret adversarios suos legibus contra hæreticos promulgatis uti non posse apud Judicem, nisi etiam se ipsos pariter eis irretirent. Sed fefellit eum ista cogitatio. Apud Seranum enim tunc Proconsulem vel gratia plus valuit, vel magis forte Bagaiense Concilium, quod illic etiam contra eumdem Salvium recitatum est. Quadam sane interlocutione, quid per se ageretur, ostendit: id est, ut Salvium aut choro Episcoporum communionis Primiani redderet, aut fugaret a sedibus; ut restitutus quem contra eum Primianus ordinaverat, loca omnia quæ a Salvio tenebantur, sine adversario possideret: & tamen in eadem interlocutione, quod persecutionem Salvius pateretur, expressit: sic enim in iisdem Gestis legitur: Seranus Proconsul dixit: Lis Episcoporum secundum legem ab Episcopis judicada est. Episcopi judicaverunt. Quare non aut sub satisfactione ad chorum reverteris vetustatis: aut, ut habes scriptum, terga persecutoribus prodis?* & paulo inferius:

(b) Aug. contr. Cresc. l. 4. c. 48.

LI.

Jam vero posteaquam sententia Proconsulis Abitinensibus allegata est, per quam civitatem vicinam judicatum implere vestri metuerant, eo quod pene omnes Membresitani Salvium diligebant: quæ fecerunt iidem Abitinenses homini ætate gravissimo, piget dicere; quia ea non apud Acta fecerunt: sed tam recenti memoria cum omnibus documentis sit clarior ipsa testificatio civitatum, breviter attingam, quod illic, cum iter agerem, comperi. Nam quia eis pro defendendis ex quantacumque parte sedibus suis etiam post Proconsules judicatum turbæ sibi faventis fiducia Salvius repugnare tentaverat; victus aliquando comprehensus est, non jam ducendus ad judicium, ubi in partes fuerat prolata sententia, sed pompa miserabili triumphandus. Capto enim seni mortuos canes alligaverunt in collo, & sic cum illis quantum libuit, saltaverunt. Hoc si vellem exaggerare dicendo nonne fortasse hanc pœnam vix tormentis Regum Etruscorum, quibus mortua vivis corpora jungebant, comparandam esse monstrarem? &c. Eadem idem Augustinus, dum agit contra Parmenianum (c); & cum pluribus rem prosequitur, ait a suis Salvio ut martyri fabricatam fuisse novam ecclesiam.

Quid in Salvium Donatistæ.

(c) Aug. contr. ep. Parm. l. 3. c. 6.

LII.

Donatistæ sua ipsorum opera convicti.

Quod vero eadem prosecutione causæ suæ Primianistæ adversus Maximianistas ea omnino præstiterint, quæ iidem atque cæteri Donatistæ a tempore Constantini Magni atque Constantis in Catholicos effuso ore jactabant; sicque suis ipsorum se armis confodi, negare non possent (quod creberrime idem S. Augustinus inculcat) inde factum est, ut in Concilio Carthaginensi postea a Catholicis celebrato, nimirum sub Consulatu Vincentii & Fravitæ, decreverint Patres ad perpetuam rei memoriam e publicis Actis excipienda esse cuncta, quæ inter Primianistas & Maximianistas penes Proconsules versata essent: sunt enim hæc (d) verba decreti: *Placuit ut ex Concilio nostro litteræ dentur ad Judices Africanos, a quibus hoc peti congruum videtur, ut in hoc adjuvent communem matrem Ecclesiam Catholicam, in quo Episcopalis auctoritas communiri in Civitatibus potest; id est, ut judiciaria potestate ac diligentia ex fide Christiana, quid gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & Gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam faciant inhærere.* Hæc Patres, & quam prudenter id egerint, ex usu frequenti ipsorum Proconsularium Gestorum, quibus Augustinus frequentissime Donatistas exagitat, satis perspicue demonstratur.

(d) Conc. Afr. c. 34. to. 2. Conc.

LIII.

Cæterum sicut olim Constantinus Magnus, & Constans, ita & Valentinianus major, Gratianus, & Theodosius coercuere legibus Donatistas, prout ipse S. Augustinus affirmat; easque ipsi legendas proponit, dum ait (e): *Deinde Valentinianus, legite, quæ contra vos jusseit. Inde Gratianus & Theodosius, legite quando vultis, quæ de vobis constituerint, &c.* Quæ vero post Theodosium Honorius adversus eosdem statuerit, dicemus inferius suo tempore. Sed quanam pœna contemptores legum, potestatum, ac denique nominis a Deo puniri solent? (haud enim Divinitas patitur sontes omnino hic grassari sine supplicio) ea nimirum, ut quos carcer coercere minime valet, nec compedes, & catenæ constringunt, nec securis ferit, vel ignis incendit, iidem sibi ipsis carnifices fiant: Ob idque accidit, ut e cœlo in eorum præcordia immissa vindicta, iidem Donatistæ mente turbati, furore perciti, a pravo dæmone agitati, quovis prætextu, vel desperatione adacti, vel falsa spe meliorum illecti,

(e) Aug. epist. 166.

Donatistæ ultores in seipsos.

ipsi

ipſi ſibi ſpontanei carnifices fierent, injicerent collo laqueos, gladios in ſua converterent pectora, venena ſitirent, præcipitia vel flumina, vel ignes ad necem quærerent, & ad quoſcumque oblatos ſibi interitus modos obviis accurrerent manibus, ſicque infeliciſſimi homines appeterent mortem, & oppeterent avidius, quam alii vitam. Tali quidem, ulciſcente numine, quos Judex legum vindex non plexit, mulsati ſunt ſupplicio Donatiſtæ; ut amentiæ quadam offuſi caligine, prætextu martyrii, ipſi ſibi violentas manus inferrent, vel ad infligendum ultimum ſibi ſupplicium alios cogerent, ut ſuperius demonſtratum eſt. Sit in horum exemplum quod Conſtantii Imperatoris temporibus dictum eſt ex Optato de Marculo & Donato ſua ſponte necatis, quos illi dicebant a noſtris occiſos: ſed verius Auguſtinus (a): *Ecce*, inquit, *Marculus de petra præcipitatus eſt; ecce Donatus Bagajenſis in puteum miſſus eſt. Quando poteſtates Romanæ talia ſupplicia decreverunt, ut præcipitarentur homines?* (exoleverat diu ante ſupplicium illud, quo de rupe Tarpeja rei immanium criminum projiciebantur). *Quid autem reſpondent noſtri? Quid ſit geſtum, neſcio. Tamen quid tradunt noſtri? Quia ipſi ſe præcipitaverunt, & poteſtates infamaverunt*, &c. At de aliis imitatione majorum ſuorum eadem ſibi ſupplicia voluntaria inferentibus agit ipſe S. Auguſtinus contra Gaudentium his verbis (b):

(a) *Aug. in Joan. tract. 11.*

De Donatiſtis in ſeipſos ſævientibus.

(b) *Aug. cont. Gaudent. l. 1. c. 28.*

LIV.

Sed nunc plane cum parcente vobis manſuetudine Chriſtiana, ita in vos ſævit veſtra dementia, ut quemadmodum dicis, ſaxorum reperto compendio, veſtras animas rapiatis. Omnimodo vos a vobis ipſis pati perſecutionem, nimia eſt impudentia, ſi negatis; quando vos utrumque completis, & unde juſte pereatis, & quod peritis. Sis autem dicis, tot hominum nullum eſſe qui hoc faciant, quaſi non etiam iſta ſit non parva cauſa, cur ab hujuſmodi magiſterio veſtro Africa liberetur. Eorum eſt enim hominum genus, cui hoc malum perſuadere potuiſtis, qui ſolent hæc, & antea facere, maxime cum idololatriæ licentia uſquequaque ferveret, quando iſti Paganorum armis feſta ſua frequentantibus irruebant. Vovebant autem Pagani juvenes idolis ſuis quis quot occideret. At iſti gregatim hinc atque inde confluentes, tanquam in amphitheatro a venatoribus more immanium beſtiarum venabulis ſe oppoſitis ingerebant, furentes moriebantur, putreſcentes ſepeliebantur, decipientes colebantur. Præter hæc ſunt ſaxa immania, & montium horrida prærupta voluntariorum creberrimis mortibus nobilitata veſtrorum: aquis & ignibus rarius id agebant, præcipitiis greges conſumebantur ingentes. Ætatis noſtræ hominibus res notiſſimas loquor. Quis neſcit hoc genus hominum in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus otioſum, crudeliſſimum in mortibus alienis, viliſſimum cum ſuis, maxime in agris territans, ab agris vacans, & victus ſui cauſa cellas circumiens ruſticanas, unde & Circumcellionum nomen accepit, univerſo mundo pene famoſiſſimum, Africani erroris opprobrium? Ex hoc igitur genere quis ignorat quam multi antea per diverſas regiones ibant & peribant, & nunc in illorum comparatione quam pauci ſuis ignibus ardeant?

Ingens Donatiſtarum inſania in captando martyrio.

Cum ſcilicet compreſſi ſunt iterum legibus Imperatorum, de quibus uberius ſuo loco dicendum erit.

LV.

Quod autem hi nefandum ſcelus exemplo Raziæ (c) ex Machabæorum libris defendere ſoliti eſſent, & deterrimum delictum titulo martyrii honeſtarent, idem Auguſtinus eoſdem pluribus ſæpeque confutat (d); percitoſque gloriæ ſtimulis iſta deliraſſe, ſæpe etiam demonſtrat (e). Nam ſic occiſos ſepeliebant, & colebant ut martyres, ad eorum ſepulcra comedentes atque gaudentes, oranteſque jactabant ſe ad eorum memorias exauditos: ſed refellit has omnes fallacias, & ad animas decipiendas diaboli technas retegit ipſe fuſius Auguſtinus (f).

(c) *2. Mac. 4.*

(d) *Aug. cont. Gaudent. l. 1. c. 28. 29. 30.*

(e) *Aug. de Unitat. Eccl. c. 19. & cont. Gaud. l. 1. c. 20. & aliis in locis.*

(f) *Aug. de Unit. Eccl. c. 10.*

LVI.

Cœpta hæc ipſorum inſania ſub Conſtante Imperatore, cum ab eis miſſi ſunt Paulus, & Macarius Legati pacis, nec poſtea quoad viguit impium ſchiſma deſiit, pervulgata jam etiam tranſmarinis: nam de his Philaſtrius ita meminit (g): *In Africa ſunt qui Circuitores dicuntur: hi circumeunt terras; & quos inveniunt in via, cogunt eos, ut interficiantur ab illis, dicentes ſe deſiderare pati martyrium: & ſub cauſa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut Biothanati moriuntur, ſeſe dantes in præcipitium, diverſumque ſubeunt calamitatum interitum.* Innotuerunt iidem Orientalibus etiam: nam de ipſis Theodoretus hæc habet (h): *Novum inſaniæ genus excogitarunt: violentam enim mortem, martyrium nominant; & qui hanc quidem appellationem aſſequi volunt, id longo ante tempore, iis qui idem ſecum ſentiunt, ſignificant. Illi autem eos omni genere officii obſervant, eiſque inſerviunt, & omne ciborum genus afferunt, veluti quædam ſacrificio deſtinata animalia præpaſcentes, & pinguefacientes. Cum diuturno autem tempore in his deliciis laute & opipare vixerint, cogunt eos quos in viis invenerint, lethalia eis vulnera enſe afferre; & nonnulli quidem inſtitutum aſſequuntur, alii vero ab eo excidunt. Quis enim ſanæ mentis in ſe cædis manifeſtæ crimen ſuſceperit? Inſtar Corybantum itaque furentes, & debacchantes, ſe ex alto præcipitio deorſum præcipitant. Ego*

Nota omnibus Donatiſtarum inſania.

(g) *Philaſt. de hæreſ. c. 86.*

(h) *Theod. hæret. fabul. lib. 4.*

Donatiſtarum inſania in affectando martyrio.

go autem interim dum de Arianis loquor, volo aliquid lepidum, quod in hic evenit, enarrara. Cum enim permulti ex iis, instar phasianorum adipati, in generosum quemdam juvenem incidissent, deinda nudum ensem ei porrexissent, jusserunt ut eie afferret vulnera; & nisi eam interfecturos minati sunt, nisi imperatum faceret. Ie autem dixit, se vereri, ne aliquibus occisis, qui superessent pœnitentia ducti, pœnam cædis ab eo exigerent: Oportere itaque prius unicuique eorum vinculum imponere, deinde sic ensem adigere. Cum illi autem acquievissent, & vincula accepissent; cum virgis omnes cecidisset, eos vinctos relinquens abiit. Eis vero hanc phrenesin immisit malus dæmon. Hactenus Theodoretus; deque his modo satis: reliqua enim de ipsis suis locis antea dicta & inferius dicenda sunt. Tantum enim abest, ut ab hac insania aliquando resipuerint, ut majori in dies correpti furore, grassati sint in se ipsos, & in Catholicos; tuoc præsertim, cum Gildonis io Africa tyranni sectator Optarus Gildonianus, homo Donatista, armatus prodiit, quod suo loco dicturi sumus. Vidisti igitur & considerasti, nullum umquam non dico Christianum Imperatorem, sed nec Scytham, & immanissimum quemvis tyrannum de Donatistarum sceleribus valuisse adeo crudeles pœnas sumere, quas ipsi sibi sponte ferali animo intulere. Sed jam quæ sunt reliqua rerum gestarum præsentis anni, oratione prosequamor.

LVII. Alipius Tagastensis creatus Episcopus.

Hoc ipso anno Alipius Tagastensis, qui (ut ad calcem anni superioris diximus) Hierosolymam profectus est, in Africam rediens, creatus fuit suæ patriæ Episcopus Tagastensis: quod ex litteris S. Augustini ad S. Hieronymum hoc anno datis facile possumus intelligere (a). In ipso enim limine perfuncti presbyteratus, & Episcopatus ejus initiationis, Augustinus illas, de quibus agimus, ad S. Hieronymum litteras dedit; quarum exordium est: *Numquam æque quisquam*, &c. hæc quidem haud otiose disquirimus, sed ut perspicue innotescat, quo tempore cœpta sit controversia illa famosa, ore omnium agitata, inter Augustinum atque Hieronymum ad multorum annorum spatia propagata; simulque causam, & fontem, unde illam fluxisse contigit, percipere accurate possimus. Ac primum quæ de Alipii Episcopatu habeat Augustinus, his tunc ad Hieronymum litteris datis, hic verbis ipsius manifestemus: *Numquam*, inquit, *æque quisquam tam facile cuilibet facile innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorum quieta lætitia, & vere exercitatio liberalis. Quanquam ergo percupiam omnino te nosse; tamen exiguum quiddam minus habeo, præsentiam videlicet corporis. Quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimus nunc Episcopus, tunc vero jam Episcopatu dignus, frater Alipius vidit, remeansque a me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatum ejus impressam: & ante reditum, cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis ejus, &c.*

(a) Aug. epist. 8.

Dissensiones inter Augustinum & Hieronymum quando cœptæ.

LVIII. Auspicaturi jam exordium & originem controversiarum, quæ inter tales tantosque viros doctrina & sanctitate egregia præditos, Catholicæque Ecclesiæ magistros exortæ sunt; hic repetere memoria debemus, quæ anno superiori ad finem ipsius diximus, cum de ejusdem Alipii peregrinatione Hierosolymam sermonem habuimus; nimirum tunc ea nobilium Origenistarum Hierosolymis agentium latebris ventum illum spirasse, quo ejusmodi est excitata tempestas, ex qua filiorum pacis navigia nonnihil jactata, & inter se collisa diu, via tandem ad tranquillitatis portum, quo uterque rectitudinis & veritatis clavum direxerat, integra absque naufragio pervenere: cum postea datis inter se mutuo dexteris junctis animis, adversus primogenita Origenistarum germina, Pelagianos hæreticos, sub eodem Catholico fidei vexillo commilitones acerrime decertarunt.

LIX. Sed quo modo ab Origenistis suppeditatus est discordiæ fomes; ex verisimilibus, ex veris tamen deductis conjecturis datur posse opinari: procul vero abhorremus ab opinatione eorum, de quibus ista Hieronymus (b): *De amicitia omnis tollenda suspicio est; & sic cum amico, quasi cum altero se loquendum. Nonnulli familiares mei & vasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis permagna copia est, suggerebant, non simplici animo a te factum, sed laudem atque rumusculos, & gloriolam populi requirente; ut de nobis cresceres, & multi cognoscerent te provocare, me timere, te scribere ut doctum, me tacere ut imperitum; & tandem reperisse qui garrulitati meæ silentium modumque imponeret.* Hæc ipse: sed plane illi male Augustini animum perscrutati; licet id conati fuerint, qui ad hæc adversus Hieronymum scribenda Augustinum quibusdam impulsibus adegerunt. At quinam adversarii isti Hieronymi, qui ex Augustini ad ipsum scriptis insultandi in eum capturi forent occasionem? illi nempe, quorum superius mentio facta est, Joannes, Hierosolymitanus Episcopus, Ruffinus, Melania, & si qui alii ob Origenis errores quos impugnabat, ipsi Hieronymo infensissimi, ejusmodi quidem, qui extrinsecus sanctitate cum nobilitate pollentes, fidem apud omnes invenirent, qui eos minus proxime perspectos haberent.

(b) Hier. epist. 92.

Fomes discordiarum Augustini cum S. Hieronymo unde.

LX. Quænam autem, quantave putas hos omnes adversus Hieronymum in aures Alipii

pii

Alipius male affectus ab Origenistis in S. Hieronymum.

pli infodisse? etsi non alia, illud quidem quod dictitare & objectare sæpe solebant; nimirum, hominem esse fastu plenum, tumidum, nemini parcentem, omnes carpentem, sibi nimium arrogantem, agentem doctorem totius Orbis, omnes spernentem, nulliusque rationem habentem; fore namque Deo gratum, Christianisque jucundum, petulantiam hominis coercere, contrariis scriptis ejus scripta corripere & sugillare; idque esse de ipso in primis benemereri, si e cathedra docentis demissus, in loco humili collocatus disceret tandem, & quod non crederet, experimento sentiret; præstantiorem ipso in Ecclesia inveniri doctorem. At quorsum hæc Origenistarum stropha tendebat? eo nimirum, ut Hieronymi quam dicebant audaciam coercendo, Augustinum, si possent, ea arte sibi conjungerent; vel saltem eosdem inter se altercantes, sibi invicem adversarios constituerent, jugiter inter se pugnantes, mutuoque carpentes, eveniretque tandem secundum illud Hieremiæ (a): *Quia fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt.* Non sensit dolos Alipius, nec in animum inducere potuit fraudulenter hæc agi, ab hominibus præsertim, quorum sanctitas videbatur toto jam Orbe spectata: quamobrem quæ de Hieronymo ab illis accepit, eadem reversus in patriam retulit Augustino: qui bona fide, rectoque animo, & nonnisi boni consulens, sic scribere aggressus est, & carpere quæ a Hieronymo scripta essent, ut tamen in omnibus fraternæ charitati in primis voluerit esse consultum: sicque se reprehensorem exhibuit, ut tamen charitate se fratrem esse, pluribus significasse voluerit. Sed age jam ad ipsas litteras inter se mutuo datas, quo scriptæ sunt ordine, veniamus.

(a) Hier. 40.

LXI.

Augustini ad Hieronymum acres litteræ.

Dedit igitur ipse prior Augustinus ad Hieronymum, quas diximus, litteras hoc anno eidem Profuturo, familiares illas quidem, salibus tamen acrioris correctionis aspersas: nam unde sibi suppetere poterat haud mediocre argumentum Hieronymi commendandi, quod solus ac primus inter Latinos reserare potuerit fontes Hebraicos, inde eum sugillandi, se invenisse putavit occasionem, quasi otiose hæc ipse tentasset: a quo studio etiam divellere eum conatus, studiosius ipsum laborare rogat, nimirum, ut verteret in Latinum Græcos scriptores Ecclesiasticos; quod postulare se dicit nomine totius Ecclesiæ Africanæ, cum ait (b): *Petimus ergo, & nobiscum petit omnis Africanarum Ecclesiarum studiosa societas, ut in interpretandis eorum libris qui Græce Scripturas nostras quam optime tractaverunt, curam atque operam impendere non graveris: potes enim efficere, ut nos quoque habeamus illos tales viros, & unum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas.* Origenem sane Augustinus intelligit; cujus laudes, antequam ex eo hæreses proferrentur in lucem, suis scriptis sæpe contigerat Hieronymum prædicasse: ut vel ex hoc uno intelligas tacitam inuri Hieronymo notam, quod hoc tempore detestari profiteretur Origenem, quem ante sæpe alias commendasset: sicque plane per transennam inspicias suppeditata ab Origenistis Augustino, eo modo quo diximus, in Hieronymum argumenta; qui & ista mox subdit: *De vertendis autem in linguam Latinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem, nisi eo modo quo Job es interpretatus; ut signis adhibitis, quid inter hanc tuam & Septuaginta, quorum est gravissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari si aliquid adhuc in Hebraicis litteris & exemplaribus invenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit, &c.* Ad postremum ejusmodi indigno plane Augustino dilemmate agit: *Si enim*, inquit, *obscura sunt, te quoque in illis falli potuisse creditur; si autem manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur.* Hæc ipse: sed quantarum sint virium, si quæ ad ista responderit Hieronymus legeris, plane invenies.

(b) Hier. epist. 80. apud Aug. epist. 8.

LXII.

Alia reprehensio Augustini in Hieronymum.

Post hæc autem Augustinus eam reprehensionem inculcavit de perperam facta a Hieronymo interpretatione loci illius in epistola ad Galatas (c), quo Paulus ait objurgatum a se esse Petrum; cum Hieronymus diceret ex complurium doctorum sententia, ea omnia inter ipsos Apostolos per simulationem esse transacta: redarguit enim Augustinus Hieronymum tamquam pravi dogmatis assertorem; quasi illis mentiri licuisse, affirmarit. At quam hæc a sententia Hieronymi abhorruerint, superius a nobis est demonstratum tomo primo Annalium, cum de eadem controversia & dissensione inter Paulum & Petrum pluribus disputavimus; ad quem locum lectorem rejicimus. Hæc quidem in primis ad Hieronymum litteris præstitit Augustinus, quas Profuturo perferendas Hierosolymam dedit. Sed accidit, ut ipsæ retentæ in Africa, vix (ut dicemus) pervenerint post annos duodecim Hierosolymam. Verum quo casu id factum sit, sic explicat Augustinus (d): *Primas, quas ad te adhuc presbyter litteras præparaveram mittendas per quemdam fratrem nostrum Profuturum; qui postea nobis collega factus, jam ex hac vita migravit; nec eas tum ipse perferre potuit; quia continuo, dum proficisci disponit, Episcopatus sarcina detentus, ac deinde in brevi defunctus est; etiam nunc mittare volui, &c.*

(c) Galat. 2.

(d) Aug. epist. 10. apud Hieron. 88.

LXIII. Hieronymus quid admonuit S. Augustinum.

(a) Aug. epist. 9. apud Hier. 87.

Cum igitur harum Augustini litterarum S. Hieronymus penitus ignarus esset, ipse ad Augustinum alia occasione litteras officiosas satis misit: quæ licet non extent, earum tamen meminit Augustinus (*a*); qui & testatur inter alia admonitum se fuisse a Hieronymo, ut caveret in legendo Origene ejus errores; utpote quod ipse Hieronymus aliquid visus esset odoratus esse, & in suspicionem adductus de consuetudine Alipii Hierosolymis cum Joanne Episcopo, Ruffino, atque Melania; & veritus ne per Alipium tamquam canalem e cœnosis fontibus in Augustini animum illaberentur toxica Origenis. His acceptis a Hieronymo litteris Augustinus, cum ad eum redderet litteras, eadem persuasione qua cum primas litteras dederat animo affectus, rursum a redargutione scriptorum illius sumit exordium, ex causa quidem levissima sibi comparans argumentum; nimirum quod accepisset a quodam homine, inditum ab eo titulum, *Epitaphium*, commentario illi, quem ante biennium conscripserat *de Scriptoribus Ecclesiasticis*: quod tamen minime verum fuit, ut litteris suis se postea Hieronymus excusavit. Rursum vero iisdem Augustinus litteris eamdem inculcat reprehensionem de pravo dogmate ex interpretatione perperam facta loci illius epistolæ Pauli ad Galatas: atque tandem, perinde ac si gravi lapsus esset errore, adhuc admonuit, ut juxta illud Homeri, instar Stesichori, recantaret palinodiam: hæc cuncta pluribus pertractata apud ipsos Hieronymum & Augustinum, si vis, inspicias lector: nimis enim in longum diffiueret oratio, si cuncta verbis ipsorum hic reddere conaremur.

LXIV. Litteræ Augustini interceptæ & vulgatæ.

(b) Hieron. epist. 92. apud Aug. epist. 14.

Sed accidit, dolo quidem adversariorum, non autem culpa vel oscitantia Augustini, ut hæ litteræ nequaquam Hierosolymam perlatæ fuerint, sed exscripta ex eis exemplaria in Italiam missa sparsaque per singulas ferme Civitates non sine Hieronymi gravi ignominiæ nota: quarum unum nactus Sysinnius diaconus, Hierosolymam ad Hieronymum attulit: testatur id ipse Hieronymus in litteris ad Augustinum scriptis, cum ista narrat, sic jure quidem expostulans (*b*): *Satis mirari nequeo, quomodo ipsa epistola & Romæ & in Italia haberi a plerisque dicatur, & ad me solum non pervenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Sysinnius inter ceteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, non apud te, sed in insula Hadriæ ante hoc ferme quinquennium reperisse.* Hæc Hieronymus. Quis non sentiat id subdola adversariorum arte compositum, ne ejusmodi litteræ ad Hieronymum pervenirent, ne ejus stylo potenti ex more, omnia quæ essent objecta refellerentur: sed quasi ex illis victus atque prostratus, cum rubore siluisse videretur; litteræ illæ Augustini ubique locorum ab adversariis ostentarentur, describerenturque; ut sic Hieronymi nomen sannis pariter atque cachinnis expositum pro adversariorum arbitrio ubique traduceretur.

LXV. Fraus adversariorum in S. Hieronymum.

(c) Hier. Apolog. advers. Ruffin. lib. 2.

Quod autem hæc acciderint Augustino nesciente, inde satis aperte percipi potest, dum post illam epistolam ad Hieronymum alias litteras dedit, quibus efflagitabat, ut ad datas a se litteras responderet. Sed rem hanc totam gestam dolo adversariorum cum dicimus; ne falsum me conjectorem existimes, accipe quid præterea per Africanos itidem Episcopos iidem adversarii Origenistæ eodem tempore moliti sint: narrat id S. Hieronymus (*c*) in Apologia adversus Ruffinum: *Scribit*, inquit, *frater Eusebius, se apud Afros Episcopos, qui propter Ecclesiasticas causas ad Comitatum venerant, epistolam quasi meo scriptam nomine reperisse, in qua agerem pœnitentiam; & me ab Hebræis in adolescentia inductum esse testarer, ut Hebræa volumina in Latinum verterem, in quibus nulla sit veritas. Quod audiens, obstupui, & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, unique testi nec Catoni creditum est; id ipsum multorum me ex Urbe fratrum scripta docuerunt, sciscitantium, an ita se haberet, & a quo ipsa epistola disseminata esset in vulgus lacrymabiliter indicantium. Qui hoc ausus est facere, quid aliud non audeat?* Hæc S. Hieronymus: quibus plane significatur, ex una pariter officina isthæc omnia esse deprompta. Porro totius hujus facinoris architectum fuisse Ruffinum, ipsumque ejus auctorem epistolæ nomine Hieronymi scriptæ, idem Hieronymus in Apologia in ipsum scripta non obscure significat (*d*).

(d) Hier. ibid.

LXVI. Hieronymi querela de Augustino.

(e) Hier. ep. 91. & 92.

(f) Apud Hieron. epist. 97.

(g) Hier. epist. 91.

At quid post hæc ipse Hieronymus? Licet Augustini litterarum exemplar per Sysinnium diaconum accepisset, cunctatus est tamen ad eas dare responsum, quod haud certus omnino reddi posset eas ab Augustino esse conscriptas, licet (ut ait) stylo satis intellexerit ejus esse: sed stomachatus nonnihil, duabus (*e*) ad Augustinum missis litteris, de injuria accepta conquestus est, contestatusque pariter se ad priores ab ipso datas litteras minime respondere velle, quousque certioribus scriptis litteris suas illas esse significaret: dedit harum litterarum priores Asterio, posteriores vero Firmo, ut ex Augustini redditis litteris (*f*) apparet. Quas omnes licet stylo pungenti, utpote commotus injuria, visus sit exarasse; haud tamen inter se ipsos connexum vinculum charitatis dissolvi voluit: nam ad finem priorum, quas Sysinnio dedit, animi sui candorem his verbis reliquisse voluit declaratum (*g*): *Vide*, inquit, quan-

quantum te diligam, ut ne provocatus quidem voluerim respondere; nec credam tuum esse, quod in altero forte reprehenderem. Ad finem vero posterioris epistolæ (*a*): *Vale*, inquit, *mihi amice carissime, ætate fili, dignitate parens*. Sic quidem, quod jam Augustinus esset creatus Episcopus: & mox addit: *Et hoc a me rogatus observa; ut quidquid mihi scripseris, ad me primum facias pervenire*. Augustinus vero acceptis Hieronymi litteris ab Asterio, illas suas ad eum reddidit; quarum est exordium (*b*): *Quamvis existimem*, &c. in quibus inter alia veniam petens, hæc ait: *Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi, ut si te læsi, dimittas mihi; ne me vicissim lædendo, malum pro malo reddas*: Et post alia: *Utinam mereremur amplexus tuos*, &c. Ex quibus plane intelligis, Deo dilectos, filios pacis, Ecclesiæ magistros eo animo in altercando fuisse, ut inter ipsos verborum graviores verberibus ictus, se tamen mutuo complecterentur, & furtivis charitatis osculis peterent.

(*a*) Hier. epist. 92.

(*b*) Aug. epist. 15. apud Hier. epist. 93.

LXVII. Porro ut his profitetur litteris Augustinus; haud pridem dederat ad Hieronymum per Cyprianum diaconum litteras, quæ extant; estque illarum exordium (*c*): *Ex quo cœpi ad te scribere*, &c. quibus & significavit suas esse duas illas priores, quibus superius dictæ correctiones conscriptæ haberentur; de quibus, & Hieronymus perierat certior reddi, num ejus essent: adjunxit vero & postremis his suis ad Hieronymum alias reprehensiones: videlicet, quod novam ex Hebræo translationem libri Job edidisset prorsus inutilem; quodque aliter quam Septuaginta haberent, vertens ex Hebraica veritate librum Jonæ, pro cucurbita, magno omnium scandalum, hederam posuisset: & quid in una Africanarum Ecclesiarum tunc contigisset, recenset his verbis: *Quidam frater noster Episcopus, cum lectitare instituisset in Ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, movit quiddam longe aliter abs te positum apud Jonam Prophetam, quam erat omnium sensibus memoriæque inveteratum, & tot ætatum successionibus decantatum: factusque est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus & inclamantibus calumniam falsitatis, ut cogeretur Episcopus (ea quippe Civitas erat) Judæorum testimonium flagitare. Utrum autem illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant. Quid plura? coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens post magnum periculum non remanere sine plebe*. Hactenus de his Augustinus: reciprocansque rursum per eamdem lineam stylum, affirmat eum utilius impensurum operam reddendo Græca Latinis, quam Hebraica; eoque nomine gratias agit de Evangelio ab ipso ex Græco in Latinum translato.

(*c*) Aug. epist. 10. apud Hier. epist. 88.

Novis censuris ab Augustino pulsatur Hieronymus.

LXVIII. At quantum temporis interlapsum sit, ex quo illas ab Augustino olim scriptas, & per Cyprianum diaconum iterum ad ipsum datas S. Hieronymus acceperit (*d*); plane ex ipsis Hieronymi ad Augustinum per eumdem Cyprianum tunc redditis litteris satis superque intelligi potest; nempe (quod admiratione quidem dignum est) duodecim annorum spatium intercurrisse: quod sane ex manifesta illa ratione deducimus, cum iisdem litteris ipse testetur S. Hieronymus (*e*), ejus exemplaria ad se perlata esse non antequam Sysinnius advenerit ex Galliis Hierosolymam, cum illuc missus est ab Exuperio Episcopo Tolosano: qui quidem ejus adventus contigisse monstratur sub sexto Arcadii Consulatu cum collega Probo: est is annus Domini quadringentesimussextus. Nam cum ipse S. Hieronymus in præfatione libri tertii in Amos affirmet se dictis Consulibus elaborasse commentarios in Zachariam ad Exuperium Tolosanum Episcopum; & in præfationibus trium librorum in Zachariam idem S. Hieronymus testetur de eodem Sysinnio tunc misso ab Exuperio Hierosolymam; plane necesse est affirmare, non ante dictos Consules Sysinnii adventum contigisse. Porro non alium hunc fuisse Sysinnium, qui exemplaria epistolæ Augustini ad Hieronymum attulit Hierosolymam, ab illo qui ab eodem Exuperio Tolosano Episcopo missus accepit a S. Hieronymo commentarios in Zachariam Prophetam sub dictis Consulibus elaboratos, ex eo quoque certo cognosci potest, quod ipse Hieronymus in litteris quas tunc pro defensione sua ad Augustinum scripsit, cum citat S. Joannem Chrysostomum, non eum dicit esse Episcopum, sed olim fuisse, atque esse jam desiisse: adeo ut necesse sit eam ab ipso pro sua defensione esse scriptam ad Augustinum epistolam, cum jam Joannes sede summotus esset, & in locum ejus alius suffectus: sunt enim in dicta epistola hæc Hieronymi verba (*f*): *Quid*, inquit, *dicam de Joanne, qui dudum in Pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, & proprie super hoc capitulo latissimum exaravit librum?* Quæ quidem ipsamet verba (ne arbitreris esse mendum in codice) repetit ipse Augustinus in sua ad Hieronymum responsione, ea epistola, cujus est principium (*g*): *Jampridem charitati tuæ*, &c. Sic igitur jam vides sedere desiisse Joannem Chrysostomum, cum illæ a Hieronymo scriptæ sunt litteræ ad Augustinum per Cyprianum, quibus de acceptis priorum litterarum exemplaribus a Sysinnio significaba-

Quam sero Hieronymus acceperit litteras Augustini.

(*d*) Hier. ep. 89. apud Aug. 11.

(*e*) Hier. ep. 91. 92.

(*f*) Hier. epist. 89.

(*g*) Aug. ep. 19. apud Hier. 97.

batur. Porro & illud liquet, eumdem Joannem Chrysostomum quadringentesimoquarto Domini anno sede depositum & in exilium missum esse: unde perspicias, optime convenire, eumdem hunc esse Sysinnium, quem constat Hierosolymam venisse sub dicto sexto Arcadii Consulatu, anno Domini quadringentesimosexto; indeque perspicue intelligas, non ante annos duodecim Hieronymum accepisse, non dico litteras, sed exemplaria litterarum, quas Augustinus scripserat: quibus & videas, quam proditorie cum eo tunc ab adversariis actum sit.

LXIX. Hieronymus redarguit Augustinum.

Sed non hic finis, immo potius exordium controversiarum fuit: siquidem acceptis tribus simul missis ab Augustino Hieronymus litteris, ipse iis quas per dictum diaconum Cyprianum reddidit, Apologiam validam quidem contexuit: qua cum ab omnibus objectis causam suam defendisset, redarguit insuper Augustinum, quod ejus sententiæ visus esset assertor, qua diceretur, Judæos ad Christum conversos uti licite legalibus potuisse: quod affirmare, nihil aliud esset, quam Cherinthi, Ebionis, & Nazaræorum hæresi adstipulari. Vice versa Augustinus his a Hieronymo pro sua ipsius defensione acceptis per Cyprianum diaconum litteris, necnon superioribus Firmo datis, quarum meminimus, prolixiorem illam rescripsit epistolam, quæ incipit: *Jampridem charitati tuæ*: qua inter alia purgat se ab eo errore, in cujus suspicionem apud Hieronymum venerat, quasi eadem sentiret cum hæreticis illis, qui Judaica pariter cum fide Christiana esse servanda antea docuissent: fatetur tamen, se minus perfecte esse locutum; intelligere autem voluisse, ea primis illis temporibus tolerata fuisse; quam suam ea de re sententiam jam ante contra Faustum scribens, plenius se declarasse testatur. Sed jam receptui post bellum canendum; immo & composito inter eos fœdere, & veritate in utroque vincente firmiori pace atque concordia stabilita, pro munere Deo laudes cum gloria concinendæ.

LXX. Charitas inter Hieronymum & Augustinum illibata servata.

Porro ut ab omni suspicione malæ mentis pravique animi S. Augustinum penitus liberemus, intelligamusque quam verissimum esse hæc omnia adversariorum arte fuisse composita, ipso aliter sentiente: præter illa quæ superius ingesta sunt ad hæc declaranda, accipe quæ ipse Augustinus ad calcem suarum primitus datarum epistolarum habet; ut intelligas quo animo in ejusmodi contentionis palæstra in arenam descenderit. Sunt hæc verba (a) ipsius, cum Profuturo simul cum litteris alia quædam scripta Hieronymo dederat perferenda: *Sane idem frater aliqua scripta nostra fert secum; quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram atque fraternam severitatem adhibeas quæso. Non enim aliter intelliga quod scriptum est (b): Emendabit me justus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat objurgator sanans, quam adulator ungens caput. Ego autem difficillime bonus judex lego quod scripserim; sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea, sed hæc malo audire a melioribus: ne cum me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potius mihi videar in me, quam justam tulisse sententiam.* Hæc ipse, volens sua scripta censuræ Hieronymi subjacere: quo animo perseverasse Augustinum immobilem usque ad finem, omnique observantia Hieronymum coluisse, innumera in iisdem epistolis sparsa sunt loca.

(a) Aug. epist. 8.

(b) Psal. 140.

LXXI.

In novissima eodem argumento conscripta, quantum ipse licet Episcopus detulerit Hieronymo presbytero, hac plane sententia declaravit (c): *Quamquam secundum honorum vocabula, quæ jam Ecclesiæ usus obtinuit, Episcopatus presbyterio major sit; tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est.* Major quidem Augustino Hieronymus non ætate solum, cujus ratione cum superioribus litteris filium nominat, sed & linguarum Hebraicæ & Græcæ peritia: verum & in sanctitate etiam puto Augustinum jure primas Hieronymo detulisse; quippe quem sciret ab exordio juventutis jugum Christi portare cœpisse, fidemque immaculatam servasse; se vero a fide naufragum diu per Manichæorum hæreses deviasse. Cum tot igitur prærogativis præstaret Hieronymus Augustino; videtur insulsa nimis illa quorumdam interpetratio; significare nimirum voluisse Augustinum, Hieronymum majorem fuisse, quod major esset dignitas Cardinalatus Episcopatu: quasi nihil præterea esset, quo excelleret Hieronymus Augustino, ut necessario ad Cardinalatum illa referenda sint verba: sed de Cardinalatu Hieronymi satis superius. Ad postremum ad significandam puram suam erga Hieronymum charitatem, timens Augustinus ne quid reliquum respersi ex livore pulveris in Hieronymi animo resideret, sequestrem adhibuit Præsidium sacerdotem, qui penitus ejus animam exploraret; ad quem ea de re epistolam scribens, hæc habet in fine (d): *Si ego, quod non debui, aut quo modo non debui, aliquid scripsi; non ad illum de me, sed ad me ipsum potius fraterna dilectione mitte sermonem; quo correctus petam, ut ignoscat, si meam culpam ipse cognovero.* Hæc ipse. At quanti e contrario fecerit ipse Hieronymus Augustinum, & quibus laudibus prædicaverit, inferius suis locis dictu-

(c) August. epist. 19.

Hieronymus in quibus Augustino major.

(d) Aug. epist. 16. apud Hier. 95.

ſturi ſomus Annalium tomo quinto, cum mutuo inter ſe datas litteras tempore ingruentis hæreſis Pelagianæ recenſebimus. Hic autem ſatis in unum congeſſiſſe cœptam hoc anno controverſiam, deductam vero ad annum ferme decimumquartum; ſimulque certo narrationis ordine in unum modo nos perdifficilem hiſtoriam ad rerum geſtarum facillorem intelligentiam, quam breviſſime licuit, complexos eſſe. Jam cætera quæ hujus ſunt anni acta reddamus.

LXXII. Paulini & Theraſiæ converſio.

Hoc eodem anno Paulinus Romanus, V. C. antiquæ nobilitatis decus, una cum Theraſia conjuge, ampliſſimo patrimonio in pauperes erogato, monaſticæ vitæ inſtitutum arripiens, Urbe admirante in Nolanum agrum receſſit. In cujus rei geſtæ narratione, a temporis certa ratione ſumentes exordium, hæc ipſa præſenti anno geſta eſſe, inde certam deducimus manifeſtamque adducimus auctoritatem, quod idem ipſe Paulinus in epiſtola quam dedit ad Auguſtinum adhuc presbyterum, mox vero eodem anno poſtea creatum Epiſcopum Hipponenſem, nempe anno ſequenti, quo contigit ad Epiſcopatum provehi, cum teſtetur ſe nonniſi annum habere, ex quo, abdicato ſæculo, Chriſtianæ philoſophiæ nomen dederit, licet ætatis annum quadrageſimum primum impleſſet; plane ſignificat, hoc anno, ſuæ ætatis quadrageſimo impleto, monaſticum induiſſe habitum, & vitæ monaſticæ inſtituta ſectari cœpiſſe. Sed jam ipſum iſta profitentem audiamus: ea enim epiſtola hæc habet (a): *Rege ergo parvulum in terra reptantem, & tuis greſſibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis quam ſpiritalis exortus ætatem conſideres. Quippe ætae mihi ſecundum carnem ea jam eſt, qua fuit ille ab Apoſtolis (b) in porta Speciosa Verbi poteſtate ſanatus* (nimirum annorum amplius quadraginta). *In natalibus autem animæ illius adhuc mibi tempus infantiæ eſt, quæ intentatis Chriſto vulneribus immolata digno ſanguine agni victimam præcucurrit, & Dominicam auſpicatu eſt paſſionem:* nempe anni unius temporis terminus; anniculum enim agnum ad Paſchalem victimam debere eligi, divina lege præceptum erat (c). His igitur figuris Paulinus aperte ſignificare voluit, ſe eo tempore, quo iſta ſcribebat, nempe anno ſequenti (ut dicetur) fuiſſe ætatis annorum quadraginta anius, quorum annum unum ſpiritalis natalis egiſſet in monaſtica diſciplina.

(a) Apud Auguſt. epiſt. 31.

(b) Act. 4.

Paulini ætas.

(c) Exod. 12.

LXXIII. Paulini epiſtolæ ad Auguſtinum tempus.

Sed unde colligimus, dices, ſequenti anno eam a Paulino ad Auguſtinum epiſtolam ſcriptam eſſe? ex eo nimirum ejus rei certum deducitur argumentum, dum ad Auguſtinum tunc presbyterum ipſo ſeribente, Auguſtinus jam tunc factus Epiſcopus ad ipſum Paulinum mox litteras reddidit: id enim ipſe Sanctus Auguſtinus affirmat (d). Porro Auguſtini ad Epiſcopatum promotionem ſequenti anno contigiſſe, Proſper nota Conſulum ſignat: cui enim cum Auguſtino magna fuit vitæ conſuetudo, ea de tempore ſedis ejus ipſem præteriiſſe minime potuerunt. Quod autem has litteras Paulinus ad Auguſtinum adhuc presbyterum dederit, ex verbis ejus fidem certam invenies, dum ibi hæc ait (e): *Si officium commune conſideras, frater es; ſi maturitatem ingenii tui & ſenſuum, pater mibi es, etſi forte ſis ævi junior, quia te ad maturitatem meriti honor ſeniorem provexit, & juvenem cana prudentia.* Ita ipſe: & inferius cum ſe eidem Auguſtino miniſterio ſociatum dicat æqualem, compresbyterum illum fuiſſe demonſtrat, ſicut etiam eum eumdem fratrem nominet Auguſtinum; nam presbyterum a presbytero, fratrem appellari conſueviſſe, Epiſcopum vero patrem, idem Paolinas eadem epiſtola ad Auguſtinum data declarat, appellans Alipium Epiſcopum Tagaſtenſem communem patrem; cum tamen quod ad ætatem ſpectat, ambo eſſent æquales. Quod autem tunc ad ea reſcripſerit Auguſtinus jam creatus Epiſcopus, in eadem ipſe teſtatur epiſtola (f). Sed & ex his illud obſerva: cum enim hoc anno ipſe ad Auguſtinum epiſtola Paulinus tradat ſe jam impleſſe quadrageſimum annum, ac proinde inchoaſſe quadrageſimumprimum; plane invenies ejuſdem prorſus ætatis ipſum cum S. Auguſtino fuiſſe, quem tempore quo fuit creatas Epiſcopus, liquet fuiſſe ætatis annorum quadragintaunius: id quidem ex deducta exacta ſuperius annorum ætatis ejus ratione perſpicoe demonſtratur: hæc vero ad tempus inſinuandam ſatis ſufficiant.

(d) Aug. epiſt. 34.

(e) Apud Aug. epiſt. 31.

(f) Aug. epiſt. 34.

LXXIV.

At quanti momenti res fuerit, tale de ſe ſpectaculum Urbi & Orbi exhibuiſſe in ſæculi abdicatione Paulinum, ex iis facile poteris intelligere, quæ S. Ambroſius eodem tempore ad Sabinum Placentinum Epiſcopum data ad iſtud ipſum ſignificandum epiſtola, his verbis exordiens narrat (g): *Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis, quam etiam conjugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat, qua redegit in pecuniam: & ipſe pauper ex divite factus, tamquam deoneratus gravi ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoque vale dicat, quo impenſius Deo ſerviat. Elegiſſe autem ſecretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans, ævum exigat. Matrona quoque virtuti ac ſtudio ejus proxime accedit, neque a propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcriptis in aliorum jura ſuis prædiis, virum ſequitur, & exiguo illic conjugis contenta ceſpite,*

(g) Ambr. epiſt. 36.

De converſione Paulini elogium S. Ambroſii.

spite, solabitur se religionis, & charitatis divitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migrasse a Senatu, interceptam familiæ nobilis successionem? ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant, si quando Isidis suscipiant sacra: si forte Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni vestem mutaverit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam esse in mendacio observantiam, in veritate negligentiam, ut confundantur plerique attentiores ad sacrosanctam religionem videri, non considerantes vocem dicentis (a): *Qui me confusus fuerit coram hominibus, confundam & ego eum coram Patre meo, qui est in cælis, &c.* Hæc ipse: quibus plane vides Paulinum atque Therasiam habitum mutasse, cum vitam monasticam una pariter auspicati sunt: quam quidem innovationem merito idem Paulinus novum natale suum appellat, dum se hoc anno genitum secundum interioris hominis renovationem, scriptis ad Augustinum litteris profitetur.

(a) Luc. 9.

LXXV. Paulinus quo modo Aquitanus dictus.

Sed antequam de Paulino quæ sunt reliqua prosequamur, elucidandus est locus Ambrosii, quo ait, Paulinum in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secundum: ne quis ex his putet illum origine Aquitanum fuisse potius, quam Romanum, quem inter Senatores Romanos claruisse, & inter omnes nobilitate fuisse conspicuum, idem affirmat, quod & Ausonius (ut dicetur) sæpe confirmat. Quamobrem quod ipse S. Ambrosius de Paulino dicat, in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secundum; ad amplissimum patrimonium quod ille in Aquitania possideret, ubi & habitate sæpe soleret, visus est alludere voluisse, secundum ea quæ itidem Ausonius de ipso Paulino scribit. Contingebat hoc tempore, sicut olim, nobiles Romanorum in provinciis longe ab Urbe positis latifundia possidere; ut S. Hieronymus (b) tradit de S. Paula, & Symmachus (c) suis testatur epistolis in Mauritania Cæsariensi plurima jugera possedisse; itidemque de Pammachio ex S. Augustini (d) epistola constat; quod & de aliis horum æqualibus affirmari potest, ut de antiquioribus Romanorum dicere prætermittamus. Quod igitur in eadem provincia Aquitania alii quoque Romani Cives latissima rura possiderent, sed ab horum nemine superaretur Paulinus; ea de causa Ambrosius de ipso ait, in partibus Aquitaniæ in possessione agrorum nulli secundum fuisse.

(b) Hier. epist. 27.
(c) Sym. l. 7. ep. 66.
(d) Aug. epist. 134.

LXXVI. Restituitur textus Ambrosii.

Hæc autem cum optimo jure dici possint; puto tamen vitio librariorum inversam esse periodum: nimirum, ut cum ibi apud Ambrosium sic legitur; *Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus*, &c. ita sit restituendum: *Paulinum splendore generis nulli secundum in partibus Aquitaniæ venditis facultatibus* &c. cui quidem lectioni favet in primis, quod cum ipse Ambrosius amplissimum Senatorem significet fuisse Paulinum, familia nobilissima, ac Romana prosapia eademque clarissima natum prædicet; plane res tanta minuitur, immo penitus extenuatur, si secundum priorem lectionem legerimus eum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secundum, cum etsi primus inter nobiles illius regionis excelluisset, haud tamen comparandus fuisset cum aliquo Romanorum antiquæ familiæ; nec sane dignus satis, ut de eo Gentiles Romæ Senatores talia tantaque, quod ad generis nobilitatem spectat, ista emphasi prædicarent: *Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta eloquentia præditum, migrasse a Senatu, interceptam familiæ nobilis successionem.* Haud enim par est, ista jactari de nobili Aquitano; qui & inter ejus provinciæ nobiles non primus eniteat, sed reliquis coæquetur. Arridet insuper posteriori lectioni, quod idem Ambrosius inferius dicat, agrum Nolanum minime ab eo fuisse distractum; sicque non omnes ab eo agros venditos fuisse, sed dumtaxat eos quos amplissimos possidebat in partibus Aquitaniæ, voluerit demonstrasse: vel etsi cæteros omnes, excepto Nolano, vendiderit, Aquitanos tamen satis fuerit nominasse, qui omnium latissimi haberentur.

LXXVII. Paulinus unus idemque cum eo quem Ausonius celebrat.

Est insuper, ut ex ejusmodi S. Ambrosii de Paulino elogio illud pariter assequaris, non alium esse hunc Paulinum qui in agro Aquitano prædia vendidit, & Nolanum secessum una cum conjuge petiit, ab illo ad quem extant complures Ausonii Galli viri Consularis epistolæ versibus conscriptæ: illum ipsum namque Paulinum Ausonii pernecessarium sæculo nuncium remisisse, & cum conjuge idem vitæ institutum suscepisse, petiisseque perfectioris vitæ gratia Nolanum agrum, ex versibus ipsorum ultro citroque datis satis intelligi posse perspicitur.

LXXVIII.

Patere, lector, amabo te, orationi de tanto viro oblectanti, se liberiores ad cursum habenas laxari, ejusque exordium vitæ repetere usque ad ejusdem anno præsenti res gestas; erit, ut tu quoque magnam ex iis capias voluptatem. Scimus Paulinos inter alios Senatores Christianos in Urbe celebres a Prudentio adversus Symmachum agente recenseri his versibus (e):

Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit

(e) Prudent. advers. Symmach. lib. 1.

Prom-

Paulini fideles.

Prompta fides dare se Christo, stirpemque superbam
Gentis patriciæ venturo attollere sæclo.

Præter hunc autem de quo agimus, claruere Constantini temporibus Paulini duo senior atque junior; quorum prior Consulatum gessit cum Juliano, eo ipso anno, quo Nicænum Concilium celebratum est, qui est Domini trecentesimus vigesimusquintus: posterior vero post annos octo una cum Optato itidem Consulatum ordinarium est consecutus. De majori adhuc Ethnico ejusmodi vetus reperitur inscriptio (a):

(a) Recitat Panvin. in Fast.

Paulini Seniores.

HERCULI. INVICTO
M. JUNIUS. CÆSONIUS. NICOMACHUS
ANICIUS. FAUSTUS. PAULINUS

De minori autem, cum aurata statua donatus est, ejusmodi extat egregium monumentum (b):

(b) Describit Smet. pag. 70. n. 1. necnon Panv. in Fast.

ANICII. JUN.
ANICIO. PAULINO. JUN. C. V
PRO. COS. ASIÆ. ET. HELLESPONTI
CONSULI. ORDINARIO. PRÆF. URBI
VICE. SACRA. JUDICANTI. OB
MERITUM. NOBILITATIS. ELOQUII
JUSTITIÆ. ATQUE. CENSURÆ. QUI
BUS. PRIVATIM. AC. PUBLICE
CLARUS. EST. PETITU. POP. R
TESTIMONIO. SENATUS. JUDICIO
D. D. N. N. TRIUMPHATORIS. AUG
CÆSARUMQ. FLORENTIUM
STATUAM. SECUNDAM. AURO
SUPERFUSAM. LOCARI. SUMPTU
PUBLICO. PLACUIT

Quod inter alios magistratus una cum Præfectura Urbana junctum legis: VICE. SACRA. IVDICANTI: intelligere debes, quod ex quo Christiani Principes titulum abjecere Pontificis Maximi, jus Pontificium sacra judicandi ad Urbis Præfectos transtulere: quod & ex Symmachi litteris de judicio exercendo ab ipso Urbis Præfecto adversus Vestalem Primigeniam virginem lapsam, superius dictum est.

LXXIX. Paulini Anicianæ familiæ.

Habes ex his pariter inscriptionibus Paulinos itidem fuisse Anicianæ familiæ germen: a qua haud putamus nostrum excludendum esse Paulinum, licet Pontius prænomine dictus sit: sicut nec excluditur senior Paulinus, quod Faustus ea inscriptione nominatus inveniatur. Cæterum Prudentium, qui sub Honorio adversus Symmachum (ut diximus) duos illos libros scripsisse cognoscitur, cum Paulinos celebrat, ad Paulinum de quo agimus, cujus fama vigebat illustris, respectum potissimum habuisse, nulla penitus dubitatio esse debet. Fuisse pariter nostrum Paulinum Melaniæ clarissimæ feminæ Consularis affinem, ipse ad Severum (c) de illa scribens affirmat: hæc de Paulini genere.

(c) Paulin. ad Sever. epist. 10.

LXXX. Paulinus Burdigalæ natus.

Sed & celeberrimi viri cunabula quoque petamus. Burdigala fuit illi natale solum: pluribus namque Romanis contigisse in provinciis diversis occasionibus nasci, multa exempla suppetunt, ut recens de Ambrosio, qui est natus in Galliis, cum parens ejus in eis gereret Præfecturam. Burdigalæ igitur natus, ibi ab Ausonio Gallo illic publice profitente rhetoricis atque poeticis institutus est facultatibus, ab eodemque paternis frequentatus officiis, prout ex ejusdem Ausonii ad ipsum datis litteris declaratur, ac primo cum versibus illis eum voluit salutari (d):

(d) Auson. ep. 20.

Dic &, Valere; dic, Avere te jubet
Amicus & vicinus & fautor tuus,
Honoris auctor, altor ingenii tui:
Dic & Magister, dic Parens, dic omnia
Blanda atque sancta charitatis nomina:

& alibi (e):

(e) Auson. epist. 23.

Paulinus ab Ausonio litteris excultus.

—— Nec dedignare parentem
Adfari verbis. Ego sum tuus altor, & ille
Præceptor primus, veterum largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi:

& Paulinus ad eum (f):

(f) Paulin. ep. 39. apud Auson. ep. 2.

Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,
Linguæ, & togæ, & famæ decus,
*Provectus, altus *, institutus debeo,*
Patrone præceptor, pater.

* auctus.

LXXXI.

At quod ait, a se Paulinum auctum honore, provectumque altius; ad illud spectare puto, quod Paulinus ab Ausonio

nio bene instiiutus, dignos evaserit, cui magistratus amplissimi crederentur. Etenim fuisse ante Ausoniom Paulinum insignitum ordinario Consulato, his versibus in epistola (a) ad eum coascripta declarasse visus est:

(a) Auson. epist. 2.

Paulinus Consul ordinarius.

Quamquam & Fastorum titulo prior, & tua Romæ
Præcessit nostrum sella curulis ebur.
Et quæ jamdudum tibi palma poetica pollet,
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.
Longævæ tantum superamus honore senectæ, &c.

Quod de titulo Fastorum ait, & subdit de sella cutuli Romæ consecuta; plane excluditur quod de Fastis municipalibus quis fortasse dicere potuisset, in illis Burdigalæ Paulinum scriptum, ibique primarios consecurum fuisse honores. Quamobrem hinc plane constat Consulatum ordinarium significare voluisse: nam suffecti Consulatus nequaqoam Fastis anootabantur, secundum illud Prudentii (b):

(b) Prudent. lib. 1. contr. Symmach.

—— Fastorumque arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære.

& alibi (c):

(c) Idem l. 2.

Consulibus dat condere Fastos.

Consulum enim ordinariorum tantum id honoris erat: nam quod spectat ad exteros Consules allectos, vel suffectos; nequaquam eorum nominibus consignabantur anni, verum sub quibus Consulibus Consulatum gessissent (ut idem ait Ausonius in gratiarom actione pro suo consulatu) quærendum erat. Sed & quod alibi idem his versibus scribit (d):

(d) Auson. ep. 24.

Paulinum Ausoniumque viros, quos sacra Quirini
Purpura, & auratus trabeæ velavit amictus:

plane significat eodem Consulatu ordinario functum esse Paulinum, quo Ausonius, ambos nimirum aurata trabea induros esse: fuisse namque auro textam trabeam Consularem, idem ipse Ausonius docet (e).

(e) Auson. in gratiar. action. pro suo Consul.

LXXXII. Sed quonam anno ante Ausonii Consulatum Paulinus illum ipsum magistratum obierit, ignoratur, nisi dixerimus, quod cum omnes Fastorum laterculi certis reperiantur signati Consulibus, unus vero ex eis careat Consulum nota, adscribaturque post Consulatum Gratiani Augusti & Equitii, par est existimare Paulini Consulis nomine atque collegæ illum fuisse signatum. Hæc de Paulini Consulatu ex Ausonio ipso dicta sunto, cui puto refragarorum neminem.

LXXXIII. Paulini præfectura Urbana.

Reperitur insuper Paulinus gessisse Præfecturam Urbanam sub Consulatu Gratiani quinto & Theodosii; ad eum enim duo (f) sub iisdem Consulibus data habentur rescripta: quem hunc ipsum, de quo agimus, fuisse Paulinum, facile inducimur ut credamus. At qualia quantaque hæc? omnia tamen propter Christum Paolinus missa fecit, sicut & molto studio antea quæsitas musas: & licet pluribus provocaretur ab Ausonio versibus scriptis epistolis, tacere nihilominus animo statuit. Quamobrem succensuit in ipsum Ausonius: qui eum duabus inter scribendum sugillasse visus est notis; priori nempe illa, quod obsequeretur conjugi, quam eam ob causam, quod imperare videretur marito, appellat Tanaquilem, ut cum ait (g):

(f) l. 4. & 5. de scænic. Cod. Theod.

(g) Auson. epist. 23.

—— Tanaquil tua nesciat istud;

Quæ Ausonius in Paulinum.

ex qoibus conjicere licet quam eximiæ sanctitatis femina fuerit uxor Paolini Therasia: cum ab Ausonio creditum sit, ab ipsa Paulinum ad sanctiorem vitam excolendam fuisse perductum. Posteriori vero illa nota Ausonius subinfensus sugillavit (h) Paulinum, quod atræ bilis morbo, qoam Græci vocant melancholiam, velut alter Bellerophontes laboraret, atque propterea secessisset; musasque penitus abdicasset. Ita iste, ut carnalis adhuc homo, nesciens quæ sunt spiritus, a melancholia inductæ insaniæ tribuit sublimem illam Christianæ religionis philosophiam, quam Paulinus una cum conjuge, divino afflati ambo simul numine, arripuerant.

(h) Auson. epist. 25.

LXXXIV. Quid carnales in Spirituales objectare soleant.

Sic quidem Ausonius in Paulinum, ut assolent hodie sæculi sectarores; qui cum vident aliquem adolescentem spretis cum nobilitate divitiis, caris suis, & domo paterna cum flore juventæ, selectum vitæ genus sectari, mox illud olim in Christum a suis dictum inclamant (i): *Hic versus est in furorem.* Quæ item in Paulino sugillat Ausonios, eum nimirum Bellerophontis laborasse morbo, cum abdicato sæculo arripuisset vitæ monasticæ institurum; eadem plane in omnes Christianos monachos solita fuisse objectari a Gentilibus, Rutilius & ipse Ethnicus fidem facit, ubi hæc de Insulæ Capraríæ monachis:

(i) Marc. 3.

Sic nimiæ bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophonteis sollicitudinibus.

At sanctus Paulious, cum ad Ausonium rescripsit, rogat ut ab his abstineat contu-

tumeliis; atque post multa de initæ vitæ ratione hos habet versus (a):

(a) Paulin. ad Auson. ep. 4 & apud Auso. ep. 3.

Ne me igitur, venerande parens, his ut male versum
Increpites studiis; neque me vel conjuge carpas,
Vel mentis vitio. Non anxia Bellerophontis
Mens est: nec Tanaquil mihi, sed Lucretia conjux.

Sed & alia epistola eleganti metro sic Paulinus, quod objurgabat Ausonius, excusat (b):

(b) Paulin. ep. 3 & apud Auso. ep. 1.

Quid abdicatas, in meam curam, pater,
Redire Musas præcipis?
Negant Camenis, nec patent Apollini
dicata Christo pectora:
& paulo post:
Nunc alia mentem vis agit, major Deus;
Aliosque mores postulat:

& quæ sequuntur.

Certe quidem musis se abdicasse visus est Paulinus; quas olim adeo luculenter excoluerat, ut in poeticis facultatibus ipsum egregium poetam superaret Ausonium: quod liberaliter absque invidia idem ipse Ausonius profitetur his versibus (c):

(c) Auson. epist. 20.

Cedimus ingenio quantum præcellimus ævo:
Assurgit Musa nostra Camœna tuæ:

Cæterum ablegavit (quod mirandum est) a se Paulinus tersas illas, comptasque musas: retinuit vero rusticam & incomptam atque raucisonam, quæ satis visa ad laudes Deo canendas, qui cordis potius, quam chordarum numeris delectatur, & magis fide, quam fidibus collaudatur.

LXXXV. Ausonius Christianus.

Quod vero ad ipsum Ausonium spectat, illud non prætereat, fuisse ipsum quidem Christi cultorem: quod pluribus declaratur carminibus, quibus vel divinum numen deprecatur, vel Paschalia festa celebrat. Immo qui & a tenellis unguiculis a Christianis sacris virginibus suis materteris educatus est, par est credere imbutum fuisse ab eis etiam pietate: fuerunt enim hæ, Æmilia, Hilaria, & Julia Cataphronia; quas dum celebrat (d) epigrammatibus, testatur eas virgines Deo devotas in sancta consenuisse virginitate. Cæterum negari non potest eumdem Ausonium tum de diis, tum de amatoriis rebus quamplurima cecinisse, ob eamque causam visum esse nonnullis potius Gentilem, quam Christianum hominem. At de Ausonio satis: redeamus ad Paulinum.

(d) Auson. in Parent. epigram. 6. & 26.

LXXXVI. Ubinam autem, quove tempore, & a quo Paulinus baptizatus, atque insuper quando presbyteratu initiatus fuerit, satis ipse docet epistola sequenti anno ad Alipium data, in qua hæc habentur (e): *Quod enim*, inquit, *indicasti jam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te didicisse, cum illic initiareris: fateor curiosius me velle condiscere, ut ex omni parte te noverim, quo magis gratuler; si a suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem invitatus es, vel ad sacerdotium consecratus, ut eumdem ambo videamur habere auctorem. Nam ego etsi a Delphino Burdigalæ baptizatus; a Lampio apud Barcinonam in Hispania, per vim inflammatæ subito plebis sacratus sim; tamen Ambrosii semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotii ordine confoveor. Denique suo me clero vendicare voluit, ut etsi diversis locis degam, ipsius presbyter censear:* hæc de se ipse; qui & ad Severum scribens (f): *Nos modo*, ait, *in Barcinonensi (ut antea scripseram) civitate consistimus. Post illas litteras, quibus rescripsisti, die Domini quo nasci carne dignatus est, repentina (ut ipse testis est) vi multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correptus, & presbyteratu initiatus sum (fateor) invitus, non fastidio loci: nam testor ipsum, quia & ab æditui nomine & officio optavi sacram incipere servitutem; sed ut alio destinatus, alibi (ut scis) mente compositus & fixus, novum insperatumque placitum divinæ voluntatis expavi.* Ita Paulinus.

(e) Apud Aug. ep. 35.

Paulini vitæ progressus.

(f) Paulin. ep. 6.

Paulinus quomodo coactus ordinari presbyter.

LXXXVII. Quanti autem ponderis æstimarit munus presbyteratus quem acceperat, ipsum audi, cum addit: *Data igitur cervice in jugum Christi, video majora me meritis & sensibus opera tractare, jamque arcanis & penetralibus Dei summi receptum & insertum communicare cælestia, & Deo propius admotum in spiritu ipso Christi & corpore & splendore versari. Vix adhuc intellectum sacræ molis capio mentis angustiis, & onus muneris mei conscius infirmitatis horresco. Sed is qui sapientiam parvulis dedit, & ex ore infantium atque lactentium perfecit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere, & munus ornare, ut se dignum faciat, quem ab indigno vocavit. Scito tamen, voti communis, eodem Domino præstante, salvam esse rationem. Nam ea conditione in Barcinonensi ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi ecclesiæ non alligarer: in sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum ecclesiæ dedicatus.* Hæc ad Severum idem Paulinus, cum discessionem pararet jam cum ipso Severo condictam, anhelans ad Nolanum secessum: quod jam consistens in Hispania mente conceperat, memor admirandi Felicis, qui ibi colitur, martyris; quem longe positus precibus frequentabat, apud quem residere, eidem-

De Nolano S. Paulini recessu.

eidemque jugiter deservire statuerat. Tradit hæc quidem ipse in primo ejusdem sancti Felicis Natali, quod dum anno superiori in Hispania ageret, jam propediem discessurus, his versibus cecinit (*a*):

(a) Paulin. in Natal. 1. S. Felicis.

Paulinus custodus S. Felicis.

Pande vias faciles, da currere mollibus undis,
Et famulis famulos a puppi suggere ventos,
Inque tuo placidus nobis sit limine portus:
Illic dulce jugum, leve onus, blandumque feremus
Servitium sub te Domino. Etsi justus iniquis
Non egeas servis, tamen & patiens & amabis
Qualescumque tibi, Christo donante, dicatos:
Et foribus servire tuis, tua limina mane
Munditie curare fines, & nocte vicissim
Excubiis servare piis, & munere in isto
Claudere promeritam defesso corpore vitam:

Hæc ipse cum adhuc in Hispania versaretur, animo tamen Nolam, ædesque S. Felicis tenens, quem ante recedens ab Italia inviserat; suaque ei vota dicarat: & licet per multa annorum spatia abesse contigerit; numquam tamen ejus oblivio ipsam tenuit, prout idem ipse in secundo Natali refert, dum ait:

—— tua tempore longo
Lustra cucurrerunt, ex quo solemnibus istis
Coram vota tibi, coram mea corda dicavi:

sed displicuit Ausonio longa ista in Hispaniis mora Paulini, prout epistola ad eum scripta testatus est.

LXXXVIII. Reditus Paulini in Italiam.

Recedenti vero ex Hispaniis jam creato presbytero, contigit in itinere conferre se Mediolanum, invisereque S. Ambrosium, a quo cooptatus est in clerum Mediolanensis Ecclesiæ (ut superius diximus) eo fortasse animo, quod post se eum cuperet habere in cathedra successorem: cum more majorum de gremio eligi Episcopi consuescerent. Mediolano autem recedens Paulinus, patrium solum repetens, Romam se contulit: ubi antequam Nolanum secessum, quem diu concupierat, festinus adiret, sarcinam rerum temporalium, qua sentiret se gravatum, deponeret; sicque omni solutus vinculo, ad optatam requiem, animique tranquillitatem columbæ alis protinus convolaret. Sed quid Romæ passus sit, ex ipso audiamus, qui in epistola quam sequenti anno (ut ex ipsius testificatione apparet) scripsit ad Severum Sulpicium, cum jam annum Nolæ egisset, dum eum hortabatur ut veniret ad S. Felicis, hæc habet (*b*): *Multa sunt quæ ad nos invitare te, & de patria debeant sevocare: præ cæteris amor pacis & fuga zeli, qui maxime conspectu aut vicinia æmulæ conversationis accenditur. Denique a nobis Romæ zelotyporum incendia clericorum longinquitas Urbis extinguit; & omnis illis iniquitas obstruit os suum: quia per absentiam inde nostram, quasi subducto fomite, segnis odiorum flamma frigescit; nec in vocem audet erumpere, licet dentibus frendat invidia, dum iniquitatis suæ conscia ipsa se erubescit, nec in promptu habet ubi faces lividæ mentis accendat. Pax tamen Dei, quæ præcellit omnem sensum, abundat in sordibus plurimorum, & opus Dei Salvatoris in nobis Campania tota veneratur. Romæ quoque pauci, etiam in clero ipso, a quo solo videmur scandalizari, morsu invidiæ commoventur. Sed Domino gratias, qui & mihi miserrimo peccatori suo dedit dicere: Quoniam oderunt me gratis* (*c*):

(b) Paulin. ep. 1.

Patitur invidiam Paulinus Romæ.

(c) Ps. 34.

LXXXIX. Paulini justæ querelæ.

Quod tamen ad me pertinet: cum (*d*) *ipsis quoque qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum: si quis enim vult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Horum tamen ipsorum, qui nos odisse & a consortio sanctitatis suæ segregare dicuntur, vix ad nos tenuis fama perlabitur; & ab auribus nostris spinarum sepe munitis, ut aura frigida, vel importunum vacui culicis murmur excluditur. Sed plenius indicare poterunt conservi nostri, pueri tui, quantum nobis gratia Dominicæ detrimentum faciat Urbici Papæ superba discretio: qui paucis ipsis diebus, quibus interfuere, viderunt quam assidua nos, quam sedula solicitorum fratrum monachorum, Antistitum, clericorum, atque etiam ipsorum sæpe sæcularium officia toto illo nostro ægritudinis tempore celebraverint: quod apud unanimitatem tuam, de Dominica tamen gratia, cujus hoc quoque opus & munus est, gloriari licet. Nemo propemodum tota Campania Episcoporum non visitare nos fas existimavit sibi: & quos infirmitas vel necessitas aliqua devinxerat, missis vice sua clericis & litteris affuerunt. Afri quoque ad nos Episcopi revisendos, prima æstate miserunt.* Hæc hactenus ipse: ex quibus primo videas post legationem Africanorum Episcoporum, quam sequenti anno contigisse dicemus, has datas esse ad Severum a Paulino (ut nuper diximus) litteras.

(d) Ps. 68.

XC. Paulinus quæ a Siricio Romæ passus.

Jam puto, sentis, lector, quem Paulinus per Urbicum Papam intelligat; non alium quidem, quam qui tunc Romanæ præerat Ecclesiæ Pontificem, ipsum Siricium, quem infensum absque causa ali-

qua

qua, ut ait, pati coactus fuerit. Accidit plane, sanctum Paulinum juste conqueri de Siricio Papa, atque aliis nonnullis Romanæ Ecclesiæ clericis, de quibus etiam conquestum vidimus sanctum Hieronymum; quod sæpe superius diximus. Ut plane acciderit hac ex parte male audire Siricium; quod adversus adeo insignes sanctitate & doctrina viros obique spectatos fuerit commotus: Sed quanam causa? Num quod non receperit ipsum inter clericos in Ecclesia, quem ab alio ordinatum esse sciebat; idque sit quod idem Paulinus ait: *Urbici Papæ superba discretio?* Vel fortasse ideo Siricius illi succensuit, quod ordinatus statim fuerit ex laico presbyter: quod ne fieret a quovis Episcopo, idem Siricius data Epistola ad Orthodoxos, adhibita contestatione admonuisset? At si hoc crimen fuit, in Episcopum Barcinonensem Lampium culpa rejicienda fuit: Paulinus enim (ut ipse sæpe testatur) vim passus est. Sed & in tanto viro veniale hoc, sicut in Ambrosio & aliis, qui non ad presbyteratum tantum, verum etiam ad Episcopatum ex laicis cathecumenis inviti provecti sunt. Verum cum hæc omnia quæ passus est Romæ Paulinus, idem ipse livori tantum adscribat & invidiæ; illud opinandi haud levem affert occasionem: nimirum quod adveniente ipso Paulino Romam post tam longum spatium temporis, omnium oculi in ipsum conversi fuerint, obstupescentium præ miraculo, cum viderent Consularem virum presbyterum factum, mox in monachum transformandum, celebri concursu tum civium, tum etiam exterorum frequentatum officiis: etenim ejus fama illis veluti quodam classico excitatis, factus ast ad eum invisendum frequens undique concursus non Romanorum dumtaxat civium, sed & peregrinorum Antistitum, ex partibus etiam transmarinis properantium, nec privato tantum munere, sed etiam publicarum functione legationum. Hæc, inquam, tot tantaque nonnullorum moverunt invidiam (ut ait) livorem induxerunt, excitaverunt & iram. Cum ille pacis filius, sic male affectis animis nullo opportuniori remedio (ut ipse addit) occurrendum putavit, quam maturata ab Urbe discessione: quod & faciendum Severo proposuit, qui tunc in patria iisdem invidiæ ictibus vexabatur.

XCI. Qui Romæ Paulinum coluerint.

Cæterum qui de aliquibus ipse Paulinus juste conquestus est, nonnullorum quoque Urbis clericorum commendat exhibita erga se charitatis officia; inter quos fuisse Anastasium Romanæ Ecclesiæ tunc presbyterum, postea vero Pontificem, non dubium est: coluisse hunc Paulinum ejus testificatione dicemus: istud ipsum quoque fecisse Domnionem insignem virum illum, cujus est frequens memoria in litteris ad eum scriptis a S. Heronymo: Paulinum enim eo usum fuisse familiarissime, ipse testatur epistola ad Alipium; appellatque ipsum, virum sanctissimum atque parentem (a). Alios itidem ejusdem studii Christiana charitate complexos esse Paulinum, Pammachiumque, & illi similes favisse Paulino, quis dubitat? Consuluit autem sibi & illis ipse prudens, instar Jacob, absentia, quantocyus potuit in agrum Nolanum se conferens, ubi in obsequio Martyris, magnæ turris ædificandæ solida supra firmam petram jaceret fundamenta: quod fecit, perfecitque feliciter opus, hoc anno inchoatum in abdicatione amplissimarum divitiarum.

(a) Paulin. ep. 35. apud Aug. to. 2.

XCII.

Cum has erogaret in pauperes, ex eis illam subduxit partem, qua erigeret Fundanam basilicam; de qua construenda, scribens ad Severum, sic animi sui consilium aperit (b): *Fundis nomen oppido est; quod æque familiare mihi fuit, dum maneret possessia, quam illic usitatiorem habui. Itaque vel ad pignus quasi civica charitatis, vel ad memoriam præteriti patrimonii, basilicam dare in ipsa oppido, quoniam & indigebat, ruinosam & parvam habens, voti fuit. Praptarea & hos versiculas adjiciendos putavi, quas illi in hoc oppida dedicandæ basilicæ paravimus. Nam adhuc in opere est, sed propitio Dea dedicationi propinqua: quod tamen ea mihi maxime ratia persuasit, quia & in hujus apside designatam picturam meus Victor adamavit, & portare tibi voluit, si forte & unam de duabus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua æque apsidem factam indicavit, &c.* Subdit carmina, quibus qualis esset pictura illa describitur, nosque alibi ad ostendendum antiquum usum pingendi sacras in ecclesia imagines recensuimus.

(b) Paulin. epist. 12.

De Fundana Basilica.

XCIII. Reliquiæ Martyrum in ecclesia collocatæ.

Sed & de sacris sanctorum martyrum collocatis ibi reliquiis hæc in eadem epistola: *Verum hanc quoque basilicam de benedictis Apostolarum & martyrum reliquiis sacri cineris, in nomine Christi sanctorum sancti, & martyrum martyris, & dominorum Domini consecrabunt: ipse enim testatus est se vicissim Confessarum suorum confessorem futurum.* Vides, lector, pristinum usum; ereptam nempe basilicam, ornatam sacris imaginibus dedicari solemniter solitam, sed non sine reliquiis sanctorum martyrum. Putas ne tu (dic libere) esse sanctiores Paulino recentiores apostatas, qui ista contemnunt; ut hos potius sequaris, quam ipsum, quem cum Urbe pariter admiratus est Orbis, ac sancti Patres qui tunc claruere, summis laudum præconiis celebrarunt, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac deinde Gregorius, ut de aliis inferioris ordinis dicere prætermittamus? Inhærebo ego volens libensque Paulino: utinam & merear

vi-

vitæ moribus sublimi ipsius Christianæ philosophiæ proximus cultor accedere. Tu si aliter sentis, tibi sapias; quale cujusque opus fuerit, ignis probabit. Sed quænam ibidem ab ipso fuerint sacræ reliquiæ collocatæ, his ipse versibus explicat:

Reliquiæ positæ in Fundana Basilica.

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
Regia purpureo marmore crusta tegit.
Hic & apostolicus præsentat gratia vires
Magnus in parvo pulvere pignoribus.
Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas,
Martyr & illustris sanguine Nazarius,
Quosque suo Deus Ambrosio post longa revelat
Sæcula Protasium cum pare Gervasio.
Hic simul una pium complectitur arcula cœtum,
Et capit exiguo nomina tanta sinu.

Reliquias autem istas haud pridem inventas ab Ambrosio, ab eodem accepit omnes, præter Andreæ atque Lucæ; quorum corpora inventa & translata vidimus ab Achaja Constantinopolim sub Constantio in basilicam Apostolorum.

XCIV. Vitæ institutum Paulini in agro Nolano.

Quam vero arduum arripuerit in agro Nolano vivendi genus (ne quis putet eum ruri agentem vitam duxisse lautam & otiosam) epistolæ ipsius ad Severum conscriptæ significant (a). Fuisse quidem professos tum Paulinum tum Therasiam conjugem vitam monasticam, S. Hieronymus epistola ad eumdem Paulinum postea scripta expresse testatur: quod enim quæ inhærebat ei conjux seorsum vitam monasticam agens, usu conjugii jam desiverat esse uxor, idem S. Hieronymus eam sororem, non autem conjugem ipsius appellat (b). Ut autem ambo renuncianres sæculo & mutato habitu, abdicatis divitiis, professi vitam monasticam, agrum Nolanum elegerint; id ex sententia videtur S. Hieronymi factum esse: etenim cum idem Paulinus litteris eumdem consuluisset de loco, num expediret, ut id genus vitæ Hierosolymis excolerent; tunc idem S. Hieronymus eam de institutione monastica ad Paulinum ipsum dedit epistolam, qua revocans a proposito Hierosolymam veniendi, hortatus est potius ut ab urbibus remotum locum deligerent ad habitandum. Ipsam quidem epistolam scriptam esse antequam Paulinus agrum Nolanum peteret, multa sunt quæ indicant: immo datam præsenti anno fuisse, ex eo quoque possumus intelligere, dum de Vigilantio hæc habet in fine: *Sanctum Vigilantium presbyterum qua aviditate susceperim, melius est ut ipsius verbis, quam meis discas litteris: qui cur tam cito a nobis profectus sit, & nos reliquerit, non possum dicere, ne lædere quempiam videar*, &c. Porro ipsum Vigilantium, qui adhuc sub habitu sancto latebat inter Catholicos, Hierosolymis fuisse hoc anno mense Septembris, tempore immensi illius terræmotus, ejusdem Hieronymi auctoritate suo loco nuper dictum est. Putamus quidem nebulonem istum bishypocritam secutum esse Paulinum ex Hispaniis Romam redeuntem, eumdemque ab ipso acceptis litteris ad S. Hieronymum profectum esse Hierosolymam: qui ex parte aliqua detexisse visus est non rectam pravi hominis mentem; quam ob causam eum non ferens Vigilantius, cito recessit, inimicus illi redditus, quem & scriptis (ut suo loco dicemus) exagitavit; cum postea opportuno tempore, quod coquebat in stomacho, in necem aliorum virus evomuit. At de Vigilantio modo hactenus.

(a) Paulin. ep. 1. pr pe finem, & ep. 7. & 24.

(b) Hier. epist. 13.

XCV.

Quod ad Paulinum spectat: longe alius ille est Paulinus ad quem scribir S. Hieronymus epistolam CIII. *de libris divinæ Scripturæ*, ab hoc de quo agitur, ad quem extare diximus epistolam ejusdem Hieronymi decimamtertiam de institutione monachi: siquidem illum hortatur ipse Hieronymus Hierosolymam proficisci, hunc autem a proposito procul revocat. Nec est quod quis dicere possit, evenire potuisse, ut quem aliquando ad profectionem hortatus est, postea nova adveniente causa eumdem revocet: nam si ad unum eumdemque eas quis velit datas fuisse epistolas, in earum posteriori necessario habenda mentio prioris erat, immo & ratio reddenda, cur contraria superioribus scriberet. Sed sunt & alia, quæ eosdem inter se Paulinos discriminant. At de his hactenus: continget enim inferius quinto tomo de eodem Paulino Nolano Episcopo sæpe mentionem haberi.

XCVI. Severi Sulpitii dignum exemplum

Accidit eodem ferme tempore aliud Paulino persimile exemplum edi a Severo Sulpitio Romano Cive, viro illustri in Galliis agente, & monasticum vitæ genus arripiente: dignum plane memoria laudeque summa consilium, de quo ad ipsum scribens, ita Paulinus (c), cum sua jam extenuasset summisso animo: *Tu*, inquit, *frater dilectissime, ad Dominum miracula majore conversus es; quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonii gravior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro, id est, fori celebritate diversans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti servile peccati jugum, & lethalia carnis, & sanguinis vincula rupisti. Neque te divitiæ de matrimonia familiæ Consularis aggestæ, neque post conjugium peccandi licentia, & cælebs juventa ab angusta salutis introitu, & arduo itinere virtutis in mollem illum, & spatiosum multorum viam revocare potuerunt*, &c. Inhæsit Severus S. Martino, cujus monitis & exemplis nu-

(c) Paulin. ad Sever. ep. 1.

nutriebatur in fide: sic vero se abdicavit a sæculo, ut filios in sanctitate educaret, prout idem Paulinus alia ad eum epistola scripta testatur (*a*).

(a) Paulin. epist. 5.

XCVII.

Sed & Tetradii viri clarissimi admiratione digna fuit conversio: hic primum Ethnicus, quanto fastu tumidus esset ex Ausonii ad eum versibus accipe, quibus ait (*b*):

(b) Auson. epist. 25.

Tetradii clarissimi viri conversio.

Cur me supino pectoris fastu tumens
Spernis poetam Consulem?
Tuique amantem, teque mirantem, &c.

Quo modo autem hic opera S. Martini ad Christianam fidem sectandam conversus sit: Severus, de quo nunc egimus, in rebus gestis S. Martini ita describit (*c*): *Eodem tempore, Tetradii cujusdam Proconsularis viri servus dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo Martinus ut ei manum imponeret, deduci eum ad se jubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit; ita in advenientes rabidis dentibus sæviebat. Tum Tetradius ad genua beati viri advolvitur, orans ut ad domum, in qua dæmoniacus habebatur, ipse descenderet. Tum vero Martinus negare se profani, & Gentilis domum adire posse: nam Tetradius eodem tempore adhuc Gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondet se igitur, si de puero dæmon fuisset exactus, Christianum fore. Ita Martinus, imposita manu puero, immundum ab eo spiritum ejecit. Quo viso, Tetradius in Dominum Jesum credidit, statimque catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, semperque Martinum salutis suæ auctorem miro coluit affectu.* Hæc de Tetradio Severus.

(c) Sever. in Vit. S. Martin. c. 16.

XCVIII.

Claruisse autem in Gallia his ipsis temporibus præter S. Martinum alios complures insignes sanctitate Episcopos, idem qui supra Paulinus testatus est: cujus epistolæ, quæ desideratur, fragmentum a Gregorio suæ intextum habetur historiæ his verbis (*d*): *Si enim hos videas dignos Domino sacerdotes, vel Exuperium Tolosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdigalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Engolismæ, vel Venerandum Arvernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pagatium Petrogoriis (utcumque se habent hujus sæculi mala) videbis profecto dignissimos totius fidei religionisque custodes.* Hæc ipse de iis, quos invisisse, novisse, consuetudinemque cum iisdem habuisse in longa illa ac diutina sua peregrinatione putamus. His addendus est S. Mauritius Episcopus Andegavensis a S. Ambrosio lector ordinatus, & a S. Martino monastica institutione excultus, & presbyter consecratus, ac deinde invitus ordinatus Episcopus; cujus mirifica Acta (*e*) adhuc extant. At de his modo hactenus.

(d) Greg. Turon. hist. Franc. l. 2. c. 13.

Episcopi qui in Galliis claruere.

(e) Apud Sur. tom. 5. die 13. Sep.

XCIX.

Corollarium vero rebus gestis anni hujus addamus ex Sozomeno, qui ad finem Imperii Theodosii, in quo versamur, de sanctissimo viro Donato Episcopo in Epiro hæc habet (*f*): *Hac memoria multi multis in locis per orbem terrarum inter Episcopos præclari extiterunt; ut Donatus Evoreæ Epiri, quem & alia multa mirabilia fecisse testantur indigenæ, & illud maxime, quod in draconis interfectione præstitit, qui in Chamægephyris, quas vocant, ad viam regiam lustrum habebat, & oves, & capras, & boves, & equos, nec non & homines, & alia rapiebat. Neque enim ille vel gladium, vel hastam ferens, vel aliud aliquod telum habens, hanc belluam adortus est: sed cum illa eum adventantem sensisset, & caput veluti impetum factura exeruisset; signum Crucis adversus ipsam aeri digito inscripsit, & illi in faciem exspuit. Illa sputo in os accepto, statim concidit; ac mortua jacens amplitudine non minor apparuit iis serpentibus qui visuntur apud Indos. Siquidem (ut ego quidem accepi) octo jugis in proximum campum extractam indigenæ combusserunt, ne putrefacta aerem inquinaret, & morbos pestilentes gigneret. Donato huic sepulcrum est insigne templum ab ipso denominatum; prope quod etiam fons est aquis uberrimis scaturiens, quem, cum antea non esset, Deus illius precibus exoratus edidit: erat enim is locus prorsus aridus. Nam cum ille aliquando ex itinere huc advenisset, fertur sodalibus ejus aquæ defectu laborantibus, effossa manibus terra orasse, & simul ad votum aquam uberem scaturivisse, & ab eo tempore defecisse nunquam.* Hæc Sozomenus; qui & subdit de Theotimo, Epiphanio, & aliis, de quibus nos alibi opportunius dicturi sumus quinto Annalium tomo.

(f) Sozom. l. 7. c. 25.

De S. Donato Episcopo.

Chri-

JESU CHRISTI ANNUS 395. | SIRICII PAP. ANNUS 11. | THEODOSII IMP. ANNUS 17.

I. Consulatus duorum fratrum.

CHristi annus trecentesimus nonagesimusquintus duorum germanorum fratrum Consulatu, Olybrii atque Probini, Fastis adscribitur: in quorum Consulatus auspiciis Claudianus carmen panegyricum cecinit, ubi hæc inter alia (a):

(a) Claud. carm. de Consul. Olyb. & Probini.

Jam nova germanis vestigia torqueat annus
Consulibus, lætique petant exordia menses:

& ad finem.

Omni nobilior lustro tibi gloria soli
Contigit; exactum numquam memorata per ævum,
Germanos habuisse duces:

Idque meritis patris Probi de Imperio Romano optime meriti consecutos esse fratres adolescentes, idem pluribus tradit, natosque esse illos ex Probo & Proba parentibus confirmat. Coluit ambos hos adolescentes Symmachus, quos & frequentare officiis conatum esse, epistolæ ipsius ad utrosque simul scriptæ testantur (b).

(b) Symmac. li. 5. ep. 65. 66. 67. 68. 69.

II. Anicii, Probi, & Olybrii clarissimi Christiani.

At præstat hic, antequam anni hujus res gestas attingamus, Aniciorum Proborum & Olybriorum vetera monumenta hinc inde non sine magno labore collecta proferre: nam quod Christiani fuerint, & magni quidem nominis, celebratique pariter magna laude a majoribus nostris sanctis Patribus; plurimum plane conferet ad eorum quæ iidem de his scripsere elucidationem, vetera de iisdem monumenta describere. Libenter patere, lector, in his aliquantulum detineri. Si enim consideres e Perside sapientes venisse viros (quod superius dictum est ex Paulino in rebus gestis S. Ambrosii) ut Romæ Probi spectarent amplitudinem; avidiori sane animo nostrum hunc laborem accipies. Quod enim jam, ad calcem tomum perduximus, liceat in his aliquantulum spatiari, non tamen inaniter & otiose, sed operose ac pariter fructuose. Quod igitur ad hæc in primis spectat; accipe quæ Prudentius his versibus cecinit (c) de Anicio, ex quo Probi, atque Olybrii:

(c) Pruden. adv. Symmach. l. 1.

Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis
Illustrasse caput: sic se Roma inclyta jactat.
Quin & Olybriaci generisque & nominis hæres,
Adjectis Fastis, palmata insignis ab aula,
Martyris ante fores Bruti submittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim.

Ad hos item ipsos pertinet quod S. Hiero-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1148. Olymp. 293. an. 3. *secundum Baronium* Olymp. 293. A.C. 395.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5888.

☉ 12. G. ☽ 16. P. 25. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 395.

SIRICII PAPÆ 12.

ARCADII 13. ET 1. HONORII 3. ET 1.

I. *Consules.*

[1] ANum. I. ad XXI. Coss. *Olybrius & Probinus*: uterque Occidentalis, ut ex mox dicendis liquet.

II. *Familia Consulum hujus anni.*

Baronius in Annalibus occasione *Olybrii & Probini* fratrum, hujus anni Consulum Ordinariorum, quorum majores a Sanctis Patribus celebrati, multa habet de *Aniciis*, *Probis*, & *Olybriis*, quæ ex Reinesii epistola 69. ubi Aniciorum genealogiam exhibet, illustranda & corrigenda. *Sex. Anicius Petronius Probus*, qui, ut ostendit Baronius, Proconsul Africæ fuit, ac Præfectus Prætorio Italiæ, Illyrici, Africæ & Galliarum, Consulatum gessit anno CCCLXXI. cujus uxor fuit *Anicia Faltonia Proba*, quam Baronius cum *Faltonia Proba Poetria* perperam confundit, ut liquet ex Inscriptionibus apud Gruterum 5. & 6. pag. 352. & 1. pag. 353. Eam laudat Hieronymus epistola ad Demetriadem; quemadmodum & Claudianus de Con-

---

NOTÆ [1] COss. *Olybrius & Probinus*, seu *Anicius Hermogenianus Olybrius*, & *Anicius Probinus*. De utriusque Consulatu Claudianus Poeta. His *Sexti* prænomen tribuunt nonnulli. Alia nomina habes in Gruterianis lapidibus pag. CCCLII. 5. 6. CCCLIII. 1. CCCL. 2. 3. Bini horum Consulum lapides leguntur apud Baronium hoc anno n. VII. Ambo hi consules, filii fuerunt *Anicia Faltonia Proba*, & *Sex. Anicii Petronii Probi* Consulis A. D. 371. quod patet ex inscriptionibus apud Baronium, & late comprobat Justus Fontaninus de antiquitatibus Hortæ lib. II. cap. IV. pag. 249. Hæc autem *Faltonia Proba* tres filios consules vidit. Hinc apud D. Hieronymum in epistola ad Demetriadem: *Proba illa omnium dignitatum & cuncta nobilitatis in urbe Roma nomen illustrius &c. quam trium liberorum Probi, Probini, & Olybrii non fatigarunt ordinarii consulatus*. Ea marito *Petronio Probo* præmortuo epitaphium posuit, quod habes apud Baronium ad A. D. 450. n. III.

Vulgati Fasti: *Anicio & Probino*. Blanchinus notam geminati consulatus *Probino* addit; qua de causa ignoratur. Prosperi Chronicon editum & MS. *Olybrio & Probino*; ita & laterculus Paschalis MS. in fine Gennadii.

(a) Hier. epist. 8.

ronymus (a) ait: *Nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda sunt nomina, & illustris Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus, aut rarus est, qui non meruerit Consulatum: aut proferendus Olybrius virginis nostræ pater, quem immatura morte subtractum Roma congemuit.* Eadem de frequentibus in ea familia Consulatibus Claudianus habet consentientia Hieronymo, his versibus (b):

(b) Claud. carm. de Consul. Olybr. & Probi.

——quæcumque requiris
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.
Per fasces numerantur avi, semperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,
Continuum simili servantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum tentat, licet ære vetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem.

III. De Anicio Probo.

His generatim dictis, jam reliqua prosequamur. At primum quod spectat ad horum germanorum Consulum parentes, inde vero quæ ad filios pertinent, dicenda sunt. Meminit de probo frequenter Ammianus, ejusque nobilissimi magistratus Præfecturæ Prætorii sæpius iteratæ, nec non Ausonius, Symmachus, & alii. Hujus in Urbe summum splendorem Paulinus in Ambrosii Vita describit, nosque superius meminimus. Gessit hic Consulatum una cum Gratiano anno Domini trecentesimo septuagesimoprimo: delegas-

seque eumdem hunc Probum diximus Ambrosio provincias Æmiliam atque Liguriam, cum ipse Prætorii Præfecturam administraret.

IV.

Porro (quod majus existimari debet) una cum nobilitate, opum affluentia, atque amplissimorum magistratuum splendore, egregias conjunctas habuit cum Christiana religione virtutes; quod tum alii testantur, tum Claudianus docet his versibus (c):

(c) Claud. ibid.

Probi virtutes.

——virtutibus ille
Fortunam domuit, numquamque levantibus alte
Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio servare vigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat, populis undare penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluvios superabat Iberos,
Aurea dona vomens, &c.

V.

De eodem Probo hæ leguntur inscriptiones in basibus statuarum, quæ hoc ipso anno ab iisdem filiis Consulibus sunt eidem dedicatæ (d):

(d) In adibus Cæsiis ad Vaticanum.

Z SE-

PAGIUS

Consulatu Probini & Olybrii, a versu 277. Procopius lib. 1. Hist. Vandalicæ cap. 2. scribit, eam *Alarico* Romam dedisse, ut legere est apud Baronium anno CCCCX. numero XVIII. Avia fuit, scilicet paterna, *Demetriadis*, ex Hieronymo in epistola laudata, ac mater *Anicii Probi* anno CCCCVI. Consulis ordinarii, *Anicii Probini*, & *Anicii Hermogeniani Olybrii* hoc anno Consulum ordinariorum. *Probinus* vivente etiamnum matre, sed capta urbe profuga, obiit, ut recte Baronius ostendit. At *Olybrius* ante matrem & captam ab Alarico Romam, ut Hieronymus in epistola citata [1].

III.

Anicia Juliana Tutania Anicia Juliana dicta apud Gruterum 2. pag. 353. nupsit *Quinto Clodio Hermogeniano Olybrio*, ut ibidem videre est, eratque filia *Anicii Juliani*. Quare decipitur Baronius, dum Q. Clodium Hermogenianum Olybrium Turaniæ maritum cum *Anicio Hermogeniano Olybrio*, & conjugem illius cum hujus uxore *Anicia Juliana* confundit, ac alibi *Julianam* Demetriadis matrem, filiam *Probæ* facit, memoriæ lapsum imputans Hieronymo, qui *Demetriadem* e filio Probæ Anicio Hermogeniano natam scripserat. Error ipsi natus e Lapidibus Gruterianis 6. pag. 352. 1. pag. 353. 3. pag. 450. in quibus *Anicius Hermogenianus Olybrius*, & *Anicia Juliana* Sex. Petronii Probi, & Faltoniæ Probæ *filii devotissimi* nominantur; cum vocabulo filiorum ibi maritus, quippe natura filius, & uxor seu nurus significentur, non frater & soror genitura; & præter tres filios, *Olybrium*, *Probinum*, & *Probum*, filia *Proba*, *Probaque* nulla fuerit, ut ex Hieronymo epist. 8. apparet. Baronium ipsa *Julianæ* & *Demetriadis* tempora, quæ ex Innocentii Pontificis Romani, Chrysostomi, Hieronymi

Olybrius Consul, Probæ filius, pater Demetriadis, conjux Julianæ.

NOTÆ

[1] Pagii lapsus quidam in hoc de Aniciis argumento notandi & expungendi sunt. Probam illam poetriam appellat Faltoniam, cum Falconiam nuncupent veteres quique Scriptores apud Fontaninum de Antiquitatibus Hortæ lib. 2. cap. 4. Sed vicissim & Fontaninus ipse errat, afferens Probam Falconiam a Pagio filiam dici Probi filii Alipii Coss. anno 477. non enim Alipii hujus neptem, sed filiam constituit. Insuper errat Pagius reputans ab Isidoro assignatum fuisse Probæ Faltoniæ in Patrem Probum Adelphium, nam illum non patrem sed maritum Faltoniæ appellat idem Isidorus.

Statuæ erectæ Probo titulus.

SEXTO. PETRONIO. PROBO. V. C.
PROCONSULI. AFRICÆ
PRÆFECTO. PRÆTORIO
QUATER. ITALIÆ. ILLYRICI
AFRICÆ. GALLIARUM
CONSULI. ORDINARIO
PATRI. CONSULUM
ANICIUS. PROBINUS. V. C.
CONSUL. ORDINARIUS
ET. ANICIUS. PROBUS. V. C.
QUÆSTOR. CANDIDATUS
FILII, MUNUS. SINGULARI. RELIGIONI
DEBITUM. DEDICARUNT

Sed & duo alii filii, nempe Olybrius Consul & Juliana, aliam illi statuam dedicarunt; in cujus basi hæc inscriptio legitur:

Probi magistratus.

SEXTO. PETRONIO. PROBO
ANICIANÆ. DOMUS
OULMINI. PROCONSULI
AFRICÆ. PRÆFECTO
PRÆTORIO. QUATER
ITALIÆ. ILLYRICI. AFRI
CAE. GALLIARUM. CON
SULI. ORDINARIO. CON
SULUM. PATRI. ANICIUS
HERMOGENIANUS
OLYBRIUS. V. C. CONSUL
ORDINARIUS. ET. ANI
CIA. JULIANA. C. F. EIUS
DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARUNT

VI. Hæc supersunt monumenta Probi ex statuis in ejus memoriam erectis. Quæ autem in ipsius sepulcro inscriptiones repertæ sunt, his subjiciemus. Quoto vero Domini anno ipsum mori contigerit, haud satis exploratum habetur. Illud autem sepulcrales ejus tituli nos docent, baptizatum esse proxime moriturum, sepultumque in Vaticano post apsidem basilicæ S. Petri, constructo ibi instar templi nobili ædificio, egregiis hinc inde suffulto columnis; in quarum epistyliis legebantur scripta epitaphia, versibus ab ipsa conjuge Proba Faltonia poetria clarissima femina elaborata. Perseveravit Memoria illa integra, licet neglecta, usque ad Nicolai Papæ V. tempora; quando idem Pontifex amplioribus spatiis exædificare no-

Probi sepultura ubi.

PAGIUS nymi, Augustini, & Alipii Episcoporum ad eas epistolis colligere licet, movere poterant, ne *Olybrio* anno trecentesimo septuagesimo nono Consuli eas conjugem & filiam poneret. Cum Hieronymus *Demetriadem* de immaturo obitu patris ejus, qui Consul fuisset in pueritia, nimirum anno currenti, & non vidisset patriam corruentem; quod contigit anno CCCCIX. verba facit: *Ne*, inquit, *sanctæ matris vulnus exasperem*, sc. *Proba*, quæ cum nuru & nepte, direpta a Gothis Urbe, in Africam profugerat, & mox de eadem ait; *Pius filem*. Filius igitur Probæ *Olybrius*, pater Demetriadis, conjux Julianæ; & *Juliana* non filia Probæ, sed nurus, conjux *Anicii Hermogeniani Olybrii*, non *Clodii Hermogeniani Olybrii*. Et quomodo in eum, qui ab anno Christi CCCLXV. usque ad Consulatum anno CCCLXXIX. in suprema dignitate & potentia, domi forisque fuisset, & ætate provecta, scilicet Hermogenianum Olybrium convenire poterit, immatura morte subtractum esse, & quidem paulo ante Urbis memoratum casum; quod expresse de patre Demetriadis refert Hieronymus? Hæc Reinesius laudatus, apud quem integra Aniciorum Familia legenda.

IV. Faltonia Proba Poetria.

Faltonia Proba Poetria perperam cum *Faltonia Proba* trium Consulum ordinariorum matre a Baronio confusa. Reinesius in Familia Aniciorum observat, *Faltonium Probum Alipium* Præfectum Urbis fuisse sub Theodosio Magno anno CCCXCI. existimatque, hunc *Alipium* patrem fuisse Alipii Prætoris sub *Joanne Tyranno* anno CCCCXXIV. de quo loquitur Olympiodorus. In Fastis legitur *Alypius Consul* anno CCCXLVII. qui potuit pater esse Probæ Poetriæ; cum Isidorus lib. de Viris illustribus cap. 5. tradat, hanc Poetriam filiam fuisse *Probi Adelphii*. Quicquid sit, hæc *Faltonia* a superiori diversa, & quæ Baronius in medium adducit, ut probet unam & eandem esse, contrarium insinuant.

Baronius n. XIII.

novam basilicam Principis Apostolorum primus aggrediens, templum illud Probi, quod illius apsidi jungebatur, demolitus est: prægrandes vero lapides, sicut & columnæ in alium usum conversi sunt; sicque male consultum antiquitati, ut sicut ipsa ædes, ita inscriptiones penitus periissent: nisi opportune quidem, nec sine Dei nutu accidisset, ut ante sex menses quam structura nobilis demoliretur, Maffæus Vegius ejusdem basilicæ canonicus templum illud, ut ipse testatur, adierit, opusque egregium admiratus, sed contemptum dolens, versus in epistyliis positos jam musco oato desuper obductos exacte descripserit una cum aliis etiam ibi repertis epitaphiis: quæ simul collecta hactenus asservantur in ejusdem basilicæ bibliotheca, ex qua hic tibi ipsa describimus, collatis exemplaribus, mendisque vitio scriptoris illapsis penitus expurgatis; sic enim se habent:

Epitaphium ad Sepulcrum Probi.

EXIMII RESOLUTUS IN ÆTHERIS ÆQUORE TANTUM
CURRIS ITER CUNCTIS INTEGER A VITIIS
NOMINE QUOD RESONAS IMITATUS MORIBUS ÆQUE
JORDANE ABLUTUS NUNC PROBUS ES MELIOR
DIVES OPUM CLARUSQUE GENUS PRÆCLARUS HONORE
FASCIBUS INLUSTRIS CONSULE DIGNUS AVO
BIS GEMINA POPULOS PRÆFECTUS SEDE GUBERNANS
HAS MUNDI PHALERAS HOS PROCERUM TITULOS
TRANSCENDIS SENIOR DONATUS MUNERE CHRISTI
HIC EST VERUS HONOS HÆC TUA NOBILITAS
LÆTABARE PRIUS MENSÆ REGALIS HONORE
PRINCIPIS ALLOQUIO REGIS AMICITIA
NUNC PROPIOR CHRISTO SANCTORUM SEDE POTITUS
LUCE NOVA FRUERIS LUX TIBI CHRISTUS ADEST
O NUNQUAM DEFLENDE TUIS CUM VITA MANERET
CORPORIS ATQUE ARTUS SPIRITUS HOS REGERET
PRIMUS ERAS NULLIQUE PATRUM VIRTUTE SECUNDUS
NUNC RENOVATUS HABES PERPETUAM REQUIEM
CANDIDA FUSCATUS NULLA VELAMINA CULPA
ET NOVUS INSUETIS INCOLA LIMINIBUS
HIS SOLARE TUOS QUANQUAM SOLATIA MOESTA
GRATIA NON QUÆRAT GRATIA CHRISTE TUA
VIVIT IN ÆTERNA PARADISI SEDE BEATUS
QUI NOVA DECEDENS MUNERIS ÆTHERII
VESTIMENTA TULIT QUO DEMIGRANTE BELIAL
CESSIT ET INGEMUIT HIC NIHIL ESSE SUUM
HUNC TU CHRISTE CHORIS JUNGAS CÆLESTIBUS ORO
TE CANAT ET PLACIDUM JUGITER ASPICIAT
QUIQUE TUO SEMPER DILECTUS PENDET AB ORE
AUXILIUM SOBOLI CONIUGIOQUE FERAT

hactenus epitaphium Probi, quod mox sequebatur aliud ejusdem Probi simulque Probæ conjugis exaratum his versibus in epistyliis adversæ partis ordinis columnarum:

VII. Aliud epitaphium Probi & Probæ.

SUBLIMES QUISQUIS TUMULI MIRABERIS ARCES
DICES QUANTUS ERAT QUI PROBUS HIC SITUS EST
CONSULIBUS PROAVIS SOCERISQUE ET CONSULE MAJOR
QUOD GEMINAS CONSUL REDDIDIT IPSE DOMOS
PRÆFECTUS QUARTUM TOTO DILECTUS IN ORBE
SED FAMA EMENSUS QUIDQUID IN ORBE HOMINUM EST
ÆTERNOS HEU ROMA TIBI QUI POSCERET ANNOS
CUR NON VOTA TUI VIXIT ADUSQUE BONI
NAM CUM SEXDENOS MENSIS SUSPENDERET ANNOS
DILECTÆ GREMIO RAPTUS IN ÆTHRA PROBÆ
SED PERIISSE PROBUM MERITIS PRO TALIBUS ABSIT
CREDAS ROMA TUUM VIVIT ET ASTRA TENET
VIRTUTIS FIDEI PIETATIS HONORIS AMICUS
PARCUS OPUM NULLI LARGUS AT IPSE FUIT
SOLAMEN TANTI CONIUX TAMEN OPTIMA LUCTUS
HOC PROBA SORTITA EST JUNGAT UT URNA PARES
FOELIX HEU NIMIUM FOELIX DUM VITA MANERET
DIGNA JUNCTA VIRO DIGNA SIMUL TUMULO.


Porro tumulum ipsum Probi ibidem inventum esse, cum sub eodem Nicolao Pontifice novæ construendæ basilicæ fundamenta effoderentur; idem Vegius, qui vidit, affirmat; traditque una cum ossibus auri copiam ex aureis vestibus aliisque sepulcralibus ornamentis simul inventam: denique addit, ipsum sarcophagum sacris imaginibus sculptum tunc fuisse translatum in sacellum S. Thomæ Apostoli; quod extat in ipsa Vaticana basilica, ad fontis baptismatis usum aptatum: quod opus usque hodie perseverat; ossa autem, quæ intus inventa sunt, in cœmeterio Vaticano recondita fuisse.

VIII. Justa Auctoris querela de memoriis dirutis.

Talit ista antiquitatum naufragia ætas illa: cujus temporis hominibus Romæ ugentibus si innotuisset, qualis extiterit Probus, Probaque conjux, & qualis ejus filia Juliana, & neptis sancta Demetrias; quantumque Ecclesia Catholica horum fuerit opibus sublevata, ac præclaris virtutibus illustrata; quorque etiam quantisque insuper eædem sanctissimæ feminæ sanctorum Patrum præconiis fuerint celebratæ; certe quidem semper viventes ejusmodi memorias reliquissent, coluissentque debito venerationis officio: & licet construendæ novæ molis causa inde eorum monumenta dimoveri necessitas compulisset; eadem tamen alio translata, sarta tecta integre custodita servassent, neque in alium quamtumlibet sacrum usum quoquo modo transferri aliquando passi fuissent.

IX. Probi sepulcrum sanctorum imaginibus sculptum.

At qui Probi & Probæ cum aliis inscriptionibus hic etiam sepulcralia tibi reddimus epitaphia; sepulcrorum quoque formas formis (ut vides) expressas hic pariter tibi exhibendas curavimus; at in omnibus sit venerandæ antiquitati prospectum; & in quo passa visa est detrimentum, postliminio (quantum fas est) ipsa restituatur antiquitas, at sic nobilia Probi atque Probæ sepulcra libenter lector inspectes, anteriorem videlicet sarcophagi faciem, qui a lateribus quoque persimiles his sculptas habet imagines: In quibus in primis medium locum occupat ipsa veneranda Salvatoris effigies atque sanctorum Petri & Pauli, cæterorumque Apostolorum. Talibus namque piis ornamentis sua ipsorum ornare monumenta Christiani studebant.



Quam vero cernis in Christi imaginis dextera gemmatam Crucem, ejusdem Prudentius meminit his versibus, cum Romam alloquitur (a):

Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

(a) Pruden. cont. Symmach. l. 1.

Sed & Joannes Chrysostomus (b) ait solitam fuisse effigiari Crucem ex auro, margaritis, ac gemmis; ut scirent omnes, Crucem sontium olim suppliciis infamatam, ipso visu horrendam, ore nefandam, & horrore cavendam; ex quo eam pro salute hominum Christus Redemptor noster sponte subiit, jam fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam, atque gloriosam.

(b) Jo. Chrys. in hom. de ador. Cruc.

X.

Huic adjungendam putavimus ulterius sarcophagi ibidem reperti typis expres-

sam

sam anterioris itidem faciei imaginem: quod creditur esse sepulcrum Probæ ac Julianæ: peramplum enim est: extat ipsum translatum ad opus figlinum post ecclesiam S. Martæ apud apsidem S. Petri positam in Vaticano: In quo quas cernis ad pedes Christi feminas inclinatas, alteram earum Probæ, Julianæ vero alteram imaginem esse, perfacile conjectura possumus intelligere.



XI. *Sacrarum imaginum usus.*

Ne tibi otiose hæc spectanda proposita lector existimes; attende quanta existant, quibus proficias. Nam quod ad ipsa epitaphia pertinet; habes in primis ad calcem prioris inscriptionis, cum rogatur anima Probi esse adjumento conjugi atque proli, piam Catholicæ Ecclesiæ traditionem, adjuvari viventes precibus defunctorum, usu receptam, exemplo probatam, sancte religioseque antiquitus custoditam. Habes insuper & sacrarum imaginum usum Christi potissimum, & Apostolorum, etiam in sepulcris exhibitum: cujus rei Romæ in primis exempla innumera supperunt. Et ne putes eas exsculptas tantum fuisse sepulcris, sed illis ecclesiarum parietes caruisse; adhuc licet inspicere in Titulo Pastoris Siricii Papæ, qui his diebus Romanam Ecclesiam gubernabat, partem saltem musivi operis egregie compacti, quo Christi Redemptoris, pariterque duodecim Apostolorum venerandæ imagines exprimuntur in apside; sicut in aliis antiquis ecclesiis ubique locorum eadem vetustatis monumenta est facile reperire.

XII. Sed ne alio longius digrediatur oratio, quæ ab Olybrio & Probino fratribus anni hujus Consulibus ad Probum parentem se convertit; probe consulitur, si a Probo ad Probam, piam ipsorum matrem, eadem revertatur. In primis vero, ut sanctorum Patrum elogiis, qualis quantaque fuerit ista mulier, innotescat; de ea hæc accipe a S. Hieronymo, qui ait (a): *Proba illa, omnium dignitatum, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius; cujus sanctitas, & in universos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit: quam trium liberorum, Probini, Olybrii, & Probi, non fatigarunt ordinarii Consulatus.* Hæc Hieronymus. Hanc ipsam religione venerandam etiam S. Augustinus commendat, eum ipsa petente, ad eam scripsit epistolam, seu potius tractationem, *De videndo Deum*. Laudat hanc eamdem Joannes Chrysostomus, quod suæ communionis homines Constantinopoli Romam profugos domo exceperit ac benigne habuerit, ut suo loco dicturi sumus. Sed quæ in commendationem ipsius Ethnicus poeta Claudianus habeat, accipe (b), ne putes nostros tantum Christianæ feminæ laudes prosecutos esse:

De Anicia Proba.

Sic Proba præcipuo natos exornat amictu,
Quæ decorat mundum, cujus Romana potestas
Fratibus augetur: credas & ab æthere lapsam
Stare pudicitiam, vel sacro thure vocatam
Junonem Inachiis oculos advertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Græca vetustas.
Conjuge digna Probo: nam tantum cætibus extat Fe-

Laudes Probæ.

(a) *Hier. ep.8.*

(b) *Claud. carm. de Consul. Olybr. & Probin.*

Femineis, quantum supereminet ille maritos.

Hæc ipse de Proba, quæ, vivente adhuc viro, centonem illum de Testamento novo & veteri scripsit; in cujus fine hæc habet:

——— celebrate faventes
Hunc socii morem sacrorum: hunc ipse teneto
O dulcis conjux: & si pietate merentur,
Hac casti maneant in religione nepotes.

XIII. Pietas Probæ.

Ex his videas, nihil antiquius fuisse sanctissimæ feminæ, quam Christianam religionem ad posteros suos transmittere. Sed cum ex antiquis memoriis appareat Faltoniam Probam poetriam oxorem fuisse Probi; undenam recentiori Isidoro (a) accidit, ut eamdem Adelphii Proconsulis conjugem fuisse dicat? & unde insuper illis qui sentiunt cum Isidoro, est quod dicant, Probo fuisse cognomentum Adelphium? certe in antiquis monumentis nullatenus reperiri datur, Probum Adelphium dictum esse, sed tantum Anicium Sextum Petronium Probum. At quæ de eadem Proba Faltonia in antiquis veterum inscriptionum monumentis reperiantur bis subdamus.

(a) Isidor. lib. de Vir. illustr. cap. 5.

XIV.

In duabus basibos statuarum ejusdem pene formæ atque mensuræ una eademque reperitur inscriptio in ædibus Cæsiis apud Vaticanam basilicam in quarum primæ frontispicio hi versus brevioribus characteribus scripti leguntur (b):

(b) Excuderunt forma Plantin. pag. 71. num. 1.

CONSIMILES. FRATRUM. TRABEIS. GESTAMINA. HONORUM.
TERTIA. QUÆ. DEDERANT. ADDIDIMUS. TITULIS
DILECTÆ. PROBUS. HÆC. PERSOLVIT. MUNERA. MATRI
RESTITUENS. STATUIS. PRÆMIA. QUÆ. DEDERAT. & infra:

Inscriptio statuæ Probæ.

ANICIÆ. FALTONIÆ
PROBÆ. AMNIOS. PINCIOS
ANICIOSQUE. DECORANTI
CONSULIS. UXORI
CONSULIS. FILIÆ
CONSULUM. MATRI.
ANICIUS. PROBINUS. V.C
CONSUL. ORDINARIUS
ET. ANICIUS. PROBUS. V.C
QUÆSTOR. CANDIDATUS
FILII. DEVINCTI
MATERNIS. MERITIS
DEDICAVERUNT

Quod hoc epitaphio tribuitur Probæ decoranti Anicios, id ipse Ausonius (c) Gallus tribuit ejus viro Probo versu illo:

(c) Auson. ep. 11.

Stirpis novator Amniæ,
Paribusque comis infulis
Anicorum stemmata.

Sed de Faltonia Proba alia rursus io iisdem ædibus sic se habet Inscriptio in basi statuæ collocatæ.

Alia inscriptio de Proba.

ANICIÆ. FALTONIÆ
PROBÆ. FIDEI. NOBILITA
TIS. ANTIQUÆ. ORNA
MENTO. ANICIANÆ
FAMILIÆ. SERVANDÆ. ET
DOCENDÆ. CASTITATIS
EXEMPLO. CONSULUM
PROLI. CONSULUM. MATRI
ANICIUS. HERMOGENIANUS
OLYBRIUS. V.C
CONSUL. ORDINARIUS
ET. ANICIA. JULIANA. C.F
EJUS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARUNT

Insuper hæc in alia basi ibidem posita:

De eadem Proba.

ANICIÆ. FALTONIÆ
INLUSTRISSIMÆ. ET
SANCTISSIMÆ

CAS-

CASTISSIMÆ. FEMINÆ
HERMOGENIANUS. OLYBRIUS
V.C. CONSUL. ORDINARIUS
ET. ANICIA. JULIANA C.F
D. D

Porro Olybrius hic Hermogenianus prænomine Claudius, non Probæ & Probi filius, sed gener fuit, nimirum Julianæ ipsorum filiæ conjux, ut sequens docet inscriptio, quæ habetur in ædibus Cævolis via Julia.

De Anicia Juliana.

TYRRANIAE. ANICIÆ
JULIANAE. C. F. CONIUGI
Q. CLODI. HERMOGENIANI
OLYBRII. V. C.
CONSULARIS. CAMPANIAE
PROCONSULIS. AFRICAE
PRAEFECTI. URBIS
PRAEF. PRAET. ILLYRICI
PRAEFECTI. PRAET. ORIENTIS
CONSULIS. ORDINARII
FL. CLODIUS. RUFUS. V. P.
PATRONAE. PERPETUAE

Gessit hic Consulatum anno Domini trecentesimo septuagesimonono una cum Ausonio Gallo: citoque ex hac luce subtractus (ut ex Hieronymo vidimus) Julianam reliquit viduam cum prole Demetriade filia.

XV. Aniciæ Julianæ præconia.

At qualis quantaque esset Juliana hæc filia Probæ, relicta Claudii Hermogeniani, complura sanctorum Patrum de ea digna elogia manifestant. Fama quidem ejus nequaquam Urbis seu Italiæ angustiis valuit coatineri; sed rebus ante gestis præclarisque animi ejus virtutibus maria prætervolans, & longe lateque remotas provincias percurrens, Africam & Orientem pervasit. Ad hanc ipsam Innocentii Romani Pontificis extant litteræ (a); ad eamdemque scripsere Episcopi Alypius, & Augustinus (b), nec non Chrysostomus (c); laudatque eam S. Hieronymus (d), & alii. Sed de eadem inferius quinto tomo pluribus agendum erit.

(a) Innoc. epist. 13.
(b) Aug. epist. 193.
(c) Chrysost. epist. 169.
(d) Hier. ep. 8.

XVI. Furia nurus Probi.

Quod rursum ad filios Probi pertinet: uni ex illis nupsit Furia illa ex Camillorum prosapia clarissima femina, ad quam viduam relictam S. Hieronymus scripsit epistolam decimam, *De viduitate servanda*: testatur id quidem ipse in epistola (e) ad Salvinam eodem argumento conscripta, ubi in fine ait Furiam nurum fuisse Probi quondam Consulis.

(e) Hier. epist. 11.

Sed de Furia illud non prætereat, germanum ejus fuisse maritum Blesillæ filiæ S. Paulæ: idem enim tradit idem S. Hieronymus in epistola ad eamdem Furiam scripta, cum ejus exordio hæc habet: *Blesillam prætereo, quæ maritum suum, suum secuta germanum, in brevi vitæ spatio tempora virtutum multa complevit.* Mater vero ejus, Titiana dicta, seu potius Tatiana (ut puto) Tatiani Consulis, qui collegam habuit Symmachum, soror fuit. Verum de his modo hactenus.

XVII.

Jam habes, lector, occasione Consulum fratrum, textam Proborum genealogiam: nempe (ut paucis dicta repetam) ex Probo & Proba genitos tres filios, Olybrium, Probinum & Probum, ex Olybrio & Juliana progantam unicam filiam Demetriadem, sanctam virginem, Christianæ pudicitiæ decus: sed de ipsa simul cum matre ejus Juliana & avia Proba, plura suis locis inferius: *Omnes hæ clarissimæ ex Aniciorum familia feminæ toto Orbe* (inquit Cassiodorus) *prædicatæ: quæ quidem familia vere nobilis dicitur, quando ab ea actionis probitas non recedit.* Ita ipse.

XVIII.

Porro Demetriadis patri Claudio Hermogeniano Olybrio frater fuit Alypius dictus Faltonius Probus Alypius, ut ejusmodi docet inscriptio (f) in statuæ basi his litteris notata:

(f) Romæ apud Colleg. Græcorum.

De Olybrio & Alypio.

Q. CLODIO. HERMOGENIANO
OLYBRIO. V. C. FRATRI
ADMIRANDAE. PIETATIS
FALTONIUS. PROBUS. ALIPIUS. V. C

Alia præterea ejusdem Alypii inscriptione compertum habetur eumdem sub Theodosio Urbanam Præfecturam gessisse: sic enim se habet (g):

(g) Apud Smet. pag. 156. n. 17.

DO-

DOMINO. NOSTRO
FL. THEODOSIO
AUGUSTO
FALTONIUS. PROBUS
ALYPIUS. V. C. PRÆF. URB.

Ad eumdem quoque Alypium complures extaot epistolæ Symmachi; deque eo meminit in epistola ad Flavianum (*a*).

(*a*) *Symmach. lib.* 2. *ep* 82.

XIX. Sub Alypii præfectura martyr Almachius.

Qaoto autem anno Theodosii ejus Præfectura Urbana contigerit, ignoratur: nec scitur, num sub Honotio alias functus sit eodem magistratu. Sub ipso autem Urbis Præfecto contigisse martyrium Almachii, bis verbis tabulæ Ecclesiasticæ (*b*) produnt Kalendis Janaarii: *Romæ S. Almachii martyris: qui jubente Alypio Urbis Præfecto, cum diceret: Hodie Octavæ Dominici dies sunt: cessate a superstitionibus idolorum & a sacrificiis pollutis; a gladiatoribus occisus est*. Ita ibi. De eodem putatur Theodoretus (*c*) agere, eum rem gestam paulo fusius narrat his verbis: *Telemachus quidam* (sic nominat qaem Larini habent Almachium) *exeolens vitam monasticam, profectus ex Oriente, hac de causa Romam se contulit*, nempe ut ludos gladiatorios abolendos euraret. *Ac dum sceleratum istud edebatur spectaculum, in stadium ipse ingreditur, atque ad gladiatores descendens, mutuam inter eos dimicationem sedare nititur. Itaque crudelis cædis spectatores accensi iracundia, & a dæmone qui ex illa sanguinis effusione voluptatem capiebat, ad furorem impulsi, pacis auctorem lapidibus obruerunt*. Ita ipse. At licet discrepet a Martyrologio, ubi dicitur a gladiatoribus necatus; potius in Theodoreto errorem inesse putamus, quam ut hic ab illo diversus habeatur. Sed idem auctor ista subdit: *Qua re cognita Imperator admirabilis, Telemachum in numerum martyrum invictorum adscripsit, crudele autem illud spectaculi genus penitus sustulit*. Hæc ille.

(*b*) *Martyrol. Rom. die* 1. *Jannar.*

(*c*) *Theod. lib.* 5. *c.* 26.

XX. Cæterum sic relatum accipias Almachium, sive Telemathum inter martyres ab Imperatore, ut ipsi tribuatur, quod ipso curante, Ecclesiastica auctoritate a Romano Pontifice esse factum oportuit. Tempore Honorii Imperatoris hæc accidisse, Theodoretus narrat: sed verius putamus sub Theodosio, cujus tempore ejusdem Præfectura Urbana ponitur: sub quo Imperatore siluisse videntur spectacula illa eruenta, sub Honorio iterum restitata, ut suo loco ex Prudentio dicturi sumus. Ut id etiam affirmemus, illud pariter suffragatur, quod tempore Theodosii reperitur Alypius per Sanctum Joannem eremitam ad meliorem frugem redditus: etenim de Alypio Ægypti Præfecturam administrante hæc habet Palladius in Lausiacis (*d*): *Interea vero dum loquimur*, cum Joanne videlicet sanctissimo illo anachoreta; *ingressus est subito provinciæ ipsius Præses Alypius. Ad quem, relicto quem mecum habebat sermone, se contulit. Secessi igitur ab eisdem paulum, & loco cedens, eminus steti: prolixas autem eorum confabulationes graviter ac moleste ferens, intra me ipsum bonum illum senem reprehendebam, eo quod meo sermone contempto, illum potius honorasset. Ideoque cum id mihi ingratum fuisset; spreto eodem, recedere cogitabam. Vocavit itaque ad se tunc ille Theodorum nomine interpretem suum, dicens: Vada ad fratrem illum, & dic ei: Noli esse pusillanimis; quia nunc jam dimittam Præsidem & tecum loquar. Cognovi igitur ex hoc, ipsum Jo: hominem esse spiritualem, & omnia prævidere; & idcirco eo magis cœpi remorari. Egresso mox inde Præside, me vocavit, his me alloquens verbis: Ut quid, inquit, animam tuam me reprehendendo læsisti? Quam in me inveneras culpam, ut ea in tuis sensibus cogitares, quæ nec in me cognosco, nec tuos scio mores decere? An ignoras illud, quod non incolumes ac fortes, sed male habentes medico semper indigeant? Nam tu me, cum velis, & rursum ego invenire te possum: & si ex me forsitan nullum, ex aliis tamen fratribus patribusque aliquod poteris habere solatium: iste vero totus ex sæcularibus rebus diabolicæ deditus potestati, vix brevis horæ spatio potuit respirare: & nunc tentans, sicut quidam servus austerum dominum suum fugiens, venit ut salutare hic inveniret auxilium. Inconsulta igitur atque importuna res fieret, si illum relinquerem, & tecum morarer, qui jugiter salutis tuæ commodis vacare consuevisti*. Hæc Palladius de Alypii Præfecti cum S. Joanne congressu; cujus monitis redditum esse meliorem, par est credere. Atque de Alypio satis.

(*d*) *Pallad. in Lausiac. cap.* 22. *apud Lipom. tom.* 3.

Alypius ad meliorem frugem conversus.

XXI. Jam vero ad præsentis anni res gestas, suo quo factæ sunt ordine, recensendas, ora-

PAGIUS V.

Ad num. XXI. & seqq. Philostorgius lib. 11. cap. 2. *Eugenii* Tyranni morte narrata, ait: *Post hæc Imperator Mediolani constitutus filium suum Honorium accersivit, eique totum Occidentem commisit*. Idem tradunt Socrates in fine libri 5. Sozomenus in fine libri 7. & Zosimus lib. 4. pag. 779. Baronius tamen existimat, tam *Arcadium* quam *Honorium* a Theodosio patre evocatos esse; quia Divus Ambrosius de Diversis 3. pag. 122. scribit, Theodosii filios ad eum venisse; quod etiam

Theodosius Honorium Constantinopoli evocat.

Theodosii Imp. obitus.

orationem convertamus. Extitit namque anni hujus exordium universo Christiano orbi maxime luctuosum acerbissimo novo casu obitus Theodosii, cujus virture paulo ante a tyrannide fuerat universum Occidentale Imperium liberatum. Etenim cum adhuc triumphi lætitia gestiret populus, mox improvisa morte Theodosii, immenso mærore consternatus est: de quo antequam agamus, hic errorem corrige Prosperi in Cassiodori Chronicon illapsum, dum sub hujus anni Consulibus ponitur Eugenius a Theodosio superatus: quod quidem anno superiori contigisse, tum quæ dicta sunt certa fide demonstrant, tum etiam Claudianus de eorumdem Consulatu dum versibus agit, aperte testatur; ut omittamus alia de his innumera testimonia.

XXII. De tempore & loco obitus Theodosii.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus, Theodosius Imperatar, secundum quod antea a Deo prædictum fuerat sanctissimo anachoretæ Joanni, ex hac vita migravit 17. Kal. Februarii, cum imperasset annos sexdecim, & duobus diebus decimum septimum attigisset, annum agens ætatis quinquagesimum. De anno obitus ejus & Consulibus testantur Prosper (*a*), Marcellinus (*b*), & Socrates (*c*), qui & de dicta obitus die fidem facit. Quod vero attigerit annum decimum septimum, Ruffinus (*d*) & Marcellinus tradunt. De anno ætatis quinquagesimo Victor est auctor; cui magis assentimur, quam Socrati dicenti annos vixisse sexaginta. De loco autem; eum Mediolani extremum clausisse diem, Orosius (*e*) & Victor (*f*) una consentiunt. Errat vero Zosimus (*g*), dum ait Theodosium Constantinopolim revertentem, in itinere vita functum. Sed quæ ejus præcesserint obitum, quæve fuerint subsecuta, dicamus.

(*a*) *Prosp. in Chron.*
(*b*) *Marcellin. in Chron.*
(*c*) *Socrat. lib. 5. cap. 25.*
(*d*) *Ruffin. lib. 2.*
(*e*) *Oros. lib. 7. cap. 36.*
(*f*) *Aurel. Vict. in Theodos.*
(*g*) *Zosim. lib. 4.*

Ana. Eccl. Tom. VI.

XXIII. Ante obitum hortatus Gentiles Theodosius.

Cum filios Arcadium & Honorium Constantinopoli venientes excepisset, & omni hostilis cætus labe purgatus, Ecclesiasticæ communionis particeps (ut dictum est) factus esset, complura Reipublicæ fructuosa disposuit. Inter alia convocato Senatu, habita oratione, hortatus fuit Gentiles deorum cultum procul abjicere, quorum falsitatem jam in bello Eugeniano experti fuissent, cum quam polliciti illi fuerant certam victoriam, ut impotentes, imbecilles, atque mendaces minime præstitissent; ab Herculis manu jam clavam extortam, atque fulmina e manu Jovis excussa esse viderent (hos namque deos suis ipsi castris præfecerant) contra vero certo scirent, si saperent, Christum Regem Regum Crucis virtute cælestibus, terrenis, & inferis dominari; quem sequi deberent.

XXIV.

Sed hæc nihil penes eos profecisse, Zosimus tradit, cujus hac de re ista sunt verba (*b*): *Cum Senatum convenire jussisset, qui patriis avitisque sacrorum ritibus inhærebat, nec adhuc permoveri poterat, ut iis assentiretur, qui ad contemptum deorum deflexerant; orationem habuit, qua eos hortabatur, ut missum facerent errorem (sic enim appellabat) quem hactenus secuti fuissent, & Christianorum fidem amplecterentur, quæ liberationem ab omni delicto & impietate pollicetur. Sed cum huic exhortationi nemo pareret, nec a patriis ritibus, quos inde usque ab origine Urbis accepissent, discedere vellent, & his expertem rationis assensum præferre; cum dicerent, illis observatis, se jam mille ducentis propemodum annis Urbem invictam incoluisse; cum quibus si commutarent alia, quid eventurum esset, ignorarent. Tum vero Theodosius Fiscum suum sumptu gravari, qui in sacra victimasque fieret,*

(*b*) *Zosim. ibid.*

A a — fe-

PAGIUS Baron. n. XXXIII.

tiam insinuare videtur Paulinus in Vita Sancti Ambrosii. Præterea Auctor Chronici Alexandrini asserit, *Arcadium* Roma profectum, ibi *Honorium* fratrem reliquisse. At certum videtur, *Honorium* solum in Occidentem venisse, non tantum quia Auctores supra citati id diserte affirmant; sed etiam quia Claudianus in tertio Consulatu Honorii, hujus iter describens, nullam *Arcadii* mentionem facit, licet statim post eam descriptionem, *Theodosium* utrumque filium *Stiliconi* commendasse tradat. Quare quando Paulinus in Vita Sancti Ambrosii ait: *De filiis nihil habebat novum quod conderet, quibus totum dederat, nisi ut eos præsenti commendaret parenti*; loquitur de Stilicone, cui Theodosius filios etiam absentes commendare potuit. Quo pacto D. Ambrosius de uno *Honorio* & *Placidia* ejus sorore locutus videtur. Chronici Alexandrini auctoritas per Theodosii M. tempora parvi facienda. Denique Rufinus lib. 2. cap. 34. scribit, Theodosium Honorium ad se evocantem Arcadio mandasse, ut Imperii Orientalis, cui jamdiu præfectus esset, curam ageret, & D. Ambrosius Oratione in funere Theodosii habita, diserte dicit: *Arcadium* funeri non interfuisse.

VI. *Theodosius semel tantum Romæ fuit.*

Sunt qui existimant, *Theodosium*, post debellatum *Eugenium* Romam venisse, quod Zosimus lib. 4. pag. 779. tradat, eum post devictum *Eugenium* Romam ingressum, *Honorium* filium Imperatorem declarasse, & Prudentius lib. I. in Symmachum prodat, *Theodosium*, quando Romam venit, & idololatriam prohibuit, jam duos Tyrannos, Maximum & Eugenium, debellasse. Præterea Auctor Miscellæ, clade Eugenii narrata, ait, *Theodosium* Honorium Imperatorem Romæ declarasse. Verum Theodosium semel tantum, idque post devictum Maximum, Romæ fuisse, cæteri Historici scribunt, quibus omnino standum. Zosimus autem profectionem Romanam Theodosii, quam post Maximi interitum narrare debuit, post Eugenii cædem distulit, & alio errore tunc Honorium a patre Imperatorem Romæ dictum scripsit. Prudentium explicat Baronius, & Auctor Miscellæ sæpe hallucinatur, quemadmodum & Auctor Chronici Alexandrini, qui sub Timasii & Promoti Consulatu, anno nempe CCCLXXXIX. scribit:

Baron. ann. 389. num. 1.

His

seque ista velle abolere dixit: qui neque probaret id quod ageretur; & alioqui sciret, penuriam militarem majores pecunias poscere. Cum Senatus respondisset, non rite fieri quæ perpetrarentur, quando sumptus ille qui sacris impenderetur, ad Fiscum non pertineret; nihiloque minus lex sacrorum abolita cessaret, aliaque neglecta jacerent, quæcumque a majoribus tradita fuerant; Imperium Romanum paulatim diminutum, barbarorum domicilium factum est, aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactum est formam, ut ne loca quidem, in quibus urbes sitæ fuerunt, agnoscantur. Hæc Zosimus secundum antiquam Ethnicorum querelam ipse Ethnicus ingerit, quasi cuncta adversantia ob Christianam religionem in Romanum illata fuissent Imperium. Sed de his alias sæpe suis locis.

XXV. Theodosius multa proficua statuit ante obitum.

Sane quidem post devictum Eogenium, qui aperiri permiserat rubigine obsitas seras p rtarum dedicatorum idolis templorum, & illis intermissa diu sacrificia immolari; Theodosius nihil antiquius habuit, quam, lege lata, templa claudere, & sacrificia prohibere: unde S. Ambrosius comparans eum Jacob: *Imitatus*, inquit (a), *Jacob, supplantavit perfidiam tyrannorum, qui abscondit simulacra Gentium: omnes enim cultus idolorum fides ejus abscondit: omnes enim cærimonias obliteravit.* Relaxata quoque ab eo tunc temporis annonaria tributa ex testamento fuisse, idem S. Ambrosius tradit: ejusque pariter testamento legem indulgentiæ scriptam esse relictam, testatur, dum ait: *Præcepit dare legem indulgentiæ, quam scriptam reliquit. Quid dignius, quam ut testamentum Imperatoris lex sit?* Quod vero ad filios spectat, idem paulo superius: *De filiis enim nihil habebat novum quod conderet, quibus totum dederat, nisi ut eos præsens commendaret parenti.* Tradidisse quidem ipsos filios S. Ambrosio, Paulinus (b) affirmat: sed id factum est, cum eos Constantinopoli venientes suscepit Theodosius in ecclesia; ex quo erroris arguuntur Socrates (c) & Sozomenus (d), dum ajunt filios advenientes reperisse ipsum Theodosium morbo laborantem in lecto.

(a) *Ambr. orat. in funere Theod.*

(b) *Paulin. in Vit. S. Ambr.*

(c) *Socr. lib. 5. cap. 25.*

(d) *Sozom. lib. 7. cap. ultim.*

XXVI.

Cæterum quod ait ipse Ambrosius, tunc obitus tempore commendatos ab eo fuisse parenti, Stiliconem intelligere certum est: loco enim parentis ipsum ab eis haberi voluit, cui ipse Theodosius Serenam fratris filiam in matrimonium collocaverat: testantur id Claudianus (e) & Zosimus (f). Erat Arcadius natu major adolescens [illegible] annos natus decem & octo [illegible], Honorius vero decimum dumtaxat agebat annum; de quibus S. Ambrosius (g): *Domino favente, Arcadius Imperator jam validus inventus est; Honorius continuo pulsat adolescentiæ fores, provectior ætate quam Josias.* Qui natus annos octo regni suscepit moderandas habenas. Fuisse ambos jam ante baptizatos, & a S. Arsenio in baptismo susceptos, in Vitis Patrum habetur expressum (h). Qui igitur moriens populi curam gessit relaxando tributa, atque hostium quoque voluit benemereri, tribuens eis indulgentiam testamento, filiisque divisit Imperium, & tradidit fidei Stiliconis, Ecclesiarum non potuit oblivisci: nam de eo S. Ambrosius (i): *Dilexi virum, qui cum jam corpore solveretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur.* Hæc Ambrosius fat memor quot legibus conatus frustra ill. fuerit feras bestias coercere, expertusque satis ipsorum hostium protaciam, animumque duritia obstinationis obductum nullis coerceri pœnis vel refrenari posse suppliciis.

(e) *Claud. adv. Ruff. l. 2.*

(f) *Zosim. l. 4.*

(g) *Ambr. orat. de obitu Theod.*

Ætas Arcadii & Honorii Impp.

(h) *Vit. SS. Patr. p. 2. c. 36.*

(i) *Ambr. orat. de obitu Theod.*

XXVIII.

Eo igitur ex hac vita egresso, corpus pollinctum temporariæ amandatum est sepulturæ, postea vero translatum fuit

Con-

PAGIUS. *His Consulibus Theodosius Imperator Romam ingressus inauguravit Honorium filium Imperatorem, qui Romæ regnavit annos XIV.* cum tamen certum sit, *Honorium* anno tantum CCCXCIII. appellatum esse Imperatorem, annosque triginta imperasse. Denique Claudianus in sexto Consulatu Honorii litem dirimit, & quoties hoc Christi sæculo Imperatores Romæ fuerint, nos edocet:

> *His annis qui lustra mihi bis dena recensent,*
> *Nostra, ter Augustos, intra pomœria vidi.*

Quibus versibus Roma, quam Claudianus loquentem inducit, queritur, quod a centum annis ter tantum Imperatores suos viderit, ante solennem Honorii Augusti in orbem Romam introitum, qui anno CCCCIV. contigit. Qui versus faciles explicatus non habent. Certum est enim ab anno Christi CCCIV. ad annum CCCCIV. plures Imperatores, quosdamque pluries Romæ fuisse. Romam ingressus *Constantinus Magnus* post cladem Maxentianam, annoque CCCXXVI. quo ibidem Vicennalia celebravit, ejusque Imperii initio *Maximianus Herculius* post resumtum Imperium Romæ etiam fuit. Tum *Constantius* anno CCCLVII. Romæ triumphavit, sicuti & *Theodosius Magnus* anno CCCLXXXIX. quo etiam *Valentinianus junior* Romam venit, ad quam anno CCCLXXXVIII. a Theodosio Magno ex urbe Thessalonicensi ablegatus fuerat, ut suo loco dictum. Ex Claudiani Interpretibus alii eum *tres* Augustos duntaxat eo sæculo Romæ visos indicare; alii vero adverbio illo *ter* rarius Romæ Augustos fuisse Claudianum intelligere, scripsere. Verum, locus ille male ab illis explicatus: nihil enim aliud Poeta designat, quam toto illo sæculo *ter* tantum, id est sub trium tantum Augustorum Imperio, Romam suorum Principum præsentia potitam; sub *Constantino* nempe, *Constantio*, & *Valentiniano juniori*. Quo pacto dici non potest, Theodosium Magnum post devi-

Corpus Theodosii translatum Constantinopolim.

Constantinopolim hoc eodem anno VI. Idus Novembris, ut Socrates tradit: non tamen secum vexit illud Arcadius, qui mox post patris obitum, ne quid inopinato obitu Imperatoris (ut assolet) turbarum oriretur in Oriente, quam citissime reverti laboravit Constantinopolim: nam Honorium tantummodo interfuisse quadragenæ funeris functioni, S. Ambrosius indicat in ea, quam coram ipso tunc in laudem Theodosii habuit, oratione: nam inter alia (a): *Ejus erga Principis & proxime conclamavimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus, assistente sacris altaribus Honorio Principe; quia sicut S. Joseph (b) patri suo Jacob quadraginta diebus humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri justa persolvit*. Hæc Ambrosius, qui & in peroratione significat, eo perfuncto ab Honorio Christiane pietatis officio, mox ipsum corpus sublevandum, & evehendum Constantinopolim; ait enim (c): *Fles etiam, Imperator Auguste, quod non usque Constantinopolim reverendas reliquias ipse prosequaris; eadem tibi causa nobiscum est: omnes justa dolore prosequimur: omnes (si fieri posset) deductores tecum esse caperemus, &c.*

(a) Ambr. orat. de obitu Theod.

(b) Genes. 50.

(c) Ambr. ead. orat. in fine.

XXVIII. Laudes Theodosii ex recte factis comparatæ.

Sic namque decuit tantum Imperatorem, post liberatum Occidentale Imperium a tyranno, triumpho magis suo quam funere sepeliri, immo ad cælum triumphali quadriga ferri, cum cælesti militia, qua vicerat, triumphaturum. Cujus quidem laudes cum ex prudentia in Imperio gubernando, tum ex fortitudine in tyrannis potentissimis extirpandis, tum etiam ex pietate in fide Catholica integerrime conservanda, sanctis piisque moribus custodiendis, omnium veritatem amantium ore, omnibus sunt sæculis conclamatæ. Nullus enim umquam Romanorum Imperatorum, qui non hæreditario jure parenti augusto successerit, ita legitime, ita opportune, ita fructuose atque fideliter ad regimen Romani est cooptatus Imperii. Qua dexteritate, quanta facilitate atque felicitate tunc invasum a Gothis Orientale recuperavit Imperium, ut victores fecerit sibi militiæ subjectos? Qua prudentia Persas jugi clade Romanum Imperium pessundantes, finitimas provincias deprædantes, non solum cessare suasit, sed & munera pro tributo conferre? Qua pietate Orientalem Ecclesiam Arianorum & aliorum hæreticorum pedibus proculcatam in auctiorem gradum quam fuerat sub Constantino, restituit? Qua bellica fortitudine tyrannorum monstra perdomuit? Quanta fide recuperatum Imperium Occidentale Valentiniano restituit? Quo religionis affectu idololatriam sæpius, ut percussum multis ictibus anguem, caput rursus extollentem penitus extinguendam curavit? Quod vero tot egregiis excultum virtutibus Christianum Imperatorem in peccatum aliquando labi providentia divina permiserit; totum id fuit, ut delinquentibus Regibus posteris sanciret divinum consilium disciplinam: nimirum, ut tum exemplo discerent Theodosii, quanto dispendio audiant Principes magis aulicos, quam sacerdotes: tum vero ut ejus & pœnitentia erudirentur, quantumvis potentissimos ac invictissimos Principes, cum delinquunt, ferulæ subjacere Ecclesiasticæ potestatis, & solutos licet legibus sæculi, vinculis tamen alligatos esse Evangelicæ disciplinæ.

XXIX. Calumniæ Zosimi in Theodosium diluuntur.

At quod ad incomparabiles mores tanti Principis spectat: unus infelix atque perditus Zosimus reperitur inter scriptores, qui more suo, odio Christianæ religionis, Theodosium magnopere carpserit: sed quod sciret facta ejus celeberrima cunctis esse perspicua, ut a nemine possent penitus obscurari, illud vafri ingenii consilium iniit, ut pacis tempore ejus facta condemnet, laudet vero labores in bello, cum eumdem Principem hisce verbis in sua historia mendaciorum textrina, sugillatum reliquit (d): *Cumque Promoto curam borum omnium commisisset, ipse priores vivendi rationis recordatus, cœnas magnificas cœnabat, & in exquirendis voluptatibus curiosus erat, & Theatris atque Circensibus se oblectabat. Adeoque mihi Principis hujus vitam in utramque proclivem mirari subit. Nam cum natura mollis esset, omnique socordiæ & indicatis antea vitiis deditus; si nihil ei triste, nihil formidabile molestiam exhiberet, naturæ frena laxabat; sin urgeret aliqua necessitas, quæ statum rerum quassatura time-*

(d) Zosim. l. 4.

PAGIUS

victum Eugenium, Romam profectum esse. Cum enim tunc tam Orientis, quam Occidentis Imperator esset, Roma non *ter*, sed *quater*, id-est, sub quatuor Augustorum Imperio Principum suorum præsentia cohonestata fuisset. Ex quibus manifestum est, non bene conjecisse Petavium, Gratianum anno CCCLXXVII. Romam adventasse, ut tunc ostendimus.

VII. Theodosii M. obitus.

Tandem Theodosius *filio spectaculis præsidere jusso, sequenti anno animam exhalavit, Olybrio & Probino Coss, ante diem XVI. Kalendas Februarias*, inquit Socrates lib. 5. cap. 26. qui addit: *Vexit porro Imperator Theodosius annos sexaginta: imperavit autem annos sexdecim*. Sexaginta eum annos vixisse tradunt etiam Sozomenus, Theophanes, Cedrenus & alii, licet Auctor Chronici Alexandrini annos ei LXV. attribuat, & Aurelius Victor scribat, *Theodosium* annum agentem quinquagesimum *apud Mediolanum* excessisse, qui subdit eum utramque Rempublicam Arcadio & Honorio filiis quietam reliquisse.

Baron. n. XXI. & seqq. Tom. IV.

petur, ignaviam deponebat, & deliciis valere jussis, ad fortitudinem ac laborum molestiarumque tolerantiam cedebat. Cum ipso rerum usu doceretur talis esset, jam omni sollicitudine liberatus, insitis a natura dissolutionibus serviebat: hæc Zosimus, sed eadem & his deteriora superius, cum ait (a): *A voluptate mollitieque exorsus Imperium, magistratus qui erant præfecti, conturbabat; & rei militaris duces numero plures, quam ante erant, instituebat.*

(a) Zosim. l. 4.

XXX. Alia calumnia Zosimi in Theodosium.

Et de eodem paulo post: *Hac quidem socordia Principis, absurdaque pecuniarum cupiditate, tandem huc evaserat. Idem Princeps auctor extitit, tantas ut sumptus in mensam Imperatoris fieret, ut propter ciborum multitudinem, & in his apparandis magnificentiam, populosæ coquorum & pocillatorum & aliorum cohortes instituerentur; quas si quis enumerare velit, ei prolixa fuerit opus commentario. Nam de multitudine inservientium Principi spadonum; quodque complures horum; præsertim qui ceteris forma præstabant, Præsides in medium proferrent eos quos ipsi vellent; quodque totum Imperium in sua potestate haberent, quocumque lubitum esset, animum Principis flectentes: hæc ergo commemorando, quid opus est orationem instituere prolixiorem? cum rerum interitus exinde secuti causa nobis vindicanda veniat. Namcum temere, atque etiam in indignos Fisci bona profunderet, ideoque non abs re pluribus pecuniis egeret, provinciarum præfecturas quibusvis accedentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis, aut honestæ vitæ ratione habita, sed eum judicans idoneum qui auri vel argenti majorem summam deferebat: adeoque videre erat, argentarios & nummularios, & alios in foro professiones fœdissimas exercentes, magistratuum insignia ferre, majoremque pecuniæ vim habentibus provincias tradere.* Hæc Zosimus in eversorem deorum suorum, jure (ut sibi videbatur) indignatione commotus.

XXXI.

Contra Zosimum Victor.

Sed ad confutandum oblatrantem invectivis acerrimis hominem (ne canem dicam) nihil est ut de laudatissimo Principe hic nostrorum congeramus elogia: sed ne videamur domesticis testibus velle vincere, Gentili æque objicimus Gentilem historicum, veri tamen amantiorem, ipsum inquam insignis nominis scriptorem rerum sui temporis Aurelium Victorem; qui ut summo laudum præconio Theodosium extollat, sic comparat illum Trajano, ut tamen constanter affirmet, ipsum Trajani caruisse vitiis: ac proinde juxta veteres illas acclamationes, TRAJANO MELIOR, consecutus Theodosius unus fuerit, ipsius sententia, ut non amplius jam a populo in novi Imperatoris auspiciis illud foret acclamandum ac deprecandum, MELIOR TRAJANO, sed illud MELIOR THEODOSIO, publicis vocibus & votis optandum. Ipse igitur Victor omnis privati affectus animo liber, veritatis tantum studiosus, hæc de Theodosio posteris tradidit (b): *Fuit*, inquit, *Theodosius moribus & corpore Trajano similis, quantum scripta veterum & picturæ edocent. Sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, os absque eo quod illi aliquantulum vellendo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantusque flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens vero prorsus similis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris putans: in omnes homines honorificus, verum effusius in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo magna: amare cives vel privato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficiis ceteris munerari, præsertim quorum erga se velut patrem aspero casu officia probaverat.*

(b) Aurel. Victor in Theodos.

Theodosii virtutes ex Aurelio Victore.

XXXII. Theodosii cum Trajano comparatio.

Illa tamen, quibus Trajanus aspersus est, vinolentiam scilicet & cupidinem triumphandi, usque eo detestatus est, ut bella non moverit, sed invenerit; prohibueritque lege, ministeria lasciva, psaltriasque commessationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit tamquam sororum. Litteris, si nimium perfectos contemplemur, mediocriter doctus, sagax plane, multumque diligens ad noscenda majorum gesta: quibus non desinebat execrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta quæ legerat, ut Cinnam, Marium, Syllamque atque universos dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci sane rebus indignis, sed flecti cito: unde modica dilatione emolliebantur aliquando severa præcepta; habuitque a natura munere quod Augustus a philosophiæ doctore didicerat; qui cum audisset eum facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, monuit ut ubi irasci cœpisset, quatuor atque viginti Græcas litteras memoria recenseret; ut illa concitatio, quæ momenti est, mente alia traducta, parvi temporis interjectu languesceret. Melior haud dubie (quod est raræ virtutis) post auctam annis potentiam regalem, multoque maxime post civilem victoriam. Nam & annonæ curam sollicitus attendere, & auri argentique grave pondus sublati atque expensi a tyranno, multis e suo restituere, cum benigni Principes & quidem vix fundos solerent nudos ac deformata prædia concedere. Jam illa minutiora, & ut dicitur, intra aulam; quæ quidem quia occulta sunt, magis natura hominum curiosa oculos auresque ad se

se trahunt: Patruum colere tamquam genitorem; fratris mortui, sororisque liberas habere pro suis; cognatos affinesque parentis animo complecti; elegans lætumque convivium dare, non tamen sumptuosum; miscere colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum gravitate jucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque ad illecebras, neque ad lassitudinem; ambulationibus magnis, cum esset otium, reficiebat animum; vescendi continentia valetudinem regebat. Hactenus de moribus Theodosii Victor, quibus plane calumniantem Zosimum potenter confutes & coerceris.

XXXIII. Themistius laudator Theodosii.

Sed & si ex Græcis quæras de Theodosio testimonium, & ab homine æque Gentili (ne putes in gratiam ipsius Christianorum aliquem esse locutum) eodemque probatæ fidei & probitatis viro, professione philosopho, & hanc ob causam Christianis antecessoribus Imperatoribus acceptissimo, quem impossibile existimes esse mentitum; accipe Themistium (*a*), qui non habens ex recentioribus Principibus quem Theodosio æquare posset, ad priscos illos laudatissimos Reges se conferens, non dubitat ipsum præferre illis omnibus; utpote qui affirmet, eum probitate, prudentia, atque consilio superasse Licurgum, fortitudine & peritia militari Alexandro Magno extitisse majorem. Quod quidem haud amplificatione quadam rhetoricæ artis ostentat, sed certis firmisque rationibus docet. Essent hic describendæ duæ orationes, quibus ipse Themistius in eo argumento versatur, ut Theodosii egregias virtutes prædicet; sed parcimus ob prolixitatem.

(*a*) Themist. orat. 5.

XXXIV. Symmachus laudator Theodosii.

At etsi hæc satis superque sint ad Theodosii defensionem: addimus tamen Latinorum oratorum clarissimum Symmachum & ipsum Ethnicum, & Christianorum hostem; qui publica concione (ut suo loco dictum est) cum civiles ejus, tum bellicas laudes prosecutus, testatur scribens (*b*) ad Flavianum æque Gentilem hominem, eas adeo sua oratione superiores fuisse, ut sibi visus sit illas potius attigisse, quam pro rerum gestarum dignitate singulis (ut ait) satisfecerit: hæcque familiaribus ipse litteris apud amicum alioqui Principi ob sublatum deorum cultum in Theodosium infensum, non autem in gratiam Principis pro concione jactata, sed ad aures dicta odio habentis Imperatorem Christianum idololatriæ destructorem, ab ipso præsertim Symmacho in eumdem Theodosium eamdem ob causam valde permoto. Ut ex his magnam inesse vim intelligas veritati, virtutemque etiam linguas hostium coercere, easque habenis velut in contrarium cursum reflectere, & ea invectivis ad encomia dicenda convertere. Sic igitur pro Theodosii defensione adversus ejus vituperatores Ethnicos, ipsos etiam Ethnicos scriptores objicere satis sit.

(*b*) Sym. l. 2. ep. 13.

XXXV. Paulinus apologiam pro Theodosio scripsit.

Ceterum adversus eorumdem Ethnicorum calumnias longe potentiorem nactus est Theodosius post mortem patronum: etenim ipsum decus Romanæ nobilitatis, Christianæ religionis dignum exemplum, Pontius Paulinus litteris clarus, famaque celebris, ejusmodi suscepit provinciam, ut adversus rabulas subsannantes, Theodosii famam carpentes, lucubrationem luculentam ediderit, rogatus a quodam pio viro, quo familiariter utebatur, nomine Benedicto, prout ipse Paulinus testatur ad Severum hæc scribens (*b*): *Alius libellus ex his est, quos ad Benedictum, idest, Christianum virum amicum meum Endelechium scripsisse videor, non tamen edidisse convincar. Is enim mihi auctor hujus in Domino opusculi fuit; sicut ipsius epistola, quæ libello pro themate præscribitur, docet. Fateor autem idcirco me libenter hunc ab amico laborem recepisse, ut in Theodosio non tam Imperatorem, quam Christi servum, non dominandi superbia, sed humilitate famulandi potentem, nec regno, sed fide Principem prædicarem.* Hæc Paulinus: & S. Hieronymus ipso exordio epistolæ ad eum scriptæ de eodem sic habet: *Quid enim in nobis, aut quantum est, ut doctæ vocis mereamur præconium? ut illo ore, quo religiosissimus Princeps defenditur, humiles nos modicique laudemur?* nominat eam Paulini scriptionem Gennadius Panegyricum super victoriam tyrannorum, ejus argumenti conscriptum, ut demonstraret ipsum Christianum Imperatorem fide & oratione potius, quam armis immanes tyrannos sæpius superasse.

(*b*) Paulin. epist. 9.

XXXVI. Paulini nobile ingenium.

Si vis autem intelligere quale ejusmodi a Paulino elucubratum opus fuerit, percontare sanctum Hieronymum hæc (*c*) ad ipsum Paulinum scribentem: *Librum tuum quem pro Theodosio Principe prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi, & præcipue mihi subdivisio in eo placuit: cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis te ipsum superas. Sed & ipsum genus eloquii pressum est & nitidum; & cum Tulliana luceat puritate, crebrum est in sententiis: jacet enim (ut ait quidam) oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius; qui a tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpuras ejus, & utilitatem legum futuris sæculis consecrasti. Macte virtute; qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonios montes & Heliconis vertices (ut poetæ canunt) sed per Sion, & Itabirium,*

(*c*) Hier. epist. 13.

&

& Sina excelsa ducere; si contingeret docere quæ didici, & quasi per manus mysteria tradere Scripturarum; nasceretur nobis aliquid, quod docta Græcia non haberet. Hæc Hieronymus. At de Theodosio hactenus, cujus exitu optatus quoque finis huic quarto tomo Annalium imponatur. Quæ vero reliqua sunt anni hujus rerum gestarum, sequenti tomo dicemus, cum Arcadii, & Honorii filiorum ejus in Imperio successorum acta auspicaturi sumus.

XXXVII. Epilogus cum admonitione.

Quem igitur ab exordio Juliani Imperii inchoavimus tomum hunc quartum Annalium, claudimus eumdem felicissimo ad Deum transitu Theodosii. In quo quidem tamquam in viva tabula, semper loquentibus imaginibus, immo clamantibus, expressum habes, quæ impietatis, quæ vero pietatis sint vires, quive exitus alterutram sectantium Imperatorum; cum velut in scœna repræsentata videris diversa atque contraria diversorum Principum studia; contemplatusque fueris, quemnam finem habuerit Apostata Julianus Idolorum cultor, quove pervenerit Valens hæresis propugnator; & quem tandem exitum consecutus sit Valentinianus major, Catholicus licet Princeps, sinens tamen pro arbitrio quemque agere, idola colere, hæresesque sectari; quo modo divinam vindictam in se concitaverit, atque in filios miserabilius propagarit: contra vero qui fuerit religionem pure colentis, & propensius excolentis, impietatemque una cum impiis insectantis felix ingressus, felicior progressus, ac tandem egressus felicissimus Theodosii Imperatoris. Ut una ferme inspectione intelligant Christiani Principes, quos vitare, quosve sectari debeant; & quonam pacto illorum facta cavendo, Dei indignationem effugiant; ac divinam benedictionem, imitando Theodosium consequantur.

Auctoris peroratio.

JAm quartum tuo beneficio, Dei Genitrix Maria Virgo, pensum reddimus: persolvimusque illud tibi, a qua profitemur acceptum. Tu enim (a) quæsisti lanam & linum & operata es consilio manuum tuarum. Quod igitur reliquum est operis, tu ipsa perfice; eadumque fila qualiacumque sint (fient certe aurea in manu tua) in sacerdotalia illa indumenta contexe; de quibus David (b): *Sacerdotes tui induantur justitiam*; & Dominus (c) ait: *Sacerdotes ejus induam salutari*. Duo ista, rogo, nobis confice vestimenta: domestici enim tui dicuntur vestiti duplicibus. Hæc petimus, non invidiosam tunicam polymitam (d), quæ a patre filio tradita, fraternum odium concitavit, & infelici exitu, hædi conspersa sanguine, eidem patri immensum dolorem incussit, excussitque lacrymas; ex eo merito judicatoi, filium a fera pessima devoratum. Felicius agni, quam hædi sanguine imbuantur Fidelium vestes: satisque ad ornatum, quod proficit ad salutem: Siquidem divino est depromptum oraculo (e): *Beati qui laverunt stolas in sanguine agni*. Tali purpura glorientur Dei filii, cohæredes Christi, consortes regni, iidem Reges, cum Deo in perpetuum regnaturi: in quorum nos cooptari consortium, tuis, Virgo sanctissima concedat precibus dilectus filius tuus; cui gloria, & honor in sæcula. Amen.

(a) Prov. 31.
(b) Psal. 130.
(c) Psal. 131.
(d) Genes. 37.
(e) Apoc. 22.

APPEN-

APPENDIX.

I. De Concilio Laodiceno.

QUod spectat ad Laodicense Concilium: est quod mireris, lector, a nobis hoc tomo esse omnino prætermissum, adeo ut ne levis quidem ejus nominis mentio habita sit. Juxta enim aliorum fidem, qui illud ad Damasi Papæ tempora retulerunt, sub eodem a nobis fuerat antea collocatum. Sed eo tempore cum de ipso nos acturi essemus; accuratius re perspecta, dum nec certum tempus vel locum inveniremus, quibus, ut aliæ res gestæ, firmiter consignari potuerit; in appendicem esse referendum, consultius existimavimus, quod præteriisse penitus nefas erat. Concilium quippe est antiqua nobilitate per celebre, Græcorum ac Latinorum scriptis memoriæ commendatum.

II. De hoc nos tractaturi, antequam de tempore differamus, corrigemus errorem illum, qui de ejusdem Synodi loco hactenus omnium ferme consensu acceptus asseritur, qui nec posteriori editione cernitur emendatus; cum celebratum idem Concilium dicitur Laodiceæ quæ est in Syria. Quod sane vehementer admirati sumus, cum ipsius Synodi titulus disertis quidem verbis ita legatur: *Sancta Synodus quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ ex diversis regionibus Asiæ* &c. Sed & gravior error ille, cum duæ Laodiceæ in unam reperiuntur esse conflatæ, dum asseritur eadem esse in Syria quæ est ad Lycum flumen. Porro ex Strabone, (a) Plinio, Ptolomæo, & aliis Cosmographis, duas constat fuisse Laodiceas, alteram Syriæ quæ dicta est Seleucia Tetrapolis, alteram vero in Phrygia, dictam a Strabone Laodiceam Hierapolin: sed & ponit (b) idem auctor aliam Laodiceam in Media a Macedonibus conditam. Quæ autem in Syria est Laodicea, haud procul distat a Ponte Orontis fluvii, Chalcidis contermina, condita a Seleucio. Sed quæ in Phrygia est ad Lycum sita (unde, inquit idem Strabo, ab eo cognomen accepit, ut Laodicea ad Lycum sita dicatur) nobilis quidem Civitas; sed nobilior elogio divinæ Scripturæ: ipsa quidem est, de qua Joannes in Apocalypsi (c), & Paulus meminit in epistola ad Colossenses, nosque de ipsa alia occasione suo loco primo Annalium tomo diximus. Hæc cum ita se habeant; quid in Syria Laodiceam illam ponunt, quæ ad Lycum flumen est sita? & quid commune cum Syria iste amnis habet?

(a) Strab. l. 13. Plin. l. 5. c. 20.

(b) Strab. l. 11. Plin. l. 5. c. 26.

Tres Laodiceæ.

(c) Apoc. c. 3. Coloss. ult.

III. Ex his pariter redarguitur, qui apud Gratianum (d) idem sensisse reperitur, Anselmus nimirum, qui putavit Laodiceæ Syriæ hanc Synodum congregatam; dum vult eam habitam auctore Theodosio, sive Theodoro, vel Theodoto Episcopo Laodicensi: fuit enim iste Episcopus Laodiceæ Syriæ, successitque (ut testatur Eusebius e) Stephano, qui sederat post Anatolium successorem Eusebii. Cæterum Theodotus, sive Theodorus, vel Theodosius iste interfuisse reperitur Magno Niceno Concilio, habeturque subscriptus in eo tertio loco inter Episcopos Cælesyriæ. Quo tempore Laodiceæ, quæ est in Phrygia, totius provinciæ illius (ut ait Theodoretus f) metropoli præerat Nunechius, qui itidem Niceno Concilio repetitur primo loco subscriptus inter Episcopos Phrygiæ. Quod igitur Theodoti Episcopi Laodiceæ, quæ est in Syria celebrius nomen esset, quam Nunechii, incaute posuerunt eamdem Synodum Laodicensem a Theodoto, alias Theodosio, congregatam Laodiceæ in Syria, cujus ipse erat Episcopus, celebris quidem nominis: post quem sedem illam accepit Pelagius, cujus meminit Theodoretus (g), idemque cum aliis Episcopis Orthodoxis Imperatoris constitutione (h) laudatur: post ipsum vero Gregorius Arianus, cujus Sozomenus meminit (i). Hæc de loco Synodi satis; de tempore jam agamus.

(d) c. 11. dist. 16.

De Theodoto Episcopo.

(e) Euseb. l. 7. c. ult.

(f) Theod. in ep. Paul. ad Coloss. cap. 2.

(g) Theod. l. 4. c. 11. & 12.

(h) l. 2. de fide Cathol. C. Theod.

(i) Sozom. l. 6. c. 25.

IV. Quonam autem potissimum tempore ejusmodi Synodus fuerit celebrata; quod nullius hac de re certa probataque assertio extet, locus est tantummodo conjecturæ. Quamobrem illud in primis dicimus liquido constare, eamdem non ante tempora tantum Theodoreti habitam esse, dum invenitur eadem ab ipso citata (k), sed etiam ante S. Basilium: quippe quem in epistola canonica ad Amphilochium (l) ejusdem meminisse certum est, dum ait: *Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est propter multorum œconomiam, & dispensationem eorum, baptisma Catharorum*, Novatianorum scilicet, *suscipi: suscipiatur*. Id enim statutum habetur in Laodiceno Concilio ab Asianis episcopis canone septimo. Ex quo etiam Concilio cum rejiciatur Cataphrygarum baptismus; ex sententia eorumdem Basilium itidem in eadem epistola definiisse apparet.

(k) Theod. in epist. ad Coloss. c. 2.

(l) Basil. ep. ad. Amphiloc. c. 1.

V. Tempus Synodi Laodicenæ.

Sed quam ante Basilii tempora habitam esse diximus Synodum Laodicenam; num post tempus Niceni Concilii, vel ante id acciderit; hoc exquirendum est. Quod enim de Photinianis hæreticis in eodem septimo canone mentio habeatur, diffinita causa esset, si omnium exemplarium & editionum esset una eademque le-

lectio. Nam cum plerique scripti codices, necnon editio posita in ensis libris posteriori loco ejusdem Concilii careant illis verbis, *Aut Photinianis*, eo redacta res videtur, ut ex diversis lectionibus, quæ germana sit, diligentius exquiratur: quæ ex eo pendet, ut disquiratur, num collatum a Photinianis baptisma ab Ecclesia omnino receptum fuerit, cum septimus canon ille habeat, illorum baptismum esse suscipiendum.

VI.

At licet S. Hieronymi (*a*) & aliorum auctoritute constet Ecclesiam Catholicam recipere consuevisse Arianorum baptismum; tamen nequuquam ab eadem susceptum est baptismum Photinianorum, quorum tanta erat impietas in negando divinitatem Filii Dei, asserentium eum fuisse tantummodo hominem, ut (quod dictum est superius) Ariani ipsi adversus eos ut maxime impios arma sumpserint, & ab Ecclesia ejecerint: quamobrem constut ex auctoritute Concilii Arelatensis (*b*), Photiniunorum baptismum, sicut & Puulunistarum, nullum esse, decretum fuisse. Sed & quod Theodoretus (*c*) uffirmet Photinum eadem sensisse cum Paulo Samosateno: certe quidem sicut ex decreto Concilii Nicæni (*d*) statutum est, ut Puulunistæ venientes ad Ecclesiam baptizarentur; ita & de Photinianis servatum oportuit. Quamobrem penitus ab eodem canone septimo explodenda est illa lectio de approbatione eorom baptismi, quæ omnino Ecclesiasticæ traditioni, & Conciliorum cunonibus adversari conspicitur. Sic igitur nihil est quod ex ea lectione convinci possit, istud ipsum Laodicenum Concilium post Nicænum celebratum fuisse.

(*a*) Hier. cont. Lucif.
(*b*) Concil. Arelat. 2. c. 26.
(*c*) Theod. haret. fabul. l. 2.
(*d*) Concil. Nica. c. 19.

VII. Synodus Laodicena ante Nicænum Concilium.

Sunt plura tamen quæ ante Nicænum Concilium persuudeant idem Laodicenum celebratum esse: sed unum illud in primis, quod cum constet anctoritute S. Hieronymi (*e*), receptum in Nicæno Concilio librum Judith; cum in serie canonicorum librorum a Putribus Laodiceæ congregaris idem liber ab authenticis sit explosus una cum nonnullis aliis; evidens plane atque perspicuum redditur, dictam Laodicensem Synodum celebratam fuisse ante Nicænam. Nam quomodo ausi fuissent Catholicæ Ecclesiæ Episcopi convellere quæ in Magno illo Oecumenico Concilio de canonicis libris fuissent magna consideratione decreta? Præterea cum reperiantur quinque (*f*) canones Laodicensis Concilii eadem omnino continere quæ in Concilio Nicæno stututa sunt, nec in eis ullu prorsus mentio habeutur canonum Nicænorum eadem statuentium; argumentum est, ante Nicænum Concilium ea a Patribus Synodi Laodicenæ decreta fuisse: siquidem vel non oportuerat ea paulo post iterum sanciri a provinciali Concilio, quæ decretu nuper fuerant in Oecumenico: vel saltem ad majorem Ecclesiasticis legibus auctoritatem conciliandam, eorumdem Nicænæ fidei canonum Patres debuerant meminisse, ut in aliis Conciliis factum esse reperitur, & in hoc ipso Laodiceno servatum, ut proxime dicturi sumus. Quod cum fuerit prætermissum: equidem existimari potest, ante Nicænum Concilium ea Laodiceæ fuisse statuta.

(*e*) Hier. epist. 111.
(*f*) Concil. Laod. c. 3. 5. 8. 12. 20. Nican. 11. 18. 19. 4. 14.

VIII. Laodicenum Concilium post Neocæsariense.

Cæterum sicut æquum est ista sentire, ita pariter affirmare par est, idem Laodicenum Concilium in Asia fuisse post Neocæsariensem Synodum celebratum: nam ejusdem Concilii visus est citatus cunon a Putribus Synodi Laodicenæ, dum primo illius decreto dicitur, (*f*) bigamos ad breve tempus pœnitere debere, & sic admitti ad communionem, idque (ut habent verba ejus) secundum Ecclesiasticum canonem, nempe Neocæsariensis Concilii tertio loco positum (*g*): recepta sic quidem fuit bigamia in Ecclesia Orientali, in qua diu magnoque cum detrimento versati fuerant Cataphrygæ, rejicientes prorsus (ut dictum est) secundas nuptias: recepta, inquam, ut tamen non absque pœnitentia iidem ad communionem admitterentur. Sed & S. Basilius (*h*), quæ ab hoc cunone prætermissu sunt, addidit: nimirum quia in eo de bigamis tantum actum esset, ipse supplevit de pœnitentia trigamorum atque polygamorum: haud enim sic vulnus curare valuerunt, ut cicatrix nulla prorsus reliqua esset.

(*f*) Concil. Laod. c. 1.
(*g*) Concil. Neoc. c. 3.
(*h*) Basil. ep. canonic. ad Amphiloc. c. 14.

IX. Nunechius Episcopus Laodicenus.

Cum igitur ex his quæ dicta sunt, satis possit intelligi, Concilium Laodicenum non ante Neocæsariense celebratum esse, neque post Nicænum; dicere quoque opus est, illud nequaquam sub Theodoto Laodiceæ Syriæ Episcopo, sed habitum esse sub Nunechio Laodiceæ Phrygiæ Pucatianæ Antistite: nam nullus ulius præter ipsum eidem Civitati præfuisse eo tempore reperitur Episcopus: siquidem quem diximus subscriptum huberi Nicæno Concilio Nunechium ejus sedis metropolitanum Episcopum, eumdem quoque interfuisse Concilio Ancyrano paulo ante Neocæsariense Concilium celebratum, suo loco dictum est. Ex his igitur vides, quam præpostero ordine, quæ tertio loco ponendu erat Synodus Laodicensis apud Gratianum (*i*) reperiatur sexta ordine collocutu post Sardicensem, & Antiochenam, atque perperam (*k*) in Syriu sub Theodoto vel Theodosio Episcopo celebrata, relataque ad Liberii vel Dumasi Papæ tempora. Nihil tamen dicimus de canone Sextæ (*l*) Synodi, eo quod in ea Patres nequaquam servare temporis ordinem professi sunt.

(*i*) c. 12. dist. 16.
(*k*) ead. dist. c. eod.
(*l*) c. 7. dist. 16.

X. Decreta Synodi Laodicenæ.

Quod autem ejusdem Synodi canone trigesimoquinto vetitus ac improbatus videatur Angelorum cultus; consule quæ ad exactam ejusdem elucidationem dicta sunt primo Annalium tomo, cum egimus (*m*) de Pauli ad Colossenses epistola. Sunt autem complures ejusdem Concilii canones ad disciplinam atque oeconomiam

(*m*) Annal. to. 1. an. D. 60.

Ecclesiasticam pertinentes, quibus & Ecclesiastica antiqua traditio refertur: ut, quæ in primis notanda sunt, de confessione peccatorum (a), custu sanctorum martyrum (b), sacri chrismatis (c) usu, jejunio Quadragesimæ (d), & aliis. Qui autem postremus statutus est canon de non canendis in Ecclesia Psalmis vulgaribus, sed iis tantum, qui in sacris libris ab Ecclesia probatis scripti invenirentur: equidem adversus pravum illum usum a Paulo Samosateno Antiocheno Episcopo primitus (ut dictum est) introductum, a Patribus consulto sancitus esse videtur. At de his hactenus.

(a) Concil. Laod. c. 2.
(b) Eod. Conc. c. 34. 51.
(c) Eod. Conc. cap. 48.
(d) Eod. Conc. cap. 49. 50.

Hic desinit quartus Annalium Baronii tomus.

ANNALES ECCLESIASTICI.

(a) Genes. 29. 30.

Auctoris præfatio cum imploratione Numinis.

Ntiqua illa ac veneranda (a) mater, sobole Patriarcharum fœcunda, cum tandem quartum post partum se jam sterilem sensit (Liam dico magni conjugem Patriarchæ Jacob) viribus destituta naturæ, ardentiori tamen desiderio prolis incensa, consilium illud iniit, ut prole fœcundaretur ancillæ; proprium fore filium rata, quem illa ea viro sibi conjuncto concipiens genuisset. Probe quidem, atque ea sententia accidit, ut masculum illa pariens, quinto se auctam filio putans, in illud mox erumperet exultationis elogium, *Feliciter*: ex eaque voce edita, eum *Gad* nomine nuncuparet. Quoniam vero & mihi contingit, post quartum jam editum Annalium tomum quamdam experiri sterilitatem, lassescere nempe corporis vires, enervatamque languescere mentem effœtam, hebetari ingenium, atque stylum obtundi, sed novos edendi partus adhuc virescere desiderium: illud ipsum mihi Liæ consilium ineundum putavi, atque imitandum exemplum: nimirum quærere ex aliena fœcunditate progeniem. Sed ubi ancilla, quæ ejusmodi benedictionis adjiciat mihi partus, cum nulla existat ex filiabus Evæ, cujus fœtus maledictionis sit expers? Ecce Ancilla Domini, Domina eadem, cui Angeli serviunt, famulatura ipsa omnibus, & allatura fœcunditatem: quippe quæ omnes vocet & provocet illis Sapientiæ verbis (b): *Transite ad me omnes qui diligitis me, & a generationibus meis adimplemini*. Sit igitur nobis Ancilla ista fœcunda, cujus partus benedictionem concilians, sterilitatem solvit humanam: ut sic & nobis illud, *Feliciter*, acclamare contingat, immo præ excellentia parientis ac prolis alacriter ingeminare: *Quam felicissime, Parvulus (c) natus est nobis, & filius datus est nobis*. Ut autem tantam de te fiduciam, Ancilla sublimis & humilis Domina, capiamus, effusa illa tua erga nos semper immensa largitas perfuadet, immo impellit, ac cogit. Age tu ergo nobiscum virtute Spiritus sancti, cujus adventu concipere didicisti, ut nos feliciter hac augeas nova prole: ipseque Annalium tomus quintus abs te conceptus, & ad omnes veritatis numeros bene compositus, veluti membris cunctis integre formatum corpus atque perfectum, in lucem edatur: ut sic omnibus atque in omnibus innotescat datus a te benedictus fructus ventris tui.

(b) Eccl. 24.

(c) Isai. 9.

JESU CHRISTI ANNUS	SIRICII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
395.	11.	1.

I. Arcadius & Honorius imperant.

TRecentesimo nonagesimo quinto Christi anno, notato Consulibus Olybrio atque Probino: Qui a Theodosio patre vivente, diversis temporibus, imperatores creati fuerant, Arcadius & Honorius, eo defuncto, decimoseato Kalend. Februarii soli imperare cœperunt, eum Arcadius annum ætatis ageret vigesimum, Honorius vero natus esset annos decem: imperassetque ille una cum patre annos duodecim, iste vero duos, ut ex Marcellino (d) colligitur. Hos itaque ultimo vitæ suæ tempore (ut superiori tomo dictum est) Theodosius Impera-

(d) Marcel. in Chron.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5888.

Anno Æræ Hispan. CCCCXXXIII. SÆC. IV. A.C. 395.

☉ 12. G. ☽ 26. P. 25. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 395.

SIRICII PAPÆ 12.

ARCADII IMP. 13. & 1.

HONORII IMP. 3. & 1.

I. Consules.

COSS. *Anicius Hermogenianus Olybrius, & Anycius Probinus*, filii Sexti Anicii Petronii Probi anno CCCLXXI. Consulis, de quibus hoc anno Tomo superiori actum. Uterque Occidentalis fuit, ideoque nullus in Oriente Consul processit.

II. Honorius succedit Patri in Imperium Occidentale, Arcadius in Orientale.

A num. I. ad VII. Socrates lib. 6. cap. 1. scribit: *Mortuo Imperatore Theodosio, Consulatu Olybrii & Probini, ante diem XVI. Kalendas Februarias, filii ejus Romani Imperii administrationem suscepere. Et Arcadius quidem Orientis, Honorius vero Occidentis principatum obtinuit, &c. Ceterum corpus Theodosii allatum Constantinopolim iisdem Consulibus, die sexto Idus Novembris, Arcadius ejus filius solenni exequiarum honore prosecutus est*. In Imperio Occidentis Illyricum quoque, Occidentale sc. continebatur, teste Olympiodoro, Italia item, Galliæ, Hispaniæ, Britannia & Africa. Quod de Italia, Hispaniis, Galliis, & universa Africa prodit Zosi-

perator sanctissimo sacerdoti Ambrosio commendaverat, & moriens sub protectione reliquerat Stiliconis Magistri militiæ, sub cujus cura tunc uterque agebat exercitus, Orientalis scilicet & Occidentalis Imperii: hujus enim in multis fidem probatam invenerat, quem & arctius vinculo nuptiarum obstrinxerat, juncta illi conjugio Honorii fratris filia, Serena nomine, clarissima femina. Ad hæc plane incuoda ac capessenda consilia, ut barbarum hominem, potentissimum ducem devinciret sibi fœdere nuptiarum, & relinqueret utriusque patronum Imperii, perfidia Gentilium Senatorum impulerat, quos sciverat primo conspirasse cum Maximo, ac postea novum tyrannum Eugenium in Imperium evexisse, duobus Imperatoribus Gratiano & Valentiniano maxime piis extinctis. Sciebat præterea Theodosius Stiliconem pium atque idolorum cultus implacabilem adversarium. Consultum igitur satis esse putavit sum Imperio, tum etiam religioni, si adversantem Gentilibus, Christianæ pietatis & Christianorum Imperatorum defensorem proveheret Stiliconem.

II. Ruffinus invidia tabescit gloria Stiliconis.

Hujus autem cum summa gloria, summa conjuncta potentia, quasi geminis accensis facibus Ruffinus incensus est æmulus: cui recedens Theodosius Constantinopoli, pugnaturus adversus Eugenium, tum Arcadium, tum etiam ipsum Orientale Imperium commendarat. Quamobrem cum Theodosii ultima voluntate Stiliconem sibi prælatum audisset, evestigio adversus Imperium, inito clanculum cum Gothis fœdere, moliri cœpit insidias. Hæc autem postea patefacta & nota cunctis, cecinit quoque Claudianus his versibus (a):

(a) Claud. adv. Ruffin. l. 2. in princip.

Jam post edomitas Alpes, defensaque regna
Hesperiæ, merita complexus sede parentem,
Auctior adjecto fulgebat sidere mundus.
Jamque tuis Stilico Romana potentia curis
Et rerum commissus apex. Tibi credita fratrum
Utraque majestas, geminæque exercitus aulæ.
Ruffinus (neque enim patiuntur sæva quietem
Crimina, pollutaque negant arescere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Incboat, & solito pacem turbare tumultu.
Hæc etiam secum, &c.

Ruffinus nova molitur.

Vides ex Claudiano corrigi Suidam, & alios, dum ajunt, pari potestate Ruffinum atque Stiliconem relictos esse tutores Imperii, Orientalis illum, istum vero Occidentalis. Etenim nec Arcadio ea ætas erat, quæ tutore opus haberet.

III.

Porro quod rursum ad Ruffini animum commotum spectat, nova illa accessit causa, qua ipse vehementiori impulsus impetu ad facinus perpetrandum præceps ruit. Quænam autem ista fuerit, Zosimus ita narrat (b): *Ruffinus Constantinopolim reversus, impetrandæ Principis affinitati studebat, tantum non properans ad collocandum Arcadio in matrimonio filiam. Sed cum fortuna quiddam aliud ei præter expectationem moliretur, ex hujusmodi causa spe Ruffinus excidit. Erant duo Promoti filii* (gesserat hic Consulatum una cum collega Timasio) *qui adhuc superstite Theodosio cum liberis ejus versabantur. Horum alter apud se virginem filiam habebat eximia pulchritudine spectabilem. Hanc Eutropius, unus ex eunuchis Imperatoriis, ut uxorem Princeps duceret, venustate puellæ prædicata, cohortabatur: cumque videret Principem verba sua non illubenter admittere, monstrata imagine puellæ, perque hanc Arcadio ad majus desiderium concitato, hujus uti nuptias amplecteretur persuasit, nihil sciente Ruffino eorum quæ tractarentur, & existimante tantum non confestim filiam suam Principi nupturam, seque non multo post illius in summo Imperio consortem futurum. Eunuchus autem conspicatus jam confectum ab se nuptiarum negotium; tripudiare popu-*

(b) Zosim. l. 5.

Nuptiæ Arcadii cum Eudoxia.

PAGIUS. Zosimus in fine libri 4. Arcadius Rufini, Honorius vero Stiliconis arbitrio regebatur, & inter duos Administros magna dissensio erat. De iis Suidas in voce ῥουφῖνος ait; *Rufinus & Stilico erant tutores filiorum Theodosii. Ambo omnia rapiebant, in divitiis imperium ponentes. Nec quisquam quidquam habebat proprium, nisi his placuisset. Omnesque causæ apud hos judicabantur, magnaque multitudo circumversantium erat, si forte alicui prædium aliquod fuisset locuples & fertile. Nam ejus Dominus confestim corripiebatur, accusatione speciosa & probabili adversus ipsum confictа per quorumdam emissariorum subornatorum insidias.* Baronius n. II. Suidam arguit, quod *Rufinum* & *Stiliconem* Imperii Orientalis & Occidentalis tutores relictos esse asseruerit. Verum hac voce ἐπιτρόπους, id est, *tutores*, utuntur Zosimus & alii Scriptores Græci, & idem aliis verbis affirmat Olympiodorus. Ad hæc Suidæ testimonium magni hac in re est ponderis, cum ipse affirmet, se hæc in Chronographia *Eunapii*, qui Rufino & Stiliconi æqualis fuit, legisse. Secundo, ait ibidem Baronius Claudianum, cujus versus recitat, *Suidam* corrigere scribentem *Rufinum* atque *Stiliconem* pari potestate relictos esse tutores Imperii. At quia *Stilico* utriusque Imperii administrationem sibi a Theodosio M. relictam, ut omnia absorberet, asserebat, Claudianus ejus adulator idem versibus suis inculcat;

lum, & coronis uti, veluti in nuptiis Principis fieri consuesset, jussit. Cumque vestem quæ Principem deceret, & mundum e regia sumpsisset, eaque gestanda ministris & apparitoribus Principis dedisset, populo præeunte, per urbem mediam incedebat. Ratis autem omnibus hæc Ruffini filiæ datum iri, bajulosque comitantibus; ubi progrediendo propius ad Promoti domum accessissent, cum donis hanc sponsalitiis intrant; & illis ipsis puellæ virgini traditis, quæ apud filium Promoti educabatur; quanam futura Principis conjux esset, ostendunt. Hoc modo Ruffinus spe sua dejectus, qui alium cum Principe nuptiam cerneret: quod reliquum erat dispiciebat, qua via scilicet Eutropium quoque de medio tolleret. Hæc Zosimus: ex quibus hallucinatos videas, qui dixerunt (ut est apud Nicephorum *a*) aliquos opinatos Eudoxiam fuisse Gratiani filiam, aliquos vero Bautonis Consularis.

(a) Niceph. l. 13. c. 4.

IV. De ornamento capitis Eudoxiæ.

Quod autem de mundo muliebri ab Arcadio ad Eudoxiam conjugem misso mentio facta est: opportune exemplum ejus ornatus capitis ex antiquo aureo prægrandi numismate hic tibi exprimendum curavimus: accepimus ipsum a Fulvio Ursino, a quo & alia nonnulla præclara antiquarum rerum monumenta mutuati sumus:





Quo uno exemplo illud intelligere potes, quod S. Hieronymus (*b*) ad Lætam scribens ait: *Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura condecorat*; item & illud quod in eamdem sententiam S. Augustinus ait (*c*): *Jam in fronte Regum Crux illa fixa est, cui inimici insultarunt.* Hæc ipsi; quos melius ex præscripta numismatis forma valeas intelligere. Quidni super omne diadema & coronam regiam Crucis signum a Regibus poneretur, quod longe clarius quibusvis gemmis coruscante corona fulgeret? Nam audi Chrysostomum (*d*): *Hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicii symbolum, Crux, diadematibus & coronis clarius factum est. Neque enim sic regia corona ornatur caput, ut Cruce, quæ omni cultu dignior: & quam omnes prius abhorrebant, ejus figuram tantopere quærunt: atque adeo ubique ea invenitur apud Principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud servos, apud liberos: subinde omnes ea se signant; inscribendo in nobilissimum membrum nostrum. In fronte enim nostra, quasi in columna, quotidie figuratur:* & post plura alia id genus, subdit: *Omnes ipsa magis ornantur, quam diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus.* Idemque alibi (*e*) item de Cruce: *Ecce nunc ipsa vita evasit honorabilior, & omnes eam in fronte circumferimus, non solum non erubescentes, sed ea etiam gloriantes: non solum privati, sed & qui sunt ipsi*

(b) Hier. epist. 7.

(c) Aug. in Ps. 54.

De crucis ornatu præconia.

(d) Chrys. adv. Gentiles quod Christus sit Deus.

(e) Chrys. hom. in Psal. 109.

PAGIUS

cat; sed irrito conatu, cum Orientales rationum a Stilicone allatarum nullam rationem habuerint, solumque Imperium Occidentale eidem paruerit; *Rufino* ad bellum parato, ut administrationem sibi à *Theodosio* M. relictam, armis, si opus esset, tueretur. Tertio, Baronius num. V. Zosimum lib. 4. reprehendit, quod Rufinum *Celtam* fuisse dixerit; cum Claudianus Scriptor coævus lib. 1. in Rufinum a vers. 133. eum *Elusa*, in Aquitania sc. natum fuisse tradiderit. At Zosimus *Celtarum* nomine Gallos designat, indeque loco laudato ait: *Theodosius Imperator Italia populis, & Hispanis, & Celtis, & universa præter hæc Africa, Honorio filio suo traditis, dum Constantinopolim revertitur, morbo vitam finiit.* Ad hæc Strabo lib. 4. pag. 205. ait: *Hæc diximus de Gallis, qui Narbonensem Provinciam incolunt, qui quondam Celtæ appellabantur: & arbitror ab his esse a Græcis nomen Celtarum universis Galatis seu Gallis inditum, ob gentis claritatem.*

Auctor Chronici Alexandrini sub Olybrii & Probini Consulatu habet; *Arcadius Augustus nuptias celebravit mense Xantico, v. Kal. Mai.* De Arcadii vero uxore Philostorgius lib. 11. c. 6. prodit: *Arcadius Imp. post patris obitum filiam Bautonis ducit uxorem. Erat autem Bauto natione Barbarus, & Magisterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat.* Nec Zosimus lib. 5. pag. 781. contrarium scribit, ut arbitratur Baronius, num. III. Nam tantum dicit,

III. Arcadius Æliam Eudoxiam conjugem ducit.

ipsi diademate redimiti, nam potius gestant, quam diadema: & merito quidem; est enim innumerabilibus diadematibus melior. Diadema enim ornat caput. Crux autem munit mentem. Hæc Chrysostomus. Habes pariter quod ex nummo discas, Eudoxiæ fuisse cognomentum, Licinia, & non Julia, ut alii tradiderunt. Sed jam ad Ruffinum invidia excruciatum redeamus.

V. Immoderati animi pœna.

Accidit quidem, sæpe secundum illud Davidicum (*a*): *Homo cum in honore esset non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*; ut æstuans semper majoris gloriæ cupidine animus, quanta Dei largitate consecutus fuerit, obliviscens ac parvipendens, immemor, ingratus, ut juges rependat Deo gratias; cum infelix ulteriora suspiret, spiret atque anhelet ad summa, ipse sibi nectat laqueos, gladiosque in suam necem exacuat, atque patratorum scelerum, a se incipiens, pœnas exigat. Ecce tibi iste ipse Ruffinus hujus rei dignum exemplum præbuit. Hic enim Elusæ in Aquitania humili loco natus est (licet perperam eum Zosimus (*b*) Celtam appellet) in Aquitana enim provincia, & non in Celtica Elusam esse, cum Plinius (*c*), tum etiam Sulpitius Severus (*d*) affirmant, quam patriam fuisse Ruffini & Claudianus (*e*) est auctor: eam autem recte colentem Christianam religionem, a Priscilliano depravatam, idem qui supra Severus tradit (*f*): ex cujus fortasse schola Ruffinus magicas hausit, quarum insigniter peritum fuisse, idem Claudianus (*g*) significare videtur. Hic, inquam, Ruffinus Constantinopolim profectus, in aula versutus, adeo se in amicitiam insinuavit Theodosii Imperatoris, ut summos consecutus fuerit magistratus: etenim (ut dictum est superius) una cum Arcadio secundum Consule ipse collega gessit ordinarium Consulatum, Magistrumque ante egit Officiorum, atque postea nobilissimum omnium Prætorii Præfectorum: cum nec iis contentus, eo provenit arrogantiæ, ut generum habere conaretur Imperatorem, immo eu (ut tradunt) via Imperium sibi sumere pertentaret.

(*a*) Ps. 48.
(*b*) Zosim. l. 4.
(*c*) Plin. l. 4. c. 19.
Ruffini genus & vitæ cultus.
(*d*) Sever. hist. l. 2.
(*e*) Claud. in Ruffin. lib. 1.
(*f*) Sever. ib.
(*g*) Claud. ibid.

VI. Ruffini crudelitas.

Tales tantosque conscensos sublimiores honoris gradus Ruffinum insontium plurimorum cædibus infecisse, & rapinis dehonestasse, iidem qui supra auctores affirmant: hujus nempe dolo inter alios Promotum Consularem occidi a barbaris jussum, & Lucianum Comitem Orientis plumbatis tusum ac male mulctatum esse, Zosimus (*h*) tradit: ut prætereamus quæ in alios inferioris ordinis immaniter perpetravit: nam ipsum fuisse auctorem & impulsorem, ut Theodosius Imperator præter consuetudinem moremque suum adversus Thessalonicenses crudelissime, nullo habito delectu sontium & innocentium, desævirет, superiori tomo Annalium dictum est: unde non immerito hæc de eodem Ruffino Claudianus his versibus (*i*):

(*h*) Zosim. ib. lib. 4.
(*i*) Claud. in Ruffin. l. 1.

— Quis prodere tanta relatu
Funera? quis cædes possit deflere nefandas?
Quid saevi immanes unquam gessisse feruntur
Vel Scinis Isthmiaca pinu? vel rupe profunda
Sciron? vel Phalaris tauro? vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi! Busiridis aræ
Clementes. Jam Cinna pius, jam Spartace lenis
Ruffino collatus eris, &c.

Sed haud minor inerat homini rapacitas atque crudelitas: bigu namque ista depravatus animus in sui perniciem trahebatur in præceps, cum Imperium sibi rapere, Arcadio necem meditatur inferre, barbaros occulte sollicitare in utriusque Imperii cladem cœpit.

VII. Arcadius pietate concilians sibi Numen vitat insidias.

At quonam pacto his occurrat Arcadius ista nesciens, & periclitanti Imperio bene consulat hæc ignorans? Sed prospexit ille quidem, seque cum Imperio collocavit in tutum, dum ipso ingressu in Imperium, parentis maxime piis insistens vestigiis, nihil antiquius haberet, quam Christianam religionem, ipsamque fidem Catholicam sartam tectam servare, atque

PAGIUS

cit, puellam, quam *Arcadius* conjugem duxit, educatam in domo unius ex filiis *Promoti*, non vero, ut interpretatur Baronius, *Promote* filiam fuisse. Erat *Bauto* natione Francus, qui Consulatum gessit anno CCCLXXXV. vir ab avaritia donisque captandis prorsus immunis, bellicis in rebus prudentia pariter ac robore præstans, inquit Zosimus lib. 4. pag. 758. ubi quem Philostorgius natione Barbarum, ipse *natione Francum* appellat. Arcadii uxor *Ælia Eudoxia* nuncupata in inscriptione Gruteri pag. MXLVIII. I. nummus vero *Licinia Eudoxia* Augustæ, quem Baronius num. IV. repræsentat, cusus est in honorem Liciniæ Eudoxiæ filiæ Theodosii Junioris, & uxoris Valentiniani III. ut ex infra dicendis certo constabit. Auctor conciliatorque nuptiarum *Eutropius* fuit; cum *Rufinus* filiam suam Imperatori tradere vellet, & imperium affectaret, ut narrat Zosimus lib. 5. cujus verba Baronius recitat.

IV. Status Religionis sub Arcadio & Honorio Imp.

A num. VII. ad XIII. Sozomenus lib. 8. cap. 1. qualis fuerit status Religionis Orthodoxæ sub Theodosii M. filiis, his verbis explicat: *Sic Imperatores persuasum habebant pietati adscribendum esse, quod & pater ipsorum victoriam de tyrannis reportasset; & quod Rufinus, qui ipsorum imperio insidiabatur, tam facile extinctus fuisset. Atque idcirco ea, quæ a superioribus Principibus pro Ecclesia*

atque legibus communire. Acciditque divino plane miraculo, ut dum ipse adversus impietatem solerti studio leges armat; eodem tempore, hoc inquam ipso anno, Deus dissiparit consilia gentium: ipse vero Ruffinus execrandi sceleris architectus miserrime trucidatus, atque ludibrio totius populi expositus fuerit, qui immenso terrori omnibus nuper fuerat. Hæc autem quomodo se habuerint, per singula dicturi sumus: verum quibus primum Arcadius Imperium munierit legibus, videamus. Ad ipsum namque Ruffinum Præfectum Prætorio mense Martii in primis ista rescripsit (a):

(a) l. 26. de hæret. Cod. Theod.

VIII. Leges Arcadii adversus hæreticos.

Omnes pœnas, cuncta supplicia, quæ sanctionibus divæ recordationis genitoris nostri adversum hæreticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes, decernimus: quicquid etiam his est contra meritum delinquentium, spe correctionis, speciali quadam sanctione concessum, id irritum esse. Eunomianorum vera perfidam mentem, & nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus: statuimusque omnia quæ contra illorum vesaniam decreta sunt, illibata custodiri. Illud addentes: Ne quis memoratæ sectæ militandi, aut testandi, vel ex testamento sumendi habeat facultatem: ut sit omnibus commune damnum, quibus etiam communis est religionis furor; cessante videlicet, si quid a patre nostro quibusdam fuerat super testandi jure beneficio speciali concessum. Dat. III. Id. Martii, Constantinopoli, Olybrio & Probino Conss. Rursum vero eodem mense sic iterum de iisdem ad eumdem Ruffinum (b):

(b) l. 16. de hæret. Cod. Theod.

IX.

Ne quis hæreticorum, quos jam leges innumeræ divi genitoris nostri continent, audeat cœtus illicitos congregare, profanaque mente omnipotentis Dei contaminare mysterium, nec publice, nec privatim, nec in secreto, nec palam. Nemo audeat Episcopi sibi nomen adsciscere, vel Ecclesiasticum ordinem, eorumque sanctissima nomina pollutis mentibus usurpare. Dat. III. Kal. Aprilis, Constantinopoli, Olybrio & Probino Conss. Hæc cum Arcadius ad Ruffinum pro pietate rescripsit, jacula in eum, licet nesciens, divinæ indignationis intorquet.

X.

Sed ad Aurelianum Proconsulem Asiæ ista quoque rescripta dedit, cum quæstio verteretur, quinam hæreticorum nomine dicendi essent (c):

(c) l. 28. de hæret. Cod. Theod.

*Hæreticorum vocabulo continentur, & latis adversus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel levi argumento a judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare. Ideoque experientia tua Euresium * hæreticum, nec in numero sanctissimorum Antistitum habendum esse cognoscat. Dat. III. Non. Sept. Constantinop. Olybrio & Probino Conss.*

XI.

Sed & cum Ruffini furor tyrannicus vehementius grassaretur, Arcadius amplius de religione solicitus, inquisitionem ejusmodi

PAGIUS

clesiarum utilitate decreta fuerant, propensiore animo confirmarunt, & propria ipsi dona ac beneficia adjecerunt. Subditi vero ad Principis exemplum se se formantes, Pagani quidem ad Christianam religionem facile transibant: hæretici vero ad Ecclesiam Catholicam sese adjungebant. Ariani autem & Eunomiani, quoniam inter se ipsos dissidebant ob causas, quas supra commemoravi, in dies magis magisque imminuebantur. Ex mutua enim inter ipsos discordia, multi eos non recte de Deo sentire indicabant, & ad illos, qui ejusdem cum Imperatoribus fidei sectatores erant, transgrediebantur. Macedonianis autem, qui erant Constantinopoli, id plurimum nocuit, quod eo tempore nullum habebant Episcopum. Nam ex quo Eudoxius cum suis, regnante Constantio, Ecclesiae illis ademerat, sequentium deinceps Imperatorum temporibus, sub solis Presbyteris permanserant. At Novatiani, licet quidam ipsorum turbati essent ob quæstionem de Pascha, quam Sabbatius paulo ante excitaverat, majori tamen ex parte in Ecclesia sua quieverunt. Nam neque iisdem pœnis ac legibus, quibus reliquæ hæreses, obnoxii erant, utpote, qui Trinitatem consubstantialem assererent. Et tunc temporis ob præstantiam Episcoporum suorum firmiore inter se concordia devincti erant. Nam post Agelii Præsulatum, Marcianum Antistitem nacti fuerant, virum egregium. Quo per id tempus recens mortuo (die nempe V. Kalendas Decemb. ut notat Socrates lib. 6. cap. 1. eo scilicet die, quo Rufinus necatur) *Episcopatum ejus suscepit Sisinius, vir apprime eruditus, & Philosophicorum dogmatum, ac Sacrarum Scripturarum scientia instructus.* Hæ hæreses, quæ hoc tempore in Ecclesia grassabantur.

Ad eas extirpandas uterque Imperator, statim a morte patris, varias constitutiones in Codicem Theodosianum relatas emisere, quarum aliquas recitat Baronius. Arcadius dedit hoc anno Legem 28. *De Hæreticis*, in qua *Euresium* quemdam sui temporis Episcopum Hæreticorum numero censendum statuit; quam quidem Legem Baronius Annalibus inseruit, sed nulla, quod Historiæ ratio requirebat, interpretatione addita, asterisco tantum *Euresii* nomine notato, quasi in eo error subesset. Gothofredus in laudatæ Legis Commentario quis iste *Euresius* fuerit, nos docet ex libello Faustini Presbyteri Luciferiani, qui oblatus fuit Valentiniano, Theodosio & Arcadio pro Luciferianis, ideoque non ante annum CCCLXXXIII. quo *Arcadius* Augustus a Patre nuncupatus est: *Sed & nuper tentavit* (Damasus scilicet qui obiit anno CCCLXXXIV.) *graviter persequi Beatissimum Euresium Episcopum, Sanctitate & Fidei æmulatione ferventem, ordinantum æstimante plebe Romana, a constantissimo Episcopo Tarragia, & ipse illibata Fidei, verum sub invidia falsi impositi cognomenti, per suos defensores interpellans Judicem Bassum, quasi adversus Luciferianos. Sed Bassus olim Catholicam Fidem venerans, sciebat, in Lucifero nullam hæreseos fuisse pravitatem: quippe qui & bene noverant, pro Fide Catholica decem annos exilia fuisse perpessum. Et pro constantia sua integritate repulit accusatores* (defensores) *Damasi, negans se fa-*

* V. Euresius Episcopus hæresi notatus.

modi adversus callide se occultantes hæreticos habendam esse præcepit (*a*), ista rescribens ad Marcellum Magistrum Officiorum mense Novembri:

(*a*) *l.29. de Haret. Cod. Theod.*

Sublimitatem tuam investigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in Scriniis, vel inter Agentes in rebus, vel inter Palatinos cum legum nostrarum injuria audeant militare; quibus exemplo divi patris nostri omnibus & a nobis negata est militandi facultas. Quoscumque autem deprehenderis culpæ ejus affines, cum ipsis, quibus & in legum nostrarum & in religionum excidium conniventiam præstiterunt, non solum militia eximi, verum etiam extra mœnia Urbis jubeas arceri. Dat. IIII. Kal. Decemb. Constantinop. Olybrio & Probino Conss.

XII.

At non hæreticos tantum, sed & Gentiles hoc eodem anno Arcadius severissimo exagitavit edicto, in hunc modum ad eumdem Ruffinum Præfectum Prætorio rescribens (*b*):

(*b*) *l.13. de Pagan. C. Theod.*

Arcadii edictum adversus Gentiles.

Statuimus, nullum ad fanum, vel quodlibet templum habere quempiam licentiam accedendi, vel abominanda sacrificia celebrandi quolibet loco vel tempore. Igitur universi, qui a Catholicæ religionis dogmate deviare contendunt, ea quæ nuper decrevi properent custodire, & quæ olim constituta sunt vel de hæreticis, vel de Paganis non audeant præterire: Scituri, quicquid divi genitoris nostri legibus est in ipsos, vel supplicii, vel dispendii constitutum, nunc acrius exequendum. Sciant autem Moderatores provinciarum, & his Apparitio obsecundans, Primates etiam civitatum, Defensores, necnon & Curiales Procuratores possessionum nostrarum, in quibus sine timore dispendii cœtus illicitos hæreticos inire comperimus; eo quod fisco sociari non possunt, quippe ad ejus dominium pertinentes: si quid adversus scita nostra tentatum, non fuerit vindicatum, atque in vestigio ipso punitum: omnibus se detrimentis & suppliciis subjugandos, quæ scitis sunt veteribus constituta. Speciatim vero hac lege in Moderatores austeriora sancimus & decernimus: namque his non custodire omni industria atque cautela, non solum hanc multam quæ in ipsos constituta est exerceri, verum etiam quæ in eos præfinita est, qui commixti videantur auctores; nec his tamen remissa, quibus ob contumaciam suam juste est irrogata: insuper capitali supplicio judicamus Officia coercenda, quæ statuta neglexerint. Dat. VII. Idus Augusti, Constantinop. Olybrio & Probino Conss. Hujus plane legis S. Augustinus visus est meminisse, dum ait (*c*): *Quis enim nostrum, quis vestrum non laudat*

(*c*) *Aug. ad Vincent. epist. 48.*

PAGIUS.

cturum, ut homines Catholicos, & integræ Fidei viros insequeretur: maxime quod ipsæ Constitutiones Imperatorum contra Hæreticos solummodo promulgatæ viderentur, non contra hos qui Sanctissimam Fidem sine sæculi ambitione conservant.

VI.

Luciferianus fuit.

Hactenus Faustinus Luciferianus in suo Libello, cujus meminit Gennadius de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus cap. 16. qui & testatur, eum Damasum Urbis Romæ Episcopum in eo Opusculo culpare ausum esse; quod ex verbis mox recitatis clare apparet. Ex quo & discimus, *Euresium* Luciferianum fuisse, & ideo appetitum quoque a Damaso apud *Bassum*, procul dubio Præfectum Urbi; sed tum nihil in eum statutum, quod Catholicam Fidem sequi tum visus fuisset. Certe Luciferiani non tam Hæretici, quam Schismatici habiti ferme fuerunt; quod Augustinus testatur ad *Quod vult Deum*. Ait tamen Augustinus, se inter hæreticos Luciferianos positos invenisse; & alicubi legisse, *Luciferianos* dixisse, animas ex traduce generari, easque ex carne & carnis esse substantia: haud satis tamen sibi compertum, verumne id esset. Theodoretus etiam lib. 3. cap. 5. ait: *Lucifer in Sardiniam reversus, Ecclesiasticæ doctrinæ nova quædam dogmata adjecit.* Quidquid sit, *Euresius* inter Luciferianos peculiarem aliquam sententiam a Fide Catholica deviam fovit: quod ex hac Lege liquet: cum in ea ad Auxelianum Proconsulem Asiæ directa, dicat Arcadius: *Experientia tua Euresium Hæreticum, nec in numero Sanctissimorum Antistitum habendum esse cognoscat.* Ex qua Inscriptione collata cum superiori Faustini loco colligimus, *Euresium* ex Italia, ubi fuerat ordinatus, in Asiam migrasse.

VII.

Arcadius varias Leges adversus Hæreticos emittit.

Præter Leges a Baronio relatas, uterque Imperator alias emisere ab eo omissas quas hic adjiciemus, & ex Commentariis Jacobi Gothofredi illustrabimus. Arcadius *III. Idus Mart.* dedit legem 25. Cod. Theod. *de Hæreticis*, qua pœnas omnes in hæreticos a Theodosio patre suo sancitas confirmat, & specialia beneficia, quæ nonnullis idem Theodosius adversus commune jus concesserat, revocat. Quare Theodosium hac parte variasse constat; prout scil. hæretici, (quod hæc Lex a Baronio num. VIII. recitata nominatim ostendit) *spem correctionis* facerent, vel pertinacem animum gererent. Speciali autem commemoratione Eunomianos Arcadius damnat his verbis: *Eunomianorum vero perfidam mentem & nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus.* Sane Eunomiani Arianis passim junguntur in legibus adversus eos latis; & lege 65. *de hæreticis*, severior pœna eis, quam Arianis a Theodosio Jun. Arcadii filio imponitur, docetque Sanctus Epiphanius *Anomæos*, qui iidem cum Eunomianis erant, Arianam hæresim, uberiore quadam ac magis execranda dogmatum impietate superasse. Hinc Arcadius *memoratæ sectæ militandi, aut testandi, vel ex testamento sumendi adimit facultatem.* Tum die *IV. Kalend. April.* Arcadius emisit legem 26. *de hæreticis*, a Baronio etiam relatam, qua cœtus hæreticorum omnium, variarum Theodosii patris legum exemplo prohibet, & ne Episcoporum, vel alterius Ecclesiastici ordinis nomen sibi usurpent, vetat. Ad hæc *VIII. Kalend. Julii* dedit legem 27. *de hæreticis*, a Baronio omissam. Sed loco, *VIII. Kalend. Jul.* legendum, *VIII. Kal. Jan.* ut notat Gothofredus citatus, quia ea lex inscripta est *Cæsario Præfecto Prætorio Orientis*, qui die XXVII. men-

das leges ab Imperatoribus datas adversus sacrificia Paganorum? & certe longe ibi pœna severior constituta est; illius quippe impietatis capitale supplicium est.

XIII. Vides autem inter hæc Ruffinum profundi consilii hominem pacifice tranquilleque agere Constantinopoli, accipere data ab Imperatore rescripta, & quæ erant muneris Prætoriæ Præfecturæ graviter exercere; cum tamen interea totum Romanum misceret Imperium, atque ad ejus invasionem barbaris quibuscumque ostia patefaceret, imo & invitaret, vocaret, atque etiam promissione compelleret, iniens cum eorum ducibus secreta fœdera. Quænam vero essent hæ gentes, quibuscum Ruffinus inhians Imperio conspirasset, recenset Claudianus his versibus (*a*):

(*a*) *Claud. adv. Ruff. l. 1.*

Jam gentes, Istrumque movet, Scythiamque receptat
Auxilio: traditque suas hostilibus armis
Relliquias: mixtis descendit Sarmata Dacis,
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes, patriumque bibens Mæotium Alanus.
Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus,
Ruffina collecta manus, &c.

Ruffinus barbaros in Romanum Imperium immittit.

Addit his Zosimus (*b*), Ruffinum hac quoque arte Romanum Imperium prodidisse. Cum enim (ut dictum est) Præfecturam Prætorii summum magistratum administraret, cujus esset, quos vellet provinciis Præsides dare, conjuratos sibi creavit provinciarum rectores; & inter alios Græciæ Proconsulem designavit Antiochum, & Termophilarum angustias custodiendas Geruntio tradidit, ut eas ambo cederent advenientibus Gothis sub duce Alarico militantibus: quod sane isti egregie præstitere. Ad Asiæ vero cladem Hunnos vocatos esse, Claudianus affirmat. Sane quidem

(*b*) *Zosim. l. 5.*

Quid consilii cum Præfectis Ruffinus, iniit adversus Romanum Imperium.

PAGIUS mensis Novembris in eam dignitatem successit Rufino eo die trucidato. Arcadius hac constitutione ademtam Eunomianis a se hoc ipso anno testandi facultatem restituit, confirmata in hoc patris sui constitutione anno superiori emissa, lege sc. 23. *de hæreticis*. Nempe prout Præfecti Prætorio, quibus Arcadius obnoxius erat, ita & in Eunomianos severior, vel mitior fuit. Item prout Eunomiani *spem correctionis* facerent, modo severius, modo lenius habiti, ut etiam a Theodosio factum fuerat. Legem 18. *de hæreticis* III. Non. Septemb. datam superiori Volumine explicavimus.

VIII. *Alia Arcadii leges in Religionis favorem.*

Dein *VIII. Kalend. Decemb.* Arcadius dedit legem 29. *de hæreticis*, a Baronio num. XI. recitatam, qua hæretici militare, ac nominatim in officiis Palatinis & quidem omnes promiscue ab Arcadio prohibentur, exemplo Theodosii patris, qui in palatio suo hæreticos tolerandos non censuit. Ea inscripta, *Marcello Magistro Officiorum*, quem *Empiricum* vocant, quique librum *de Medicamentis* ad filios suos scripsit; Ex cujus inscriptione eum Gallum & Christianum fuisse colligit Gothofredus, quemadmodum & ex hac lege adversus hæreticos data, quæ ipsi inscripta non fuisset, si religionem Christianam non esset professus. Jam die *VII. Id. Aug.* Arcadius legem 13. Cod. Theod. *de Paganis* ediderat, quam integram Baronius num. XII. refert. Ea Sacrificia, Templorumque aditum per Orientem prohibet; & tam Theodosii patris, quam suas adversus Paganos simul & hæreticos leges confirmat. Die *V. Idus Oct.* Arcadius lege 8. Cod. Theod. *de pactis & transactionibus*, jus novum invexit, pactorum sc. juratorum fidem religionemque multiplici pœna sanciens. Hujus constitutionis Baronius non meminit. Hactenus steterat jurisjurandi de aliquo observando, præstando, vel faciendo religio; sed nulla adhuc pœna legibus statuta erat, si quis hac parte pejeraret. Verum *Arcadius* famosa & singulari constitutione decernit, ut si quis post XXV. ætatis suæ annum adversus pactionem suam, aut interpellare Judices contra hoc quod fecit, precibus adire præsumpserit, aut implere neglexerit ea, quæ sub Sacramenti interpositione scripto promisit, pronuncietur infamis, & pœnam, quam in pacto constituit, exolvat. Porro *Arcadius* huic suæ constitutioni locum esse vult, sive invocato nomine Dei omnipotentis, eoque auctore solidatum sit pactum, sive per Principis salutem juratum fuerit.

IX. *Christiani per salutem Principum jurabant.*

Hæ duæ jusjurandi species hoc quoque ævo fuere; cujus posterioris vis hæc erat, ut indicaretur futuras eas adeo ratas, uti salus Principis eis curæ atque inter vota esset. Christiani nempe jam olim per salutem Principum, ut Pagani frequentius per genium, jurare non verebantur; *sed per genium Principis* jurare nolebant; atque hoc inter cætera obstinationis Christianæ crimen erat, ut praeter alios docet Tertullianus lib. ad Nationes cap. 17. Ita Marcellinus Tribunus in Edicto suo, quo ad Collationem Carthaginiensem Catholicos & Donatistas anno CCCCXI. invitavit, hoc se sacramento devinxit: *Per admirabile Mysterium Trinitatis, per Incarnationis Dominicæ Sacramentum, & per salutem Principum*. Hoc vero jurisjurandi genus ita Patres accipiebant, ut non tam jusjurandum esset, quam obtestationis genus quoddam, quo hominum & auditorum animi conciliarentur, & confirmarentur. Hujus legis sanciendæ occasionem ex divo Chrysostomo eruit Gothofredus. Testatur enim Chrysostomus, ac nominatim *Sermone 9. in cap. 3. Act. Apost.* In quem abusum venerint tunc juramenta, puta ut pacta passim conventionesque juramento sancirentur; (quod ipse etiam damnat) eo prolapsa hominum perfidia, ut injurata nullo loco censerentur. Quare cum fides pactaque hominum hactenus ferme starent, id est ex sola ferme jurisjurandi religione penderent, visum *Arcadio* hac lege, non sine Episcoporum consilio, fidem religionemque jurisjurandi inter homines pactaque conventa tot propositis pœnis sancire.

X. *Alaricus Gothorum Rex Graciæ vastitatem infert.*

A num. XIII. ad XIX. *Postquam Theodosius amator pacis generisque Gothorum rebus excessit humanis; cœperunt ejus filii utramque Rempublicam luxuriose viventes adnihilare, auxiliarisque suis, id est Gothis consueta dona subtrahere. Mox Gothis fastidium eorum increvit, verentesque ne longa pace eorum resolveretur fortitudo, ordinant super se Regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas, Balthrumque*

(a) Sozom. l.8.c.1.

Hunnorum grassatione Fabiola fugit Romam.

dem & Sozomenus (a) quoque testatur, hoc ipso tempore Hunnos in Armeniam irruisse, ac nonnullas alias orientalis imperii regiones devastasse. Qui itidem pervenerunt in Syriam, obsederunt Antiochiam: quin & Hierosolymæ timebatur, quando S. Fabiola clarissima femina (de qua multa superiori tomo) quæ concesserat Hierosolymam, ut ibi reliquum vitæ ageret, horum grassatione perterrita, una cum aliis navem conscendere, & in Italiam remeare compulsa est. Tradit hæc S. Hieronymus, qui & ejusmodi eruptionem palationemque timendam recenset his verbis (b):

(b) Hier. epist.30.

XIV.

Quærentibus nobis dignum tantæ feminæ habitaculum: cum illa ita solitudinem cuperet, & diversorio Mariæ carere nollet; ecce subito, discurrentibus nunciis, Oriens totus intremuit, ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illucque volitantia, cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis civilibus in Italia tenebatur: quem enim secum Theodosius in Occidentem adversus Eugenium tyrannum Orientis exercitum duxerat, Stilico Theodosii defuncti voluntate in Italia detinebat. Sed de iisdem Hunnis idem S. Hieronymus subdit: *Hanc gentem Herodotus refert sub Dario Rege Medorum viginti annos Orientem tenuisse captivum, & ab Ægyptiis atque Æthiopibus annuum exegisse vectigal. Abigat Jesus ab orbe Romano tales ultra bestias. Insperati ubique aderant; & famam celeritate vincentes, non religioni, non dignitatibus, non ætati parcebant, non vagientis miserebantur infantiæ: cogebantur mori qui nondum vivere cœperant; & nescientes malum suum, inter hostium manus ac tela ridebant. Consonus inter omnes rumor, petere eos Hierosolymam, & ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem percurrere:* cupidissimum sane omnium mortalium hoc genus hominum esse, Ammianus (c) cum eorumdem mores pluribus scribit, affirmat. Sed de Hierosolymis Hieronymus: *Muri*, inquit, *neglecti pacis incuria, sarciebantur: Antiochia obsidebatur: Tyrus se volens a terra abrumpere, insulam quærebat aliquam. Tunc & nos compulsi sumus parare naves, esse in littore, adventum hostium præcavere, & sævientibus ventis, magis barbaros metuere, quam naufragium, non tam propriæ saluti, quam virginum castimoniæ providentes. Erat in illo tempore quædam apud nos dissensio, & barbarorum pugnam domestica bella superabant. Nos in Oriente tenuerunt jam fixa sedes & inveteratum locorum sanctorum desiderium. Illa, quia tota in sarcinis erat, & in omni urbe peregrina, reversa est ad patriam; ut ibi pauper viveret, ubi dives fuerat; manens in alieno, quæ multos prius hospites habuit.* Hæc Hieronymus de Hunnis. At quænam essent dissensiones illæ, quibus in Palæstina inter se invicem Fideles altercabantur studio indefesso, superiori dicta sunt tomo: fuisse nimirum Origenistarum improbitate conflatas, quibus Joannes Episcopus Hierosolymorum, Evagrius Ponticus, Palladius Galata, Isidorus Alexandrinus, & Ruffinus Aquilejensis in primis studebant, de quibus & paulo post acturi sumus.

(c) Ammian.l.31.

XV.

(d) Hier. epist.3.

Rursum vero de eadem Hunnica grassatione, hæc idem Hieronymus (d) ad Heliodorum: *Ecce, tibi* inquit, *anno præterito ex ultimis Caucasi rupibus immissi in nos non jam Arabiæ, sed Septen-*

PAGIUS

quæ ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Balthu, id est, audax nomen inter suos acceperat. Mox ergo ut antefatus Alaricus creatus est Rex, cum suis deliberans suasit, suo labore quærere regna, quam alienis per otium subjacere, inquit Jornandes de Reb. Geth. cap. 29. Quare Rufinus Barbaros in Imperium Romanum accersere volens, Græciæ Proconsulem sibi fidum designavit, & Thermopylarum angustias custodiendas viro sibi addicto tradidit, ut eas ambo Barbaris advenientibus cederent, ut scribit Zosimus lib. 5. pag. 783. *His a Rufino per summam nequitiam designatis, postquam seditiosum esse, legibusque semet eximere vidit Alaricum (qui moleste ferret militum se copiis haud præfici, sed eos duntaxat habere Barbaros, quos ei tradiderat Theodosius, quo tempore cum illo tyrannidem Eugenianam everterat) secreto ei significat, ut quos secum haberet Barbaros aliosve collectitios diversarum gentium milites, ulterius duceret, omnibus absque labore potituros. His fretus Alaricus e Thracia discedit, & in Macedoniam Thessaliamque progreditur, interfectis omnibus excidio datis.* Narrat postea Zosimus quæ mala egerit Alaricus in Bœotia, Attica, Megaride, in Peloponeso, & in reliqua Græcia, postquam Thraciam reliquit, ubi Gothos mansisse ante hæc tempora fuisse, vel ex hoc Zosimi loco liquet.

XI. *Hunni in Imperium Orientale irrumpunt.*

Zosimus quidem de irruptione Hunnorum in Imperium Orientale mentionem non facit; at non tantum Socrates lib. 6. cap. 1. Sozomenus lib. 8. cap. 1. & Claudianus lib. 2. adversus Rufinum; sed etiam Divus Hieronymus in Epistola XXX. de Epitaphio Fabiolæ *Hunnos* in Imperium irrupisse memorant. Verba Sancti Hieronymi refert Baronius num. XIV. Tum num. XV. recitat ejusdem Hieronymi verba ex epistola III. ad Heliodorum: *Ecce, tibi*, inquit Hieronymus, *anno præterito ex ultimis Caucasi rupibus immissi in nos, non jam Arabiæ, sed Septentrionis lupi tantas brevi provincias percurrerunt: quot Monasteria capta?* &c. Antea dixerat Hieronymus: *Quid putas nunc ani-*

Syria invasa ab Hunnis aliæque provinciæ ab illis exterritæ.

ptentrionis lupi tantae brevi provincias percurrerunt: quot monasteria capta? quantæ fluviorum aquæ humano cruore mutatæ sunt? Obsessa Antiochia, & urbes reliquæ, quas Halys, Cydnus, Orontes, Euphratesque præterfluunt: tracti greges captivorum; Arabia, Phœnice, Palæstina, Ægyptus timore captivæ. His quidem consentientia de iisdem Hunnis Claudianus (a) istis cecinit versibus, dum in Ruffinum horum omnium malorum inventorem invectivum carmen conscripsit:

(a) Claud. in Ruffin. l.2.

——— Alii per Caspia claustra
Armeniasque nives inopino tramite ducti
Invadunt Orientis opes, jam pascua fumant
Cappadocum, volucrumque parens Argæus equorum.
Jam rubet altus Alys: nec se defendit iniquo
Monte Cilix: Syriæ tractus vastantur amœni:
Assuetumque choris, & læta plebe canorum
Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Hinc planctus Asiæ, &c.

Subdit & de clade Europæ a Gothis illata, qua iidem palabundi discurrentes ad Hadriaticum usque mare venerunt, consederuntque in Græcia: de qua hæ sunt querelæ Hieronymi (b) in eadem ad Heliodorum epistola: *Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari? & certe paucas urbes nominavi, in quibus olim fuere regna non modica:* Hæc ipse: Sed de iisdem Claudianus:

(b) Hier. epist.3.

Gothi vastant Græcias.

——— Geticis Europa catervis
Ludibrio prædæque datur: frondentis ad usque
Dalmatiæ fines, omnis qua mobile ponti
Æquor & Hadriacas tellus interjacet undas,
Squallet inops pecudum, nullis habitata colonis,
Instar anhelantis Libyæ, quæ torrida semper
Solibus, humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager; reticet pastore fugato
Pelion: Æmathias ignis populatur aristas.
Jam plaga Pannoniæ, miserandaque mœnia Thracum,
Arvaque Mysorum, jam nulli flebile damnum,
Sed cursus sollemnis erat, campusque furori
Expositus, &c.

ut merito illud idem dolens Claudianus exclamet:

—— Heu quam brevibus pereunt ingentia causis.
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
Servatum: quod mille ducum peperere labores:
Quod tantis Romana manus contexuit annis:
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

Ruffinus proditor & incensor Romani Imperii.

Subditque eo progressum esse Gothorum furorem, ut devastatis Thracias, ausus quoque fuerit Constantinopolim obsidere: cum interea e celsa velut turri Ruffinus cuncta lætus inspiceret, non hostes sibi eos esse sciens, sed conductos stipendio milites, qui ipsum proveherent in Imperium. Cum vero ipse interea sub specie ineundi cum barbaris publici fœderis, re vera tamen privati commodi gratia, se ad hostium castra con-

PAGIUS

animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant Barbari? Quare non tantum Alaricus cum Gothis suis Græciam; sed etiam *Hunni* Orientem vastarunt, licet de hac ultima clade Zosimus non loquatur. Utramque hoc anno contigisse, non vero superiori, ut perperam putavit Valesius in Notis ad lib. 8. Sozomeni citati, testantur idem Sozomenus, Socrates, & Zosimus; de illis enim depopulationibus verba faciunt post Theodosii M. mortem narratam, & antequam de Rufini nece die XXVII. Mensis Novembris hujus anni peracta agant. Decepere Valesium hæc verba Hieronymi in Epistola XXX. laudata: *Aberat tunc Romanus exercitus, & bellis civilibus in Italia tenebatur.* At, ut prodit Zosimus pag. 781. post Theodosii mortem *Stelicho, qui Dux totius exercitus erat, robustissimos & bellicosissimos quosque milites sibi retinuerat, viribus exhaustos & rejiculos in Orientem ablegant.* Tum pag. 784. subdit Zosimus, post nunciatam Græciæ calamitatem, *Stelicho militibus in naves impositis, ad opem adversis Achaia rebus ferendam proficiscitur.* Quare copiæ Romanæ post Theodosii mortem, & post profligatam Eugenianam tyrannidem in Italia remanserunt, ideoque Hieronymus, qui post quinquennium Fabiolæ Epitaphium scripsit, benigne interpretandus, & epistola illa XXX. ex Epistola III. ad Heliodorum explicanda; cum in utraque de eadem Hunnorum invasione sermonem habeat, eamque sit, in Epistola III. cum his verbis citatis, *anno præterito*, præsentem annum designante, ut anno sequenti adhuc evidentius ostendemus. His adde Marcellinum in Chronico ad Con-

conferret, summo ab illis afficiebatur honore: quam ob causam justam apud populum invidiam ac suspicionem de proditione & cum barbaris conniventia concitavit.

XVI. (a) *Zosim. l.5.*

Zosimi pateos & enorme mendacium detegitur.

Quod autem rursum ad Græciæ cladem attinet: cum de eadem Zosimus (*a*) agat, in eo mendacissimus comprobatur, dum Athenas tunc permansisse tradit intactas tum beneficio armatæ Minervæ, tum Achillis ad prœlium parati ibidem apparentis. Hisce plane fabulis Ethnicus auctor quos coluit deos, Christianorum Imperatorum legibus ubique proscriptos, in invidiam Christianæ religionis reliquisse voluit honoratos. Sed audi ipsum hæc delirantem: *Cum ad Urbem*, Atheniensem scilicet, *Alaricus universis cum copiis accederet: in muro quidem obambulantem videbat propugnatricem Minervam ea specie, qua inter simulacra conspicitur, armatam scilicet, quasique jam adversus invasuram: Ante mœnia vero stantem Achillem heroa, talem omnino, qualem Trojanis Homerus exhibuit, cum ira concitante, Patrocli mortem ulturus, ad pugnam se conferret. Hoc spectrum non ferens Alaricus, omnino adversus urbem conatum omittebat, & pacem per legatos civibus offerebat: quorum illi cum orationem probassent, sacramentis ultro citroque præstitis, cum paucis Athenas Alaricus ingressus est, exceptus omni cum benevolentia: posteaquam & lavisset, & cum selectissimis in urbe viris fuisset epulatus, & præterea muneribus affectus, urbe pariter & Attica tota citra detrimentum omne relicta discessit.* Hactenus Zosimus: sed quam mendaciter! Hieronymi enim in primis testificatione, citata nuper sententia, vidimus æque Athenas cum aliis Græciæ civitatibus tunc afflictatas fuisse, paremque cum Corintho, Lacedæmoniis, atque Arcadibus sententiam subiisse. Rursum vero ne domesticis inniti testibus videamus, Claudianus poeta Ethnicus, dum eamdem Græciæ illatam cladem describit, hos de his habet versus (*b*), cum agit de Stilicone duce; cui, ne cum Gothis in Græcia decerneret armis, Ruffinus impedimento fuit:

(b) *Claud. in Ruffin. l.2.*

Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Græcia clades;
Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent:
Starent Arcadiæ, starent Lacedæmonis arces,
Non mare fumasset geminum flagrante Corintho,
Nec fera Cecropias traxissent vincula matres.

Athenæ a Gothis excisæ.

Per Cecropias debere intelligi Athenienses, nec pueri quidem poeticis assueti cantionibus ignorant: nimirum Cecropem fuisse primum Regem Atheniensium, & Cecropia (*c*) ab eo conditum est oppidum, quod conversum est in arcem Atheniensem.

(c) *Plin. l.7.c.56.*

XVII. Athenis adhuc vigebat impietas.

Sed & adversus Zosimum, alium item Ethnicum adhibeamus testem: quo tantum abfuisse monstrabimus, ut Alaricus Minervæ vel cujusvis efficti Gentilium numinis intuitu Athenis pepercerit, ut etiam ipse ultor impietatis, quæ hactenus in ea provincia spretis Imperatorum Christianorum legibus, vigebat, divinitus missus esse probari possit: nam præstitit ipse gladiis, quod tot Christiani Principes datis sæpe rescriptis frustra tentassent. Audiamus igitur Eunapium (*d*) Sardianum Gentilem auctorem, isthæc de iis, quæ de hac ventura Græciæ clade ab Eleusiniarum Antistite sub Juliano prænunciata fuissent, scribentem: *Ad id vero*, inquit, *perspicientiæ venerat ille, quod templa & sacrorum ritus sua ætate eversum profligatumque iri prædixerat, eumque vivum hujusce cladis inspectorem fore, sed contemptum, ignominiaque affectum propter nimiam obstinationem: eorumque religionem ante ipsum desituram; ac sacerdotii munere privatum, Antistitis nomen non habiturum, uti neque longam senectutem. Atque ea ita se habuerunt. Simulatque enim hæc fatidico ore ille Mithriacorum sacrorum parens & institutor prædixerat, infinitæ & inexplicabiles clades non ita multo post exundarunt (quas in historia spatiosius campis diffusius narravimus, nonnulla etiam hic volente Deo dicentur) quando Alaricus cum barbaris per Thermopylarum fauces pervasit, non secus, quam per apertum stadium, aut campum liberum & equorum decursui patentem, eas Græciæ angustias illi prodidit impia natio fuscis utens vestibus; qui, nullo prohibente, simul cum ea irruperunt, rescissa jam pontificalium lege atque vinculo.* Hæc Eunapius de Eleusiniarum Antistite, tunc in ordinem redacto, & tunc cessare penitus jusso: unde ergo Zosimo Athe-

(d) *Eunap. in Maxim.*

PAGIUS Consulatum Olybrii & Probini, qui Theodosii Magni morte recitata, ait: *Rufinus Patricius Arcadio Principi insidias tendens Alaricum Gothorum Regem, missis ei clam pecuniis infestum Reip. facit, & in Græciam misit.* Manifestum est itaque Valesium hallucinatum, peramque credidisse, Epistolam III. Hieronymi ad Heliodorum currenti anno datam esse, Hunnosque & Gothos anno superiori, vivente adhuc Theodosio M., ad devastationem Imperii Romani a *Rufino* adscitos.

Ad

Athenarum & totius Atticæ immunitas ab Alarico Gothorum Rege concessa?

XVIII. Ob impietatem Græcia data barbaris.

Sed quod idem Eunapius queritur barbaros per fauces Thermophilas introductos a viris pullis indutis vestibus, Christianos sugillare, non dubium est: at quinam hi fuerint proditores a Ruffino præfecti Thermophilis, ex ipso Zosimo superius diximus. Vides, lector, Dei consilium tradentis Græcias Gothis; nimirum ut sacrorum cultores & cultum, tot legibus frustra coercitos, iidem penitus abolerent. Intueris & patentem Zosimi stropham, eam in historia attexentis visionem, quam ipse solus vidit, sed imaginatione vana mendaciorum concinnatrice confictam. Ex quibus etiam intelligere satis vales, cujus sint fidei quæ idem auctor (a) sub Valentiniano Majore refert: nimirum ea terræmotu collabente tota Græcia, ipsas Athenas tantum cum Attica regione absque jactura aliqua, deorum beneficio, incolumes fuisse relictas: cum alioqui aliis etiam illa posterior certis rationibus confutari; sed in his modo non immorandum: cœptam jam historiam prosequamur.

(a) Zosim. l.4.

XIX. Stilico sollicitus pro salute Imperii, quem Ruffinus impedit.

Cum iis tam diris atque funestis Orientale exagitaretur Imperium, Stilico gemino pollens exercitu, quam citissime (ut Claudianus docet) subvenire fategit: sed Ruffinum alia decernentem apud Arcadium, & pro barbaris negotium agentem, semper expertus est adversantem, & cunctatione saltem salutem Imperii prodigentem: nam in primis hæc de his ipse (b):

(b) Claud. in Ruffin. l.2.

——— Vetat ille domari,
Innectitque moras, & congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas stravisset dextera turmas,
Ultra Ducis socii lethum, parsque una maneret
Debilior, facilisque capi: tunc proditor ille
Impius Imperii, conjuratusque Getarum,
Distulit instantes eluso Principe pugnas,
Hunnorum laturus opem: quos affore bello
Norat, & invisis mox se conjungere castris.

Describit idem auctor Romani exercitus mirificum apparatum: sed cum de signis militaribus agit, nulla prorsus de Labaro consignato Christi nomine mentio: de Draconibus tantum his (c) versibus:

(c) Claud. in Ruffin. l.2.

——— Lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas,
Serpentumque vago cœlum sævire volatu.

XX. Labarum signum præcedebat Christianum exercitum.

At ubi Labarum Christi nomine insignitum, quod Christianorum Imperatorum exercitus præcedere consuevit? Numquid eo præcipuo signo carebat in hac expeditione Romanus exercitus? minime gentium. Sed exhorruit Ethnicus poeta nomen Christi. Nemo enim potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto: quo cum iste omnino careret, afflatus Apolline, penitus prætermisit. Præcedere namque consuevisse Stiliconis ducis exercitus Christiani, cum & ipse esset Christianus, & sub Christiano Imperatore, Labarum, Christianus poeta Prudentius (d) fidem facit, qui & ipse agens de alia expeditione ejusdem Stiliconis, quæ postea contigit sub eodem Honorio Imperatore, ista versibus cecinit:

(d) Prud. adv. Symmach. l.2.

——— Dux agminis, Imperiique
Christi potens nobis juvenis fuit, & Comes ejus
Atque parens Stilico: Deus unus Christus utrique.
Hujus adoratis altaribus, & Cruce fronti
Inscripta, cecinere tubæ. Prima hasta Dracones
Præcurrit, quæ Christi apicem ☧ sublimior effert.

Vides igitur ante signa Draconum præcessisse Labarum Christi nomine consuetis characteribus insignitum. Sic itaque Stilico magnis animis sumptis, utrumque ducens exercitum, in Græcia apud Thessaliam agentes Gothos invenit: cunctisque scite fortiterque paratis, ut cum eis bello decerneret, incensisque ad hoc ipsum militibus, arte iterum Ruffini præripitur certa victoria: cum ille timens sibi ne Gothis devictis, Stilico in ipsum arma

Ruffinus proditorie agens exercitum revocari suadet Arcadio.

PAGIUS XII. Rufinus Stiliconis insidiis sublatus.

A num. XIX. ad XXX. Zosimus lib.5. pag. 785. refert, Stiliconem hoc modo necem Rufino struxisse: *Ad Honorium Principem refert, quasdam militum cohortes ad Arcadium fratrem mittendas esse, quæ adflictis misere sub ejus Imperio nationibus tuerentur. Quumque jussus esset id exequi, quod decrevisset, milites ad hanc rem perficiendam mittendos ordinat. Quibus ubi Gainem Ducem præfecisset, quæ sua de Rufino sagittationes essent, exponit. Ubi prope jam a Constantinopoli milites aberant, antegressus Gaines, Arcadio Principe militum adventum nuntiat: eos adesse studia rebus laborantibus succurrendi, commemorans. Imperatore propter eorum adventum lætitia perfusa, Gaines hortatur, ut ingressuris Urbem militibus ipse Princeps obviam prodiret. Aiebat enim, ex more militibus honorem hunc haberi. Quum obsecutus Imperator, ante urbem eis*

ma converteret, egit apud Arcadium, mille suadendi modis, quibus persuasit adolescenti, ut Orientalem exercitum Constantinopolim revocaret; quod ab Imperatore tandem extortum, celeri nuncio idem Ruffinus exercitui in procinctu auspicandi belli posito nunciandum curavit. Id cum ægro indignoque animo ab ipso Stilicone atque utroque simul exercitu acceptum esset, quod quasi e manibus erepta vincendi gloria, uniusque hominis invidia, fugax elaberetur de exercitu Gothorum victoria, finerenturque sub jugo captæ provinciæ, & barbaricæ insolentiæ daretur audaciora præsumere atque majora tentare: qui in hostes incensi militum animi erant, omnes in Ruffinum ex æquo ut auctorem Arcadio exercitus dissolvendi, concitati moventur, in ipsumque unum exertu incassum adversus barbaros arma convertunt. Cum igitur pariter omnes Ruffini sitirent sanguinem, & vindictæ ardore flagrarent; quonam modo agendum id esset, res inter paucos ductores exercitus consilio versatur. Re vero composita, coguntur inter se dividi duo illi victores exercitus, qui junctis in unum armis & animis, Eugenium tyrannum vicerant, & Occidentale Imperium liberaverant: sicque tristibus inter se divulsis non sine mutuo luctu copiarum victricium ducibus, Stilico cum Occidentali exercitu in Italiam mœrens rediit: Gainas vero præfectus militibus Orientis, una cum illis Constantinopolim versus, quo vocabatur, ira æstuans, carpit iter.

Conspirat exercitus in necem Ruffini.

XXI. Cum autem eidem jam urbi appropinquasset, data suis tessera de his quæ in Ruffinum acturi essent; de adventu exercitus certiorem reddit Imperatorem; exigens ab eo, quod moris esset, obviam procedere exercitui, atque cum pariter salutare. Cum Ruffinus hæc audiens, lætitia summa gestiens, quod eo modo Stiliconem æmulum exarmasset, sibi vero cui imperaret talem tantumque comparasset exercitum; conjurationis consortibus ad consilium solicite convocatis, de parando militibus donativo, eoque devinciendo muneribus simul statuunt; utque totius exercitus voce die sequenti, eo occursu, Imperator acclamaretur ipse Ruffinus, decernunt. Sic igitur compositis rebus, parata est in crastinum sumenda purpura & diadema, aulaque regio apparatu disposita, quæ novum exceptura esset Imperatorem: epulisque adhiberi jussis splendidioribus, insuper & quibus donarentur numismaribus post mensam aureis ea more convivæ, vultus Ruffini imagine cusis; in campum una cum Arcadio conventurus opperientem exercitum, stipatus Ruffinus turma suorum procedit.

XXII. Cum igitur ad exercitum perventum esset, salutat primus ex more signa Cruce decora Arcadius Imp. ac subinde Ruffinus, faustisque vocibus duces pariter salutant ac laudant. Cum mox ab iisdem ducibus data condicta tessera, qui denso agmine coagmentatus in unum erat exercitus, in longum quam cito distentus, atque reflexus in orbem, Ruffinum cingit, includitque medium. Cum ille rei ignarus, tempus adesse ratus, quo acclamaretur a militibus Imperator, urget Arcadium, ut ipse prius eum consortem declaret Imperii. Cum ex insperato appetitur infelix gladio militis, Stiliconis nomine ictum vibrantis, vulnusque lethale infertur: moxque aliis atque aliis confoditur mille vindicibus gladiis, mille cruentatur ictibus, discerpitur, ac secatur in frusta. Unius totius exercitus efferata rabies in unum conversa hominem, conceptum ante, diuque retentum in stomacho evomens repente odium, quæ tunc fecerit, quemquam meditari posse, quis putet, nedum pro dignitate describere? Claudianus (a) autem casum illum ita his cecinit versibus:

Ruffinus ab exercitu circumdatus occiditur.

Mox omnes fodiunt hastis, artusque trementes
Dilaniant: Uno tot corpore pila tepescent,
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos, & adhuc spirantia vellunt
Lumina: truncatos alii rapere lacertos.
Am-

(a) Claud. in Ruffin. l. 2.

PAGIUS *cis occurrisset; ac milites cum veneati, vicissim a Principe perbenigne fuissent excepti: data ab Gaine tessera, simul universi Rufinum in medio interceptum gladiis feriunt: & hic quidem adimebat ei dexteram, ille manum alteram praecidebat; alius capite discedebat a cervice revulso, consuetas victoriis ovationes accinens. Usque adeo vero ludibriis interemtum adficiebant, ut & manum ejus ubique per Urbem circumgestarent, & ab occurrentibus peterent, insatiabili stipem darent. Ac Rufinus quidem, qui compluribus intolerabilium malorum auctor privatim extiterat, & universa Reipublica detrimentum adtulerat, digna admissis facinoribus diris pœnas luit, &c.*

Necatus Rufinus ante diem quintum Kalend. Decemb. inquit Socrates lib. 6. cap. I. eo ipso die, *quo ii, qui delectam militum agebant, purpuram ipsi circumdaturi erant*, ait Philostorgius lib. 11. cap. 3. Symmachus lib. 6. Epist. XIV. Rufinum vocat *prædonem annosum*, & *insatiabilem auri proluviem* ei objicit Claudianus lib. I. Zosimus citatus asserit *Eutropium*, apud quem post Rufini cædem summa rerum fuit, bonorum ejus potissimam partem sibi vindicasse, aliisque permisisse, uti sibi ex iis tantum caperent, quantum sibi convenire putarent. Verum Arcadius lege Cod. Theod. 14. *de bonis proscriptorum*, dat. *Id. Feb.* sub anni seq. Coss. id fieri pro-

Amputat ille pedes: humerum quatit ille solutis
Nexibus: Hic fracti reserat curvamina dorsi:
Hic jecur, hic cordis fibras, hic pandit anheli
Pulmonis latebras. Spatium non invenit ira,
Nec locus est odiis. Consumpto funere, vix tum
Deseritur, sparsumque cadit per tela cadaver.

Hæc Claudianus, eademque Zosimus.

XXIII. At nec caruit digno triumpho tanta de expugnata proditione victoria. Membra siquidem Ruffini inter milites partita, singula singulis distributa, pro trophæis cum pompa ab exercitu referebantur in urbem: eminebat vero inter ca caput impositum pilo: sed & jucundum afflicto populo spectaculum Ruffini dextera præbuit: quæ a milite secta, cum ex ipsa sectione nervi qui movent articulos prominerent, iisdem vel attractis, vel remissis, manus ipsa claudi poterat & aperiri, ludusque militi facta est, conversaque in ludibrium Ruffini rapacitatis: cum miles eandem pansam rendendo, mendicare Ruffinum obolum dictitaret; oblatoque palmæ obolo, tractis mox nervis, attractis strictisque digitis, eum a Ruffino avide acceptum significaret. Describit istum ludum idem Claudianus (a) bis versibus, in ac primum de capite:

Ludibrium de Ruffini manu.

(a) Claud. in Ruffin. l.2.

Prodigiale caput, quod jam de cuspide summa
Nutabat, digna rediens ad mœnia pompa.
Dextera quinetiam ludo concessa vagatur
Æra petens: pœnasque animi persolvit avari
Terribili lucro: vivosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis:

Hæc ipse.

Eadem ferme Zosimus (b), & ex nostris S. Hieronymus (c) ad Heliodorum: *Ruffini*, inquit, *caput pilo Constantinopolim gestatum est: & abscissa manus dextera ad dedecus insatiabilis avaritiæ ostiatim stipem mendicavit.* Eadem Marcellinus in Chronico, atque alii plures.

(b) Zosim. l.5.
(c) Hier. ep.3.

XXIV. Vere *terribilis (d) Deus in consiliis super filios hominum.* Qui innocentium (ut dictum est) sanguinem sparserat, & in Thessalonicensium necem exercitum in Circum immiserat: Ipse ab exercitu circumdatus, militum omnium confossus est armis: quique insatiabili cupidine auri provinciarum exhauserat facultates, obolos mendicat mortuus; ambiensque injustam homo purpuram, proprio statim sanguine apparuit purpuratus: ac denique super omnes exaltatum caput diademate exornandum, cæteris omnibus eminentius in urbem evehitur super pilum. Unde & Gentilis ille auctor (e) ex hujuscemodi Ruffini supplicio didicit esse superis providentiam, quam interdum negabat, cum malos impune aliquando cerneret deliquisse. Quamobrem merito ista versibus clamat:

(d) Ps.65.

Divina providentia perspicua cunctis facta nece Ruffini.

(e) Claud. in Ruffin. l.1.

Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,
Absolvitque deos. Jam non ad culmina rerum
Injustos crevisse queror. Tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant, &c.

Porro facta sunt hæc omnia (ut docent Marcellinus (f) & Socrates g) hoc ipso anno iisdem Conss. Olybrio atque Probino, V. Kalend. Decembris. Cum vero haud pridem, nempe sexto Idus Novembris, Magni Theodosii Corpus ex Italia delatum fuisset Constantinopolim: rediisse quidem visus est redivivus ipse in Orientem, ut de iniquissimo proditore pœnas sumeret, filiumque obsessum factione sceleratorum eriperet, atque in Imperio stabiliret. Hoc fot-

(f) Marcel. in Chron.
(g) Socr. l.6. c.1.

Theodosii corpus relatum Constantinopolim.

PAGIUS prohibait, & si qui ante eam legem manus Ruffini bonis immisissent, abstinere commonuit, proposita jactura totius rei familiaris.

XIII. Baronius num. XXIV. exhibet duo nomismata Arcadii, in quibus ei cœlitus corona hominis manu demissa porrigitur, in quorum uno Crux addita; quæ hoc tempore cusa existimat. Nummi porro Cruce signati historiam descriptam arbitratur a Prospero lib. 3. de Prædict. cap. 34. *Sane nostris temporibus apud Persas persecutionem factam novimus, imperante Arcadio religioso & Christiano Principe, qui ne traderet ad se confugientes Armenos, bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequam potitus victoria, jam ocuntibus prælium militibus, aeria Cruces in vestibus paruere. Unde etiam Victor auream monetam cum eodem signo Crucis fieri præcepit, qua in usu totius Orbis, & maxime Asiæ, hodieque persistit.* Sed Prosper Aquitanus hujus Libri Auctor non est, ut suo loco videbitur, isque liber post annos CCCCXXXIV. in lucem emissus. Baronius ibidem ait, Regem illum Persarum Crucis potentia victum, fuisse Isdegerdem. Verum hanc de Persis victoriam ad annum CCCCXX. pertinere, & hoc tempore Persas inter & Romanos pacem viguisse ibidem demonstrabimus, & locum illum, qui hactenus omnes in errorem induxit, certa ratione emendabimus.

Bellum Persicum ad annum CCCCXX. revocandum.

XIV. Eutropius Eunuchus *Procurator Theodosii Imperatoris*, ut ait Eunapius, *potestatem Ruffini adeptus adeo omnia concussit, & tonitrus terruit,* ut

fortasse numismata illa Arcadii declarant, cum eidem Imperatori ætate juniori cœlitus corona hominis manu demissa porrigitur; ut ex ipsis unum formis hic redditum vides: quo quidem summo Deo curæ fuisse Arcadii Imperium, diademate desuper oblato, monstratur.

(a) Romæ apud Lælium Pasqualin. Canonic. Sanctæ Mariæ Majoris.



(a)



Reperimus & aliud huic simile numisma, sed cum additamento Crucis egregie sculptæ, ut vides ex formis hic tibi redditis:

(b) Dono accepimus a Hier. Maulilio Canonic. S. Mariæ Majoris.



(b)



XXV. Sed cur Crux addita? historiam accipe. Persæ enim, qui Theodosio vivente nequicquam moliri adversus Romanum Imperium ausi sunt, eo mortuo, & Christianis apud eos agentibus facessere negotium, & bellum agere adversus Romanos aggressi sunt: sed quam celerrime Dei beneficio compressi fuerunt. Quo tempore, ob rei bene gestæ Crucis virtute memoriam, Crucem (ut vides) suis voluit Arcadius addi nummis. Porro de nummis historiam a S. Prospero descriptam (c) habes his verbis: *Sane nostris temporibus apud Persas persecutionem factam novimus, imperante Arcadio religioso & Christiano Principe. Qui, ne traderet ad se confugientes Armenos, bellum cum Persis confecit. Eo signo, antequam potitus victoria, jam coeuntibus prælium militibus, aeriæ Cruces in vestibus paruere. Unde etiam victor auream monetam cum eodem signo Crucis fieri præcepit, quæ in usu totius Orbis, & maxime Asiæ, hodieque persistit.* Hæc Prosper. Quod vero in utriusque nummi Labaro, X, elementum expressum vides, Christi nomen significare, testificatione Juliani Imp. satis perspicue superiori tomo demonstratum est. Cæterum quod ad victoriam spectat, partam virtute Crucis: illud quoque bonum Romano conciliavit Imperio, quod Isdegerdes Rex Persarum, semel Crucis potentia victus, non solum per annos viginti bellum non movit adversus Arcadium, sed etiam factus est post ejus obitum Imperii Romani defensor, cum Theodosius infans imbellis successit ejusdem

(c) Prosp. de Prædict. lib. 3. c. 34.

PAGIUS

Timasius in exilium ab Eutropio missus.

ut non solum esset ipse Rufinus: sed etiam ille fabulis celebris Salmoneus cum ipso collatus, parva quadam res esset, inquit Suidas in Historia. Zosimus vero lib. 5. pag. 786. refert Eutropium Timasio, *qui a Valentis usque temporibus dignitatem Magistri militum habuerat, & plurimis interfuerat bellis*, nulla justa de causa insidias struxisse: & ad inhabitandam Oasim, damnatum expulisse, ut ex eodem narrat Baronius num. XXVI. Erat autem *Oasis* in mediis Libyæ arenis. At Timasius post hunc annum in teterrimum exilium illud missus. Suidas enim in voce Τιμάσιος, prodit, Timasium ex Asia ad Regiam Eutropium revocasse, ut eum rebus præficeret; Timasius vero, *cum a dissolutis & ignavir vita studiis se avulsisset, & animum ad gloria cupiditatem intendisset, ex Pamphylia gravis surrexit, & Lydiam redit, tanquam quidam Rex, aut ut ille, qui vel ipsum Imperatorem, & Eunuchum obiter, ut quendam ludum fastu-*

dem hæres Imperii. Sed ad res Ruffini unde occasione numismatum digressa est, oratio revertatur.

XXVI. Quid actum de Ruffini propinquis.

Eo autem adeo miserando interitu sublato de medio: quid in ejus propinquos actum sit, Marcellinus (a) ita describit: *Ruffini uxor & filia exulant. Eutropius sacri Palatii cubicularius omnes opes abripuit, &c. De his autem, hæc & Zosimus (b): Eutropius autem in omnibus opera Stiliconis navata, quæ contra Ruffinum ab illo deliberata fuerant, eorum jam quæ agerentur in aula penes se potestatem omnem habebat, ac Ruffini quidem facultates sibi majori ex parte vendicabat, cum aliis quoque permisisset, ut ex iis ea sumerent quæ possideri ab illis posse quoquo modo viderentur. Uxore vero filiaque Ruffini ad Ecclesiam Christianorum metu confugientibus, ne cum illo perirent: Eutropius eis fide data concessit, ut ad Hierosolymorum urbem navigarent.* Hæc de his ipse. Porro sororem quoque Ruffini magni nominis virginem vixisse Hierosolymis, & peregrinatam esse in Ægyptum, paulo post dicturi sumus.

(a) Marcellin. in Chron.
(b) Zosim. l. 5.

XXVII. Mox autem subdit idem Zosimus de Timasio Consulari, qui cum Promoto gesserat Consulatum, Eutropii arte deportato a militum satellitio in Oasim teterrimum omnium exilii locum; de quo post cladem Ruffini hæc quoque Hieronymus (c): *Timasius præcipitatus repente de altissimo dignitatis gradu, evasisse se putat, quod Oasi* (sic legendum est pro Asse) *vivit inglorius.* Erat autem hic quidem Timasius unus ex Ruffini comitibus ad omne scelus paratissimus administer, de quo ista Suidas: *Is homo insolens, & in re militari versatus summum rerum humanarum, honorem, opes abundantes, & suo arbitratu vivendi licentiam existimans, cum propter ebrietatem & diem & noctem ignoraret, neque orientem neque occidentem Solem suspiceret, revocationem* * *illam immortalitati parem ratus, ab exercitationibus voluptariis, & dissoluta vivendi ratione avulsus, animo ad gloria cupiditatem intento, ex Pamphilia gravis surrexit; in Lydiam reversus est Regis instar, aut ejus qui Imperatorem & eunuchum obiter pro delectamento habiturus esset, si vellet.* Hæc Suidas de Timasio, qui (ut diximus) miserrima omnium deportatione in Oasim amandatus est. Qui quidem locus a Zosimo (d) ita describitur: *Terra in medio arenosa, vasta prorsus & inhabitata, notitiam tendentibus huc omnem adimit; partim quod venti arena vestigia compleant & aboleant; partim quod nec arbor ulla nec domicilium sit, quæ indicium aliquod iter facientibus ad conjecturam relinquere possint.* Hæc ipse. At de Oasi in Notis actum pluribus. Subdit his idem auctor de Abundantio item Consule ordinario nobilissimo tunc temporis relegato Sydone Phœniciæ oppido. Verum S. Hieronymus (e) de ejusdem relegatione agens, apud Pithyuntem exulare jussum tradit.

(c) Hieron. epist. 3.
* Timasius deportatur in Oasim.
* recreationem.
(d) Zosim. l. 5.
(e) Hier. epist. 3.

XXVIII. De Ruffini sorore virgine Deo dicata.

Quod vero ad Ruffini sororem spectat, fuit hæc virgo Christo dicata, egregia sanctitate atque eruditione conspicua; de qua hæc pauca Palladius (f): *Evenit autem ut postea simul ad Ægyptum ex Ælia proficiscerentur*, Melaniæ scilicet alumnæ Romanæ feminæ, *sanctam Silviam deducentes virginem Dei, Ruffini autem Expræfecti sororem. Erat etiam nobiscum Jovinius tunc diaconus, nunc vero civitatis Ascalonensium Episcopus, vir admodum sanctus, & amator & lector studiosissimus litterarum. Cum ergo in itinere nos æstus vehementissimus occupasset, & Pelusum oppidum fuissemus ingressi, S. Jovinius æstu nimio fatigatus, cœperat manus ac pedes proprios frigidissima aquæ refovere infusione. Quo ita ut desideraverat facto, super pellitam se utque in solo stratam projecerat plumam. Ad quem sancta illa Silvia veluti filium verum sapiens mater accessit, & molliciem ipsius deliciasque reprehendens, ista dicebat: Quemadmodum ausus es, hanc ætatem agens, in qua adhuc sanguis tuus vivit, sic lavare ac fovere corpus tuum? Non intelligis quæ ex hoc nasci soleant animæ læsiones? Crede igitur mihi confidenter loquenti, quod sexagesimum ipsa ævi annum agens excepta summi-*

(f) Pallad. in Laus. c. 33.

PAGIUS

rus esset, si vellet. Quare cum *Eutropius* post Rufinum die XXVII. mensis Novembris trucidatum, Timasium ex Asia Constantinopolim evocarit, & postea accusatorem quæsierit, qui eidem affectati crimen Imperii impingeret, ut scribit Zosimus citatus, casus *Timasii* anno CCCLXXXIX Consulis ordinarii, ante sequentem annum non contigit. Narrat postea Zosimus exilium Abundantii qui *sub Theodosio maximos honores adeptus, etiam Prætor atque Consul designatus fuerat; mox aula pellitur, oppidum Phœniciæ Sidonem habitare jussus, ubi reliquum vitæ transegit.* Sed non in Phœniciam, verum in Colchidem Abundantium anno CCCXCIII. Consulatu ordinario cohonestatum, reliquum vitæ transegisse indicat Asterius Homilia in festum Kalendarum anno Christi quadringentesimo recitata, in qua de Rufino, Timasio, & Abundantio ita loquitur: *Ubinam Consules & fasces? propone tibi ob oculos & enumera, qui heri, qui nudius tertius fuerunt. nonne hic quidem* (nempe Rufinus) *ut facinorosus aliquis per repentinam armata multitudinis seditionem capite truncatus est, ostensatusque majore post necem pompa, quam cum in curru sublimis, & exultabundus transveheretur? Ille* (videlicet Timasius) *præter exercitus Præfecturam eumdem adeptus honorem, in extremis Ægypti, Lybiaque fini-*

mitate digitorum meorum, non ora, non pedes, non partem aliquam membrorum aqua lavi; & hoc cum variis semper ægritudinibus laborarem, & ab ipsis quoque cogerer medicis uti lavacro; numquam tamen volui antiquum corporis mei morem palpare; non in lecto quievi, non in lectica recumbens iter feci. Hæc ipsa eloquentissima fuit, magnumque amorem habuit litterarum, ita ut legendo noctes in dies verteret, omnes antiquorum interpretum libros notissimos habens, inter quos tricies centena millia versuum legendo transierat: Gregorii, Pierii quoque, & Stephani, Basilique & aliorum studiosissimorum virorum \[...\]ies centena millia: quæ tamen non quasi perfunctorie transcurrebat, sed unumquemque septies auctorem revolvens: unde mendacii scientia nominum atque sectarum penitus liberata, cælestibus pennis per gratiam litterarum (sic loquitur Origenista) *ad æternam spem Salvatoris gallina spiritualis effecta, potuit evolare, immortales a Deo vicissitudines receptura.* Hucusque Palladius de sorore Ruffini Præfecti, ter plane felicis, si sororis exemplo, cælestibus potius quam terrenis inhiare divitiis didicisset.

XXIX. Barbari insolentiores effecti.

At licet nece Ruffini tyrannidem affectantis res hac ex parte in tutum repositæ fuerint; haud tamen summoti sunt barbari, jam ab ipso in diversas provincias Imperii Orientalis immissi: qui enim ut hostes populabundi eas ingressi fuerunt, jam ut indigenæ coluerunt; adeo ut Romanas vires contemptui habere cœperint, immo & illis insolentius exprobrarent. Nam audi, rogo, quæ de iis temporibus S. Joannes Chrysostomus (a) tradat: dum enim suæ ætatis mala illata deplorat, hæc post multa alia id genus habet: *Cæterum ad ipsorum etiam qui nunc regnant, uxoret animum adverte. Alteram videbis ex pristinis calamitatibus respirantem, magnæ voluptati magnum habere dolorem admixtum; eo quod qui potitur, nimis juvenis ac nullius usus est, multosque habet undique insidiantes:* de Honorio ista. *Alteram vero* (subdit) *timore exanimatam, & iis qui capite damnati sunt miseriorem vitam ducentem, eo quod vir ipsius, ab eo tempore quo diadema suscepit, usque ad hodiernum diem in bello præliisque versatur; verecundiaque, pudore, & probris quibus undique afficitur, magis quam eis calamitatibus tabescit. Quod enim antea numquam, nunc evenit, ut barbari propriam relinquentes regionem, multa stadiorum millia regionis nostræ percurrerint; & agris incensis, captisque urbibus, domum redeundi omnem cogitationem abjecerunt. Ac perinde quasi choreas ducerent, non bellum gererent, ita nostros omnes irrident. Et quemdam ex illorum Regibus dixisse ferunt, mirari se impudentiam nostrorum militum, qui cum facilius quam oves soleant jugulari, adhuc victoriam sperent, neque ex ipsorum regione velint excedere. Nam ipse quidem dixit, sese illis cædendis satietate captum esse. Quo igitur animo & Imperatorem & ipsius uxorem ista verba audientem existimas esse?* Hæc Chrysostomus.

(a) Chrys. ad viduam junior.

Et S. Hieronymus hæc ipsa deplorans: (b) *Nostris,* inquit, *peccatis barbari fortes sunt, nostris vitiis Romanus superatur exercitus: & quasi non hæc sufficeret cladibus, plus pene bella civilia, quam hostilis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonosor servus Dei dicitur. Infelices nos, qui tantum displicemus Deo, ut per rabiem barbarorum illius in nos ira desæviat:* & paulo post: *Proh pudor, & stolida usque ad incredulitatem mens! Romanus exercitus, victor Orbis & dominus, ab his vincitur, hos pavet, horum terretur aspectu, qui ingredi non valent; qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus Prophetarum* (c) *voces: Fugient mille, uno persequente? & non amputamus caussas morbi, ut morbus pariter auferatur, statimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.* At de his modo hactenus. Jam ad reliqua pergamus.

(b) Hier. ep. 3.

Nostria peccatis Barbari fortiores redditi.

(c) Isai. 30.

Hoc eodem anno, eodemque die (inquit Socrates d) *quo Ruffinus interfectus est, Marcianus Novatianorum Episcopus excessit e vita: in cujus Episcopatum Sisinnius, de quo supra fecimus mentionem, successit.* Hæc ipse.

(d) Socr. l. 6. c. 1.

XXX.

Quod autem ad res spectat Occidentales, Honorius Imp. (e) lege sancita con-

(e) l. 29. de Episc. & Cleric. C. Theod.

PAGIUS

nibus, in loco arenoso, & humoris omnis humanique cultus expertibus, damnationis supplicium fugiens, miserrime extinctus est. Quid de eo dicamus (nempe Abundantio) *qui & ipse de numero Consulum atque Ducum exercitus, in terra Colchide nunc degens Barbarorum humanitate vitam & spiritum debet?*

XV. Abundantii exilium.

E Phœnicia itaque in Colchidem *Abundantius* translatus, ejusque exilii locus mutatus, *Asterio* enim suffragatur Hieronymus in Epist. III. ubi tradit, Abundantium apud *Pityuntem* exulare jussum. Pityus oppidum est in extremis Colchidis & Imperii Romani, *quod accolunt crudelissimi Barbari*, inquit Theodoretus lib. 5. cap. 34. ubi & in insula situm fuisse testatur, addens Sanctum *Chrysostomum* ad illam *Cucuso*, quod Armeniæ oppidum, transportatum, in via demortuum esse.

XVI. Ecclesiæ Africanæ privilegia Honorius confirmat.

Ad num. XXX. Honorius leg. 29. Cod. Theod. *de Episcopis*, data *X. Kalend. April.* Privilegia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum ab anterioribus Principibus indulta, omnia simul & semel confirmat, atque inviolata manere præcipit, & quidem per Africam; cum ea lex inscripta sit *Hierio Vicario Africæ*. Quod & sæpius postea ab eodem Honorio factum. Unde Gothofredus

firmat privilegia omnia a prædecessoribus Impp. Catholicæ Ecclesiæ collata, ad Hierium ita rescribens:

Honorius Imp. favet rebus ecclesiasticis

Quæcumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa sacrosanctas Ecclesias præcipimus. Nihil igitur a privilegiis immutetur, omnibusque qui Ecclesiis serviunt tuitio deferatur: quia temporibus nostris addi potius reverentiæ cupimus, quam ex his quæ olim præstita sunt, immutari. Dat. X. Kalend. Apriles, Mediolani Olybrio & Probino Coss. His quidem pietatis officiis Honorius Augustus primordia sui Imperii consecrans, ejusmodi jecit futuri regiminis fundamenta; nec quidem frustra: nam ipse licet imbellis, haud tamen a tyrannis barbarisve comprimi valuit. Quod si eidem immensum sub eo Romanum est passum Imperium, adscribenda est illa potius Gentilibus superstitiosum cultum instaurare conantibus, ut suo loco hæc dicenda pluribus declarabunt.

XXXI. S. Augustinus creatur Hipponensis Episcopus.

Hoc item anno, iisdem nempe Consulibus Olybrio atque Probino, *Augustinus* (inquit Prosper in Chronico) *beati Ambrosii discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hippone Regio Africæ Episcopus ordinatur*; cum ageret annum suæ ætatis quadragesimumprimum, ut ex supputatione superius inita annorum ejus certa ratione colligitur. Quod autem adhuc vivente Valerio ejusdem civitatis Episcopo, ipse Augustinus idem munus Episcopale susceperit, Possidius ejusmodi causam affert, dum rem gestam ita describit (*a*): *Ille vero beatus senex Valerius cæteris ex hoc amplius exultans* (videlicet de eminenti Augustini doctrina) *& Deo gratias agens de concesso sibi speciali beneficio: metuere cœpit, ut est humanus animus, ne ab aliqua Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatum quæreretur, & sibi auferretur. Nam & id provenisset, nisi hoc idem Episcopus cognito, ad locum secretum eum transire curasset, occultatumque a quærentibus minime inveniri fecisset.* Hæc Possidius. Sed de sollicita cura populi Hipponensis, ne sibi Augustinus raperetur, habes ab ipsomet Augustino scribente ad Aurelium Episcopum Charthaginensem declaratum his verbis, cum se excusat quod non liceat venire Carthaginem (*b*): *Absentiam enim meam*, inquit, *tantum longe Hipponenses vehementer nimisque formidant, neque ullo modo mihi sic volunt credere, ut ego vobis.* Hæc ipse. Si enim ad Primatem totius Africæ Carthaginensem Episcopum diu cupitus proficisci non sineretur; quanto custodiretur studio, intelligere satis potes. Nam subdit Possidius, *Unde amplius formidans idem venerabilis senex, & sciens se corpore & ætate infirmissimum, egit secretis litteris apud Primatem Episcopum sedis Carthaginensis, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem, & obsecrans, ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, qui suæ cathedræ non jam succederet, sed consacerdos accederet Augustinus. Quæ igitur beatus Valerius optavit & rogavit, satagens rescripto impetravit. Post quam petitionem, ad visitandum adveniente ad Ecclesiam Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo, Valerius Antistes Episcopis qui forte tunc aderant & universæ plebi inopinatam cunctis suam insinuat tunc voluntatem: omnibusque audientibus, & gratulantibus, atque id fieri perficique ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere contra morem Ecclesiæ, suo vivente Episcopo, presbyter Augustinus recusabat. Dumque illi fieri solere, ab omnibus suaderetur, atque id ignoro transmarinis & Africanis Ecclesiæ exemplis probaretur, compulsus atque coactus succubuit, & Episcopatus curam & majoris loci ordinationem suscepit.*

(a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 8.

(b) Aug. ad Aurel. epist. 64.

XXXII. Augustinus a quo ordinatus episcopus.

Requisitus autem aliquando a Donatistis Augustinus, a quonam fuisset ordinatus; gloriatus est, se a Catholicæ Ecclesiæ Episcopo Primate Numidiæ ordinatum fuisse: id enim ipse testatur (*c*) in Breviculo collationis decimætertiæ. Subdit autem Possidius: *Quod in se ipso postea fieri non debuisse, ut vivo Episcopo suo ordinaretur, & dixit & scripsit, propter Concilii universalis*, nempe Nicæni, *vetitum, quod jam ordinatus didicit: nec quod sibi factum esse doluit, aliis fieri voluit.* Hæc Possidius. Quæ autem ipse de his citat ejusdem Augustini factum detestantia dicta, extant ipsa in Actis publicis designati Heraclii presbyteri sui futuri successoris, his nempe verbis: *Adhuc*, inquit, *in corpore posito beatæ memoriæ pa-*

(c) Aug. in Brevic. collat. diei tertiæ c. 7.

PAGIUS

in Commentario illius legis deducit, per Africam Privilegia hæc subinde fuisse sollicitata, temeritate scil. & obreptione hæreticorum & connivencia Judicum, quod docet nominatim lex 34. de Hæreticis. Neque alio fine leges de privilegiis Ecclesiarum & Ecclesiasticorum ad Magistratus directæ, quam ut hi tuitionem præberent adversus horum Privilegiorum violatores. Hujus patrocinii in rebus Ecclesiasticis non semel mentio in Conciliis Africanis; memorat enim Optatus lib. 3. *armati militis auxilium a* Catholicis adversus Donatistas postulatum.

XVII. D. Augustinus Episc. Hipponensis ordinatur.

A num. XXXI. ad XXXIV. Prosper in Chronico sub hujus anni Coss. tradit, *Sanctum Augustinum* Episcopum Hipponensem ordinatum esse, cujus verba exscripsit Cassiodorus in Chronico: quam sententiam Baronius, aliique omnes, qui Augustini gesta descripsere, secuti sunt. Patres tamen Benedictini, qui nuper hujus Sancti Doctoris Opera recuderunt, suspicantur eam ordinationem anno sequenti factam. Augustinus enim lib. 2. Retract. cap. I. ait: *Li-*

patre & Episcopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum esse nesciebam, nec ipse sciebat. Quod ergo reprehensum est in me, nolo reprehendi in filio meo. At vero quem citat Nicænum canonem, ille fuisse creditur, in cujus fine, cum actum est in eo de Novatianis ad Ecclesiam redeuntibus, hæc verba leguntur: *Ne in una civitate duo Episcopi esse probentur:* sic ibi octavo canone: quamvis alii velint specialem ea de re constitutionem esse editam, quæ non extet.

XXXIII. (a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 8.

Canonum scientiam in Ordinando requiri.

Quod vero de S. Augustino Possidius (a) agens, de ejus ordinatione hæc ad finem apponit: *Unde etiam fategit, ut Conciliis constitueretur Episcoporum, ab ordinatoribus debere ordinandis vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda.* Constat plane de his actum post sequentem annum in Concilio Carthaginensi celebrato Cæsario & Attico Consulibus; in quo hæc tertio canone ex suggestione S. Augustini (ut Possidius monet) decreta esse leguntur (b): *Item placuit, ut ordinandis Episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur: ne se quid contra statuta Conciliis fecisse pæniteat.* Hæc ibi: sicque solicite cavendum putavit ab aliis, quod ipse nescius deliquisset. Solemnis autem remansit Hipponensibus more majorum dies illa, qua talem tantumque ordinatum meruerunt Episcopum obtinere; anniversariaque celebritate eamdem colere curaverunt; qua ipse Augustinus de eadem sua ordinatione homilias habere solebat ad populum: extant adhuc ex ipsis duo eodem argumento conscriptæ (c).

(b) Concil. Carthag. 3. c. 3.

(c) Aug. hom. 24. & 25.

XXXIV. (d) Aug. ep. 34.

Augustinus de sua ordinatione scribit ad Paulinum.

Idem insuper Augustinus litteris scriptis ad Paulinum (d) & Therasiam, qui in agro Nolano vitam monasticam excolentes, jam (ut dictum est) annum exegissent, de sua ordinatione obiter tunc facta hæc ait: *Qua Ecclesia cura tenear, ex hoc vestra charitas oportet attendat, quod beatissimus pater Valerius (qui vos nobiscum quantum salutet, quantum sitiat, audietis ex fratribus) nec presbyterum me esse suum passus est, nisi majorem mihi coepiscopatus sarcinam imponeret. Quod quidem, quia tanta ejus charitate, tantoque populi studio Dominum id velle credidi, nonnullis jam exemplis præcedentibus, quibus mihi omnis excusatio claudebatur, vehementer timui excusare.* Ita ipse, & quidem hoc anno mox post suam ordinationem: nam aliam ad eosdem epistolam haud pridem ab ipso datam, cum adhuc presbyter esset, scriptam fuisse liquet.

XXXV. Ordinationis S. Augustini præconium ex Paulino.

(e) Apud Aug. epist. 36.

Porro ipse Paulinus, his acceptis de Augustini ordinatione litteris, miro exultans gaudio (quantus enim ille esset, ex ejus scriptis adversus Manichæos ab Alypio missis satis noverat) die sequenti post acceptas dictas Augustini litteras, ad Romanianum scribens (e), hæc habet: *Non autem tantum hoc scribimus gratulandum quod Episcopatum Augustinus acceperit; sed quod hanc Dei curam meruerint Africanæ Ecclesiæ, ut verba cælestia Augustini ore perciperent, qui ad majorem Dominici muneris gratiam novo more provectus ita consecratus est, non ut succederet in cathedra Episcopo, sed accederet: nam incolumi Valerio Hipponensis Ecclesiæ Episcopo, coepiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla umquam liventis invidiæ macula suffudit, dignos sui cordis pace nunc ab Altissimo fructus capit, ut quem successorem sacerdotii sui suppliciter optabat, hunc mereretur tenere collegam. Credine hoc potuit, antequam fieret? Sed in hoc quoque Omnipotentis opere dici Evangelicum illud potest (f): Hominibus hæc ardua, apud Deum autem omnia possibilia. Exultemus itaque & lætemur in eo, qui facit mirabilia solus, & qui facit unanimes habitare in domo: quoniam ipse respexit humilitatem nostram, & visitavit in bono plebem suam: Qui erexit cornu in domo David pueri sui, & nunc exaltavit cornu Ecclesiæ suæ in electis suis, ut cor-*

(f) Luc. 18.

PAGIUS

Librorum, quos Episcopus elaboravi, primi duo sunt ad Simplicianum, quem in Epistola nuncupatoria, & initio libri I. *Patris* titulo exornat. Simplicianus autem, mense Aprili anni trecentesimi nonagesimi septimi, divo Ambrosio in Episcopatum Mediolanensem successit. Parte alia Augustinus in lib. de Prædestin. Sanctorum cap. 4. laudatos ad Simplicianum libros a se *in ipso exordio Episcopatus sui* scriptos fuisse affirmat; & ubicumque de iis loquitur, constanter asserit, se eos *ad Simplicianum Mediolanensis Ecclesiæ Antistitem* scripsisse. Quare si *Augustinus* ante annum sequentem renunciatus fuisset Episcopus, annos propemodum duos a scribendo abstinuisset. A communi tamen epocha recedere iidem Editores se se religioni duxisse aiunt; a qua etiam non discedendum esse judicavimus, licet nos non lateat, Prosperum & Cassiodorum ejus exscriptorem, hoc sæculo sæpe in Chronologiam peccare. Porro Sancti *Augustini* ordinatio mense Decembri peracta; cum ipsemet Homilia XXV. inter quinquaginta cap. 3. dicat: *Natalis Domini imminet;* & ea Homilia, in anniversaria ordinationis suæ die, ab eo ad populum habita fuerit.

XVIII. *S. Paulinus Eusebii Chronicon ad Alypium mittit.*

A num. XXXIV. ad L. SS. Paulini & Augustini Epistolæ hoc anno a Baronio recitatæ, a Patribus Benedictinis recte suis temporibus assignatæ. Hic earum ordinem exhibeo. *Paulinus* anno superiori ex Urbe Nola ad Alypium Episcopum in Africam transmisit Epistolam ordine XXIV. alias XXXV. & ad Augustinum Epistolam XXV. quæ alias erat XXXI. Prioris meminit Baronius num. L. posterioris num. XXXVI. Prior data est a Paulino ad Alypium Episcopum, qui eam dignitatem ipsi competere

nua peccatorum (sicut per Prophetam spondet) hoc est, Donatistarum, Manichæorumque confringat. Utinam hæc nunc Domini tuba, quæ per Augustinum intonat, filii nostri Licentii pulset auditus, &c.

XXXVI. Consuetudo litterarum inter Augustinum & Paulinum.

Verum cjusmodi litterarum consuetudo, quæ inter sanctos Dei viros Paulinum & Augustinum intercessit, hoc ipso annu cœpta est, cum prioribus (*a*) Paulinus litteris Augustinum salutat adhuc presbyterum, cujus acceperat quinque libros contra Manichæos scriptos dono Alypii Episcopi Tagastensis: ex quibus quidem quantus Augustinus esset, leonem (ut ait) ex unguibus intellexit; unde in ea litteris illis præconia mox erupit: *O vere sal terræ, quo præcordia nostra, ne possint sæculi vanescere errore, condiuntur! O lucerna digne super candelabrum Ecclesiæ posita, quæ late Catholicis urbibus de septiformi lychno pastum oleo lætitiæ lumen effundens, densas licet hæreticorum caligines discutis, & lucem veritatis e confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas.* Scripsit hæc Paulinus ad Augustini litteras (ut profitetur) annum jam habens in conversione monastica, abdicato jam sæculo. Adjecit prioribus bis eodem hoc anno Paulinus (*b*) ad eumdem Augustinum posteriores litteras, cum nondum sciret an priores accepisset, quas dedit pernecessariis ipsius Romano & Agili in Africam navigantibus: cum interea nondum his acceptis, prioribus autem redditis, Augustinus ad Paulinum jam litteras officiosissimas rescripsisset adhuc presbyter (*c*). Sed inter hæc priorum litterarum commercia creatus (ut dictum ast) Episcopus Hipponensis, de sua ipsius tunc facta ordinatione, posterioribus litteris posteriores reddens, ea quæ diximus significavit; misitque ad eum tres a se editos libros *de Libero arbitrio*; exposcens vicissim ab eo libros a S. Ambrosio adversus Academicos scriptos; exigens pariter, ut quem scriberet adversus Paganos, commentarium ad se mitteret.

(*a*) Apud Aug. epist. 31.

(*b*) Paul. apud Aug. epist. 33.

(*c*) Aug. epist. 32.

XXXVII. Ut autem adeo arcto amicitiæ vinculo Paulinus & Augustinus mutuo nectcrentur, sequester in primis Alypius Tagastensis Episcopus intercessit, ut litteræ amborum significant. Sed & laudavit mirifice quidem ob egregiæ vitæ sanctitatem Paulinus Alypium; usqua adeo, ut vitæ ipsius historiam ab eo ad se scribi rogarit (*d*). Cum ille Christianæ modestiæ consulens, totum illud refudit negotium Augustino: qui id se præstitutum prioribus suis ad Paulinum (*e*) redditis litteris pollicitus est: quod & a Paulino exactum, & ab Augustino (ut erat pollicitus) persolutum non dubitamus. Sed exciderunt hæ litteræ, sicut & aliæ plurimæ ultro citroqua datæ quoad superstites extiterunt: cujus adeo longioris temporis spatii nonnisi duæ ab alterutris datæ hoc anno litteræ extant, & commentarius ille ad eumdem Paulinum ab ipso Augustino *de Cura agenda pro mortuis* scripto. Verum hoc exemplo, & de Paulino in eam adducor sententiam, ut opiner, ipso rogante & sollicitius exposcente, scriptos ab ipso Augustino jam facto Episcopo libros Confessionum: licet id ipse reticuerit Augustinus, ne non tam divinorum donorum a se perceptorum prædicator, quam sui ipsius videri potuisset esse laudator: cum magna animi summissione illud, confitendo peccata sua, Dei vero munera accepta recensendo, arripuerit dicendi genus. Ut autem id Paulinum ab Augustino exegisse opiner, illud magnopere persuadet, quod qui Alypii res gestas adeo exoptavit & expetiit scripta historia memoriæ commendari; idem ipsa Augustino semel atque iterum degustato, eidemque penitus addictus exquisisse videtur avidius, & exegisse importunius, vitæ ipsius Augustini ab ipso commentarium scribi: quod ea modestia atque cautela prudenter ipse quidem exhibuit, dum sua recensendo & deflendo peccata, vitam suam a tenera ætate contexuit.

Alypius conciliator amicitiæ inter Augustinum & Paulinum.

(*d*) Apud Aug. epist. 32.

(*e*) Aug. epist. 32.

XXXVIII. Eusebii chronicon expetitum.

Sed ad Alypium redeamus. Magna quidem illud me admiratione afficit, desideratum fuisse in Africa hactenus, quod ipse Alypius expetiit a Paulino, Eusebii Chronicon; quo uno in Ecclesia Dei usque ad tempora Constantini res gestæ ab origine mundi dispositæ haberentur.

Sed

PAGIUS

se haud dubie didicerat ex litteris, quas se ob ipso recepisse profitetur. Ex principio Epistolæ Paulini ad Augustinum, ordine XXX. alias XXXIII. de qua infra, quam ad Augustinum sub initium currentis anni indubitanter scripsit, *ante hyemem superiorem*, id est, autumno anni CCCXCIV. directam fuisse certo cognoscimus. In Epistola XXIV. Paulinus excusat, quod serius miserit ad Alypium Eusebii Chronico, aitque, *quia ipse non haberem hunc Codicem, Romæ reperi apud parentem nostrum vere sanctissimum Domnionem*.

XIX. Baronius a num. XXXVIII. ad XLIV. de Eusebii Chronico, Rufini & Severi Historia Ecclesiastica agit, aitque *Paulinum* memoria lapsum esse, quando ibidem Eusebium Constantinopolitanum Episcopum appellat, quem certum est Episcopum Cæsariensem fuisse. Sed hunc errorem correxit Le-Brunus in Editione Operum S. Paulini, ubi illa, quæ alias inter Paulinianas XLV. nunc III. est. Notat enim in plerisque Codicibus MSS. & quibusdam editis Eusebium, non *Constantinopolitanum*, sed *Cæsariensem* Episcopum appellari. Quare is error non in Paulinum, sed in Librarios refundendus. Eusebius Chronicon suum ann.

Chronicon Eusebii a S. Hieronymo continuatum.

CCC-

Sed & magis miror, quod Paullino haud adeo exploratus liber ille fuisset, cujus nec nomen auctoris perspectum haberet, dum nominat illum Eusebium Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum, loco Cæsariensis: nam illius, qui ejus nominis primo præfuit Nicomediæ, inde vero Constantinopoli, impietate notissimi, nulla umquam fuit ejus argumenti aliqua post obitum lucubratio, sed tantum (quod omnes norunt) Eusebii Cæsariensis. Quamobrem ipsi quidem de his obiter inter scribendum agenti, lapsum memoriæ potius, quam rei adeo apertæ inscitiam adscribendam, æquius esse ducimus: cum alioquin in Ecclesiasticis historiis se minime versatum esse, ad Severum scribens (a) ipse Paulinus ingenue profiteatur his verbis:

(a) Paulin. epist. 9.

XXXIX. *Præterea autem jussisti, nimium opulenter tibi de paupere tuo blandiens, ut quæ te de Annalibus non unius gentis, sed generis humani fugerent, ego videlicet quasi peritior edocerem. Sed sibi imputet famem, qui pauperis amici fores pulsat, & promptuarium inane scrutatur. Numquam enim in hæc investiganda & colligenda mihi commodum studium fuit. Nam etiam in tempore veteri, quo videbur legere nec legenda, ab historicis scriptoribus peregrinatus sum.* Significat his sane verbis Paulinus, se haud ad peregrinas res gestas pervestigandas aliquam adhibuisse diligentiam, Romanarum rerum historiæ tantum intentum. Etenim tradit Ausonius ab ipso Paulino Suetonium in compendium redactum, atque diserto carmine decantatum; quod opus mirifice quidem laudat, cum ait (b): *His longe jucundissimum poema subdideras, quod de tribus Suetonii libris, quos ille de Regibus dedit, in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi videare assecutus, quod contra rerum naturam est, brevitas ut obscura non esset.* Hæc ipse.

(b) Auson. epist. 19.

XL. Cæterum ut Severo satisfaceret, quodnam consilium inierit, ipse mox subdit (c): *Attamen nunc operis tui curam gerens, quo te pro utilitate fidei nostræ suspiciendis, & conferendis præteritorum temporum rationibus occupatum indicasti; quod de meo non habui, de fratris unanimi opulentiore thesauro petivi; & ipsam adnotationem, quam commonitorii vice misisti, litteris meis indutam direxi ad Ruffinum presbyterum S. Melaniæ spiritali via comitem, vere sanctum, & pie doctum, & ob hoc mihi intima affectione conjunctum.* Agebat autem adhuc Hierosolymis cum Melania Ruffinus, Paulino quidem tantummodo fama notus, haud tamen in omnibus satis perspectus: nondum enim ipse Ruffinus, nisi postquam inde remeans, Romam Periarchon intulit Origenis, quos foveret errores detectus est; sed de his agendum suo tempore. Subdit autem de eo quod requirebatur, ista Paulinus: *Si ille hus, quæ merito te permovent de annorum sive regnorum non congruente calculo hiantes historiæ, causas non ediderit, qui & scholasticis & salutaribus litteris Græce juxta ac Latine dives est: vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus. Quod si præsumptioni de se meæ satisfecerit; prima occasione, si Dominus faverit, transmittam unanimitati tuæ, utcumque mihi super hac ratione rescripserit.* Hæc Paulinus.

(c) Paul. ead. ep. 9.

Ruffini Aquilejensis studium requisitum in historia conscribenda.

XLI. At num præstitit diligens opus, quod Paulinus petiit, & Severus expetiit a Paulino, Ruffinus? minime gentium, mea quidem sententia: nam in Eusebii historia, cum eam Latinitate donavit (ut recentior bene oculatus interpres inspexit) multa quidem prætermisit, deque suo nonnulla miscuit, atque complura quasi non recte collocata mutavit: ut eamdem reddiderit propemodum alteram; duobus vero libris quos addidit, quibus res gestas a tempore Nicæni Concilii usque ad obitum Theodosii prosecutus est, quam jejune & haud in omnibus tuta fide cuncta percurrerit, quæ recensita sunt superius facile monstrant. Sed S. Hieronymus perutile opus exhibuit, cum per singulos annos res diversorum Regum pro temporis ratione collectas ab Eusebio in Latinum vertit, atque a tempore Constantini usque ad sextum Consulatum (d) (ut ipse testatur) Valentis & Valentiniani Junioris secundum eodem ordine reliqua prosecutus est; res gestas vero Gratiani atque Theodosii latiori se historiæ stylo reservasse testatur: Non (inquit) *quod de viventibus timuerim libere ac vere scribere:*

Ruffini historia.

Hieronymi Chronicon.

(d) Hier. in præf. ad Eusebii Chron.

PAGIUS CCCXXV. publicavit, ut eo anno & anno CCCXXVI. demonstravi; illud vero Hieronymus in Linguam Latinam vertit anno CCCLXXIII. ut liquet ex ejus Epistola ordine C. ad Pammachium *de optimo genere interpretandi*. In ea enim Hieronymus ait, se ante *annos circiter viginti* illud interpretatum esse; Epistolamque illam scripsit anno trecentesimo nonagesimo secundo, aut saltem eo circiter anno. Huic Chronico Hieronymus Additamentum suum adjunxit usque ad annum Christi CCCLXXVIII. continuatum. Præfationem, quam Chronico Eusebiano præfixit, his verbis claudit: *Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodosii latioris Historiæ stylo reservavi. Non quod de viventibus timuerim libere & vere scribere, (timor enim Dei hominum timorem expellit,) sed quoniam debacchantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia.* Quare, post mortem Theodosii Magni Hieronymus Supplementum suum Chronico Eusebii anno incerto subjecit.

XX. Quod ad Sulpicium Severum, is anno quadringentesimo Stilichonis Consulatu notato duos Sacræ Historiæ Libros, a creatione mundi usque ad eum Christi annum perductos publicavit. Postquam

bere: Timor enim Dei timorem hominum expellit. Sed quoniam debacchantibus adhuc in terra nostra barbaris, incerta sunt omnia. Verum haud ea prosecutus videtur.

XLII. Historici hujus temporis qui & quales.

Perfecit tamen nihilominus ipse Severus duos sacræ historiæ libros, ab origine mundi exordiens, ad sua usque tempora eos producens. Scripsit ille quidem eo anno quo gesserunt Consulatum Stilico & Aurelianus, nimirum Domini quadringentesimo, ut ex ejus scriptis colligitur, dum a Consulatu Arbetionis & Lolliani numeravit annos quadragintaquinque: cum constet hos creatos Consules esse anno Domini trecentesimo quinquagesimoquinto. Sed & diximus Dexterum Præfectum Prætorii, tempore Theodosii, ejusdem quoque argumenti lucubrationem elaborasse. Externorum autem, nempe Gentilium, Aurelius Victor de Vita & moribus Romanorum historiam edidit, incipiens ab Octaviano Augusto usque ad Theodosii Imp. obitum, ad quem viventem Opus inscripsit, a quo & decoratus est Urbana Præfectura, necnon Comitatu sacrarum largitionum. Paulo autem ante ipsum Eutropius ad Valentem Imperatorem scripserat breve compendium Romanorum historiæ. Secutus est hos Zosimus sub Honorio, sed minori fide, majori vero impietate. Rursum ex nostris Paulus Orosius id ipsum præstitit sub eodem Imperatore: verum de eo inferius.

XLIII. At licet tot historicis hæc ætas abundasse videatur; tamen adhuc inops harum facultatum remansit & in nonnullis obscura; quod ex his alii res multas brevitate nimia contraxerint: alii intactas penitus reliquerint; desideretur autem in aliis ordo, in aliis vero temporum exactior indagatio; periclitenturque alii veritate, ac pariter pietate; affectuque privato ducti, pro arbitrio mendacia veris attexuerint. Porro hos omnes audire, & in medio sedere arbitrum, & æqua lance cuncta probare, disquirere singula & judicare, prætermissaque indagare, abstrusa abditaque refodere, itemque cuncta in veritatis conflatorio examinare atque purgare, aurumque e terra seligere, haud leve negotium, tenuisque laboris est opus. Hinc videas vertices oratorum hoc genus scribendi attingere hæsitasse: Tullium (a) interea se excusare, quod istæc digno stylo prosequi, hominis inprimis sit soluti omni negotio; & cum tandem istud scribendi genus attigit, citra omnium expectationem opus edidit, publica contentione derisum, nec dignum habitum quod posteris traderetur, sed perpetuo silentio obruendum (b). Et Plinius, cui (ut ipse (c) testatur) fuit cum Cicerone æmulatio, negavit Capitoni suo id exposcenti, se scripturum historias, dum ageret oratorem; quod opus præ sui magnitudine totum requireret hominem, & plane diversa esset utriusque ratio scriptionis. Sed quorsum nos occasio Eusebii Chronici ab Alypio expetiti & a Paulino perquisiti pertraxit? Attamen aliquantisper licet vagata, haud tamen ad extranea deflexit oratio, cum hujus ætatis historicos numeravit, & scabra, per quæ assidue ipsa duceretur, semel ostendit. Sed jam ad ipsum, a quo deflexit, Paulinum, quæ de eo anni hujus sunt reliqua, breviter prosecutura dictio revocetur.

(a) Cicer. de legibus l.1.

(b) Dio hist. Rom. l.46.

(c) Plin. l.1. ep.5.

XLIV. Legatio ab Africanis Episcopis ad Paulinum.

Quod autem Paulini nomen claritudine generis & amplissimorum magistratuum functione ubique notum atque conspicuum, abdicatione rerum temporalium longe clarius atque celebrius esset ubique redditum; non Alypii tantum & Augustini, sed & aliorum in Africa Catholicæ Ecclesiæ Episcoporum permovit animos, & excitavit affectus: adeo ut idem ipsum litteris legatione ad eum missa, salutaverint; quarum ipse meminit scribens ad Romanianum his verbis (d): Optatissime (inquit) *sanctorum & carissimorum virorum inde epistolas receperamus, idest, Aurelii, Alypii, Augustini, Profuturi, Severi jam omnium pariter Episcoporum.* Erat Severus iste Ecclesiæ Milevitanæ in Numidia Præsul, ut ipse Augustinus (e) affirmat: Profuturus autem Calamensis Ecclesiæ Episcopus, ad quem extat Augustini epistola centesima nonagesima. Porro de ejusmodi legatione Afrorum idem Paulinus meminit ad Severum scribens, cum ait (f): *Afri quo-*

(d) Apud Aug. epist. 36.

(e) Aug. ep. 34.

(f) Paulin. epist. 1.

PAGIUS

Severus Historiam suam anno CCCC. publicavit.

quam enim scripsit, Christum *duobus geminis Coss.* id est anno Æræ Christianæ vicesimo nono, passum esse, subdit: *A quo tempore usque in Stiliconem Consulem sunt anni* CCCLXXI. & quidem integri: & CCCLXXII. si uterque extremus annus, quod sæpe fit, incompletus numeretur. Ex quo Severi Sulpicii loco liquet, Chronologiam Baronii usque ad Diocletiani fere Imperium depravatam esse. Si enim, ut existimavit Cardinalis doctissimus, duorum Geminorum Consulatus in annum Christi tricesimum primum competeret, a duobus Geminis ad Consulatum Stiliconis, quem recte ipsemet connectit cum anno Christi CCCC. anni integri duntaxat CCCLXIX. & CCCLXX. si extremi intelligerentur incompleti, numerarentur. Quare cum Sulpicius hac in re errare non potuerit, manifestum est Consulatum duorum Geminorum cum anno Christi XXIX. non vero XXXI. copulandum fuisse, Baroniumque æram Christianam biennio prævertendo, duorum annorum metachronismo usque ad Diocletianeum imperium peccasse.

XXI. Rufinus Aquilejensis Presbyter Eusebii Historiam Ecclesiast. quam is anno CCCXXVI. ut eo anno ostendi, in lucem emisit, post annum

quoque ad nos Episcopi revisendos prima æstate miserunt.

XLV.

(a) Aug. epist. 34.

Africani cupidi videndi Paulinum.

Quanto nam autem tenerentur illi videndi eumdem desiderio ipse S. Augustinus (a) ad eum scribens, & invitans in Africam, declarat his verbis: *Quare non impudenter ego rogo vos, & postulo, & flagito, ut in Africam, majore talium hominum siti quam siccitatis mobilitate laborantem, venire dignemini. Scit Deus, quia non solum propter desiderium meum, neque solum propter eos, qui vel per nos vestrum propositum, vel undecumque fama prædicante didicerunt: sed etiam propter cæteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere: vos istis terris etiam corporaliter adesse cupimus. Quamvis enim sedulo atque misericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum nostrarum luceant opera vestra, ut videant bona facta vestra, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Hæc & alia plura id genus Augustinus ad Paulinum, percupidus ut tali tantaque accensa in Ecclesia Catholica face illuminaretur Ecclesia Africana; quod adeo magna esse viderentur quæ de ipsius supereminenti Christiana philosophia divulgata essent, ut quod auditus humanus vix caperet, ipse ejus aspectus oculis certiori fide repræsentaret.

XLVI.

(b) Aug. epist. 39.

Hac eadem Afrorum Episcoporum legatione S. Augustinus (b) dedit litteras ad Licentium Alypii Episcopi fratrem Romæ agentem, juvenem ab ipso olim Mediolani philosophicis disciplinis aliisque scientiis apprime imbutum: quem detentum Urbis illecebris, Paulini exemplo admonet, ut nuncium remittat sæculo, atque ad excultioris vitæ se conferat institutum; & inter alia: *Vade* (inquit) *in Campaniam, disce Paulinum egregium & sanctum Dei servum, quam grandem fastum hujus sæculi tanto generosiore, quanto humiliore cervice incunctanter excusserit, ut eam subderet Christi jugo, sicut subdedit, & nunc illo moderatore ejus quietus & modestus exultat. Vade, disce, &c.* Vides ex his Paulinum (quod diximus) jam relicta Urbe incolere cœpisse agrum Campanum prope Nolam. Sed & ipse Paulinus (c), quem sciret Licentium poeticis facultatibus egregie excultum; versibus ad eum prosaque mixtam scripsit epistolam, qua ad mondi contemptum vehementer eum cohortatus est: escam illam nimirum apponens hamo, qua sciebat juvenem illum magnopere delectari, poeticis nimirum numeris concinnatam, atque potentem ad persuadendum metricam texens orationem.

Augustinum solicitus de salute Licentii.

(c) Paulin. epist. 36. apud August.

XLVII.

Romanianus Licentii pater.

(d) Aug. contra Academic. l. 1. c. 5.

Exhibuerat Licentius iste, Mediolani cum esset, tale tantumque vitæ bene compositæ specimen, ut eum patri ipsius Romaniano Augustinus in libro contra Academicos elaborato proposuerit imitandum. Nam ipse ibi (d): *In hac*, inquit, *mecum studiosissime vivit noster Licentius, ad eam totus a juvenilibus illecebris voluptatibusque conversus est: ita ut eum non temere patri audeam imitandum proponere.* Hæc ipse, cum Romanianum parentem ejus, scribens contra Academicos librum, ad veram capessendam philosophiam hortatur: ex quo quidem commentario, qualis quantusque fuerit Licentius ipse, poteris facile intelligere, necnon ex libris ab eodem Augustino de Ordine scriptis, & de Vita beata. Ac-ci-

PAGIUS

Ruffini Historia post annum CCCC. scripta.

num Christi quadriogentesimum e Græco in Latinum vertit, eique decimum & undecimum Librum subjunxit. In Præfatione enim ad Chromatium Metropolitam Aquileiensem, cujus jussu huic versioni incubuit, scribit: *Tempore quo diruptis Italiæ claustris ab Alarico Duce Gothorum se pestifer morbus infudit, & agros, armenta, viros longe lateque vastavit, populis sibi a Deo commissis ferale exitii aliquod remedium quærens, per quod ægra mentes ab ingruentis mali contagione subtracta, melioribus occupata studiis tenerentur, injungis mihi, ut Historiam Ecclesiasticam quam Vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis Græco Sermone conscripsit, in Latinum vertam.* Quapropter cum Alaricus Gothorum Rex anno Christi quadringentesimo Italiam intrarit, Rufinus post eum annum Historiam Eusebii Latinam fecit, cui ait se duos libellos addidisse, *a temporibus Constantini post persecutionem usque ad obitum Theodosii Augusti.* Hi duo libelli, decimus nempe & undecimus, ejus versioni subjuncti, seorsim typis dari deberent, aut cum aliquo alio Opere copulari, ut Ecclesiasticæ Historiæ studiosis usui esse possent. Baronius anno CCCCX. num. LX. de hac versione Rufini loquitur. Porro idem Baronius num. XLIV. perperam tradit, *Profuturum*, ad quem extat Augustini Epistola XXXVIII. alias CXLIX. anno CCCXCVII. scripta, fuisse Episcopum Calamensis Ecclesiæ. Ut enim demonstrat Emin. Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 8. præerat hoc anno *Profuturus* Cirtæ, quæ & Constantina dicta, Civitas in Numidia posita. *Megalius* vero Episcopus erat Calamensis & totius Numidiæ Primas, a quo Sanctus Augustinus consecratus est Episcopus, ut testatur Possidius in ejus Vita cap. 8. cujus verba ipsemet Baronius num. XXXI. recitat: *Adveniente*, inquit, *ad Ecclesiam Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo, Valerius Antistes*, &c. Mortuus est Megalius anno CCCXCVII. ut liquet ex Epistola laudata Augustini ad Profuturum. *Megalio* in Episcopatum Calamensem successit *Possidius* Scriptor vitæ Sancti Augustini, cujus infra non semel mentio occurret.

XXII.

Epistola 55. Augustini & Paulini ordine Chronologica digesta.

Venio nunc ad Epistolam Paulini XXV. alias XXXI. Augustino datam. Ex Epistola XXIV. alias XXXV. num. II. liquet eam simul cum ista scriptam fuisse. Ex principio vero Epistolæ XXX. quam ad Augustinum sub initium hujus anni misit, hanc eandem ad Augustinum *ante hiemem superiorem*, id est, autumno superioris Christi anni scriptam esse intelligimus.

In

cidit uutem posteu vice versa, ut qui Romanianum parentem, quem multa negotia Mediolunum (*a*) udduuerant, filii exemplo studuit ud veram philosophiam perducere; modo ipse Augustinus Licentium ipsum Romæ cum putre agentem, mundique honoribus inhiantem, per Puulinum (*b*); & Puulinus (*c*) per eumdem Romanianum, ad eum scribens, ud meliorem frugem restituere conarentur.

(*a*) Aug. Confess. l. 7. c. 14.

(*b*) Aug. epist. 32.

(*c*) Apud August. ep. 36.

XLVIII. Laboruvit in hoc magnopere Augustinus: tum quod eumdem Licentium liberulibus scientiis olim eucolens, æque eruditum utque probum adolescentem reddiderat: tum etiani quod Romaniano ejus parenti plurimum se debere sentiret. Quantum vero idem oobilissimus Tagastensis concivis, homo prædives, de ipso Augustino bene meritus fuerit, cui eam ob causam non ipsum tantum, sed universam Catholicam Ecclesiam mugnoperu devinctam esse, necesse sit profiteri; ex ipsomet Augustino intelliges, cum hæc uit, udversus Academicos disputuns (*d*): *Ergo ne tibi gratiam non repensabo? An fortasse puululum debeo? Tu me adolescentulum peuperem ad peregrinu studia pergentem, & domo, & sumptu, & (quod plus est) unimo excepisti. Tu patre orbatum, amicitia consolatus es, bortatione animasti, ope udjuvisti. Tu iu nostro ipso municipio favore, familiaritate, communicatione domus tuæ pene tecum clarum primatemque me fecisti. Tu Carthaginem illustrioris professionis gratia remeantem, cum tibi soli & meorum nulli consilium meum spemque aperuissem, quamvis aliquautum illo tibi iufito, quia ibi jam docebam, patriæ amore cunctatus es: tamen ubi evincere udolesceutis cupiditatem ad ea quæ videbuutur meliora tendentis nequisti, ex debortatore in adjutorem mira benevolentiæ moderatione conversus es. Tu necessariis omnibus iter adminiculasti meum. Tu ibidem rursus, qui eunabula & quasi nidum studiorum meorum foveras, jam volare audentis sustentasti rudimenta. Tu etiam, cum te absente atque ignorante navigassem, nihil succenseus, quod non tecum communicassem ut solerem, atque alind quidvis quam contumucium suspicaus, mansisti iuconcussus in amicitia: nec plus ante oculos tuos liberi deserti a magistro, quam nostræ mentis penetralia puritasque versata est. Postremo quicquid de otio meo modo guudeo, quod a superfluarum cupiditatum vinculis evoluvi, quod depositis oneribus mortuarum curarum respiro, resipisco, redeo ud me, quod quæro intentissimus veritatem, quam invenire jam ingredior, quam me ad ipsum summum bonum provecturam esse confido, tu animasti, tu impulisti, tu fecisti.* Hæc ad Romanianum Augustinus, u rependens vicem in sulute Licentii ejus filii; nam inferius (*e*) de eodem: *Reddam tibi gratiam: filius tunc cœpit jam philosophari*, &c. Sed & uberiorem rependisse constut grutiam Augustinum Romaniano, cum rogatus (*f*) olim ab eo, quid de veru religione sentiret, veram plane esse docuit Christianum, eodemque argumento librum ud ipsum conscripsit, eu quo ipse veræ pietutis didicit stabilis esse cultor, qui hactenus in diversu umbiguus fluctuasset. Voluimus hic ejusmodi utriusque in se invicem collutu officia & beneficia in Annalibus relinquere consignutu, quod Dei Ecclesiu ex iisdem utrique plurimum debeat: Romuoiano, qui talem tantumque doctorem suu ope præstitit Augustinum: ipsi vero quantum Catholici omnes debeant Augustino, una est omnium uno ore confessio.

(*d*) Aug. contru Academic. lib. 2. c. 2.

Romanianus Augustino omnia suppeditavit.

(*e*) Aug. cont. Academic. l. 2. c. 3.

(*f*) Aug. de vera relig. c. 7.

Quod

PAGIUS In ea Paulinus pluribus laudat *Augustinum* pro quinque ejus adversus Manichæos libris. In Epistola XXVI. alias XXXIX. Augustinus *Licentium* juvenem nobilem & doctum, quondam suum discipulum hortatur ad mundi contemptum, ut videre est apud Baronium num. XLVI. Videtur ea post acceptas superiores Paulini literas data. Epistola XXVII. alias VIII. Augustini ad Paulinum, qua nonnulla de *Romaniano* supradicti Licentii patre, nec non de *Alypio* ac de *Licentio*, cujus ætati metuebat, ne vergeret ad ea quæ sunt mundi, significat, data ab Augustino nondum Episcopo, ut patet ex Epist. XXXI. & XXXII. alias XXXIV. & XXXVI. Epistola XXVIII. alias VIII. in qua Augustinus loquitur de nova Veteris Testamenti Versione, & laudatur *Alypius* Episcopalem dignitatem post suum ab Hieronymo regressum jam consecutus, anno superiori, quo Baronius *Alypium* Episcopum Tagastensem creatum existimat, scripta. Epistola XXX. alias XXXIII. cujus meminit Baronius num. XXXVI. Paulinus Augustino, non recepto ab eo responso, per Romanum & Agilem, denuo scribit. Epistola XXXI. alias XXXIV. Paulino pro secundis literis ab eo receptis, qua *Valerio* Coepiscopum Hipponensem ordinatum esse renunciat, anni sequentis initio scripta. Paulinus tunc Nolæ ab Ecclesiasticis curis liber agebat. Quippe in Barcinonensi Ecclesia Presbyterum se consecrari vix consensit, ea conditione, sicuti ad Severum ex epist. I. alias VI. scribit ut eidem Ecclesiæ non alligaretur. Quapropter Barcinone Presbyter ordinatus, inde se Nolam recepit post Pascha anni CCCXCIV. Quo anno Paulinus Nolæ Episcopus dictus fuerit, anno CCCCIII. ostendam. Hujus Epistolæ, quæ alias erat XXXIV. meminit Baronius num. XLV. Epistola XXXII. alias XXXVI. a Baronio num. XLIX. memorata, scripta est a Paulino ad Romanianum ex Africa reversum gratulans Ecclesiæ Hipponensi, quod Augustinum meruit Episcopi collegam: quæ ideo anno sequenti paulo post superiorem, missa. Ejus etiam mentionem facit Baronius num. XLIV. Longior hic essem, si prædictarum literarum summarium exhibere vellem; sufficiat itaque earum chronotaxim notasse.

Ad

XLIX.

Quod rursus ad Licentium spectat, quem diximus fuisse ejusdem filium Romaniani: eumdem quoque Alypium Tagastensem habuisse fratrem, Paulinus versibus illis ad eum scriptis testari videtur, quibus ait (a):

(a) Apud Aug. epist. 36.

Frater Alypius est, Augustinusque magister;
Sanguinis hic consors, hic sator ingenii.
Tanto fratre vales, & praeceptore, Licenti:
Et dubitas pennis talibus astra sequi? &c.

At non sic inter se fratres fuisse intelligas, ut germani eodem patre geniti fuerint; sed patrueles: siquidem (ut ipse auctor est Augustinus b) simultas quaedam inter patrem Alypii & ipsum Augustinum diutius intercessit; inter patrem vero Licentii, ipsum nimirum Romanianum, & Augostinum, magna semper, (ut nuper vidimus) viguit necessitudo atque concordia. At de legatione Africanorum Episcoporum ad S. Paulinum hactenus.

(b) Aug. Confess. l. 6. c. 7.

L. Monachismus in Africa propagatus.

Porro ex ejusdem Paulini redditis ad Alypium litteris, illud quoque memoria dignum compertum habetur: monachismum in Africa, quem ex Italia Augustinus patrium solum repetens ante sex annos illuc primus invexerat; jam longe lateque foecunda fuisse propagatione diffusum. Nam in fine ejus epistolae haec verba leguntur (c): *Benedictos sanctitatis tuae comites & aemulatores, in Domino fratres (si dignatur) nostros tam in ecclesiis, quam in monasteriis Carthagini, Tagaste, Hippone Regio, & totis parochiis tuis, atque omnibus cognitis tibi per Africam locis Domino catholico servientes, multo affectu & obsequio salutari rogamus*. Haec ipse. Sed & Possidius, quam per totam Africam propagati fuerint clerici, Episcopi, & monasteria ex primo illo ab Augustino erecto monasterio, docet his verbis (d): *Proficientes vero doctrina divina sub sancto, & cum S. Augustino in monasterio Deo servientes, Ecclesiae Hipponensis clerici ordinari coeperunt: ac deinde innotescente ac clarescente de die in diem Ecclesiae Catholicae praedicationis veritate, sanctorumque servorum Dei proposito, continentia, & paupertate profunda, ex monasterio, quod per illum memorabilem virum & esse & crescere coeperat, magno desiderio poscere atque accipere Episcopos & clericos pax Ecclesiae atque unitas & coepit primo, & postea consecuta est. Nam ferme decem, quos ipse novi, sanctos ac venerabiles viros continentes & doctissimos B. Augustinus diversis Ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesiis propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente aedificationis verbi Dei, caeteris Ecclesiis promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium praestiterunt*. Haec Possidius: ut plane videas ex uno Augustini monasterio universam Catholicam Ecclesiam Africanam sanctis sacerdotibus & monasteriis (ex aliis, aliis derivantibus) brevi tempore fuisse repletam; Donatistis propterea invidentibus, & nomen monachi (e) execrantibus. Sed de his alibi.

(c) Apud Aug. ep. 35.

(d) Possid. in Vita Aug. c. 11.

(e) Aug. in Joan. tract. 97. LI.

At denique ut ad eumdem Paulinum, ad quem legationem ab Africanis Episcopis missam hoc anno diximus, redeamus, & anni hujus claudamus periodum: Quem his Consulibus annum absolvisse in agro Nolano diximus, constat eodem quoque anno ad Severum primam scripsisse epistolam, qua de his quae transacta fuissent cum Romano Pontifice, deque secessione sua & legatione Africanorum Episcoporum nuper suscepta, mentionem habet. Liquet insuper eodem hoc primo anno suae commorationis in agro Nolano apud S. Felicem secundum ejus Natalitium carmine cecinisse: statuisse quippe ipsum qualibet anniversaria die natalis ipsius carmen in laudem ejus scribere, idem ipse (f) ad eumdem Severum scribens testatur his verbis: *Habes ergo libellos a me duos, unum versibus, Natalitium, de mea solemni ad Dominaedium cantilena, cui corpore & spiritu quotidie, lingua autem quotannis pensito dulcissimum servitutis voluntariae tributum in die festo consecrationis ejus, immolans Christo hostiam laudis, & reddens Altissimo vota mea*. Haec ipse. Porro secundum ordine positum est primum carmen de Natalitio Nolae scriptum: nam primum constat absentem agentemque in Hispania descripsisse. Caeterum scias Paulinum appellare consuevisse S. Felicem Dominaedium, quasi Dominum aedium, quas ipse Paulinus in honorem illius erexerat.

(f) Aug. epist. 9.

PAGIUS XXIII. S. Paulinus secundum Natalitium in laudem S. Felicis canit.

Ad num. LI. Testatur Paulinus in Epistola IX. ad Severum, se natalitia Carmina Sancto *Felici* Episcopo Nolano quotannis tributi instar pensitare. Primum natale scripsit in Hispania, unde *Nolam* sub Pascha imminens profectus est, quod ex eodem primo Natali manifeste liquet. Quare cum anno superiori Nolam incolere coeperit, ad eum annum primum Natale, secundum ad currentem, & sic caetera deinceps usque ad quintum decimum, quod ultimum fuit, revocanda. Baronius anno CCCXCVII. num. XIV. arbitratur, primum natalitium carmen *Sancto Felici Nolano Episcopo*, cujus festum incidit in diem XXIV. mensis Januarii, a Paulino dictum esse in Hispania anno trecentesimo-nonagesimo tertio; secundum vero anno insequenti in Urbe Nolana, & sic deinceps. Verum haec opinio anno CCCXCVII. a nobis refelletur: plurimum enim refert, ut natalitia haec carmina, ad Chronologiam hujus temporis non parum conducentia, suis annis reddantur.

I.

Trecentesimus nonagesimussextus Christi annus, amborum Augustorum Consulatu, Arcadii quartum, tertium vero Honorii, Fastis adscribitur. Hujus Honorii tertii Consulatu, sed primi post obitum parentis Theodosii, meminit Paulinus (a) in Ambrosio; ubi & quid acciderit in editione munerum in ipso Consulatus ingressu exhiberi solita, narrat his verbis: *Per idem tempus, cum Consulatus sui tempore Imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libycarum ferarum exhiberet munus, populo illuc concurrente, data copia est missis militibus ab Stilicone Comite hortatu Eusebii Præfecti, ut Cresconius de ecclesia raperetur. Quem confugientem ad altare Domini, sanctus Episcopus cum clericis, qui in tempore adorant, defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quæ duces suos habebat de perfidia Arianorum, prævaluit adversus paucos; atque ablato Cresconio, exultantes ad amphitheatrum reverterunt, Ecclesiæ luctum non modicum relinquentes. Nam sacerdos prostratus ante altare Domini, factum diu flevit. Sed in tempore eum revertissent & renunciassent iis a quibus fuerant destinati milites; dimissi leopardi, saltu celeri ad eumdem locum in quo sederant, qui de Ecclesia triumphabant, ascendentes, graviter laniatos reliquerunt. Quod ubi vidit tunc Stilico Comes pœnitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret sacerdoti. Et illæsum quidem illum qui ablatus fuerat dimiserat: sed & quia gravissimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium destinatur, non multo post indulgentia prosequente.* Hæc de his Paulinus, qui & de ejusdem Stiliconis servo hæc inferius subdit:

(a) Paulin. in Vit. S. Ambros.

Ecclesiæ immunitatem violantes dant pœnas.

II.

De servo Stiliconis a S. Ambrosio liberato.

Superioribus autem diebus, cum Stiliconis tunc comitis servus, qui dæmonia laboraverat, in Ambrosiana basilica jam sanatus maneret, commendatus a domino suo (ferebatur enim quod libenter ab eodem haberetur) facere falsas epistolas Tribunatus, compertum est: in tantum ut tenerentur homines, qui ad militandum pergebant. Sed ubi ad personam servi sui pervenit Comes Stilico, qui in servo suo noluit vindicare: homines etiam qui decepti fuerant, interventu sacerdotis, dimisit; de ipso vero servo sacerdoti questus est. Quem vir sanctus, cum de basilica Ambrosiana egrederetur, requiri fecit, atque ad se perduci. Quem cum interrogasset, & deprehendisset auctorem tanti flagitii, ait: Oportet illum tradi satanæ (b) in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere. Quem eodem momento (cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti) spiritus immundus arreptum discerpere cœpit. Quo viso, non minimo timore repleti sumus & admiratione. Hæc Paulinus, qui & ista superioribus addidit de legatione Reginæ Marcomannorum; quam hoc anno conti-.

(b) 1. Cor. 5.

PAGIUS

Anno Æræ Hispan. CCCCXXXIV. SÆC. IV. A.C. 396.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5889.

☉ 13. FE. ☽ 17. ℙ. 63. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 396.

SIRICII PAPÆ 13.

ARCADII IMP. 14. ET 2.

HONORII IMP. 4. ET 2.

I. Consules.

[1] COSS. *Arcadius* Aug. IV. & *Honorius* Aug. III. alter in Oriente, alter in Occidente & uterque juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam.

NOTÆ [1] C*oss. Arcadius Aug.* IV. & *Honorius Aug.* III. Jo. Vignolii inscriptiones Selectæ pag. 332.

DEPOSITUS IN PACE. DIE. V. IDUS
OCTOBRES. CONSS. DD. NN. ARCA
DIO. AUG. QUATER. ET HONORIO
AUG. TER. CONSULIBUS

Edidit etiam hunc lapidem Montfauconius in Diario Italico pag. 170. *Tertius* etiam Honorii *consulatus* memoratur in lapide, nunc in ædibus Capitolinis, quem protulimus A. D. 387. Fasti vulgati: *Arcadio Aug.* IV. & *Honorio Aug.* III. Prosperi Chronicon MS. *Arcadio quater & Honorio ter.* Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Arcadio IIII. & Hon. III.*

elgisse, ea quæ dicentur, facile declarabunt:

III. Fritigil Regina Marcomannorum cum viro suo & populo se dantRomanis.

Per idem tempus Fritigil quædam Regina Marcomannorum, cum a quodam Christiano viro, qui ad illam forte de Italiæ partibus advenerat, referente sibi audiret famam viri, Christo credidit, cujus illum servulum recognoverat; missisque muneribus placatos ab Ecclesia postulavit, ut scriptis ipsius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epistolam præclaram fecit in modum catechismi, in qua etiam admonet ut suaderet viro suo Romanis pacem servare. Qua accepta epistola, mulier suasit viro & cum populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum advenisset Mediolanum, plurimum doluit, quod sanctum sacerdotem, ad quem festinaverat minime reperisset: jam enim de hac luce migraverat. Hæc Paulinus. Contigit autem (ut dicemus anno sequenti) mense Aprili eumdem sanctum sacerdotem ex hac vita migrasse: ut plane intelligantur hæc inter eos hoc ipso anno transigi cœpta esse. At periisse dolemus adeo nobile scriptorum Ambrosii monumentum, quo unico Spiritus telo indomitos hactenus barbaros subjugavit, eo præsertim tempore, quo aliæ barbaricæ nationes ipsum Orientale depascebantur Imperium. Perstitisse & in suscepta fide Christi Marcomannos, semelque initam cum Imperatore Romano pacem firmiter custodisse, certo argumento est, quod inter alios a S. Hieronymo (*a*) diversarum nationum nominatos barbaros, qui eruperunt in Gallias sub eodem Augusto, Marcomanni minime recensiti inveniuntur, cum cæteri nominentur, nempe Quadi, Wandali, Sarmatæ, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, & Alemanni, de quibus acturi sumus inferius suo loco.

(*a*) Hier. epist. 11.

IV. Urbs Constantinopolitana novo casu perterrita.

Iisdem Consulibus, tum Marcellinus (*b*), tum Prosper (*c*) prodigium memorabile illud signant, quo ardente desuper cælo, atque terra tremente deorsum, Constantinopolitanæ urbis conflagratio, ejusque extremus interitus timebatur. Rei quidem memorabilis fama suos egressa fines, toto pene Orbe diffusa, cunctis innotuit: quæ allata in Africam, certisque testibus confirmata, a S. Aug. (*d*) his verbis describitur: *Nonne ante paucos annos Arcadio Imperatore, Constantinopoli, (quod dico audierunt nonnulli, & forsitan noverunt, & sunt in hoc populo, qui illic præsentes fuerunt) volens Deus terrere civitatem, & terrendo emendare, terrendo convertere, terrendo mundare, terrendo mutare: servo cuidam suo fideli viro, (ut dicitur) militari venit in revelatione, & dixit ei, civitatem venturo de cælo igne perituram. Eumque admonuit, ut Episcopo diceret. Dictum est. Non contempsit Episcopus, & allocutus est populum. Conversa est civitas in luctum pœnitentiæ, quemadmodum quondam illa antiqua Ninive. Tamen ne putarent homines illum qui dixerat, vel falsitate deceptum, vel fallaciter decepisse: venit dies, quem Deus fuerat comminatus. Intentis omnibus & exitum cum timore magno expectantibus, noctis initio, tenebrante jam mundo, visa est ignea nubes ab Oriente, primo parva, deinde paulatim, ut accedebat supra civitatem, ita crescebat, donec toti urbi ingens terribiliter immineret.*

(*b*) Marcel. in Chron.
(*c*) Prosp. in Chron.
(*d*) Aug. de excidio urbis c. 6.

V. Incendium & terræmotus imminent civitati Constantinopolitanæ.

Videbatur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat. Omnes ad ecclesiam confugiebant: non capiebat multitudinem locus. Baptismum extorquebat quisque a quo poterat: non solum in ecclesia, sed etiam per domos, per vicos ac plateas salus sacramenti exigebatur, ut fugeretur ira non præsens utique, sed futura. Attamen post magnam illam tribulationem, ubi exhibuit Deus fidem verbis suis, & revelationi servi sui: cœpit ut creverat, minui nubes, paulatimque consumpta est. Populus securus paululum factus iterum audivit omnino esse migrandum, quod civitas esset proximo sabbato peritura. Migravit cum Imperatore tota civitas: nemo in domo remansit: nemo domum clausit, longe recedens a mœnibus; & dulcia tecta respiciens, relictis carissimis sedibus, voce miserabili valefecit. Et aliquot millibus tanta illa multitudo progressa, uno tamen loco fundendis ad Deum orationibus congregata, magnum fumum subito vidit: & vocem magnam emisit ad Deum. Tandemque tranquillitate conspectu, missis qui renunciarent, solicita, quæ prædicta fuerat hora, transacta; & renunciantibus, quod salva universa mœnia & tecta consisterent: omnes cum ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo sua quicquam perdidit patente: omnis homo sicut dimisit, invenit.

VI. Divina misericordia incussit ne timor.

Quid dicemus? utrum ista ira Dei; an potius misericordia fuit? Quis dubitat, misericordiosissimum Patrem corrigere voluisse terrendo, non perdendo punire; quando nihil hominum, nihil domorum, nihil mœnium tanta impendens præsentia calamitatis læsit? Prorsus sicut solet manus erigi ad feriendum, & consternato illo, qui feriendus erat miseratione revocari: ita factum est illi civitati. Verumtamen si eo tempore, quo illa derelicta, universus populus abscessit, irrueret vastitas loco, totamque urbem sicut Sodomam nullis saltem ruinis remanentibus perdidisset: quis etiam sic dubitaret quod Deus pepercisset illi civitati; quæ præmonita & territa, & discedente atque migrante, locus ille consumeretur?

Sed hactenus de his Augustinus. Cum autem meminit ejusdem prodigii Paulus Diaconus, precibus Arcadii ac populi tribuit civitatis ab imminente clade salutem; ait enim (a): *Interea ingens terraemotus Constantinopoli factus est, ita ut subtus terra tremeret, & desuper fusa cælitus flamma penderet; tamdiuque mansit donec orationibus Arcadii Principis, & populi Christiani præsentem perditionem Deus exoratus averteret: probans se solum esse & conservatorem humilium & punitorem malorum. Arcadius itaque Imperator erat vir mitis & quietus, & circa finem vitæ pro hujusmodi causa venerabilis æstimatus.* Hæc ipse de præsenti clade: quibus hæc addit ad ejusdem Arcadii commendandam præstantem fidem ac pietatem:

(a) *Paul. Diacon. l.13.*

VII. Arcadii pietas commendata ex multis.

In urbe, inquit, *Constantinopoli domus est maxima habens cognomen Carya, idest nucis: est enim in ejus domus vestibulo arbor nucis, in qua (ut sermo est) fuerat appensus martyr Acatius, & defunctus: ob quam rem etiam oratorium illic est ædificatum. Hanc Arcadius videre volens, ad orationem venit; totoque completo, revertebatur: proinde cuncti circa oratorium habitantes, volentes Imperatorem videre, currebant: & alii quidem foris domum præcesserant, ut melius aspectum Principis & ordinem viderent obsequii; alii vero sequebantur. Dumque omnes cum mulieribus atque filiis, simulque mancipiis extra domum fuissent egressi: repente maxima domus oratorio cohærens, subito tota corruit: clamor cum admiratione secutus est, quomodo oratio Principis tantæ ruinæ imminentis periculo liberavit.* Hæc Paulus Diaconus, cuncta adscribens Arcadii pietati; ac merito sane: iis enim Imperii ipsius primordiis, optimi quidem atque Christianissimi Principis specimen edidit. Utinam non Herodias, Joannis hostis, ejus lateri inhæsisset, quæ postea ipsum a recto tramite æquitatis abduxit. Sed de his inferius.

VIII. Effulsit quidem & in his potissimum Arcadii Augusti pietas, cum nihil penes se haberet antiquius, quam fidem Catholicam ab omnibus hæreticorum impietatibus munire, hæresesque cum hæreticis longe longius pellere, ac penitus profligare. Hujus rei causa, simulac (ut vidimus anno superiori) liberas est nactus habenas Imperii, pluribus eosdem hæreticos exagitavit edictis. Sed & hoc anno eorumdem petulantiam, cum iidem procaciter accepta a Præfecto licentia, se inferrent in Urbem cohibuit, dato ad Clearchum Urbis Præfectum adversus eosdem ejusmodi rescripto (b), quo & ipse Præfectus puniendus esset:

Arcadius iterum exagitat hæreticos.

(b) *l.30. de hæret. Cod. Theod.*

IX. *Cuncti hæretici proculdubio noverint omnia sibi loca hujus Urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ Diaconica appellantur, vel etiam Decanica, sive in privatis domibus vel locis privatis Fisco nostro adcorporandis. Præterea omnes clerici hæreticorum ex sacratissima Urbe pellantur, neque his finibus liceat convenire. Ad hoc interdicatur iis omnibus ad litaniam faciendam intra civitatem nocte vel interdiu profanis coire conventibus. Statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ, si quid hujusmodi fieri vel in publico vel in privatis ædibus concedatur. Dat. V. Non. Martii, Constantinop. Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Coss.* Hoc quidem adversus omnes hæreticos. Ceterum Eunomianos privato edicto ad Præfectum Prætorio Cæsarium dato inquiri jussit, sic enim se habet (c):

(c) *l.31. de hæret. Cod. Theod.*

X. *Ne Eunomianorum tanta dementia perseveret, sublimis magnificentia tua omni studio auctores doctoresque Eunomianorum investigare festinet: clericique eorum maxime, quorum furor tantum suasit errorem, de civitatibus pellantur extorres, & humanis cœtibus segregentur. Dat. X. Kalen. Maii Constantinop. Arcad. IV. & Honorio III. Coss.* Sed & adversus apostatas ad eumdem Cæsarium hoc eodem anno ejusdem Arcadii datum rescriptum extat (d), ac rursum aliud adversus idololatras (e), quos exuit omnibus privilegiis iisdem antiquo jure concessis, quæ brevitatis causa referre desinimus.

(d) *l.6. de Apost. Cod. Theod.*

(e) *l.14. de Pagan. C. Theod.*

Hoc

PAGIUS II.

Leges Arcadii adversus hæretic.

Ad num. VIII. & seq. Lex 30. Cod. Theod. *de Hæreticis* dat. *V. Non. Mart.* sub hujus anni Coss. ab Arcadio, & a Baronio recitata, jubet loca quæcumque tandem & quocumque nomine designentur, mysteriis hæreticorum peragendis intra Urbem destinata confiscari. Clerici eorum eadem lege Urbe Constantinopolitana expellontur. Tertio prohibet hæreticos convenire intra eandem civitatem, vel ad solam *Litaniam* faciendam, sive noctu sive interdiu. *Litaniarum* autem voce primo dictæ sunt preces & supplicationes in cœtibus publicis, seu in Ecclesia factæ, ut ex hac lege apparet. Deinde ea vox ad eas, quæ vulgo *Processiones* appellantur, translata, ut liquet ex Novella C-

XXIII. Postrema ad solennes & statas *Rogationes* traducta. Lex 31. *de Hæreticis* data X. *Kalend. Maii*, & a Baronio relata, *Eunomianorum* Doctores, ac maxime Clericos civitatibus pelli decrevit. Ad hanc spectare putat Gothofredus ea, quæ Socrates lib.5. cap. 23. & Sozomenus lib.7. cap. 17. memorant de Eunomianorum inter se dissensionibus, de *Theophronio* scilicet qui Deum sibi semper similem negabat: & *Eutychio*, qui Filium Dei, hominem scilicet assumptum, novissimam horam nescire. Atque inter cætera narrat Sozomenus, *Eutychium* ab Eunomianæ Sectæ Antistite, qui tum Constantinopoli erat, *Eunomio* defuncto, rejectum, offenso ex invidia, quod illius, qui nec Clericus

XI. Hoc eodem anno, qui sequens est ab Hunnorum atque aliorum barbarorum egressu, S. Hieronymus (ut ipse (a) testatur) de Nepotiano presbytero, ad quem de Vita clericorum libellum scripserat, jam vita functo, Epitaphium scripsit ad Heliodorum Altinensem Episcopum ejus avunculum, qui ingenti dolore ejus decessu affectus erat; quod quem a tenera ætate Chironis instar ad omnes perfectæ clericalis vitæ numeros composuerat, cum magna gloria tum sanctitatis, tum doctrinæ nitesceret, quo tempore ipse jam senior in eum Ecclesiastica onera refundere cogitabat, sic repente e manibus (ut dici solet) abreptus esset. Porro ipse Nepotianus proxime moriturus, patris sui S. Hieronymi (b) memor, sacerdotalem, qua utebatur in sacris, ipsi vestem legavit: cujus charitatis officii idem Hieronymus eadem voluit epistola meminisse, cum ait: *Quis crederet in tali illum tempore nostræ necessitudinis recordari, & luctante anima studiorum scire dulcedinem? Apprehensa avunculi manu: Hanc, inquit, tunicam, qua utebar in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi ætate patri, fratri collegio; & quicquid a te nepoti debebatur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebas. Atque in talia verba defecit, avunculi manum, mei recordatione contrectans.* Hæc ipse Hieronymus, qui eadem epistola ejus virtutes perpetuæ memoriæ consecravit: quem merito, ob virtutum præstantiam, tota (ut ait) luxit Italia. Probe enim cognitus omnibus, non in clericatu tantum Christi miles effulsit, sed & cum antea apud Imperatorem inter primos militaos junxit cum militia monasticam disciplinam.

(a) Hier. epist. 3.

Hieronymus de obitu Nepotiani agit ad Heliodorum.

(b) Hier. ead. ep. 3.

XII. Verum genus illud vitæ quantumlibet summa laude dignum extiterit; tamen quod potiora præpedire videretur atque differre, haud sibi laudandum putavit ipse Hieronymus, dum hæc ait (c): *Referret (inquam) alius, quod in Palatii militia sub chlamyde & candenti lino corpus ejus cilicio tritum sit; quod stans ante sæculi potestates, lurida jejuniis ora portaverit; quod adhuc sub alterius indumentis alteri militaverit, & ad hoc habuerit cingulum, ut viduis, pupillis, orphanis, oppressis, miserisque subveniret. Mihi non placent dilationes istæ imperfectæ servitutis Dei, &c.* Quæ autem qualiave præstiterit factus clericus, qui sanctitate ita eluxit in aula; quisque mente ex his quæ de eo S. Hieronymus scribit, ex multis pauca rimari poterit, secretioraque penetrare. At de Nepotiano hactenus Annalium quidem digno memoria; qui sic ex hac vita recessit, ut tamen clericalis disciplinæ semper viventem in ecclesia perfectam reliquerit formam expressam.

(c) Hier. ead. ep. 3.

Quæ Nepotianus gerit cum militaret in palatio.

XIII. Illud vero Hieronymi ex eadem epistola de propagato longe lateque apud barbaros Christi nomine his attexendum putavi, ut videas potentia Crucis victos, qui diversis in locis atque temporibus Romano bella intulerunt Imperio: *Ab India* (inquit d) *usque ad Britanniam, a rigida Septentrionis plaga usque ad fervores Athlantici Oceani, jam innumerabiles populi, & tantarum gentium multitudines, quam variæ longius habitu, tam vestibus & armis, piscium ritu ac locustarum; & velut muscæ & culices conterebantur (absque notitia enim sui creatoris omnis homo pecus est) nunc vero Passionem Christi & resurrectionem ejus cunctarum gentium & voces & litteræ sonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis, quas nationes fidei suæ in Crucis titulo Dominus dedicavit. Immortalem animam, & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniavit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis suæ Socrates disputavit in carcere, Indus, Persa, Gothus, Ægyptius philosophantur. Bessorum feritas, & pelliorum*

(d) Hier. epist. 3.

Propagatio fidei Christianæ.

PAGIUS

cus quidem erat, argumenta solvere non potuisset: atque hinc *Eutychium* in peculiarem sectam concessisse.

III. A num. XI. ad XIV. Scripsit hoc anno Sanctus Hieronymus Epistolam ordine III. ad *Heliodorum*, Epitaphium Nepotiani continentem. Quare recte eam Baronius cum præsenti anno alligavit, perperamque Valesius, uti anno superiori vidimus, eo anno illam datam esse voluit. Nam, præter ea, quæ ibidem in medium adduximus, quæque certo rem dirimunt, Hieronymus in ea Epistola hæc scribit: *Horret animus temporum nostrorum ruinas persequi. Viginti & eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes Julias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alani, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot Matronæ, quot Virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuere ludibrio? Capti Episcopi, interfecti Presbyteri, & diversorum officia Clericorum; subversæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ Reliquiæ: ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus Orbis ruit, & tamen cervix nostra erecta non flectitur.* Quare cum Gothi Istrum superarint anno trecentesimo septuagesimo sexto, ut eo anno demonstravimus, anni illi viginti ab Hieronymo in sua Epistola memorati, currenti terminantur, annusque XXI. inchoatur.

Imperium Romanum jam ab annis XX. a Barbaris afflictum.

IV. Ea in Epistola Hieronymus *Pictorum* conversionem, quæ hoc tempore contigit, his verbis designare videtur. *Ab India*, inquit, *usque ad Britanniam, a Septentrionis plaga, usque ad fervores Athlantici Oceani, jam innumerabiles populi, & tantarum gentium multitudines, quam varia linguis, habitu tam vestis & armis, pi-*

Picti Australes a S. Niniano ad fidem convertuntur.

rum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce Crucis fregerunt melos; & totius mundi una vox, CHRISTUS est. Hæc ibi; & in epistola ad Lætam eodem ferme tempore scripta ita in eamdem sententiam, (*a*): *De India, Perside, Æthiopia monachorum quotidie turmas suscipimus: Deposuit pharetras Armenius: Hunni discunt Psalterium: Scythiæ frigora fervent calore fidei: Getarum rutilus, & flavus exercitus Ecclesiarum circumfert tentoria, & ideo forsitan contra nos æqua pugnant acie, quia pari religione confidunt.* Hæc de Ecclesia ubique dilatata S. Hieronymus: ut admiratione plane dignum sit, inter alios recensitos barbaros, cæteris omnibus ferociores Hunnos in totum Orientem agmine infesto grassantes, & quietis nescios, nullamque certam sedem habentes, subjecisse tandem indomita colla jugo Christi, simulque loco sistere, atque pacem colere, & Dei laudes canere didicisse. Quonam autem prædicante plane nescitur.

(*a*) Hier. epist. 7.

XIV. Barbari a S. Niceta conversi.

Fortasse autem idem illis accessit Apostolus magnus ille Nicetas, quem Bessas, Dacos, Getas, Scythasque hoc tempore ad fidem Christi convertisse, S. Paulinus (*b*) tradit; qui de Bessis, quorum supra citato loco S. Hieronymus meminit, per S. Nicetam Dacorum Episcopum ad fidem conversis hæc cecinit sapphicis:

(*b*) Paul. de reditu Nicetæ Episc. in Dac.

Bessi redditi Christiani.

Nam simul terris animisque duri,
Et sua Bessi nive duriores,
Nunc oves facti, duce te, gregantur
Pacis in aulam.
Quasque cervices dare servituti
Semper a bello indomiti negarant,
Nunc jugo veri Domini subactas
Sternere gaudent.
Nunc magis dives pretio laboris
Bessus exultat: quod humi manuque
Ante quærebat, modo mente cælo
Colligit aurum.

Subdit idem de iisdem Bessis jam vitam monasticam excolentibus, quæ nos superius alia occasione tertio tomo posuimus, cum egimus de propagatis ubique monasticis institutis. Porro Fideles factos, & Scythas Nicetæ quoque prædicatione, idem Paulinus his versibus docet:

Scythæ per Nicetam conversi ad fidem.

Te Patrem dicit tota plaga Boreæ,
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et sui discors fera te magistro
Pectora ponit.

Ad-

PAGIUS

piscium vita ac locustarum; & velut muscæ, & culices conterebantur (absque notitia enim sui creatoris, omnis homo pecus est) nunc vero Passionem Christi, & Resurrectionem ejus, cunctarum gentium & voces & litera sonant. Bessorum feritas, & pellitorum turba populorum; qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, stridorem suum in dulce Crucis fregerunt melos, & totius mundi una vox, Christus est. Pictorum Apostolus Sanctus *Ninianus* fuit, de quo Beda lib. 3. c. 4. ubi cum agit de Septentrionalibus Pictis, & eorumdem Doctore S. Columba, de Australibus scribit: *Namque ipsi Australes Picti, qui intra eosdem montes habent sedes, multo ante tempore* (scilicet ante annum Christi DLX.) *ut perhibent, relicto errore idololatriæ, fidem veritatis acceperant, prædicante eis verbum Niniano Episcopo Reverendissimo, & sanctissimo viro de natione Britonum, qui erat Romæ regulariter fidem & veritatem edoctus*, a Damaso scilicet Romanam Ecclesiam administrante, cujus tempore Ninianus Romam profectus est, ut legitur apud Capgravium in hujus Sancti Vita, qui addit, *Siricium* Damasi successorem, cum videret quosdam in occiduis Britanniæ partibus, necdum Christi fidem suscepisse, ad Episcopatus gradum *Ninianum* consecrasse, & Australibus Pictis Apostolum destinasse; hi enim, ut ostendit Usserius in lib. de Primordiis Eccl. Britanic. Britannorum juris erant. Plures annos *Ninianum* in Evangelica messe laborasse, colligitur ex morte ejus, quam in annum quadringentesimum tricesimum secundum Alfordus in Annal. Eccles. Britann. confert. Usserius laudatus Epistolam Alcuini Diaconi *fratribus Deo deservientibus in loco, qui dicitur Candida Casa*, e tenebris eruit, in qua de ejus miraculis & eruditione verba facit. Erat autem Candida Casa (in extremis Angliæ juxta Scotiam finibus posita, ut docet Malmesburiensis lib. 3. de Pontif.) Sedes ejus Episcopalis. Colitur *Ninianus* in Martyrologio Romano die XVI. Septemb.

Ad num. XIV. Quia tam Baronius, quam Bollandus ad diem VII. mensis Januarii, de Sancto *Niceta* celeberrimo Dacorum Episcopo, cujus vitæ nulla Acta extant, satis edocti non fuere, quæ de illo in nostram notitiam venire potuere, hoc & sequenti anno referemus. Uterque existimavit, eum in veteri Dacia ultra Danubium posita Episcopum fuisse: Bollandus loco citato, & Baronius anno CCCLXX. num. CXVI. Certum tamen ac indubitatum esse debet, *Nicetam* Episcopatum fuisse in nova Dacia, quam quia quidam alii cum veteri etiam confundunt, ut tollatur is error, referam hic verba Rufi Festi in Breviario: *Trajanus Dacos sub Rege Decibalo vicit, & Daciam trans Danubium in solo Barbariæ Provinciam fecit, quæ in circuitu habuit decies centum millia passuum, sed sub Gallieno Imperatore amissa est, & per Aurelianum translatis exinde Romanis, duæ Daciæ in Regionibus Mœsiæ ac Dardaniæ factæ sunt.* Subdit postea, Mœsiam & duas Dacias numeratas fuisse inter Provincias XVII. Illyrici. Metropolis Daciæ Mediterraneæ *Sardica*, Daciæ vero Ripensis *Ratiaria* seu *Razaria*, tam in ordine civili, quam in ordine Ecclesiastico, ut ex Hierocle in Notitia Provinciarum Imperii Romani, & variis Antiquitatis monumentis manifestum fit.

V. *S. Nicetas in nova Dacia episcopus fuit.*

VI.

Cujus Civitatis Nicetas Episcopus fuerit, nec Baronius, nec Bollandus indicarunt: locum tamen ejus Episcopatus nos edocent varia Martyro-

Addit & de Getis & Dacibus ab eodem ad Christi fidem conversis, quorum sub Valentiniano superius mentio facta est. En vides tempora ista visa Romano Imperio infestissima, quam cesserint Ecclesiæ Catholicæ felicissima: dum qui Romanis imperitare barbarico furore studebant, mancipia Christi facta sunt, Crucis potentia subjugati: quos quidem & Catholica fide imbutos esse, ex eorum cultore Niceta sanctissimo Catholico Episcopo Catholicis communicante, nullus est qui revocare possit in dubium. De eodem vero Niceta ad sancta loca lustranda iterum in Italiam peregrinante idem Paulinus (a) duplici carmine cecinit: cujus quidem priorem adventum sequenti anno contigisse, suo loco ejusdem testificatione liquido apparebit.

(a) *Paul. natal. 9. S. Fel. & hym. in reditu Nicetæ.*

XV. Quod rursum spectat ad propagatam hoc tempore Christianam Religionem, his attexamus quæ de conversis ad Oceanum Boreale positis populis per Sanctum Victricium confessorem Episcopum Rhotomagensem idem S. Paulinus ad eum scripta epistola tradit his verbis (b): *Notum enim nobis fecit Titius tuus carissimus frater & fidelis minister in Domino, non quidem te magis, quam in te Deum prædicans, quanta Dominus per te lumina in obscuris ante regionibus accendisset: Qui educens nubes (c) ab extremo terræ, te quoque in lucem populi sui de extremo Orbis eduxit, & clarum fulgur in pluviam uberem fecit. Sicut terra Zabulon quondam (d), & Nephtalim via maris trans Jordanem Galilææ, & qui sedebant in regione umbræ mortis, lucem viderunt magnam*

(b) *Paulin. epist. 26.*

(c) *Ps. 134.*

(d) *Isai. 9.*

PAGIUS

Et quidem Romatiana Civitatis.

lyrologia, uti Adonis, Usuardi, & Romanum ad diem XXII. mensis Junii, ubi mentio Sancti *Nicæ* Romatianæ Civitatis Episcopi; in antiquis enim Codicibus *Nicetas* sæpe Nicæas appellatus, errore sine dubio Librariorum. Quare Nicæas ille diversus non est a Niceta Dacorum Episcopo inscripto ad diem VII. mensis Januarii martyrologio Romano, in quo legitur: *In Dacia S. Nicetæ Episcopi, qui feras & barbaras gentes Evangelii prædicatione mites reddidit ac mansuetas.* Cum enim Nicetas diversus crederetur a Nicæa Romatianæ Urbis Episcopo, qui a veteribus Martyrologis die XXII. Junii memoratus, a posterioribus ad diem VII. Januarii adscriptus est. Certe Bollandus qui Martyrologia memorare solet, in quibus mentio aliqua de Sanctis, de quibus agit, nullius meminit in Elogio S. Nicetæ, præterquam Romani. Ideo autem dies XXII. Junii in antiquis martyrologiis destinatus est memoriæ *S. Nicetæ*, quia cum ejus obitus dies ignoraretur, electus ille, quo S. Paulinus ejus amicus & encomiaste mortuus est & colitur, indeque etiamnum ad eundem diem in martyrologio Rom. legitur. Hunc errorem primus detexit Holstenius in Annotatis marginalibus ad Rom. Martyrologium, ad diem XXII. Junii ubi asserit, in *admirandæ antiquitatis* codice Gennadii in lib. de Script. Ecclesiast. loco *Nicææ*, legi *Nicetam* Romatianæ civitatis Episcopum; quam lectionem etiam conservavit vetus MS. San-Germanense Gennadii, licet in Codicibus editis hujus Auctoris legatur, *Nicææ Romanæ civitatis Episcopus*. Hierocles laudatus, cujus tantum pars, eaque sine versione, lucem vidit, hæc in rem nostram habet: *Præfectura Dacia Mediterranea sub Consulari, urbes quinque Sardica Metropolis: Pautalia, Germai, Naisson* (legendum Naissum) *Remesiana*, sed legendum, Romatiana. Ita pag. 55. apud Carolum a Sancto Paulo. In Itinerario Hierosolymitano apud Bertium pag. 45. inter Urbes Daciæ, Mediterraneæ scilicet ac novæ, hujus Urbis situs recte collocatus: *Civitas Naisso M. P. XII. Manso Romansiana M. IX.* ideoque inter Romatianam, uti legendum est, & Naissum, mille passus interjacent. In Itinerario Antonini apud Bertium pag. 8. habetur: *Naissum M. P. XXIV. Remisiana M. P. XXV.* quod inter utrumque Auctorem discrimen parvi est momenti. Ab Anonymo Ravennatensi *Romessiana* appellatur, & in Tabulis Pentingerianis seg. 5. legitur, *Romesiana XXV.* & ubique in nova Dacia collocatur. Certa itaque sedes Episcopalis Nicetæ, sicuti & patria ejus, quæ ut anno sequenti videbimus, *Romatiana* etiam fuit.

VII. *Romatiana Civitas diversa est ab Aquilejensi.*

Baronius in notis ad diem XXII. mensis Junii per *Romatianam* civitatem, *Aquileiam* interpretatur, deceptus a Leandro Geographo parum diligenti, qui *Aquileiam* Romatianam appellatam fuisse credidit. Addit Baronius, Nicæam seu Nicetam diversum non esse a Nicæa Aquilejensi Episcopo, ad quem anno CCCCLVIII. Leo magnus scripsit, & Nicetam Sancto Chromatio successisse, quod hic in titulo commentarii, quem scripsit *de octo Beatitudinibus*, nuncupetur *Chromatius Episcopus Romanus*, quod inquit, *Aquileia* Urbs Romana seu *Romatiana* appellata fuerit. Verum hanc interpretationem minime admittendam esse ex iis, quæ jam de Niceta, & infra de Chromatio, Januario ejus successore, & Niceta, qui utrumque in Episcopatu Aquileiensi excepit, dicemus, manifestum fit. Nonnisi itaque per librariorum oscitantiam, ut recte observavit Quesnellus in Notis ad Epistolam CXXIX. alias LXXIX. Sancti Leonis ad Nicetam Aquilejensem Episcopum, *Chromatius* Romanus Episcopus vocatus, idque post inchoatum seculum septimum, & post geminatos Aquileienses Episcopos, quorum alter Schismaticis, alter Romanis, seu iis qui Sedem Apostolicam agnoscebant, præerat. Licet enim *Chromatius* duobus fere sæculis ante Patriarchatus illius divisionem floruerit, Librarius tamen, morem sui sæculi secutus eum *Romanum* appellavit; sicque posteris locum dedit Aquileiam cum Romatiana confundendi. Ita Librarii *Prosperum* Aquitanum Episcopum Regiensem, *Salvianum* & *Gennadium* Episcopos Massilienses fecere, & in librorum titulis diversos errores induxere, qui modo nonnisi cum magno labore ex animis evelluntur.

VIII. *S. Nicetas Evangelium annunciavit Bessis.*

Venio nunc ad Apostolatum Sancti *Nicetæ*. Bollandus eum Dacorum Apostolum appellat, Baronius vero Apostolum Bessorum, Dacorum, Getarum, seu Gothorum, ac Scytharum. Verum cum Apostolatus *Nicetæ* nobis tantum innotescat ex poemate XVII. alias XXX. Sancti Paulini Episcopi Nolani, ejus hic verba referenda, ut lector videat, quid in hanc rem ex eis colligi possit; Paulinus igitur, ubi de Nicetæ in Daciam reditu locutus est, vers. 196. ait: O quo-

gnam: itu & nunc in terra Morinorum, fitu Orbis extremu, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus, gentium populi remoturum, qui fedebant in latebris, via maris arcuofu extra Jordanem, antequam pinguefcerent fines deferti in eu, orta fibi per tuam fanctitatem a Domino luce gaudentes, cordu ufperu, Christo intrante pofuerunt. Ubi quondam deferta filvarum ac litturum pariter in totu advena Barbaria, aut latrones incolæ frequentabant: nunc venerabiles & angelici fanctorum chori urbes, oppida, infulas, filvas, Ecclefiis & monafteriis plebe numerofis pace confonu celebrant. Quod quamquam totius Galliæ populis, & ubique gentium Christus operetur, qui totum Orbem circuit, quærens dignos fe, & per natio-

Populi ad Septentrionalem Oceanum pofiti converfi ad fidem.

PAGIUS

O quibus jam tunc refonabit illu
Gaudiis tellus, ubi tu rigentes
Edoces Christo fera colla miti
Subdere gentes!
Quaque Riphais boreas in oris
Alligat denfis fluvios pruinis,
Hic gela mentes rigidas fuperno
Igne refolvis.
Nam fimul terris animifque duri,
Et fua Beffi nive duriores,
Nunc oves facti, duce te, gregantur
Pacis in aulam.
Quafque cervices dare fervituti,
Semper in bello indomiti negarunt,
Nunc jugo veri Domini fubactas
Sternere gaudent.
Nunc magis dives pretio laboris
Beffus exultat: quod humi manuque
Ante quærebat, modo mente cælo
Colligit aurum.
O vices rerum! bene verfa forma!
Invii montes prius, & cruenti
Nunc tegunt verfos Monachis latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam, modo terra vitæ eft;
Vertitur cælo pia vis latronum,
Et favet Chriftus fupera occupanti
Regna rapina.
Mos ubi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum:
Et latet juftus, quibus ipfe latro
Vixit in antris.
Præda fit Sanctis vetus ille prædo;
Et gemit verfis homicida damnis:
Jure nudatus, fpoliante Chrifto,
Criminis armis.
Inovit cafu Satana viciffim
Invidus Cain, redivivus Abel
Pafcit effufi pretio redemtos
Sanguinis agnos.
Euge Niceta, bone ferve Chrifti,
Qui tibi donat lapides in ultra
Vertere, & vivis facra templa faxis
Ædificare.
Avios faltus, juga vafta luftras,
Dum viam quæris, fterilemque fylvam
Mentis inculta fuperans, in agros
Vertis opimos.
Te patrem dicit plaga tota Borræ
Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
Et fui difcors fera, te magiftro,
Pectora ponit.
Et Getæ currunt, & uterque Dacus:
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove pilleatus
Accola ripæ.
De Lupis hoc eft vitulos creare,
Et bovi junctum palea Leonem
Pafcere, & tutis cava viperarum
Pandere parvis.
Namque manfueto pecori coire
Beftias, pulfa feritate, fuades,
Qui feras mentes hominum polito
Imbuis ore.

IX. *Gothis etiam, Scythis, & populis utriufque Daciæ.*

Orbis in mutu regione per te
Barbari difcunt refonare Chriftum
Corde Romano, placidamque cafte
Vivere pacem.
Sic tuo mutus Lupus eft ovili,
Pafcitur concors vitulus Leoni,
Parvus extracto teneribus cavernis
Afpide ludit.
Callidos auri legulos in aurum
Vertis, & Beffos imitaris ipfe,
E quibus vivum, fodiente verbo,
Eruis aurum.

Inter varios populos in Septentrionali Imperii Romani parte pofitos, quos *Nicetas* Evangelii lumine illuftravit, præcipui fuere *Beffi* & *Getæ*, feu *Gothi*: Paulinus priores appellat *Riphæorum* montium incolas. Hac enim particula caufali, *nam*, oftendit verba, quæ eam præcedunt, de *Beffis* intelligenda effe.

X. *Nicetas populis Riphæos montes habitantibus Evangelium prædicavit.*

Nam fimul terris, animifque duri
Et fua Beffi nive duriores, &c.

De *Riphæis* montibus multa abfurda apud Antiquos leguntur. Strabo Pofidonium & Apollodorum citat, & de hoc ultimo lib. 7. pag. 290. fcribit: *Ab his fe convertit adverfus Scriptores, qui Riphæos montes tradiderunt.* Jam pag. 295. dixerat Strabo: *Ignoratione horum locorum factum eft, ut audirentur, qui Riphæos montes & Hyperboreos commente funt*, & ibidem indicat, Veteres fabulofos hos montes non longe a Danubio & Sylva Hercynia locaffe. Alii, præfertimque Poetæ, hoc nomen variis locis, variifque veris montibus, ficuti & *Borealium*, & *Hyperboreorum* montium nomina tribuerunt, & Riphæos & Hyperboreos montes pro una eademque re habuerunt. Denique Pofidonius ab Athenæo lib. 6. cap. 4. pag. 233. citatus putat, Alpes montes Riphæos fuiffe. Indeque Cafaubonus in notis pag. 406. de Pofidonio ait: *Manifefto hic Scriptor Riphæos montes confundit cum Alpibus, qui error multis Veterum communis. Quare etiam fanctiffimus pater Bafilius Riphæos montes appellat, unde manant fluviorum rex Eridanus.* Bafilius enim Homilia 3. in Hexameron, non folum *Eridanum*, quem vulgo *Padum* vocamus; fed etiam magna omnia flumina, quæ Gallias rigant, ex montibus Riphæ, originem ducere fcripfit.

Paulinus igitur Riphæorum montium nomine, montes in Thracia pofitos intelligit, qui *Riphæi* dicebantur, quia pars credebantur Alpium, quas Riphæos Montes appellabant. Hinc Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. *Alpes ipfæ ab his littoribus longe lateque diffufæ primo ad Septemtrionem magno gradu excurrunt; deinde ubi Germaniam attigerunt, verfo impetu in Orientem abeunt. diremptifque populis immanibus ufque in Thraciam penetrant.* Valerius vero Flaccus montes

XI. *Hi populi a Beffis non diverfi.*

tiones in animas sanctas se transfert, & in viis directionis ostendit se hilariter, & omni providentia occurrit amatoribus suis: tamen in remotissimo Nervici littoris tractu, quem tenui antehac spiritu fides veritatis afflaverat, te potissimum in vas electionis excerpsit, in te prima refulsit, clarius invaluit, ardentius & propitius apparuit, in quo & sanctificaret illic nomen suum, & per cujus nomen etiam Solis ab Occasu in omnem terram sonus ejus exiret, assumpsit. Denique nunc Rhotomagum & vicinis ante regionibus tenui nomine pervulgatum, in longinquis etiam provinciis nominari venerabiliter audivimus, & inter urbes sacratis locis nobiles cum divina laude numerari; haud immerito, &c. Plura enim habet de nobilitate Ecclesiæ Rhotomagensis e studioso cultu Christianæ observantiæ comparata. At de propagatione Fidelium hujus temporis hactenus.

Ann. Eccl. Tom. VI.

F f Qui

PAGIUS

tes Riphæos ponit versus Hebrum Thraciæ fluvium lib. 3. Argonaut. *Qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri Tollitur; & volucres Riphæa per ardua nubis Præcipitat.* *Bessi* fere omnem montem Hæmum incolebant a Dardaniæ confinibus usque ad Rhodopem montem, & usque ad Pangæum montem in Macedoniæ confinibus. Solinus cap. 10. *Bessorum multa nomina ad usque Nestum amnem, qui radices Pangæi circumfluit.* Strabo lib. 7. pag. 318. *Bessi majorem Hæmi* (scilicet montis) *partem tenent, & a latrociniis prædones appellantur, tuguria incolentes, vitamque degentes duram, attingentes Rhodopen*, &c. His itaque populis Evangelium vir Apostolicus prædicavit; quos hoc tempore Christianos fuisse, docent verba Sancti Hieronymi num. IV. recitata, quibus indicare videtur eosdem ad fidem recens conversos esse. *Bessos* autem Daciæ tractum circa *Romesianam & Serdicam* Metropolim incoluisse, si alia Veterum testimonia deessent, docet nos vetus Lapis Neapolitanus apud Capaccium pag. 331. in quo *Aurelius Abitus* miles legitur *natione Bessus, natus regione Serdica, Vico Magan*, &c. ut ex eodem Capaccio Holstenius in Epistola ad Florentinium data, & Martyrologio Hieronymiano præfixa scite observavit. Non hinc discedam quin moneam, ad vitandos plures errores in quos Historici & Geographi recentiores incidere, observandum esse inferioribus sæculis Alpium nomine quosvis montes altos a Scriptoribus Latinis appellatos fuisse, ipsos etiam Pyrenæos montes; cujus rei tot exempla in medium affert Ducangius in notis ad Historiam Cinnami pag. 448. ut id in dubium revocari non possit. Sed redeo ad Paulinum.

XII. *Populi alii a Niceta Evangelizati.*

Post *Bessos* Paulinus memorat Scythas, Getas, id est Gothos, & tam Dacos Mediterraneos, quam Ripenses. Siti erant *Gothi* in Imperio Romano ad Danubii meridiem, *Scythæ* vero in Scythia Romana, cujus caput *Tomi*, & hæc Provincia ad diœcesim Thraciæ pertinebat. Sanctus Epiphanius in hæresi LXX. num. XIV. de Audianorum hæresi loquens, ait: *Audius in Scythiam* (Romanam scilicet) *ab Imperatore relegatus est; quod populos passim ab Ecclesiæ obsequio retraheret*, &c. *Cumque in ea regione versaretur, in interiora Gothica penetrans* (in regionem nempe ultra Danubium sitam, & ab Aureliano Imp. loco Daciæ Gothiam appellatam), *Barbaros multos Christianæ religionis rudimentis instituit. Ex quo monasteria in Gothia nonnulla propagata sunt; in quibus religiosa vivendi ratio, & virginitas arctissimaque disciplina floruit.* Legendus hac de re Baronius anno CCCLXX. num. CXIII. & seq. Hæc itaque Gothorum Ecclesia egregie exculta est a Sancto Niceta, qui, ut religio firmiores radices ageret, monachorum cœtus ibi instituit, ut testatur Paulinus. Quoad *Dacos*, Aurelianus Imp. unicam quidem Daciam instituit, *appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mæsias dividit*, inquit Vopiscus cap. 39. sed qui ei successere Imperatores ex una duas fecere, ut ex citatis Rufi in Breviario verbis liquet. Facta autem divisio illa a Diocletiano aut potius a Constantino M. qui Provincias multiplicarunt; cum enim in lib. de mortibus Persecut. cap. IX. unius Daciæ mentio fit, *cum mater ejus Transdanubiana* (ex vetere nempe Dacia) *infestantibus Carpis in Daciam novam transfugerat*, hæc duarum Daciarum divisio a Constantino facta videtur. Utrisque Dacis verbum Dei annunciavit Nicetas. Cum vero in nova Dacia, tam Mediterranea quam Ripensi, ac Scythia, jamdiu plures Episcopatus erecti fuissent, si rigorose loquendum sit, horum Apostolus Nicetas non fuit. Sed juxta receptum loquendi modum is ei titulus debitus, uti ex dicendis de S. Bonifacio Germaniæ Apostolo liquebit.

XIII. *Gildo tyrannidem in Africa arripit.*

Gildo Comes & Magister utriusque militiæ per Africam anno CCCXCIII. ut liquet ex leg. 9. Cod. Theod. *de adulteriis*, creatus, currenti Africam turbare cœpit, & sub finem autumni, *veniente hyeme*, teste Claudiano de bello Gildonico, tyrannidem arripuit, ex qua inter alia mala; gravissima Romæ fames exorta, ob occupatam videlicet Africam, ut liquet ex leg. 2. Cod. Theod. *de conditis in publicis horreis*, quam Honorius *VI. Kal. Januarii* Mediolani emisit, ut imminenti fami occurreret. Sed de annonæ defectu seu fame illa ob occupatam a *Gildone* Africam, legendus Claudianus citatus, a versu 17. & lib. 1. in Stilichonem, lib. 1. in Eutropium, ac Symmachus lib. 4. Epist. 54. ad Florentinum currenti anno Urbis Præfectum.

XIV. *Arcadius Judæos vexari vetat.*

Arcadius, qui in Oriente regnabat enixo studio *Judæos*, eorumque privilegia, ut & Patriarcharum, procerumque eorum tuitus est. Quare hoc anno leges duas, a Baronio omissas, dedit. I. est lex Cod. Theod. 10. *de Judæis*, qua iis rerum suarum venalium pretia æstimanda & discutienda reliquit, exteris a religione Judæorum, facultate ea adempta. Altera lex est 2. ejusdem Cod. *de Judæis*, qua Arcadius Judæorum Patriarchas ab injuriis & contumeliis vindicavit *per Comitivam Orientis*. Judæi enim Christianis valde exosi hac tempestate eorum contumeliis expositi fuere, ut ostendit Gothofredus in utriusque legis Comment.

Casus *Timasii*, de quo anno superiori num. XII. huc revocandus.

JESU CHRISTI ANNUS	SIRICII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
397.	13.	3.

I. Origenis errorea Inferuntur in urbem.

QUI fequitur Chrifti annus trecentefimus nonagefimusfeptimus, Confulatu Cæfarii & Attici, Faftis adfcribitur: quo hærefes Origenis fub pietatis involucro per Ruffinum presbyterum Aquilejenfem e Palæftina cum Melania Romam redeuntem inferuntur in Urbem; propinatæque aureo calice Babylonis antequam inebriarentur illis Fideles, detectæ atque explofæ fuerunt. Hæc autem quomodo fe habuerint, dicendum per fingula: fed ante omnia, quæ funt temporis, elucidanda. Ruffinum quidem individuum Melaniæ comitem cum ea in Ægyptum profectum & in Palæftinam, ibique apud eam, ufque dum illic manfit, Hierofolymis vitam tranfegiffe, quæ dicta funt fuperius ex S. Hieronymo fatis fignificant: at ea demum remeante Romam, ejufdem affectatum effe veftigia, Palladii atque Pau-

---

PAGIUS SÆC. IV. Olymp. 294. An. V. C. 2150. Anno Æræ Hifp. CCCCXXXV. A.C. 397.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5890.

☉ 24. D. ☽ 28. P. 5. APRIL. INDICT. 10.

JESU CHRISTI 397.

SIRICII PAPÆ 14.

ARCADII IMP. 15. & 3.

HONORII IMP. 5. & 3.

I. [1] COSS. *Cæfarius & Atticus*: prior Orientalis, ut liquet ex Gothofredo in Profopographia Cod. Theodofiani, & ex Chronico Alexandrino, ubi ad Confulatum Marciani & Adelphii anno CCCCLI. geftum legitur, *Cæfarium Confulem* & Præfectum, (Urbi fcilicet) ftruxiffe Conftantinopoli templum in honorem Sancti *Tyrfi*, unius ex XL. martyribus Sebaftiæ paffis. Pofterior Occidentalis fuit, ut ex eadem profopographia conftat, *Quindecennalia* Arcadii cum Theodofio M. patre imperantis.

Quindecennalia Arcadii.

II. *Melania & Rufinus decedente hyeme ex Oriente Romam redeunt.*

A num. I. ad XIV. *Melania*, quæ cum *Rufino* Aquilejenfi anno CCCLXXI. hyeme ingroente Roma in Orientem profecta fuerat, ut Tomo I. hujus Criticæ monftravi, currenti, & quidem ineunte Romam, eodem Rufino comite, redit. *Le-brunus* in nova editione operum Sancti Paulini autumavit, *Siricio* Papa feden-

---

NOTÆ [1] COff. *Cæfarius & Atticus*: Relandus fcribit: *Clodius Hermogenianus Cæfarius, & Atticus*. Infcriptiones bafilicæ S. Pauli n. 316.

Depofita VIII. KAL. SEP. FL. CESARIO
ET ATTICO V̄V̄ C̄C̄. Ibidem n. 471.
QUIEVIT DIE. VII. KAL. AUGUSTAR.
CONSS. CÆSARIO ET ATTICO.

Antonius Bofius de Cruce triumphanti lib. IV, cap. XII. pag. 697.

X. KAL. MAR. DD. NN. FLAVIO
CÆSARIO ET NONIO ATTICO. CC.

Hinc Reinefius refellitur, qui in epiftola LXIX. ad Rupertum pag. 634. fcribit, *Cæfarium* inter *Flavios* relatum, adplaudente nemine, qua de re Dominicus Georgius in Differtatione de Monogrammate Chrifti Domini cap. V. §. VII. Idem Reinefius Cl. XX. pag. 943.

SUSANNA
&c.
QUIEVIT DIE VII. KAL. AUGUSTAR.
CONSS. CÆSARIO. ET ATTICO.

Sumpta eft ex infcriptionibus Bafilicæ S. Pauli. Vide aliam apud eumdem Reinefium ibidem pag. 1002. & in epiftola LXIX. ad Rupertum, ubi ex veteri lapide, in quo

CLODIUS HERMOGENIANUS
CÆSARIUS. V. C.

Hinc nomina bona Confulis erui putavit: at ex alio lapide apud Bofium, de quo paullo ante, & in alio apud Boldettum lib. II. cap. XVIII. pag. 545. eruto A. D. 1710. ex cœmeterio Commodillæ, legitur.

BENEMERENTI IN PACE
DEPOSITA VIIII. KAL. SEPTEMBRES
FLAVIO. CÆSARIO. ET NONIO
ATTICO. VV. CC. CONSS.

Collocatus eft nunc in ædibus Capitolinis. Vulgares Fafti: *Attico & Cæfario*. Profperi Chronicon editum & MS. itemque Pafchalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Cæfario & Attico*.

Paulini testificatione exploratum habetur: ait enim Palladius (a): *Erat etiam cum ea Ruffinus quidam nomine, Civis Italus ex Aquilejensi oppido, vir nobilium & ea proposito singulare satis fortium morum; qui & ad presbyteratum postea meruit pervenire: quo nullus mansuetior, fortior, & placidior tanquam omnia sciens, ea sexu virili potuit inveniri. Isti igitur in viginti, & septem annis, omnes apud Hierosolymam sanctos atque peregrinos Episcopos, monachos, virginesque (hoc enim voverant Deo) suscepere suis propriis sumptibus*, &c. Agitque paulo post de eorumdem reditu Romam, de quo & nos itidem. Hæc Palladius de Ruffino, eidem in Origenis erroribus concors, ut superius pluribus demonstrutum est. Sed & Paulinus comitem Melaniæ Ruffinum appellat (b), quem & haud hactenus fatis sibi compertum laudat. S. Hieronymus etium post hæc ad eumdem Ruffinum Romæ ugentem litteras (c) dedit: ut plane nullum sit dubium contigisse adventum Ruffini Romam quando illuc etium ipsa Meluniu remeavit. Sed quoto potissimum anno Domini Melaniam in Urbem redire contigit, id quidem est accuratius exquirendum.

(a) Pallad. in Lausiac. c.34. apud Lipo. to.3.

(b) Paulin. ad Sever. epist.9.

(c) Hier. epist.66.

II. Melaniæ, & Ruffini reditus Romam tempus.

Jam suo loco satis liquido superius demonstrutum est, ipsam una cum Ruffino in Ægyptum primo, indeque Hierosolymam migrasse anno Domini trecentesimo septuagesimosecundo, Impp. Vulentiniani atque Valentis nono. Sed quot annos in huc peregrinatione & commoratione insumpserint, diversæ sententiæ sunt ejusdem Palladii atque Paulini: siquidem ille (ut nuper vidimus) vigintiseptem numerat unnos, Paulinus vero vigintiquinque. Sed hujus exploratior atque solidior fides est: nam accepit hæc ipse ab eadem Melania, quum redeuntem Romam (ut proxime dicturi sumus) Nolam divertentem excepit hospitem. Verum ex eo quoque certior Paulini testificatio redditur, & Palludii ussertio du annis vigintiseptem exploditur: quod cum constet, hos adhuc in vita agente Siricio Papa repetiisse Romam: si dixerimus, ad numerum annorum a Palladio præscriptum, ipsorum esse prorogatum adventum: atque affirmandum esset, non sub Siricio, sed sub ejus successore Anastasio eorumdem reditum contigisse. Ex Paulini ergo sententia, qui numerat Melaniæ ab Urbis absentiu quinque lustra, dicendum est, eamdem hoc ipso anno Romam quasi postliminio rediisse.

III. Ruffinus pacifice recedit Hierosolymis.

Recessisse autem Ruffinum e Palæstina cum pace S. Hieronymi, utriusque testificationu asseritur: recitat enim ipse S. Hieronymus ejusdem Ruffini verba in posteriori Apologia, quæ sunt hujusmodi: *Vos nobis pacem proficiscentibus dedistis. Respondit ipse: Pacem dedimus, non hæresim suscepimus: junximus dextras, abeuntes prosecuti sumus, ut vos essetis Catholici*, &c. Melaniæ uutem ad Urbem reditus Pulladius (d) ejusmodi foris prætensam affert causam: *Post multam vero temporis* (inquit) *cum audisset, cuidam nupsisse neptem suam Melaniam* (Juniorem dictam) *viro: renunciare autem post nuptias seculo huic velle, cognovisset: metuens ne qui malæ vitæ homines ac malæ sectæ perversæque doctrinæ eidem ingererentur: ob hoc ipsum, cum iam admodum senex, hoc est, sexaginta esset annorum, de Cæsariensium civitate ad urbem Romam intra dierum viginti spatium navigavit*. Hæc Palludius de asserta & vulguta forinsecus reditus causa. Cæterum ejusdem cum Ruffino in Origenis erroribus (ut pluribus dictum est superius) conniventiam causam extitisse eisdem ad Urbem veniendi, oratio præmissa declarat. Erat his quidem in optatis, ut quibus faverant & quas foverent toto illo tempore, Origenis sententiæ (quarum complures essent defensores in Ægypto consistentes monachi, & inter eos celebriores Evagrius & Isidorus, atque inter Episcopos nobilis sedis Joannes Hierosolymorum Antistes) ædem Romanæ sedis Episcopi, ut sic ab universa reciperentur Ecclesia, probarentur assensu. Sed quanta id sit elaboratum industriu, & quibus velamentis una cum his palliata decore hæresis se in Urbem intulerit, videamus.

(d) Pallad. ubi supra c.33.

Causa reditus Melaniæ in Urbem.

PAGIUS dente Rufinum, Melaniam vero anno CCCCII. Romam adventasse, ut ibidem videre est in vita Sancti Paulini cap. 41. & alibi; sed *Rufini reditum* hoc anno contigisse, eumque *Melaniam* comitatum esse, nos dubitare non patitur Epistola Paulini XXVIII. aliar IX. ad Severum data, in qua num. V. ait: *Ipsam adnotationem, quam Commonitorii vice miseras literis meis inditam, direxi ad Rufinum Presbyterum, Sanctæ Melani spiritale in via comitem, vere sanctum & pie doctum, & ob hoc intima mihi affectione conjunctum*, ubi, sicuti & in variis aliis Paulini Epistolis, Melania dicitur *Melanus*, propter rationem infra assignandam. Eam vero, ideoque & Rufinum, hyeme in Occidentem adventasse, docet Paulinus in eadem Epistola collata cum Epistola XXIX. alias X. ad eundem Severum data. In priori num. III. scribit, se Severi Epistolam a Victora accepisse, additque: *Jam hyeme decedente susceptum* (sc. Victorem) *necesse habui vernis mensibus detinere*: in altera vero Epistola num. VI. ait Paulinus: *Addidit Dominus hanc gratiam de muneribus & literis suis, ut ad eos potissimum dies nobis frater Victor occurreret, quibus Sanctam ipsam* (nempe Melaniam) *ex Jerusalem post quinque lustra remeantem excepimus*. Nam, ut postea num. XII. subdit: *Neapolim urbem brevi spatio a Nolana, qua degimus, civitate distinctam* (id est distantem) *advecta est*, &c. apud Baronium num. IV. & seqq.

IV. Atque primum quæ S. Paulinus de Melaniæ reditu, qui eam suscepit Nolæ describat in epistola (a) ad Severum, hic reddamus: *Addidit* (inquit) *Dominus hunc gratiam de muneribus & litteris tuis: ut ad eos potissimum dies nobis frater Victor occurreret, quibus sanctam ipsam* (Melaniam scilicet) *ex Hierusalem post quinque lustra remeantem excepimus. At quam tandem feminam? (si feminam dici licet tam viriliter Christianam) Quid hoc loco faciam? vetat fastidii intolerabilis metus, voluminibus adhuc addere: sed personæ dignitas, immo Dei gratia, postulare videtur, ut commemorationem tantæ animæ progressus non ruptim omittam, paulisper ad eam tibi narrandam*, &c. Prosequitur nobile genus ejus referre, utpote quæ habuerat Marcellinum Consulem ordinarium avum, qui una cum Probino Consulatum gesserat anno Domini trecentesimo quadragesimoprimo; & ejus in vita Christiana sectanda ardens studium, & alia plura de ipsa, quæ nos suo loco superius ordine temporis collocavimus: ac demum de ejusdem, cum rediit, appulsu Neapolim, ista subdit (b); *Neapolim urbem brevi spatio a Nolana, qua degimus, Civitate distinctam, advecta est. Ubi filiorum nepotumque occursu excepta, mox Nolam ad humilitatis nostræ hospitium festinavit: quo nobis advenit ambitioso ditissimorum pignorum vallata comitatu.*

(a) Paulin. ad Sever. epist. 10.

Melania pervenit Neapolim atque Nolam.

(b) Hier. in Chron.

V. *Vidimus gloriam Domini in illo matris, & filiorum itinere. In eo quidem, sed longe dispari cultu, macro illo & viliore asellis burrico sedentem, tota hujus sæculi pompa, qua honorari & opulenti poterant, circumflui Senatores prosequebantur carrucis nutantibus, phaleratis equis, auratis pilentis, & carpentis pluribus, gemente Appia atque fulgente: sed splendoribus vanitatis praelucebat Christiana humilitatis gratia. Admirabantur divites pauperem, pros[...] sanctam, & illos nostra paupertas ridebat. Vidimus dignam Deo hujusmodi confusionem, purpuream, sericam, auratamque supellectilem pannis veteribus & nigris servientem:*

Occursus Romanorum Civium Melaniæ.

Benediximus Dominum, qui humiles & excelsos facit supicates, esurientes implet bonis, & divites dimittit inanes. In istis tamen divitibus eadem die de maternis bonis pauperem spiritum stupebamus, qui magis sancta matris inopia, quam sua visibili abundantia gloriabantur. Id ipsum autem gloria Domini videbatur operari, quod egenula nostræ divitias in ejus filiis intuebantur, at jam hunc fructum fidei suæ caperet, cum victoriam suam de hujus sæculi vanitate ipsa despectaret, cominus videns omnia quæ propter Christum reliquerat, & contemnere perseveraverat. Illi sericati & pro suo quoque sexu toga aut stola soliti splendere filii, crassam illam veluti sparteis staminis tunicam & vile palliolum gaudebant manu tangere, & vestimenta sua velleribus auro, & arte pretiosa pedibus ejus substernere, pannisque contegere gestiebant; expiare se a divitiarum suarum contagio judicantes, si quam de vilissimo ejus habitu aut vestigio sordem colligere mererentur.

VI. *Tugurium vero nostrum, quod a terra suspensum cœnacula una porticu cellulis hospitalibus interposita longius tenditur, quasi dilatatum gratia Domini non solum sanctis qui illam plurimi comitabantur, sed etiam divitum illorum catervis non capaces angustias præbuit: in quo personis puerorum ac virginum chores vicinia Domnædis nostri Felicis culmina resulgebant; neque e diverso habitationis ejusdem, dissoni licet proposito, hospites obstrepebant, sed & in illis religiosa modestia imitabatur nostra silentium disciplina, ut si dissimularent concinere vigilantibus pigro ventre sopiti, tamen non auderent piis vocibus dissonare, fideli timore compositi, quo placitis Psallentium vocibus compresso sæcularium turbarum tumultu etiam taciti concinebant. Verum ut ad perfectam Domini columbam recurram: Scito nunc istam tantum in sexu infirmitatis virtutem Dei, cui refectio in jejunio, requies in oratione, panis in verbo, habitus in panno, lectus in sagulo & centone duras in terra sit mollis in littera,* qua

Hospitium sanctum reddit hospites modestos.

PAGIUS & seqq. Nola autem sexaginta tantum quatuor leucas ab Urbe Romana distat, &, ut habet Palladius in Lausiaca cap. 118. *Melania unus sexaginta annos nata navem ascendit, & Cæsaream navigans viginti dierum spatio Romam venit*, ideoque initio circiter mensis Martii, seu, ut loquitur Paulinus *decedente hyeme*.

III. Annus adventus *Melaniæ & Rufini* in Occidentem hactenus obscurus fuit: E. Cardinalis Norisius in lib. 1. Hist. Pelag. cap. 2. illum cum anno præcedenti. Chiffletius in parte 2. Paulini Illustrati cap. 15. cum an. CCCXCVIII. Baronius cum præsenti copulavit, & hic quidem recte, ut in posterum extra controversiam esse debet. Paulinus enim citatus, qui hoc ignorare non potuit, asserit Melaniam *ex Jerusalem post quinque lustra remeasse*, idque hyeme decedente. Hieronymus autem in Epistola XXV. ad Paulam, de ejus in Orientem profectione hæc prodit: *Ingruente jam hyeme Hierosolymam navigavit*. Quare cum Melania & Rufinus exeunte anno CCCLXXI. peregrinationem illam susceperint, eandem decedente hyeme hujus anni absolverunt, post annos viginti quinque, & aliquot menses a sancto Paulino neglectos. Ad hæc *Rufinus* post suum Romam adventum per biennium fere ibidem commoratus est, ex eaque in patriam discessit paulo ante mortem *Siricii* Pontificis Romani, quæ die XXVI. mensis Novembris sequentis Christi anni

Postquam annos XXV. ibidem commorati essent.

qua rigidi cubilis injuriam mitigat electionis voluptas; & sanctæ animæ in Domino vigilare, requiescere est.

VII. Virtutes Melaniæ describuntur.

Hanc ergo filia Sion hactenus habuit, & desiderat: nunc filia Babylonis habet, & admiratur: quia jam & ipsa Urbs in pluribus filia Sion est, quam filia Babylonis; & ideo miratur in humilitatis obscuro, & veritatis luce viventem, & fidei incitamenta divitibus, angustiarum solatia pauperibus ministrantem: quamquam illa quietis, & latebræ suæ apud Hierusalem in Romanis modo turbis æstuans clamat: Heu (a) me, quia incolatus meus prolongatus est: Ideo ne dilata sum, ut nunc habitem cum habitantibus Cedar? Hoc enim nomine apud Hebræos (ut comperi) significatur obscuritas. Quare ita illi gratulandum de memoratis virtutibus puto, ut de præsenti sede timeatur, at tam insignis anima plus Romæ conferat, quam de Roma trahat, & sic sedeat super flumina Babylonis, ut recordetur Sion (b), & organo corporis sui suspensa ab inimicis omnibus Babylonis insidiis & illecebris, in sui propositi tenore, velut in salicibus gemino semper humore viventibus, constituta vivere non desinat, & permanente fidei constantia, virtutisque gratia, folium ejus non defluat: at sicut vita ejus in itinere aspectatur, ita & laus in exitu canatur. Hucusque Paulinus de adventu Melaniæ Romam: quam quidem Urbem cum sic nominet filiam Babylonis, ut tamen in pluribus dicat eam præferre filiam Sion: facile puto intelligis, ea nominis unius Urbis varietate discriminatos esse Gentiles a Christianis; nimirum ut ea ex parte Roma Babylon dicatur, ubi adhuc in ea Gentilicia vigeret impietas: Sion autem in pluribus, utpote quæ Christianis abundaret, in quibus cultus religionis veræ micaret: ut plane ex tanti viri sententia valeas intelligere, quo sensu a Joanne in Apocalypsi Roma sit Babylon nominata. Ad de his satis tomo primo Annalium actum est.

(a) Ps. 119.

(b) Ps. 136.

Roma qua ex parte dicta Babylon.

VIII. Res Melaniæ atque Ruffini incompertæ Paulino.

Sed ad Melaniam redeamus: Quam cum sic a Paulino laudatam vides, ne mireris: his quidem ipsa atque majoribus digna præconiis videbatur nescientibus quæ paucis arbitris in Palæstina non tam ab ipsa, quam per ipsam a suis consociis de inducendis in Ecclesiam erroribus Origenis, refragante S. Hieronymo, ac penitus obnitente S. Epiphanio, gesta essent. Quomodonam, quæso, Paulinus sciret, quæ nec qui Hierosolymis essent, nosse potuerint? ut superius est demonstratum in controversia illa habita inter S. Epiphanium, & Joannem Hierosolymitanum Episcopum, Origenistarum patronum, negantem tamen se Origenis errores defendere; quæ litteris S. Hieronymi uno innotuere Pammachio. Vides igitur Paulinum horum omnium penitus ignarum adeo mirifice Melaniam jure laudasse; sed & ejus in via comitem immensis præconiis, aliis ad eumdem Severum (c) datis litteris, celebrasse Ruffinum: in quorum celebrationem omnium conversa fuisse studia Christianorum, quis poterit dubitare? En vides, quibus, qualibusve anteambulonibus inferatur in Urbem hæresis Origenis; ut plane pro miraculo dicendum fuerit, si audito sonitu tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterii, symphoniæ, & omnis generis musicorum, non adoraverint omnes statuam auream (d): si, inquam, quos sanctissimorum virorum etiam audirent encomiis pene divinis efferri, æque plausibus non exceperint, & obviis quoque manibus, quod ab illis sanctitatis titulo foris inscriptum offerretur, omnes non acceptarint.

(c) Paulin. epist. 9.

Origenis hæresis qua pompa inferatur in Urbem.

(d) Daniel. 3.

IX. At quonam modo ista se habuerint, & in quanto tunc periculo Romana Ecclesia versata sit, & Deus illi ea more opportuno

PAGIUS

annum contigit, quod utrumque infra demonstrabimus; ideoque nec citius, nec tardius quam currenti anno, Melania & Rufinus ex Oriente reversi fuere. Non dubium itaque, quin error irrepserit in Historiam Lausiacam Palladii cap. 118. ubi de Melania legitur: *Hæc monasterio ædificato Hierosolymis viginti septem annos versata est in Hierusalem, cum qua vixit etiam nobilissimus, & moribus simillimus & fortissimus Rufinus ex Aquilea, civitate Italiæ, &c. Viginti autem & septem annis excipiebant eos, qui veniebant Hierosolyma voti causa.* Cum enim Rufinus & Melania anno tantum CCCLXXIII. ex urbe Alexandrina Hierosolymam venerint, ut in laudato Tomo ostendi, neque per annos XXVII. neque per annos XXXVII. ibidem morati sunt. Ille tamen numerorum error non Palladio, qui tunc in Oriente vivebat, sed librariis attribuendus.

IV. Baronius num. II. recte vidit, Paulini supputationi standum esse, sed non bene eos annos XXV. ab anno Christi CCCLXXII. deduxit; cum nonnisi insequenti *Melania & Rufinus* Ægyptum reliquerint. Præterea Baronius num. VII. explicans hæc verba Paulini in Epistola XXIX. alias X. ad Severum, ubi de Melania hæc Paulinus scribit: *Sanctæ animæ in Domino vigilare, requiescere est. Hanc ergo filia Sion hactenus habuit & desiderat, nunc filia Babylonis habet & admiratur: quia jam & ipsa Urbs in pluribus filia Sion est, quam filia Babylonis*, Baronius, inquam, existimat Paulinum, Romam Babylonem appellare ea ex parte, qua in illa adhuc vigebant Gentiles, Sion autem ex ea qua Christianis abundabat. Sed Rosvveidus in Notis ad Paulinum in sensum illorum verborum melius penetrasse videtur cum dixit, Romam hoc tempore appellatam Paulino *Babylonem* ratione turbarum & illecebrarum, quarum Romæ magna erat copia, cum Hierosolymis quies esset, ut satis postea Paulinus ibidem mentem suam explicat.

Roma Babylon a S. Paulino appellata.

V. *Melania & Rufinus* Romam ex Oriente adventu anno suo reddito, magna variis difficultatibus

tuno tempore præsto fuerit, ordine rerum gestarum, & temporum, singula prosequemur. Sed antequam his vela pandat oratio, vastum pelagus ingressura, in S. Paulini hospitio, quo Melaniam cum suis excepit, paululum quiescat.

X. Accepit tunc idem Paulinus a Melania perbreve segmentum ligni sanctissimæ Crucis, missum sibi a Joanne Hierosolymorum Episcopo. Testatur id quidem ipse Paulinus, cum ex eo quid modicum sumptum, nomine Therasiæ suæ, mittit ad socrum ipsius Severi Bassulam, dum hæc (*a*) ait: *Partem particulæ de ligno divinæ Crucis, quod nobis donum benedicta Melania ab Hierasalem munere sancti inde Episcopi Joannis attulit: hoc specialiter sorori nostræ venerabili Bassulæ misit conserva communis. Sed quod alteri vestrum datur, utriusque vestrum est: quia in utroque vestrum una ratio manet, & sexum evacuat fides, qua in virum perfectum ambo concurritis. Accipite ergo ab unanimis fratribus, in omni bono vestrum sibi consortium cupientibus. Accipite magnum in modico munus; & in segmento pene atomo hastulæ brevis, sumite moamentum præsentis & pignus æternæ salutis. Non angustetur fides vestra carnalibus oculis parva cernentibus; sed intenta acie totam in hoc minimo vim Crucis videat. Dum videre vos cogitatis lignum illud, quo salus nostra, quo Dominus majestatis affixus, tremente mundo pependerit; axultetis cum tremore: recordemur & petras fissas ad hujus aspectum Crucis, & saltem saxorum æmulatione præcordia nostra findamus timore divino.*

(*a*) *Paul. ad Sever. epist. 13.*

Segmentum S. Crucis ligni a Joanne Episcopo Hierosolymitano ad Paulinum missum.

XI. Plura autem post hæc Paulinus in eadem subnectit epistola de Crucis inventione, ac demum meminit de ejusdem ligni sanctissimæ Crucis erogatione Hierosolymis fieri solita ab ejus Civitatis Episcopo, qui illud Paschali tantum tempore (ut ait) exhibet populo adorandum. Cujus plane exemplo, illa in reliquas Occidentalis orbis Ecclesias consuetudo & ritus manasse putantur, ut eodem Paschali tempore lignum Crucis cum imagine Crucifixi populo adorandum aperiatur, quod ante erat velo obductum; illud Episcopo tertium præcinente præconium, ECCE LIGNUM CRUCIS, &c. respondente, & invitante choro, VENITE ADOREMUS. In illis quidem Ecclesiis, in quibus inesse contingeret ipsum lignum sanctissimæ Crucis, illud ipsum (ut Hierosolymis agebatur) proponebatur populo adorandum: quæ autem Ecclesiæ illo carerent, loco illius exhibebant (ut fit) alterius ligni Crucem, cum imagine Christi Domini crucifixi: hæc quod ad antiquos Ecclesiæ ritus pertinet.

Vetus consuetudo ostendendæ & adorandæ Paschatis tempore S. Crucis.

XII. Quod rursum ad idem lignum sanctissimæ Crucis a Melania Paulino datum spectat; ingens plane ex ipso contigit edi miraculum, cum incendio flagrante fœno referta casa, in Paulini ipsius hospitium conversa flamma cuncta impetu violento depascente, oblato ab ipso globis igneis eodem ligno Crucis, incendium protinus resilierit, atque penitus extinctum fuerit. Quod ipsum perpetua memoria consecrandum miraculum, his ipse Paulinus (*b*) versibus cecinit, hic in lectoris gratiam describendis; cum post descriptum ipsum cuncta vorans incendium, quomodo restinctum fuerit, ista subdit:

Crucis ligno extinctus ignis.

(*b*) *Paulin. in Natal. 10. S. Felic.*

Ipse domum remeans modicum, sed grande saluti
De cruci æterna sumptum mihi fragmine lignum
Promo, tenensque manu adversis procul ingero flammis,
Ut clypeum retinens pro pectore quo tegere me,
Arceremque hostem collato umbone relisum.
Credite: nec donate mihi, sed reddite Christo
Grates, & justas date laudes Omnipotenti.
Nostra salus etenim Cruce Christi & nomine constat;

Inde

PAGIUS

Chronotaxis Epistolarum XXVIII. & XXIX. S. Paulini.

bus lux infra affulgebit, liquetque Epistolas XXVIII. & XXIX. juxta novum ordinem, a Paulino ad *Severum* missas, male a Chiffletia in parte 2. Paulini Illustrati cap. 10. in unum eundemque annum collatas fuisse, Christi scilicet sequentem, in eumque etiam *Melaniæ & Rufini* reditum perperam remissum; cum Paulinus in epistola XXVIII. num. III. Severum certiorem faciat, Victorem ad eum ante autumnum via perventurum, & in Epistola XXIX. num. XIV. eidem Severo significet, *Nicetam*, Episcopum ex Dacia Nolam venisse: cum enim *Nicetas*, ut postea demonstrabo, nonnisi anno sequenti Nolam pervenerit, Epistola XXVIII. ante autumnum currentis anni data, & Epistola XXIX. in qua sola Nicetæ Paulinus meminit, anno sequenti exarata, postquam jam hoc anno Melania & Rufinus Paulinum Nolæ invisissent. Liquet secundo, opinionem, quæ tuetur *Melaniam* nonnisi anno CCCCII. ex Palæstina reversam esse, defendi non posse; quia Palladius in Heraclidis Paradiso cap. 10. testatur, Sanctum *Athanasium* pellem ovinam, quam a monacho *Macario* testamento acceperat, *Melaniæ* dono dedisse; Athanasium vero die secunda mensis Maii ad Deum migrasse anno CCCLXXIII. suo loco demonstravi. Quomodo igitur Melania annos XXV. in Oriente morari potuit, si inde anno CCCCII. redux fuit? Loca enim Palladii in quibus legitur eam annos XXVII. aut annos XXXVII. Hierosolymis mansisse corrupta esse, post ea, quæ jam dixi, indubitatum esse debet. Præterea Palladius in Lausiaca cap. 117. asserit *Melaniam* in Oriente versatam esse, quando *Valens* sanctos Monachos persequebatur, eamque *Isidoro* & quibusdam Monachis ac duodecim Episcopis & Presbyteris in exilium missis, necessaria ex

pro-

Inde fides nobis, & in hac Cruce nixa periclo
Profuit, & nostram cognovit flamma salutem.
Nec mea vox aut dextra illum, sed vis Crucis ignem
Terruit, inque loco de quo surrexerat, ipso
Ut circumseptam præscripto limite flammam
Sidere & extingui, fremitu moriente, coegit,
Et cinere exortam cineri remeare procellam.
Quanta Crucis virtus, ut se natura relinquat.
Omnia ligna vorans, ligno Crucis uritur ignis.
Multa manus crebris tunc illa incendia vasis
Aspergens largis cupiebat vincere lymphis.
Sed licet exhaustis peccarent fontibus imbres;
Vi majore tamen, lassis spargentibus, omnem
Vicerat ignis aquam: nos ligno extinximus ignem:
Quamque aqua non poterat, vicit brevis hastula flammam.

Hæc & alia plura ibi Paulinus de insigni ibidem edito virtute Crucis ligni miraculo.

XIII. Donatus est præterea idem Paulinus ab eodem Melania tunica innocuorum agnorum contexta vellere: quam idem ipse, cum accepisset a Severo pallium ex pilis camelorum hirsutum, eidem dono misit: de qua post alia sic ad ipsum scripsit (a): *Nos*, inquit, *neque verbis, neque rebus digna pensantes, unica tamen facultate nobis charitatis, qua vobis sola pares sumus, misimus tunicam, quam ab usu meo, ut de stercoris vilitate collectum pannum digneris suscipere. Nam vel hoc innocentia tua congruit, quod de tenero agnorum vellere contexta blanditur attractibus. Addo autem adhuc pretio ejus & gratia, quod quo dignior probetur usu tuo, de sancta & illustris in sanctis Dei femina Melania benedictione mihi pignus est. Unde te dignior visa est, cujus fides illi magis, quam noster sanguis propinquat.* Hæc Paulinus: quibus quidem postremis verbis, se Melaniæ sanguine fuisse conjunctum significat.

(a) Paul. ad Sever. epist. 10.

Indumentum a Melania acceptum Paulinus ad Severum mittit.

XIV. Contigerat autem haud pridem ante adventum Melaniæ, Nolam mitti ab eodem Severo ad ipsum Paulinum libellum scriptum de rebus gestis S. Martini; quem Melaniæ illum avide cupienti se legisse testatur, necnon ostendisse S. Nicetæ Dacorum Episcopo, qui hoc eodem tempore pietatis ergo in Italiam peregrinatus fuit: ait enim ea epistola ad Severum (b) reddita: *Martinum enim nostrum illi* (nempe Melaniæ) *studiosissimæ talium historiarum ipse recitavi. Quo genere te & venerabili Episcopo atque doctissimo Niceta, qui ex Dacia Romanis merito admirandus advenerat, & plurimis Deo sanctis, in veritate non magis tui prædicator quam mei jactans, revelavi*, &c. Hoc ipso quidem anno contigisse magni illius Nicetæ adventum ex numero Natalium S. Felicis a Paulino editorum rectam exploratamque possumus deducere rationem. Nam cum ipse, scribens ad Severum (c), testetur quolibet anno se statuisse conscribere versibus ejusdem Felicis Natalitium, plane ex numero eorumdem annos quoque licebit suo or-

(b) Paulin. epist. 19.

(c) Paulin. epist. 9.

PAGIUS propriis denariis subministrasse, ac eos *in Palæstinam circa Diocæsaream* secutam esse; de qua persecutione loquitur etiam Rufinus in lib. 11. Hist. Ecclesiast. cap. 4. additque, *qua præsens vidi loquor*, &c. Insuper Paulinus in Epistola citata XXIX. num. XI. ait *Melaniam* in ea Valentis persecutione principem vel participem fuisse cunctis pro fide certantibus, & gravi tunc seditione exorta, quasi contra legem publicam, contumacem protrahi ac pati jussam esse. Valentem autem anno CCCLXXVII. persecutioni finem imposuisse suo loco ostendi. Et denique Palladius citatus, qui *Melaniam & Rufinum* in Oriente vidit, narrat Melaniam annum cum dimidio Alexandriæ fuisse, antequam Hierosolymam veniret, quæ vera esse non possunt, si ea ante annum CCCCII. Romam ex Palæstina non redierit. Certum itaque maneat, Melaniam & Rufinum, decedente hyeme hujus Christi anni, in Occidentem remeasse, post peregrinationem annorum XXV.

VI. A num. XIV. ad XIX. *Sanctus Nicetas* Romatianæ civitatis in Dacia Mediterranea Episcopus, de quo anno superiori egimus, anno tantum sequenti *Nolam* venit, quod non solum probatur ex eo quod Paulinus in Epistola citata XXVIII. ad Severum, ubi de Melania & Rufino loquitur, ne verbum quidem de Niceta habeat; sed etiam quia in Epistola XXIX. ad eumdem Severum anno sequenti data, num. XIV. tradit: *Non tuli, frater, ut te ista nesciret*, sc. Melania, *ut gratiam in te Dei plenius nosceret, tuo te illi magis quam meo sermone patefeci. Martinum enim nostrum illi studiosissima talium historiarum ipse recitavi. Quo genere te & venerabili Episcopo atque doctissimo Niceta, qui ex Dacia Romanis merito admirandus advenerat, & plurimis Dei sanctis, in veritate non magis tui prædicator, quam mei jactans, revelavi*. Ubi Paulinus vitam Sancti Martini Episcopi Turonensis eo adhuc vivente ab eodem Severo scriptam, se Melaniæ primo, & postea Nicetæ legisse affirmat. Quare fallitur Chiffletius in part. 2. Paulini Illustr. cap. II. ubi ait, *Paulinum* Nicetæ primum, deinde etiam Melaniæ Sancti Martini vitam recitasse, ideoque videri sibi *Nicetam* natali diei Sancti Felicis mense Januario anni CCCXCVIII. interfuisse, ac Melaniam sequenti vere Nolam adiisse. Præterquam enim quod laudata Paulini verba contrarium manifeste indicant, *Melaniam* currenti anno, & *Nicetam* insequenti Nolam adventasse, non videtur in dubium revocari posse.

Nicetas Episc. Romatiana Civitatis anno sequenti Nolam venit.

Cr-

S. Nicetæ prior adventus in Italiam.

ordine adnumerare. Sed cum in nono a Paulino edito Natalitio mentio habeatur de posteriori ejusdem Nicetæ adventu Nolam, eumque contigisse dicat anno quarto a priori ipsius adventu; affirmare opus est, ipsum ejus priorem adventum, tempore quo natalitium quintum elaboravit, accidisse. De ejus enim posteriori adventu quo meminit de priore, isti sunt versus (a):

(a) Paul. in Natal. 9.

Venisti tandem quarto mihi redditus anno:
Sed grates Christo, quia te vel sero revexit.

Tempora Natalitiorum S. Felicis a S. Paulino editorum.

Cum igitur hac ratione priorem ejus adventum contigisse oportuerit tempore quinti editi Natalitii; in quem Domini annum illud potissimum inciderit, hoc exquirendum est. Numeranda quidem esse Natalitia illa Paulini ab ultimo anno, quo adhuc detentus in Hispania Romam parabat adventum, ex ipso satis intelligi potest: fuit ille annus Domini (ut vidimus) trecentesimus nonagesimus tertius. Sequenti autem, cum jam ad Natalem diem S. Felicis Nolam se contulisset, secundum ordine edidit Natalitium. Cum vero (ut ejus testificatione liquet) jam annum apud eundem S. Felicem egisset in ipso agro Nolano, quando & legationem ab Episcopis Africanis suscepit, qui fuit annus Domini trecentesimus nonagesimus quintus, tertium ab eo scriptum est Natalitium: sequenti vero anno, nempe superiori, quartum: unde hoc ipso anno Domini trecentesimo nonagesimo septimo, ipsum quintum elucubratum fuisse Natalitium, necessario dicendum est: quo tempora & Nicetæ adventum contigisse, æque opus est affirmare, cum a quinto Natalitio usque ad nonum numerus ille perficiatur annorum quatuor, quo Nicetas reditum in Italiam prorogavit.

XV. Qui igitur ex Dacia veniens Romanis (ut ait Paulinus b) apparuit admirandus, æque innotuisse Romano Pontifici, atque Apostolorum limina visitasse, quis poterit dubitare? Si enim nulla alia causa, quam invisendorum locorum sanctorum tam longam difficilemque peregrinationem obiisse Paulini assertione dicitur; potuitne præteriisse venerandas Apostolorum Memorias universo antiquitus celeberrimas Orbe, & ad eas non accessisse, insalutatasque reliquisse, qui Nolam se contulit ob S. Felicis sepulcrum? Certe quidem (si conjectura interdum verisimili ex similibus comparata exemplis agere concessum est) haud par est credere, qui tantam ad barbaras gentes agebat molem Apostolatus, sub tantæ rei pondere, veluti operibus omnibus feriatum, tot interjacentes, ut iterum in Italiam se conferret, peragrasse provincias, nisi consulendi primariam Apostolicam sedem summa necessitas incubuisset. Hunc itaque Nolam advenientem (ut dictum est) cum digne S. Paulinus excepisset: quæ a Severo scripta atque missa fuerat Vita S. Martini, voluit eidem fieri manifestam.

(b) Paulin. epist. 10.

Ratio difficilis Nicetæ peregrinationis.

XVI. Scripserat enim eam Severus adhuc ipso Martino superstite: sed quando, & qua motus occasione, ipse docet his verbis (c): *Cum jam audita fide ejus, vita, atque virtutibus, desiderio illius æstuaremus: gratam nobis ad eum videndum peregrinationem suscepimus: simul quia jam ardebat animus Vitam illius scribere; partim ab ipso, in quantum ille interrogari potuit, sciscitati sumus; partim ab iis qui interfuerant, vel sciebant, cognovimus. Quo quidem tempore, credi non potest, qua me humilitate, qua benignitate susceperit: congratulatus plurimum, & gavisus in Domino, quod tanti esset habitus, quem peregrinatione suscepta expetissemus. Miserum me (pene non audeo confiteri) cum me sanctis convi-*

(c) Sever. in Vit. S. Mar. c. ult.

Vita S. Martini a Severo scripta.

PAGIUS V·I. *Quod ex S. Paulino demonstratur.*

Cæterum *Nicetæ* Nolam accessum ad annum sequentem pertinere, docet Paulinus in Carmine Natali IX. Sancti Felicis, quod in anno CCCCII. incidit. Cum enim Nicetes tunc iterum Nolam venisset, in eodem Carmine his verbis eum Paulinus compellat:

Venisti tandem, quarto mihi redditus anno.

Non potest autem annus Christi CCCCII. quartus esse a primo Nicetæ Nolam adventu, nisi is anno CCCXCVIII. primum in eandem civitatem venerit; cum ab eo anno ad CCCCII. sint anni quatuor completi. Verum est, Baronium primum Natalem Felicis in anno CCCXCIII. constituere; sed Chiffletius laudatus cap. 9. ex interitu *Radagaisi* Gothorum Ducis, qui contigit anno CCCCV. recte ostendit natalem Felicis XIII. in quo ejusdem *Radagaisi* cladis diserta mentio, editum esse mense Januario anni CCCCVI. ideoque & primum cum anno CCCXCIV. omnino copulandum esse. Insuper anno CCCCIII. num. VIII. demonstrabimus, octavum natalem scriptum esse die XIV. Januarii anni quadringentesimi primi; quod certo etiam evincit priorem competere in annum CCCXCIV. Paulinus quidem primum natalitium carmen, dum adhuc esset in Hispania, composuit; sed nonnisi anno CCCXCIV. Nolam post Festa Paschalia se recepit, ubi reliquo vitæ tempore cum quibusdam servis Dei habitavit.

VIII. *Niceta in Daciam redeuntis itinerarium.*

Bollandus ad diem VII. mensis Januarii, quo Sanctus Nicetes colitur, Baronii opinionem secutus, primum *Nicetæ* Nolam adventum in eonum currentem, & primum natalitium carmen S. Felicis in annum CCCXCIII. confert; indeque ejusdem Paulini Poema XVII. alias XXX. *ad Nicetam redeuntem in Daciam* cum anno Christi CCCCI. illigat & exponit; sed illud ad annum CCCXCVIII. & cum Carmine Natalitio V. copulandum esse, demonstrat carmen Natalitium IX. Sancti Felicis eo anno editum, in quo vers. 335. Paulinus canit. Quam

vivio suo dignatus est adhibere, aquam manibus nostris ipse obtulit, ad vesperum autem ipse nobis pedes abluit: nec renisi ad hoc, aut contraire constantia fuit: ita auctoritate illius oppressus sum, ut nefas putarem, si non acquievissem. Sermo autem illius non alius apud nos fuit quam mundi hujus illecebras, & saeculi onera relinquendi, ut Dominum Jesum liberi expeditique sequeremur: praestantissimumque nobis praesentium temporum illustris viri Paulini, cujus supra mentionem fecimus, exemplum ingerebat; qui summis opibus abjectis, Christum secutus, solus pene his temporibus Evangelica praecepta complesset; illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum: beatumque esse praesens saeculum, tantae fidei virtutisque documento, cum secundum sententiam Domini, dives & possidens multa, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat factu impossibile, possibile fecisset exemplo. Haec Severus de suo ipsius accessu & congressu cum S. Martino, ut ejus Vitam describeret, quod & tunc praestitit: adeo ut appareat, post conversionem Paulini: ante tamen praesentem annum fuisse elucubratam.

Accessus & congressus Severi cum Sancto Martino.

XVII. Porro sic (ut ipse testatur *a*) libellum ipsum de Vita S. Martini conscripsit, ut intra parietes domesticos contineret: uni tantum valde familiari immenso desiderio eumdem cupienti & valde exposcenti, pollicitatione praemissa ne cui concederet, tandem tribuit. Sed id plane accidit, quod idem Severus litteris ad Desiderium scriptis, se timere significarat, illis verbis: *Sed vereor ne tu ei janua sis futurus, & emissus semel, non queat revocari.* Sed quomodo editus atque vulgatus? creditus est libellus eidem ipsi qui supra Paulino, qui haec ad Severum (*b*): *Benedictus tu homo Domini, qui tanti sacerdotis & manifestissimi confessoris historiam, tam digno sermone, quam justo affectu percensuisti. Beatus & ille pro meritis, qui dignum fide & vita sua meruit historicum; qui & ad divinam gloriam suis meritis, & ad humanam memoriam tuis litteris consecratur.* Haec ipse Paulinus: qui acceptum libellum illum (ut nuper vidimus) legit Nicetae Episcopo, sicque S. Martinus innotuit Borealibus barbarorum gentibus. Legit tunc & Melania, & sic idem S. Martinus in Urbem invectus est, ex qua celerrime est vulgatus in Orbem. Sed quomodo? Audi Posthumianum (*c*):

(*a*) Sever. ep. ad Desider. ante libellum praefixa.

Quomodo Vita S. Martini ubique vulgata.

(*b*) Paulin. ad Sever. ep. 5.

(*c*) Sever. Dialog. 1. c. 16.

XVIII. *Referam tibi plane*, inquit, *quo liber iste penetraverit, & quam nullus fere Orbis terrarum locus sit, ubi non materia tam felicis historiae pervulgata teneatur. Primus eum Romanae urbi vir studiosissimus tui Paulinus invexit. Deinde cum tota certatim Urbe raperetur, exultantes librarios vidi, quod nihil ab iis quaestuosius*

Vita S. Martini toto pene Orbe diffusa.

PAGIUS

Quam metui ne te mediis regionibus hostis
Disclusum opposita bellorum nube teneret?
Sed desideriis superantibus, obvia nobis
Vincula rupisti: nec te mare, nec labor ullus,
Nec Gothicus tenuere metus, &c.

Ubi sine dubio Paulinus respicit ad bellum Gothicum anno CCCCII. Romanos inter & Gothos in Italia gestum, de quo anno CCCCIII. num. VI. agemus. Quare hallucinati sunt viri doctissimi, qui autumarunt poema illud copulandum esse cum anno CCCCI. aut CCCCII. cum in eo nullius belli mentio fit, prosperam tantum navigationem Paulinus Nicetae discedenti optet, annoque CCCXCVIII. omnia in Italia tranquilla fuerint. Poema illud, in quo sunt aliqua quae viros Eruditos irretitos tenuere, occasione Carminis Natalitii Sancti Felicis V. nobis hic explicandum.

Versu itaque 26. ait Paulinus:

IX. Ex Italia Thessalonicam navi advectus est.

Ibis Arctoos procul usque Dacos,
Ibis Epiro gemina videndus,
Et per Aegeos penetrabis aestus
Thessalonicen.

Jam anno superiori monui, *Paulinum* Daciae nomine intelligere novam & Cisdanubianam, non vero antiquam & Transdanubianam, ac *Romatianam* patriam Nicetae ejusque sedem Episcopalem, positam fuisse in Dacia Mediterranea. Utraque vero Dacia tam Mediterranea, quam Ripensis subdita erat Metropolitae Thessalonicensi tanquam Vicario Sedis Apostolicae per totum Illyrium Orientale. Thessalonicam *Nicetas* a Canusio ad Aufidum flumen, cui haud procul adjacebat emporium, teste Strabone lib. 6. navi advectus est, pertransitis utroque Epiro & oppidis a Paulino in suo Poemate memoratis. Tum versu 188.

Sed freto emenso superest viarum
Rursus in terra labor, ut veharis
Usque felices, quibus es Sacerdos
Praestitus oras.
Tu Philippaeos Macedum per agros,
Per Tomitanam gradiere urbem,
Ibis & Scupos patria propinquos
Dardanus hospes.

Bollandus loco laudato existimat, *Nicetam* Thessalonica *Philippos* ad extremos Macedoniae fines in Edonide Provincia, celebrem tunc urbem petiisse, nisi subdit idem Scriptor, per Philippaeos Macedonum agros intelligere ipsam generaliter Macedoniam & non uni regnato Philippo arva, quis velit. At urbs *Philippi* dicta, cum non *Scupos* Dardaniae Metropolim, sed Perinthum aut Constantinopolim duxisset; ut ex quinto & sexto segmento Itinerarii Peutingeriani, ubi iter Thessalonica ad Scupos accurate describitur, evidenter patet. Neque etiam Paulinus Philippaeorum agrorum nomine provinciam Macedoniae intelligere potuit; cum jam Thessalonicam Macedoniae Metropolim sigillatim expresserit. Designat itaque peculiares quosdam agros Macedoniae olim a Regibus Philippis possessos, in quibus cum nulla alicujus nominis urbs fuerit, ii a Geographis non memorati.

Di-

ftus haberetur; siquidem nihil illo promptius, nihil carius venderetur. Hic navigationis meæ cursus longe ante progressus, cum ad Africam venissem, jam per totam Carthaginem legebatur: solus eum Cyrenensis ille presbyter non habebat; sed me largiente descripsit. Nam quid ego de Alexandria loquar, ubi pene omnibus magis, quam tibi notus est? Hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna transivit: Hunc ego in eremo a quodam sene legi vidi: cui cum me familiarem tuum esse dixissem, & ab illo & a multis fratribus hæc mihi injuncta legatio est, ut si unquam terras istas, te incolume, contigissem; ea te supplere compellerem, quæ in illo tuo libro de virtutibus beati viri professus es prætermisse. Age ergo &c. Suppletus est liber a Severo, auctarioque locupletatus per epistolas de ejusdem viri sancti obitu postea ab eo scriptas, adjecto insuper additamento Dialogorum.

XIX. Quid Romæ Melania atque Ruffinus.

Jam vero, ubi satis apud Paulinum Nolæ consedimus, Melaniam cum Ruffino redeuntem in Urbem prosequamur. Qui enim diu ab Urbe absentes, Hierosolymis tamquam in spiritali quadam Academia, ut veram excolerent sapientiam quinque (ut vidimus) lustris consederant,

PAGIUS X. *Per Macedoniam & Dardaniam in patriam redit a*

Dicit postea Bollandus, *Nicetam* Thraciæ patrem emensum, *Tomos* Mysiæ inferioris ad Pontum Euxinum sitam urbem pertigisse. At hoc pacto viam deviam Nicetas iniisset. Vidit difficultatem *Le-Brunus* in Vita Sancti Paulini cap. 2. aitque, *Paulinum* Geographiam ignorasse, inde manifeste liquere. Verum cum Paulinus urbes, per quas Nicetas transiturus erat, nonnisi ab ipsomet discere potuerit (quia Propempticon illud, quo eum obeuntem per urbes, quas invisurus erat, prosequitur, ante Nicetæ Nola discessum scriptum fuit; ea interpretatio stare non potest. Neque etiam quis dicat, fuisse aliam urbem *Tomi* vel *Tomorum* nomine appellatam; ejus enim aliquis Antiquorum meminisset. Cum itaque inter Thessalonicam & Scupos, *Stobos* celebris urbs Macedoniæ a Plinio, Ptolemæo, & in Conciliis memorata, posita fuerit, nullum mihi dubium est, quin legendum sit, *Per Stobitanam gradieris urbem.* Asserit Paulinus Scupos fuisse Nicetæ *Patriæ propinquas*, quia Dardania & Dacia Mediterranea, in qua sita Romatiana civitas, finitimæ erant. Nicetam vero natum fuisse Romatianæ, docet Paulinus vers. 320,

Esto nobiscum, licet ad paternam
Veneris urbem.

Non enim natus populi Magistrum,
Sed nec amat dedit esse civem
Te Deus terræ, patria ecce nostra
Te sibi sumit.

Neque dici potest, Nicetam *Dardanum* fuisse; cum Paulinus citatus eum *Dardanum hospitem* appellet: qui enim in Dardania seu in civitate Scuporum, Dardaniæ Metropoli hospes erat, Dardaniam patriam sortitus non est. Hinc Isidorus lib. 3. Etymolog. cap. 35. *Hospitium, ubi quis ad tempus Hospitali jure inhabitat, & iterum inde transiens migrat.* Hospitis quidem nomen tam pro eo qui excipit, quam pro eo qui excipitur, sumi solet; sed quia Paulinus ait, *Ibis Dardanus hospes Scupos*; quis non videt, ibi ab eo usurpari pro eo qui exceptus est. Sic Cicero lib. I. Acade. *Nam nos in nostra urbe Peregrinantes, errantesque tanquam Hospites*; & pro Rabirio: *Adeone Hospes hujusce urbis?*

XI. *Divina variis linguis persolvi curat,*

Theodorus Petræ Episcopus in Vita Sancti Theodosii Cœnobiarchæ hactenus inedita, quæ aliquando lucem videbit inter Opera posthuma Combefisii, rem notabilem refert de Sancto Niceta: *Quatuor Ecclesias*, inquit, *intra septa Monasterii construxit. Unam quidem in qua Patrum numerosus cœtus seorsim lingua Græca Deo immolat, uti scriptum est, sacrificium laudis. Alteram, in qua Bessi propria ipsorum lingua vota & preces reddunt Deo altissimo. Tertiam, in qua Armeni lingua patria Domino litant. Quartam in qua Fratres ab immundo Spiritu vexati, una cum Ministris illorum obsequiis deditis Salvatori Christo gratiarum actiones referunt. Sic igitur ea illis sacer divina Psalmodia canon, septies in die explebatur: cum vero sacra Communicens Calesta peragenda erat, Missæ Officium ab initio ad divinorum Evangeliorum lectionem singuli in propria ipsorum Ecclesia facientes. Sic omnes, exceptis duntaxat Fratribus energumenis, in magna mentium lingua Græca Ecclesia congregantur, ibique divinis mysteriis imperiuntur.* Quod a Monachis factum, non quod reliquum Missæ lingua vulgari celebrari non posse crederent, sed ut omnes ejusdem Sacrificii Communioni participarent, quod magnæ virtutis & efficaciæ esse arbitrabantur, idque cum omnes in una eademque Ecclesia Mysteriis interesse non possent, quemadmodum Romæ per Titulos Eucharistiam in utraque specie consecratam mitti mos erat, ut anno CCCXIII. ostendimus.

XII. *Petitum a Sinensibus, ut Missa nativa lingua apud se celebraretur.*

Hoc egregium exemplum adjici potest iis, quæ Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. dissert. XVIII. & in Paralipomenis ad eamdem in medium affert, ut probet optandum esse, ut Sacra Congregatio de Propaganda fide indulgeat Sinis & Japoniis, aliisque cultissimis nationibus linguam Latinam penitus ignorantibus, nec eam nisi difficillime docendis, ut sua quisque lingua Missam celebrare possint. Sic enim facilius vulgus ad fidem Christianam adduci, vel in ea retineri potest. Ea indulgentia erga Ruthenos Ecclesia Græca usa est, postquam eis per Prædicatores a se missos Christi fidem tradidit cum Græcis ritibus exercendam. Sua enim ut littera, sic & lingua propria (quæ ipsa quoque Slavonica est) agere permissi sunt, atque etiam nunc sic agunt omnia, non tantum Schismatici sub Moscorum dominatu; sed etiam Catholici sub Rege Poloniæ. Alia exempla apud Papebrocium laudatum legenda. Porro Sanctus *Theodosius Cœnobiarcha*, cujus Vitam Theodorus ejus discipulus scripsit, seculo sexto floruit, ut ibidem videbimus.

XIII. *Rufini opera Origenismus Romæ innotescit.*

A num. XIX. ad XXV. Cum *Rufinus & Melania*, Nola relicta, Romam pervenere, hæreses Origenianas, ibidem disseminarunt. Verum sancta *Marcella postquam sensit fidem Apostolico ore laudatam in plerisque violari, ita ut Sacerdotes quoque & nonnullos Monachorum, maximeque seculi homines in assensum sui traheret* (nempe Rufinus) *ac simplicitati illuderet Episcopi*

rant, eum primum Romam venerunt, omnium piane oculos præ admiratione in se cooverterunt. Læti jam iiit videre præsentes, quæ de iisdem absentibus summo sæpe præconio fama detalerat; sed non videre taotum, verum & audite folicití; sicque ab ore ipsorum tamquam a cœlesti quodam illato Romam oracuio pependerunt. Cum ipsi, quam ex Origenis libris didicerant, Stoica indoienria perfectiffimæ, & ad omnes numeros absoiutæ vitæ Christianæ specimen edentes, maxima apud Christianos omnes, qui Romæ erant, perpaocis eruditis exceptis, quos antea S. Hieronymus iitteris monaisset, existimatione fueruut. Cum sic igitur animos Civium erga se suosque esse pronpensiores & optime affectos Ruffinus intellexisset: evestigio impietate referta allata secum ea Ægypto primum, inde Hierosolymis scrinia reserat, indeque depromit pestiferas merces, sed ita faliaciis obvolutas, & auro cælatas, ut bene prudentes & sapientes quoque eædem decipere potuissent.

XX. De Origenis hæresibus Romam illatis. (a) Hieron. Apol. lib. 2.

De appulsu autem horum in Romanum Portum agens S. Hieronymus, hæc per antiphrasim (a): *O trirenem locupletissimam, quæ Orientalibus & Ægyptiis mercibus Romanæ urbis ditare venerat paupertatem! Tu maximus ille es: Unus qui nobis scribendo restitais rem. Ergo nisi de Oriente venisses, eruditissimus vir hæreret adhuc inter mathematicos:* Et paulo post: *Te multo tempore Pharus docuit, quod Roma nescivit: instraxit Ægyptus, quod Italia hacusque non habuit, &c.* At ne sibi esset impedimento quod apud nonnuiios Origenis nomen male audiret, idem Ruffinus Apologiam pro Origene ab Eusebio Cæsariensi scriptam, nomine tamen martyris Pamphiii, a se vero Latinitate donatam mox edidir, addiditque pro eodem recens a se item volamen elaboratum, cujas erat titulus: *De adulteratione librorum Origenis*. Sed & quod magis mireris, nec quidem ipse Ruffinus erubuit Romæ jactare tum S. Hieronymum, tum etiam Theophilum Alexandrinum Episcopum iisdem Origenis erroribas assentiri. Testator id qoidem ipsu S. Hieronymus in epistola quam postea ad Pammachium scripsit (b), ubi ait: *Me & Papam Theophilum sui jactabat erroris: latratuque impudentissimorum canum, ad inducendos simplices, nostrum mentiebatur assensum.* Hæc ipse.

(b) Hier. ad Pammach. ep. 78.

XXI.

Sed quod spectat ad Periarchon & Apologiam nomine Pamphiiii martyris pro Origene a Ruffino editam; audi Hieronymum (c) ab Oriente, ita at Romæ audiretur, velati tonitruum, vehementius obstrepentem: *Ruffinus non ante Urbi, sed Orbi blasphemias Origenis, & περὶ ἀρχῶν, libros*

(c) Hier. in dial. advers. Pelag.

PAGIUS

scopi (nempe Siricii Pontificis Romani) *qui de suo ingenio cæteros æstimabat: publice restitit, malens Deo placere, quam hominibus*, inquit Hieronymus in Epist. XVI. ad Principiam Virginem, quæ Vitam sanctæ Marcellæ complectitur. Nobilissima hæc Matrona *viro post nuptias septimo mense privata est*, recusavitque denuo nubere Neratio Cereali, qoi Consulatom ordinatium anno CCCLVIII. gessit. Monachatum prima Romæ amplexa est, licet nulla Romæ auderet *propter rei novitatem, ignominiosum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere*, inquir Hieronymus citatus. Eamdem Hieronymus Epist. CXL. magistram proponit Principiæ Virgini: *Habes ibi*, inquit, *in studiis scripturarum, & in sanctimonia mentis & corporis, Marcellam & Asellam*. Marcella filia Albinæ, discendi cupidissima erat, ut docet Hieronymus in Præfat. in Epistolam ad Galatas, cujus verba Baronius anno CCCLXXXII. num. XXXVIII. de Albina matre perperam interpretatus: *Literæ*, inquit, *Hieronymus, mihi de Urbe allatæ sunt, nunciantes & Albinam venerabilem anum præsentia Domini redditam, & S. Marcellam matris contabernio destitutam, magis nunc vestrum, o Paula & Eustochium, flagitare solatium: & quia hoc interim fieri non potest propter grandia maris in medio spatia atque terrarum, repente vulnus impressum saltem Scripturarum vellem curare medicamine. Scio equidem ardorem ejus, scio fidem, &c. Certe cum Romæ essem, nunquam tam festina me vidit, ut non de Scripturis aliquid interrogaret*, &c. ubi Hieronymus manifeste agit de Sancta Marcella; cum Albina jam esset mortua, ut animadvertit Rosvveydus in fine lib. I. de Vitis Patrum. Feminam itaque senioæ, & Melaniæ Marcellam Christus opposuit, quæ de Origenis erroribus trophæa erexit.

XIV. Rufinus Versionem suam librorum Periarchon Romæ publicat.

Melania & Rufino Romæ anno sequenti existentibus, *tunc librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio: tunc discipulus ὄλβιος, & vere nominis sui: si in talem Magistrum* (id est, Rufinum) *non impegisset: tunc nostrorum διδασκάλων contradictio, & Pharisæorum turbata est schola*, inqoit Hieronymus io Eoistola XVI. ubi loquitur de Macario, cui Rufinus præfationem io Periarchon inscripsit. Nam ὄλβιος, & Μακάριος Græcis synonima sunt, ac *beatum* significant. *Macarius* iste, quem Rufinus deceperat, deio puritati catholicæ doctrinæ redditus, vitæ etiam sanctimonia clarus fuit, ut videre est apud Bollandum ad diem II. mensis Januarii, quo colitur; ubi is observat Macarium Romanum apud Lavinum in Italia cultum, alium esse ab eo *Macario*, cujus in Vitis Patrum Vita exiat a Theophylo & duobus sociis Monachis scripta, licet Baronius in Notis ad diem II. Januarii otrumqae io unum perperam confiarit. Tomo IX. Operum Sancti Hieronymi, sect. 2. extant memorata loco laudato scripta, & fragmenta libri Periarchon. At ante annum CCCXCVIII. *Rufinus* Versionem illam Romæ promulgavit; cum Sanctus Hieronymus anno tantum CCCXCIX. io Oriente præfationem, quam eidem præfixerat Rufinus, acceperit, ut constat ex illius Epistola ordine LXVI. ad Rufinum, eo anno data, ut infra videbimus, in qua Hieronymus ait; *Præfatiuncula Librorum περὶ ἀρχῶν ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse; in qua oblique, imo aperte ego petor*. Quod si ea injuria ei hoc anno illata fuisset, hac de re cum Rufino expostulare in annos duos non distulisset S. Doctor, qui ea Epi-

Bros, quantum in se fuit, intulit: ita ut Eusebii quoque primum librum defensionis Origenis sub nomine Pamphilii martyris ederet; & quasi ille parum diceret, novum pro eo volumen evomeret: Et rursus in eum (a): *Cur*, inquit, *translaturus hæreticam defensionem eorum, præmittis quasi martyris librum; & id Romanis auribus ingeris, quod translatum, nempe περὶ ἀρχῶν, totus Orbis expavit? &c.* His igitur præcursoribus curavit Ruffinus purulentum Origenis περὶ ἀρχῶν, Romam invehere, quo ab omnibus pacificis salutaretur occursibus, & nescientes imaginem bestiæ adorarent. Neque vero hæc sibi visa sunt satis: sed & adhuc addidit ad decipiendum summa quidem arte excogitatum portentum: ut de eo merito illud Psalmistæ appareat decantatum (b): *Sicut novacula acuta fecisti dolum*: & illud (c): *Lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum*: cum videlicet id effecerit, ut quamvis ipse fur esset & latro, istæ ipsa fuerint tamen adversus sanctum Hieronymum protinus conclamata.

(a) Hieron. Apol. adv. Ruffin.

Apologia pro scriptis Origenis vulgator Romæ a Ruffino.

(b) Psal. 51.

(c) Psal. 49.

XXII. Quonam modo ista contigerint, audi. Cum ille pro Origene ejusmodi præmisisset defensores, sic περὶ ἀρχῶν, ipsius voluit edi, ut eidem præfationi affixæ, nomen suum silentio prætermiserit, quo & nomen interpretis haberetur incognitum: absque titulo enim auctoris præfationem illam editam esse, ex eo intelliges, quod de eadem S. Hieronymus postea ad Ruffinum (d) scribens ait: *Præfatiuncula librorum περὶ ἀρχῶν ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse, &c.* Instar enim sepiæ quæque hæresis nigredinem primum ab obscurandam veritatis claritudinem vomit: quod commune sit omnibus male agentibus, lucem odisse. Quid igitur veneni lateret in præfatione illa, quidve vitiosum esset in ea interpretatione, ut merito Ruffinus nomen suum silentio obvolvendum putaverit, in apertam jam lucem cunctis aspiciendum proda-

Ruffinus versute in criminis suspicionem adducit S. Hieronymum.

(d) Hier. epist. 66.

PAGIUS stola testatur, se *amicitias reconciliatas pure colere*. Rufini vero nomen in ea præfatione non extabat, quia Pammachius & Oceanus in sua ad Hieronymum Epistola, quæ inter Hieronymianas ordine est LXIV. scribunt aliquem *ex Fratribus schedulas* ad se *cujusdam* detulisse, quæ *Origenis* volumen continerent, non vero quod *Rufinus*, nomen suum tacuisset, ut suspicatur Baronius num. XXII. cum enim Rufinus præfationem illam Macario laudato, qui Præfectus Urbis fuerat, ut prodit Palladius in Lausiaca cap. 123. dedicarit, ejusque in corpore Præfationis meminerit, nomen suum silentio non prætermisetut.

XV. *Cernentes Haretici de parva scintilla maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam jam ad culmina pervenisse, nec posse latere quod multos deceperat; petunt & impetrant Ecclesiasticas Epistolas, ut communicantes Ecclesiæ discessisse viderentur*, inquit Hieronymus Epist. XVI. loquens de Rufini Roma discessu, literisque ab eodem a Siricio Papa obtentis. Hæ literæ *formatæ*, seu *communicatoria* vulgo dicebantur, erantque publicæ velut tesseræ, quibus in longinqua peregrinantes Orthodoxæ fidei professores ostendebantur: Eas opposuit postea Rufinus Anastasii Papæ literis, quibus ob tentatam Periarchon interpretationem increpabatur: hoc enim ei exprobrat Hieronymus in Apologia II. *Siricii jam in Domino dormientis profers Epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis*. Testantur autem idem Anastasius in Epistola ad Joanem Hierosolymorum Episcopum, aliique Veteres, Origenem Latinis, ante Rufini interpretationem incognitum fuisse; non quidem omnino; cum aliquot Homilias, petente Damaso, Hieronymus Latino sermone legendas Romanis prius dedisset, ut scribit Rufinus in præfatione librorum Periarchon; sed quoad errores in libris hujusmodi contentos.

Rufinus cum literis formatis Siricii Papa Roma discedit.

XVI. Doluit certe Hieronymus, quod communicatoriam *Siricii* jam defuncti Epistolam Rufinus jactabundus proferret, & quod illam mala fide a candido Pontifice extorquens ante ipsius obitum, eidem illuserit; sed non scripsit Siricium celeri morte sublatum esse, ut loquitur Baronius, sed somno Sanctorum in Domino obdormisse, *Siricii jam in Domino dormientis profers Epistolam*. Et tamen Baronius num. XXI. & seq. arbitratur *Siricium*, quod periclitanti Ecclesiæ occasione errorum Origenis non statim occurrerit, citius ex hac vita sublatum esse: hancque Siricii conniventiam in pavendum illorum Pontificum exemplum adducit, qui causam fidei paulo segnius tractantes, quam celeriter ex hac vita subducti sunt. Verum, ut inquit Florentinius in notis ad Martyrologium Hieronym anum ad diem XXVI. mensis Novemb. cui Sancti Siricii nomen inscribitur, *Siricius*, qui annos fere quindecim sedit, plures in diuturnitate Cathedræ Pontifices Romanos æquavit, plures superavit. Cumque *Liberio* extra Urbem ab Arianis creato Diaconus ministraverit, septuagenario major e vivis excessit. Præterquam quod mortem *Siricii* ultionis divinæ argumentum non esse, convincunt verba, quæ de Anastasii ejus successoris breviori vita subnectit Hieronymus, *quem diu Roma habere non meruit*; male enim eadem vitæ festinata abscissio, in uno ad insimulandam negligentiam eodem contextu induceretur, in alio ad sanctitatis indicium. Quid facilius erat, quam *Rufinum* Romam Hierosolymis cum illustri *Melania* redeuntem, fama morum & doctrina clarum tolerare, & *Origenem* nondum apud Latinos male audientem, quia etiam ipsius Hieronymi licet falsa auctoritate illustratum, non statim explodere; præsertim cum Romani Presbyteri & nonnulli Monachi assensum *Rufino* præberent, & apud *Siricium* laudarent? A dolo quidem Baronius *Siricium* num. XXIV. excusat, sed non a negligentia, cum tradat eundem, ne errores Origenis magis diffunderentur, divina indignatione sublatum esse. Verum cum *Origenis* errores ex mala *Rufini* interpretatione ante *Anastasium* latuerint; quid culpabile *Siricius* omiserit, non appáret, & communicatorias litteras Rufino de more concedens, dum hic optime apud omnes ante vulgatum Romæ Periarchon audiret, non videtur in crimen vocandus.

Siricius Papa a Rufino deceptus fuerit.

XVII. Liquet enim ex Hieronymo in Epistola VIII. ad Demetriadem de servanda Virginitate, sub Si-

damus. Erit plane quod mireris, lector, cum intueberis filiorum tenebrarum incredibilem in male agendo versutiam.

XXIII. Dolosa Ruffini Præfatio Periarchon Origenis apposita.

Qui igitur tacito suo nomine, ad se translatum hæresibus refertum Origenis περὶ ἀρχῶν Romæ editurus erat, frontem operis, ipsa inquam meretricis prostibuli limina auro tecta ornata reddidit atque compta, ut ad ingressum homines ea dolosa arte pelliceret: quod præstitit, cum suspectum Origenis nomen faceret testificatione S. Hieronymi venerandum, dum quæ ab eodem adeo celebri auctore ejusdem Origenis lucubrationes essent hactenus Latinitate donatæ recenset, & ejus de ipso elogia recitat. Ea quibus alterum de duobus eventurum præsentiret; vel ut ita Origenis περὶ ἀρχῶν avidius acceptum, ab omnibus probaretur; vel si contingeret ob blasphemias respui, in Hieronymum ipsum antiquiorem Origenis interpretem ac laudatorem infamia verteretur. Ita quidem se habuit mali operis pejor interpres, pessimusque præfator. Unde si quis præfationem illam περὶ ἀρχῶν Origenis appositam, putentis cadaveris dixerit pollincturam, qua grave olens corrupta caro suavissimos spiraret odores; sane quidem scopum ipsum veritatis attigerit. Vide quorsum progressæ sint versipellis hominis artes.

XXIV. Ex Hieronymi nomine conciliat fidem hæresi Ruffinus.

Sed præstat ipsum audire Ruffinum, cum ista præfatur (a): *Scio quamplurimos fratrum scientiæ Scripturarum desiderio provocatos, poposcisse ab aliquantis eruditis viris & Græcarum litterarum peritis, ut Origenem Romanum facerent, & Latinis auribus condonarent: inter quos etiam frater & collega noster Hieronymus ab Episcopo Damaso deprecatus, cum homilias duas de Cantico canticorum in Latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeque præfatus est, ut cuivis legendi Origenem & avidissime perquirendi desiderium commoveret*: Et paulo post: *Nos ergo rem ab illo quidem coeptam sequemur & probatam: sed non æquis eloquentiæ viribus tanti viri ornare possumus dicta. Unde vereor, ne vitio meo illud accidat, ut is vir, quem ille* (nempe Hieronymus) *alterum post Apostolos Ecclesiæ doctorem scientia & sapientiæ merito comprobavit, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur.* Hæc quidem ipse & alia in commendationem Origenis ex testificatione S. Hieronymi, magni tunc in Ecclesia nominis: cujus quoque auctoritate adhibitam in idem Opus interpretando fraudem voluit contexuisse, cum addit: *Quantum fieri potest interpretando, sequar regulam prædecessorum, & ejus præcipue viri* (nempe

(a) Apud S. Hier. to. 9.

PAGIUS Excusatione dignus.

Siricio adhuc in paucis serpsisse Origenis errores, per Rufinum & Melaniam Romam sub Siricio invectos: *dum esset parvula*, inquit Hieronymus, *& sancta ac beata memoria Anastasius Episcopus, Romanam regeret Ecclesiam, de Orientis partibus hæreticorum sæva tempestas, simplicitatem fidei, quæ Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est: sed vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ solicitudinis statim noxium percussit caput, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Cum ergo communicatorias literas Rufinus impetravit a Siricio, cujus simplicitati ob id illusisse significare videtur Hieronymus, cujus verba num. XV. in medium adduxi, nondum hæresis satis patefacta erat; idque tantum accidit sub Anastasio, licet penes *Rufini* & *Melaniæ* familiares jam male sanæ doctrinæ suspicio invalesceret. Nec quia *Siricius* dum viveret, bene de Rufino sensit, nondum cognita ejus venenata doctrina, a sanctitate decidit, sicuti neque divus Augustinus dum Epistolam XV. quæ novo ordine est inter Augustinianas LXXIII. Rufinum conciliare Hieronymo laborans, illum magni fecit: quamquam jam Apologetica & amarulenta opuscula inter utrumque vulgata fuissent sub Anastasio. Pugnavit *Siricius* contra Manichæos, & Priscillianistas in pluribus cum eis sentientes; cumque omnes radicitus Romæ præsertim evellere non posset, legem a Theodosio M. impetravit, ut sæcularibus pœnis tollerentur, quod etiam conjectatur Baronius anno CCCLXXXIX. num. LXIII. Pugnavit etiam contra *Flavianum* sedis Antiochenæ minus legitimum occupatorem, & Synodo inobedientem, iterato datis ad Imperatorem literis, & Capuam ob id Synodo indicta. Denique *Jovinianum* Epicurum Christianorum damnavit, & pro eradicandis Gentilitatis reliquiis desudavit, tum impetratis adversus eos secularibus pœnis a Theodosio M. tum in Idolorum fanis Romæ destruendis, quemadmodum eo sedente factum esse Prosper in Chronico & Divus Augustinus testantur. Plura suppeditabit Florentinius adversus omnia quæ in Annalibus Siricio objecta.

XVIII. Rufinus fere per biennium Romæ moratus est.

Cæterum *Rufinus* per biennium aut circiter Romæ mansit, ut ex Hieronymo non obscure colligitur; hic enim cum ab eo accusaretur, quod discipulos Romam contra ipsum submisisset, respondet in secunda Apologia adversus Rufinum: *Paulinianus & Eusebius post annum nostræ navigationis* (id est, post præsentem, quo n Palæstina Rufinum discessisse diximus) *profecti sunt*; (nempe Romam, ubi anno sequenti Rufinus erat) *Rufinus in causa Claudii* (est is diversus a Rufino Aquileiensi) *post biennium missus*, anno sc. CCCXCVIII. Hoc ipsemet Aquilejensis confirmat: libro enim primo Invectivarum pag. 174. tradit: *Quod si hoc in meis literis invenisset* (nempe idem Eusebius Rufini accusator) *& vere scrupulum aliquem ex ipsa lectione cepisset, cum me, sicut ipse nosti, Romæ positum haberet præsentem, continuo utique perquisisset, & ipsa ad me scripta detulisset, quippe qui usque ad ipsum tempus etiam videre me, & salutare, & in oratione communicare solitus erat &c. sine dubio numquam elegisset absentem lacerare, quem potuisset gravius confutare præsentem.* Librum autem illum Rufinus anno CCCXCIX. elucubravit. Quare ultra annum Romæ Rufinus substitit, ac fere biennio ibidem degit, ut ex eodem Hieronymo colligitur. Etenim cum *post biennium* a Rufini ex Oriente discessione, alter ille Rufinus in causa Claudii, Romam, deinde Mediolanum ad Honorium Imper. veniret, Hieronymus eundem, ut suo nomi-

pe Hieronymi) *cujus superius fecimus mentionem; qui cum ultra septuaginta libellos Origenis, quos Homiliaticos appellavit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in Latinum, in quibus cum aliquanta offendicula inveniantur in Græco, ita elimavit omnia interpretando atque purgavit, ut nihil in illis, quod in fide nostra discreparet, Latinus lector inveniat. Hunc ergo nos etiam, licet non eloquentiæ viribus, disciplinæ tamen regulis, in quantum possumus, sequimur, &c.*

XXV. Ruffinus simulat emendatum edi Periarchon.

Cum igitur istæc omnia S. Hieronymi exemplum sequi, & in genere interpretandi, Origenem expurgando, se illius profiteatur affectari vestigia; quis reprehendere vel hostis auderet, quod tanto ipse tentasset exemplo? Vel quis cunctando reciperet, quæ ipse (ut profitetur) Origenis ederet erroribus expurgata in Latinum conversa? Sed quid insuper? dolos dolis consarciens, ne ipse mendax argueretur & proditor; cum se erroribus, exemplo S. Hieronymi expurgatum librum editurum polliceatur, quid adjecerit, accipe: *Sicubi ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus, quod ab ipso in ceteris locis pie de Trinitate fuerat definitum; velut adulteratum hoc & alienum, aut prætermisimus, aut secundum ejus regulam protulimus, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam.* Hæc & alia ipse pollicitus, ad Origenis περὶ ἀρχῶν legendum securum sic aditum voluit præparasse, ut tamen domi exceptos hospites lethalibus incautos venenis latentis hæresis compotaret: nimirum cum lectorem securum redderet, dum pollicetur Origenem erroribus purgatum exhibere, præstitumque id ab eo putaret in reliquis, sicut in maculis hæresis Arianæ: sicque tutum redditum eundem incautum in foveam Origenis errorum præcipitem ageret.

XXVI. (a) Hieron. Apolog. adv. Ruffin.

Sed ubi ista? Audi Hieronymum (*a*) ad Pammachium ita scribentem: *Tuæ me, frater Pammachi, & suorum litteræ compulerunt, dicentes illos* (libros scilicet περὶ ἀρχῶν) *ab alio fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac ne parum epistolis haberem fidem, misistis exemplaria ejusdem translationis cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem contulissemque cum Græco: illico animadverti, quæ Origenes de Patre cum Filio & Spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata, de Angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse: ut qui in Trinitate Catholicum legeret, in aliis hæreticum non caveret.* Ita Hieronymus: quibus versutias intelligas hæreticorum, instar Judæ sic petentis Dominum osculo, ut laqueum ejus collo injiciendum procuret, & vinculis strictum captivum hostibus dedat.

Purgat tantum ex parte Ruffinus Origenis Periarchon, ut incautos decipiat.

XXVII. Dei providentia erga Romanam Ecclesiam.

Immenso tunc quidem periculo Romana fluctuavit Ecclesia, cum hæresum ille thesaurus manibus clericorum circumferretur, ab imprudentibusque laudaretur, exscriberetur, vipereoque fœtu multiplicaretur ubique: adeout, nisi Christi promissionibus firmissimo fundamento super firmam petram Ecclesia Romana in Petro consolidata fuisset, ejus casus jure timeri potuisset; ipsaque tunc naufragium expavisset navicula Petri, nisi Christus navigaret in ea. Plane accidit, ut, sicut cum Christus Pharisæorum (*b*) exagitaretur opprobriis, extollens vocem quædam mulier magnificare eum intrepide cœpit; ita Romanæ feminæ confessione fides Catholica ab Origenistarum blasphemiis vindicaretur illæsa: dum confundens sapientiam sapientum, silentibus iis, quorum muneris erat exurgere & stare pro muro domus Israel, excitavit Deus spiritum feminæ. Etenim exurgens tunc mulier, nova Debora, phalanges evertit Chananæorum. At quomodo adeo ingens facinus ediderit femina una, audi S. Hieronymum (*c*) rem his verbis accurate scribentem:

(b) Luc. 11.

(c) Hieron. epist. 16.

XXVIII. Marcella quid contra Origenistas.

In hac tranquillitate & Domini servitute, hæretica in his provinciis exorta tempestas cuncta turbavit, & in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi, nec ulli bonorum parceret: & quasi parum esset, hic

PAGIUS

mine Rufinum Aquileiensem Romæ adhuc agentem, salutaret, rogavit, ut liquet ex Epistola Hieronymi LXVI. ad Rufinum: *Sanctum quoque*, inquit, *presbyterum Rufinum ob quandam causam per Romam Mediolanum misimus, & oravimus, ut nostro animo, & obsequio nos videret*, Romæ sc. Quare exacto biennio nondum Hieronymus intellexerat Rufinum Aquileiensem Roma discessisse, quia sc. is anno sequenti in finem vergente, & paulo ante diem XXVI. Novembris, quo Siricius obiit, in patriam migrarat. Baronius, qui anno sequenti num. VI. Pauliniani & Eusebii Cremonensis legationem in Occidentem recte copulavit, ejusque causam exposuit, perperam hoc anno num. XXIV. Rufini profectionem in urbem Aquileiensem narrat, Emin. vero Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 2. licet ejus adventum ex Oriente anno CCCXCVI. contigisse perperam autumaverit, ejus tamen in patriam discessionem cum sequenti Christi anno accurate illigavit, & Rufinum Romæ circiter per biennium degisse observavit.

hic (in Palæstina scilicet) *universa movisse; navem plenam blasphemiarum Romano intulit Portui: Inventique protinus putella operculum, & Romanæ fidei purissimum fontem cœno lutoso permiscuere vestigia. Nec mirum, si in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus stultorum verberet nares, & obtorto fuste dentes mordentium quatiat: cum venenata spurcaque doctrina Roma invenerit quos induceret. Tunc librorum* περὶ ἀρχῶν *infamis interpretatio: tunc discipulus* ὄλβιος, *& vere nominis sui, si in talem magistrum non impegisset: tunc nostrorum* διδακτικῶν *contradictio, & Pharisæorum turbata est schola. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur; postquam sensit fidem Apostolico ore laudatum in plerisque violari; ita ut sacerdotes quoque & nonnullos monachorum maximeque sæculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet Episcopi, qui de suo ingenio cæteros æstimabat: publice restitit, malens Deo placere, quam hominibus.* Hæc de S. Marcella Hieronymus, de qua nos plura superius, sed & inferius dicturi sumus. At quænam hæc sancti Hieronymi veluti ænigmatibus obumbrata locutio? Quid per discipulum ὄλβιος, *& vere nominis sui, si in talem magistrum non impegisset?* Alludit plane auctor ad scriptionem illam Ruffini ad Macarium scriptam de adulteratione librorum Origenis, Romæ editam ad sternendam viam ejusdem Origenis erroribus: ad quem etiam præfationem in περὶ ἀρχῶν inscripsit. Qui cum Macarius diceretur, vere (inquit Hieronymus) ὄλβιος iste dicendus, hoc est Beatus, nempe Macarius ex nomine, nisi in talem incidisset doctorem. At quisnam iste Macarius fuerit, consule a nobis notata ad Romanum Martyrologium (*a*), ut ab aliis ejusdem nominis sanctis viris ipsum scias discriminare.

(*a*) *Die 2. Januar.*

XXIX. Origenistæ a S. Marcella detecti.

Sed ut ad Marcellam redeamus: Quo tandem perduxerit ipsa negotium; ex paucis quæ idem auctor subdit, possumus intelligere: nimirum valide egisse, atque restitisse certamen, insuper & hostes in fugam convertisse. Etenim ipsi ab ea palam detecti, negaverunt Periarchon hæresum promptuarium sua ipsorum opera in Latinum esse conversum, & inficiati sunt pariter se ea cum Origene sentire; atque præseferentes Catholicam disciplinam, ut Catholicæ Ecclesiæ communicantes, quæsierunt a Romano Pontifice litteras communicatorias, quo earum testificatione se probarent ubique esse Catholicos; ac ita his muniti litteris, ab Urbe probati Catholici discessisse viderentur. Nam de his subdit ista Hieronymus (*b*): *Cernentes hæretici de parva scintilla maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam jam ad culmina pervenisse, nec posse latere quod multos deceperat, petunt & impetrant Ecclesiasticas epistolas, ut communicantes Ecclesiæ, discessisse viderentur.* Hæcque cuncta acta ait vivente Siricio, quem anno sequenti ex hac vita migrasse dicemus. Cætera autem quæ subdit de eorumdem hæreticorum damnatione facta a successore Siricii Anastasio Papa, suo loco dicturi sumus.

(*b*) *Hier. epist. 16.*

XXX. S Marcella principium damnationis hæreticorum.

Cæterum idem S. Hieronymus de S. Marcellæ certamine atque victoria ista subdit: *Dicas: Quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium; dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab hæretico fuerunt errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorum: dum impia* περὶ ἀρχῶν *ingerit volumina, quæ emendata manu scorpii monstrabantur &c.* Addit enim, eo a sancta Marcella provectum esse negotium, quod cum intellexissent hæretici sese jam manifeste Romæ detectos esse, vocati licet ab Anastasio successore Siricii, cum venire penitus recusassent, absentes damnari meruerint: ut plane cunctis perspicue appatuerit, non dormire, neque dormitare, qui custodit Israel; licet interdum illi dormitent, quibus vigilandi munus incumbit.

XXXI. Excusatur Siricius Papa.

Sugillat tamen S. Hieronymus Siricii Papæ simplicitatem, non dolum: dum enim non adduci posset, ut crederet, in Christianis adeo fama conspicuis, hæresis occultari venenum, ex probitate animi sui nesciens (ut ait) mala existimare de aliis, haud confestim spiritualis gladio potestatis (ut par erat) deforme monstrum extinxit, neque citissime damnavit igni versionem illam veneno refertam περὶ ἀρχῶν Origenis. Licet & aliqua saltem ex parte excusationem illam prætexere jure potuisset, quod exemplo Evangelici patris familias usque ad messem siverit zizania crescere, ne cum eis evelleret triticum; expectans nimirum, ut qui vere essent hæretici, perspicue matura segete, certioribus signis fierent manifesti: etenim cum ejusmodi hominum genere negotium erat, qui venerant in vestimentis ovium, cum intrinsecus essent lupi rapaces, affectataque sanctitate, nec ea quidem vulgari, sed quæ esset toto Orbe spectata, aspidum ova foverent.

XXXII. Dei providentia erga Romanam Ecclesiam vigilat.

Cæterum, quod haud velociter Siricius periclitanti occasione Origenis errorum occurrit Ecclesiæ; quam citius, nempe anni sequentis exordio ex hac vita sublatus est: erectusque super cathedram Petri acerrimus oppugnator Origenistarum hæreticorum Anastasius Papa. Sæpe quidem atque pavendis est demonstratum exemplis, ut Pontifices illi qui causam fidei paulo segnius tractaverunt, ac remissius

cu-

curaverunt, a Christo primatio omnium pastore fuerint quam celeriter ex hac vita subducti: adeo ut manifeste fuerit declaratum, summo jugique studio, specialique diligentia semper invigilasse super Romanam Ecclesiam divinam providentiam, ne qua vel levi saltem suspicione hereticæ contagionis aspergeretur.

XXXIII. S. Marcella de impietate revexit triumphum.

Sed ut ad S. Marcellam iterum redeamus. Quam egregie divini judicii pondere certamen fuit æqua lance pensatum, dum per feminam dissipari delegit, quod duce femina per suos diabolus fuerat machinatus! Melania (quod & superius est demonstratum) vexillum impietatis, pietatis tamen charactere notatum, erexit, prægrandi dispendio Catholicæ veritatis: nam sub eo etiam paulo post Pelagius hæresiarcha ordines duxit. Hinc illa justa querela S. Hieronymi (a), dum totius hujusce militiæ recenset antesignanos: *Quid*, inquit, *volunt miseræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ (b) circumferuntur omni vento doctrinæ, semper discentes, & numquam ad scientiam pervenientes, & cæteri mulierculorum socii prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur*, &c. Subdit enim pererudite catalogum præcipuarum hæresum, quæ prævia semper aliqua cum hæresiarcha muliere, infeliciter prodierunt. Sed feminam feminæ, & Melaniæ Christus Marcellam opposuit, quæ & victricia erexit de damnata impietate trophæa.

(a) *Hier. ad Ctesiphontem adver. Pelag.* (b) 2. *Tim.* 3.

XXXIV.

Sed quod ad Rufinum spectat: etsi profectus Aquilejam, solum patrium petierit, & acceperit ab ipso Siricio Romano Pontifice communicatorias litteras Catholicis tantum (ut sæpius diximus) impertiri solitas; minime cessit culpæ Siricio: Nam cum ipsa hæretica interpretatio Periarchon Origenis nomine careret auctoris, nec a quo præfatio illa esset scripta liqueret: nihil est, quod Ruffinum nondum detectum, immo Catholicum se clamantem, & ab omni hæresi se alienum extrinsecus profitentem a Catholica communione extorrem facere deberet. Nec Romanæ sedis moris est non convictum quempiam condemnare. Cæterum ostentare solitum fuisse Ruffinum acceptam Siricii epistolam, quo se Catholicum esse omnibus demonstraret, testatur S. Hieronymus in Apologia adversus eum conscripta, cum ait: *Siricii jam in domino dormientis profers epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis?* Hæc ipse: re enim postea ab Anastasio bene comperta, accepit quam meruit Ruffinus ipse sententiam.

Ruffinus ostentat Siricii Papæ litteras.

XXXV. S. Ambrosii obitus tempus.

Hoc eodem anno, pridie Nonas Aprilis, S. Ambrosius ætatis suæ clausa periodo, ex hac vita migravit: ea quippe die natalia ejus & ad cælum transitus, Catholicæ Ecclesiæ monumentis, annis singulis publice repetendus, adscriptus habetur. Quod vero ad initam rationem temporis spectat; his ipsis anni hujus Consulibus Cæsario & Attico ejus obitum contigisse, Marcellinus (a) affirmat, cum sanctissimum sacerdotem in Chronico, tamquam epitaphio sepulcrali, ejusmodi commendatum reliquit elogio: *Ambrosius Mediolanensis virtutum Episcopus sanctus, arx fides, orator Catholicus, ad Christum Dominum commigravit*. Hæc ipse, paucis quidem summa complexus. Cæterum de anno ejus obitus non ex Marcellino solum ista firmamus, sed & confirmamus auctoritate Paulini Vitam ejus scri-

(a) *Marcel. in Chron.*

PAGIUS XIX. *Moritur S. Ambrosius Mediolanensis Episc.*

A num. XXXV. ad XXXVI. Hoc anno *die IV. Aprilis*, in quam Sabbatum sanctum incidebat, Sanctus *Ambrosius* Episcopus Mediolanensis ad Deum migravit. Diem nos edocet Paulinus Diaconus in ejus Vita, ubi Sancti Præsulis morte narrata, ait: *Atque inde ad Ecclesiam antelucana hora, qua defunctus est, corpus ipsius portatum est, ibique eadem fuit nocte, quam vigilavimus in Pascha*. Tum addit Paulinus, *Lucescente die Dominico corpus ejus* sepultum esse in Basilica, quæ hodie Ambrosiana appellatur, ubi ideo fuit ab antelucana hora Sabbati sancti usque ad initium diei Resurrectionis. Quare ipsa nocte Sabbati sancti *Ambrosium* demortuum Paulinum scribere perperam credidit Baronius. Beda in suo genuino Martyrologio, Florus, Ado, Usuardus, & passim alii, quibus addendum Martyrologium Romanum, diem depositionis Sancti Ambrosii ad diem IV. Aprilis memorant, ideoque indicant, mortem ejus hoc anno, quo Pascha in diem V. ejusdem mensis incidit, contigisse. Henschenius tamen in Exercitatione *de anno & die mortis Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis* præfixa Tomo I. SS. mensis Aprilis, ab istis Martyrologis discedit, existimatque Ambrosium anno sequenti e vivis abiisse, ideoque die XVII. mensis Aprilis, quia Pascha die XVIII. ejusdem mensis eo anno peractum est. Præcipuum ejus fundamentum ex Marcellino in Chronico deducitur, in quo ad Consulatum IV. Honorii & Eutychiani, ejus mors recitatur, non vero ad Consulatum Cæsarii & Attici, ut habet Baronius, qui mendosum Marcellini codicem nactus erat. Verum Marcellinus, præsertim per hæc tempora, sæpe in Chronologiam peccat, ut legenti patet. Ait secundo Henschenius, Gregorium Turonensem tradere Sanctum Ambrosium in extasi celebrasse exequias Sancti *Martini* Episcopi Turonensis, quem lib. I. cap. 46. asserit ad Deum migrasse *Attico Cæsarioque Coss.* mense Novembri *die Dominica*, seu anno Christi currenti. Quare, inquit Henschenius, Sanctus Ambrosius vixit adhuc anno sequenti; cum mense Aprili mortuus fuerit. Verum cum ex dictis in dissert. *de Anno & die Mortis Sancti Martini Episcopi Turonensis* constet S. Martinum die XI. Novembris anni quadringentesimi spiritum Deo reddidisse, apparitio illa Sancti Martini plane commentitia, ut hic & in Notis ad Martyrologium Rom. jam Baronius observavit. Porro parum curandum, quod aliqui Mediolanenses Episcopi, eam visionem in Ecclesia Mediolanensi, jam a pluribus se-

fcribentis, dum ait, ab obitum Theodosii usque ad Ambrosii mortem non intercessisse triennium. Sed & cum ex Concilio Carthaginensi tertio (a) missa fuerit legatio hoc anno sub dictis Consulibus mense Septembri ad Siricium Papam & Simplicianum Episcopum Mediolanensem: plane significatur, jam ante illud tempus Ambrosium ex hac vita discessisse. Nec est quod quis canonem illum alterius Concilii postea Carthagine celebrati esse, illi vero annexum Concilio, tergiversari possit. Nam Siricius Papa, cujus mentio illic fit, haud ad illud tempus vitam propagasse dici potest, quem constat anno sequenti, mense Februario ex hac vita migrasse. Ex quibus & colligere vales, ipsum S. Ambrosium sedisse annos vigintiduos, menses quatuor minus tribus diebus: creatum enim Episcopum diximus anno Domini trecentesimo septuagesimo quarto, septimo Id. Decemb. Gratiano III. & Equitio Consulibus. Hæc cum adeo perspicuis argumentis appareant, habes onde redarguas Gregorium

(a) Conc. Carth. 3. can. 48.

Turonensem, dum tradit ante S. Ambrosium defunctum esse S. Martinum, quem decessisse ait hoc anno iisdem Cæsario & Attico Coss. Sed in utroque ipsum errore lapsum, satis in Notis (b) ostendimus; & de anno obitus S. Martini, exacto habito ejus vitæ annorum calculo, superius tertio Annalium tomo demonstratum (c) est, dum de ejus die natali & a militia discessione pluribus disseruimus.

(b) Rom. Martyrol. die 4 Apr. & die 11. Novembr.
(c) Annal. tom. 3. anno Dom. 351.

XXXVI.

His igitur de obitus tempore elucidatis, quæ mortem præcesserint & in obitu contigerint, ipsamque fuerint subsecuta, hic ex Paulino reddamus: *Ipse autem (inquit d) de sua morte ante prædixit, quod usque ad Pascha nobiscum futurus esset: quod quidem meruit, Dominum obsecrando, quo maturius hinc liberaretur. Ingemiscebat enim vehementer, cum videret radicem omnium malorum avaritiam pullulare.* Sed eo magis cruciabatur, quod personas quoque Ecclesiasticas vehementer eadem pestis invaserat. Subdit autem post hæc: *Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur, cum* XLIII.

(d) Paulin. in Vit. S. Ambros.

Visio Paulini, & ultima lucubratio sancti Ambrosii.

PAGIUS

feculis depingendam voluerint, & in Breviariis memorari; cum ea traditio alteri ejusdem Ecclesiæ opponatur, quod scilicet Sanctus Ambrosius die quinta Aprilis depositus fuerit; & particularium Ecclesiarum traditiones errori obnoxiæ sint, ut innumeris exemplis liquet. *Ambrosium* vero die V. mensis Aprilis sepultum fuisse, docet antiquus Catalogus Episcoporum Mediolanensium ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ erutus a Mabillonio Tomo I. Musæi Italici part. II. & postea a Papebrocio initio Tomi VII. SS. mensis Maji, cujus Catalogi pars prior seculo sexto videtur exarata, ut ipsimet arbitrantur.

XX.
Mors Sancti Ambrosii a præsenti anno removeri non potest.

Valido argumento ex Concilio Carthaginensi hoc anno celebrato, defuncto sententiam suam Baronius probat. In ejus enim Canone XLVIII. legitur: *de Donatistis, placuit, ut consulamus fratres & consacerdotes Siricium & Simplicianum.* Hic enim Simplicianus alius esse non potest, quam qui Divo Ambrosio in Præsulatu Mediolanensi successit. Neque satisfacit quod respondet Henschenius, vel Simplicianum adhuc tantum Presbyterum fuisse, vel alium esse a Sancti Ambrosii successore: cum parum verosimile sit, Episcopos Afros, neglecto Ambrosio, cujus fama per omnium ora volitabat, *Simplicianum* adhuc presbyterum, ipso Ambrosio vivente consuluisse. Præterquam quod in eo concilio sermo est de Simpliciano, non Presbytero, sed *Consacerdote*, seu Episcopo; & in hujus temporis historia non occurrit aliquis alius Simplicianus Episcopus, quem Concilium illud consulere potuerit. Probari etiam potest ex Concilio Carthaginensi quinto Divum *Ambrosium* hoc anno vivere desiisse. Eo enim in Concilio *post Consulatum Fl. Stiliconis XIV. Kalend. Julias* id est, anno CCCCI. habito, cum ob Donatistarum sævitiam apud Ecclesias Catholicas maxima Clericorum penuria esset, statuerunt Africani, conveniendos Anastasium sedis Apostolicæ Episcopum, & *Venerium* Sacerdotem Mediolanensis Ecclesiæ, ut communi periculo provideant, & *consentiant*, quemadmodum loquitur Canon primus apud Labbeum Tom. II. Concil. pag. 1084. & 1085. ac pag. 1648. & 1689. *uti saltem qui parvuli baptizati sunt a Donatistis, & majores facti cognitum errorem deseruerunt, possint Clericatus officio admoveri.* Cum enim in Concilio III. Carthaginensi hoc anno coacto de eadem re Siricium & Simplicianum Canone XLVIII. consulendos constituant, de qua tunc *Anastasium* Papam & *Venerium* Mediolanensem Episcopum, dubium esse non potest, quin in Concilio III. Carthaginensi hoc anno congregato, de Simpliciano Episcopo Mediolanensi, & Siricio Papa verba faciant Patres illius Concilii. Anno sequenti num. XVII. & anno CCCC. num. II. duo alia argumenta in medium adducam, quæ hanc controversiam plane dirempturа sunt.

XXI.
Paulinus Diaconus Ecclesiæ Mediolanensis scripsit Vitam Sancti Ambrosii.

A Num. XXXVI. ad XLI. *Paulinum* scriptorem Vitæ Sancti Ambrosii, Mediolanensis Ecclesiæ diaconum fuisse, docet Marius Mercator ipso sui Commonitorii initio, ubi postquam dixit Cœlestium Pelagii sectatorem Roma Carthaginem venisse, subdit: *Ibi de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ urbis per libellum a quodam Paulino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus.* Auctor vero Prædestinati scribit: *astitit ei (Cœlestio) quidam Paulinus diaconus defensor & procurator Ecclesiæ Mediolanensis.* Periit accusatorius ille libellus Paulini, & remansit tantum memoria ejus; tum in libello, quem idem Paulinus misit ad Zosimum Papam, tum apud Augustinum, qui nonnulla illius fragmenta refert. Istum secundum libellum recitat Baronius anno CCCCXVIII. num. VII. cujus ex stylo intelligitur, unum eundemque esse, qui & Vitam Sancti Ambrosii scripserit & Cœlestium ad judicium Aurelii vocaverit. Unde emendandus Isidorus Hispalensis lib. de Script. Ecclesiast. cap. 4. a quo Paulinus dicitur *Presbyter*; cum longe etiam post vitam Ambrosii scriptam appelletur adhuc a Zosimo & ab Augu-

Psalmum dictaret, me excipiente & vidente, subito in modum scuti brevis ignis caput ejus cooperuit, atque paulatim per os ipsius, tamquam in domum habitator ingressus est: post quod facta est facies ejus sicut nix: postea vero reversus est vultus ejus ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus, obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi postquam visio ipsa transibat. Dicebat enim eo tempore testimonium Scripturæ divinæ, quod ego optime retinebam. Nam scribendi vel dictandi ipso die finem fecit: sed quidem ipsum Psalmum explere non potuit. Ego vero, id quod visum a me fuerat, honorabili viro Casto diacono sub cujus cura degebam, statim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus sancti adventum me in illo vidisse docuit lectione Actuum Apostolorum. Hæc de his ipse Paulinus exceptor: cujus ministerio perraro, vel nonnisi necessitate cogente, uti consuevit: nam de eo idem Paulinus hæc supra: *Nec*, inquit, *operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus ejus attenuaretur.* Quod & ipse Ambrosius, ad Sabinum (*a*) Placentinum Episcopum scribens, confirmat: *Non enim*, inquit, *dictamus omnia, & maxime noctibus, quibus aliis nolumus graves esse ac molesti: tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt, & profluo cursu feruntur; nobis autem quibus cura est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere, & lento quodam figere gradus aptius videtur propriam manum nostro affigere stylo, ut non tam deflare aliquid videamur, quam abscondere; neque alterum scribentem erubescamus, sed ipsi nobis conscii sine ullo arbitro, non solum auribus sed etiam oculis ea ponderemus, quæ scribimus.* Hæc ipse; qui hoc tempore passus divina, suum exceptorem fallere minime potuit, quin videret quæ alias sæpe fortasse absque arbitro perpessus esset.

(*a*) *Ambros. lib. 7. ep. 45.*

XXXVII. In quibus versabatur verbis psalmi tunc Ambrosius.

Extat adhuc ipsa postrema S. Ambrosii lucubratio in Psalmum quadragesimumtertium, relicta (ut Paulinus ait) inabsoluta, duobus ultimis versibus prorsus intactis. Cum enim in eo explicando versu totus esset (*b*): *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?* testimoniumque illud divinæ Scripturæ ultimo recenseret loco ex Proverbiis, de divina Sapientia dictum (*c*): *In latitudine cordis tui describe eam*: ad hæc ipse: *Ideo*, inquit, *qui habet sapientiam, non in occulto teneat eam, sed canat eam in exitu: ubique quod sentit, cum auctoritate prædicet.* Tuncque (ut Paulinus ait) fieri cœpta est visio illa sphæræ igneæ super caput ipsius dictantis: cum tamen dictare ipse non destitit, puto quidem, ut in officio contineret exceptorem; ut deorsum super chartam ad stylum conversis intentisque oculis, ipsum lateret, quod divinitus fieret. Quam ob causam dictare prosequens, verborum illorum aliam Symmachi interpretationem addidit, sed quidem non necessariam, sicut non diversam: ut plane appareat ipsum, quæcumque obiter memoria suggessisset, illa dictasse, ut sic occupatum jugiter redderet exceptorem, ne sursum tollendi oculos tribueret facultatem, & videndi ea, quorum neminem vellet habere conscium: quamobrem (ut dictum est) dictare pergens, illa subintulit: *Symmachus autem, pro tribulatione, afflictationem posuit. Sive autem afflictatio sit, sive tribulatio; opus est ut nos maneamus in Domino, nec ab eodem recedamus. Quoniam præsule Domino & assistente nobis, omne certamen fortiter possumus sustinere. Si autem Dominum negligamus, & longe nos faciamus a Domino, facimus nobis adversarium fortiorem.* In quibus postremis verbis dicendis Ambrosius Deo plenus subsistere numine victus cogitur: cum & frustra novissima illa dictasset, quod exceptor ipsa apparente visione totus obriguisset: non enim potuit non vidisse & sursum levasse oculos, quos emissi ex luce radii invitarunt, rei novitas provocavit, atque ingens miraculum in se convertit: cum tamen, postea (ut ipse ait) retinens memoria quæ dictasset, postquam visio ostensa recessit, calamo reddidit cuncta quæ dixerat. Verumtamen quæ reliqua erant, dictandi nulla amplius Ambrosio cura fuit.

(*b*) *Ambr. in Psal. 43.*

(*c*) *Prov. 3.*

Ambrosius celatam cupit visionem exceptori.

XXXVIII. Deus lucis signo sancti Ambrosii doctrinam probavit.

Sed cur ista Deus Ambrosio præstitit interpretanti divinas Scripturas jam proxime morituro, arbitro exceptore, teste quidem fide dignissimo? numquid frustra? absit: Deus quidem (quod concedunt philosophi) & natura nihil frustra. Non enim ad ostentationem (ut homines) Deus edit ostenta, sed ut quid magnum ostendat:

PAGIUS

gustino *Diaconus*. Baronio igitur videtur, nec sine gravissima ratione, inquit Garnerius in Notis ad Marium Mercatorem pag. 8. idem esse *Paulinus*, qui Cœlestium accusavit, & qui petente Augustino vitam Sancti Ambrosii scripsit, imo qui anno CCCCI. Carthaginem missus est a *Venerio* Mediolanensi Episcopo ad *Aurelium*, qui ex Concilio Carthaginensi II. petierat ab Anastasio Romano & Venerio Mediolanensi ex Italia submitti Clericos ad supplendam Africanorum inopiam.

XXII. *Opera S. Ambrosii.*

De Operibus Sancti *Ambrosii* genuinis, amissis, dubiis, & suppositittis legenda editio a Patribus Benedictinis Congregationis Sancti Mauri curata, cæteris, quæ huc usque lucem viderant, longe accuratior.

dat: & quidem (quod ad hanc rem spectat) voluit ejusmodi visione, veluti sigillo apposito, consignasse, ostendisseque tantum in Ecclesia doctorem, non pro humani sensus arbitrio, sed ex ore Domini, divino afflatum Spiritu docuisse, disseruisse, scripsisse, atque dictasse ea, quibus vel populum erudivit, vel hæreticos confutavit, cum viva voce vel scriptis Episcopale munus explevit, & numeros doctoris absolvit.

XXXIX. Quid S. Ambrosius ægrotans.

Quæ autem fieri contigerunt, postquam sanctus Dei sacerdos æger in lecto decubuit, idem Paulinus sic narrat: *Post hos dies, ordinato sacerdote Ecclesiæ Ticinensi, incidit in infirmitatem: qua cum pluribus diebus detineretur in lectulo, Comes Stilico dixisse fertur, quod tanto viro decedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Unde convocatis ad se nobilibus viris illius Civitatis, quos diligi a sancto sacerdote cognoverat: partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit, ut pergerent ad sanctum sacerdotem; suaderent illi, ut sibi vivendi peteret a Domino commeatum. Quod ille ubi ab illis audivit, respondit: Non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere: nec timeo mori quoniam Dominum bonum habemus.* Sententia digna quidem Ambrosio, quam a S. Augustino laudatam, qui eam declarat, Possidius (a) tradit. Cæterum haud falsum vatem Stiliconem fuisse miserandus probavit eventus; ut plane quod de vinea Domini dictum est (b): *Auferam sepem, & erit in direptionem*, Italiæ acciderit posthac barbarorum furore ubique protritæ. Sane quidem quovis tempore, longæva licet senecta, ejus obitus importunus semper videri potuisset: hoc tamen migrans tempore visus est præmature, & importune nimis ex hac vita migrasse.

(a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 27.

(b) Isai. 5.

XL. S. Ambrosii ætas.

Quod autem ad ejus ætatem spectat; cum ex litteris ipsius ad Severum scriptis tempore quo Maximus tyrannus ex improviso invasit Italiam, testatur se tunc fuisse ætatis annorum quinquagintatrium, cum jam Consulibus Honorio, & Evodio annus Domini volveretur trecentesimusoctogesimussextus; numerando ab eo tempore usque ad præsentem annum ejus vitæ cursum, sexagesimumquartum vix inchoatum numerari contingit: adeo ut cum ejus senectus provectior expectaretur, omnino molestissime acciderit, ipsum decessisse in ipso pene limine senectutis. Subdit his vero Paulinus: *Per idem tempus, cum in extrema parte porticus, in qua jacebat, in uno positi Castus, Polemius, Venerius, & Felix tunc diaconi secum tractarent, voce ita repressa, ut vix invicem se audirent, qui post obitum illius Episcopus ordinandus esset: atque cum de nomine sancti loquerentur Simpliciani: tamquam interesset tractatui, cum longe positus ab ipsis jaceret; approbans exclamavit tertio: Senex, sed bonus. Erat enim Simplicianus ævi maturior. Qua voce audita, expavescentes fugerunt.* Et paulo post:

XLI. S. Ambrosii ex hac vita migratio.

In eodem tamen loco in quo jacebat (sicut referente Bassiano Episcopo Laudensis Ecclesiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cum oraret una cum supradicto sacerdote, viderat Dominum Jesum advenisse ad se, & arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est. Sed eodem tempore quo a nobis migravit ad Dominum, ab hora circiter undecima diei usque ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum Crucis oravit. Nos autem labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, cum in superiora domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens, obtulit sancto Domini corpus: quo accepto ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens, ut in virtute escæ anima refectior Angelorum nunc consortio, quorum vitam vixit in terris, & Eliæ societate lætetur: quia ut Elias numquam Regibus vel ullis potestatibus, ita nec iste pro Dei timore loqui veritus est. Atque inde ad Ecclesiam majorem, antelucana hora qua defunctus est, corpus ipsius portatum est, ibique eadem fuit nocte, quam vigilavimus in Pascha. Quem plurimi infantes baptizati, cum a fonte venirent, viderunt: ita ut aliqui sedentem in cathedra & tribunali dicerent; alii vero ascendentem suis parentibus digito ostenderent. Sed illi videntes videre non poterant: quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem stellam supra corpus ejus se videre narrabant.

XLII. Dæmones cruciati præsentia corporis S. Ambrosii.

Tot tantisque signis voluit Deus sacerdotem suum post obitum innotescere, ut sciretur in cælis vivere, quem in terris defunctum plorabant. Sed lucescente die Dominico, cum corpus illius, peractis sacramentis divinis, de ecclesia levaretur, portandum ad basilicam Ambrosianam in qua positus est: ita ibi dæmonum turba clamabat se ab illo torqueri, ut ejulatus eorum ferri non posset. Quæ gratia sacerdotis non solum in illo loco, verum etiam in plurimis provinciis usque ad hodiernum manet. Jactabat etiam turba virorum ac mulierum oraria vel semicinctia sua, ut corpus sancti aliquatenus ab ipsis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis totius dignitatis, totiusque sexus, omniumque pene ætatum non solum Christianorum, sed etiam Judæorum & Paganorum: majore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati.

stus haberetur; siquidem nihil illo promptius, nihil carius venderetur. Hic navigationis meæ cursus longe ante progressus, cum ad Africam venissem, jam per totam Carthaginem legebatur: solus eum Cyrenensis ille presbyter non habebat; sed me largiente descripsit. Nam quid ego de Alexandria loquar, ubi pene omnibus magis, quam tibi notus est? Hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphitica regna transivit: Hunc ego in eremo a quodam sene legi vidi: cui cum me familiarem tuum esse dixissem, & ab illo & a multis fratribus hæc mihi injuncta legatio est, ut si unquam terras istas, te incolume, contigissem; ea te supplere compellerem, quæ in illo tuo libro de virtutibus beati viri professus es præterisse. Age ergo &c. Suppletus est liber a Severo, auctarioque locupletatus per epistolas de ejusdem viri sancti obitu postea ab eo scriptas, adjecto insuper additamento Dialogorum.

XIX. Quid Romæ Melania atque Ruffinus.

Jam vero, ubi satis apud Paulinum Nolæ consedimus, Melaniam cum Ruffino redeuntem in Urbem prosequamur. Qui enim diu ab Urbe absentes, Hierosolymis tamquam in spirituali quadam Academia, ut veram excolerent sapientiam quinque (ut vidimus) lustris consederant,

PAGIUS

X. *Per Macedoniam & Dardaniam in patriam rediit.*

Dicit postea Bollandus, *Nicetam Thraciæ* patrem emensum, *Tomos Mysiæ inferioris* ad Pontum Euxinum sitam urbem pertigisse. At hoc pacto viam deviam Nicetas iniisset. Vidit difficultatem *Le-Nainius* in Vita Sancti Paulini cap. 2. aitque, *Paulinum* Geographiam ignorasse, inde manifeste liquere. Verum cum Paulinus urbes, per quas Nicetas transiturus erat, nonnisi ab ipsomet discere potuerit (quia Propempticon illud, quo eum abeuntem per urbes, quas invisurus erat, prosequitur, ante Nicetæ Nola discessum scriptum fuit) ea interpretatio stare non potest. Neque etiam quis dicat, fuisse aliam urbem *Tomi* vel *Tomorum* nomine appellatam; ejus enim aliquis Antiquorum meminisset. Cum itaque inter Thessalonicam & Scupos, *Stobos* celebris urbs Macedoniæ a Plinio, Ptolemæo, & in Conciliis memorata, posita fuerit, nullum mihi dubium est, quin legendum sit, *Per Stobitanam gradieris urbem*. Asserit Paulinus Scupos fuisse Nicetæ *Patria propinquos*, quia Dardania & Dacia Mediterranea, in qua sita Romatiana civitas, finitimæ erant. Nicetam vero natum fuisse Romatianæ, docet Paulinus vers. 320.

Ista nobiscum, licet ad paternam
Veneris urbem,

Non enim unius populi Magistrum,
Sed nec unius dedit esse civem
Te Deus terra, patria ecce nostra
Te sibi sumit,

Neque dici potest, Nicetam *Dardanum* fuisse; cum Paulinus citatus eum *Dardanum hospitem* appellet: qui enim in Dardania seu in civitate Scuporum, Dardaniæ Metropoli hospes erat, Dardaniam patriam sortitus non est. Hinc Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. 35. *Hospitium, ubi quis ad tempus Hospitali jure inhabitat, & iterum inde transiens migrat*. Hospitis quidem nomen tam pro eo qui excipit, quam pro eo qui excipitur, sumi solet; sed quia Paulinus ait, *Ibis Dardanus hospes Scupos*; quis non videt, ibi ab eo usurpari pro eo qui exceptus est. Sic Cicero lib. I. Acade. *Nam nos in nostra urbe Peregrinantes, errantesque tanquam Hospites*; & pro Rabirio: *Adeone Hospes hujusce urbis?*

XI. *Divina variis linguis persolvi curat.*

Theodorus Petræ Episcopus in Vita Sancti Theodosii Cœnobiarchæ hactenus inedita, quæ aliquando lucem videbit inter Opera posthuma Combefisii, rem notabilem refert de Sancto Niceta: *Quatuor Ecclesias*, inquit, *intra septa Monasterii construxit. Unam quidem in qua Patrum numerosus cœtus seorsim lingua Græca Deo immolat, uti scriptum est, sacrificium laudis. Alteram, in qua Bessi propria ipsorum lingua vota & preces reddunt Deo altissimo. Tertiam, in qua Armeni lingua patria Domino litant. Quartam in qua Fratres ab immundo Spiritu vexati, una cum Ministris illorum obsequiis deditis Salvatori Christo gratiarum actiones referunt. Sic igitur ex illis sacer divinæ Psalmodiæ canon, septies in die explebatur: cum vero sacra Communionis Collecta peragenda erat, Missæ Officium ab initio ad divinorum Evangeliorum lectionem singuli in propria ipsorum Ecclesia facientes. Sic omnes, exceptis duntaxat Fratribus energumenis, in magnam antentium linguæ Græcæ Ecclesiam congregantur, ibique divinis mysteriis imperiuntur.* Quod a Monachis factum, non quod reliquum Missæ lingua vulgari celebrari non posse crederent, sed ut omnes ejusdem Sacrificii Communioni participarent, quod magnæ virtutis & efficaciæ esse arbitrabantur, idque cum omnes in una eademque Ecclesia Mysteriis interesse non possent, quemadmodum Romæ per Titulos Eucharistiam in utraque specie consecratam mitti mos erat, ut anno CCCXIII. ostendimus.

XII. *Petitum a Sinensibus, ut Missa nativa lingua apud se celebraretur.*

Hoc egregium exemplum adjici potest iis, quæ Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. dissert. XVIII. & in Paralipomenis ad eamdem in medium affert, ut probet optandum esse, ut Sacra Congregatio de Propaganda fide indulgeat Sinis & Japoniis, aliisque cultissimis nationibus linguam Latinam penitus ignorantibus, nec eam nisi difficillime docendis, ut sua quisque lingua Missam celebrare possint. Sic enim facilius volgus ad fidem Christianam adduci, vel in ea retineri potest. Ea indulgentia erga Ruthenos Ecclesia Græca usa est, postquam eis per Prædicatores a se missos Christi fidem tradidit cum Græcis ritibus exercendam. Sua enim ut littera, sic & lingua propria (quæ ipsa quoque Slavonica est) agere permissi sunt, atque etiam nunc sic agunt omnia, non tantum Schismatici sub Moscorum dominatu; sed etiam Catholici sub Rege Poloniæ. Alia exempla apud Papebrocium laudatum legenda. Porro Sanctus *Theodosius Cœnobiarcha*, cujus Vitam Theodorus ejus discipulus scripsit, seculo sexto floruit, ut ibidem videbimus.

XIII. *Rufini opera Origenismus Romæ innotescit.*

A num. XIX. ad XXV. Cum *Rufinus & Melania*, Nola relicta, Romam pervenere, hæreses Origenianas, ibidem disseminarunt. Verum sancta *Marcella postquam frustra fidem Apostolico ore laudatam in plerisque violari, ita ut Sacerdotes quoque & nonnullos Monachorum, maximeque sæculi homines in assensum sui traheret* (nempe Rufinus) *ac simplicitati illuderet Episcopi*

rant, cum primum Romam venerunt, omnium plane oculos præ admiratione in se converterunt. Læti jam illi videre præsentes, quæ de iisdem absentibus summo sæpe præconio fama detulerat; sed non videre tantum, verum & audire soliciti; sicque ab ore ipsorum tamquam a cœlesti quodam illato Romam oraculo pependerunt. Cum ipsi, quam ex Origenis libris didicerant, Stoica indolentia perfectissimæ, & ad omnes numeros absolutæ vitæ Christianæ specimen edentes, maxima apud Christianos omnes, qui Romæ erant, perpaucis eruditis exceptis, quos antea S. Hieronymus litteris monuisset, existimatione fuerunt. Cum sic igitur animos Civlum erga se suosque esse propensiores & optime affectos Ruffinus intellexisset: evestigio impietate referta allata secum ex Ægypto primum, inde Hierosolymis scrinia reserat, indeque depromit pestiferas merces, sed ita fallaciis obvolutas, & auro cælatas, ut bene prudentes & sapientes quoque eædem decipere potuissent.

XX. De Origenis hæresibus Romam illatis.

De appulsu autem horum in Romanum Portum agens S. Hieronymus, hæc per antiphrasim (a): *O triremem locupletissimam, quæ Orientalibus & Ægyptiis mercibus Romanæ urbis ditare venerat paupertatem! Tu maximus ille es: Unus qui nobis scribendo restituis rem. Ergo nisi de Oriente venisses, eruditissimus vir hæreret adhuc inter mathematicos:* Et paulo post: *Te multo tempore Pharus docuit, quod Roma nescivit: instruxit Ægyptus, quod Italia hucusque non habuit, &c.* At ne sibi esset impedimento quod apud nonnullos Origenis nomen male audiret, idem Ruffinus Apologiam pro Origene ab Eusebio Cæsariensi scriptam, nomine tamen martyris Pamphili, a se vero Latioicate donatam mox edidit, addiditque pro eodem recens a se item volumen elaboratum, cujus erat titulus: *De adulteratione librorum Origenis*. Sed & quod magis mireris, nec quidem ipse Ruffinus erubuit Romæ jactare tum S. Hieronymum, tum etiam Theophilum Alexandrinum Episcopum iisdem Origenis erroribus assentiri. Testatur id quidem ipse S. Hieronymus in epistola quam postea ad Pammachium scripsit (b), ubi ait: *Me & Papam Theophilum sui jactabat erroris: latratuque impudentissimorum canum, ad inducendos simplices, nostrum mentiebatur assensum.* Hæc ipse.

(a) Hieron. Apol. lib. 2.

(b) Hier. ad Pammach. ep. 78.

XXI.

Sed quod spectat ad Periarchon & Apologiam nomine Pamphilii martvris pro Origene a Ruffino editam; audi Hieronymum (c) ab Oriente, ita ut Romæ audiretur, veluti tonitruum, vehementius obstrepentem: *Ruffinus non uni Urbi, sed Orbi blasphemias Origenis, & περὶ ἀρχῶν, libros*

(c) Hier. in dial. advers. Pelag.

PAGIUS

scopi (nempe Siricii Pontificis Romani) *qui de suo ingenio cætera æstimabat: publice vestivit, malens Deo placere, quam hominibus*, inquit Hieronymus in Epist. XVI. ad Principiam Virginem, quæ Vitam sanctæ Marcellæ complectitur. Nobilissima hæc Matrona *viro post nuptias septimo mense privata est*, recusavitque denuo nubere Neraiio Cereali, qui Consulatum ordinarium anno CCCLVIII. gessit. Monachatum prima Romæ amplexa est, licet nulla Romæ auderet *propter rei novitatem, ignominiosum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere*, inquit Hieronymus citatus. Eamdem Hieronymus Epist. CXL. magistram proponit Principiæ Virgini: *Habes ibi*, inquit, *in studio scripturarum, & in sanctimonia mentis & corporis, Marcellam & Asellam*. Marcella filia Albinæ, discendi cupidissima erat, ut docet Hieronymus in Præfat. in Epistolam ad Galatas, cujus verba Baronius anno CCCLXXXII. num. XXXVIII. de Albina matre perperam interpretatur: *Literæ*, inquit, *Hieronymus, mihi de Urbe allatæ sunt, nunciantes & Albinam venerabilem anum præsentia Domini redditam, & S. Marcellam matris contubernio destitutam, magis nunc vestrum, o Paula & Eustochium, flagitare solatium: & quia hoc interim fieri non potest propter grandia maris in medio spatia atque terrarum, repente vulnus impressum saltem Scripturarum vellem curare medicamine. Scio equidem ardorem ejus, scio fidem, &c. Certe cum Romæ essem, nunquam tam festina me vidit, ut non de Scripturis aliquid interrogaret*, &c. ubi Hieronymus manifeste agit de Sancta Marcella; cum Albina jam esset mortua, ut animadvertit Rosvveydus in fine lib. I. de Vitis Patrum. Feminam itaque feminæ, & Melaniæ Marcellam Christus opposuit, quæ de Origenis erroribus trophæa erexit.

XIV. Rufinus Versionem suam librorum Periarchon Romæ publicat.

Melania & Rufino Romæ anno sequenti existentibus, *tunc librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio: tunc discipulus ὄλβιος, & vere nominis sui si in talem Magistrum* (id est, Rufinum) *non impegisset: tunc nostrorum διδασκάλων contradictio, & Pharisæorum turbata est schola*, inquit Hieronymus in Epistola XVI. ubi loquitur de Macario, cui Rufinus præfationem in Periarchon inscripsit. Nam ὄλβιος, & Μακάριος Græcis synonima sunt, ac *beatum* significant. *Macarius* iste, quem Rufinus deceperat, dein puritati catholicæ doctrinæ redditus, vitæ etiam sanctimonia clarus fuit, ut videre est apud Bollandum ad diem II. mensis Januarii, quo colitur; ubi is observat Macarium Romanum apud Lavinum in Italia cultum, alium esse ab eo *Macario*, cujus io Vitis Patrum Vita extat a Theophylo & duobus sociis Monachis scripta, licet Baronius in Notis ad diem II. Januarii utrumque in unum perperam conflarit. Tomo IX. Operum Sancti Hieronymi, sect. 2. extant memorata loco laudato scripta, & fragmenta libri Periarchon. At ante annum CCCXCVIII. *Rufinus* Versionem illam Romæ promulgavit; cum Sanctus Hieronymus anno tantum CCCXCIX. in Oriente præfationem, quam eidem præfixerat Rufinus, acceperit, ut constat ex illius Epistola ordine LXVI. ad Rufinum, eo anno data, ut infra videbimus, in qua Hieronymus ait: *Præfatiuncula librorum περὶ ἀρχῶν ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse; in qua oblique, imo aperte ego petor.* Quod si ea injuria ei hoc anno illata fuisset, hac de re cum Rufino expostulare in annos duos non distulisset S. Doctor, qui ea Epi-

damus. Erit plane quod mireris, lector, cum intueberis filiorum tenebrarum incredibilem in male agendo versutiam.

XXIII. Dolosa Ruffini Præfatio Periarchon Origenis apposita.

Qui igitur tacito suo nomine, ad se translatum hæresibus refertum Origenis περὶ ἀρχῶν Romæ editurus erat, frontem operis, ipsa inquam meretricis prostibuli limina auro tecta ornata reddidit atque compta, ut ad ingressum homines ea dolosa arte pelliceret: quod præstitit, cum suspectum Origenis nomen faceret testificatione S. Hieronymi venerandum, dum quæ ab eodem adeo celebri auctore ejusdem Origenis lucubrationes essent hactenus Latinitate donatæ recenset, & ejus de ipso elogia recitat. Ea quibus alterum de duobus eventurum præsentiret; vel ut ita Origenis περὶ ἀρχῶν avidius acceptum, ab omnibus probaretur; vel si contingeret ob blasphemias respui, in Hieronymum ipsum antiquiorem Origenis interpretem ac laudatorem insania verteretur. Ita quidem se habuit mali operis pejor interpres, pessimusque præfator. Unde si quis præfationem illam περὶ ἀρχῶν Origenis appositam, putentis cadaveris dixerit pollincturam, qua grave olens corrupta caro suavissimos spiraret odores; sane quidem scopum ipsum veritatis attigerit. Vide quorsum progressæ sint versipellis hominis artes.

XXIV. (a) Apud S. Hier. to. 9.

Ex Hieronymi nomine conciliat fidem hæresi Ruffinus.

Sed præstat ipsum audire Ruffinum, cum ista præfatur (a): *Scio quamplurimos fratrum scientia Scripturarum desiderio provocatos, poposcisse ab aliquantis eruditis viris & Græcarum litterarum peritis, ut Origenem Romanum facerent, & Latinis auribus condonarent: inter quos etiam frater & collega noster Hieronymus ab Episcopo Damaso deprecatus, cum homilias duas de Cantico canticorum in Latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeque præfatus est, ut cuivis legendi Origenem & avidissime perquirendi desiderium commoveret*: Et paulo post: *Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequemur & probatam: sed nunquam eloquentiæ viribus tanti viri ornare possumus dicta. Unde vereor, ne vitio meo illud accidat, ut is vir, quem ille* (nempe Hieronymus) *alterum post Apostolos Ecclesiæ doctorem scientia & sapientia merito comprobavit, inopia sermonis nostri longe esse inferior videatur.* Hæc quidem ipse & alia in commendationem Origenis ea testificatione S. Hieronymi, magni tunc in Ecclesia nominis: cujus quoque auctoritate adhibitam in idem Opus interpretando fraudem voluit contexuisse, cum addit: *Quantum fieri potest interpretando, sequar regulam prædecessorum, & ejus præcipue viri* (nempe

PAGIUS *Excusatione dignus.*

Siricio adhoc in paucis serpsisse Origenis errores, per Rufinum & Melaniam Romam sub Siricio invectos: *dum esses parvula*, inquit Hieronymus, *& sancta ac beatæ memoriæ Anastasius Episcopus, Romanam regeret Ecclesiam, de Orientis partibus hæreticorum sæva tempestas, simplicitatem fidei, quæ Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est: sed vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ sollicitudinis statim noxium percussit caput, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Cum ergo communicatorias literas Rufinus impetravit a Siricio, cujus simplicitati ob id illusisse significare videtur Hieronymus, cujus verba num. XV. in medium adduxi, nondum hæresis satis patefacta erat; idque tantum accidit sub Anastasio, licet penes *Rufini & Melaniæ* familiares jam male sanæ doctrinæ suspicio invalesceret. Nec quia *Siricius* dum viveret, bene de Rufino sensit, nondum cognita ejus venenata doctrina, a sanctitate decidit, sicuti neque divus Augustinus dum Epistolam XV. quæ novo ordine est inter Augustinianas LXXIII. Rufinum conciliare Hieronymo laborans, illum magni fecit: quamquam jam Apologetica & amarulenta opuscula inter utromque vulgata fuissent sub Anastasio. Pugnavit *Siricius* contra Manichæos, & Priscillianistas in pluribus cum eis sentientes; cumque omnes radicitus Romæ præsertim evellere non posset, legem a Theodosio M. impetravit, ut sæcularibus pœnis tollerentur, quod etiam conjectatur Baronius anno CCCLXXXIX. num. LXIII. Pugnavit etiam contra *Flavianum* sedis Antiochenæ minus legitimum occupatorem, & Synodo inobedientem, iterato datis ad Imperatorem literis, & Capuana ob id Synodo indicta. Denique *Jovinianum* Epicurum Christianorum damnavit, & pro eradicandis Gentilitatis reliquiis desudavit, tum impetratis adversus eos sæcularibus pœnis a Theodosio M. tum in Idolorum fanis Romæ destruendis, quemadmodum eo sedente factum esse Prosper in Chronico & Divus Augustinus testantur. Plura suppeditabit Florentinius adversus omnia quæ in Annalibus Siricio objecta.

XVIII. *Rufinus fere per biennium Romæ moratus est*

Cæterum *Rufinus* per biennium aut circiter Romæ mansit, ut ex Hieronymo non obscure colligitur; hic enim cum ab eo accusaretur, quod discipulos Romam contra ipsum submisisset, respondet in secunda Apologia adversus Rufinum: *Paulinianus & Eusebius post annum nostræ navigationis* (id est, post præsentem, quo a Palæstina Rufinum discessisse diximus) *profecti sunt*; (nempe Romam, ubi anno sequenti Rufinus erat) *Rufinus in causa Claudii* (est is diversus a Rufino Aquileiensi) *post biennium missus*, anno sc. CCCXCVIII. Hoc ipsemet Aquilejensis confirmat: libro enim primo Invectivarum pag. 374. tradit: *Quod si hoc in meis literis invenisset* (nempe idem Eusebius Rufini accusator) *& vere scrupulum aliquem in ipsa lectione cepisset, cum me, sicut ipse nosti, Romæ positum haberet præsentem, continuo utique perquisisset, & ipsa ad me scripta detulisset, quippe qui usque ad ipsum tempus etiam videre me, & salutare, & in oratione communicare solitus erat &c. sine dubio nunquam elegisset absentem laterare, quem potuisset gravius confutare præsentem.* Librum autem illum Rufinus anno CCCXCIX. elucubravit. Quare ultra annum Romæ Rufinus substitit, ac fere biennio ibidem degit, ut ex eodem Hieronymo colligitur. Etenim cum *post biennium* a Rufini ex Oriente discessione, alter ille Rufinus in causa Claudii, Romam, dein Mediolanum ad Honorium Imper. veniret, Hieronymus eundem, ut suo nomi-

pe Hieronymi) *cujus superius fecimus mentionem; qui cum ultra septuaginta libellos Origenis, quos Homiliaticos appellavit, aliquantos etiam de tomis in Apostolum scriptis transtulisset in Latinum, in quibus cum aliquanta offendicula inveniantur in Græco, ita elimavit omnia interpretando atque purgavit, ut nihil in illis, quod in fide nostra discreparet, Latinus lector inveniat. Hunc ergo nos etiam, licet non eloquentiæ viribus, disciplinæ tamen regulis, in quantum possumus, sequimur, &c.*

XXV. Ruffinus simulat emendatum edi Periarchon.

Cum igitur istæc omnia S. Hieronymi exemplum sequi, & in genere interpretandi, Origenem expurgando, se illius profiteatur affectari vestigia; quis reprehendere vel hostis auderet, quod tanto ipse tentasset exemplo? Vel quis cunctando reciperet, quæ ipse (ut profitetur) Origenis ederet erroribus expurgata in Latinum conversa? Sed quid insuper? dolos dolis consarciens, ne ipse mendax argueretur & proditor; cum se erroribus, exemplo S. Hieronymi expurgatum librum editurum polliceatur, quid adjecerit, accipe: *Sicubi ergo nos in libris ejus aliquid contra id invenimus, quod ab ipso in cæteris locis pie de Trinitate fuerat definitum; velut adulteratum hoc & alienum, aut prætermisimus, aut secundum ejus regulam protulimus, quam ab ipso frequenter invenimus affirmatam.* Hæc & alia ipse pollicitus, ad Origenis περὶ ἀρχῶν legendum securum sic aditum voluit præparasse, ut tamen domi exceptos hospites lethalibus incautos venenis latentis hæresis compotaret: nimirum cum lectorem securum redderet, dum pollicetur Origenem erroribus purgatum exhibere, præstitumque id ab eo putaret in reliquis, sicut in maculis hæresis Arianæ: sicque tutum redditum eundem incautum in foveam Origenis errorum præcipitem ageret.

XXVI. (a.Hieron. Apolog. adv. Ruffin.)

Sed ubi ista? Audi Hieronymum (*a*) ad Pammachium ita scribentem: *Tuæ me, frater Pammachi, & tuorum litteræ compulerunt, dicentes illos* (libros scilicet περὶ ἀρχῶν) *ab alio fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac ne parum epistolis haberem fidem, misistis exemplaria ejusdem translationis cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem contulissemque cum Græco: illico animadverti, quæ Origenes de Patre cum Filio & Spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata, de Angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, ut in Græco invenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse: ut qui in Trinitate Catholicum legeret, in aliis hæreticum non caveret.* Ita Hieronymus: quibus versutias intelligas hæreticorum, instar Judæ sic petentis Dominum osculo, ut laqueum ejus collo injiciendum procuret, & vinculis strictum captivum hostibus dedat.

Purgat tantum ex parte Ruffinus Origenis Periarchon, ut incautos decipiat.

XXVII. Dei providentia erga Romanam Ecclesiam.

Immenso tunc quidem periculo Romana fluctuavit Ecclesia, cum hæresum ille thesaurus manibus clericorum circumferretur, ab imprudentibusque laudaretur, exscriberetur, vipereoque fœtu multiplicaretur ubique: adeout, nisi Christi promissionibus firmissimo fundamento super firmam petram Ecclesia Romana in Petro consolidata fuisset, ejus casus jure timeri potuisset; ipsaque tunc naufragium expavisset navicula Petri, nisi Christus navigaret in ea. Plane accidit, ut, sicut cum Christus Pharisæorum (*b*) exagitaretur opprobriis, extollens vocem quædam mulier magnificare eum intrepide cœpit; ita Romanæ feminæ confessione fides Catholica ab Origenistarum blasphemiis vindicaretur illæsa: dum confundens sapientiam sapientum, silentibus iis, quorum muneris erat exurgere & stare pro muro domus Israel, excitavit Deus spiritum feminæ. Etenim exurgens tunc mulier, nova Debora, phalanges evertit Chananæorum. At quomodo adeo ingens facinus ediderit femina una, audi S. Hieronymum (*c*) rem his verbis accurate scribentem:

(b) Luc. 11.

(c) Hieron. epist. 16.

XXVIII. Marcella quid contra Origenistas.

In hac tranquillitate & Domini servitute, hæretica in his provinciis exorta tempestas cuncta turbavit, & in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi, nec ulli bonorum parceret: & quasi parum esset, hic

PAGIUS

mine *Rufinum* Aquileiensem Romæ adhuc agentem, salutaret, rogavit, ut liquet ex Epistola Hieronymi LXVI. ad Rufinum: *Sanctum quoque*, inquit, *presbyterum Rufinum ob quandam causam per Romam Mediolanum misimus, & oravimus, ut nostro animo, & obsequio vos videret*, Romæ &c. Quare exacto biennio nondum Hieronymus intellexerat *Rufinum* Aquilejensem Roma discessisse, quia &c. is anno sequenti in finem vergente, & paulo ante diem XXVI. Novembris, quo Siricius obiit, in patriam migrarat. Baronius, qui anno sequenti num. VI. Pauliniani & Eusebii Cremonensis legationem in Occidentem recte copulavit, ejusque causam exposuit, perperam hoc anno num. XXIV. Rufini profectionem in urbem Aquileiensem narrat. Emin. vero Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 2. licet ejus adventum ex Oriente anno CCCXCVI. contigisse perperam autumaverit, ejus tamen in patriam discessionem cum sequenti Christi anno accurate illigavit, & Rufinum Romæ circiter per biennium degisse observavit.

hic (in Palæstina scilicet) *universa movisse; navem plenam blasphemiarum Romano intulit Portui: Inventsque protinus patella operculum, & Romanæ fidei purissimum fontem cœno lutosa permiscuere vestigia. Nec mirum, si in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus stultorum verberet nares, & obtorto fuste dentes mordentium quatiat: cum venenata spurcaque doctrina Roma invenerit quos induceret. Tunc librorum* περὶ ἀρχῶν *infamis interpretatio: tunc discipulus* ὄλβιος, *& vere nominis sui, si in talem magistrum non impegisset: tunc nostrorum* διδακτικῶν *contradictio, & Pharisæorum turbata est schola. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur; postquam sensit fidem Apostolico ore laudatam in plerisque violari; ita ut sacerdotes quoque & nonnullos monachorum maximeque sæculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet Episcopi, qui de suo ingenio cæteros æstimabat: publice restitit, malens Deo placere, quam hominibus.* Hæc de S. Marcella Hieronymus, de qua nos plura superius, sed & inferius dicturi sumus. At quænam hæc sancti Hieronymi veluti ænigmatibus obumbrata locutio? Quid per discipulum ὄλβιος, *& vere nominis sui, si in talem magistrum non impegisset?* Alludit plane auctor ad scriptionem illam Ruffini ad Macarium scriptam de adulteratione librorum Origenis, Romæ editam ad sternendam viam ejusdem Origenis erroribus: ad quem etiam præfationem in περὶ ἀρχῶν inscripsit. Qui cum Macarius diceretur, vere (inquit Hieronymus) ὄλβιος iste dicendus, hoc est Beatus, nempe Macarius ea nomine, nisi in talem incidisset doctorem. At quisnam iste Macarius fuerit, consule a nobis notata ad Romanum Martyrologium (*a*), ut ab aliis ejusdem nominis sanctis viris ipsum scias discriminare.

(*a*) Die 2. Januar.

XXIX. Origenistæ a S. Marcella detecti.

Sed ut ad Marcellam redeamus: Quo tandem perduxerit ipsa negotium; ex paucis quæ idem auctor subdit, possumus intelligere: nimirum valide egisse, atque restituisse certamen, insuper & hostes in fugam convertisse. Etenim ipsi ab ea palam detecti, negaverunt Periarchon hæresum promptuarium sua ipsorum opera in Latinum esse conversum, & inficiati sunt pariter se ea cum Origene sentire, atque præseferentes Catholicam disciplinam, ut Catholicæ Ecclesiæ communicantes, quæsierunt a Romano Pontifice litteras communicatorias, quo earum testificatione se probarent ubique esse Catholicos; ac ita his muniti litteris, ab Urbe probati Catholici discessisse viderentur. Nam de his subdit ista Hieronymus (*b*): *Cernentes heretici de parva scintilla maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam jam ad culmina pervenisse, nec posse latere quod multos deceperat, petunt & impetrant Ecclesiasticas epistolas, ut communicantes Ecclesiæ, discessisse viderentur.* Hæcque cuncta acta ait vivente Siricio, quem anno sequenti ex hac vita migrasse dicemus. Cætera autem quæ subdit de eorumdem hæreticorum damnatione facta a successore Siricii Anastasio Papa, suo loco dicturi sumus.

(*b*) Hier. epist. 16.

XXX. S Marcella principium damnationis hæreticorum.

Cæterum idem S. Hieronymus de S. Marcellæ certamine atque victoria ista subdit: *Dicas: Quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium; dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab heretico fuerant errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorum: dum impia* περὶ ἀρχῶν *ingerit volumina, quæ emendata manu scorpii monstrabantur &c.* Addit enim, eo a sancta Marcella provectum esse negotium, quod cum intellexissent hæretici sese jam manifeste Romæ detectos esse, vocati licet ab Anastasio successore Siricii, cum venire penitus recusassent, absentes damnari meruerint: ut plane cunctis perspicue apparuerit, non dormire, neque dormitare, qui custodit Israel; licet interdum illi dormitent, quibus vigilandi munus incumbit.

XXXI. Excusatur Siricius Papa.

Sugillat tamen S. Hieronymus Siricii Papæ simplicitatem, non dolum: dum enim non adduci posset, ut crederet, in Christianis adeo fama conspicuis, hæresis occultari venenum, ex probitate animi sui nesciens (ut ait) mala existimare de aliis, haud confestim spiritualis gladio potestatis (ut par erat) deforme monstrum extinxit, neque citissime damnavit igni versionem illam veneno refertam περὶ ἀρχῶν Origenis. Licet & aliqua saltem ex parte excusationem illam prætexere jure potuisset, quod exemplo Evangelici patris familias usque ad messem siverit zizania crescere, ne cum eis evelleret triticum; expectans nimirum, ut qui vere essent hæretici, perspicue matura segete, certioribus signis fierent manifesti: etenim cum ejusmodi hominum genere negotium erat, qui venerant in vestimentis ovium, cum intrinsecus essent lupi rapaces, affectataque sanctitate, nec ea quidem vulgari, sed quæ esset toto Orbe spectata, aspidum ova foverent.

XXXII. Dei providentia erga Romanam Ecclesiam vigilat.

Cæterum, quod haud velociter Siricius periclitanti occasione Origenis errorum occurrit Ecclesiæ; quam citius, nempe anni sequentis exordio ex hac vita sublatus est: erectusque super cathedram Petri acerrimus oppugnator Origenistarum hæreticorum Anastasius Papa. Sæpe quidem atque pavendis est demonstratum exemplis, ut Pontifices illi qui causam fidei paulo segnius tractaverunt, ac remissius eu-

curaverunt, a Christo primario omnium pastore fuerint quam celeriter ex hac vita subducti: adeo ut manifeste fuerit declaratum, summo jugique studio, specialique diligentia semper invigilasse super Romanam Ecclesiam divinam providentiam, ne qua vel levi saltem suspicione hæreticæ contagionis aspergeretur.

XXXIII. S. Marcella de impietate revexit triumphum.

Sed ut ad S. Marcellam iterum redeamus. Quam egregie divini judicii pondere certamen fuit æqua lance pensatum, dum per feminam dissipari delegit, quod duce femina per suos diabolus fuerat machinatus! Melania (quod & superius est demonstratum) vexillum impietatis, pietatis tamen charactere notatum, erexit, prægrandi dispendio Catholicæ veritatis: nam sub eo etiam paulo post Pelagius hæresiarcha ordines duxit. Hine illa justa querela S. Hieronymi (a), dum totius hujusce militiæ recenset antesignanos: *Quid*, inquit, *volunt misera mulierculæ oneratæ peccatis, quæ* (b) *circumferuntur omni vento doctrinæ, semper discentes, & numquam ad scientiam pervenientes, & cæteri mulierculorum socii prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur, &c.* Subdit enim pereradite catalogum præcipuarum hæresum, quæ prævia semper aliqua cum hæresiarcha muliere, infeliciter prodierunt. Sed feminam feminæ, & Melaniæ Christus Marcellam opposuit, quæ & victricia erexit de damnata impietate trophæa.

(a) Hier. ad Ctesiphontem adver. Pelag.
(b) 2. Tim. 3.

XXXIV.

Sed quod ad Rufinum spectat: etsi profecturus Aquilejam, solum patrium petierit, & acceperit ab ipso Siricio Romano Pontifice communicatorias litteras Catholicis tantum (ut sæpius diximus) impertiri solitas; minime cessit culpæ Siricio: Nam cum ipsa hæretica interpretatio Periarchon Origenis nomine careret auctoris, nec a quo præfatio illa esset scripta liqueret: nihil est, quod Ruffinum nondum detectum, immo Catholicum se clamantem, & ab omni hæresi se alienum extrinsecus profitentem a Catholica communione extorrem facere deberet. Nec Romanæ sedis moris est non convictum quempiam condemnare. Cæterum ostentare solitum fuisse Ruffinum acceptam Siricii epistolam, quo se Catholicum esse omnibus demonstraret, testatur S. Hieronymus in Apologia adversus eum conscripta, cum ait: *Siricii jam in domino dormientis profers epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis?* Hæc ipse: re enim postea ab Anastasio bene comperta, accepit quam meruit Ruffinus ipse sententiam.

Ruffinus ostentat Siricii Papæ litteras.

XXXV. S. Ambrosii obitus tempus.

Hoc eodem anno, pridie Nonas Aprilis, S. Ambrosius ætatis suæ clausa periodo, ex hac vita migravit: ea quippe die natalis ejus & ad cælum transitus, Catholicæ Ecclesiæ monumentis, annis singulis publice repetendus, adscriptus habetur. Quod vero ad initam rationem temporis spectat; his ipsis anni hujus Consulibus Cæsario & Attico ejus obitum contigisse, Marcellinus (a) affirmat, cum sanctissimum sacerdotem in Chronico, tamquam epitaphio sepulcrali, ejusmodi commendatum reliquit elogio: *Ambrosius Mediolanensis virtutum Episcopus sanctus, arx fidei, orator Catholicus, ad Christum Dominum commigravit.* Hæc ipse, paucis quidem summa complexus. Cæterum de anno ejus obitus non ex Marcellino solum ista firmamus, sed & confirmamus auctoritate Paulini Vitam ejus scri-

(a) Marcel. in Chron.

PAGIUS XIX. *Moritur S. Ambrosius Mediolanensis Episc.*

A num. XXXV. ad XXXVI. Hoc anno *die IV. Aprilis*, in quam Sabbatum sanctum incidebat, Sanctus *Ambrosius* Episcopus Mediolanensis ad Deum migravit. Diem nos edocet Paulinus Diaconus in ejus Vita, ubi Sancti Præsulis morte narrata, ait: *Atque inde ad Ecclesiam antelucana hora, qua defunctus est, corpus ipsius portatum est, ibique eadem fuit nocte, quam vigilavimus in Pascha.* Tum addit Paulinus, *Lucescente die Dominico corpus ejus* sepultum esse in Basilica, quæ hodie Ambrosiana appellatur, ubi ideo fuit ab antelucana hora Sabbati sancti usque ad initium diei Resurrectionis. Quare ipsa nocte Sabbati sancti *Ambrosium* demortuum Paulinum scribere perperam credidit Baronius. Beda in suo genuino Martyrologio, Florus, Ado, Usuardus, & passim alii, quibus addendum Martyrologium Romanum, diem depositionis Sancti Ambrosii ad diem IV. Aprilis memorant, ideoque indicant, mortem ejus hoc anno, quo Pascha in diem V. ejusdem mensis incidit, contigisse. Henschenius tamen in Exercitatione *de anno & die mortis Sancti Ambrosii Episcopi Mediolanensis* præfixa Tomo I. SS. mensis Aprilis, ab istis Martyrologis discedit, existimatque Ambrosium anno sequenti e vivis abiisse, ideoque die XVII. mensis Aprilis, quia Pascha die XVIII. ejusdem mensis eo anno peractum est. Præcipuum ejus fundamentum ex Marcellino in Chronico deducitur, in quo ad Consulatum IV. Honorii & Eutychiani, ejus mors recitatur, non vero ad Consulatum Cæsarii & Attici, ut habet Baronius, qui mendosum Marcellini codicem nactus erat. Verum Marcellinus, præsertim per hæc tempora, sæpe in Chronologiam peccat, ut legenti patet. Ait secundo Henschenius, Gregorium Turonensem tradere Sanctum Ambrosium in extasi celebrasse exequias Sancti *Martini* Episcopi Turonensis, quem lib. I. cap. 46. asserit ad Deum migrasse *Attico Cæsarioque Coss.* mense Novembri *die Dominica*, seu anno Christi currenti. Quare, inquit Henschenius, Sanctus Ambrosius vixit adhuc anno sequenti; cum mense Aprili mortuus fuerit. Verum cum ex dictis in dissert. *de Anno & die Mortis Sancti Martini Episcopi Turonensis* constet S. Martinum die XI. Novembris anni quadringentesimi spiritum Deo reddidisse, apparitio illa Sancti Martini plane commentitia, ut hic & in Notis ad Martyrologium Rom. jam Baronius observavit. Porro parum curandum, quod aliqui Mediolanenses Episcopi, eam visionem in Ecclesia Mediolanensi, jam a pluribus se-

scribentis, dum ait, ab obitum Theodosii usque ad Ambrosii mortem non intercessisse triennium. Sed & cum ex Concilio Carthaginensi tertio (a) missa fuerit legatio hoc anno sub dictis Consulibus mense Septembri ad Siricium Papam & Simplicianum Episcopum Mediolanensem: plane significatur, jam ante illud tempus Ambrosium ex hac vita discessisse. Nec est quod quis canonem illum alterius Concilii postea Carthagine celebrati esse, illi vero annexum Concilio, tergiversari possit. Nam Siricius Papa, cujus mentio illic fit, haud ad illud tempus vitam propagasse dici potest, quem constat anno sequenti, mense Februario ex hac vita migrasse. Ex quibus & colligere vales, ipsum S. Ambrosium sedisse annos vigintiduos, menses quatuor minus tribus diebus: creatum enim Episcopum diximus anno Domini trecentesimo septuagesimo quarto, septimo Id. Decemb. Gratiano III. & Equitio Consulibus. Hæc cum adeo perspicuis argumentis appareant, habes unde redarguas Gregorium Turonensem, dum tradit ante S. Ambrosium defunctum esse S. Martinum, quem decessisse ait hoc anno iisdem Cæsario & Attico Coss. Sed in utroque ipsum errore lapsum, satis in Notis (b) ostendimus; & de anno obitus S. Martini, exacto habito ejus vitæ annorum calculo, superius tertio Annalium tomo demonstratum (c) est, dum de ejus die natali & a militia discessione pluribus disseruimus.

(a) Conc. Carth. 3. can. 48.

(b) Rom. Martyrol. die 4. Apr. & die 11. Novembr.

(c) Annal. tom. 3. anno Dom. 351.

XXXVI.

His igitur de obitus tempore elucidatis, quæ mortem præcesserint & in obitu contigerint, ipsumque fuerint subsecuta, hic ex Paulino reddamus: *Ipse autem* (inquit d) *de sua morte ante prædixit, quod usque ad Pascha nobiscum futurus esset: quod quidem meruit, Dominum obsecrando, quo maturius hinc liberaretur. Ingemiscebat enim vehementer, cum videret radicem omnium malorum avaritiam pullulare*. Sed eo magis cruciabatur, quod personas quoque Ecclesiasticas vehementer eadem pestis invaserat. Subdit autem post hæc: *Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur, cum XLIII. Psal-*

(d) Paulin. in Vit S. Ambros.

Visio Paulini, & ultima lucubratio sancti Ambrosii.

PAGIUS

seculis depingendam voluerint, & in Breviariis memorari; cum ea traditio alteri ejusdem Ecclesiæ opponatur, quod scilicet Sanctus Ambrosius die quinta Aprilis depositus fuerit; & particularium Ecclesiarum traditiones errori obnoxiæ sint, ut innumeris exemplis liquet. *Ambrosium* vero die V. mensis Aprilis sepultum fuisse, docet antiquus Catalogus Episcoporum Mediolanensium ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ erutus a Mabillonio Tomo I. Musæi Italici part. II. & postea a Papebrocio initio Tomi VII. SS. mensis Maji, cujus Catalogi pars prior seculo sexto videtur exarata, ut ipsimet arbitrantur.

XX. *Mors Sancti Ambrosii a præsenti anno removeri non potest.*

Valido argumento ex Concilio Carthaginensi hoc anno celebrato, defuncto sententiam suam Baronius probat. In ejus enim Canone XLVIII. legitur: *de Donatistis, placuit, ut consulamus fratres & consacerdotes Siricium & Simplicianum*. Hic enim Simplicianus alius esse non potest, quam qui Divo Ambrosio in Præsulatu Mediolanensi successit. Neque satisfacit quod respondet Henschenius, vel Simplicianum adhuc tantum Presbyterum fuisse, vel alium esse a Sancti Ambrosii successore: cum parum verosimile sit, Episcopos Afros, neglecto Ambrosio, cujus fama per omnium ora volitabat, *Simplicianum* adhuc presbyterum, ipso Ambrosio vivente consuluisse. Præterquam quod in eo concilio sermo est de Simpliciano, non Presbytero, sed *Consacerdote*, seu Episcopo; & in hujus temporis historia non occurrit aliquis alius Simplicianus Episcopus, quem Concilium illud consulere potuerit. Probari etiam potest ex Concilio Carthaginensi quinto Divum *Ambrosium* hoc anno vivere desiisse. Eo enim in Concilio *post Consulatum Fl. Stiliconis XIV. Kalend. Julias* id est, anno CCCCI. habito, cum ob Donatistarum sævitiam apud Ecclesias Catholicas maxima Clericorum penuria esset, statuerunt Africani, conveniendos Anastasium sedis Apostolicæ Episcopum, & *Venerium* Sacerdotem Mediolanensis Ecclesiæ, ut communi periculo provideant, & *consentiant*, quemadmodum loquitur Canon primus apud Labbeum Tom. II. Concil. pag. 1084. & 1085. ac pag. 1648. & 1689. *uti saltem qui parvuli baptizati sunt a Donatistis, & majores facti cognitum errorem deseruerunt, possint Clericatus officio admoveri*. Cum enim in Concilio III. Carthaginensi hoc anno coacto de eadem re Siricium & Simplicianum Canone XLVIII. consulendos constituant, de qua tunc *Anastasium* Papam & *Venerium* Mediolanensem Episcopum, dubium esse non potest, quin in Concilio III. Carthaginensi hoc anno congregato, de Simpliciano Episcopo Mediolanensi, & Siricio Papa verba faciant Patres illius Concilii. Anno sequenti num. XVII. & anno CCCC. num. II. duo alia argumenta in medium adducam, quæ hanc controversiam plane dirempturа sunt.

XXI. *Paulinus Diaconus Ecclesiæ Mediolanensis scripsit Vitam Sancti Ambrosii.*

A Num. XXXVI. ad XLI. *Paulinum* scriptorem Vitæ Sancti Ambrosii, Mediolanensis Ecclesiæ diaconum fuisse, docet Marius Mercator ipso sui Commonitorii initio, ubi postquam dixit Cœlestium Pelagii sectatorem Roma Carthaginem venisse, subdit: *Ibi de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ urbis per libellum a quodam Paulino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus*. Auctor vero Prædestinati scribit: *adstitit ei* (Cœlestio) *quidam Paulinus diaconus defensor & procurator Ecclesiæ Mediolanensis*. Periit accusatorius ille libellus Paulini, & remansit tantum memoria ejus; tum in libello, quem idem Paulinus misit ad Zosimum Papam, tum apud Augustinum, qui nonnulla illius fragmenta refert. Istum secundum libellum recitat Baronius anno CCCCXVIII. num. VII. cujus ex stylo intelligitur, unum eundemque esse, qui & Vitam Sancti Ambrosii scripserit & *Cœlestium* ad judicium Aurelii vocaverit. Unde emendandus Isidorus Hispalensis lib. de Script. Ecclesiast. cap. 4. a quo Paulinus dicitur *Presbyter*; cum longe etiam post vitam Ambrosii scriptam appelletur adhuc a Zosimo & ab Augu-

Psalmum dictaret, me excipiente & vidente, subito in modum scuti brevis ignis caput ejus cooperuit, atque paulatim per os ipsius, tamquam in domum habitator ingressus est: post quod facta est facies ejus sicut nix: postea vero reversus est vultus ejus ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus, obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi postquam visio ipsa transibat. Dicebat enim eo tempore testimonium Scripturæ divinæ, quod ego optime retinebam. Nam scribendi vel dictandi ipso die finem fecit: sed quidem ipsum Psalmum explere non potuit. Ego vero, id quod visum a me fuerat, honorabili viro Castulo diacono sub cujus cura degebam, statim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus sancti adventum me in illo vidisse docuit lectione Actuum Apostolorum. Hæc de his ipse Paulinus exceptor: cujus ministerio perraro, vel nonnisi necessitate cogente, uti consuevit: nam de eo idem Paulinus hæc supra: *Nec*, inquit, *operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus ejus attenuaretur.* Quod & ipse Ambrosius, ad Sabinum (a) Placentinum Episcopum scribens, confirmat: *Non enim*, inquit, *dictamus omnia, & maxime noctibus, quibus aliis nolumus graves esse ac molesti: tam quia ea quæ dictuntur, impetu quodam proruunt, & profluo cursu feruntur; nobis autem quibus cura est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere, & lento quodam figere gradus aptius videtur propriam manum nostro affigere stylo, ut non tam deflare aliquid videamur, quam abscondere; neque alterum scribentem erubescamus, sed ipsi nobis conscii sine ullo arbitro, non solum auribus sed etiam oculis ea ponderemus, quæ scribimus.* Hæc ipse; qui hoc tempore passus divina, suum exceptorem fallere minime potuit, quin videret quæ alias sæpe fortasse absque arbitro perpessus esset.

(a) Ambros. lib. 7. ep. 45.

XXXVII. In quibus versabatur verbis psalmi tunc Ambrosius.

Extat adhuc ipsa postrema S. Ambrosii lucubratio in Psalmum quadragesimumtertium, relicta (ut Paulinus ait) inabsoluta, duobus ultimis versibus prorsus intactis. Cum enim in eo explicando versu totus esset (b): *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?* testimoniumque illud divinæ Scripturæ ultimo recenseret loco ex Proverbiis, de divina Sapientia dictum (c): *In latitudine cordis tui describe eam:* ad hæc ipse: *Ideo*, inquit, *qui habet sapientiam, non in occulto teneat eam, sed canat eam in exitu: ubique quod sentit, cum auctoritate prædicet.* Tuncque (ut Paulinus ait) fieri cœpta est visio illa sphæræ igneæ super caput ipsius dictantis: cum tamen dictare ipse non destitit, puto quidem, ut in officio contineret exceptorem; ut deorsum super chartam ad stylum conversis intentisque oculis, ipsum lateret, quod divinitus fieret. Quam ob causam dictare prosequens, verborum illorum aliam Symmachi interpretationem addidit, sed quidem non necessariam, sicut non diversam: ut plane appareat ipsum, quæcumque obiter memoria suggessisset, illa dictasse, ut sic occupatum jugiter redderet exceptorem, ne sursum tollendi oculos tribueret facultatem, & videndi ea, quorum neminem vellet habere conscium: quamobrem (ut dictum est) dictare pergens, illa subinculit: *Symmachus autem, pro tribulatione, afflictationem posuit. Sive autem afflictatio sit, sive tribulatio; opus est ut nos maneamus in Domino, nec ab eodem recedamus. Quoniam præsule Domino & assistente nobis, omne certamen fortiter possumus sustinere. Si autem Dominum negligamus, & longe nos faciamus a Domino, facimus nobis adversarium fortiorem.* In quibus postremis verbis dicendis Ambrosius Deo plenus subsistere numine victus cogitur: cum & frustra novissima illa dictasset, quod exceptor ipsa apparente visione totus obriguisset: non enim potuit non vidisse & sursum levasse oculos, quos emissi ex luce radii invitarunt, rei novitas provocavit, atque ingens miraculum in se convertit: cum tamen, postea (ut ipse ait) retinens memoria quæ dictasset, postquam visio ostensa recessit, calamo reddidit cuncta quæ dixerat. Verumtamen quæ reliqua erant, dictandi nulla amplius Ambrosio cura fuit.

(b) Ambr. in Psal. 43.

(c) Prov. 3.

Ambrosius celare cupit visionem exceptori.

XXXVIII. Deus lucis signo sancti Ambrosii doctrinam probavit.

Sed cur ista Deus Ambrosio præstitit interpretanti divinas Scripturas jam proxime morituro, arbitro exceptore, teste quidem fide dignissimo? numquid frustra? absit: Deus quidem (quod concedunt philosophi) & natura nihil frustra. Non enim ad ostentationem (ut homines) Deus edit ostenta, sed ut quid magnum ostendat:

PAGIUS

gustino *Diaconus*. Baronio igitur videtur, nec sine gravissima ratione, inquit Garnerius in Notis ad Marium Mercatorem pag. 8. idem esse *Paulinus*, qui Cœlestium accusavit, & qui petente Augustino vitam Sancti Ambrosii scripsit, imo qui anno CCCCI. Carthaginem missus est a *Venerio* Mediolanensi Episcopo ad *Aurelium*, qui ex Concilio Carthaginensi II. petierat ab Anastasio Romano & Venerio Mediolanensi ex Italia submitti Clericos ad supplendam Africanorum inopiam.

XXII. Opera S. Ambrosii.

De Operibus Sancti *Ambrosii* genuinis, amissis, dubiis, & supposititiis legenda editio a Patribus Benedictinis Congregationis Sancti Mauri curata, cæteris, quæ huc usque lucem viderant, longe accuratior.

dat: & quidem (quod ad hanc rem spectat) voluit ejusmodi visione, veluti sigillo apposito, consignasse, ostendisseque tantum in Ecclesia doctorem, non pro humani sensus arbitrio, sed ex ore Domini, divino afflatum Spiritu docuisse, disseruisse, scripsisse, atque dictasse ea, quibus vel populum erudivit, vel hæreticos confutavit, cum viva voce vel scriptis Episcopale munus explevit, & numeros doctoris absolvit.

XXXIX. Quid S. Ambrosius ægrotans.

Quæ autem fieri contigerunt, postquam sanctus Dei sacerdos æger in lecto decubuit, idem Paulinus sic narrat: *Post hos dies, ordinata sacerdote Ecclesiæ Ticinensi, incidit in infirmitatem: qua cum pluribus diebus detineretur in lectulo, Comes Stilico dixisse fertur, quod tanto viro decedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Unde convocatis ad se nobilibus viris illius Civitatis, quos diligi a sancto sacerdote cognoverat: partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit, ut pergerent ad sanctum sacerdotem; suaderent illi, ut sibi vivendi peteret a Domino commeatum. Quod ille ubi ab illis audivit, respondit: Non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere: nec timeo mori quoniam Dominum bonum habemus*. Sententia digna quidem Ambrosio, quam a S. Augustino laudatam, qui eam declarat, Possidius (a) tradit. Cæterum haud falsum vatem Stiliconem fuisse miserandus probavit eventus; ut plane quod de vinea Domini dictum est (b): *Auferam sepem, & erit in direptionem*, Italiæ acciderit posthac barbarorum furore ubique protritæ. Sane quidem quovis tempore, longæva licet senecta, ejus obitus importunus semper videri potuisset: hoc tamen migrans tempore visus est præmature, & importune nimis ex hac vita migrasse.

(a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 27.

(b) Isai. 5.

XL. S. Ambrosii ætas.

Quod autem ad ejus ætatem spectat; cum ex litteris ipsius ad Severum scriptis tempore quo Maximus tyrannus ex improviso invasit Italiam, testetur se tunc fuisse ætatis annorum quinquagintatrium, cum jam Consulibus Honorio, & Evodio annus Domini volveretur trecentesimus octogesimussextus; numerando ab eo tempore usque ad præsentem annum ejus vitæ cursum, sexagesimumquartum vix inchoatum numerari contingit: adeo ut cum ejus senectus provectior expectaretur, omnino molestissime acciderit, ipsum decessisse in ipso pene limine senectutis. Subdit his vero Paulinus: *Per idem tempus, cum in extrema parte porticus, in qua jacebat, in uno positi Castus, Polamius, Venerius, & Felix tunc diaconi secum tractarent, voce ita repressa, ut vix invicem se audirent, qui post obitum illius Episcopus ordinandus esset: atque cum de nomine sancti loquerentur Simpliciani: tamquam interesset tractatui, cum longe positus ab ipsis jaceret; approbans exclamavit tertio: Senex, sed bonus. Erat enim Simplicianus ævi maturior. Qua voce audita, expavescentes fugerunt*. Et paulo post:

XLI. S. Ambrosii ex hac vita migratio.

In eodem tamen loco in quo jacebat (sicut referente Bassiano Episcopo Laudensis Ecclesiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cum oraret una cum supradicto sacerdote, viderat Dominum Jesum advenisse ad se, & arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est. Sed eodem tempore quo a nobis migravit ad Dominum, ab hora circiter undecima diei usque ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum Crucis oravit. Nos autem labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, cum in superiora domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens, obtulit sancto Domini corpus: quo accepto ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens, ut in virtute escæ anima refectior Angelorum nunc consortio, quorum vitam vixit in terris, & Eliæ societate lætetur: quia ut Elias numquam Regibus vel ullis potestatibus, ita nec iste pro Dei timore loqui veritus est. Atque inde ad Ecclesiam majorem, antelucana hora qua defunctus est, corpus ipsius portatum est, ibique eadem fuit nocte, quam vigilavimus in Pascha. Quem plurimi infantes baptizati, cum a fonte venirent, viderunt: ita ut aliqui sedentem in cathedra & tribunali dicerent; alii vero ascendentem suis parentibus digito ostenderent. Sed illi videntes videre non poterant: quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem stellam supra corpus ejus se videre narrabant.

XLII. Dæmones cruciati præsentia corporis S. Ambrosii.

Tot tantisque signis voluit Deus sacerdotem suum post obitum innotescere, ut sciretur in cælis vivere, quem in terris defunctum plorabant. Sed lucescente die Dominico, cum corpus illius, peractis sacramentis divinis, de ecclesia levaretur, portandum ad basilicam Ambrosianam in qua positus est: ita ibi dæmonum turba clamabat se ab illo torqueri, ut ejulatus eorum ferri non posset. Quæ gratia sacerdotis non solum in illo loco, verum etiam in plurimis provinciis usque ad hodiernum manet. Jactabat etiam turba virorum ac mulierum oraria vel semicinctia sua, ut corpus sancti aliquatenus ab ipsis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis totius dignitatis, totiusque sexus, omniumque pene ætatum non solum Christianorum, sed etiam Judæorum & Paganorum: majore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati.

XLIII. S. Ambrosius visus in longe positis ecclesiis.

Eadem vero qua obiit die (sicut textus epistolæ loquitur, quæ a successore ejus venerabili viro Simpliciano suscepta est de partibus Orientis, ad ipsum tamquam adhuc nobiscum viventem directa, quæ nunc usque Mediolani habetur in monasterio cujusdam viri sancti) apparuit orans cum illis, & imponens illis manus. Habet enim diem epistola, quo directa est; qua lecta, invenimus diem esse, quo ille defunctus est. Intra Tusciam vero, civitate Florentia, ubi nunc vir S. Zenobius nomine Episcopus est: quia promiserat se petentibus illis, illos sæpius visitaturum, frequenter ad altare, quod est in basilica Ambrosiana, quæ ibidem ab ipso constituta est, visus est orare; sicut ipso sancto viro sacerdote Zenobio referente didicimus. Subdit post hæc Paulinus de auxilio obsessæ a Radagaiso Florentinæ civitati ab Ambrosio post aliquot annos impertito, deque Gildone tyranno, in Africa ejusdem Ambrosii ope extincto; quæ omnia nos suo tempore dicturi sumus, sicut & de aliis postea ejusdem apparitione obtentis adversus impios tyrannos victoriis: ut plane eidem sancto a Deo concessum singulari prærogativa videatur, ut qui vivens principes atque tyrannos corripere nunquam destitit, post mortem quoque perseveraverit vindex scelesatorum Regum, & ultor persecutorum Ecclesiæ.

XLIV. Detrahentes Ambrosio quæ passi.

Sed & quæ Deus ostenderit signa adversus eos qui in sanctissimum sacerdotem post obitum obloqui non sunt veriti, idem Paulinus narrat his verbis: *Donatus quidam, natione Afer, presbyter tamen Ecclesiæ Mediolanensis, cum in convivio positus, in quo erant nonnulli milstares religiosi, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis & deferentibus linguam nequam, subito vulnere percussus gravi, de eodem loco in quo jacebat, alienis manibus sublevatus, in lectulum positus est, atque inde ad sepulcrum usque perductus. In urbe etiam Carthaginensi, cum apud Fortunatum diaconum, fratrem venerabilis viri Aurelii Episcopi, ad convivium convenissem una cum Vincentio Cassolitano Episcopo, Maurano etiam Episcopo Bolitano, sed & aliis Episcopis, & diaconibus: tunc Maurano Episcopo detrahenti sancto viro, retuli exitum presbyteri superius memorati: quod ille de alio dictum, de se oraculum maturo sui exitu comprobavit. Nam de eodem loco, in quo jacebat, cum subito vulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atque deinde ad domum in qua hospitabatur reductus, diem clausit. Is finis virorum detrahentium fuit; quem videntes qui tum aderant, admirati sunt.* Hæc Paulinus.

XLV.

En quot quantisque Deus cum viventem, tunc mortuum prosecutus est præconem veritatis muneribus, sicut & alios omnes qui in Ecclesia Catholica enituere veræ fidei defensores: ut tot tantisque apertissimis signis eorumdem memoria divinitus consecrata ac posteris commendata, omnes certo scirent, atque perspicue intelligerent, veritatem ab illorum partibus stare, qui his ipsis qui Dei amicissimi claruere, eamdem quam ipsi prædicarunt, atque adversas hæreticos tutati sunt, intrepide confitentes, adhærent: cum e contra nec vel umbram quidem unius saltem veri miraculi sit invenire apud eos qui diversam ab his doctrinam quovis tempore annunciarint. Quod autem ad ejusdem Ambrosii lucubrationes pertinet: desiderari quamplura, certum est; nonnulla vero ejus supposita quisque prudens intelligit. Sed de his alias.

Doctores Ecclesiæ miraculis illustrati

XLVI. De Paulino auctore vitæ S. Ambrosii.

Qui vero res ab eo gestas conscripsit Paulinus, longe alius a Paulino Nolano Episcopo fuisse, manifestissime declaratur sua ipsius assertione: Quod enim hoc tempore testetur se clericum minoris ordinis militasse in Ecclesia Mediolanensi sub cura (ut ait) Casti diaconi, Ambrosio autem fuisse a manu: quis non videat hunc esse diversum a Paulino Nolano, jam ante quadriennium (ut vidimus) initiato presbyteratu, & hoc tempore in agro Nolano agente jam triennium, ibique firmiter subsistente? Decepit complures nomen: sed & quod ambo viri isti Augustino familiaritate conjuncti fuisse noscantur, existimarunt iidem, hunc ipsum qui res gestas Ambrosii memoriæ commendavit, fuisse Paulinum Nolanum; a quo etsi alia deessent firmissima argumenta, certe quidem ipsa longe dissimilis dicendi phrasis discriminat. Cæterum præter S. Paulinum Nolæ agentem, complures alii Paulini inveniuntur eidem Augustino pernecessarii, quorum primum locum obtinet is de quo est sermo, qui rogatus ab illo, sanctissimi viri Vitam conscripsit, ut ipse ejus exordio testatur, cum hæc ait: *Hortaris, venerabilis pater Augustine, ut sicut beati viri Athanasius Episcopus, & Hieronymus presbyter stylo persecuti sunt vitas sanctorum Pauli, & Antonii in eremo positorum, sicut etiam Martini venerabilis Episcopi Turonensis Ecclesiæ Severus servus Dei sermone contexuit: sic etiam ego beatissimi Ambrosii Episcopi Mediolanensis Ecclesiæ meo persequar stylo, &c.* Idemque ad ejus Vitæ finem, se in Africa Carthagine esse versatum affirmat, cum agit de irrogato divinitus supplicio in Mauranum Episcopum Ambrosio detrahentem: ut non mirum sit quod innotuerit Augustino, qui & eum antea novisse potuit cum Mediolani vitam ageret.

XLVII.

Quamobrem hunc ipsum interdum casti-

Paulinus Diaconus.

stimavi esse Paulinum illum, qui auctus postea diaconatu, acerrimus insurrexit impugnator hæresis Pelagianæ, dum Carthagine primum adversus Cœlestium in Episcoporum Concilio strenue egit: extant enim Acta illa a S. Augustino recitata (*a*) quibus significatur, ejus opera factum, ut Cœlestius primum (*b*) Carthagini damnaretur, ut postea Romæ, oblato adversus eum Zosimo Papæ libello, ut inferius hæc omnia pro tempore pluribus patefient. Sed præter hunc, alios adhuc habes vixisse Paulinos Augustino notissimos: extat enim ejusdem Augustini epistola quinquagesimanona ad Paulinum Episcopum, in cujus fine duos alios rogat apud ipsum manentes salutari Paulinos, quorum alterum nominat filium, alterum vero compresbyterum. Isidorus in libello quem texuit de Viris illustribus, hunc ipsum scriptorem Vitæ Ambrosii presbyterum nominat: sed & alias ab eodem editas lucubrationes ita recenset (*c*): *Paulinus presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum satis succincta brevitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosii vitam signis florentem atque doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem: siquidem* * *& Constantius Episcopus Germani vitam contexuit, obitumque Paulini Uranius edidit.* Hæc ipse: quibus perspicuum est, ejus quoque sententia; Paulinum Nolanum, cujus obitum scriptum ab Uranio tradit, nequaquam auctorem fuisse Vitæ S. Ambrosii: quam quidem sententiam omnino retinemus: Uranium vero memoriæ tradidisse obitum Paulini Nolani Episcopi, omnes intelligunt, quos libellum illum legisse contigit: cum alioqui illum de quo agit Isidorus, presbyterum fuisse tradat.

Paulini plures eodem tempore.

(*a*) Aug. cont. Pela. & Cœlest. l. 2. c. 3. 4. 7.

(*b*) Epist. Conc. Cart. ad Innoc. Pap. apud Aug. ep. 9. & August. cont. Pelag. l. 2. c. 3.

(*c*) Isidor. de Vir. illust. l. 4.

* sicuti.

XLVIII. *Tuta Paulini fides probe testata.*

Cæterum quod spectat ad libellum de Sancti Ambrosii Vita conscriptum: summa fide illum consignatum esse, quisque intelligere potest; dum vel quæ ipse vidit, vel a S. Marcellina de Ambrosio didicit, vel ex epistolis diversorum, post obitum datis de iis qui in diversis provinciis ipsum vidisse narrarunt, se scripsisse testatur. Attamen brevius quam par erat, & non levi jactura posterorum, quamplurima ab eo prætermissa noscuntur; quibus quidem auctam ejusdem sanctissimi Patris Vitam a nobis conscriptam, Sixtus Pontifex Maximus, cujus jussu eam suscepi provinciam, suæ editioni ejusdem S. Ambrosii operum præfixam edendam curavit: quam ad scripta de eodem in Annalibus, cum quid diversum in ea invenies (quod posteriores cogitationes meliores esse soleant) conformandam intelliges. Sed ab eodem Paulino illud desideratum est, quod Possidius præstitit in Augustino; nimirum, ut rebus ab eo gestis memoriæ proditis attexuisset scriptorum ejus catalogum: etenim consolatio aliqua saltem ista fuisset, post illorum deploratam jacturam inæstimabilem, in indicis serie ea legere, ac in his veluti dulcibus exuviis delectari. Ignoratum plane esset, scriptum ab eo catechismum ad Fritigildem Reginam Marcomannorum, nisi ipse Paulinus vel obiter meminisset: nec sciretur ab eodem S. Ambrosio editum de puerilis ætatis institutione libellum ad Pansophium puerulum Florentiæ ab eo revocatum a mortuis, nisi alia occasione idem recoluisset: præteriissent quoque omnes ab eodem S. Ambrosio editi commentarii adversus imperitissimos, & superbissimos quosdam, qui de Platonis libris Dominum profecisse jactarunt; nisi apud S. Augustinum (*d*) de iisdem nobilis memoria esset. Nec quis etiam scisset ab eo elucubratas elucidationes in Prophetas, & homilias in Sapientiam Salomonis, nisi unus hæc docuisset Cassiodorus; (*e*) cujus quoque testificatione tantum noscitur, ab eodem Ambrosio relictum codicem, in quo ejusdem suavissima (ut ait) inerat expositio super omnes Pauli epistolas: quod quidem volumen jam ejusdem Cassiodori tempore desiderari cœptum est: sed plane deperdito, in locum ejus, alterius auctoris, ejusdem facultatis opus, Ambrosii nomine apparet fuisse suppositum.

Ambrosii plura scripta desiderata.

(*d*) Aug. ep. 34. in fin.

(*e*) Cassiod. inst. divin. lect. lib. 1. cap. 3. 5.

XLIX. *Sermones S. Ambrosii jacturam passi.*

Sed & quamplurimos sermones ejusdem sancti constat esse deperditos. Quotnam, rogo, ab eo ad populum dictas homilias oportuit; quem constat singulis diebus Dominicis & celebritatibus martyrum conciones ad populum habuisse? Porro ejusdem Cassiodori (*f*) auctoritate sermonis illius tantum titulus innotescit de Judicio Salomonis; & alios plurimos certum est desiderari: cum alioqui complures S. Maximi Episcopi Taurinensis, Ambrosii nomine habeantur inscripti, sicut & alia aliorum nonnulla ut S. Prosperi, & aliorum, utinam, & non Pelagii etiam, cujus epistolam ad Demetriadem scriptam, Ambrosii nomine hactenus lectam fuisse constat: ut prætermittam alia nonnulla alienissima ab eo, quæ ejus tamen titulo cusa leguntur. Sed in his non immoremur; a quibus omnibus Paulinus nos liberasset, si (ut par erat) singula ab Ambrosio scripta opera, posteris, edito eorum indice, credidisset.

(*f*) Cassiod. lib. 1. c. 4.

L. *Cur Hieronymus de Ambrosio tacuit.*

Sed nec quemquam alium antiquorum reperimus, qui ejusdem Ambrosii scripta recensuerit: verum hæc tantum a S. Hieronymo ante annos quinque in catalogo Ecclesiasticorum scriptorum prodita leguntur: *Ambrosius Mediolanensis Episcopus*

pus usque ad præsentem diem scribit: de quo, quia superest, meum judicium subtraham, ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas. Hæc tantum ipse. Sed unde (dicet aliquis) reprehendenda veritas? Numquid fuit aliquid, quo in his quæ spectant ad Catholica dogmata Ambrosius a Hieronymo sugillandus esset? minime gentium: sed quod e Græcis scisset (*a*) mutuatum esse quamplurima. Qui enim e secretario Judicum ad sacratium evestigio translatus esset, haud mirum, si alterius interdum indigeret ad volatum pennis: quod objectum tacito nomine in eumdem Ambrosium a S. Hieronymo, Ruffinus (*b*) exaggerat, ex secretis (ut ait) inter se litteris de Ambrosio illum suppresso nomine locutum esse, se probare posse testificans. Sed Ruffini ipsius malam mentem, malumque animum ex pluribus superius reddidimus sæpe testatum. Cæterum hic non prætermittendum, vixisse his temporibus alium item Ambrosium nomine scriptorem Ecclesiasticum, de quo sic ipse Hieronymus: (*c*) *Ambrosius Alexandrinus, auditor Didymi, scripsit adversus Apollinarium volumen multorum versuum de dogmatibus, & (ut ad me nuper, quodam narrante, perlatum est) commentarios in Job: qui usque hodie superest.* Hæc ipse. Sed jam quæ sunt reliqua anni hujus, ordine prosequamur.

(*a*) *Hier. præfat. in Didym. de Spir. san.*

(*b*) *Ruffin. invect. adversus Hier.*

(*c*) *Hier. de Script. Eccl. prope fin.*

LI. De S. Felice Bononiensi, & Gaudentio Novar. Episcop.

Relato ad superos sanctissimo sacerdote, communi totius Mediolanensis Ecclesiæ consensu successor S. Simplicianus eligitur, antiqua morum probitate, probataque diu doctrina toti orbi Occidentali conspicuus, sed longæva nimis ætate gravatus: de quo sæpe superius quarto Annalium tomo, pluribusque mentionem haberi contigit. *Ex eadem quoque Mediolanensi Ecclesia, quæ cultura magni illius agricolæ egregiis erat clericorum fæcundata palmitibus, assumptus paulo post fuit Felix diaconus in Episcopum Bononiensis Ecclesiæ, dignus S. Eusebii successor.* Hæc ex Paulino (*d*). Sed haud diu post ab eodem S. Simpliciano ordinatus est Novariensis Ecclesiæ S. Gaudentius Episcopus, egregie pollens vitæ sanctitate, utpote qui sub disciplina institutus fuerat S. Laurentii ejusdem Ecclesiæ presbyteri & martyris (improvisa enim Gentilium grassatione una cum pueris quos erudiebat, est interfectus) quique postea S. Martino inhæsit, inde vero adjunxit se comitem S. Eusebio Vercellensi Episcopo in Orientem exulanti: sed & S. Ambrosio bene notus, de futuro Episcopatu prædictionem accepit, ut vitæ ejus Acta declarant.

(*d*) *Pauli. in Vit. S. Ambr.*

LII. Concilium Taurinense.

Hoc itidem anno paulo post S. Ambrosii obitum, celebratum apparet Concilium Taurinense, in quo lectæ sunt tum Romani Pontificis, tum etiam ipsius Ambrosii litteræ haud pridem ad Synodum datæ in causa communicationis Felicis in Gallia Episcopi, prout ejusdem Synodi quintus canon his verbis significat (*e*): *Illud decrevit præterea S. Synodus: ut quoniam legatos Episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinarunt; si quis ab ejus communione se voluerit separare, in nostra sancta pacis consortium suscipiatur, juxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis dudum latas, quæ in Concilio legatis per scribas recitatæ sunt.* Quisnam fuerit iste Felix, cui Galliarum Episcopi non communicarent, & causa cur vitaretur, consule quæ superius dicta sunt tertio Annalium tomo, dum de Maximo neci dante Priscillianistas actum est.

(*e*) *Concil. Taurin. c. 5.*

LIII. De Metropoli Galliæ Narbonens. & Viennens.

Sedatæ sunt in eadem Synodo altercationes inter Arelatensem, & Viennensem Episcopos de primatu certantes: illique Civitati dignitas illa decreta, quæ se ejus provinciæ metropolim ostenderet. Sed & Narbonensis provinciæ primam esse sedem Massiliensem Ecclesiam pariter declaratum est, ejusque tunc sedis Episcopum Proculum Metropolitanum esse habendum Antistitem: hic ille Proculus insignis nomine, quem interfuisse vidimus Concilio Aquilejensi una cum Sancto Ambrosio, ut ejusdem Synodi Acta testantur; quem & S. Hieronymus (*f*), ad Rusticum scribens, magnopere commendavit.

(*f*) *Hier. ep. 4.*

LIV. Concilium Carthaginense tertium in Basilica Restituta.

Iisdem hujus anni Consulibus, Kalendis Septembris celebrata habetur Synodus (*g*) Carthaginensis, tertia dicta, in Secretario Basilicæ Restitutæ, loco solito, in quo alia quoque nonnulla Carthaginensia Concilia acta esse leguntur. Sed unde nomen loco ut Basilica Restituta dicatur? Num (ut hæc obiter attingamus) sic dicta a Restituta (*h*) martyre Carthagine passa? Vel a S. Restituto Epi-

(*g*) *Extat to. 2. Conc.*

(*h*) *Rom. Marty. die 17. Maii ibi not.*

PAGIUS XXIII. Concilium Taurinense.

Ad num. LII. & seq. Concilium *Taurinense* post mortem Sancti Martini, quæ anno CCCC. contigit, celebratum, de quo commodius anno CCCCI. ad quem pertinet, agemus.

XXIV. Concilia Carthaginensia diligentius pertractata.

A num. LIV. ad LVII. discussionem *Conciliorum Carthaginensium* diligentiori examine pertractare aggressus est Baronius; sed cum in acta depravata incidisset, ipseque eorum Conciliorum ordinem invertisset, rem obscuram aliquanto obscuriorem reddidit. Qui tamen excusatione dignus, quia cum corrupta essent exemplaria, Oedipus non erat, qui divinare posset. Meliorum itaque codicum & variorum hac de re Tractatuum post ejus mortem publicatorum subsidio, hanc Annalium Ecclesiasticorum par-

piſcopo Carthaginenſi, in cujus die natali S. Auguſtinus homiliam ad populum habuit? Aut fortaſſe (ut de alia Baſilica in Africa exemplum (a) eſt) ſic nominata fuerit Reſtituta, quod poſſeſſa diu a Donatiſtis, fuerit reſtituta Catholicis? quod & magis arridet; cum in alio Carthaginenſi Concilio celebrato Valentiniano Auguſto quartum, & Theodoſio Conſſ. eadem Baſilica nominata habeatur Perpetua Reſtituta. Fuiſſe quidem Carthagine majorem baſilicam, ubi corpora ſanctorum martyrum Perpetuæ, & Felicitatis ſepulta erant, auctor eſt Victor (b) Epiſcopus Uticenſis. Sic igitur primaria Baſilica, quæ a primaria martyre nomen acceperat ut Perpetua diceretur, occupata olim & poſſeſſa diutius a Donatiſtis, quod tempore Conſtantini, vel Conſtantii ejus filii reddita ſit Catholicis, Reſtitutæ aucta eſt nomine.

(a) Evod. Valen. epiſt. 1. c. 7. in fin. apud Aug. to. 10.

(b) Vict. de Perſecut. VVandal.

LV. Secunda hæc Synodus, & non tertia dicenda.

Quod autem tertium hoc dicatur Carthaginenſe Concilium: non inde quidem accidit, quod in ea Civitate tria tantum in hanc diem fuerint celebrata Concilia, cum longe plura ibidem habita numerari contingat: ſed quod Conciliorum collector ab illis numerare exorſus, quæ poſt tempora Conſtantini potuit reperiſſe, hoc ordine tertium numeravit. ☞ Secundum vero nominavit quod ante iſtud collocavit celebratum (ut ponitur) Valentiniano Quarto, & Theodoſio Conſulibus. Sed manifeſtus eſt ibi error in Conſulum nota, ſiquidem nuſquam reperitur Valentinianus Auguſtus geſſiſſe Conſulatum cum Theodoſio, ſed cum Neoterio anno Chriſti trecenteſimo nonageſimo. Nec eſt, quod dici poſſit, pro Neoterio, vitio librariorum Theodoſium ſcriptum: ſiquidem Alypius qui in ea Synodo nominatur Tagaſtenſis Epiſcopus, adhuc presbyter tunc tantum erat, quem creatum fuiſſe Epiſcopum Tagaſtenſem anno Redemptoris trecenteſimo nonageſimo quarto, ſuperius eſt demonſtratum. Quod autem pluribus notis qui huic ſecundo nuncupato Concilio præfuit Genedius, abſque controverſia cognoſcitur fuiſſe Carthaginenſis Epiſcopus, utpote qui non ſolum primo loco ſedit, primuſque omnium ſententiam dixit, ſed & ſuis ipſe litteris Synodum convocavit, quod nonniſi Primati licuiſſe (c) S. Auguſtinus docet in epiſtola ad Victorium: exiſtimatum fuit a docto viro, hunc in ſede Carthaginenſi ſucceſſiſſe Grato, præceſſiſſe vero Aurelium, qui in eadem Synodo ſecundo loco nominatus reperitur Epiſcopus; ita ut ſicut Auguſtinus Valerio, ita Genedio Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus hæſerit: ſic ipſe in perdifficili quæſtione a nemine hucuſque tentata, nedum ſoluta, quam nos diligentiori examine pertractare aggredimur. Atque in primis, quod ad ejuſdem Concilii tempus ſpectat, reperimus, longe abeſſe ut dictum Concilium ſub Genedio celebratum dici ſecundum poſſit, ſicut eſt poſitum a Collectore: quin potius poſtremum omnium eorum quæ ab eo ſunt numerata ſeptem, eſſe ponendum, contendimus. Ad hoc probandum hac in primis evidenti utimur ratione: Interfuiſſe huic Synodo, ſententiamque dixiſſe reperitur Valentinus Numidiæ Primas, qui non ante ſextam ac ſeptimam Synodos Carthaginenſes potuit eam eſſe conſecutus dignitatem, ſiquidem ante ipſum in Concilio Milevitano, quod celebratum eſt anno quadringenteſimo ſecundo ſub Conſulatu quinto Arcadii, & Honorii Augg. cum aliis ſediſſe Numidiæ Primatem Xantippum, ejuſdem Concilii Acta ſignificant: adeout nullo pacto ante illud tempus celebratum dici poſſit illud ſub Genedio Concilium Carthaginenſe, ut ſit neceſſe illud

(c) Aug. epiſt. 217.

De tempore Concilii Carthaginenſis ſub Genedio.

PAGIUS

partem conabor illuſtrare. *Primum* Concilium Carthaginenſe, ut vulgo appellatur, habitum fuit ſub *Grato* Carthaginenſi Epiſcopo anno CCCXLVIII. vel inſequenti, ut inter omnes convenit. *Secundum* congregatum, ſub *Genethlio* Epiſcopo anno trecenteſimo nonageſimo; ſed cum in editione vulgata celebratum dicatur *Valentiniano A. IV. & Theodoſio V. C. Coſſ.* Baronius num. LV. Theodoſii nomen retinendum eſſe exiſtimans, illud Concilium Carthaginenſe in annum quadringenteſimum viceſimum quintum, quo Valentinianus Cæſar cum Theodoſio IX. Conſulatum geſſit, rejiciendum putavit, & e ſecundo loco inter Carthaginenſia Concilia, in ultimum tranſtulit. Verum *Theodoſii* nomen librariorum errore poſitum, ut patet ex codice Vaticano ab Holſtenio publicato, in quo Theodoſii loco legitur *Neotericus*, qui cum Valentiniano Aug. anno CCCXC. conſulatum geſſit, quo ideo anno hæc Synodus congregata, non ordine inter Carthaginenſes *ultima*, ſed, ut nomen profert, *ſecunda*.

XXV. Genethlius Aurelii deceſſor fuit.

Carthaginenſium Epiſcoporum chronotaxis Concilium ſub Genethlio, quem ex *Actis corruptis Genedium* Baronius appellat, *ſecundum* ordine eſſe inter Carthaginenſia demonſtrat. *Gratus* enim, qui priori Concilio præfuit, & de quo in antiquiſſimo Eccleſiæ Carthaginenſis Kalendario a Mabillonio publicato ad III. Nonas Maji, legitur: *Depoſitio Grati Epiſcopi*, incerto anno ad Deum migravit. Huic ſucceſſit, non *Aurelius*, ut credidit Baronius, ſed *Genethlius*, quem ex Italia anno CCCLXXXVIII. rediens Auguſtinus poſt mortem Maximi tyranni, vidit apud Carthaginem Diaconi Carthaginenſis munus obeuntem, ut ipſemet Auguſtinus ſcribit lib. 19. de Civit. Dei cap. 8. Quare anno circiter CCCXCI. *Aurelius* ad Epiſcopatum Carthaginenſem evectus eſt, ideoque *Genethlius*, qui Concilio Carthaginenſi II. præfuit anno CCCXC. eodem vel inſequenti anno vita deceſſit; cum anno CCCXCIII. die VIII. Octobris Concilio Hipponenſi Aurelius præfuerit, & ſequentia Concilia Africana ſub eo habita præ-

Illud referre ad tempora Zosimi, Bonifacii & Cœlestini Romanorum Pontificum, sub quibus idem Valentinus reperitur fuisse Numidiæ Primas; utpote qui interfuisse habetur sexto Concilio Carthaginensi, primumque locum tenuisse post Aurelium Episcopum Carthaginensem: quod Concilium celebratum reperitur anno Christi quadringentesimo decimooctavo, sub Consulatu Honorii duodecimo & Theodosii octavo: sed & in synodalibus litteris ad Bonifacium Papam datis, cum æque post Aurelium ponitur Valentinus, sicut in litteris redditis ab Orientalibus ad Africanos, nempe ab Attico Constantinopolitano, & Cyrillo Alexandrino; in quibus dum æque post Aurelium Carthaginensem Episcopum legatur Valentinus, plane possit intelligi, ipsum illum fuisse Primatem Numidiæ. Reperies idipsum factum pariter in litteris Concilii Africani ad Cœlestinum Romanum Pontificem, in quibus statim post eumdem Aurelium nominatum habes Valentinum, sed in edito codice perperam pro Valentino legitur Palentinus, quod ex antiquis scriptis codicibus corrigas. Porro ipsum Concilium Africanum (ita dictum, ut in ejus exordio declaratur, quod quæcumque Concilia sub Aurelio Carthaginensi sunt celebrata, illic per epitomen sint collecta) celebratum reperitur tempore Cœlestini Romani Pontificis, ut apparet ex synodali epistola ab eadem Synodo ad eumdem Pontificem data, quæ in ejusdem Concilii ultimo capite descripta habetur; ejusdem vero Cœlestini Papæ anno primo, nempe sub Consulatu Castini atque Victoris. Post ipsum vero celebratum esse dictum Concilium sub Genedio, inde ducimus argumentum. Cum enim in ejus secundo Canone, in quo agitur de continentia clericorum, citetur Canon præfati Concilii, qui trigesimusseptimus esse reperitur ejusdem Concilii Africani; sed & in Canone tertio ejusdem Concilii sub Genedio citetur pariter Canon de non reconciliandis a presbyteris publice pœnitentibus, qui esse reperitur decimus ordine in dicto Concilio Africano: plane dicendum est dictum Concilium sub Genedio esse habitum post dictum Concilium Africanum celebratum anno primo Cœlestini Pontificis. Ad quod etiam tempus perseverasse in Africa Faustinus Episcopus Potentinus in Piceno Legatus a latere a Bonifacio Papa missus videri potest, nisi reversus antea, iterum sit missus a Cœlestino: siquidem ipsum sententiam dixisse in dicto Concilio sub Genedio, ea addita ad secundum Canonem ejus Concilii antiqua lectione, habetur expressum. Ex quibus adeo expressis notis tempus Concilii sub Genedio intelligere quilibet potest. Sed quod illud ipsum signatum his Consulibus habes in edito codice, Valentiniano IV. & Theodosio: scias vitio librariorum inversum ordinem, ut loco Theodosii junioris XI. & Valentiniani, qui Consulatum gesserunt post Castinum, & Victorem, secundo anno Cœlestini Papæ absoluto, posuerint Consules Valentinianum, & Theodosium: & loco IVnioris, IV posuerint ut numeri notam. His de tempore ejus Concilii accurate perspectis, & omnibus sibi probe consentientibus cognitis: intelligere possumus quid sit, quod primo loco Genedius tamquam vere Carthaginensis Episcopus ponitur, & se-

PAGIUS

prænotentur. Ipsemet Baronius anno CCCCXII. num. IX. existimat, Epistolam D. Augustini CLXIII. quæ novo ordine est XLIV. scriptam esse ad *Eleusium* ipsomet anno, & tamen in ea legitur: *Inde nescio quomodo ventum est ad commemorationem beatæ memoriæ Genethlii Episcopi*, &c. qui ideo anno CCCCXII. jam obierat. Verum eam Epistolam hoc vel sequenti anno datam esse, eo Christi anno demonstrabimus. *Aurelius* usque ad annum circiter CCCCXXX. Ecclesiam Carthaginensem rexit, ut ex dicendis liquebit. *Genethlius* in Kalendario laudato his verbis ad Nonas Maji inscribitur: *Depositio Generlò Episcopi*, ubi legendum, *Genethlii*.

XXVI. *Epocha II. Concilii Carthaginensis stabilitur.*

De istius Concilii veritate nullus superest dubitandi locus, cum & in Collectione veteri exhibeatur, & ex eo plures canones citet Ferrandus. Justellus tamen ait, falsum & fictum omnino esse, quod probare tentat ex erronea Consulum subscriptione mox memorata, quæ tamen corrigenda erat. Addit Justellus, *Alypium* Tagastensem Episcopum, qui hac in Synodo interloquitur, nonnisi quatuor annis post prædictorum Consulatum, ordinatum fuisse Episcopum, ut observat Baronius ex Augustino & Hieronymo. Quo argumento cum ipse quoque Baronius utatur, illique satisfecerit Marca in dissert. de Veteribus Collectionibus Canonum cap. 5. quæ Præsul Doctissimus de hoc Concilio scripsit, huc transferenda. Baronius itaque mitius agit cum hoc Concilio, quam Justellus. Ille enim Concilium hoc gradu suum movendum putat, & posterius esse Conciliis omnibus, quæ ab *Aurelio* Carthaginensi habita sunt: qui quidem velut emeritus, successorem sibi designavit *Genethlium*. Unde factum, ut in Actis ejus Concilii, Genethlii & Aurelii mentio injiciatur, ac si uterque Synodo præesset; ille ut actu Episcopus, alter ob dignitatem retentam; cum tamen certum sit, vice versa *Aurelium* successisse *Genethlio*. Probat autem sententiam suam Baronius, ex eo quod *Valentinus* Numidiæ Primas huic Synodo interfuerit, qui fuit Xantippi successor. Porro *Xantippus* Milevitano Concilio præsens aderat anno CCCCII. ante quod tempus Carthaginense *tertium*, quod vocant, & insuper *quartum* ac *quintum* habita fuerant. Quare *secundum* dici non potest, in quo *Valentinus* Xantippi successor interfuit. Huic argumento aliud addit Baronius, nempe canone secundo hujus Concilii citari Canonem XXXVII. Collectionis Dionysianæ, *de continentia Clericorum*, qui potius est ex

secundo loco Aurelius recitetur, quem hactenus fuisse Primatem, primumque locum in omnibus tenuisse omnibus constet, nimirum nihil esse aliud quod dici possit, quam ipsum jam senio fatiscentem (jam enim diu ante in aliis Synodis Africanis senem Aurelium invenies nuncupatum) refudisse in Genedium onus Episcopatus, ut Valerium in Augustinum, & ipsum Augustinum in Eradium, & fecisse idem Severum Milevitanum, idem Augustinus testatur; sicque sederit Aurelius cum Genedio, honoris causa concessa ab aliis ipsi prærogativa suffragii. At hæc jam satis de his quæ spectant ad Concilium Carthaginense ultimum, errore autem secundo loco positum: qua ratione nec tertium erit tertium, nec reliqua eo quo censentur ordine numeranda ☞.

Aurelius senex Genedio Episcopatum cessit.

LVI. Rursum vero de recensitis sub eodem Concilo quinquaginta canonibus, haud omnes in hac Synodo sanciti probantur, sed diversis aliis Conciliis Carthaginensibus: ut inter alios ille, quo sacrorum librorum certus numerus definitor (a): nam ex eiusdem canonis verbis exploratum satis redditur, decretum illud esse in Concilio Carthaginensi tempore Bonifacii Papæ habito. Sed & canones illos (b) spectantes ad continentiam clericorum, quoniam ea esse statuta apparent ex admonitione Siricii Romani Pontificis ea de re scribensis ante decennium ad Episcopos Africanos post Consulatum Arcadii atque Bautonis, (qui est annus Domini trecentesimus octogesimussextus) dignum est existimare fuisse alicujus alterius Concilii Carthaginensis eo tempore post acceptas ejusdem Siricii Papæ litteras celebrati. Idemque dicendum putamus de canone (c) illo, ne in Ecclesia convivia celebrentur: quandoquidem ex suggestione S. Augustini id scribentis ad Aurelium Episcopum Carthaginensem ante plures annos, cum creatus presbyter esset, a Patribus definitum fuisse, nos superius, cum de ejusdem Augustini sacri presbyteratus ordinis initiatione egimus, dixisse meminimus. Haud enim verisimile est, cum alia post acceptas a Siricio Papa, & ab Augustino presbytero litteras Concilia in Africa ab Aurelio Carthaginensi Episcopo celebrata esse sciantur, de his agi post decennium esse dilatum. Cæterum quod ad canonem (d) illum pertinet, quo decernitur Siricium Summum Pontificem consulendum esse, necnon Simplicianum Mediolanensem Episcopum: quod nec sit invenire ad illud sequentis anni tempus Siricium pervenisse, neque ante præsentem annum Simplicianum sedere cœpisse; necessitate temporis cogimur affirmare, hoc anno, in hoc ipso Carthaginensi Concilio ea esse decreta, sicut & alia complura.

(a) *Concil. Carthag. 3. cap. 47.*

(b) *Concil. Carthag. 3. cap. 19.*

Canones diversorum Conciliorum sub uno Concilio recensiti.

(c) *Concil. 3. Carth. c. 30.*

(d) *Concil. Carthag. 3. cap. 48.*

LVII. Inter alia autem in eodem statuta Concilio, quæ ad ritum antiquum pertinent, elucidanda est canonis quinti sententia, quo ista decreta leguntur (e): *Item placuit, ut per solemnissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal. Quia si Fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutare.* Hæc ibi. Non est quod quis errore labatur, ut dictum id existimet de sacramento Eucharistiæ: nulla enim de his lex sancienda fuisset; nam ne cogitatione quidem quis concipere potuisset, ut nondum baptizatis Eucharistia impertiri deberet. Quamobrem per sacramentum nequaquam sacta intelligenda,

(e) *Concil. Chartag. 3. cap. 3.*

PAGIUS ex Concilio habito anno CCCCI. & Canone tertio laudari Canonem, *de Chrismate, reconciliatione pœnitentium, & puellarum consecratione*, qui extat in Concilii sexti Canone decimo. Ita Cardinalis Doctissimus.

XXVII. His difficultatibus, ut satisfiat, observandum, Canones Concilii Carthaginensis sexti petitos esse ex variis Conciliis prioribus, nempe ex Concilio sub *Grato* Canonem quintum, ex Carthaginensi tertio plerosque, & ex Synodo sub Genetlio Canones II. III. IV. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. iisdem quandoque verbis, aliquando vero paulisper mutatis. Unde accidit, ut interlocutiones Episcoporum quæ tribuuntur recte Aurelio, Alypio, Numidio, & aliis in Concilio sexto, in quo Canonum sub Genetlio verba transcribuntur, fuerint deinde inter exscribendum, librariorum vitio, retentæ in Actis Concilii sub *Genetlio* sub nominibus eorundem Episcoporum; qui alii erant in vero exemplari illius Concilii sub Genetlio, ut statim patebit. Interim, ut res tota sit adhuc apertior, canones editi a Concilio sub Genetlio, quos habet Ferrandus, hic proponendi sunt, & reliqui expendendi: unde constabit vetustas hujus Concilii præ cæteris habitis sub Aurelio, tantum abest, ut sit ultimum, quemadmodum sibi persuaserat Baronius. Tum etiam manifestum fiet discrimen istius Concilii a sexto; quod tamen a priore pleraque mutuatum est, ut dixi. Denique quid significetur per *præteritum Concilium* in canone II. & III sub Genetlio. Sicque Baronii argumentis respondebitur.

Canones Concilii Carthaginensis VI. ex aliis depromti.

XXVIII. Quatuor sexti Concilii canones citat Ferrandus in Breviario IV. VIII. IX. & X. Quarti canonis compendium hoc est apud illum Auctorem num. CXCIV. *ut qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem accusandi non habeat. Concilium Carthaginense sub Sancto Genetlio tit. IV. Concil. Carthag. tit. VI. Hoc & in Concilio Thenitano statutum est.* Ex collatione istorum canonum patet, duo fuisse Concilia Carthaginensia, quæ criminosos ab accusatione submoverant, alterum sub *Genetlio*, idque prius, ut docet ordo scripturæ, & alterum Carthaginense, Quod congruit cum antiqua Collectione, ubi res eadem sancitur in Concilio sub Genetlio tit. VI. & præterea apud Dionysium in Carthaginensi sub Aurelio, quod vocant *Sextum*, tit.

Verba aliqua & Episcoporum nomina ex concilio Carthag. II. in VI. translata.

da est Eucharistia: nam & sequenti canone cum de ea agitur, non alio ipsa nomine, quam Eucharistiæ exprimitur. Sed ea voce *Sacramenti*, generali significatione, quicquid mysticum est, accipitur, ut superius demonstratum est, cum de fermenti sacramento ad elucidationem complurium locorum tertio tomo pluribus egimus. Quam ob causam existimo idem esse quod ibi dicitur, non dandum sacramentum catechumenis eo tempore quod Paschalia festa sint: ac si dixisset, Non fiant qui catechumeni inferioris sunt ordinis, Competentes; ut sacramentum detur eis, hoc est, symbolum illud, quod quidem ab Africanis appellari consuevit fidei sacramentum: Sed sal tantum catechumenis inferioris ordinis impertiri solitum accipiant: Nam & ipsi Fideles, baptizati scilicet, per dies illos Paschales sacramenta non mutant, nempe signa in baptismate suscepta, ut plane doceat, non esse tunc tempus mutationis. S. Augustinus enim vocat sæpe ipsum symbolum, sacramentum: (a) quod eo fidei sacramentum (b), hoc est fides ipsa contineatur. Porro catechumeni, ipso exordio catechismi, sale ad salutem condiebantur, ut qui ritus tractant Ecclesiasticos satis docent; & ipse de se S. Augustinus, cum puer esset, ait (c): *Signabar jam signo Crucis ejus, & condiebar ejus sale.* At de his satis.

De Catechumenis sale expurgandis.

(a) Aug. de Symb. ad Catechum. lib. 2. 3. 4. & de tempor. serm. 2.

(b) Aug. ep. 23. in fin.

(c) Aug. Confess. l. 1. c. 11.

LVIII.

Sed quid illud, quod in eodem Concilio his verbis a Patribus definitum esse legitur? *Ut* (d) *primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum Primæ sedis Episcopus.* Ita in omnibus antiquis scriptis exemplaribus legitur: verum, & in Græce redditis ejusdem Concilii Carthaginensis canonibus eadem tantummodo esse verba canonis, Theodorus fidem facit: ut non dubites, quæ mox sequuntur in Decretorum libro his verbis: *Universalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur*; esse Gratiani. Quod schola imperitorum (e) ignorans, magno canonem præconio extulit, quo sancitum dixerunt, ne Romanus Pontifex Universalis appellaretur: quasi Africanæ Ecclesiæ juris fuerit, de Romana Ecclesia sancire leges; & non magis Romanæ Ecclesiæ facultatis & usus, leges præscribere Ecclesiæ Africanæ. Quod ne longius petito demonstretur exemplo; habes a Siricio Papa epistolam ad Africanos conscriptam Consulatu Arcadii & Bautonis, qua custodiri præcipit quæ tunc in Romano Concilio fuerant constituta, apposito ad finem epistolæ anathemate, his scilicet verbis: *Si quis sane inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit evagari; sciat se a nostra communione seclusum, &c.*

(d) Concil. Carthag. 3. c. 26.

(e) Centuriat. cent. 5. c. 9. col. 868.

Redarguitur inscitia Centuriatorum.

LIX. De titulis Episcoporum.

Sic igitur, sicut liquet ea non esse verba canonis, sed Gratiani; ita etiam patens est non esse eadem a Gratiano indita ad canonem illum veluti declarationem appendicem, sed apposita ad sequentium rerum tractandarum epigraphum. At vero cur Romani Pontifices, Universales interdum dici renuerint, opportunius suo loco dicendum: nunc autem in reddendo canonis hujus germano sensu versemur. At primum quod pertinet ad voces ipsas: haud enim ipsæ ab Ecclesia abjiciendæ fuerunt ut exoticæ atque profa-

PAGIUS

tit. VIII. ubi diligenter observandum est hunc canonem editum in Concilio sub *Genetlio* teste Ferrando, & in Carthaginensi sexto, eodem teste; in utroque fieri ad suggestionem *Numidii*, Aurelio interloquente & Præsidis munus exercente; quod, ut conveniat Concilio Sexto, non potest convenire Concilio sub Genetlio. Quare dicendum, Canonis verba deprompta quidem a Patribus Concilii Sexti ex Concilio sub Genetlio, sed a librariis transcribentibus vices mutatas, & Episcoporum nomina ex Concilio Sexto in hoc translata. Idem error pervasit Canones VII, X. & XI. Concilii Sexti, qui respondent Canonibus IV. & VIII. Concilii sub Genetlio, ubi fit mentio Alypii & Valentini.

XXIX. Canon Concilii II. Carthag. in Concilium VI. translatum.

Tituli octavi lemma hoc est num. LV. apud Ferrandum: *ut Episcopus si causam habuerit, a duodecim Episcopis audiatur*, Concilium Carthaginense sub Sancto Genetlio tit. VIII. & de Presbyteris num. XCVI. apud eundem: *ut Presbyter qui reatum incurrerit, a sex vel a septem Episcopis audiatur*. Concil. Carthagin. sub Antistite Genetlio tit. IX. In Collectione veteri Can. X. ad suggestionem Felicis Episcopi Selemselitani, quæ reperita sunt iisdem verbis in Carthaginensi VI. sub Aurelio; dempta tamen isthac clausula, quæ est in isto secundo: *Genetlius Episcopus dixit: Quid ad hoc dicit Sanctitas vestra? Ab universis Episcopis dictum est a nobis veterum statuta debere servari.* Unde manifeste patet, hunc Canonem e Concilio sub Genetlio translatum fuisse in Concilium VI.

In Concilio sub Genetlio constitutum docet Ferrandus num. XXIV. *ut nullus Episcopus plebem alienam usurpet*. Concil. Carthagin. sub Sancto Grato tit. IX. Concilium Carthagin. sub Antistite Genetlio tit. IX. Concilium Carthagin. tit. V. Canon iste nonus, est undecimus numero in Collectione veteri, editus ad suggestionem Victoris Episcopi. In Concilio VI. sub Aurelio Canone V. quem laudat Ferrandus, ad relationem Aurelii de avaritiæ variis capitibus cavetur inter cætera generaliter, *ne quis alienos fines usurpet*. Unde patet discrimen utriusque Concilii, & prius esse Concilium sub Genetlio, quam Carthaginense sub Aurelio.

XXX. Concilium sub Genetlio prius habitum quam Carthaginense sub Aurelio.

Denique Canon III. & IV. ejusdem Concilii VI. *de continentia sacerdotum*, quorum primus Aurelio suggerente constituitur, & alter Faustino quoque interloquente, desumti sunt ex Canone II. Sub Genetlio: ubi Aurelius interloquens introducitur, sed de Faustino tacetur; quæque in Concilio VI. Faustino Legato Romanæ sedis tribuuntur, in Concilio habito sub Genetlio universis Episcopis adscribuntur. Un-

XXXI. Ideoque in annum CCCCXXV nullo modo rejici potest.

fanæ, quæ ex innumeris divinæ Scripturæ locis sibi vendicant auctoritatem: passim enim in utroque reperis Testamento, Princeps sacerdotum, & Summus Sacerdos, idemque Maximus Pontifex. Nec quidem eædem, ut mendaces tituli, explodendæ, vel ut quæ in Ecclesia Catholica non essent usu receptæ: siquidem ut Episcopi qui aliis præsunt Episcopis, dicerentur Principes sacerdotum, Theodorus (*a*) in testimonium adducit œcumenica Concilia Sardicense, & Chalcedonense; *quæ* (inquit) *Exarchos provinciarum appellant Metropoleon Episcopos*. Quod vero ad Summi Sacerdotis, vel etiam Summi Pontificis vocem pertinet; communes fuisse ejusmodi titulos etiam Episcopis illis, quos nullos sub se Episcopos contingeret habere subjectos, sanctorum Patrum & sacrorum Conciliorum exemplis in Notis (*b*) ad Romanum Martyrologium pluribus demonstravimus; quæ hic repetere, (quod rei argumentum exposcat) haud fastidio erit.

(a) *Theod. in Conc. Carth. c. 43.*

(b) *Notat. in Rom. Mart. die 29. April.*

LX. Tituli Episcoporum in ecclesia usu recepti.

Fuit (ut diximus) olim vetus ille usus in Ecclesia, ut Episcopi omnes non Pontifices tantum dicerentur, sed Summi Pontifices, vel Summi Sacerdotes, eo quod Episcopatus summum sacerdotium diceretur. Unde S. Ambrosius ad Felicem Commensem Episcopum: *Suscepisti*, inquit, *gubernacula summi sacerdotii*. Et Zosimus Papa in epistola ad Hesychium Episcopum Salonitanum de clerico per gradus singulos ad summum usque promovendo, ait: *Jure inde Summi Pontificatus locum sperare debebit*. Et Gelasius in epistola ad Episcopos Lucaniæ, absque Summo Pontifice, nempe suo Episcopo, vetat acolythum vel diaconum quicquam facere. Firmant hæc ipsa suis scriptis Gaudentius Episcopus Brixinianus in sermone habito de sua ordinatione, Sidonius (*c*) Apollinaris, & alii, sed & sacra Concilia: Nam in Concilio Aurelianensi primo (*d*) hæc verba: *Cum auctore Deo in Aurelianensi urbe fuerit Concilium Summorum Antistitum congregatum*, &c. Et in Agathensi ita (*e*): *De Episcopis omnibus in summo sacerdotio constitutis*. Et Synodi Toletanæ exordio (*f*). *Convenientibus nobis Hispaniarum Galliciæque Summis Pontificibus*. Sunt & alia complura de his exempla: sed hæc plus satis. Verum quod & desiderare potuisses, & ipsum sufficere solum poterat ad declarandum etiam, cur jure Episcopi Summi Sacerdotes dicendi essent: accipe de his ipsis S. Augustini, qui huic de qua agimus Synodo reperitur interfuisse, ac pariter subscripsisse, auctoritatem summa fide testatam (*g*): *Quid*, inquit, *est Episcopus, nisi primus presbyter, hoc est Summus Sacerdos? denique non aliter quam compresbyteros hic vocat, & consacerdotes suos*. Hæc ipse: quibus perspicue satis intelligas, non sic prohibuisse Synodum Carthaginensem dici Episcopos, Summos Sacerdotes, quasi tales non essent. Sed cur hoc? dices. Audi quæ Theodorus eodem in loco notat: *Prohibita autem* (inquit) *sunt hæc nomina ad tollendam arrogantiam: & propterea plures Patriarchæ & Antistites seipsos viles, & humiles appellant in suis inscriptionibus*. Hæc ipse, ac jure quidem: quæ cum quis non considerat, in quamplurimos errores præcipitem ferri necesse sit.

(c) *Sidon. l. 3. ep. 14. l. 6. ep. 10. l. 9. ep. 15.*

(d) *Concil. 1. Aurel. c. 3.*

(e) *Concil. Agat. c. 6.*

(f) *Concil. Tolet. 6. exord.*

(g) *Aug. li. qu. ex utroque mix. q. 10.*

LXI.

Sic igitur Africanos Episcopos in hoc Concilio vitare voluisse tantummodo nominum arrogantiam, non autem potestatis, & decentis tituli pati eosdem voluis-

Ann. Eccl. Tom. VI. I i 2 luis-

PAGIUS

Unde fit manifestum, Concilium sub Genetlio vetustate præcedere aliud quod ex priore locupletatur. Quod autem constituitur de Sacerdotum continentia, juxta *præteriti concilii* definitionem, ut ajunt, intelligendum est de Concilio habito sub Siricio statim post Epistolam Synodicam Concilii Romani ad Africanos directam post Consulatum Arcadii Aug. & Bautonis, id est, anno CCCLXXXVI. ubi cavetur specialiter de Sacerdotum abstinentia ab uxoribus, ut docet Marca lib. 2. de Concordia cap. 8. paragrapho 4. Quare fallitur Baronius, qui Canone illo secundo laudari putat Canones Concilii Carthaginensis VI. Idem Marca in differt. laudata pluribus probat, Canones aliquot alios ex Concilio sub *Genetlio* transcriptos esse in Concilium Carthaginense VI. sub Aurelio, iisdem quandoque verbis; quandoque vero illorum sententia sola; quod apertissime ostendit Concilium sub *Genetlio*, Carthaginensi VI. sub Aurelio vetustius esse.

XXXII. *Synodus Hipponensis.*

Post Synodum sub Genetlio habitam, Concilium universale omnium Provinciarum Africæ coactum est in Hipponensi civitate sub Aurelio, *Theodosio Aug. III. & Abundantio Coss.* idest anno CCCXCIII. ut adnotavit Dionysius in sua Collectione. Hæc Synodus Canones unum supra quadraginta constituit, qui deinde recensiti sunt in Concilio Carthaginensi III. hoc anno celebrato. De hac Synodo Hipponensi anno CCCXCIII. quo recte eam Baronius recitat, egimus.

XXXIII. *Celebratur Concil. Carthag. III.*

Sequitur Concilium Carthaginense *Tertium* vulgo appellatum, quod revera *sextum* ordine fuit, *Cæsario & Attico Coss.* currenti nempe anno *V. Kalend. Septemb.* ab Aurelio habitum, ut legitur in ejus Præfatione a Dionysio Exiguo recitata. Eo autem die congregatum est juxta statutum Concilii Hipponensis de celebrando Concilio plenario *X. kal. Septemb.* Cum enim ad illum diem convocatum fuisset Concilium, & nondum omnes Provinciarum Legati adessent, Zitisensis Provinciæ legatis paulo post adventantibus, *Quinto Kalendas Septemb.* inchoatum est, ut in sua Præfatione indicat Aurelius. Quare Concilium vulgo Africanum dictum corrigendum venit, dum canonem *de non Navigando sine formata Primatis*, attribuit *VI. Kalendas Julii*, quidquid Baronius & Perronius existiment, retinendum potius esse illum diem quam

Tituli quos respuerunt Episcopi Africani.

fuisse jactatam: an eo facile poteris intelligere, dum qui primæ sedis essent Episcopi, iidem noluerunt dici Principes Episcoporum, vel Summi Sacerdotes; cum vox illa prior communis esset omnibus Metropolitanis cujusvis sedis Episcopis, posterior vero communis esset illis etiam Episcopis, qui Metropolitano subditi essent Antistiti. Cæterum quod his omnibus majus est, summum illum voluerunt titulum retineri, quo suprema omniumque maxima potestas significaretur, nempe ut primarum sedium Episcopi, iidem Primates appellarentur: hoc quidem nomine sive Episcopum Carthaginensem Primatem Africæ, sive Episcopum Primatem Mauritaniæ, itemque Primatem Numidiæ ab eis appellari consuevisse, innumera exempla suppetunt: quem quidem titulum longe præstare illi, quo dicerentur Principes Episcoporum, quove nominarentur Summi Sacerdotes, quis non intelligit? Majorem quidem hoc titulo non inveniri, quam ut quis Primas diceretur; accipe exemplum ex verbis Siricii Papæ in eadem epistola ad ipsos Africæ Episcopos scripta, quibus ait: *Ut extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare, &c.* Si igitur Apostolicarum sedium Episcoporum titulus est, ut Primates dicantur; quis major hoc titulo dari potest Episcopis, præsertim illis, qui Apostolicis Ecclesiis minime præsunt, ut Carthaginensi, & aliis diversarum Provinciarum primæ sedis Episcopis?

LXII. Metropol. Episcopi Africani primum sibi vendicarunt titulum.

Sed cur nomen (inquies) Principis Episcoporum exhorruerunt, qui illo majus retinuerunt? Puto quidem ea ex causa, quod cum inter discipulos de primatu contentio facta est, Dominus eos redarguens hæc inculcavit: *Principes* (a) *Gentium dominantur eorum: non sic erit inter vos:* visum est in Christiana præfectura nimia arrogans nomen Principis. Sed & quod addiderit: *Qui vult inter vos major fieri, sit vester minister:* vocem illam veluti fastuosam respuendam esse censuerunt: Cum alioqui certum sit, Dominum noluisse his sententiis confundi Ecclesiasticam hierarchiam, sed potius mentis curare tumorem, & Præsidum amputare superbiam. Quam enim studiose curaverint Apostoli, & Apostolici viri ex Christi instituto sartum tectumque custodiri in Ecclesia hierarchicum ordinem, primo tomo Annalium, & alias sæpius pluribus demonstravimus. At de his modo hactenus: haud tamen præter institutum in his immorari aliquando contingit: his enim elucidandis, exordio Annalium tibi nostrum studium obligasse, puto, memineris.

(a) Matt. 20. Marc. 10. Luc. 22.

LXIII.

Quod rursum ad id Concilium spectat: memoria quidem dignum illud tunc a Patribus sancitum (b) est; ut quæ Episcopus vel quis clericus ex paupere ditior factus amisset ex bonis Ecclesiæ, eadem Ecclesiæ cederent, nec illa in quemlibet quovis titulo transferendi eidem facultas esset. Cum enim reddita pace, Ecclesia ubique bonis affluerent, complures ex iis qui eidem ministrabant, pietatem convertentes in quæstum, tepescente in eis sanctitatis vitæ studio, vel cura pauperum frigescente, colligendi divitias tantummodo ardore flagrabant, agrum agro jungentes, & domum domui copulantes: hos plane sugillat S. Hieronymus, hos ut caveat admonet Nepotianum, cum ait (c): *Obsecro itaque te, & repetens iterumque iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes; id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia, nec plus habeas quam quando clericus esse cœpisti: & dicatur tibi: Cleri* (d) *eorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi, quam fuerant sæculares: & clerici qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: ut suspiret eos Ecclesia divites, quos mundus tenuit ante mendicos.* Et paulo post: *Negotiatorem clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge, &c.* Hæc igitur (ut ait

(b) Concil. Carthag. 3. c. 49.

Adversus congerentes divitias ex bonis Ecclesiasticis.

(c) Hier. epist. 2.

(d) Hier. 12.

PAGIUS

quam V. Kalend. Septemb. cum enim de die alicujus Synodi controversia est, illud sequi debemus, quod plures & melioris notæ codices habent: sed in Actis imprimis ipsius Synodi tertiæ Carthaginensis legitur: *V. Kalend. Septembris.* & collectio Canonum Africanorum idem confirmat apud Dionysium Collectorem Latinum, & Zonaram ac Balzamonem collectores Græcos: imo Auctor Concilii vulgo Africani, dum convenisse asserit *V. Kalend. Septemb.* erroneum esse demonstrat, quod postea refert de Episcopis sine formatis navigare prohibitis *VI. Kalend. Julias*. Illud enim ipsum statutum, est canon XXVIII. Concilii Carthaginensis III. qui ab Auctore Concilii vulgo Africani, loco suo non refertur, ut Perronius Cardinalis recte animadvertit cap. 49. Responsionis ad Magnæ Britanniæ Regem. Cum enim initio Concilii Aurelius proponeret, legendum Breviarium Hipponensis Concilii, cunctaque ejus statuta recitata essent, statim sequitur in Actis Carthaginensium Synodorum a Dionysio, Zonara, & Balzamone relatis, *Quod nihil eorum quæ in Hipponensi Synodo acta sunt, sit corrigendum: Epigonius Episcopus dixit*, &c. Inter quem canonem & Aurelii interlocutionem nihil medium interjici potest, ut Perronio observatum. Denique idem Dionysius hanc Synodum Cæsario & Attico, Coss. habitam, perperam in duos conventus partitur, quorum alter *VI. Kalend. Julias*, alter iisdem Coss. *V. Kalend. Septemb.* ex quo plura capitula proponit, habitus fuerit. Nam, ut jam dixi, cum Legati ex omnibus Provinciis Africæ ad diem præstitutam Concilii non advenissent, cum illis

ait) ingemiscente Ecclesia, optime a sanctis Patribus ejusmodi sanctione canonis statutum est, ut Ecclesia ipsa sibi vendicet, quæ clericus ex rebus Ecclesiæ bona quæsierit.

LXIV. Exactores seu collectores bene instituti.

Sed & ad ejusmodi negotiatorum potius dicendorum quam clericorum avaritiam compescendam, cum seniores essent Episcopi legis vindices, & ipsi interdum eodem morbo languerent: jure meritoque Catholicæ Ecclesiæ Episcopus Romanus Antistes, ad vindicandas ejusmodi ex bonis Ecclesiæ partas ac male congestas opes, per provincias consuevit mittere exactores, quos nominant Collectores. De quorum importuna exactione cum multi querantur; hos facile vitabunt, & prudenter arte deludent, qui bona Ecclesiæ, quæ supersunt, non congregarint, sed in pauperes erogarint: Habitantes enim in terra (*a*) salsuginis, pauperes scilicet, clamorem non audient exactoris. At de ejusdem Carthaginensia Concilii decretis hic satis; cum tamen complura alia ad disciplinam Ecclesiasticam rite componendam ibidem a Patribus reperiantur esse decreta; de quorum nonnullis aliis in locis, aliis oblatis occasionibus, mentionem haberi continget.

(*a*) *Job.* 39.

LXV. Missa est ab hac etiam Synodo ad Siricium Romanum Pontificem, necnon ad S. Simplicianum de baptizatis in infantia, de his quæ ambigua videbantur, consultatio (*b*): ad illum quidem, quod scirent Catholicæ Ecclesiæ præsidere Episcopum atque doctorem: ad hunc autem ob egregiam totoque Christiano orbe spectatam scientiam, cujus nos ante meminisse sufficiat. Cæterum Simplicianus bene conscius quantus doctor esset in Africa Augustinus, datis ad eum litteris de quibusdam perdifficilibus divinæ Scripturæ quæstionibus hominem pulsat: cum ille duos his de rebus conscriptos libros, sic ad eum mittit, ut tamen eosdem ejus censuræ voluerit subjicere, dum ad calcem hæc habet: (*c*) *Sententiam de hoc opere tuam brevissimam, sed gravissimam flagito, & dum sit verissima, severissimam non recuso*. Sed de his satis.

(*b*) *Conc. Carthag.* 3. c. 48.

Consultatio ad Siricium & Simplicianum.

(*c*) *Aug. ad Simplic. l.* 1.

LXVI. Honorius confirmat Ecclesiarum privilegia.

Quod rursum ad res gestas Occidentalis Ecclesiæ pertinet: Honorius Imperator, hoc anno, mense Januarii ad Theodorum PP. rescriptum dedit, quo cunctis Ecclesiæ privilegiis a majoribus datis voluit bene esse consultum, illa iterum sua auctoritate confirmans his verbis (*d*): *Non novum aliquid præsenti sanctione præcipimus, quam illa quæ olim videntur indulta firmamus. Privilegia igitur, quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari sub pœnæ etiam interminatione prohibemus: ita ut ii quoque, qui Ecclesiæ obtemperant, his, quibus Ecclesia, beneficiis perfruantur. Datum prid. Kalend. Februarii Mediolani, Cæsario, & Attico Consulibus*. Ex his videas, datis omnibus Ecclesiæ privilegiis voluisse Imperatorem excludi schismaticos, Donatistas, & alios omnes extra Ecclesiæ septa vagantes.

(*d*) *l.* 30. *de Episc. & cleric. Cod. Theod.*

LXVII. Quod vero pertinet ad res Ecclesiasticas Orientalis Ecclesiæ anni hujus: Arcadius Imperator adversus Apollinaris hæresis doctores Constantinopoli agentes, quo pellerentur ab urbe, ad Eutychia-

PAGIUS

illis qui diem prævenerant, quædam tractavit *Aurelius*, quæ deinde in plenario Concilio *relecta* sunt, ut fusius explicat Marca citatus cap. 6.

XXXIV. *Concilium II. Carthaginense magis explicatur.*

Cæterum quia Auctor Concilii vulgo Africani appellati, non illum tantum Canonem, qui agit de navigando sine formata, sed alias Conciliorum Præfationes interposuit, uti Concilii Carthaginensis Honorio IV. & Eutychiano Coss. & alterius Carthaginensis *post Consulatum Fl. Stiliconis* celebratorum, post quæ sequitur definitio Epigonii de non mutando aliquid in Breviario Hipponensi, ex eo Perronius cap. 48. notat occasionem sumsisse Baronium minus recte statuendi, tam canonem ab Epigonio statutum, quam XXII. sequentes attribuendos Concilio Carthaginensi post Consulatum Stiliconis celebrato, ubi viginti duo priores constat esse Concilii Carthaginensis tertii *Attico & Cæsario Coss.* habiti. Quod autem tantum XXIII. canones Concilii Carthaginensis referantur in Concilio vulgo Africano, aut in codice canonum Ecclesiæ Africanæ, hanc rationem reddit Perronius, quia Auctor codicis non inseruit canones Carthaginensis III. nisi illos, *qui aut amplificarant, aut restrinxerant Concilii Hipponensis canones*. Ex quo sequeretur, XXIII. canones Hipponenses renovatos fuisse, & novis additamentis relatos inter canones Carthaginensis tertii; quod tamen dici non potest. Innititur enim illud Breviario tantum Hipponensis Synodi, quod Synodicæ Byzacenæ adjunctum fuisse putatur, & post hanc Carthaginensem tertiam refertur ex codice MS. S. Bavonis, ubi referuntur unus & quadraginta tituli tanquam Hipponensis Concilii, cum tamen sint Carthaginensis III. in quo ubi selectum fuisset Hipponensis Breviarium, a toto Concilio statutum est: *Quod nihil eorum, quæ in Hipponensi Synodo acta sunt, sit corrigendum*, addente Epigonio Bullensis regionis Episcopo, ex omnibus Breviarii titulis nihil emendandum, vel in aliquo assuendum, *nisi ut dies Sanctæ Paschæ tempore Concilii innotescat*. Quod ad canonem Hipponensem additum fuisse in canone primo Carthaginensis III. fidem facit canon ejus XLI. ubi Aurelius testatur, a Concilio id supra statutum fuisse. Unde evincitur Canonem primum Concilii Carthaginensis non esse illum, qui in ejus Actis vulgaris extat, sed qui in collectione, tam Græcorum, quam Latinorum codicum reperitur, ut notavit Schelstratius in Differt. 3. de Eccles. Africana cap. 7. qui quinquaginta canonum titulos huic Concilio tributos scholiis illustrat; de quibus etiam legendus Marca citatus.

XXXV. A num. LXVI. ad LXXI. Occasione *Quindecennalium* Arcadii variis Privilegia hoc anno, tam ab eo, quam ab Honorio fratre indulta, ex quibus Baronius aliqua memoravit, uti legem

30.

Arcadius pellit Constantinopoli Apollinaristas.

chianum Præfectum Præt. rescriptum dedit. Mira quadam procacia jam a tempore quo creatus est Nectarius Constantinopolitanus Episcopus, cum jam discessisset inde S. Gregorius Nazianzenus, intruserant se in eam urbem ejusmodi hæretici, reclamante licet a longe adversus eos eodem Gregorio Nazianzeno. Et quamvis Theodosii edicto abire jussi fuerint, & aliis denuo rescriptis exagitati: in eadem tamen urbe agere sunt inventi: adversus quos hoc ipso anno Arcadius ista sanxit (a):

(a) l. 33. de heret. Cod. Theod.

LXVIII. *Doctores Apollinariorum tota maturitate præcipimus ex ædibus earæ nobis abscedere Civitatis: Ita ut si obumbrati latebris abire neglexerint, occultos cœtus (ut æstimant) habituri; ea loca vel domus quæ prædictos congregaverint, Fisci ratione nectantur. Dat. Kal. April. Constantinop. Cæsario, & Attico Consulibus.*

Dederat haud pridem, iisdem Consulibus, adversus magistratus ambientes idem Arcadius Imp. ejusmodi summa laude dignum rescriptum (b):

(b) l. 1. ad l. Juliam de ambit. Cod. Theod.

Ambientes Magistratus lege coercentur.

Si quis ad illustrem Palatii nostri ambierit dignitatem, atque ad eos honores ascendere ambitione tentaverit, qui concessi probatis nobis viris nostro judicio deferuntur: cujuslibet ille sit loci, ordinis, dignitatis, amissis bonis, & Fisco nostro protinus vindicatis, deportationis multetur exilio: neque aliud inter cœptum ambitum, atque perfectum esse arbitretur: cum pari sorte leges scelus quam sceleris puniant voluntatem. Dat. XIV. Kalend. Martii, Constantinop. Cæsario & Attico Consulibus.

LXIX. Sed unde adeo severæ sanciendæ legis adversus magistratus ambientes occasio? Cum occiso Ruffino, summa rerum esse videretur apud Eutropium eunuchum, qui in ejus locum successerat, cujus opera & complures e magistratu dejecti essent: alii sese in eorum loca malis quoque artibus ingesserunt: inter quos Bargas quidam fuit Laodicenus, qui ex venditore farciminum, proditionis arte eo progressus est, ut inter primos in Palatio militaret: sed proditionem & ipse passus a conjuge, meritas pœnas dedit: hæc apud Zosimum (c). Ne igitur id genus hominum ex hoc inde in Imperatoris aulam irreperet, Arcadius ejusmodi edictum adversus ambitus crimen sanxisse videtur.

De Barga sordido homine ad amplos magistratus evecto.

(c) Zosim. l. 5.

Sed & adversus Judæos, qui ut Christianorum gauderent immunitate, se fore Christianos simulabant, ad Archelaum Præfectum Prætorio ita idem Arcadius Imp. rescripsit (d):

(d) l. 2. de his qui ad Eccl. confugiunt.

Judæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati simulant se Christianæ legi velle conjungi, ut ad Ecclesias confugientes vitare possent crimina, vel pondera debitorum; arceantur, nec ante suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati. Dat. XV. Kal. Jul. Constantinop. Cæsario & Attico Consulibus. Qualis namque esset horum temporum Judæorum status a prioribus haud felicior, accipe a S. Joanne Chrysostomo (e): *Hoc*, inquit, *tempore Deus omnino vos repulit: paterque vester, idemque Propheta, & Patriarcha verum prædixit. Jura vestra omnia conciderunt: ex Judæa patria vestra excessistis, & in diversa loca dispersi estis, atque in orbe terrarum ab Oriente ad extremum terræ vos omnes & contemnunt, & rideat. At res nostræ Christianorum in dies magis florent, crescunt, & corroborantur, atque per omnes mundi angulos religiosa fidei nostræ prædicatio pervasit: nos Christus regit, & in nobis regnat, ejusque pretiosam atque vitalem Crucem adoramus, & pro thesauro magni pretii tenemus.* Hæc ipse.

Judæorum præsenti tempore status.

(e) Chrys. hom. de Cruce.

Eis-

PAGIUS

30. Cod. Theod. *de Episcopis, prid. Kal. Febr. Mediolani* datam, qua Privilegia & beneficia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum ab Honorio confirmantur, quæ erant proprie immunitates ab extraordinariis & sordidis muneribus; quod horum temporum ratione & necessitate suadente ea munera seu munia, a divitibus præsertim Episcopis & Ecclesiis, ex æquo deposcenda, Gentiles maxime Judices putarent, ut notavit Gothofredus in illius legis commentario. Præterea eadem die *Honorius* emisit Legem 34. Cod. Theod. *de extraordinariis sive sord. mun.* & legem 35. *Prid. Id. Jun.* Quibus nominatim Episcopi Romani & Clericorum immunitatem ab omnibus extraordinariis & sordidis muneribus, ab anterioribus jam Principibus concessam roborat.

Honorius Ecclesiarum privilegia confirmat.

XXXVI. *Arcadius* vero dedit leges Cod. Theod. 12. & 13. *De Judæis*, a Baronio omissas, quarum priori data *XV. Kal. Jul.* Judæi cœtumque Synagogæ per præfecturam & prætorianam Illyrici, a contumeliis & turbatione vindicantur, eo quod passim in eos impetus fieret, cœtusque eorum turbarentur. Altera lege data *Kalend. Jul.* Privilegia Archi-Synagogis Judæorum, Patriarchis, Presbyteris, & cæteris in ea religione versantibus, veterum exemplo Principum Christianorum confirmantur; nominatim vero immunitas a muneribus curialibus, eodem exemplo, quo eadem Privilegia *primis Clericis Christianæ legis* deferuntur.

Arcadius Judæorum privilegia confirmat.

XXXVII. In apparatu belli Gildonici pars currentis anni absumpta; quod ostendunt leges Codicis Theod. 19. 23. & 24. *de Tironibus*, quarum priori definitur, cum publica utilitas suaserit, juniores in arma conscribendos, ne rem privatam quidem Principis ab hoc immunem esse. De hoc apparatu accipiendus *Honorius* apud Claudianum:

Apparatus Belli Gildonici.

> *Quæcumque meo gens barbara nutu*
> *Stringitur, adveniat, Germania tota feratur*
> *Navibus, & socia comitentur classe Sicambri,*
> *Pallida translatum jam sentiat Africa Rhenum.*

Et

LXXI. (a) Socr. l. 6. c. 2. Nectarii Episcopi Constantinop. obitus. (b) Sozom. l. 8. c. 2.

Iisdem Consulibus (inquit Socrates) (*a*) *quinto Kal. Octobris Nectarius Episcopus Constantinopolitanus diem obiit. Itaque statim de Episcopo eligendo vehementer laboratum est*. (Ejus namque rei causa celebratum esse Concilium, & ex more convenisse Episcopos Constantinopolim, tradit Sozomenus *b*) *Itaque cum alii alium ad id muneris quærerent, de eaque re sæpe consilium iniretur; tandem visum est, Joannem Antiochiæ presbyterum Antiochia accersere. Nam de eo fama percrebuit, quod & ad docendum aptus, & in dicendi facultate valde peritus erat. Quamobrem haud diu post Arcadius Imperator communibus omnium suffragiis, id est, cleri & populi, illum accersit. Et quo ejus ordinatio plus haberet auctoritatis, aderant de Imperatoris mandato cum alii complures Episcopi, tum Theophilus Episcopus Alexandrinus, qui omni studio eo incubuit, ut Joannis famam læderet, & Isidorum suæ ipsius Ecclesiæ presbyterum ad illum Episcopatum eveheret. Hunc Isidorum Theophilus propterea carum habuit, quod ipsius causa provinciam valde periculosam aliquando susceptisset*. Sed quidnam id fuerit, superius relatum est. Subdit his Socrates:

LXXII. De Joannis Chrysostomi electione.

Verum qui erant ex aula Imperatoris, Joannem prætulerunt, & posteaquam multa crimina Theophilo intendebant, & libellos contra illum alius ob aliam causam Episcopis, qui tum aderant, offerebant: Eutropius, qui cubiculo Imperatoris præfuit, criminationes adversus Theophilum illatas, subscriptisque proditas neglectas, Theophilo ostendit; docuitque liberam optionem illi esse datam, vel Joannem Episcopum ordinandi, vel judicium de criminibus ei objectis subeundi; quibus perterritus Theophilus Joannem designat Episcopum. Hactenus Socrates. Porro hæc in sequentis anni mensem Februarii variis altercationibus producta sunt, cujus mensis vigesima sexta die Joannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus creatus est.

LXXIII. Alexan. Episcopus cur se immisceret in electione episcopi Constantinop.

Verum quod ad Theophilum spectat: Isidorum quem proposuit ordinandum, haud penitus exploratum habuit, fuisse Origenis errorum labe conspersum: quod cum postea comperisset, æque ipsum ac ejus sectarios maxime aversatus est. Quod autem idem Episcopus Alexandrinus jus sibi vindicaret in electione Episcopi Constantinopolitani (quod & superius vidimus a Petro ejusdem Ecclesiæ Episcopo usurpatum, cum conaretur Maximum ejus sedis creare Episcopum) probe si attendas, intelliges primam sedem post Romanam, Alexandrinam Ecclesiam tenuisse in Oriente; spretosque fuisse canones, si qui Constantinopoli in Synodo facti sunt, quibus derogaretur Alexandrinæ Ecclesiæ privilegiis. Nam alias quid Alexandrino Episcopo de electione Constantinopolitani Antistitis? Porro idem jus sæpe tentatum ab eodem Theophilo penitus vendicatum in controversiis ejusdem Joannis Chrysostomi, postquam sedit Episcopus, suo loco dicturi sumus.

Ape-

PAGIUS

Et quæ deinceps de Legibus Romanis subjicit, de Herculea & Jovia cohorte, de Nerviis, de Felici & Augusta Legione, de Invictis, de Leonibus. Eodemque pertinent quæ idem scribit lib. 1. in laudem Stiliconis agens de hoc apparatu:

Veteres ... cohortes
Explerare novas. Et mox. *Unde rudis tanto tyrone juventus*
Emicuit, senioque iterum vernante resumpsit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego delectu, Tyrii, sed vomere Cadmi,
Tam subitas acies concepta dente draconis,
Exhibuisse reor.

Exercitus vero Honorianus adversus *Gildonem* movit in Africam, vel hujus anni fine, vel initio sequentis; certe hyeme, quod liquet ex Claudiano de bello Gildonico, ibi *Solvite jam socii*, &c. & lib. in laudem Stiliconis; ibi, *Tales utrimque phaselis cum fremerent*, &c. quæ a Gothofredo in Chronologia Cod. Theod. observata.

Epistolæ Augustini novo ordine XLIII. & XLIV. in quibus *Castcolanum* mentio, ad hunc annum pertinent, ut anno CCCCVIII. num. XII. ostendemus. *Sisinnius* & duo ejus socii in agro Tridentino Martyrio affecti, ut an. CCCC. num. II. videre est. Colloquium *Tubursicense* in causa Donatistarum hoc vel sequenti anno habitum juxta dicta anno CCCCXII. num. VI.

JESU CHRISTI ANNUS	ANASTASII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
398.	1.	4.

I. Siricii PP. obitus.

APeritur novus annus Consulatu quarto Honorii Imperatoris & Eutychiani, idemque numeratus Domini trecentesimus nonagesimusoctavus: quo octavo Kalendas Martii, Siricius Papa cum sedisset annos tredecim, mensem unum, & dies quatuordecim, ex hac vita migrans, sepultus est in cœmeterio Priscillæ Via Salaria: Ita apud Indices omnes, licet apud Bedam (*a*) sexto Kalend. Decembris Siricii ponatur obitus. ☞ Sed quod ad tempus sedis, etsi ut signatum reperimus mille testibus, nos posuimus: tamen recens repertum inditum antiquitus ejus sepulturæ Epitaphium aliud nos docet, & latiori metiri funiculo sedem ejus: est hujusmodi (*b*).

(*a*) *Bed. Martyr. ea die.*

Epitaphium Siricii Pap.

(*b*) *Antiq. Inscr. in Appe. pag. 1172. n. 16.*

LIBERIUM LECTOR MOX ET LEVITA SECUTUS
POST DAMASUM CLARUS TOTOS QUOS VIXIT IN ANNOS
FONTE SACRO MAGNUS MERUIT SEDERE SACERDOS
CUNCTIS UT POPULIS PACEM TUNC SOLIDAM DARET
HIC PIUS HIC JUSTUS FELICIA TEMPORA FECIT
DEFENSOR MAGNUS MULTOS UT NOBILES AUSUS
REGI SUBTRAHERET ECCLESIÆ AULA DEFENDENS
MISERICORS LARGUS MERUIT PER SÆCULA NOMEN
TER QUINOS POPULUM QUI REXIT IN ANNOS AMORE
NUNC REQUIEM SENTIT CÆLESTIA REGNA POTITUS.

De eodem Siricio restituente Memorias Martyrum ita posita ibidem vetus Inscriptio (*c*):

(*c*) *Antiq. inscrip. in appe. pag. 1172. n. 7.*

SIRICIUS PIA NUNC PERSOLVIT MUNERA SANCTI
GRATIA QUO MAJOR SIT BONA MARTYRIBUS
OMNIPOTENS DEUS HUNC CONSERVET TEMPORE MULTO
MOENIA SANCTORUM QUI NOVA RESTITUIT ☞.

Ea-

PAGIUS

SÆC. IV.

Anno Æræ Hispan. CCCCXXXVI.

A.C. 398.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5891.

☉ 15. C. ☽ 19. P. 28. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 398.

ANASTASII PAPÆ 1.

ARCADII IMP. 16. ET 4.

HONORII IMP. 6. ET 4.

I. Quinquennalia Honorii.

[1] COss. *Honorius* Aug. IV. & *Eutychianus* in Oriente creatur, qui & Præfectus Prætorio erat. Hi *Consulatum editionibus ludisque celebrarunt: Roma quidem Honorius Imp. Constantinopoli vero Eutychianus*, inquit Socrates lib. 6. cap. 2. Honorius Imperii vivente patre initi *Quinquennalia* celebravit, & ob ea solemnia Consulatum capessiit.

II. Obitus S. Siricii PP.

A num. I. ad III. Mortem sancti *Siricii* Papæ consignatam reperimus ad *VI. Kalend. Decemb.* seu ad diem XXVI. mensis Novembris in Martyrologiis excuso Bedæ, attributo divo Hieronymo, Rabani, aliisque a Bollando ad diem XXII. mensis Februarii inter prætermissos eicatis. Quare cum die vicesima secunda mensis Decembris anni trecentesimi octogesimi quarti Pontifex Romanus consecratus fuerit, sedit *annos tredecim, menses undecim, dies quinque*, non vero, ut Anastasius & passim Catalogi habent, annos quindecim, menses undecim, & dies viginti quinque. Anni illi quindecim infarti in librum Pontificalem, quod in epitaphio ejus

NOTÆ [1] COss. *Honorius Aug.* IV. & *Eutychianus*. Relandus *Flavii* prænomen tribuit *Eutychiano*, ex veteri lapide apud Montfauconium; Diar. Ital. pag. 161.

.....III. ET FL. EUTICIANO. VV.
CC. COS. XVI. KAL. OCTOBR. DE
POSITUS. EST. IACIS. QUI. VIXIT. &c.

Gruterus pag. MLX. 6. ac inter inscriptiones Basilicæ S. Pauli n. 350.

ID. SEPT. D. N. HONOR. AUG. IIII. CONS.

Fragmentum in ædibus Capitolinis.

HONORIO. IIII. EBOSI......

Socrates lib. VI. cap. II. *Consulatum quidem Roma gerente Honorio Imperatore, Constantinopoli autem Eutychiano*. Vulgares Fasti: *Honorio IV. & Eutychiano*. Prosperi Chronicon MS. *Honorio quater & Eutychiano*. Inde sequitur: *Roma Papa fit Anastasius. Gildo in Africa occiditur*. Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Hon. Aug. IIII. & Euticia*.

Manichæi ab urbe pulsi.

Extat Siricii decretum de fermento; de cujus elucidntione, alia occasione tertio romo pluribus actum. Alia quoque adversus Manichæos, severa (ut pnr erat) censura ſtatutn habentur, nempe exilio deportnndos, pœnitentes vero in monasteria detrudendos, & nonnisi in fine vitæ sacris mysteriis participandos. Secreta collegia sua Manichæos habuisse in Urbe, sed cum Siricii Papæ studio, tum Principum legibus exagitatos, atque undique pulsos esse, superiori tomo, sæpius contigit demonstrari. Quod autem spectat nd cleri propngntionem; in libro de Romaois Pontificibus habetur, quinquies suæ sedis tempore ordinationes fecisse mense Decembri, creasseque presbyteros triginta & onum, diaconos sexdecim, & Episcopos per diversa loca triginnduos.

II. *Siricii Papæ scripta.* *(a) Isidor. de vir. illustr. c. 3.*

De scriptis nb eo epistolis decretalibus mentio est apud Isidorum (*a*) nempe dedisse epistolam ad Himerium Episcopum Tnrraconensem, de recipiendo baptismnte hæreticorum, & de aliis ndversus Jovinianum & collegns hæreticos: sed errare plane videtur auctor, dum eum sub Theodosio & Valentiniano Impp. vita functum nffirmat. Vncasse sedem post Siricii obitum dies viginti, hnbent indices Vaticani, necnon liber de Romnnis Pontificibus: qua ratione dicendum est, in locum ejus subrogatum successorem pridie Idus Martias. Hic fuit Anastasius Maximi filius, Romanus: de cujus sedis tempore, quot scilicet annis Ecclesiæ præfuit, in ejus obitu ex more dicendum.

Anastasius Papa creatur.

III. Invenit hic Apostolicam sedem, ipsnm Petri naviculam, cujus sumpsit regendum clavum, turbinibus agitatam hæreticorum: cum (ut dictum est pluribus anno superiori) Ruffinus cum Melania insereens se in Urbem, in eam invexit hæreses Origenis, edito a se Latine reddito ejusdem auctoris Periarchon, novo equo Trojano, hostibus intus referto, sed religione velato, hæresumqoe dicendo theca, ex qun expositæ sunt in Romana Ecclesia dolosæ merces: quntum mercatores, etiam eo dementiæ prolapsi sunt, ut in Apostolicum usque thronum eas inferre tentaverint, una reclamante Marcella, extollenteque vocem cum muliere Evangelica (*b*). Tali quidem statu fluctuantem Romanam Ecclesiam Anastasium reperisse sanctus Hieronymus in epistola ad Principiam (*c*) indicnt, ubi post enarratum egregium fortis & sapientis mulieris tunc exhibitum de fide Catholica Marcellæ specimen, subdit: *Non multum tempus in medio fuccedit in Pontificatum vir insignis Anastasius.* Hujus autem quæ partes fuerint, idem sanctus Hieronymus ad Demetriadem ita scribit: (*d*) *Dum esses parvula, & sanctæ ac beatæ memoriæ Anastasius Episcopus Romanam regeret Ecclesiam; de Orientis partibus hæreticorum sæva tempestas simplicitatem fidei, quæ Apostoli* (*e*) *voce laudata est, polluere & labefactare conata est. Sed vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ solicitudinis, statim noxium percutit caput, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Hæc Hieronymus.

(b) Luc. 11.

Status Romanæ Ecclesiæ sub Anastasio. *(c) Hier. epist. 16.*

(d) Idem ep. 8.

(e) Rom. 1.

IV. Quid autem actum sit eum Anastasius Papa sedere cœpit, rem brevi summn ita nd Principinm scribens (*f*) sanctus Hieronymus amplexus est, cum ostendit S. Marcellam in cnusa fuisse, ut Origenis hæresis Romæ damnnretur: nitque postquam de ingressu Anastasii meminit: *Dicas, quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum hæc fuit principium: dum adducit testes, qui prius ab eis* (nempe Origenistis) *eruditi & postea ab hæretico fuerant errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorum: dum impia Periarchon ingerit volumina, quæ emendata manu scorpii monstrabantur: dum accitis frequentibus litteris hæretici, ut se defenderent, venire non sunt ausi: tantaque vis conscientiæ fuit, ut absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint. Hujus tam gloriosæ victoriæ origo Marcella est. Tuque caput horum & causa bonorum scis me vera narrare, quem nosti vix de multis pauca*

(f) Hier. epist. 16.

Breve compendium rerum gestarum adversus Origenistas.

PAGIUS

ejus nntiquitus exarato, & a Baronio recitato legatur:

Ter quinos populum qui rexit in annos amore.

Verum epitaphii conditor aonos illos utrimque incompletos numeravit. In Chronico Prosperi n Labbeo edito, & in quibusdam manuscriptis ejusdem Prosperi, nulla mensium aut dierum mentione facta, *Siricius* dicitur, sedisse nnnos *XIV.* nec dubito, quin ita Prosper scripserit, licet in editione Scaligeriana loco, *annos XIV.* positum sit, *annos XVI.* Baronius *Siricio* annos tredecim, mensem unum, & dies quatuordecim assignat, additque ita omnes Catalogos habere, quod tamen in nullo reperi. In libro Pontificali dicitur *Sepultus V. Kalend. Martii.* In quibusdam vero Martyrologiis, n Florentinio in Notis ad Martyrologium sancti Hieronymi ad diem XXVI. Novemb. memoratis, ejus depositio inscribitur ad *VIII. Kalend. Martii.* Verum uterque dies ad aliquam sancti Siricii translationem referendus, nt ejus Pontificatus duratio, & successoris ejus initium manifeste ostendunt.

III. *Siricius Papa Hieronymum in Orientem abire permittit.*

De *Siricii* Sanctitate Baronius dubius, cum in Romano Martyrologio non reposuit, & in Annalibus negligentiæ accusavit. Sed Florentinius laudatus ex pluribus vetustis Martyrologiis ejus Sanctitatem adstruit, & ad ea, quæ Baronium movere, nt de illo in Martyrologio Ro-

dicere, ne legenti fastidium faciat otiosa replicatio, & videar apud malevolos sub occasione laudis alterius stomachum meum digerere. Hæc Hieronymus brevi compendio haud brevem complexus historiam, quam lentiori gradu, quo cuncta exacte disquirere lector valeas, nos pro rerum gestarum temporis ordine prosequemur.

Quod igitur in primis ad S. Marcellam, decus Romanæ Ecclesiæ pertinet: Ruffinus cum se ab ea proditum sensit, in eam vehementer commotus est, accusans simul ipsam, & se excusans: quod illa scilicet inemendatas chartas a se per alium subripuisset, edidissetque: in hanc enim ipsam quidem, & non in aliam, Ruffinus agens adversus S. Hieronymum (a), jacula intorquet, ubi de eodem Eusebio agit, quem mentiebatur inemendatas chartas subripuisse, atque edidisse: dum sic ait: *Hoc si in foro positas, vel negotiis sæcularibus commisisset iste, qui de monasteria Romam, quasi calumniandi peritissimus, missus est: novunt omnes quid consequeretur ex legibus publicis ejusmodi criminis reus. Nunc vero quia sæcularem vitam reliquit, & a tergiversatione illa actuum publicorum ad monasterium conversus est, & adhæsit magistro nobili: ab ipso edocetur iterum pro modestia, furere, insanire; pro quiete, seditiones movere; pro pace, movere bellum; pro concordia, movere dissidia; perfidus esse pro fide; pro veritate, falsarius: Crede, mihi, quod hujus sceleris nequitia etiam verum fuisset exemplar, nisi Jezabel tibi illa occurrisset. (b) Illa est enim, quæ hoc crimen adversus Nabuthæum Jezrabelitem vineæ causa composuit, & mandavit presbyteris iniquitatis falsis cum conscriptionibus perurgere, quasi qui benedixisset, id est, blasphemasset Deum & Regem. Sed quis in hoc infelicior? illa quæ mandat, aut hi qui mandato iniquitatis obtemperant? Gravia hæc, & (ut opinor) in Ecclesia pene ejusmodi facinus inauditum est.* Hæc Ruffinus, dum se excusare conatur, quod per Marcellam, quam impie nominat Jezabelam, ab Eusebio acceptæ fuerint chartæ translationis Periarchon Origenis hæresibus scatentes; excusans quod inemendatæ ille fuissent. Sed redarguit ista deliramenta Hieronymus, ubi rescivit, convicitque ad excusationem sceleris mendacia ista impudenter obtendi.

(a) Ruffin. invect. l. 2. apud Hier. tom. 9.

Ruffinus in Eusebium & S. Marcellam exclamat.

(b) 3. Reg. 21.

VI. Cæterum quod ad Eusebii Romam adventum pertinet: hoc ipso anno contigisse Pauliniani profectionem in Urbem una cum eodem Eusebio patria Cremonensi ipse S. Hieronymus in Apologia adversus Ruffinum declarat his verbis (c): *Vincentius, Paulinianus, Eusebius Ruffinus presbyteri, quorum Vincentius multo tempore ante vos Romam venit, Paulinianus & Eusebius post annum vestræ navigationis profecti sunt: Ruffinus in causa Claudii post biennium missus, omnes vel pro re familiari, vel pro periculo capitis alieni.* Hæc ipse: quibus intelligas, hoc anno contigisse Pauliniani profectionem in Italiam una cum collega Eusebio: nam anno superiori (ut vidimus) adventus Ruffini cum Melania accidit. Quem autem hic Ruffinum presbyterum nominat, longe diversum a Ruffino Aquilejensi, in quem scribit (d), esse non dubites.

(c) Hier. Apol. adv. Ruffin.

Pauliniani & Eusebii legatio in Occidentem.

(d) Hier. epist. 26.

VII. Quodnam vero fuerit rei familiaris negotium, cujus causa missum Paulinianum affirmat, in epistola ad Pammachium his verbis aperit: *Nos in ista provincia ædificato monasterio, & diversorio prope extructo, ne forte & modo Joseph cum Maria in Bethlehem veniens, non inveniat hospitium, tantis de toto Orbe confluentibus turbis obruimur monachorum, ut nec cœptum opus deserere, nec supra vires ferre valeamus. Unde quia pene nobis illud de Evangelio (e) contigit, ut futuræ turris non ante computaremus expensas: compulsi sumus fratrem Paulinianum ad patriam mittere, ut semirutas villulas, quæ barbarorum effugerunt manus, & parentum communium census venderet: ne cœptum sanctorum ministerium deserentes, risum ma-*

Cur Paulinianus venerit in Occidentem.

(e) Luc. 14.

PAGIUS

Romano sileret, respondet. Primum non probat Baronius, quod *Siricius* exemplo Damasi in conscribendis Epistolis Hieronymi opera usus non sit, neque eum, ut par erat, foverit. Certe negari non potest Hieronymum a Siricio initio ejus Pontificatus non magni factum; quod plures Romani Clerici, invidia & odio in sanctum Doctorem flagrantes, persecutionem in eum moverint, ac grave aliquod crimen sancto viro imposuerint; id enim ex illius Epistolis colligitur, & monet Baronius anno CCCLXXXV. num. VIII. Nec difficile erat, magis magisque in eum illos irasci, si palam eos ipse redarguebat, dum Romæ esset, & in Epistolis ad amicos post discessum datis, vehementer exagitabat, dum *Pharisæorum Senatum* vocabat, & apertis verbis inscitiæ, atque pravorum morum arguebat. Quare *Siricius* criminosis relationibus adversus Hieronymum forsitan circumventus, ad sedandos tumultus illum Romæ non retinuit, sed Sanctarum Locorum & studiorum ardore inflammatum, permisit Hierosolymam regredi. Accessit quod Sanctus Doctor in *Jovinianum* vehementer calamum stringens, ita virginitatem extulisse visus est, ut Matrimonium quodammodo damnasse crederetur. Quod licet ab ejus mente prorsus abhorreret, illa tamen communis tunc Romæ fama fuit. Unde *Pammachius* Romæ pariter coactus est exemplaria opusculorum adversus *Jovinianum* subtrahere, quod Sanctus Hieronymus Epist. LII. ad ipsum Pammachium prudenter & amanter factum laudavit.

IV. Quod autem minus æqui animi in Sanctum Pau-

maledicis & amalis prabeamus. Hæc de germaui in Occidentem legatione Hieronymus.

VIII.

Fuit autem suspicio vel prætextus Ruffini, ex quo etiam querelam invectivamque couscripsit, hos post se tamquam exploratores missos esse, sed præcipue Eusebium, ut suas chartas subriperet (*a*). Etenim quod Ruffinus nullam inveniret excusationem, cur versionem virulentam Origenis Periarchon Romæ in plurimorum exitium edidisset, aperuissetque thecam serpentibus plenam; eo miser quæsivit effugium, ut mendaciter affirmaret, Eusebium pecunia redemisse notarium, a quo lucubrationem illam inemendatam acceperit, atque vulgaverit: fuerunt enim hæc ob eam causam verba Ruffini, epistola postea ad Hieronymum scripta: *Noli multo auro redimere aotarium meum; sicut amici tui de meis περὶ ἀρχῶν schedulis, noadum emendatis, nondum ad purum digestis fecerunt; at facilius falsare possent; quod aut nullus baberet, aut admodum pauci*. Et inferius: *Vociferare & clamita per compita, per plateas. Non ast, non est meus liber: & si meus est, schedulas inemendatas Eusebius furto abstulit: alitet ega adidi, immo aec edidi: nulli eas dedi, aut certe paucis: & tam sceleratas inimicus, & tam negligeates amici fuerint, ut amaiam codices ab eo pariter falsarentur. Hac, frater carissime, facere debueras, & non illi tergum obverteas, in me traasmarinas meledictorum tuorum sagittas derigere*. Hactenus de his ipse. Sed quam facillime in Apologia sua idem S. Hieronymus omnia ista refellit, quæ ad impietatis excusationem Ruffinus detrectans jactitabat in vulgus.

(*a*) *Apud Hier. Apol.* 2.

Turpi aliorum accusatione Ruffinus se ipsum excusat.

IX.

Requiritur officium S. Hieronymi adversus Ruffini imposturam.

Sic igitur Romæ edito Origenis Periarchon, quod emendatum in sua præfatione Ruffinus professus erat: ut convinceretur ipsa perperam atque dolose facta esse translatio, opus erat ut germana ejusdem operis versio curaretur: quo tum Origenis, tum etiam ejus hæresum sectatorum pravitas manifeste probari posset; ut sic his recte dispositis ad futurum ea de re habendum Romæ judicium, ex certis manifestisque probationibus sententia ferri posset. Susceptum est ergo ejusmodi negotium a clarissimis viris atque doctissimis Pammachio & Oceano, qui totum id operis S. Hieronymo credendum esse putarunt, ea præsertim ex causa, quod ex præfatione Ruffini ipse tacite in crimen socius videretur adduci. Scripserunt ergo eo argumento iidem ad ipsum Hieronymum ejusmodi perbreves litteras (*b*):

(*b*) *Apud S. Hieron. epist.* 64.

X.

Pammachii & Oceani epistola ad S. Hieronymum.

Sanctas aliqais ex fratribas schedalas ad nos cujusdam detalit, qaa Origenis volumen quod περὶ ἀρχῶν inscribitur, in Latinum sermonem versum tenerent. Et quoniam in his multa sunt, quæ tenuitatem nostri ingenii permoveat, quæqae minus catholice dicta existimamas: suspicamur etiam ad excusationem auctaris malta de libris ejus esse subtracta, qua apertam impietatem ejasdem moastrare potuisseat. Quæsumus præstaatiam taam, ut hoc specialiter noa tam nobis, quam universis qai ia Urbe habitant, prafutaram apus digaeris impeadere, at supradictum librum Origenis, qaemadmodum a supradictu aactore editam est, ad fidem sao sermone manifestes; & qaa a defeasore ejas interpolata sunt, prodas; & quæ etiam in bis schedalis, qaas ad sanctitatem tuam direximus, vel contra Catholicam regulam, vel imperite edita suat, redargaas atque convincas. Sane subtiliter ia præfatione aperis sui, tacita nomine tuæ sanctitatis expressit, quad a te promissum apus ipse complevit: illad oblique agent, etiam te simili ratione sentire. Parga ergo suspicioaes bominam, & convince criminantem; ne, si dissimulaveris, coasentire videaris. Hactenus ipsi ad S. Hieronymum.

XI.

His acceptis litteris, ipse naviter laboravit, ut quam exacte, quæ Origenes dixerat in Periarchon, in Latinum quam pu-

PAGIUS

Clerici Romani S. Paulinum apud Siricinm criminantur.

Paulinum Nolanum Siricium fuisse Boronius reputaverit, id hausit ex prima, nunc ordine quinta, ejusdem Paulini Epistola ad Sulpicium Severum, in qua dolens, dum Romæ fuit, Zelotyporum incendia clericorum addit: *Sed plenius indicare potuerunt conservi nostri pueri tui, quantum nobis gratia Dominica detrimentum faciat Urbici Papa superba discretio*. Infensum ex hoc Siricium Paulino deducit Baronius anno CCCXCIV. *num.* XC. & causas minoris existimationis venatur: vel qood Pontifex Urbicus seu Romanus inter suos Clericos computare illum noluerit, vel aversatus foerit, quia repente ex Laico Paulinus vir Consularis & Senatorius in Hispania Presbyter, quamvis coactus, evaserit. Sed facile potuit ex eodem penu Clericorum & Curiæ Romanæ Paulinoo criminari apud *Siricium*, & invidiam in eum conflare, ut in Hieronymum, quod jam Monachus contra laxioris vitæ Clericos declamaret. Sed vere etiam fatendum est, *Paulinum* ex humana ratione optimum semper non fuisse hominum & eorumdem morum æstimatorem, dum *Siricium* superbæ discretionis insimulat, qoem Hieronymus nimiæ simplicitatis & ionatæ bonitatis quodammodo coarguit; & quamvis sanctitate morum *Paulinus* polleret, minus acris judicii reputari potest, dum de unoquoque bonum præsumens, quemadmodum & *Siricius*, etiam Rufinum ex Palæstina, cum pace & amplexibus Hieronymi discedentem, magni fecerit, *Vigilantium* in longo Hispaniarum itinere non agnoscens laudaverit, & *Melaniam* Origenistarum errorum antesignanam sanctam dixerit, & pluribus laudibus cumulsverit, ut animadvertit Baronius ad annum CCCXCVII. num. III. Cum ergo hæc San-

Hieronymus in latinum vertit Origenis Periarchon.

purissime verteret. Incumbit in opus, quod absolutum anno sequenti Romam ad eosdem misit, apposita præfatione, qua omnes qui in eo libro sparsi sunt Origenis errores, redderet omnibus manifestos; ac dolum pariter ejus, qui male versum ediderat, aperiret. Quæ autem acciderint, cum hæc Romæ cognita sunt, suo loco sequenti nempe anno dicturi sumus.

XII. Anastasius Papa sanctum Paulinum amplectitur.

Inter hæc autem Anastasius Papa, hoc ipso suæ sedis exordio, quæ tempore prædecessoris perperam facta fuissent, magna solicitudine emendare quamprimum curavit. Quod enim (ut suo loco dictum est) non ignoraret paulo illiberaliter cum S. Paulino viro clarissimo, qui una cum Therasia conjuge monasticam amplexus vitam in Nolanum agrum secessit, Siricium, cui successit, egisse: ipse simulac in thronum Pontificium evectus est, officiosissimas litteras ad Episcopos pro ipso Paulino dedit; quem & omni officiorum genere postea frequentandi nullam penitus occasionem prætermisit. Meminit harum litterarum ipse Paulinus, cum ad Delphinum scribens, hæc ait (a): *Serat veneratio tua, sanctum fratrem tuum Papam Urbis Anastasium amantissimum esse humilitatis nostræ. Nam ubi primum potestatem charitatis suæ nobis offerendæ habere cœpit; non solum suscipere eam a nobis, sed ingerere nobis, piissima affectione properavit. Nam brevi post ordinationem suam epistolas de nomine nostro plenas & religionis & pietatis & pacis ad Episcopos Campaniæ misit, quibus & suum declararet affectum, & aliis benignitatis suæ præberet exemplum. Deinde nos ipsos Roma, cum solemni consuetudine ad beatorum Apostolorum natalem venissemus, tam blande, tam honorifice accepit.* Hæc ipse.

(a) Paulin. epist. 16.

XIII. Vetus consuetudo concurrendi ad Natalem diem Apostolorum.

Ex his quidem demonstrat S. Paulinus, solemnem fuisse consuetudinem, ad natalem diem Apostolorum Romam, nulla habita æstivorum calorum ratione, religiosissimam celebritatem concurrendi. Sunt & de his aliæ antiquæ testificationes, ut inter alias illa nobilis Gallæ Placidiæ Augustæ ad Pulcheriam æque Augustam (b) scribentis his verbis, cum sui Romam adventus rationem reddit: *Ut Romam frequentibus concursionibus adæque desideremus inspicere, eausa nobis est amplectendæ religionis, ut terminis sanctorum nostram exhiberemus præsentiam; quos certum est pro sua virtute in cælestibus constitutos, neque inferiora despicere. Nos itaque sacrilegum esse credimus, si solemnium ordinem denegemus.* Hæc illa. Sed & Valentinianus (c) Aug. ad Theodosium Juniorem Imp. *Cum advenissem* (inquit) *in urbem Romam ad divinitatem placandam, sequenti die ad basilicam Apostoli Petri processi.* Et ad Severum (d) idem qui supra Paulinus: *Romam* (inquit) *ad venerabilem solemnitatis Apostolicæ diem profecti fuimus.* Et inferius: *Rescribendi tamen ex Urbe facultas non fuit, ipsum tempus ante meridiem in votis nostris, quorum cura veneramus, per Apostolorum & Martyrum sacras memorias consumentes.* Hæc Paulinus.

(b) Extat to. 1. Concil. ante Conc. Chalcedon. vet. edit.

(c) Extat in præambul. Conc. Chalcedon.

(d) Paulin. ad Sever. epist. 13.

XIV.

At ne digrediamur ab Urbe, unde rerum gestarum anni hujus exordium auspicati sumus. Hoc ipso anno, cum Paulina, S. Paulæ filia, Pammachii uxor, ex hac vita jam ante migrasset, S. Hieronymus ad ejus virum consolatoriam epistolam dedit (e). Sed quod, ex more, in primis rationem temporis quæris: inde licet ejusdem auctoritate Hieronymi certum deducere argumentum, ea his inquam quæ nuper de Pauliniano ejusdem Hie-

(e) Hier. epist. 26.

PAGIUS

Sanctitati Paulini non obfuerint, ex eodem capite quæ Baronius notavit, *Siricii* Sanctitati non detrahunt. Sed de Siricii Sanctitate plura Florentinius laudatus.

V. *Anastasius fit Papa.*

In libro Pontificali legitur, post *Siricii* mortem cessisse Episcopatum *dies XX.* verum interpontificia per hæc tempora in eo libro male consignata, ut jam non semel monuimus. Quare cum *Anastasius* natione Romanus ordinatus fuerit die quinta mensis Decembris, in quam Dominica incidebat, ut ex dicendis in morte ejus manifestum fiet, liquet non tantum Sedem vacasse per *dies octo*; sed etiam initium Damasi & Siricii, quod hactenus male collocatum fuerat, suis diebus & annis a nobis redditum esse. Porro *Anastasium* hoc anno Pontificatum suscepisse, testantur Prosper & Marcellinus in Chronicis. Papebrocius, qui in Conatu Chronico-Historico ordinationem *Siricii* cum die quinta Januarii anni CCCLXXXV. male affixit, ejus mortem, & Anastasii ordinationem optime collocavit. Sed Baronius, qui initium *Anastasii* cum die XIV. mensis Martii perperam copulavit, vel ex gestis Romæ a *Rufino* ante mortem Siricii refellitur; ex iis enim patet, *Siricium* usque ad mensem Novembrem vitam produxisse, cum Rufinus ante finem anni superioris Romam non adventarit.

VI. *Solatur Hieronymus Pammachium de morte Paulinæ uxoris.*

Ad num. XIV. ad XIX. Epistola Hieronymi ad *Pammachium*, quæ ordine est XXVI. quave eum de morte Paulinæ uxoris ejus sanctæ Paulæ filiæ solatur, hoc vel superiori anno scripta. Hieronymus enim in Epist. XXX. ad Oceanum, ait; *Quarta æstatis circulus volvitur, ex quo ad Heliodorum Episcopum Nepotiani scribens Epitaphium, quidquid habere potui virium, in illorum dolore consumpsi. Ante hoc ferme biennium Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinæ brevem Epistolam dedi.* Quare cum Epistola ad Heliodorum anno CCCXCVI. data sit, Epistola XXX. ad Oceanum, anno CCCXCIX. vel anno CCCC. scripta; Epistola vero XXVI. ad Pammachium, hoc vel superiori anno. Cumque in fine Epistolæ XXVI. mentio fit de *Pauliniano* Sancti Hieronymi germano tunc a se in Italiam misso, colligitur, *Mela-*

Hieronymus laudes Paulinæ ad Pammachium scribit.

Hieronymi germano dicta sunt, ipsum nimirum hoc anno, nempe sequenti a profectione Ruffini, in Italiam advenisse. Sed & cum in fine ejus epistolæ ad Pammachium de consolatione Paulinæ obitus a Hieronymo datæ mentio habeatur de eodem Pauliniano tunc a se in Italiam misso; plane assentiri necesse est, hoc eodem anno, quo Paulinianus venit, de consolatione Paulinæ obitus a S. Hieronymo eam esse scriptam epistolam. Et ut hæc clariora reddantur; his accedit, quod idem S. Hieronymus ad Oceanum scribens Fabiolæ epitaphium, hoc tradat: (a) *Quartæ æstatis circulus volvitur, ex quo ad Heliodorum Episcopum Nepotiani scribens epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi. Ante hoc ferme biennium Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinæ brevem epistolam dedi, &c.* Sic videas S. Hieronymum quadriennii spatium numerare inter epitaphium Nepotiani & illud scriptum ad Oceanum de obitu Fabiolæ, biennium vero ex quo ad Pammachium de migratione Paulinæ consolationem scripsit: *Sed cum expresse demonstratum sit, anno Domini trecentesimo nonagesimo sexto elaboratum a S. Hieronymo epitaphium Nepotiani: æque affirmare necesse est, elucubratum hoc anno, nempe duos post annos ab eo tempore, epistolam consolatoriam de Paulinæ obitu ad Pammachium, post quatuor vero de obitu Fabiolæ ad Oceanum scriptionem. Cæterum illud monendum: nequaquam hoc anno, quo cum lucubrationem S. Hieronymus ad Pammachium scripsit, Paulinam mortuam esse, sed ante biennium: testatur id quidem ipse in ejusdem epistolæ exordio, cum ait: Qui importune per biennium tacui, vereor ne nunc importunius loquar, & attrectans vulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum est, commemoratione exulcerem.*

(a) Hieron. epist. 30.

XV. Pammachii præclaræ res gestæ.

His de tempore satis perspicue elucidatis, de Pammachio dicendum modo est, quod ab eo jam soluto vinculo conjugali, egregium Christianæ virtutis specimen de contemptu sæculi editum fuit: quod quidem nonnisi S. Hieronymi verbis recensendum erit. Sed primum illud de Pammachii genere hic præmittendum; prognatum nimirum ex Camillorum antiquo stemmate Furiano, ipsum inter primos Senatores emicuisse (ut idem Hieronymus ait) Consulum pronepotem. Cujus & si eruditionem spectes, a cunabulis bonis litteris una cum ipso S. Hieronymo assuevit, eminebatque inter cæteros Senatorii ordinis Christianos facile princeps. Hic uxore privatus sanctissima femina filia S. Paulæ, bona sua erogavit in pauperes, atque monasticum amplexus institutum, una cum vestibus vitæ quoque genus mutans, summum Christianæ philosophiæ verticem attigit. Sed audi S. Hieronymum (b): *Nobis post dormitionem, somnumque Paulinæ, Pammachium monachum Ecclesia peperit posthumum, & patris & conjugis nobilitate patricium, eleemosynis divitem, humilitate sublimem.* Et paulo post: *Nostris temporibus Roma possidet quod mundus ante nescivit. Tunc rari sapientes, potentes, nobiles, Christiani: nunc multi monachi sapientes, potentes, nobiles, quibus cunctis Pammachius meus sapientior, potentior, nobilior, magnus in magnis, primus in primis ἀρχιστράτηγος monachorum.*

(b) Hier. ep. 26.

XVI. Ornamenta Paulinæ erogata in pauperes.

Sed & de erogatis ab eo in pauperes conjugis ornamentis ista subjungit: *Ardentes gemmæ, quibus ante collum & facies ornabantur, egentium ventres saturant. Vestes sericæ, & aurum in fila lentescens, in mollia lanarum vestimenta mutata sunt, quibus repellatur frigus, non quibus nudetur ambitio: deliciarum quondam supellectilem virtus insumit. Ille cæcus extendens manum, & sæpe ubi nemo est clamitans, hæres Paulinæ, cohæres Pammachii est. Illum truncum pedibus, & toto corpore se trahentem, teneræ puellæ sustentat manus. Fores, quæ prius salutantium turbas vomebant, nunc a miseris obsidentur: alius tumenti aqualiculo mortem parturit: alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens unde roget, magis rogat dum rogare non potest: hic debilitatus a parvo, non sibi mendicat stipem: ille putrefactus morbo regio, supervivit cadaveri suo.*

Non (c) mibi si linguæ centum sint, oraque centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina possim.

(c) Virgil. Æneid. 6.

Hoc exercitu comitatus incedit, in his Christum confovet, horum sordibus dealbatur: Munerarius pauperum, & egentium Candidatus sic festinat ad cælum: & post multa id genus & alia, hæc de erecta ab eo domo hospitali in Portu Romano subjungit:

Au-

PAGIUS *laniam* & *Rufinum* exeunte anno trecentesimo nonagesimo septimo ex Oriente discessisse. Hieronymus in secunda Apologia adversus Rufinum, scribit, *Paulinianum* post annum navigationis Rufini Romam profectum esse, ideoque anno currenti, ut Baronius num. VI. recte observavit. Quare non video, sententiam Emin. Cardinalis Norisii lib. 2. Hist. Pelag. cap. 2. quæ docet Rufinum anno CCCXCVI. ex Oriente digressum esse, sustineri posse. Sic enim hic annus secundus esset commorationis Rufini in urbe, aut etiam tertius inchoatus, qui tamen primus tantum fuit. *Paulinam* in flore adhuc juventæ defunctam *Pammachius* vir Proconsula-

ris

XVII. Xenodochium a Pammachio in Portu Romano erectum.

Audio te Xenodochium in portu fecisse Romano, & virgam de arbore (a) Abraham in Ausonio plantasse littore. Quasi Æneas nova castra metaris, & super undam Tiberis, ubi illa, cogente quondam penuria, crustis fatalibus & quadris patulis non pepercit, tu viculum nostrum id est domum panis ædificas, & diuturnam famem repentina saturitate compensas. Euge nostra initia transgrederis, statum summum tenes; de radice pervenis ad cacumen: primus inter monachos, in prima Urbe, primum sequeris Patriarcham (b): & inferius post nonnulla de suscepto hospitalitatis ministerio, hæc salubri consilio moulta jungit: *Quod patricii generis primus inter primos monachos esse cœpisti; non tibi sit tumoris, sed humilitatis occasio, scienti filium Dei factum filium hominis. Quantumque te dejeceris, humilior Christo non eris: Esto incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris, æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, cæcorum oculus sis, manus debilium, pes claudorum, ipse aquam portes, ligna concidas, focum extruas: ubi vincula? ubi alapæ? ubi sputa? ubi flagella? ubi patibulum? ubi mors? & cum omnia quæ dixi feceris, ab Eustochio tua Paulaque vinceris, & si non opere, certe sexu.*

(a) Genes. 18.

(b) Genes. 13.

XVIII. Titulus Pammachii.

Hæc cum S. Hieronymus scribat, tantum abest ut veris majora descripserit, quin potios etiam grandia prætermiserit. Etenim inter alia Pammachius sanctis martyribus Paulo atque Joanni, qui hoc sæculo, tempore Juliani Apostatæ, Romæ (ut meminimus) passi sunt, prope Clivum Scauri contra Palatinum nobilem Memoriam excitavit, in titulumque erexit, qui usque hodie nomine dictorum martyrum dictus Pammachii titulus perseverat; ☞ de quo ejusmodi vetus Inscriptio in lucem prodiit (c):

(c) Antiq. Inscr. in App. pag. 1164. n. 8.

ANTISTES DOMINI CELSA SACRARIA CHRISTI
VESTIBULUM DECORAT GRATIA PULCHRA LOCI.
QUÆ QUIA COMPTA NITET PRIMAQUE IN FRONTE RENIDET
OSTENDIT QUANTUM NUMINIS INTUS INEST.
QUIS TANTAS CHRISTO VENERANDAS CONDIDIT ÆDES
SI QUÆRIS CULTOR PAMMACHIUS FIDEI ☜.

Ipse vero in dies magis magisque arreptum vitæ institutum clarioribus illustrans meritis, sancto exitu vitæ hujus periodum claudens, promissa suis a Christo præmia consecutus, cum in cœlis inter sanctos, tum in terris in Ecclesia adscripto nomine ejus in tabulis publicis anniversaria commemoratione jugiter superstes vivit. Quando autem id contigerit suo loco dicturi sumus, & variis occasionibus inferius sæpe de illo.

XIX. Falsi oraculi terminus Christianæ religioni præscriptus.

Sed jam ad res Africanas anni hujus se convertat oratio, atque in primis ad ea quæ S. Augstinus scripta reliquit de falsis Gentilium in vulgus frustra jactatis oraculis, quibus illi hujus anni termino finem accepturam Christianam religionem, quo idolorum cultores in officio continerent, quasi ex divinis affirmabant responsis; sunt hæc ejus verba: (d) *Sed hæc quia Evangelica sententia est: mirum non est, non ea repressos fuisse deorum multorum falsorumque cultores, quo minus fingerent dæmonum responsis, quos tamquam deos colunt, definitum esse quanto tempore mansura esset religio Christiana. Cum enim viderent, nec tot tantisque persecutionibus eam potuisse consumi: sed hic potius mira incrementa sumpsisse: excogitaverunt nescio quos versus Græcos tamquam consulenti cuidam divino oraculo effusos, ubi Christum quidem ab hujus tamquam sacrilegii crimine faciunt innocentem, Petrum autem maleficia fecisse subjungunt, ut coleretur Christi nomen per trecentos sexagintaquinque annos*

(d) Aug. de civit. Dei li. 18. c. 53.

PAGIUS

ris, ut ait Palladius in Lausiac. cap. 122. imo secundum Hieronymum Epist. XXVI. Consulum pronepos, multis prosecutus est lacrymis, & largissimis etiam in pauperes eleemosynis refovit. Quo utroque eum nomine & consolatur & commendat Paulinus Epistola XIII. quæ alias erat XXXVII. & post Epistolæ XXXIII. Hæc vero Paulinæ laudibus subinde inspersa est.

VII. Terminus Christianæ religioni ab Ethnicis præfixus.

A num. XIX. ad XXII. Baronius Chronologiam suam auctoritate Divi Augustini lib. 18. de Civit. Dei cap. 53. confirmatam existimavit. Ait enim Augustinus, Ethnicos excogitasse nescio quos versus, quos in vulgus tanquam oracula jactabant, quibus asserebant, Christum cultum iri *per trecentos sexaginta quinque annos*, quo annorum numero completo, Religio Christiana *sine mora sumeret finem*. Quibus verbis cap. sequenti hæc subjicit Augustinus. *Ex ipso anno quærendum est, quando trecenti sexaginta quinque completi sint. Mortuus est ergo Christus duobus Geminis Coss. octavo Kalendas Aprilis, &c. ac deinde aliis atque aliis accessibus Credentium crevit Ecclesia. Ac per hoc colligitur etiam dies, in quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est Spiritus Sanctus, id est, per Idus Majas. Numeratis proinde Consulibus, trecenti sexaginta quinque anni reperiuntur impleti, per easdem Idus Majas, Consulatu Honorii & Eutychiani*. Quam quidem Augustini supputationem, inquit Baronius, „ nostræ Chronographiæ optime convenire cognoscis: siquidem quem nos numeravimus „ Domini annum tricesimum quartum, ipse a „ die Pentecostes numerat primum. Porro numero

nos: deinde completo memorato numero annorum, fine mora fumeret finem, O bominum corda doctorum, o ingenia litteratorum digna credere ista de Christo, quæ credere non vultis in Christum: atque post nonnulla de Petro, hæc de his subdit (*a*):

(*a*) Aug. de Civit. Dei lib. 18. c. ult.

XX. Recte instituta temporum Chronographia.

Per hoc colligitur etiam dies ex quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est Spiritus sanctus, id est, per Idus Majas: numeratis proinde Consulibus, trecenti sexagintaquinque anni reperiuntur impleti per easdem Idus Majas Consulatus Honorii, & Eutychiani; præsenti scilicet anno. Quam quidem Augustini supputationem nostræ chronographiæ optime convenire cognoscis: siquidem quem nos numeravimus Domini annum trigesimumquartum, ipse a die Pentecostes numerat primum. Porro numero trecentorum sexagintaquinque annorum si addas trigintatrés, utique reperies a nascente Domino usque ad dictos anni hujus Consules Honorium, & Eutychianum recte numerari annos trecentos nonagintaocto. Hæc ad exacte a nobis initam in Annalibus chronographiam, aliisque superius stabilitam testificationibus satis.

XXI.

Cæterum stultæ prædictionis contraria prorsus obvenisse contigit: & tantum abfuit religionem Christianam defecisse, & deorum cultum in pristinum restitutum fuisse, ut (quod plane Dei nutu factum apparet) quæ reliqua essent templa Gentilium, sequenti anno diruta fuerint: quod ipse Augustinus demonstrat: sed de his suo loco nobis agendum. Porro de iisdem falsis oraculis ad consolationem suorum ab Ethnicis in Africa excogitari & jactari solitis, idem S. Augustinus hæc alibi (*b*): *Sedent Pagani & computant sibi annos; audiunt fanaticos suos dicentes: Aliquando Christiani non erunt: & idola illa coli habent, quemadmodum antea colebantur. Adhuc dicunt: Quando (c) morietur & peribit nomen ejus?* & alibi (*d*) iidem eadem replicantes verba: *Quando*, inquiunt, *morietur, & peribit nomen ejus? Idest, ecce veniet tempus, ut finiuntur, & non sint Christiani. Sicut cœperunt ex aliquo tempore, ita usque ad certum tempus erunt. Sed cum ita dicunt, & sine fine moriuntur, & permanet Ecclesia prædicans brachium Domini omni generationi superventuræ.* Hæc de his Augustinus: cætera autem rejicimus in sequentem annum.

(*b*) Aug. in Psal. 40.

(*c*) Ps. 40.

(*d*) Aug. ser. 2. in Ps. 70.

XXII.

Rursum vero quod ad res Africanæ Ecclesiæ pertinet; Honorius Imperator, ad comprimendam sceleratorum audaciam, rescriptum illud dedit, quod a S. Gregorio Papa citatur & recitatur his verbis in epistola ad Joannem (*e*): *Impp. Arcadius & Honorius Augusti Theodoro Præfecto Præt. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesias Catholicas irruens, sacerdotibus, & ministris, vel cultoribus ipsis, vel cultui ipsi, locoque aliquid importet injuriæ: quod geritur, a provinciæ rectoribus animadvertatur: atque ita provinciæ moderator, sacerdotum & clericorum, & Catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus injuriam capitali in convictos seu confessos reos sententia noverit vindicandam.* Et post pauca: *Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus aut ministris injurias, veluti publicum crimen insequi, atque de talibus reis ultionem mereri, &c. Dat. 6. Kal. Maji, Mediolani, Honorio Aug. quater & Eutychiano ter Consulib.* Ita apud Gregorium. In Codice vero Theodosiano (*f*) hæc amplius, quibus & declaratur pro Ecclesia Africana hæc ab eo fuisse rescripta:

(*e*) Gregor. l. 11. ep. 53.

De lege Honorii Imp. adversus inferentes injuriam in personas & loca sacra.

(*f*) l. 31. de Episc. & Cler. Cod. Theod.

Quod

PAGIUS

„ mero trecentorum sexaginta quinque annorum „ si addas triginta tres, utique reperies a nascente Domino, usque ad dictos anni hujus „ Consules Honorium & Eutychianum recte numerari annos trecentos nonaginta octo. Ita Baronius. Verum fallitur Cardinalis Doctissimus: Augustinus enim Christi mortem illigat Consulatui duorum Geminorum, qui incidit in annum Eræ Christianæ vicesimum nonum, ut nunc tandem inter Eruditos omnes convenit, non vero in annum ejusdem Eræ XXXIV. ut perperam Baronius explicat Divum Augustinum, quem supponit illi anno Christi mortem illigare, cum tamen ibidem Augustinus diserte asserat mortuum Christum *duobus Geminis Coss.* qui Consulatus secundum Baronium concurrit cum anno Christi XXXI. a quo ideo CCCLXV. illorum annorum initium repetere debebat, sicque non annos CCCLXV. sed CCCLXVII. reperiisset, ex quo necessario intulisset numerum illum CCCLXV. annorum depravatum esse.

VIII.

Hujus loci corruptionem neque Patres Benedictini in postrema Operum S. Augustini editione animadverterunt, nec ullus alius quem viderim, cum tamen illud in dubium revocari non possit. Loco itaque, *trecenti sexaginta quinque anni reperiuntur impleti*, legendum, *trecenti sexaginta novem anni reperiuntur impleti*. Similem depravationem in omnibus Augustini codicibus repetiri, anno CCCCXXII. num. VI. visuri sumus; neutraque corruptio mira videri debet, cum in numeris vel in vocibus eos exprimentibus, in quibus lapsus facilis, sita sit.

Corrigitur locus D. Augustini corruptus.

IX.

A num. XXII. ad XXXIII. Honorius legem Cod. Theod. 31. *de Episcopis*, sub hujus anni Coss. emisit *VI. Kalend. Maji Mediolani*, eamque inscripsit *Theodoro*, qui Præfectus Prætorio Italiæ erat. Ea Honorius capitali pœna puniri jubet, irruentes in *Ecclesiam*, & *Sacerdotibus aut Ministris seu Clericis, vel ipsi cultui vel loco injuriam* inferentes. Quam legem cum ad Africam pertinere ex iis, quæ in ejus fine leguntur, animadvertisset Baronius, existimavit occasionem ei præbuisse Donatistarum *Circumcellionum* vesaniam, eorumque in Catholicos impetum; de quibus multa loca ex Augustino in me-

Lex XXXI de Episcopis data non fuit adversus hæreticos.

XXIII. Rescriptum editum pro Ecclesia Africana.

Quod si multitudo violenta civilis apparitionis executione, & adminiculo ordinum, possessorumve potuerit præsentari, quod se armis, aut locorum difficultate tueatur: Judices Africani, armatæ apparitionis præsidium, datis ad virum spectabilem Comitem Africæ litteris, prælato legis istius tenore, deposcant, ut rei talium criminum non evadant. Dat. 7. Kalend. Maji, Mediolani, Honorio IV. & Eutychiano Consulibus. Quod autem capitali supplicio Imperator præcipiat injuriam vindicandam, nondum lata hæc erat lex, quando S. Augustinus scripsit commentarios contra litteras Petiliani, in quibus sunt hæc verba ejus in Donatistos (a): *Quærimus a vobis, quos vestrum a nostris probetis occisos. Nullam quidem legem ab Imperatoribus datam, ut occideremini, recolo, &c.* Quamobrem fateri necesse est, eos ab Augustino commentarios esse elaboratos ante ejus legis promulgationem, hoc tamen ipso anno, sed post Anastasii Papæ electionem: nam de eo Pontifice tunc sedente illa sententia ipse meminit haud pridem recitata, qua ait (b): *Verumtamen si omnes per totum Orbem tales essent, quales vanissime criminaris: cathedra quid tibi fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet?* &c.

(a) *Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 20.*

(b) *Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 51.*

XXIV. Donatistarum immanitas dedit causam edicto.

Sed quænam præcessit hujus legis sanciendæ causa, cum hactenus nonnisi decem librarum auri pœna (ut idem Augustinus (c) testatur) facinorosissimi Donatistarum mulctandi Imperatorum lege fuissent? ab eodem S. Augustino illam accipiamus, qui nomine clericorum Hipponensium scribens ad Januarium Donatistarum Episcopum, his sane verbis inculcat (d): *De nobis ergo quod queramini, non habetis: etenim * Ecclesiæ Catholicæ mansuetudo etiam ab his Imperatorum jussionibus omnino conquieverat, nisi vestri clerici & Circumcelliones per suas immanissimas improbitates, furiosasque violentias quietem nostram perturbantes, atque vastantes, hæc in vos recoli, & moveri coegissent. Nam priusquam recentiores leges istæ, de quibus modo queri mini, venissent in Africam, insidias in itineribus nostris Episcopis tetenderunt, conclericos nostros plagis immanissimis quassaverunt, laicis quoque & plagas gravissimas inflixerunt, & intulerunt eorum ædificiis incendia: presbyterum etiam quemdam, quia propria & libera voluntate unitatem nostræ communionis elegit, de domo sua raptum, & pro arbitrio immaniter cæsum, in gurgite etiam cœnoso volutatum, burda vestitum, cum quibusdam dolendum, quibusdam ridendum in pompa sui facinoris ostentassent, abductum inde quo voluerunt, vix post dies duodecim dimiserunt. Unde conventus municipalibus gestis a nostro Episcopo Proculeianus* (Hipponensis hic erat Donatistarum Episcopus) *cum ab inquirenda causa dissimulasset, & iterum continuo conventus esset, nihil se dicturum amplius, gestis expressit. Et hodie illi qui hoc fecerunt, presbyteri vestri sunt adhuc, nos insuper territantes, & sicut potuerunt persequentes.* Hæc ipse: quæ autem his subdit, dicentur inferius suo loco.

(c) *Aug. cod. l. c. 83.*

(d) *Aug. epist. 68.*

* & tamen.

XXV. De Restituto presbytero Hipponensi.

Eadem ipsa S. Augustinus (e) ingerit adversus Cresconium grammaticum agens, presbyterumque illum Hipponensem ad dies duodecim verberibus ludibrioque affectum, Restitutum nominatum fuisse tradit: quem postea una cum Innocentio item presbytero ab iisdem Donatistis occisum fuisse constat. Est de his S. Augustini epistola ad Marcellinum in Africa magistratum agentem, qua illis qui eos occiderant, ignosci rogat, his verbis (f): *Circumcelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hipponensi Ecclesia ad judicium pro factis eorum publicæ disciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum Catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentii alterius Catholici presbyteri, atque de oculo ejus effosso, & digito*

(e) *Aug. cont. Crescon. l. 3. c. 48.*

(f) *Aug. epist. 159.*

PAGIUS

medium adducit. Inde infert Baronius, Augustini libros tres *contra literas Petiliani* Donatistæ Cirtensis Episcopi elaboratos fuisse ante hanc Honorii legem, qua capitale supplicium adversus inferentes injuriam *in* personas & loca sacra decernitur; quod Augustinus lib. 2. cap. 20. scribat: *Nullam quidem legem ab Imperatoribus datam, ut occideremini, recolo.* Verum hæc Augustini verba nihil commune habent cum hac lege Honoriana; cum ea adversus hæreticos emissa non fuerit, ideoque inde minime innotescere possit, quo tempore tres illi libri ab Augustino editi sint. Gothofredus in illius legis commentario recte observat, perperam eam accipi de *Effractoribus* Ecclesiarum aut de *sacrilegio* in commune, quod ferme faciunt Interpretes, additque conjecturam Baronii non esse improbabilem. Verum cum in ea lege nihil occurat quod de hæreticis specialiter intelligi possit, præferenda ejusdem Gothofredi conjectura, quam Lectoribus ita proponit. „ Erunt, inquit, forte, qui horum temporum „ statum spectantes ita existimaturi sunt, Gil„ doniaci in Africa belli profligati occasione hanc „ legem ab Honorio promulgatam. Nempe *Ho„ norius* paulo ante profligato Gildone, partim „ Urbis annonæ, quam *Gildo* vexaverat, pros„ pectum ivit, ut ex variis legibus hoc anno „ ab eodem Imperatore eodem mense Aprili „ datis, & eidem Theodoro Præfecto Prætorio „ inscriptis patet, partim Provincialium Afro„ rum securitati prospexit: Calumniatoribus in„ ter cætera repressis, qui tyrannis profligatis, „ de more emergere soliti, quo pertinet mense

gito præciso fuisse confessos: unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas. Quamvis enim ab eorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini: nolumus tamen passiones servorum Dei, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari. Et post multa id genus, quanta hæc inculcarit, & expetierit energia, ex his accipe: *Quoniam Christiano loquor, maxime in tali causa, non arroganter dixerim: audire te Episcopum convenit jubentem, domine eximie, & merito insignis atque carissime fili.* Hæc ipse quidem, quo Christiana mansuetudo omnibus innotesceret; sperans ita faciens, atque carbones charitatis incensos super adversariorum capita congerens, ad meliorem eos frugem perducere: sed frustra omnia, in deterius iisdem prolabentibus.

XXVI.

(a) Aug. epist. 127.

Augustinus precatur veniam pro facinorosis Donatistis.

At non ad Marcellinum tantum, sed (ut in eadem tradit epistola) ad Proconsulem ea de causa se litteras dedisse testatur: extat quidem eodem argumento conscripta epistola ad Donatum Proconsulem Africæ (*a*); ad quem inter alia: *Quæsumus igitur, ut cum Ecclesiæ causas audis, quamlibet nefariis injuriis appetitam, vel afflictam esse cognoveris; potestatem occidendi te habere obliviscaris, & petitionem nostram non obliviscaris.* Hæc & alia ad Proconsulem, sed post decennium, ut suo loco dicemus: hic autem recitata ad insinuandam Augustini, & aliorum Episcoporum Catholicorum mansuetudinem, qui talia tantaque passi, silere tamen datam hoc anno legem de capitali supplicio in Donatistas maluerunt. Cum alioqui postmodum exemplis rerum, sero licet, edoctus ipse Augustinus, scelestissimos omnium hominum abuti Catholicorum modestia, atque deteriores evadere, seque nihil profecisse, cum toties apud Africanæ provinciæ magistratus pro illis detentis in vinculis ultimo supplicio condemnandis intercessisset; quasi facti pœnitens, recantans palinodiam, præclaram eodem argumento ad Vincentium (*b*) epistolam dedit, qua disseruit per magistratus cogi debere hæreticos, & illorum pertinaciam sæculari potentia retundendam, coercendamque esse ipsorum audaciam legibus Imperatorum. Ejusdem quoque argumenti duos se scripsisse libros, quorum est titulus, *Contra partem Donati* (*c*), ipse testatur.

(b) Aug. epist. 48.

(c) Aug. retract. l. 2. cap. 5.

XXVII.

(d) Aug. epist. 50.

Nefanda scelera Donatistarum adversus Catholicos.

At quæ iidem addiderint præteritis massis, postquam ea lex promulgata est; præter illa superius recensita, prosecutus est idem Sanctus Augustinus eorumdem scelera cum pluribus scriptis, tum præsertim epistola illa, quam dedit ad Bonifacium Comitem, in qua & ea refricat quæ sunt recensita, addens hæc ipsa (*d*): *Episcopi maxime & clerici horrenda & dura professi sunt, quæ commemorare longum est; quando quorumdam, & oculi extincti sunt, & cujusdam Episcopi, & manus & lingua præcisa est: nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas cædes, & domorum deprædationes per nocturnas aggressiones, & incendia non solum privatorum habitaculorum, verum etiam ecclesiarum; in quas flammas non defuerunt qui & codices Dominicos mitterent.* Hæc & alia ad Bonifacium, de quibus suo loco pluribus.

XXVIII.

Labores Augustini adversus Donatistas.

Quamdiu autem spes aliqua fuit, ejusmodi genus hominum rationibus posse convinci, indefessam Augustinus navavit operam cum verbis, tum scriptis, ut eos ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem perduceret: cujus sane labores ea in re impensi, nec quemquam puto fore qui sermone satis digne persequi valeat. Possidius ipse quidem immensa rerum copia victus, cuncta

pau-

PAGIUS

„ se superiore Martio lex ult. Cod. Theod. „ *de Calumniatoribus*, item violentis in Ecclesiam irruptoribus repressis. Ad quam securitatem pertinere videatur hæc lex; cum jam „ forte *Gildonis* fautores, satellites, in Ecclesiis pervestigarentur, etiam inter ipsa sacra. „ Ita Gothofredus, qui in veram hujus legis causam penetrasse videtur, licet eam cum hæsitatione proponat.

X.

Quo anno libri adversus literas Petiliani scripti.

Patres Benedictini Tom. IX. Oper. Divi Augustini, in Admonitione prævia ad libros tres contra literas Petiliani, ajunt, Augustinum loco laudato hanc legem 31. de Episcopis non recoluisse, *fortean quia jam in Africa contra Donatistas executioni demandatam nunquam videtur. Præterquam quod an ea lex ad Donatistas spectaverit, fueritque anno CCCXCVIII. promulgata, non satis liquet.* Verum hæc lex neque contra Hæreticos, neque contra Donatistas in speciali data fuit, & legem tam Ecclesiis, quam earum Ministris adeo salutarem, hoc anno in Africa, ad quam pertinebat, promulgatam non fuisse, omnino improbabile. Recte tamen observarunt, libros istos circiter annum quadringentesimum compositos esse; cum Augustinus & lib. 1. cap. 9. non obscure significet scribere se post mortem *Optati Gildoniani*, quæ non sub hujus anni finem, ut ipsi scribunt, sed mense Aprili, ut mox videbimus, contigit, & lib. 2. cap. 92. num. 210. aliam de auferendis Idolis, quæ anni sequentis est, Honorii legem aperte indicet, ac denique his libris locum in Retractationibus assignet post opuscula quædam sua, quæ anno CCCC. aut CCCCI. elucubravit.

Re-

paucis hisce perstrinxit (a): *Ita factum est, ut Augustinus Episcopus multo instantius & ferventius majori auctoritate, non adhuc in una tantum regione, sed ubicumque rogatus venisset, verbum salutis æternæ alacriter ac suaviter, pullulante atque crescente Domini Ecclesia, prædicaret, paratus semper poscentibus reddere rationem de fide & spe quæ in Deum est. Et ejus dicta excepta maxime Donatistæ in eadem Hipponensi vel vicina manentes civitate, ad suos Episcopos deferebant. Quæ cum audissent, & contra forte aliquid dicerent, aut a suis refellebantur, aut eadem responsa ad S. Augustinum deferebantur, eisque compertis patienter ac leniter (ut scriptum est) cum timore (b) & tremore salutem omnium operabatur, ostendens quam nihil illi refellere voluerint ac valuerint, quamque verum manifestumque sit quod Ecclesiæ Dei fides tenet, & docet. Et hæc diebus ac noctibus ab eodem jugiter agebantur: nam & epistolas privatas ad quosque ejusdem erroris Episcopos, & eminentes scilicet laicos dedit, ratione reddita admonens atque exhortans, ut vel ab illa se pravitate corrigerent, vel certe ad disputationes venirent. Illi autem causa diffidentia ne quidem umquam rescribere voluerunt, sed irati furiose loquebantur, atque seductorem, deceptoremque animarum Augustinum esse, & privatim & publice condemnabant: & ut lupum, occidendum esse, in defensionem gregis sui dicebant, & tractabant; omniaque peccata a Deo indubitanter esse credendum posse dimitti iis, qui hoc facere ac perficere potuissent, nec Deum timentes, nec homines erubescentes.* Hæc Possidius.

(a) Possid. in Vit. Aug. cap. 9.

(b) Philip. 2.

XXIX. Idemque inferius ita de iis quæ Donatistæ in Augustinum machinati sunt (c): *Aliquoties vero etiam vias armati iidem Circumcelliones contra famulum Dei Augustinum obsederunt, dum forte iret rogatus ad visitandas, instruendas, & cohortandas Catholicas plebes, quod ipse frequentissime faciebat. Et aliquando contigit ut illi succenturiati hactenus perderent captionem. Evenit quidem Dei providentia, ut ductoris hominis errore, per aliam viam cum suis comitibus sacerdos quo tendebat venisset; atque per hunc quem postea cognovit errorem, manus impias evasisset: & cum in omnibus liberatori Deo gratias egisset, illi omnino suo more nec laicis, nec clericis pepercerunt, sicut publica contestantur Gesta.* Hactenus de his Ipse.

(c) Possid. in Vit. Aug. cap. 12.

XXX. Sed cum innumeri ferme labores Augustini adversus Donatistas, quousque sedit Episcopus, fuerint, & lucubrationes quamplurimæ diversis sedis suæ temporibus elaboratæ: hoc potissimum anno, postquam Anastasius creatus est Romanus Pontifex, ante tamen quam recitata superius lex promulgata esset adversus Petiliani litteras ipsum commentarios elaborasse, jam satis est demonstratum: sed causa nunc aperienda ejusmodi ab eo hoc potissimum tempore suscepti laboris. Erat Petilianus partis Donatistarum in Numidia Episcopus, suæ sectæ hominum hujus temporis eloquentia facile princeps, quod Augustinus (d) affirmat: porto ille ad suos presbyteros, scripsit adversus Catholicos epistolam; quam simulac ipse Augustinus accepit, revocans manum (ut ait e) a scriptione illa, quam elucubrabat de Trinitate, & ab eis, quos præma-

Petilianus Donatistarum episcopus impugnator Catholicæ unitatis.

(d) Aug. cont. litt. Petil. c. 1.

(e) Aug. retract. l. 2. cap. 25.

PAGIUS

XI. *Petilianus* in Donati parte Episcopus, Advocatus forensis antea fuerat, quem *Cirta*, quæ civitas est Numidiæ, cum Catholicos Catechumenus esset, raptum fuisse a Donatistis, & per vim ab iis baptizatum, nolentemque ordinatum, refert Augustinus tam in Sermone de gestis cum Emerito, quam in lib. 2. contra literas Petiliani cap. 104. Evasit postmodum *Petilianus* partis Donati defensor acerrimus, fuitque unus ex septem Episcopis delectis, qui in Carthaginensi collatione anno CCCCXI. habita, adversus Catholicos totidem Episcopos disputarunt. *Petilianus* tres illas, quas refellit Augustinus Epistolas, Donatianis Presbyteris & Diaconis contra Catholicos scripsit. In libro secundo ait Augustinus cap. 51. *in qua* (nempe Cathedra Ecclesiæ Romanæ) *hodie Anastasius sedet*. Quare cum hic mense Decembri anni quadringentesimi primi supremum diem obierit, libri illi post eum Christi annum exarati non fuere. Baronius num. XXXI. suspicatur, aut duos fuisse Petilianos, quorum alter *Cirta*, alter *Constantina* Episcopus fuerit, vel irrepsisse errorem in titulum Commentariorum contra literas Petiliani, ut loco *Constantinensis*, *Cirtensis* sit positus. At *Cirta Constantina* etiam appellata, indeque Augustinus Petilianum modo *Cirtensem*, modo *Constantinensem* Episcopum appellat, quod in dubium revocari non potest.

Petilianus partis Donati defensor acerrimus.

XII. Post tres libros contra literas *Petiliani*, Augustinum libros contra Epistolam *Parmeniani* Episcopi Carthaginensis partium Donatistarum, scripsisse, tradit Baronius num. XXXII. Quare hos libros circiter annum quadringentesimum in lucem datos scire putant Patres Benedictini in Admonitione prævia ad illos, Tom. IX. Oper. D. Augustini. In Retractationibus enim sub opere de Consensu Evangelistarum, quod ad annum circiter CCCC. revocant, collocantur. Præterea quoties in illis de *Optato Gildoniano* loquitur Augustinus, ejus tyrannidi finem impositum significat, tandemque in lib. 1. cap. 9. dicit Deorum *simulacra everti atque confringi jussa esse recentibus legibus*. Hujus vero anni initio Optatus Gildonianus interiit, & eæ leges anno sequenti ab Honorio datæ. *Parmenianus* Donatistarum apud Carthaginem Episcopus *Tichonio* Donatistæ Epistolam scripsit, ut suæ communionis hominem præclara quædam ex Scripturis testimonia & argumenta pro Ecclesia Catholica scriptis suis inserentem cohiberet. Eam *Parmeniani* Epistolam tribus libris aggressus est *Augustinus*, in quorum priori injustis querelis, quas ille effudit in Catholicos, occur-

Augustinus scribit libros adversus Petilianum & Parmenianum.

manibus habebat, commentariis de Genesi ad litteram, ad contradictorios scribendos libros illos stylum (a) admovit. Cur autem tres oportuerit ea de re edere diverso tempore libros, affert ipso in Rettactationibus rationem.

(a) Aug. retract. l. 2. cap. 34.

XXXI. Petilianus Epis. Constantinianensis.

Sed admonemus lectorem, quod si titulum fertis spectet, duos opus esset asserere Petilianos: quorum alter apud ipsum Augustinum in inscriptione commentariorum in ejus litteras editorum, dictus invenitur Cirtensis Episcopus; qui & libri primi exordio contra Cresconium, idem Cirtensis quoque nominatur Episcopus: Alter vero ab eodem Augustino Constantinianensis Episcopus nominatus habetur, idemque scriptor, qui de unico baptismo librum ediderit, adversus quem eodem nomine & argumento ipse Augustinus commentarium scripsit. Sed putatur irrepsisse error in titulum commentariorum contra litteras Petiliani, ut loco Constantinianensis Cirtensis sit positus. Nam primi libri exordio, Constantinianensis Ecclesiæ mentio ibi habetur; & in titulo libri tertii, idem Petilianus non Cirtensis, sed Constantinianensis Episcopus inscriptus reperitur: erat Constantina civitas in Numidia. de qua idem Augustinus (b): *Inter Constantinam (inquit) ubi tu es, & Hipponem, ubi ego sum, Calama, ubi ille est, vicinior quidem nobis, sed tamen interposita est*. Ita ipse.

(b) Aug. l. 2. contra litt. Petil. c. 99.

XXXII. Generosus a Donatista decipi tentatur.

Porro in eadem quoque Constantinianensi Ecclesia, & ab ejus Episcopo Petiliano æque factum apparet, ut agentem ibidem hominem nomine Generosum, Catholicum, decipere sit conatus presbyter quidam Donatista; quasi Angeli (ut ajebat) monitu suaderet ei, ad Donatistas, relictis Catholicis se conferre. At ille prudens, Augustinum admonuit: qui quamprimum occurrit fraudi, ad eum scribens epistolam: in qua cum (c) series descripta sit Romanorum Pontificum, & extremo loco Anastasius Papa collocetur, plane Anastasii Papæ tempore scriptam esse oportuit: Docet autem, ex sedis Petri communicatione dignosci Catholicam Ecclesiam, in eaque legitimam Apostolicam successionem perseverare; utque omnis prorsus explodenda sit novitas, firmis iisdemque perspicuis significat argumentis, ostendens Constantinianensis civitatis Episcopum non habere quam numeret seriem successorum Orthodoxorum. At de scriptis Augustini hactenus: pro ordine & tempore rerum gestarum reliqua inferius recensebimus. Scripsisse vero post hæc Augustinum libros contra epistolam Parmeniani Episcopi Carthaginensis partium Donatistarum, argumento est quod in ea mentio habetur (d) de persecutione decennali Optati Gildoniani, de quo proxime dicturi sumus. Illud modo lectorem monendum putamus, non eodem ordine, quo enumerat Augustinus suorum seriem scriptorum, ea elaborata fuisse: nam complura proponit, quæ, si tempus spectes, aliis compluribus postponenda fuissent; quod non paucis declarari potest exemplis, si quis ea curiosius perscrutetur.

(c) Aug. epist. 165.

(d) Aug. cont. ep. Parm. l. 1. c. 3.

XXXIII. Quinta Synodus Carthaginensis.

Quod insuper ad rerum statum Ecclesiæ Africanæ attinet; hoc anno, nimirum post Consulatum Cæsarii & Attici (ut ex scripto addimus codice) VI. Kalend. Junii habita est Carthagine Synodus septuaginta Episcoporum, quæ quinta dicta reperitur, dicenda autem ordine temporum quarta: nam quæ quarta numeratur, celebrata est hoc eodem anno, mense Novemb. dicemus autem de ea inferius: mendosus enim numerus ibi inhæsit notæ *Æræ* trigesimæ octavæ, sicut & in aliis plerisque locis; nam & noscitur habita anno ante edictum Imperatoris de reliquiis idololatriæ tollendis, quod constat datum anno sequenti. Inculcatum est (e) autem in hac ipsa priori anni hujus Synodo inter alia ad Ecclesiasticam spectantia disciplinam, de diaconorum, presbyterorum, & Episcoporum

(e) Concil. Carthag. 5. can. 3.

PAGIUS

curtit, & in duobus ultimis Scripturæ testimonia, quibus imperitos decipere Parmenianus conabatur, ad legitimum sensum reducit.

XIII. *Concilium Carthaginense quintum vulgo appellatum.*

Ad num. XXXIII. & seq. Baronius existimavit, Concilium Carthaginense, *quintum* vulgo appellatum, *post Consulatum Cæsarii & Attici*, hoc sc. anno, *die VI. Kalend. Junii* celebratum esse, quia id in quodam codice MS. se legisse dicit. Præterea hanc Synodum inter Carthaginenses, quæ Canones edidere, non *quintam*, sed *tertiam* dici debere contendit. Verum Justellus in Præfatione ad Codicem Canonum Africanæ Ecclesiæ observat, hanc Synodum *post Consulatum Fl. Stilichonis*, anno sc. CCCCI. coactam esse, indicare Collectionem MS. Isidori Mercatoris, in qua legitur: *Post Consulatum Fl. Stilichonis, XVI. Kalend. Julias*. Deinde præterquam quod Baronii sententia mutat ordinem Conciliorum Carthaginensium, quomodo anno CCCCI. celebrari potuit Concilium Carthaginense *quintum* VI. Kal. Junii, aut XVI. Kal. Julii, cum Codex Canonum Africanorum *XVI. Kal. Jul. post Consulatum Stilichonis*, referat aliud Concilium inferius memorandum? Quare ex codicum varietate colligendum, inquit Schelstratius in Dissert. III. de Ecclesia Africana cap. 5. Consulatum additititium esse; cumque anno CCCC. nullum aliud Africanum Concilium celebratum reperiatur, huic anno Concilium Carthaginense *quintum* assignat, & hoc pacto omnes difficultates superat, quæ moveri possunt tam circa ordinem Conciliorum Africæ, quam circa rescripta Imperatorum de abolendis idololatriæ reliquiis. Legenda quæ de hoc Concilio habent, Marca in Dissert. de Vetere Collect. Can. cap. 8. & Gothofredus in Commentario leg. 57. Cod. Theod. *de Paganis*, nobis enim nihil hactenus occurrit, quo Concilii Carthaginensis *quinti* epocha certo definiri possit.

A

rum continentia, iteratum sæpe præceptum. Insuper de baptizandis infantibus canon (*a*) sancitus est. Sed & decreta hac Synodo reperitur legatio ad Imperatores pro petendis afflictatis pauperibus Defensoribus: decretum enim hac de re sancitum sic se habet (*b*): *Ab Imperatoribus universis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores eis adversus potentias divitum cum provisione Episcoporum delegentur*. Hæc quidem Patres, quæ & obtinuisse videntur: nam de magistratu in Africa qui dicebatur Defensor Ecclesiæ, Possidius (*c*) in Augustino meminit. Perseverasse in posterum ejusmodi in Ecclesia Defensores, S. Gregorius pluribus epistolis fidem facit.

(*a*) Concil. Carthag. 5. can. 6.

(*b*) Ead. Conc. c. 9.

Defensores petiti.

(*c*) Possid. in Vit. S. Aug. c. 12.

XXXIV. Quid præterea iisdem ad Imperatores legatis ab eodem Patrum conventu injunctum fuerit, postremus omnium canon appositus his verbis aperit (*d*): *Item placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ* (idololatriæ scilicet) *non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo deleantur*. Ita Patres: quæ ab Honorio Imperatore ipsos obtinuisse, rescriptum ipsius ea de re datum anno sequenti declarat: agemus vero de his suo loco.

(*d*) Concil. Carthag. c. ult.

De tollendis reliquiis Idololatriæ.

XXXV. Sed age jam res hoc anno ab Honorio Imperatore adversus Gildonem tyrannum feliciter gestas, ordine prosequamur. Hoc quidem anno bellum Gildonianum confectum est: auctor est Marcellinus in Chronico, & non antea, satis ex Claudiano intelligi potest, dum tradit statim post nuptias Honorii cum Maria, de Gildone in Africa superato fuisse gaudia geminata: Ita enim cecinit (*e*) ipso exordio libri de laudibus Stiliconis:

Bellum Gildonianum quando confectum.

(*e*) Claud. de laud. Stilic. lib.

Continuant superi pleno Romana favore
Gaudia, successusque novis successibus augent.
Conjugii needum festivos regia cantus
Sopierat: cecinit fuso Gildone triumphos,
Et calidis thalamis successit laurea sertis,
Sumeret ut pariter Princeps nomenque mariti,
Victorisque decus:

Hæc ipse.

XXXVI. Hoc namque anno, & non ante, Maria filia Stiliconis conjuncta est Honorio fœdere nuptiarum. Nam anni hujus exordio, cum adiit quartum Consulatum, Honorium conjugii expertem fuisse, idem Claudianus in fine Panegyrici in eodem quarto ejus Consulatu dicto satis illis versibus significasse videtur, quibus ait (*f*):

Nuptiæ Honorii cum Maria.

(*f*) Claud. de 4. Honoris Consul.

Cum tibi protulerit festas mox pronuba tædas:
Quæ tali devota toro? quæ marite fulgeat
Ibit in amplexus tanti Regina mariti?

& paolo post.

O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Connubiale tuis? &c.

Hoc igitur anno ante bellum Gildonianum Honorius Augustus inchoaturus annum ætatis decimumquartum, mense Septembris, Mariam conjugem duxit, genitam ex Serena fratris Theodosii filia: hasque contractas nuptias mandato Theodosii, idem Claudianus affirmat, cum Honorium ita loquentem reddit (*g*):

(*g*) Claud. in Nupt. Hon.

Non rapio præceps alienæ fœdera tædæ,
Sed quæ sponsa mihi pridem, patrisque relicta
Mandatis.

XXXVII. Sed quod ad bellum spectat Gildonianum, præstat hic ipsius Gildonis originem ex Ammiano (*h*) præfari, qui ait, Nubelem potentissimum fuisse inter nationes Mauricas Regulum, natosque ex eo filios, inter quos enituere Firmus, Gildo, atque Mascezil *, de quibus erit sermo. Horum Firmus, occiso fratre suo nomine Zamnac, Romanis in Africa magistratibus acceptus, tyrannus in Africa in Romanum Imperium insurrexit: adversus quem Theodosius Senior, Theodosii Imperatoris pater, Magister equitum bello egit, cui & Gildo adversus germanum inhæsit. Sed extincto Firmo tyranno, in Imperatorem evectus Theodosius, de homine barbaro benemeritus est: quem enim hactenus fidum expertus erat, creavit Comitem, & in Africa consistentis Magistrum utriusque militiæ: tali enim titulo decoratum Gildonis nomen reperitur in dato ad eum ab eodem Imperatore rescripto (*i*) sub ejusdem Theodosii ter-

Gildonianum genus.

(*h*) Amm. lib. 25.

* Mascizel.

(*i*) l. 9. ad leg. Jul. de adul. Cod. Theod.

PAGIUS XIV. • A num. XXXV. ad LXIII. Adversus *Gildonem*, Africæ tyrannum exercitus Romanus movit præcedentis anni exitu, certe hyeme, ut anno superiori num. XXXVII. ostendimus. Fuit *Gildo* Comes & Magister utriusque militiæ per Africam, ut ostendit inscriptio leg. 9. Cod. Theod. *de adulteriis*, & testatur Zosimus lib. 5. pag. 788. Sive autem tyrannidem in Africa moliretur, sive quod Africam Occidentali Imperio detractam, Orientali adjunctam vellet, sub finem anni trecentesimi nonagesimi exiit Africam sibi vendicare cœpit. Apud Claudianum his verbis Roma conqueritur.

Gildo tyrannus in Africa debellatus.

——— *Spes unica nobis*
Restabat Libya.
Et mox:
Hunc quoque nunc Gildo rapit sub fine cadentis
Autumni.
Et paulo post:
Quem veniens induxit hyems, mox perculit hostem.

Gildonianæ Tyrannidis tempus.

tertio Consulatu & ejus collegæ; quo tempore adhuc Gildonem Theodosio paruisse, eadem lex certum exploratumque reddit: est ille annus Domini trecentesimus nonagesimustertius, quinquennio ante præsentem annum. Hæc autem cum liquido constent; quonam pacto verum erit quod Claudianus tradit, Gildonem per annos duodecim Africam tyrannide infestasse? nam ait (a):

(a) Claud. de bello Gild.

——— jam Solis habenæ
Bis senas torquent hiemes, cervicibus ex quo
Hæret triste jugum: nostris jam luctibus ille
Consenuit, regnumque sibi tot vendicat annis.

Hæc cum dicat ipse, oportuit eo annorum numero, etiam Firmi fratris conjunxisse tyrannidem: nam a dicto Consulatu Theodosii tertio usque ad præsentem annum, anni tantum quinque medii numerantur: nisi magis æquum sit dicere, duodenum annorum numerum tyrannidis Gildonis interpolatum fuisse aliquo medio fœdere, cujus tempore ille a cœpta tyrannide temperarit: siquidem auctor est S. Hieronymus (b), Salvinam hujus Gildonis filiam Nebridio ex sorore Augustæ genito, ob pacis vincula arctius constringenda, esse nuptam: ait enim ipse ad Salvinam jam viro viduatam hæc verba: (c) *Aliue fortasse laudet Nebridium, qui de sorore generatus Augustæ, & in matertera nutritus sinu, invictissimo Principi ita carus fuit, ut ei conjugem nobilissimam quæreret; & bellis civilibus Africam dissidentem, hac velut obside, sibi fidam redderet.* Hæc ipse: quibus intelligas, aliquando nuptiarum vinculis obstrictam inter Theodosium, & Gildonem fuisse concordiam, pacemque firmatam.

(b) Hier. ep. 9. & 11.

De Salvina filia Gildonis.

(c) Hier. epist. 9.

XXXVIII. Gildonis tyrannidis causa.

Porro eum sequenti anno a dato rescripto; nimirum tempore belli Eugeniani, descivisse ab Imperio Romano, cum vocatus ab eodem Theodosio ad bellum venire renuit, alibi idem Claudianus affirmat his versibus (d) de Gildone loquens:

(d) Claud. in sexto Consul. Honorii.

——— Alter præcepta vocantis
Respuit; auxiliisque ad proxima bella negatis,
Abjurata palam Libya possederat arva.

Scimus tamen Zosimum (e) dicere sollicitatum ab Eutropio Gildonem, ut Africam in ditionem transferret Arcadii, idque ab eo præstitum; sed non probatur: nam inter Arcadium, & Honorium nulla his temporibus simultas Africæ provinciæ ablatæ occasione reperitur intercessisse, sed bellum videtur cœptum esse adversus Gildonem, jam (ut ait Claudianus) a Theodosio tunc temporis resilientem, cum vocatus venire cum auxiliariis copiis prætermisit, conscientiæ verberibus vulneratus: utpote quod homo Ethnicus sibi, subditis militibus ad omnes exercendas libidines abuteretur. Nam præter illa quæ de his a Claudiano scribuntur, ad id ipsum respexisse Theodosii ad eum datum rescriptum videtur, his verbis (f): *Si quis adulterii reus factus, accusatoris mariti forum declinare tentaverit: in hoc non possit eludere, nec prærogativa militari defendatur: ibi confestim audiendus, ubi fuerit accusatus. Dat. II. Kal. Januar. Constantinopoli, Theodosio Aug. III. & Abundantio Coss.* Haud quidem absque magna causa Imperator noluit militibus crimine adulterii judicio postulatis fori esse exceptionem.

(e) Zosim. l. 5.

Gildo turpissimus.

(f) l. c. ad leg. Jul. de adult. C. Theod.

XXXIX.

Quod si haud temere ex Duce mores ipsorum militum æstimare licet; audi quæ de impurissimo Gildone habeat Claudianus (g):

(g) Claud. de bello Gild.

Gildonis scelera.

Instat terribilis vivis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter:
Nulla quies oritur, præda cessante, libido,
Divitibusque dies, & nox metuenda maritis.
Quisque vel locuples, pulchra vel conjuge notus,
Crimine pulsatur falso: si crimina desunt,

Ac-

PAGIUS

Statim Senatusconsulto, prisco more, Romæ facto, publicus hostis declaratus, bellumque in ipsum decretum, ut videre est apud Claudianum in laudes Stilichonis lib. I. & apud Symmachum in Epist 4. ad Stilichonem lib. 4. Tandem præsenti anno, teste Marcellino in Chronico *Gildo* debellatus, mox & strangulatus sua manu interiit. Superatus est ante diem XII. mensis Aprilis, ut ex tribus Constitutionibus hoc anno datis deducit Gothofredus in Chronologia Cod. Theod.

XV.

Prior est lex 4. *de Canone frumentario urbis Romæ*, qua Honorius annonæ urbis Romæ consuluit, fraudibusque Annonæ Urbicæ damnosis occurrit. Altera est lex unica *de pretio panis Ostiensis*, qua idem Imperator annonæ urbis Romæ plene consuluit, pretio videlicet panis statuto, panis nempe Ostiensis, seu Fiscalis. Tertia lex 30. *de Pistoribus*, in eundem finem data *VII. Kalend. Maji*, die nempe XXV April. cum jam duæ priores die duodecima Aprilis emissæ fuissent. Posteriorem legem ad Africam pertinere, manifeste apparet ex leg. 31. *de Episcopis*, publicata *VII. Kalend. Maji* currentis anni, qua irruentium in Ecclesias per Africam impetum variis rationibus persequitur *Honorius*, & in ejus legis fine de Judicibus Africanis & Comite Africæ, qui militibus præerat, loqui-

Et quidem ante diem XII. Aprilis.

tur

Accitus conviva perit: mors nulla refugit
Artificem, &c.

Uxor, soror, & filia Gildonis religiosissimæ feminæ.

Pluribus enim probrosos mores Gildonis tyranni recenset, eo magis detestandos, quod exemplis sanctæ sororis perpetuam virginitatem Deo dicantis, & uxoris æque sanctissimæ feminæ ille nihilo melior sit effectus: harum enim meminit S. Hieronymus in epistola ad Salvinam ejusdem Gildonis filiam cum ait: (a) *Certe cum tecum sancta sit mater, & lateri tuo amita hæreat virgo perpetua, non debes periculose externorum consortia quærere, de tuorum societate secura.* At quid dico, vitam impuram Gildonem non correxisse harum exemplis, cum perfidus moribus, & Gentilitate impius cultor deorum semper animo obstinato permanserit? Ethnicum quidem fuisse, Marcellinus (b) est auctor.

(a) Hieron. epist. 9.

(b) Marcell. in Chron.

XL. Africana Ecclesia afflictata a Gildoniana tyrannide.

Sed quantum afflictata sit Catholica Ecclesia Africana ejusmodi Gildoniana tyrannide, S. Augustinus pluribus in locis meminit, lugetque: etenim Optatus quidam schismaticorum Donatistarum Episcopus (cujus autem Civitatis fuerit, nos hactenus latet) eidem Gildoni tyranno sævissimus adversus Catholicos satelles accessit, atque ad decennii temporis spatium perduravit: nam S. Augustinus (c) hæc de eo: *Vestros autem fructus si consideremus: omitto tyrannicas in Civitatibus, & maxime in fundis alienis dominationes; omitto furorem Circumcellionum, & præcipitatorum ultro cadaverum cultus sacrilegos & profanos, bacchationes ebrietatum; & sub uno Optato Gildoniano decennalem totius Africæ gemitum.* Hæc adversus litteras Petiliani: contra vero epistolam Parmeniani: *Hoc ergo* (inquit) *modo, quod justum est, injustum judicarunt: cum Optatum Gildonianum decennalem totius Africæ gemitum, tamquam sacerdotem atque collegam* (Donatistæ scilicet) *honorantes in communione tenuerunt.* Quod enim Episcopus esset, in ipso procinctu expeditionis tyrannicæ baptizare, pariterque conferre chrisma consuevit: nam inferius: (e) *Non habent* (inquit) *Spiritum sanctum videlicet, quos baptizavit manifestus satelles Gildonis Optatus*: ac contra Petilianum (e): *Numquid forte Joannes & Optatus æquales sunt? Ridiculum videtur. Et tamen puto, quod non eos æquales, sed majorem credatis Optatum. Post Joannem quippe Apostolus baptizavit, vos baptizare post Optatum neminem audetis, &c.* Hæc ipse pluribus convincens Optatum fuisse in eorum communione: quod quidam illorum præ rubore dicere non audebant: adeo fuerant abominanda facinora hominis scelestissimi; de quo idem inferius: (f) *Possem & ego dicere: Vos vestro contagio Optatum induitis proditorem, oppressorem, separatorem*; nempe per baptismum.

(c) August. cont. litt. Petil. l. 1. c. 24.

De Optato Gildoniano.

(d) Aug. adver. ep. Parm. l. 2. c. 2.

(e) Eod. l. c. 13.

(e) Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 37.

(f) Eod. l. 2. c. 44.

XLI.

Sed & de sceleribus perditissimi hominis, hæc idem Augustinus in eumdem Petilianum (g): *Ad te non pertinet, qui recentioribus temporibus, cum intolerabili potentatu, etiam militibus ibi comitantibus, non quia timebat aliquem, sed ut ab omnibus timeretur, viduas oppressit, pupillos evertit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia separavit, res vendendas innocentium procuravit, venditarum pretia cum dominis plangentibus divisit.* Hæc de Optato Gildoniano, tacito nomine, atque subdit: *Illum commemoro, qui vobiscum vixit, cujus natalitia tanta celebratione frequentabatis, cui pacis osculum inter sacramenta copulabatis, in cujus manibus Eucharistiam ponebatis, cui vicissim danti manus porrigebatis* (erant hæc symbola Catholicæ communicationis). *cujus aures inter tantos Africæ gemitus surdas libera voce offendere timebatis: quem nescio quis vestrum, quia vel ex obliquo, urbanissime tetigit, ut ei diceret, quod comitem haberet Deum, ingenti laude ferebatur.* Alludens nimirum ad Comitem Gildonem, quem sequebatur, in quo Deum comitem, pro Gildone Comite, mira adulatione ludendo mutavit.

(g) Aug. eod. l. 2. c. 23.

Scelera Optati Gildoniani.

XLII. Maximianistæ a Gildoniano Optato afflictati.

Cæterum quod Optatus tempore Gildonis præstitit, hoc ipsum alii Donatistæ exhibuerunt temporibus prædecessoris Firmi tyranni adversus Catholicos. At nec quidem Catholici tantum, verum etiam & illi Donatistæ, qui cum istis non communicabant, Maximianistæ a Maximiano nominati (ut suo loco superius dictum est

PAGIUS

tur. Datæ hæ leges, quia gravissima fames Romæ exorta fuerat, propter retardatum ex Africa commeatum; de qua fame Claudianus de bello Gildonico, lib. I. in Eutropium, lib. I. in laudes Stilichonis, Symmachus lib. 4. Epist. 4. & Prosper in Chronico Imperiali mentionem faciunt. Sed non tantum laudatæ leges ad Africam, & ad annonam inde asportari solitam pertinent; sed & ad victoriam de Gildone relatam, ut ex lib. 7. Epist. 58. Symmachi clare deducitur. Is enim narrato metu, in quo propter bellum fuerant Romani, subjungit jam meliorem spem affulgere, Urbemque de alimonia provideri.

XVI. Imo ante ejusdem mensis initium.

Imo ante mensem Aprilem devictum fuisse *Gildonem*, ostendit lex 3. Cod. Theod. *de calumniatoribus*, data hoc anno Mediolani *III. Id. Mart.* Nam, ut in ejus comment. observat Gothofredus, tyrannis aut debellatis aut cæsis, exoriri passim solebant *delatores* eorum, qui tyrannorum partes secuti fuissent, aut eisdem favissent: adeo ut promiscue innocentes etiam ab hujusmodi delatoribus accusarentur, inimicos suos forte hoc tyrannidis prætextu perditos ve-

est) graviter afflictati fuat: verum præcipuum ipsorum odium adversus Catholicos incendebatur. Tunc enim accidit, ut populi Donatistæ, favore tyrannorum, penes quos sui militabant Episcopi, omnia ausi sint adversus Catholicos, etiam si adhuc sub Imperii Romani magistratibus tenerentur. Cum horum insolentiis Catholici fatigati, magistratus adversus eos adire coacti fuat. De his enim omnibus idem Augustinus agit his verbis (a): *Quis commemorare sufficiat, bello Firmiano quæ a nobis Rogatus Maurus pertulerit? Ipsa Mauritania Cæsariensis interrogetur, & tempora Gildoniana, quia unus collega vester* (nempe Optatus) *familiarissimus ejus amicus fuit. Viderint Maximianistæ quæ senserint. Nam Felicianum ipsum, qui modo vobiscum est, si ad jusjurandum liceret provocare, utrum ad communionem vestram non invitum Optatus redire compulerit; movere labia non auderet, præsertim si ejus faciem populus Mustitanus intueretur, quo teste illa tunc facta sunt. Sed isti (ut dixi) viderint quæ passi fuerint ab eis, cum quibus Rogato talia fecerunt. Ipsa Catholica Ecclesia soliduta Principibus Catholicis imperantibus, terra marique armatis turbis ab Optato atrociter & hostiliter oppugnata est. Qua res coegit tunc primo adversus vos allegari apud Vicarium Seranum legem illam de decem libris auri, quas vestrum adhuc nullus pendit: & nos crudelitatis arguitis? Quid autem mansuetius sit, quam ut coercitione damnorum tanta vestra scelera mulctarentur? Quis autem possit enarrare omnia, quæ nulla amicitia judicum, aut aliquarum potestatum, quisque ubi potuerit, in locis vestris propria dominatione committatis? Quis vestrum in plebibus vestris non aliquid tale vel a prioribus comperit, vel ipse expertus est? Nonne apud Hipponem, ubi ego sum, non desunt qui meminerint, Faustinum vestrum regni sui tempore præcepisse, quoniam Catholicorum ibi paucitas erat, ut nullus eis panem coqueret? ita ut cujusdam diaconi nostri furnarius inquilinus domini sui panem incoctum abjecerit, eique nulla exilii lege damnato, communicationem non solum in civitate Romana, sed etiam in patria sua, nec solum in patria sua, sed etiam in domo sua negaverit?*

(a) Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 83.

XLIII. Quid Crispinus Calamensis Donatista in Catholicos.

Quid nuper (quod ipse adhuc lugeo) nonne Crispinus vester Calamensis cum emisset possessionem, & hanc emphyteuticam, non dubitavit in fundo Catholicorum Imperatorum, quorum legibus nec in Civitatibus esse jussi estis, uno terroris impetu octoginta ferme animas miserabili gemitu mussitantes, rebaptizando submergere? Quibus autem, nisi talibus factis, etiam ipsas, de quibus conquerimini, leges, longe quidem infra meritum sceleris vestri (sed tamen qualescumque ferri coegistis) an vero violentis incursibus Circumcellionum vestrorum, qui sub vestro principatu furiosis agminibus militant, non ex agris undique pelleremur, nisi vos obsides in Civitatibus teneremur? &c. Hæc idcirco, quod (ut nuper ait) legibus Imperatorum Civitatibus abire jussi essent Donatistæ, si Circumcelliones Catholicis molestiam inferrent. Hæc plane temporibus Firmianæ atque Gildonianæ tyrannidis.

Por-

PAGIUS

volentibus. Quare laudata lex *de calumniatoribus*, ab Honorio, post Gildonem tyrannum in Africa superatum, emissa; quod & inscriptio demonstrat: data est enim *ad Victorium Proconsulem Africæ*: & ipsa quoque temporum ratio suffragatur, cum in vernum tempus, quo Gildonem devictum docet Claudianus citatus, ea lex incidat [1].

XVII. *Annus emortualis D. Ambrosii ex interitu Gildonis deductus.*

Quæ accuratius a nobis explicata, ut patet, Divum *Ambrosium* præsenti anno die decima septima mensis Aprilis, supremum diem obire non potuisse, sed ante illum diem ac annum jam demortuum, licet Henschenius in Exercitatione *de die & anno mortis Sancti Ambrosii*, præfixa Tomo I. SS. mensis Aprilis, id sibi persuaserit, Orosius enim, qui hoc tempore vivo-

NOTÆ

[1] Quamquam valida sint argumenta Pagii, numquam tamen in animum mihi induco, ut credam Victoriam de Gildone relatam ad alium, quam ad præsentem annum pertinere, cui assignant uno consensu & Fasti Idaciani, & Chronicon Marcellini, ac denique Fasti a Bollandistis to. I. *Supplem. ad acta SS. Junii* vulgati. Ad argumenta autem Pagii responderi potest. I. Gildoni non universam paruisse Africam, cum ibi tunc pariter sui essent ab Imperatore constituti Præsides, ut constat de Probino Proconf. Africæ, ad quem lata est l. 3. *Quemadm. mun. Civil.* data Mediolani 16. Kal. Apr. in Codice Theodosiano. Secundo ab iisdam Imperatoris Præfectis curari potuit, ne annona (quæ interdum a Gildone prohibita fuit) semper impediretur. Quin & canoni frumentario suppletum fuisse ex Transalpina Gallia & Hispania constat ex Claudiano in Eutrop. lib. I. Igitur furente adhuc Gildone, dari commode poterant ab Honorio leges, in quibus & Præfecti Africæ commemorarentur, & frumenti procuratio disponeretur. Ad illud quod addit A. 400. n. 2. de SS. MM. Sisinnio & Sociis, damus quidem illos obiisse 4. Kal. Junias anni 397; sed negamus id contigisse paulo post obitum S. Ambrosii, quamquam id asserit Paulinus in vita ejusdem: fieri enim potuit, ut Paulinus resciret quidem annum S. Ambrosii emortualem, & in assignando anno martyrii SS. illorum errasse. Gildonis obitus non tantum tantummodo, sed & diem designat Fragmentum fastorum Bollandianorum; habet enim *Gildo occisus est prid. Kal. Augusti*, quod non improbabile judico.

XLIV. Optatus Gildonianus extinctus.

Porro ipse Optatus Gildonianus, de quo sunt hujusmodi Augustini, & omnium Catholicorum querelæ, meritas pœnas dedit: siquidem ante biennium, nempe anno decimo Gildonianæ tyrannidis extinctus est. Nam ipse Augustinus cum de Optato agit, ejus persecutionem cum Gildoniana tyrannide junctam decennalem appellat: cum tamen auctore Claudiano (ut dictum est) constet eam annis duodecim perdurasse. Sub Imperatoris autem Honorii magistratibus eum pœnas luisse, hæc apud Augustinum (*a*) leguntur: *Optatus annque de satellitio Gildonis accusatus, tali genere mortis extinctus est.* At de rebus gestis ab Optato Gildoniano satis. Jam vero expeditionem in ipsum Gildonem paratam recensere aggrediamur.

(*a*) Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 29.

XLV.

Qui hactenus toleratus fuerat Gildo tyrannus in Africa, haud ulterius perferendus visus, cum impedire aggressus est frumentum ne ex Africa perferretur in Urbem. Nam Claudianus (*b*):

(*b*) Claud. de bello Gild. in princ.

Exitium jam Roma timens, & fessa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi.

Frumenta vero e Libya Romam exportari solita, præter innumera de iis antiquorum testimonia, accipe quid de his Prudentius (*c*) hoc sæculo dicat:

(*c*) Prud. adversus Symmach.

Respice num Libyci desistat ruris arator
Frumentis onerare rates, & ad ostia Tibris
Mittere triticeos in pastum plebis acervos.

Et Rutilius (*d*):

(*d*) Rutil. l. 1. itinerar. Frumentum a Gildone retentum.

Quin & fœcundas tibi conferat Africa messes.

Tam erat ea abundans frumenti copia, ut si eo careret Urbs, magna laboraret inopia: quod docet his versibus Claudianus (*e*), cum sic loquentem Romam inducit:

(*e*) Claud. de bel. Gild.

——— Heu prospera fata,
Quid mihi septenos montes turbamque dedistis,
Quæ parvo non possit ali? felicior essem
Angustis opibus.

Extat Symmachi ad Stiliconem epistola de Senatusconsulto in causa Gildoniana, deque metu famis Urbi imminentis, his verbis (*f*):

(*f*) Sym. l. 4. ep. 4.

XLVI. Decernitur ex S. C. bellum adversus Gildonem.

Quid de Afrorum dolore, & militarium virorum querelis consultus præcepto sacro amplissimus ordo censuerit, plene atque apte Gestorum curialium inspectione cognosces. Sed quia me quoque familiariter judicem gesta rei esse jussisti: summatim quæ decreta sunt non tacebo. Lectis Domini nostri Honorii Augusti litteris atque sententiis, decursisque omnibus paginis, quæ Gildonis crimina continebunt, par bonorum motus erupit. Consulti igitur in Senatu, more majorum (neque enim sine legitimo ordine judicii auctoritas stare potuisset) ingenti causæ devotis sententiis satisfecimus. Adjecta est post rei damnationem pro alimentis populi Romani supplicatio. In metu enim sumus, ne obsit commeatibus annonariis medii temporis mora, & perturbatio plebis oriatur. Veniet in manus tuas quid pronunciaverim; reperies & facti hujus me adseruisse justitiam, & apud Dominum nostrum Arcadium causam publicæ egisse concordiæ. Hactenus Symmachus.

XLVII. Dissidia inter Gildonem & Mascezilem.

Decreto itaque bello adversus Gildonem tyrannum, placuit præfici legionibus Mascezilem ipsius Gildonis germanum, sed hostem eidem infensissimum ob necatos ab eo crudeliter filios. Porro rem gestam ab Orosio ejusdem temporis scriptore accipiamus, qui sic exorditur (*g*): In-

(*g*) Oros. l. 7. c. 36.

PAGIUS

vebat, lib. 7. cap. 24. de Gildone prostrato loquens, ait: *Ardalio (fluminis nomen est) quod fluit inter Thebastem & Metrideram Civitates: ubi cum parva manu, hoc est, cum quinque millibus, ut ajunt, militum contra septuaginta millia hostium, castra metatus,* (nempe Mascezel adversus Gildonem ab Honorio Imp. missus) *cum interjecta mora excedere e loco, oppositasque prajacentis vallis angustias transgredi vellet, incurrente nocte, beatum Ambrosium Episcopum Mediolani paulo ante defunctum per somnum sibi videre visus est; significantem manu, & impacto ad humum ter baculo, dicentem: Hic, hic, hic, addens, his verbis annunciatam fuisse victoriam post tres dies de Gildone reportatam.* Quod miraculum non solum Marcellinus in Chronico hoc anno; sed etiam Paulinus in vita Sancti Ambrosii narrat, aitque Paulinus: *Nos tamen ea Mediolani positi, ipso Mascezele referente cognovimus. Nam & in hac Provincia, in qua nunc positi describimus, pluribus hoc ipsum retulit Sacerdotibus; quibus etiam referentibus, securius ante nobis cognita, huic libro adjungere arbitrati sumus.* Quomodo itaque Divus Ambrosius, qui sabbato sancto vita functus est, usque ad hunc annum vitam producere potuit; cum Pascha die decimo octavo Aprilis celebratum fuerit, & Gildo ante mensem Aprilem, saltem ante duodecimum hujus mensis diem, *Ambrosii* jam demortui ope profligatus fuerit? Profecto si laudatæ leges post victoriam de hoc tyranno reportatam promulgatæ sunt, de quo non videtur dubitandi locus, sancti Præsulis mors anno præcedenti certissime contigit, ut anno CCCC. alio argumento ineluctabili rursus demonstrabo.

Interea Gildo Comes, qui in initio regni eorum (Imperatorum scilicet Arcadii, & Honorii) *Africæ præerat, simul ut defunctum Theodosium comperit, sive (ut quidam ferunt) quadam permotus invidia, Africam Orientalis Imperii partibus jungere molitus est, sive (ut aliæ tradit opinio) minimam in parvulis spem fore arbitratus, præsertim cum absque his non facile antea quisquam pusillus in imperio relictus, ad maturitatem virilis ætatis evaserit; istique propemodum sole inveniantur, quos ob egregiam patris ac suam fidem, & divisos & destitutos, Christi tutela provexerit. Africam excerptam a societate Reipublicæ usurpare ausus est, Gentili magis licentia contentus, quam ambitu regiæ affectationis inflatus. Huic Mascezil frater fuit, qui novarum rerum molitiones in fratre perhorrescens, relictis apud Africanam militiam duobus filiis adolescentibus, in Italiam rediit. Gildo & absentiam fratris, & præsentiam filiorum ejus suspectam habens, adolescentes dolo circumventos interfecit.*

XLVIII. Mascezil Dux adversus Gildonem opera quærit a Deo.

Ad hunc jam ut hostem bello insequendum Mascezil frater missus est, quem idoneum procurandæ Reipublicæ fore propriæ orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Mascezil jam inde a Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi a clementia Dei impetraret, Caprariam insulam adiit, unde secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus suis sumpsit. Cum his orationibus, jejuniis, Psalmis, dies & noctes continuans, sine bello victoriam meruit, ac sine cæde vindictam. At quomodo id factum sit, dicemus postea. Inter hæc autem cum sanctorum monachorum choris in Capraria insula agentibus paululum quiescamus.

XLIX. De Monachis insulæ Caprariæ.

Mirabile dictu, cum haud pridem (ut quarto tomo declaratum est) monachalis institutio ex Ægypto in Urbem invecta esset, quam longe lateque fuerit propagata, adeo ut insulas quoque repleverint sancta monachorum examina. Etenim Rutilius Numatianus, Ethnicus homo, cum sui itineris relegit stationes, meminis Caprariæ insulæ monachorum: licet ipse impius Christianæ religionis detractor, haud (ut par erat) sublimem sectantes philosophiam homines laudet, sed carpat. At reddamus hic versus (a) quos de his malo afflatus dæmone, suo nimirum Apolline, cecinit:

(a) Rutil. in Itiner. lib. 1.

Processu pelagi jam se Capraria tollit,
Squallet lucifugis insula plena viris:
Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt,
Quod soli, nullo vivere teste volunt.
Munera Fortunæ metuunt, dum damna verentur:
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat.
Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophonteis sollicitudinibus.

Sed de Gorgonia etiam insula illi proxima, iisdem referta sanctis, ista deorum cultor addit carmina (b):

(b) Ead. l. 1.

De Monachis insulæ Gorgoniæ.

Assurgit ponti medio circumflua Gorgon
Inter Pisanum, Cyrniacumque latus.
Adversus scopulos damni monumenta recentis
Perditus hic vivo funere, Civis erat.
Noster enim nuper juvenis marmoribus amplis,
Nec censu inferior, conjugiove minor,
Impulsus furiis, homines divosque reliquit,
Et turpem latebram credulus exul agit.
Infelix putat illuvie cælestia pasci,
Seque premit læsis sævior ipse deis,
Num, rogo, deterior Circæis secta venenis?
Tunc mutabantur corpora, nunc animi.

Juvenis nobilis monachus in Gorgonia insula.

Hactenus Paganus poeta: Ita plane carnalis homo, qui non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Quisnam autem fuerit iste nobilissimus adolescens, exul mundi, & cœli civis, incola Gorgoniæ insulæ, haud exploratum haberi potest, cum plures hoc tempore ejusmodi sublimioris philosophiæ studia consectati fuerint: ut inter alios Bonosus ille clarus, qui eodem tempore quo S. Hieronymus Syriæ eremum incolere cœpit, illius æqualis, & studio liberalium artium condiscipulus, immo & collactaneus, idem præstitit; de quo ista tunc ad Ruffinum ipse (c):

(c) Hier. epist. 41.

L. Bonosus eremita in insula.

Cedant huic veritati tam Græco quam Romano stylo mendaciis ficta miracula. Ecce puer honestis sæculi nobiscum artibus institutus, cui opes affatim, dignitas apprime inter æquales erat; contempta matre, sororibus, & carissimo sibi germano, insulam pelago circumsonante naufragam, cui asperæ cautes, & unda saxa, & solitudo terrori est, quasi quidam novus Paradisi colonus insedit: nullus sibi agricola-

larum, nullus monachorum, ne parvulus quidem, quem nosti, Onesimus, qui velut fratre in sæculo fruebatur, in tanta vastitate adhæret lateri comes. Solus ibi, immo Christo jam comitante, non solus, videt gloriam Dei, quam etiam Apostoli (a) *nisi in deserta non viderant. Non quidem conspicit turritas urbes, sed in novæ Civitatis censu dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformia: sed sic melius* (b) *obviam Christo rapietur in nubibus. Nulla euriporum amœnitate perfruitur, sed de latere Domini aquam vitæ bibit. Propone tibi ante oculos, amice dulcissime, & in præsentiam rei totus animo ac mente convertere: tunc poteris laudare victoriam, cum laborem præliantis agnoveris. Totam circum insulam fremit insanum mare, & sinuosis montium illisum scopulis æquor reclamat: nullo terra gramine viret, nullis vernans campus densatur umbraculis; abruptæ rupes quasi quemdam horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus, & totus de Apostolo armatus* (c), *nunc Deum audit, dum divina relegit: nunc cum Deo loquitur, cum Dominum rogat; & fortasse ad exemplum Joannis aliquid videt, dum in insula commoratur &c.* Hæc de Bonoso: ut per hunc, cujus nomen scimus, discamus pariter a Rutilio descriptum, ignotum nomine, quod minime sit scriptum in terra, sed exaratum habeatur in cœlis.

(a) Matt. 27.
(b) 1. Thess. 4.
(c) Ephes. 6.

LI. Præerat his temporibus Capraria insulæ monachis Eudoxius abbas, ad quem extat epistola a S. Augustino conscripta (d), digna tanto viro, in cujus fine meminit de duobus monachis inde in Africam missis, Eustathio & Andrea, fortasse illis ipsis, quos secum in eam expeditionem dux Romani exercitus Mascezil in eam provinciam vexit; quorum Eustathius ibi defunctus est. De his enim hæc Augustinus: *Nam & ante jam fama, & nunc fratres, qui venerunt a vobis, Eustathius & Andreas bonum Christi odorem de vestra sancta conversatione ad nos attulerunt. Quorum Eustathius in eam requiem præcessit, quæ nullis fluctibus sicut insula tunditur; nec Caprariam desiderat, quia nec cilicio jam quærit indui.* Hæc & alia plura superius de monachorum Capraria insulæ sanctitate Augustinus, quos cultor idolorum Rutilius nominat Lucifugas: cujus dicteria cum nostri temporis usurpant hæretici Novatores; plane intelligis, a quorum hi partibus stent, num a dæmonum cultoribus Paganis hominibus, an a sanctis Patribus, & doctrina & sanctitate præclaris.

(d) Aug. epist. 81.

Monachi insigniores Capraria insulæ.

LII. Sed & S. Hieronymus (e) ad Oceanum Fabiolæ epitaphium scribens, tradit insulas Etrusci maris, & reconditos (ut ait) curvorum littorum sinus choris monachorum fuisse refertos; quos Fabiola sua præsentia, vel suorum ministerio famulorum invisens, suis eleemosynis recreabat. Ex quibus plane intelligis, quam brevi tempore ex Ægypti vines plantatæ in Romano solo propagines extenderint usque ad mare, & intra mare in insulis palmites suos. Propagatos autem ad posteros etiam, qui erant in Tyrrheni maris oris & insulis, monachos, & ipsam Gorgoniam insulam, ubi unum tantum fuisse Rutilius tradit, pluribus esse monachorum germinibus auctam, ex litteris S. Gregorii Papæ (f) possumus perspicue intelligere, dum de Palmariæ, & aliarum insularum monachis meminit, necnon de pluribus monasteriis in insula Gorgonia congregatis, & postea ad meliorem formam per ipsum Gregorium restitutis.

(e) Hieron. epist. 30.

Etruriæ littora Monachis referta.

(f) Greg. l. 1. ep. 48.

LIII. Sed jam e Capraria insula solvens in Africam vela pandat oratio, & licet hyemis importuno tempore solventem classem sequatur Romani ducem exercitus, & quæ ibi divina operante virtute a Mascezile adversus Gildonem facta sint, Orosio auctore quæramus, qui & locum, ubi tyrannus est superatus, ita describit (g): *Ardalio fluminis nomen est, quod fluit inter Thebastem & Metrideram * civitates: ubi Mascezil cum parva manu, hoc est, cum quinque millibus (ut aiunt) militum contra septuaginta millia hostium castrametatus, cum interjecta mora excedere e loca, oppositasque præjacentis vallis angustias transgredi vellet, incurrente nocte, beatum Ambrosium Episcopum Mediolani paulo ante defunctum per somnium sibi videre visus est, significantem, manu, & impacts ad humum ter baculo, dicentem: Hic, hic, hic. Quod ille prudenti conjectura intellexit, meritis annunciantis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem significari. Substitit, ac tertio demum die, post noctem orationibus hymnisque pervigilem ab ipsis cœlestium sacramentorum mysteriis in hostem circumfusum processit: & cum ad eos, qui primi accurrerunt, pia pacis verba jactaret, signiferum quemdam insolenter obsistentem, & jam jamque pugnam excitantem, gladio percussit in brachio, eumque manu debilem ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum.*

(g) Oros. l. 7. c. 36.

* Ammoderam.

Victoria insperata divina ope obtenta.

LIV. *Quo viso, reliquæ cohortes deditionem jam fieri priorum existimantes, certatim sese ad Mascezilem signis tradidere conversis. Barbari, quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti, in diversa fugerunt: Gildo & ipse fugam molitus, arrepta navi, ut in altum provectus, ac deinde revocatus in Africam est, post aliquot dies strangulatus interiit. Periclitaremur sub tantorum miraculorum relatu, quasi præsumpta mentiendi impudentia,*

Gildo vincitur, & strangulatur.

nisi

nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum qui interfuere præcurreret. Nulla aguntur insidiæ, nulla corruptio: septuaginta millia hostium vincuntur pene sine pugna. Fugit victus ad tempus ne plus audeat victor iratus. Transportatur in diversum locum, ut nesciat frater occidi, quo vindicatur occiso. Hactenus Orosius, ex quo eadem ferme descripsit auctor qui falso dicitur Paulus (*a*) Diaconus.

(*a*) Paul. Diac. l. 13.

LV. Ecce quantum valeant Lucifugæ tui, o Rutili, & apud Deum intercessio opportuna sanctorum. Eadem namque de S. Ambrosio in rebus ab eo gestis Paulinus recitat, atque ita addit (*b*): *Nos tamen ea Mediolani positi ipso Mascezile referente, cognovimus. Nam & in hac provincia, in qua nunc positi describimus, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibus; quibus etiam referentibus severius ante nobis cognita huic libro adjungere arbitrati sumus.* Hæc Paulinus. At quid de tanta victoria Claudianus, sentiens & profitens tantum ipse miraculum? audi ex carminis ejus exordio (*c*).

(*b*) Paul. in Vit. S. Ambros. ad fin.

(*c*) Claud. de bello Gild.

Deo tributa etiam ab Ethnicis Victoria.

Horret adhuc animus, manifestaque gaudia differt,
Dum stupet, & tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cyniphias exercitus attigit oras;
Jam domitus Gildo. Nullis victoria nodis
Hæsit; non spatio terræ, non obice ponti,
Congressum, profugum, captum, vox nuntiat una,
Rumoremque suum prævenit laurea belli.
Quo, precor, hæc effecta Deo? Robusta vetusque
Tempore tam parvo potuit dementia vinci?
Quem veniens induxit hiems, ver perculit hostem:

Hæc Claudianus, qui & optime scire potuit, quo tanta hæc sint facta Deo: & quia scivit, ob id fortasse Deo, & non diis hæc dixerit tribuenda.

Idemque in poematis præfatione (*d*) Gildonem in Sicilia obtruncatum tradit his versibus:

(*d*) Claud. l. 1. præfat.

Agnovitque novos absens Arethusa triumphos,
Gildonis sensit teste cruore necem.

Retentam fuisse Gildonis navigationem a ventis, idem alibi significat, dicens:

Gildo fugiens a ventis rejectus.

Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
Gildonis nuper qui tenuere fugam.

Tradit vero Zosimus, Gildonem, ne veniret in manus hostium, sibi injecto laqueo, fracta gula, spontaneo exitu finem vivendi fecisse.

Extat hujus victoriæ illustris memoria in basi equestris statuæ his verbis insculpta (*e*):

(*e*) Apud Smet. pag. 59. n. 3.

De Victoria belli Gildoniani monumenta.

IMPERATORIBUS. INVICTISSIMIS. FELICISSIMISQUE
D̄. D̄. N̄. N̄. ARCADIO. ET. HONORIO. FRATRIBUS
SENATUS. POPULUSQUE. ROMANUS
VINDICATA. REBELLIONE
ET. AFRICÆ. RESTITUTIONE. LÆTUS.

Merito quidem hæc Imperatoribus, quorum exercitus erant, adscribenda; fuerunt & jure Mascezili toleranda; verum quod ipsius gloria Stilichoni fuerit attributa, sicut adulatione non caruit, ita & invidiæ fomitem ministravit. Accipe titulum tunc in basi statuæ Stilichoni dicatæ conscriptum:

(*f*) Apud Smet. pag. 48. n. 3.

Stilichoni tributa tanta Victoria.

FL. (*f*) STILICHONI. V. C
F.L. STILICONI. INLUSTRISSIMO. VIRO
MAGISTRO. EQUITUM. PEDITUMQUE
COMITI. DOMESTICORUM. TRIBUNO. PRÆTORIANO
ET. AB. INEUNTE. ÆTATE. PER. GRADUS. CLARIS
SIMÆ. MILITIÆ. AD. COLUMEN. GLORIÆ
SEMPITERNÆ. ET. REGIÆ. ADFINITATIS. EVECTO
PROGENERI. DIVI. THEODOSI. COMITI. DIVI
THEODOSI. AUGUSTI. IN. OMNIBUS. BELLIS
ATQUE. VICTORIIS. ET. AB. EO. IN. ADFINITATEM
REGIAM. COOPTATO. ITEMQUE. SOCERO. D̄. N̄.
HONORII. AUGUSTI. AFRICA. CONSILIIS. EJUS
ET. PROVISIONE. LIBERATA. EX. S. C

Hæc quidem Senatus nomine: ut non miteris, si Claudianus poeta æque omnes victorias acceptas fert Stilichoni.

LVII. Sic igitur extincto Gildone, bona ipsius

ipsius, quæ quidem erant amplissima, Fisco sunt adjudicata; superque eis novus institutus est magistratus, dictus Comes Gildoniaci Patrimonii, cujus est mentio in Notitia provinciarum; de quibus bonis extat rescriptum (*a*) ad Pompejanum Proconsulem Africæ, necnon aliud ad Sapidianum (*b*), & alia aliis temporibus ad Africæ magistratus (*c*). Sed quod mirum est, viguit ad decem saltem annos prosecutio vindictæ adversus eos qui Gildonem consectati fuerant: nam sub Consulatu Philippi & Bassi, anno nimirum Domini quadringentesimooctavo, ejusmodi ab Honorio & Theodosio Imperatoribus reperitur datum esse rescriptum ad Donatum regentem Africam (*d*):

(*a*) l. 7. de metat. cod. Theod.
(*b*) l. 9. eod. tit.
(*c*) l. 16. & 19. Cod. Theod. de bon. proscript.

Satellites Gildonis custodiis mancipentur, & proscriptione damnentur. Dat. III. Idus Novemb. Basso & Philippo Coss.

(*d*) l. 19. de pœnis C. Theod.

LVIII. Salvinæ conjugis Nebridii virtutes.

Sed age jam ad Gildonis filiam Salvinam se convertat oratio, de impuro ad puram sanctamque feminam, & de Ethnico ad summum Christianæ religionis decus & ornamentum. Quod autem Salvina illa clarissima femina, ad quam S. Hieronymus libellum scripsit (*e*) de Viduitate servanda, Gildonis hujus Africam occupantis filia fuerit, idem ipse testatur in epistola eodem argumento conscripta ad Ageruchiam (*f*) in fine. Porro hanc nuptam fuisse Nebridio ex sorore Augustæ nato, eidemque Arcadii & Honorii consobrino, idem affirmat.

(*e*) Hier. epist. 9.
(*f*) Hier. epist. 11.

LIX.

Verum præter generis summam claritudinem, fuisse Nebridium adolescentem vita religiosissimum, idem S. Hieronymus illis verbis ostendit (*g*): *Sic religiosus fuit, & amator pudicitiæ, ut virgo sortiretur uxorem; sic timens Deum cum omni domo sua, ut oblitus dignitatis, omne consortium cum monachis haberet & clericis; tantasque eleemosynas faceret populis, ut fores ejus pauperum ac debilium obsiderent examina. Certe sic semper orans Deum, ut illi quod optimum esset, eveniret: Raptus (h) est, ne malitia mutaret mentem ejus:* Et rursus post nonnulla:

(*g*) Hier. epist. 9.
(*h*) Sapien. 4.

LX. De Nebridio clarissimo adolescente.

Mirum dictu est, nutritus in Palatio, contubernalis & condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat Orbis, & terræ ac maria serviunt, inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore, tanta verecundiæ fuit, ut virginalem pudorem vinceret, & ne levem quidem obscœni rumoris in se fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, iisdem cum ambobus studiis eruditus (quæ res etiam externorum mentes sibi conciliat) non est inflatus superbia, nec cæteros homines obducta fronte contempsit: sed cunctis amabilis, ipsos Principes amabat ut fratres, venerabatur ut dominos, & in illorum salute suam salutem positam fatebatur: ministros autem eorum, & universum ordinem Palatii, quo regalis frequentatur ambitio, sic sibi charitate sociarat, ut qui merito inferiores erant, officiis se pares arbitrarentur. Difficile facta est, gloriam virtute superare, & ab iis diligi quos præcedat. Quæ vidua non hujus auxilio sustentata est? Quis pupillus in eo non reperit patrem? Totius Orientis Episcopi ad hunc miserorum preces & laborantium desideria conferebant. Quicquid ab Imperatore poscebat, eleemosyna in pauperes, pretium captivorum, misericordia in afflictos erat: unde & ipsi Principes libenter præstabant, quod sciebant non uni sed pluribus indulgeri. Hæc & alia Hieronymus in laudem adolescentis; qui ex dicta Gildonis filia Salvina duos reliquit liberos, masculum sui nominis, & infantulam: uxorem vero, licet adolescentulam nimis, tamen ad viduitatem servandam, idem S. Hieronymus hortatus est, sic sententiæ Pauli Apostoli satisfaciens, qui dixerat (*i*): *Volo adolescentulas nubere*, &c. quod de illis nimirum intellexisset, qui abierunt retro post satanam: sic germane verba Pauli ex ejusdem verbis Apostoli interpretatur.

(*i*) 1. Tim. 5.

LXI.

Cum autem apud S. Hieronymum lego Salvinam viduam adolescentiorem, memoriaque teneo eam vixisse Constantinopoli, & studiosissimam fuisse S. Joannis Chrysostomi; cujus Palladius meminit verbis illis, de eodem Joanne sermonem habens: (*k*) *Ingressus autem baptisterium, Olympiadem vocat, quæ ab ecclesia non discedebat, una & Pentadiam, & Proculam diaconissas, Salvinamque beati Nebridii conjugem, quæ viduitatem suam præcipua virtute & honestate decorabat: dicitque eis*, &c. Ista inquam cum memoria repeto, Salvinam scilicet clarissimam feminam adolescentulam viduam, degentem Constantinopoli, S. Joannem Chrysostomum colentem & officiis frequentantem, mente versor num eadem ipsa sit, ad quam idem Chrysostomus de Viduitate servanda epistolam dedit, quam titulo, *Ad viduam juniorem*, inscripsit, eodem argumento, quo S. Hieronymus scripsit libellum sive epistolam illam: dicerem sane, cum ex ejusdem Joannis assertione constet, virum illius fuisse clarissimum, qui eo pervenerat apud Arcadium Imp. gratiæ & dignitatis, ut brevi Consul futurus expectaretur; nisi æque ejusdem testificatione certum esset, virum illius alio nomine fuisse nuncupatum; nempe Tharasium. Porro hoc eodem ferme tempore ad viduam juniorem ea a Chrysostomo scripta esse, quæ de conjugio recenti Honorii cum Maria idem ibi in exemplum adducit, satis significare videntur, ubi ait: *Cæterum ad ipsorum etiam, qui nunc regnant, uxores animum adverte. Alteram videbit*

(*k*) Pallad. dialog. de Vita Joan. Chrysost.

Salvina studiosa Joannis Chrysost.

Vidua junior ad quam Chrysostomus scripsit.

bis ex pristinis calamitatibus respirantem, magnæ voluptati magnum habere dolorem admixtum: eo quod qui potitur, nimis juvenis ac nullius usûs est, multosque habet undique insidiantes. Hæc nempe de Maria nupta Honorio puero sunt intelligenda. Moxque de Arcadii conjuge ista addit: *Alteram vero timore exanimatam, & iis qui capite damnati sunt miseriorem vitam ducentem, eo quod vir ipsius ab eo tempore quo diadema suscepit, usque ad hodiernum diem, in bello & præliis versatur; verecundiaque & probris, quibus undique afficitur, magis quam ex calamitatibus tabescit.* Hæc ipse. His autem occasione Salvinæ Gildonis filiæ recensitis, jam de fratre atque ejus expugnatore Mascezile quæ sunt reliqua prosequamur.

LXII. Mascezilis interitus ob violatam Ecclesiam.

Felix plane, si quæ Christianæ religionis opera consecutus est bona, eadem pietate servasset, auxissetque: sed cum ingratus resiliit, & sibi nimium temere quæ Dei erant dona cœlitus impertita arrogavit, omnium dispendium passus, vitæ quoque jacturam misere fecit. Sed quomodo hæc? Orosium (a) audi: *Sane* (inquit) *idem Mascezil elatus rerum secundarum insolentia, posthabito sanctorum consortio, cum quibus antea Deo militans vicerat, etiam Ecclesiam temerare ausus est, atque ex ea quosdam non dubitavit extrahere. Secuta est pœna sacrilegium. Nam iisdem superstitibus, atque insultantibus, quos ab Ecclesia ad pœnam protraxerat, post aliquantum tempus solus & ipse punitus est. Probavit in se uno, ad utrumque semper divinum vigilare numen; quando & cum speravit, adjutus; & cum contempsit, occisus est.* Hactenus Orosius: recitat hæc ipsa Paulus Diaconus (b). Zosimus (c) autem ait, Stilichonis invidia jussum Mascezilem a militibus per pontem in flumen præcipitari. Dedit & violatæ Ecclesiasticæ immunitatis pœnas Eutropius Constantinopoli: cujus tragœdiæ actus sequenti anno reddetur in scena.

(a) Oros. l.7. c.36.

(b) Paulus Diac. l. 13.

(c) Zosim. l.5.

LXIII. Honorius restituit Episcopis judicandi auctoritatem.

Quid insuper hoc anno? Collatam ab Apostolo judicandi inter laicos Episcopis auctoritatem, ex Constantini legibus confirmatam, nescio qua occasione interceptam Honorius Imperator restituit, cum iisdem anni hujus Consulibus ita ad Eutychianum P. P. rescripsit (d):

Si qui ex consensu apud sacræ legis Antistitem litigare voluerint; non vetabuntur; sed experientur illius in civili duntaxat negotio more arbitri sponte residentis judicium. Quod his obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conventos potius abfuisse; quam sponte venisse constiterit. Dat. VI. Kalen. Aug. Mediolani, Honorio August. quartum & Eutychiano Coss. Hæc ipse, nihil omnino tribuens juris Episcopis; sed Apostolica auctoritate collatum, voluit esse liberum. Non quidem Honorii legibus, sed Apostoli, id sibi vendicat Augustinus (e) dum nimirum se Christianorum litibus queritur fatigatum, hæc dicens: *Dominum Jesum, in cujus nomine securus hæc ago, testem invoco super animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, aut aliquid de divinis litteris agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis sæcularibus vel judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis: quibus nos molestiis, idem affixit Apostolus, non utique suo, sed ejus qui in eo loquebatur arbitrio, &c.* Sic itaque vides, non Honorii legibus, sed Apostoli Pauli sancitis decretis ejusmodi judicio præfectos fuisse Episcopos. Sed quæ ad hanc rem spectant, consule quæ dicta sunt primo Annalium tomo.

(d) l.7. de Episcopal. audient. C. Justin.

(e) Aug. de opere monach. c. 29.

LXIV. S. Augustinus occupatus in causis judicandis.

Rursum vero quod ad S. Augustinum pertinet, de litium ingruentia, & litigantium pertinacia alibi (f) ita queritur: *Suis vitiosis & negotiosis cupiditatibus adjuvandis ut occupemur, & eis nostra tempora impendamus, efflagitant; aut certe infirmos premunt, ut causas suas ad nos deferre compellant. Quibus dicere non audemus: Dic homo, quis me constituit judicem, aut divisorem inter vos? Constituit enim talibus causis Ecclesiasticos Apostolus (g) cognitores, in foro prohibens jurgare Christianos. Ne illic quidem qui non aliena rapiunt, sed sua cupide repetunt, dicimus: Cavete ab omni cupiditate; constituentes eis ante oculos hominem, cui dictum est (h): Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua: quæ præparasti cujus erunt? Quia & quando dicimus, non recedunt, nec declinant a nobis, sed instant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipsis potius ad ista quæ diligunt, quam scrutandis Dei mandatis, quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turbarum turbulentarum, & quanto desiderio divinorum eloquiorum dictum est: Declinate a me maligni & scrutabor mandata Dei mei! Ignoscant obedienter Fideles, qui pro suis sæcularibus causis raro nos quærunt, & judiciis nostris facillime acquiescunt, nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Certe propter eos, qui & inter se pertinaciter agunt, & quando bonos premunt, nostra judicata contemnunt, faciuntque nobis perire tempora rebus erogunda divinis: certe, inquam, propter istos & nobis liceat exclamare in hac voce corporis*

(f) Aug. in Psal. 118.

(g) 1. Cor. 6.

(h) Luc. 12.

rit Christi: Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

LXV.

Sed quid de his Possidius? accipe (a): *Interpellatus ergo beatus Augustinus a Christianis, vel a cujuscunque secta hominibus, causas audiebat diligenter ac pie, cujusdam sententiam ante oculos habens, dicentis, se malle inter incognitos, quam inter amicos causas audire: eo quod de incognitis, pro quo arbitrata æquitate judicaretur, amicum posset acquirere: de amicis vero unum esset, contra quem sententia proferretur, perditurus. Et eas* (lites scilicet) *aliquando usque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunans, semper tamen noscebat & dirimebat, intendens in eis Christianorum momenta animorum, quantum quisque vel in fide bonisque operibus proficeret, vel ab iis deficeret: atque compertis rerum opportunitatibus, divinæ legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat; & eos, quo adipiscerentur vitam æternam, edocebat & admonebat; nihil aliud quærens ab iis quibus ob hoc vacabat, nisi tantum obedientiam, & devotionem Christianam, quæ & Deo (b) debetur & hominibus*: & inferius: *Rogatus quoque a nonnullis in eorum temporalibus causis, epistolas ad diversos dabat: sed hanc suam a melioribus rebus occupationem, tamquam angariam deputabat*, &c.

(a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 19.

Augustinus frequentia litium angustiatus.

(b) 2. Tim. 3.

LXVI.

At licet Episcopi (ut vidimus) causas inter laicos judicarent: Proconsules tamen Præfectique provinciarum nullatenus prorsus immiscebant se causis clericorum; licet aliquando pro eisdem ad Episcopos litteras scriberent commendatitias: ut de Macedonio Proconsule in Africa S. Augustinus ad ipsum scribens testatur his verbis (c): *Scio ego te ipsum cum aliis amicis tuis in Ecclesia Carthaginensi intercessisse pro clerico, cui merito succensebat Episcopus; & utique nullum ibi discrimen sanguinis sub incruenta disciplina timebatur; nec, cum id, quod etiam vobis displicebat, inultum esse velletis, tamquam delicti approbatores vos judicabamus, sed tamquam humanissimos intercessores audiebamus*. At de his hactenus.

Proconsules non immiscebant se in causis clericorum.

(c) Aug. epist. 54.

LXVII.

Antequam autem ad res Orientalis Ecclesiæ orationem penitus convertamus, quæ reliqua sunt anni hujus rerum gestarum in Africa, ordine persequamur. Hoc siquidem anno celebrata est quinta Synodus Carthaginensis, posita ordine quarta, Coss. Honorio quartum & Eutychiano, sexto Idus Novembris: sublato enim Gildone tyranno, qui Africam perturbabat, pacatisque cunctis, data est facultas copiosiori numero Episcoporum, nempe ducentorum & quatuordecim, Carthaginem ad sacra conveniendi comitia, in quibus summa diligentia de restituenda in integrum Ecclesiastica disciplina laboratum est: cum a Patribus primo quæ essent Episcopis, ac deinde quæ aliis inferioris ordinis clericis observanda, fuerunt summo consilio saluberrime instituta, seu potius restituta, centum & quatuor sancitis regulis, quarum exempla tum reliquæ Occidentales Ecclesiæ, tum Orientis Episcopi mutuati esse noscuntur.

Concilium Carthag. quintum.

LXVIII.

Extitit enim hujusmodi Carthaginense Concilium veluti Ecclesiasticæ promptuarium disciplinæ, non quidem recens inventæ, sed ab antiquioribus usu receptæ atque ad pristinam consuetudinem revocatæ, nisi in quibus nova emergente causa, novæ sanciendæ legis necessitas illis incubuit: ut quod in primo canone, ubi de Episcoporum ordinatione agitur, ob emergentes novas hæreses Origenistarum, in fidei professione, quam publice emittere solerent Episcopi ordinandi, hæc a Synodo addita (d): *Quærendum etiam ab eo si credat hujus quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem*: & paulo post: *Si secunda matrimonia non damnet: Si carnium perceptionem non culpet: Si pœnitentibus reconcilia-*

Quam copiosa quinta synodus Carthaginensis.

(d) Concil. Carth. c. 1.

PAGIUS XVIII.

Concilium Carthaginense vulgo Quartum appellatum.

A num. LXVII. ad LXXVII. Concilium Carthaginense, vulgo *Quartum* appellatum, habitum *Honorio Aug. IV. & Eutychiano, Coss. sexto Idus Novembris*, ideoque hoc anno, ut inter omnes convenit, nisi quod Baronius illud *Quintum* appellat, & Justellus, ac plerique cum eo Protestantes supposititium censent; quod nullibi apud antiquiores Latinos, nec ab Auctore Concilii vulgo Africani, nec a Ferrando, nec a Dionysio, nec ab iis, qui Codicem canonum Ecclesiæ Africanæ in Græcum transtulere, ulla fit mentio de canonibus centum & quatuor, qui eidem adscribuntur. Verum illud esse genuinum, ostendunt Marca in Dissert. de Veter. Collect. Canonum, Perronius in Responsione ad Regem Angliæ cap. 48. & Schelstratius in Dissert. III. de Ecclesia Africana cap. 8. ubi plerosque ex ejus canonibus explicat. Existimo autem cum Perronio istos omnes canones in hoc Concilio statutos non esse, sed aliquos in aliis Conciliis Carthaginensibus conditos huic attributos; Canone enim primo habetur, in examine Episcopi ab eo exigendam Professionem contrariam hæresibus tunc vigentibus, & ab eo inter alia petendum, *Si in Baptismo omnia peccata, id est tam illud originale contractum, quam illa, quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur*: quod contra hæresim Pelagianam constitutum esse, nemo dubitare potest. Et tamen Pelagius non nisi anno CCCCXII. damnatus reperitur, nec in Africam venit ante annum CCCCXI. Schelstratius quidem laudatus arbitratur, librum a Cœlestio Pelagii discipulo conscriptum contra peccatum originale mitti potuisse hoc tempore in Africam; sed re maturius discussa, non video Cœlestii librum, de quo infra, ita hoc tem-

pore

ſeatis communicet : Si in baptiſmo omnia peccata, id eſt tam illud originale contractam, quam illa quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittuntur : Si extra Eccleſiam Catholicam nullus ſalvetur, &c. De his igitur peculiaris profeſſio atque ſcientia exigebatur, quod ejuſmodi errores auribus Catholicorum recentes inſuſurrarent hæretici; de quibus, præter illa quæ dicta ſunt, agemus inferius, cum de Cæleſtio ſermo erit, qui in Africa primo peſtiferas merces venales exhibuit. Hoc igitur examine probandi erant, qui ordinandi forent Epiſcopi; quod qui ad alios docendos deligerentur, probatæ ſpectatæque deberent eſſe ſcientiæ.

LXIX. Quem quidem priſtinum morem a Sanctiſſimo D. N. CLEMENTE VIII. eſſe in Eccleſia reſtitutam, gaviſi ſumus; dum quos eſt creaturus Epiſcopos, una cum aliquot delectis ad hoc Cardinalibus, adhibitis ſimul qui in Urbe ſunt doctiſſimis Theologis & Canonici Juris conſultiſſimis, diligenti primum atque improviſo, cujus peritiæ ſint, probat examine; quos & ipſemet interdum ſoleat interrogare: ut plane niſi bene diſerto nullus ad Epiſcopatum aditus patere ſciatur: unde ambitioſus lugeat imperitas. Sed ad reliquas res geſtas in eodem Concilio redeamus.

LXX. Placuit iiſdem Patribus Apoſtolicam inſtitutionem in obſervationem revocare, præſcribereque clericis opus manaum, quo ſibi victum & veſtitum acquirerent, his ea de re ſancitis regulis (a):

(a) Eod. Conc. can. 51. 52. 53.

Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat : Ac rurſum: *Clericus victum & veſtimentum ſibi artificio, vel agricultura, abſque officii ſui dumtaxat detrimento præparet.* Ac deinde: *Omnes clerici, qui ad operandum validi ſunt, & artificiola & litteras diſcant.* Sed unde iſta ſanciendi & enixius inculcandi manavit recens occaſio. Attende quæ ab Auguſtino dicuntur: (b) *Ut de Opere monachorum librum conſcriberem, illa me neceſſitas compulit: quod cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent: alii ſe ſuis manibus tranſigebant, obtemperantes Apoſtolo; alii vero ita ex oblationibus religioſorum vivere volebant, ut nihil operantes, unde neceſſaria vel haberent, vel ſupplerent, ſe potius implere præceptum Evangelicum exiſtimarent, atque jactarentur, ubi Dominus ait* (c): *Reſpicite volatilia cæli, & lilia agri. Unde etiam inter laicos inferioris propoſiti, ſed tamen ſtudio ferventes, exiſtere cœperant tumultuoſa certamina, quibus Eccleſia turbaretur, aliis hoc, aliis aliud defendentibus. Huc accedebat, quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non eſſe dicebant. Unde contentiones hinc reprehendentium, inde quaſi pugnantium pro partium ſtudiis augebantur. Propter hoc venerabilis ſenex Aurelius, Eccleſiæ ipſius Civitatis Epiſcopus, ut hinc aliquid deſcriberem juſſit, & feci.* Hæc ipſe.

Opus manuale præſcribitur Clericis.

(b) Aug. retract. l. 2. c. 21. & l. de oper. monachor.

(c) Matth. 6.

LXXI. Sed quis non videat ex habitu atque doctrina, hos talia Carthagine jurgia diſſeminantes, germina fuiſſe Euchaitarum, & Maſſalianorum hæreticorum, qui depravate apud Auguſtinum (d) nominantur Pſalliani? Hi intonſi, prolixa incedentes coma, negabant eſſe manibus operandum; de quibus ad calcem tertii Annalium tomi aberins actum eſt. In Oriente hi erant hæretici, & Occidentalibus regionibus vix quidem nomine cogniti, ſed doctrina ſuſpecti: in quos cum multa commentario de Opere monachorum Auguſtinus diſſeruiſſet, ad finem hæc (e) habet ad Aurelium ipſum Carthaginenſem Epiſcopum: *Hæc, mihi cariſſime, & in Chriſti viſceribus venerande frater Aureli, quantum donavit ut poſſem, qui per te juſſit ut facerem, de opere monachorum non diſtuli ſcribere; id maxime curans, ne boni fratres Apoſtolicis præceptis obedientes, a pigris & inobedientibus etiam prævaricatores Evangelii dicerentur; at qui non operantur, ſaltem illos qui operantur, ſibi anteponendos eſſe non dubitent. Cæterum quis ferat, homines contumaces ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſiſtentes, non ſicut infirmiores to-* le-

(d) Aug. de hæreſ. c. 57.

Maſſaliani irrepunt in Africam.

(e) Aug. de opere monach. c. 30.

Auguſtino unde orta occaſio ſcribendi de opere monachorum.

PAGIUS pore innoteſcere potuiſſe, at hujus decreti occaſio fuerit, eo magis quo hujus poſtea ſtatuti ſequentia Carthaginenſia Concilia non meminerint.

XIX. Lex 32. Cod. Theod. *de Epiſcopis*, qua *Arcadius* Clericos e Monachorum numero ordinari voluit, quod ante & poſt hanc legem Patribus viſum, indeque multi e Monaſtica vita in Clerum tranſlati, perperam a Baronio num. LXXIV. *Honorio* attribuitur, eſt enim Arcadii, ut probat Gothofredus in ejus Comment. Illius hic titulus eſt: *Iidem. A A. Cæſario* PP. P. id eſt, *iidem Auguſti*, ſc. Arcadius & Honorius *Proprefecto*. Hæ quippe notæ PP. vel PF. P. non interpretandæ ſunt *Præfecto Prætorio*, ſed *Propræfecto*, ut obſervat Gothofredus in hujus leg. comment. Hinc Ammianus lib. 23. ubi de Alypio, & lib. 27. ubi de Civili agit, ait eos Propræfectos Diœceſes regere, & curare; & in veteri Inſcriptione habetur: *Symmachus Propræfectus Prætorio in urbe Roma finitimiſque Provinciis*, ut videre eſt apud Gothofredum in Comment. leg. 25. Cod. Theod. *de Paganis*. Certe *Cæſarius* hoc anno Præfectus Prætorio eſſe non potuit, neque Italiæ, neque Galliarum, neque Orientis, neque Illyrici, ut ex Chronologia Cod. Theod. liquet. Cumque ex Proſopographia ejuſdem Codicis conſtet, eum varias dignitates Theodoſio Magno imperante geſſiſſe, non dubium quin Propræfectus in Oriente hoc tempore fuerit,

Lex de Clericis ex numero Monachorum ordinandis data ab Honorio non eſt.

lerari, sed sicut etiam sanctiores prædicant; ut monasteria doctrina saniore fundata, gemina illecebra corrumpantur, & dissoluta licentia vacationis, & falso nomine sanctitatis? Sciant ergo etiam cateri fratres & filii nostri, qui favere talibus, & hujusmodi præsumptionem per ignorantiam defendere consueverunt, se pessime corrigendos, ut illi corrigi possint, &c.

LXXII. Sed & ad eosdem illa cum agit apostrophe, quales ejusmodi esse solerent, denudat velatam illorum hypocrisim verbis istis (a): *O servi Dei, milites Christi, ita ne dissimulatis callidissimi hostis insidias? qui bonam famam vestram, tam bonum Christi odorem, ne dicant animæ bonæ (b): Post odorem unguentorum tuorum curremus: & sic laqueos ejus evadant: omni modo cupiens obscurare putoribus suis, tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes. Alii membra martyrum (si tamen martyrum) vendstant: alii fimbrias & philacteria sua magnificant: alii parentes, vel consanguineos suos in illa, vel in illa regione se audisse vivere, & ad eos pergere mentiuntur, & omnes petunt, omnes exigunt aut sumptus lucrosæ egestatis, aut simulatæ pretium sanctitatis: cum interea ubicumque in factis suis malis deprehensi fuerint, vel quoquomodo innotuerint, sub generali nomine monachorum vestrum propositum blasphematur, tam bonum, tam sanctum, quod in Christi nomine cupimus, sicut per alias terras, sic per totam Africam pullulare.* Hæc de ipsis Augustinus, alibi alia occasione a nobis in medium allata.

(a) Aug. eod. l. c. 28.

(b) Cantic. 2.

Detegitur impostura pravorum monachorum.

LXXIII. Horum quoque causa canon (c) ille a sancta Synodo editus esse videtur, quo prohibentur clerici nutrire comam ac barbam: crinitos namque hos Augostinus appellat, quod intonsi procederent: nam S. Epiphanius (d) tradit muliebrem comam circumferentes vagare consuevisse. In quos egit idem pluribus Augustinus (e), ac inter alia: *Et hoc quo pertinet, quæso, tam aperte contra Apostoli præcepta conari? An ita vacandum est, ut nec tonsores operentur? An quia Evangelicas volucres imitari se dicunt* (nempe quatuor animalia Ezechielis) *quasi depilari timent, ne volare non possint? &c.* Verum etsi nonnisi de coma Augustinus agat: Patres tamen in dicto Concilio Carthaginensi, inter quos & ipse Augustinus nominatus atque subscriptus habetur, addiderunt quoque de barba minime nutrienda: licet quædam exemplaria habeant additamentum illud. *Sed radant, vel tondeant;* tamen non nutriendam esse, communi codicibus omnibus lectioni concordat: ut ex his satis convinci possit, ipsum Augustinum & alios Episcopos, nec non Africanæ Ecclesiæ clericos minime gestare consuavisse promissam barbam, sed si non rasam, saltem præcisam, & ex parte aliqua decurtatam, quo omnis suspicio impensi in ea nutrienda laboris omnino cessaret. Nam cum æqua lex barbæ statuatur & comæ; sicut illa ne nimium effluat, ex præscripta lege tonderi deberet, ita ista ne prolixitate luxuriet, amputari necesse esset.

(c) Concil. Carthag. 4. c. 44.

(d) Epiph. hæres. 80.

(e) Aug. de opere monach. c. 31.

De tonsura capillorum & barbæ.

LXXIV. Sed dicet aliquis: Cur in Synodo de clericis, & non de monachis mentio habetur? quod scilicet in Ecclesia Africana monachismus jam ascitus in clerum, simulque conjunctus esset, & in eadem Ecclesia Africana clericorum nomine etiam monachi continerentur, utpote Dei servitio arctioribus vinculis mancipati; cum alioqui vel clerici monachorum amplexi fuerint institutum, vel ex eis solum plutimi cooptarentur in clerum. Est de his rescriptum Honorii Imperatoris, hoc anno datum his verbis (f):

Monachi in Africa cooptati in Clerum.

Si quos forte Episcopi deesse sibi clericos arbitrantur, ex monachorum numero rectius ordinabunt, non obnoxios publicis privatisque rationibus, cum invidia teneant, si habeant jam probatos. Dat. VII. Kal. Aug. Honorio IV. & Eutychiano Coss. Hinc & S. Augustinus suos clericos interdum monachos appellat.

(f) l. 32. de Episc. & cleric. C. Theod.

LXXV. Rursum vero jugis illa, quam vidimus, persecutio a Donatistis adversus Catholicos in Africa vigens, qua accideret ut cumplures Catholici ab iisdem gravissima paterentur, occasionem præbuit hujusmodi pro iisdem canonis sanciendi (g): *Clericum inter tentationes officio suo incumbentem, gradibus sublimandum:* Item qui sequitur: *Christianum Catholicum, qui pro Catholica fide & pro Ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum, etiam & per diaconum ei victus administretur.*

(g) Concil. Carthag. 4. c. 44. 45.

Confessoribus præstanda alimenta.

LXXVI. Rursum quod ad ejusdem decreta Concilii pertinet; minime prætereundum est, illud quoque statutum fuisse (h): *Ut Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive Gentilem, sive hæreticum, sive Judæum usque ad Missam catechumenorum.* Ex quibus plane intelligas, S. Augustinum inter concionandum ad populum, pro audientium diversa conditione aptare consuevisse sermonem: nimirum interdum hæreticos Arianos, Manichæos, vel Donatistas urgere, interdum vero exagitare Gentiles, & sæpe etiam adversus Judæos inire certamen. At de Patrum decretis rebus tunc gestis inservientibus hactenus.

(h) Concil. Carthag. 4. c. 84.

Omnes ad audiendum Dei verbum admittantur.

Jam

LXXVII. Jo. Chrysostomus eligitur Episcopus Constant.

Jam vero ad res Ecclesiasticas Orientis, quæ hujus anni exordio gestæ sunt, stylum advocat dignitas argumenti. Post Nectarii Episcopi Constantinopolitani obitum, de quo dictum est superiori anno: cum post de successore deligendo controversias, in unum tandem suffragia conspirassent; Joannem Antiochenum presbyterum, cognomento Chrysostomum, elegerunt: quem cum scirent inde invito populo haud facile abducendum fore, fraude quadam excogitata, Antiochenos cives eludere per ejus Civitatis Præfectum conati sunt. Ut autem res gesta sit, a Palladio in dialogo his ferme verbis exacte describitur (a):

(a) Pallad. in Vit. Chr.

Jo. abducitur Antiochia Constantinopolim.

Agebat in rebus Eutropius spado Præfectus cubiculi regii. Cupiens igitur Joannem Præsulem fieri, cujus illi virtus erat notissima, cujusque tunc periculum fecerat, cum in causa regia interiora penetrasset Orientis, suadet Imperatori, ut scribat ad Antiochiæ Comitem, mandans ut absque strepitu ullo, & perturbatione Antiochenæ Civitatis mitteret Joannem. Acceptis litteris Comes, mandatum ita exequitur. Rogat Joannem, ut secum extra urbem pergat usque ad Martyria prope portam, quæ Romana appellatur; impositumque rhedæ publicæ, misso eunucho una, & Magistro militum tradit. Adductus hoc modo, Constantinopolitanæ urbis ordinatur Episcopus. Hæc ita quidem Palladius. Addunt alii (b), innotuisse tunc etiam ex litteris Imperatoris ad Flavianum Antiochenum Episcopum datis, electionem factam Chrysostomi populo Antiocheno, restitisseque eum ne Joannes abduceretur; sed a Comite, ea qua diximus, fraude delusum.

(b) Leo, & Metaph. in Vit. Jo. Chrysost.

LXXVIII. Simulac igitur Joannes Constantinopolim perductus est, ordinatur ejus Civitatis Episcopus; quod hoc anno fieri contigit, die vicesimasexta mensis Februarii, ut Socrates (c), Sozomenus (d) & Marcellinus (e) affirmant. In sublimem jam thronum Joannes evectus, primum omnium curavit, ut Catholicæ fidei in omnibus prospectum esset; auctorque extitisse putatur, ut severissima lex adversus Eunomianos detestabiliores ceteris, & Montanistas, post dies sex tantum a sua ordinatione sanciretur, quæ sic se habet (f):

Chrysostomus aggreditur exagitare hæreticos.

(c) Socrat. lib. 6. c. 2.
(d) Sozom. lib. 8. c. 2.
(e) Marcell. in Chron.
(f) l. 34. de hæret. Cod. Theod.

Lex adversus hæreticos data.

Eunomianæ superstitionis clerici, seu Montanistæ consortio, vel conversatione Civitatum universarum atque urbium expellantur. Qui si forte in rure degentes, aut populum congregare, aut aliquos probabuntur inire conventus; perpetuo deportentur, procuratore possessionis ultima animadversione punito, domino possessione privando; in qua his conscius & tacentibus, infausti damnatique conventus probabuntur agitati. Si vero in qualibet post publicatam solemniter jussionem urbe deprehensi, aut aliquam celebrandæ superstitionis gratia ingressi domum probabuntur: & ipsi ademptis bonis ultima animadversione plectantur: & domus, in qua ea forte qua dictum est ingressi, nec statim a domino, dominave domus expulsi ac proditi fuerint, Fisco sine dilatione societur. Codices sane eorum scelerum omnium doctrinam & materiam continentes, summa sagacitate, mox quæri, ac prodi exerta auctoritate mandamus sub aspectu judicantium incendio mox cremandos. Ex quibus si quis forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse nec prodidisse convincitur: sciat se velut noxiorum codicum, & maleficiorum crimine conscriptorum retentatorum, capite esse plectendum. Dat. IV. Nonas Martii, Constantinop. Honorio IV. & Eutychiano Coss. Severior quidem hæc ceteris omnibus editis in hæreticos legibus fuit; utpote ipsa prima, quæ adversus hæreticos domi recipientes capitale supplicium irrogarit.

PAGIUS XX. S. Chrysostomus fit Episc. Cpoleos.

A num. LXXVII. ad LXXIX. Marcellinus in Chronico refert sub hujus anni Coss. *S. Joannem Chrysostomum* Constantinopoli in locum *Nectarii* Pontificem suffectum esse, sed nec diem, nec mensem ejus ordinationis memorat. Socrates vero lib. 6. cap. 2. ait: *Ordinatus Joannes in Episcopali sede constituitur quarto Kalendas Martii Consulatu proxime insequenti* Honorii sc. IV. & Eutychiani. Quibus ex verbis quidam Viri docti deduxere ordinationes Episcoporum per hæc tempora diebus Dominicis Constantinopoli fieri solitas non fuisse; cum dies vicesima sexta Februarii hoc anno in feriam sextam inciderit. Verum Socrates diem illum, non ad *Chrysostomi* ordinationem, sed ad ejus enthronismum manifeste refert; & ex dicendis patebit, Episcopos Constantinopolitanos Joannis successores diebus Dominicis aut Festis Solemnibus semper consecratos fuisse. Georgius quidem Alexandrinus Episcopus in Vita S. Chrysostomi num. XX. scribit, eum die XXVI. Mensis Februarii ordinatum fuisse, sed non dubito, quin futilis hic Auctor diem enthronismi pro die ordinationis nobis obtrudat.

Postquam *Chrysostomus* ad Sedem Constantinopolitanam evectus fuit, varias leges ab Arcadio, ut res Ecclesiasticæ melius constituerentur emittendas curavit. Harum prima fuit lex 34. Cod. Theod. *de hæreticis*, data *IV. Non. Mart.* qua Eunomianorum Clerici, & Montanistæ omnibus urbibus expelli jubentur, quin & ruris cœtus agitare vetantur, & libros eorum sub eorum aspectibus comburi. Pœnæ tam severæ Eunomianis & Montanistis impositæ ostendunt eos admodum pertinaces fuisse. Quod de Eunomianis ex Chrysostomo liquet, & ex Synesio quoque Epist. V. ubi eos in comitatu quondam habuisse fautores scribit, deque eorum in Ptolemaide perfugiis ad quorumdam domos & agros agit. Præterea Sacerdotes ad eos eruendos cohortatus citra lucri cupiditatem, cum tamen tum nonnulli pretio corrupti mollius cum illis agerent, eosque elabi sinerent; alii vero eis eruentibus res eorum caperent.

XXI. *Arcadius leges emittit adversus Eunomianos & Montanistas.*

LXXIX. Jo. Chrysostom. conciliat dissidentes Episcopos.

Hæreticis igitur in hunc modum Imperatoris lege compressis ac procul expulsis, ad pacem in Ecclesia inter dissidentes Episcopos conciliandam Chrysostomum animum adjecisse, Sozomenus (a) tradit his verbis: *Quamprimum enim ad Episcopatum pervenisset, cum Ægyptii sacerdotes & Occidentales adhuc cum Orientalibus dissiderent propter Paulinum, & communis quædam distractio ob id ipsum Ecclesias per universum imperium detineret; Theophilum orabat, ut in hoc sibi auxilium ferret, quo Flavianus Episcopus Antiochenus in gratiam Romani Pontificis reduci posset. Consensu igitur utriusque facto, ad hoc negotium eliguntur Acacius Berœensis Episcopus, & Isidorus ille, cujus nomine Theophilus ordinationi Joannis obstiterat. Hi profecti Romam, ac legatione pro votis functi, in Ægyptum adnavigabant. Et hinc porro in Syriam pervenit Acacius, Flaviano litteras pacificas ab Ægyptiis, & Occidentalibus sacerdotibus afferens. Cæterum Ecclesiæ quamquam hac dissensione in hunc modum liberatæ essent, pristinam tamen concordiam inter sese numquam recuperarunt: Antiochiæ vero eorum multitudo, qui Eustathiani dicebantur, ad tempus aliquod inter sese, etiam sine Episcopo conveniebant. Etenim cum exiguum tempus supervixisset, defunctus est (ut cognovimus) Evagrius Paulini successor. Hinc enim (ut opinor) extiterunt Episcopi delectus faciles, cum nemo sese his opponeret. Populus igitur, prout vulgus consuevit, paulatim & identidem his accessit qui sub Flaviano conveniebant, atque ita maxima ejus pars unita fuit.* Hæc Sozomenus.

(a) Sozom. lib. 8. c. 3.

LXXX. Dissidia Antiochenæ Ecclesiæ quando conciliata.

Cæterum perfectam concordiam pacemque redditam Ecclesiæ Antiochenæ post annos decem, cum ibi creatus esset post Porphyrium Alexander Episcopus, Theodoretus (b) auctor est: & quidem tunc temporis Innocentium Romanum Pontificem fuisse ejusmodi ineundæ concordiæ sequestrem, suo loco dicemus. Verum ante contigisse tradit (c) legationem Acacii Episcopi Berœensis ad Romanum Pontificem, tumque etiam junctos pacis fœdere ait Flavianum, & Romanum Pontificem. Sed cum id accidisse dicat post annos decem & septem e conflata inter eos seditione, longe quidem ante hæc tempora id oportuit contigisse; cum tempore Juliani Apostatæ ob Paulini electionem ea dissidia inchoata fuisse, superius sit demonstratum: a quo tempore, si decem, & septem numeres annos, in annum Domini trecentesimum septuagesimumnonum, quo Theodosius imperare cœpit, rem rediges: sed quæ transacta in ea causa fuerint inter Occidentales Episcopos, consule dicta quarto Annalium tomo. Palladius (d) autem post viginti annos initam concordiam inter Flavianum, & Theophilum per eosdem Acacium Episcopum Berœensem & Isidorum affirmat, cum ait de Isidoro: *Novi & ipse virum, quando cum Acacio profectus Flaviani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis segregata fuerat beati Evagrii gratia, qui multa certamina in laboribus Ecclesiasticis pertulit.* Quidquid sit, quove tempore Acacii & Isidori ea legatio acciderit, illud exploratum est, usque ad Innocentii tempora agitatam esse Ecclesiam Antiochenam dissensionum procellis. Sed ad Chrysostomum redeamus.

(b) Theod. lib. 5. c. 35.
(c) Theod. lib. 5. c. 23.
(d) Pallad. in dial. Vit. Chrysost.

LXXXI. Cleri Constantinop. mores corriguntur.

Ipso primo in Constantinopolitanum thronum ingressu, ad circumstantes clericos convertens oculos, quales essent cujuscumque eorum vitæ mores exquirens, probe cognitos habuit: atque confestim ad prava quæ essent amputanda, falcem correctionis immisit. Quænam autem ista fuerint, ex Palladio (e) in primis accipe, qui hæc ait: *Ordinatus itaque Joannes, pastoris officium diligenter exequitur, rationali fistula experimentum oviam facere aggressus. Raro autem, sed tamen necessario, virga correctionis utens, sermonem exacuit adversus fictam & non fraternam, (ut eam appellant) sed plane fœdam atque inhonestam vitam eorum* fa-

(e) Pallad. ibid.

PAGIUS XXII. Finis discordiæ inter Paulinum & Flavianum ob Episcopatum Antiochenum exortæ.

A num. LXXIX. ad LXXXI. Ipso etiam sui Episcopatus exordio *Chrysostomus Theophilum* Episcopum Alexandrinum rogavit, ut Romanum Episcopum Flaviano reconciliaret, inquit Sozomenus lib. 8. cap. 3. qui addit ob illud negotium *Acacium* Episcopum Berœæ & *Isidorum* Romam missos esse, & eorum opera Antiochenæ Ecclesiæ concordiam redditam. De hac Legatione mentionem facit Palladius in Dialogo de Vita Chrysostomi, aitque *Acacium a Flaviano* Antiocheno Episcopo, cujus erat suffraganeus, *Isidorum* vero missum esse a *Theophilo* Alexandrino. Theodoretus lib. 5. cap. 23. de hac Legatione loquens ait: *Hic* (nempe Acacius) *una cum reliquis Romam veniens diuturnam simultatem, quæ septemdecim annos duravit, sedavit, pacemque inter Ecclesias composuit.* Baronius illius discordiæ initium repetit a principatu Juliani Apostatæ ob electionem Paulini Episcopi Antiocheni: a quo tempore usque ad præsentem annum cum plures quam septemdecim annos fluxisse videret, existimavit eam *Acacii* Legationem longe ante hæc tempora factam fuisse. Verum, ut Valesius in Notis ad Theodoretum observat, accurata est hæc enumeratio; cœperat enim ea discordia a *Flaviani* ordinatione, anno trecentesimo octogesimo primo; antea quippe per pactionem illam, quæ in Concilio Antiocheno Paulinum inter ac Meletium inita fuerat, sedata esse videbatur. Sed eo anno, ut videre est apud Baronium, cum *Meletio* demortuo *Flavianus* in Antiochenam sedem successisset, ea rursum suscitata, rursumque hoc anno, quo *Acacius* Legationem obiit, sopita.

sacerdotum, qui mulieres, quas subintroductas vocant, secum habere vellent afferens, comparatione mali, tolerabiliores esse lenones: Illi enim longe a medicinæ taberna separati, seorsum habent qui sua sponte infirmi esse delegerunt; hi autem intra salutis officinam habitantes, sanos ad morbum evocant. Hinc jam pars utpia clere eo pressa morbo, eaque febre correpta, ægre ferebat. At quisnam pravus in nonnullos Ecclesiastici ordinis viros usus irrepserat? Lugendus plane, & omnibus lamentis dignus; quippe qui & meliorem Ecclesiæ partem non in Oriente solum, sed etiam in Occidente corruperit.

LXXXII. (a) Hier. epist. 2. De Agapetis virginibus pravus usus.

Et ut ab his inchoetur oratio, accipe quid S. Hieronymus (a) de virginibus, quæ a charitate, ἀγάπη, nomen trahentes, quasi spirituali amore conjunctæ dicebantur Agapetæ ab illis penes quos habitabant: *Habeant*, inquit, *istæ hujusmodi laudatores suos, & sub virginali nomine lucrosius pereant: libenter talibus non placemus. Pudet dicere: proh nefas! triste, sed verum est. Unde in Ecclesiasticis Agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Immo unde novum concubinarum genus? plus inferam: Unde meretrices univiræ? eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur & lectulo: & suspiciosos nos vocant, si aliquid existimemus. Frater sororem virginem deserit, cælibem spernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum, & cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spirituale solatium, ut domi habeant carnale commercium. Hujusmodi homines Salomon in Proverbiis spernit, dicens* (b): *Alligabit quis in sinu ignem, & vestimenta ejus non comburentur? aut ambulabit super carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?* Hæc ad Eustochium: sed & ad Oceanum sive ipse, sive alius, dum de vita disseruit clericorum (c): *Cum ergo*, inquit, *hoc genus a te non amputatur: das reprehendentibus te locum: ipse te detrahentium morsibus tradidisti, si Agapetarum consortium non dimiseris. Benignus es, gaudeo: pudicus, falsum est. Si aliquis senserit clericos habitare cum feminis, non credit eum esse castum.* Hæc & alia id genus ibi.

(b) Prov. 6.

(c) Apud Hier. to. 9. edit. Vict.

LXXXIII.

Sed ad Chrysostomum redeamus: qui creatus Episcopus Constantinopolitanus, cum sacras virgines invenisset, quodam pietatis intuitu, habitare cum clericis aliisque viris; quam multus fuerit in his corrigendis, consule duos libellos eodem argumento conscriptos (d), quorum prioris hic est titulus: *Quod regulares feminæ cum viris cohabitent*: posterioris vero: *Adversus eos, qui apud se foveant sorores adoptivas*: sic enim eas illi nominabant, quas pietatis intuitu se domi custodire jactabant; de quibus ipse prioris exordio: *Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducant, & usque ad extremam senectutem inclusas tenent ac fovent, non procreandorum puerorum gratia; negant enim se cum illis rem habere: neque libidinis causa; ajunt enim quod illas & integras & incorruptas servent. Sed si quis ab eis causam rogaverit; dicunt sibi multas esse, sed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honesta, vel idonea sit, &c.* Hæc, inquam, cum vehementer Chrysostomus invectivis & acerrimis objurgationibus exagitaret, infensos sibi prorsus reddidit atque molestos clericos, sese jam ab adversariorum partibus statuentes.

(d) Extant tom. 5.

Velata contubernia virginum cum viris Chrysostomus abstulit.

LXXXIV. (e) Pallad. dial. de vit. Chrysost. Chrysostomus restituit disciplinam collapsam.

At quid insuper hoc primo ejus in sedem ingressu Chrysostomus? subdit Palladius (e): *Post hæc* (inquit) *victum quoque castigat cleri diligenter, orans & exhortans, ut contenti stipendiis suis, nidores divitum non sequerentur; ne summum hujusce insequentes libidines, flammæ traderentur; ostentatorum & parasitorum instituto viventes. Hinc lurcones plurimi pulsati, atque irritati, auctoribus calumniæ se conjungunt.* Erant namque hi, qui Præfectos aliosque magistratus officiis frequentabant, a quibus lautis quoque mensis solerent excipi: quem pravum indecorumque clericis usum Chrysostomus abolendum curavit. De his quoque agens Socrates (f) ait: *Itaque statim in initio Episcopatus, cum adversus clerum paulo videretur acerbior, ab illo propterea odio habitus est, ac complures erga eum animo offensiore esse, & tamquam nimis iracundum vitare cœperunt. Serapion illius Ecclesiæ diaconus, cur in omnium offensionem incurreret, auctor profecto fuit; qui præsente universo clero, contenta voce sic illum affatus est: Numquam, o Episcope istos pro arbitrio gerere poteris, nisi una eademque virga omnes coerceas. Quod ejus dictum gravem odii flammam contra Episcopum incendit. Episcopus non multo post complures ab Ecclesia, alium ob aliam causam, ejecit. Illi autem, uti in tam violento dominantium impetu usu solet venire, contra eum conspirare, & ad populum falso criminari cœperunt.* Hæc Socrates. Sed rursus Palladius de rebus ab eo hoc Episcopatus exordio gestis:

(f) Socrat. l. 6. c. 4.

Serapion refractarius.

LXXXV. Chrysostomus superfluos sumptus resecat.

Post hæc (inquit) *Dispensatoris Ecclesiastici scripta relegens, inutilesque Ecclesiæ sumptus deprehendens, amputari hos protinus jubet. Accessit & ad solemnes Episcopi sumptus inspiciendos, inveniensque immodicam profusionem, transferri hanc magnificentiam ad infirmorum solatia præcepit. Et cum superessent pecuniæ, nova*

quoque infirmorum receptacula construit, præficiens his duos ex sacerdotum numero religionis summæ viros; & medicos, & coquos & ministros, qui sine uxoribus essent, eis ad obsequium statuerat, ut advenientes hospites, morbo deprehensi, & eo maxime qui sacer appellatur, curarentur, & ob ipsum bonum, & pro gloria Redemptoris. Hæc agens Chrysostomus, maluit ex prædecessoribus suis Gregorii Nazianzeni potius quam Nectarii sectari vestigia, illius in victu revocans simplicitatem, hujus vero, qui ex Præfecto fuerat creatus Episcopus, luxum ablegans.

LXXXVI. Viduæ Christianæ in vitæ integritatem restitutæ.

Deinde (subdit auctor) *viduarum advocat agmen, solerter explorans, quæ non recte conversarentur inter illas: inveniensque nonnullas carni deditas, admonebat, aut jejuniis studerent, balneisque & exquisitis abstinerent vestimentis, aut repetere maturato connubia: ne divina lex & nomen Domini per illarum intemperantiam blasphemaretur. Ad hæc Fideles quoque laicos hortabatur, vigiliis nocturnis in Ecclesia insistere: uxores autem eorum domi manere interdiu orantes, ideo quod viris diu otium non esset. Hæc omnia quosque negligentiores de clero contristabant totis noctibus dormire consuetos. Post hæc autem adversus divites linguæ exacuens gladium, animi pustulas scindere aggreditur, fastum eos turgidum ponere admonens,* &c. Hoc est enim bellum quod adversus magistratus nimis solute viventes & sublime sapientes aggressus est, ex quo magnum sibi ipsorum odium concitavit.

LXXXVII. Chrysostomus Eutropium objurgat.

Inter alios autem, qui eum Constantinopolim Antiochia accersendum curavit, principemque inter aulicos vendicarat sibi locum, Eutropium perinfensum sibi penitus reddidit, dum publicis concionibus (ut dictum est) fastum potentium insectari cœpit, & privatis quoque sermonibus redarguere eorumdem in munerum editione profusas expensas; prout ex oratione in eum anno sequenti habita, dum confugientem ad Ecclesiam excepit, satis apparet verbis illis (a): *Ecclesia a te hostiliter habita, expanso sinu te suscepit: theatra autem magnis obsequiis a te culta, quorum causa sæpius nobis infensus fuisti, & prodiderunt te, & perdiderunt. Attamen nunquam destitimus his te verbis alloqui: Cur ita facis? in Ecclesiam debaccharis, & te ipsum in exitium præcipitem agis. Et tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas. Et Circensis quidem multitudo, exhaustis in se tuis facultatibus, gladium in te acuit; Ecclesia vero tuo furore exagitata, ultro citroque cursitat, si quo pacto te ex his casibus implicitum extricare queat.*

(a) Chrys. in Eutrop.

LXXXVIII.

Sed quænam ista, de quibus queritur Chrysostomus ab Eutropio in Ecclesiam fuisse commissa? violatum nempe fuit ub eo intemeratum hactenus sacrum Ecclesiæ asylum, dum non solum ad eum confugientes violenter abstraxit, sed & malus auctor extitit Arcadio sanctionis sacrilegæ conscribendæ, qua juberentur confugientes ad Ecclesiam extrahi: hæcque hoc anno Constantinopoli contigisse, dies & Consules duræ legis significant, quæ sic se habet:

Eutropius quid in Ecclesiæ jus peccarit.

Lege Arcadii Ecclesiæ immunitas violata.

Si quis (b) in posterum servus, ancilla, curialis, debitor, publicus procurator, murilegulus, quilibet postremo publicis privatisve rationibus involutus ad Ecclesiam confugiens, vel clericus ordinatur, vel quocumque modo a clericis fuerit defensatus, nec statim, conventione præmissa, pristinæ conditioni reddatur: Decuriones quidem, & omnes quos sola ad debitam munus functio vocat, vigore & solertia judicantium, ad pristinam sortem, velut manu mox injecta, revocentur. Quibus ulterius legem prodesse non patimur, quæ cessione patrimonii subsecuta, Decuriones esse clericos non vetabat. Sed etiam ii quos œconomos vocant, hoc est, eos qui Ecclesiasticas consueverunt tractare rationes, ad eam debiti vel publici, vel privati redhibitionem, remota dilatione cogantur, in qua eos obnoxios esse constiterit, quos clerici defensandos receperint, nec mox crediderint exhibendos, &c. *Dat. VI. Kal. August. Mnizo, Honorio Augusto quartum & Eutychiano Consulibus.*

(b) l. 3. de his qui confug. ad Eccl. C. Th.

LXXXIX. Eutropius cogitur confugere ad Ecclesiam.

Porro qui hujus sanciendæ legis auctor fuit Eutropius, magna divinæ providentiæ lance pensata justitia factum est, ut idem anno sequenti ad Ecclesiam confugere necessitate coactus, in se primum sevientem experiri legem divina indignatione compulsus sit: de eo enim ita Chrysostomus (c): *Præclusit hujus loci refugium, legibus scriptis, quibus hoc irritum facere conatus est. At nunc re ipsa didicit, quale sit quod fecit, & suomet facto legem suam primus abrogavit, factus Orbis totius spectaculum: & silet licet, omnes tamen admonet: Nolite hæc facere, ne qualia ego, patiamini: sua calamitate alios docet: & altare hoc ipso illustrem ex se splendorem emittit, ac venerationem sibi comparat, quod leonem vinctum continet.* Hæc & alia de miserando Eutropii casu Chrysostomus, cujus diligenti opera, eodem ferme tempore quo promulgata lex, abrogata pariter fuit. Nam in dicta homilia adversus Eutropium, quam sequenti anno ipse Chrysostomus habuit, salvum custoditumque jus Ecclesiasticæ immunitatis omnibus ad Ecclesiam confugientibus tradit, ut nullus inde quempiam auderet violenter extrahere.

(c) Chrys. homil. in Eutrop.

XC.

Quod rursum ad hujus ferendæ legis occasionem pertinet: ea quidem, Eutropio

Legis sanciendæ occasio Pentadia.

(a) Soz. l.8. c.7. & Socr. l.6. c. 9. & alii in vita Jo. Chrysost.

pio Principem interpellante, sancita reperitur, occasione Pentadiæ feminæ Consularis: de qua ista Sozomenus (*a*): *Sed quia neque præsenti potentiæ impudentia, neque contingentes humanarum rerum vicissitudines considerabat*, Eutropius scilicet, *eos extrahere templis aggrediebatur, qui propter ipsum in his ad Deum confugæ supplices hærebant; in primis vero Pentadiam Timasii conjugem, quem quidem potentem ac strenuum ducem ille tyrannidis affectatæ condemnatum perpetuo apud Oasim Ægypti exilio multarat. Sed ille quidem, sive quod sibi defecerit, sicut a quodam accepi: sive quod veritus sit, ne quid sibi gravius accideret, arenis illic involutus repertus est mortuus. Eutropii vero cura sancitur lex præcipiens ne quis omnino ad Ecclesiam confugeret, & ut expellerentur etiam illi, qui ad eam jam confugerant. Non multo post autem ipse, quasi Imperatoris conjugem contumeliose tractasset, ex insidiis impetitus, primus ipse legem suam prævaricatus est, & ex Palatio profugus ad Ecclesiam supplex accurrit, &c.* Quæ enim reliqua sunt de Eutropii tragœdia dicentur anno sequenti, quo ea contigisse probantur: hic satis egisse de lege & ejus auctore, & occasione ipsius hoc anno ferendæ; agemus ibidem de ejusdem legis abrogatione. Porro Pentadia ista Timasii Exconsulis uxor allecta fuit inter Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconissas, (*b*) vixitque digno Christianæ virtutis exemplo: ad quam extant ejusdem Joannis Chrysostomi epistolæ (*c*), de quibus inferius.

(b) Pallad. in dial. de vit. Jo. Chr. (c) Jo. Chr. ep. 14. & 94.

XCI.

Rursum vero eodem ipso die & loco, quo adversus Ecclesiæ immunitatem datum est ab Arcadio Imperatore ad Eutychianum rescriptum; ad eumdem quoque, ad coercendam insolentiam clericorum & monachorum, qui quasi vi publica ab apparitoribus raperent reos cum ad supplicium ducerentur, ista rescripsit (*d*):

(d) l.16. de pœnis Cod. Theod. & l.16. de Episcopali audien. C. Just.

Ne damnati ad supplicium eriperentur pietatis intuitu.

Addictos supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum, vel monachorum, eorum etiam, quos cœnobitas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat, aut tenere. Quibus in causa criminali, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus; ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratia cognitoris oppressa putatur esse justitia: ea conditione, ut si Proconsul Comes Orientis, Præfectus Augustalis, Vicarii fuerint cognitores; non tam ad clementiam nostram, quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse judicium: qui si ita res est, & crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. Reos etiam, tempore provocationis emenso, ad locum pœnæ sub prosecutione pergentes, nullus aut teneat; aut defendat. Sed sciat se cognitor triginta librarum auri mulcta, primates Officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur, aut si tanta clericorum, & monachorum audacia est, ut bellum potius quam judicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultio procedat arbitrio. Ad Episcoporum sane culpam, in cætera, redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populo Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex his quæ fieri hac lege prohibemus, a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint. Ex quorum numero rectius, si quos forte sibi deesse arbitrantur, clericos ordinabunt, &c. Dat. VI. Kalen. Aug. Mnizo, Honorio A. IV. & Eutychiano Coss.

XCII.

Tantam vero licentiam abripiendi ab Officio damnatos capite, ex Episcopis in clericos atque monachos, quorum ad hoc illi opera uterentur, fluxisse diximus (*e*) occasione Constantini Magni edicti, quo juberetur, iniquas sententias Præsidum ab Episcopis posse rescindi. Cæterum sanctos Episcopos haud novimus abusos esse hujusmodi impertita sibi Constantini legibus auctoritate, Nam scimus S. Ambrosium (*f*) Mediolanensem Episcopum, & Flavianum Antiochenum, non violentia clericorum, & monachorum, sed supplicibus precibus pro hujusmodi reis sub Præsidum gladio periclitantibus egisse apud Imperatores; sicut & monachos Syriæ eadem ex causa Antiochiam concessisse; eodemque modo pro ducendis ad supplicium apud Præsides intercessisse; sic & Gregorium Nazianzenum pro Nazianzenis suis apud Præfectum Cappadociæ; S. Martinum quoque pro damnatis apud Avitianum Galliarum Præfectum; S. Hieronymum (*g*) etiam pro periculo capitis Claudii, ut eum eximeret, legatione Ruffini, apud Honorium Mediolani agentem fecisse, & S. Augustinum apud Macedonium, Marcellinum, Donatum, & alios in Africa magistratus egisse.

(e) Annal. t.3. anno Dom. 324.

(f) Vide de his t. 4. Annal.

Episcopi legitimi vindices Præsidum injustitiæ.

(g) Hier. in Apol. adv. Ruffin.

XCIII.

Unde autem hujus sanciendæ legis Arcadio Imperatori manarit occasio: ignoratur ipsa quidem; verum conjectura assequi possumus, id etiam ex magna Eutropii una cum iniquitate atque crudelitate potentia factum, ut cum aliquis manifeste innocens duceretur, idem a clericis atque monachis tamquam vindicibus læsæ veritatis eriperetur: ejusmodi enim casibus, cum quid a Præsidibus tyrannice ageretur, sacerdotes infracto vigore eisdem restitisse, res gestæ S. Nicolai Myrensis Episcopi in Eustathium Proconsulem Asiæ, S. Ambrosii adversus Theodosium, S. Basilii adversus Modestum Præsidem, Chrysostomi in Eudoxiam, Synesii

fii

ssi Episcopi in Libyæ Præsides, & aliorum plurimorum sanctorum Acta testantur.

XCIV.

Quam autem efficaces esse solerent apud Præsides preces Episcoporum, ex Augustino disce, qui ad Marcellinum magistratum in Africa gerentem scribens (a), illud inculcat, magna fisus sacerdotii auctoritate: *Quoniam*, inquit, *Christiano loquor, maxime in tali causa, non arroganter dixerim: Audire te Episcopum convenit jubentem, domine eximie & merito insignis atque carissime fili*. Quod si hæc pro reis damnatisque Circumcellionibus Augustinus præstirit, quæ putas eum etiam egisse pro insontibus apud Præsides? Agit de iisdem in litteris ad Macedonium Proconsulem (b) datis: quibus & significat, non ita posci ab Episcopis delinquentium veniam, ut impuniti permaneant, sed ut ad delictorum pœnitentiam reserventur: *Nam quosdam* (inquit) *quorum crimina manifesta sunt, a vestra severitate liberatos, a societate tamen removemus altaris; ut pœnitendo placare possint, quem peccando contempserant, seque ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit, quem veraciter pœnitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat*. Hæc ipse. Sed ad Eutropium, cujus occasione in hæc deflexirnus, redeamus.

(a) Aug. epist. 159.

Quanta auctoritate magistratibus imperarent Episcopi.

(b) Aug. ep. 53.

XCV.

Quo magis res ejus undiquaque florentissimæ, nemine adversante, majoribus progressibus surgerent, adeo ut ipse videretur in omnibus imperare Imperatori: eo amplius cum aulicorum omnium indigne ferentium eunuchum cæteris anteferri, tum præcipue Gainæ ducis exercitus invidiæ id stimulos acuit: secum versantis, opera sua Ruffinum Imperium invadentem extinctum, & Arcadium jam sub gladio periclitantem ereptum, & in Imperio stabilitum; sed tamen totius rei gestæ gloriam atque commodum in Eutropium, ea ipso sibi vendicante, translata. Quamobrem in eum invidia atque odio excruciatus, quibus de medio ipsum tolleret, machinari aggressus est dolos. Egit vero in primis cum Tribigildo barbarorum duce, sanguine sibi conjuncto, ut Asiæ regiones molestiis infestaret: dum ipse in eum profectus, turpi collusione pugnare detrectat, cum eum obtinere facile potuisset, prætextum illum obtexens, nimirum, haud unico prœlio totius Romani Imperii aleam committendam. Sicque colludens, neque dissimulans, egit ut barbarus magnæ cœperit esse formidini. Sed post tandem, cum sibi visum est opportunum, detegi & ipse voluit perduellis Imperii: cum eo desperationis res Arcadii Imperatoris redactæ sunt, ut quibus Gainas vellet conditionibus pacem redimere cogeretur. Sed quomodo pacta conventa primum in Eutropii interitum conversa sint, dicemus anno sequenti, quo ea omnia contigerunt. Porro Gainæ & Tribigildi clades hoc anno illatas in Asiam, cum Sozomenus (c) & Socrates (d), tum etiam Zosimus (e) pluribus prosecuti sunt. Ex quibus intelliges, quam opportune, collabenti & periclitanti Constantinopolitanæ Civitati, una cum universo Orientali Imperio consuluit Deus (f), præficiendo illi Ecclesiæ hoc anno S. Joannem Chrysostomum, qui melius quam Simon Oniæ filius deorsum jam labentem suffulsit domum, & ruinam minans corroboravit templum.

Gainæ cum Tribigilda duce tyrannia.

(c) Sozom. lib. 8. c. 4.
(d) Socr. lib. 6. c. 6.
(e) Zosim. lib. 5.
(f) Eccl. 50.

XCVI.

Hoc item anno contigit legatio Marci diaconi a S. Porphyrio Gazæ Episcopo ad Arcadium Imperatorem adversus Gentiles Gazenses negotium facessentes in ea Civitate Fidelibus. Quod enim ad tempus spectat: cum per Eutropium Imperatoris cubiculo Præfectum negotium curatum sit, penes quem erat summa rerum, quem anno sequenti creatum Consulem constat cito nece sublatum: & certum sit, a Joanne Chrysostomo Constantinopolitano Episcopo idem negotium esse

Tempus legationis Marci diaconi.

PAGIUS XXIII.

Tribigildus incipit turbare Imperium Orientale.

Ad num. XCV. *Tribigildus*, qui militibus in Phrygia præerat, *Gaina* Duce exercitus instigante, verno tempore magnos motus in Phrygia excitare cœpit. Nam Claudianus in Eutropium lib. 2. num. CX. ait:

Mitior alternum zephyri jam bruma teporem
Senserat, & primi laxabant germina flores:
Jamque iter, in gremio pacis, solenne parabant
Ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum
Eutropio, Pelagi ne tædia longa subirent.

Tum inducit Martem, Urbes, & Provincias contra Eutropium incitantem, præsertimque Phrygiam. Sub numero CXLV. hæc habet Claudianus...

Ostrogothis colitur, mixtisque Gruthingis
Phryx ager. Hos parva poterunt impellere causa
In scelus: ad mores faciles natura reverti
Sit ea; in nostro quando jam milite robur
Torpuit, & molli didicit parere Magistro.

Ac denique numero CCXXXV. ostendit Claudianus, ut Tribigildo duce pars Phrygiæ deficere cœperit; tum Lydia, Pisidiaque. Zosimus lib. 5. ubi hanc Historiam accurate narrat, de Gaina scribit: *Non enim tantopere contemptui erat hominem, quantum Eutropius ad summum jam potentiæ fastigium elatus: adeo quidem, ut etiam inter Consules designaretur*, anno scilicet præsenti, cum sequenti Consulatum gesserit.

XXIV.

Ad num. XCVI. & seqq. Sanctus *Porphyrius* Gazæ Episcopus ad Arcadium Imp. adversus Gentiles Gazenses misit Marcum Diaconum suum, Eutropio cubiculario nondum ex aula expulso, ut liquet ex ejus vita ab eodem Marco Diacono

se susceptum, qui hoc anno creatus est ejus sedis Antistes: dicere opus est, nec ante præsentem annum, nec postea ejusmodi legationem contigisse, sed hoc ipso anno: nam nec ante præsentem annum fuit Chrysostomus Episcopus, nec post fuit superstes Eutropius cubicularius. Qui vero hac ipsa functus est legatione, ipse scripsit historiam quam fidelissime Marcus (a) diaconus Gazensis Ecclesiæ, quam intexuit Actis rerum gestarum ejusdem Sancti Porphyrii Gazæ Episcopi.

(a) Apud Metaph. die 16. Februar. & Sur. to. 2.

XCVII. Gazenses Episcopi.

Sed antequam rem aggrediamur, hic meminisse oportet, quæ superius sub Constantino, tertio Annalium tomo, & sub Juliano, quarto eorumdem volumine dicta sunt, Gazenses addictissimos; Gentilicæ superstitioni fuisse, eosdemque semper dire infectatos esse Christianos, qui apud illos versabantur, temporeque Juliani tum Episcopum Asclepam, tum etiam S. Hilarionem præstantissimum monachorum implacabili odio persecutos. Qui vero in ea Civitate Fideles erant perpauci, extincto Juliano, sub Christianis Principibus, petierunt sibi Episcopum a Cæsariensi Metropolitano, sub cujus metropoli Gaza erat. Acceperunt autem post Asclepam Irenionem, & post eum Æneam, viros plane sanctissimos; ac demum sub Arcadio Porphyrium, de quo agimus, ordinatum a Joanne Episcopo Cæsariensi. Qui rogatus a Fidelibus Gazensibus dari sibi Episcopum; probe sciens Apostolico homine potenti opere atque sermone illam Ecclesiam indigere, qui juges Gentilium persecutiones tolerare, & vincere eos ad Christi fidem convertendo valeret, eisdem præfecit eumdem S. Porphyrium patria Thessalonicensem, qui in Ægypto apud Scethim in adolescentia vitam monasticam exercuerat annis quinque, totidem vero annos in Palæstina, quo visendorum locorum sanctorum amore profectus erat: ubi tandem post multa edita vitæ sanctissimæ exempla, a Cyrilio (licet errore Praillus scribatur) ejus Ecclesiæ Episcopo invitus creatus presbyter, custosque ligni sanctissimæ Crucis factus erat: hunc igitur divino monitu accersitum, reluctantem diu, idem Joannes Cæsariensis Antistes creavit Gazensem Episcopum, annum ætatis agentem quadragesimumtertium.

XCVIII. Porphyrius Gazensis Episcopus quæ a Gentilibus passus.

Quid autem hic a Gentilibus passus sit, ejus (ut dixi) diaconus Marcus, qui ipsi, jam cum monachus esset, discipulus atque minister inhæserat, memoriæ commendavit, simplici quidem stylo, sed veritatis candore præclaro, quo & cunctas res ab eodem Porphyrio gestas ad obitum usque prosecutus est. Nos vero omissis reliquis, ea tantum quæ a tempore Episcopatus a Gentilibus Gazensibus passus est, quorum occasione opus fuit legationem ad Arcadium mittere, persequemur. Atque in primis quæ in eum impii Idololatræ pagorum Gazensium, cum primo Gazam advenit ordinatus Episcopus, perpetrarunt: *Prope Gazam* (inquit) *pagi sunt in via, qui dediti sunt cultui simulacrorum. Eorum vero incolæ consulta totam viam straverant spinis, & vallis impedierunt, ut non possent aliqui transire: effuderunt autem cœnum, & aliis male olentibus fumis vaporarunt, ut nos fœtore suffocaremur, & veniremus in periculum ne vitam amitteremus. Vix tandem autem conservati, circa horam nocturnam ingressi sumus Civitatem:* Et postea:

XCIX. Gazenses frustra supplicant Marnæ.

Accidit autem ut illo anno esset siccitas, & defectus pluviæ. Cives vero omnes id adscribebant ingressui beati Porphyrii, dicentes: Nobis responsum dedit Marna, fore ut Porphyrius esset auctor malorum Civitati. Vetus hoc erat Gazensium idolum, cui augustissimum templum antiquitus ædificatum, sub Theodosio Imperatore (ut suo loco diximus) clausum tantum, numquam autem ob præstantiam molis dirutum fuerat: illud vero rursum Præfectorum indulgentia apertum

PAGIUS

Legatio a S. Porphyrio Episcopo Gazensi ad Arcadium missa.

cono ejus ac discipulo scripta, & ab Henschenio ad diem XXVI. mensis Februarii Latine recitata, quia autographum Græcum ad nos non pervenit. Quare recte Baronius hanc legationem cum præsenti anno illigavit. Utitur Auctor ille Era Gazensi, cujus initium desumitur a die vicesima octava mensis Dius, seu Octobris anni periodi Græco-Romanæ 5433. ut in Apparatu Chronologico ad Annales Baronii, eo anno ostendi, & nuper Emin. Cardinalis Norisius in dissert. 5. de Epochis Syro-Macedonum cap. 2. & seq. nummis & aliis antiquitatis documentis demonstravit. Ex eo vero quod Marcus scribit, Sanctum Porphyrium obiisse *die secundo Dystri* (seu die XXVI. mensis Februarii) *anno Gazensium CCCCLXXX. Episcopatus ab eo gesti vicesimo quarto, mense undecimo*, recte colligit Card. Norisius ejus consecrationem contigisse anno Gazensium CCCCLV. vere circiter ineunte. Narrat Marcus, mortuo *Andrea* Episcopo Gazæ, ob exorta de novi Episcopi designatione dissidia, *Joannem* Cæsareæ Archiepiscopum re intellecta, *Porphyrium* Hierosolymis, ubi degebat, ad se evocasse, statimque *Porphyrii* ordinationem recitat. Quare ea peracta post annum Christi CCCXCIV. cum in Synodo Constantinopoli celebrata Arcadio Aug. III. & Honorio II. Coss. *tertio Kal. Octob.* anno sc. CCCXCIV. *Gelasius* Archiepiscopus Cæsareæ in Palæstina interfuerit, ideoque ea die Joannes nondum eam dignitatem adeptus sit, & Gelasius ejus decessor adhuc vixerit. Is enim post *Euzoium* Cæsareæ Episcopus fuit, ut testatur Hieronymus in Catalogo Script. Ecclesiast. & Euzoius *sub Theodosio Principe Ecclesia pulsus est*, ut docet idem Hieronymus. Quare nonnisi post Gelasium *Joannes*

Ec-

eum Gazenses ingrediebantur. *Cum autem* (inquit Marcus) *pergeret Deus non pluere primo mense, qui ab eis vocatur Dios, deinde etiam secundo, qui dicitur Epilleos; omnes affligebantur. Congregati autem Idololatræ in Marnæo, multa sacrificia, & multas preces faciebant ea de causa. Dicebant enim Marnam esse dominum imbrium (Marnam vero dicunt esse Jovem). Cum autem perseverassent septem dies, hymnos dicentes, & egredientes extra Civitatem in locum qui vocatur* Orationis, *animum despondentes, reversi sunt ad sua opera, nulla re effecta.*

C.

His sic factis, congregati Christiani cum viris, & feminis, & pueris numero ducenti & octoginta, rogarunt S. Porphyrium, ut cum eis egrederetur, & precaretur, ut demitteretur pluvia: jam enim erat fames: eoque magis, quod Beati ingressui adscriberent siccitatem. Persuasus autem sanctus, cum indixisset jejunium, jussit omnes vespere congregari in S. Ecclesia, ut illic vigilias perageremus. Fecimus autem tota nocte triginta preces, & totidem genuflexiones, præter choros, & lectiones. Cum autem esset mane accepto signo venerandæ Crucis, quod nos præcedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam Ecclesiam, quæ est a parte Occidentali Civitatis, quam ajunt ædificasse sanctissimum ac beatissimum Asclepam Episcopum, qui multas sustinuit afflictiones pro fide Orthodoxa, cujus vita & facta scripta sunt in paradiso deliciarum. Cum ergo fuissemus in dicta Ecclesia, illic quoque fudimus totidem preces; & illinc egressi, ivimus in S. Martyrium gloriosi martyris Timothei, in quo repositæ sunt etiam aliæ reliquiæ Maurés martyris, & Thees, quæ relata est in numerum confessorum. Cumque illic fecissemus totidem preces & genuflexiones, reversi sumus in Civitatem, factis tribus precibus & tribus genuflexionibus. Sed antequam reliqua prosequamur, observa tu in his omnibus veteris Ecclesiæ ritus, nempe usum processionis prævio signo Crucis, vigilias, & genuflexiones. Subdit vero ipse:

Processio a Porphyrio instituta.

CI. Christiani exclusi ab Urbe pluviam impetrant.

Cum autem fuissemus circa Civitatem, invenimus eam clausam (erat vero hora nona) Idololatræ enim hoc fecerunt, volentes dissipare populum, ne perficeremus supplicationes. Cum autem mansissemus duas horas ante portam, & nemo esset qui aperiret: videns Deus populi patientiam, fletusque, & ineffabiles lacrymas, maxime sancti viri: motus misericordia, quomodo tempore magni Eliæ prophetæ, movet ventum Austrum, & nubibus tegitur cælum, & incipiunt fieri fulgura, & tonitrua, simulatque Sol occidisset, & decidit multus imber, ut existimarentur non guttæ, sed grando de cælo dejici. Nos autem præ magno gaudio propemodum non sensimus: Nos enim eramus invicem complexi. Quidam vero Gentiles cum aspexissent miracula, quæ Deus nobis fecerat, & credidissent, nobis portam aperuerunt: commixti sunt nobiscum, clamantes, CHRISTUS SOLUS DEUS, IPSE SOLUS VICIT. *Convenerunt autem nobiscum in sanctam Ecclesiam; & illinc Beatus eos dimisit in pace, Christi signatos signaculo. Erant autem numero viri centum vigintiseptem, & feminæ trigintaquinque, & infantes quatuordecim, ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cum fecissemus perfectam gratiarum actionem, recessimus unusquisque domum cum gaudio & pace.*

Gentiles ad Christum conversi.

CII. De pluvia obtenta precibus Christianorum.

Tanta quippe pluvia descendit illa nocte & altera die, ut omnes timerent ne domus corruerent, ex quibus plurimæ erant constructæ ex lateribus. Pluit ergo Dominus noster Jesus Christus assidue ab octavo Lydenæi usque ad decimum: est autem apud eos Lydenæus, qui apud Romanos Januarius: præcedunt autem quinque diebus eorum menses, Romanos. Undecimo vero die peregimus Theophaniorum diem Domini Jesu Christi cum gaudio, laudantes & gratias agentes propter omnia quæ nobis fecit ejus benignitas. Accesserunt autem gregi Christi eodem anno, præter illos centum vigintiseptem, alii quoque centum quinque. Hæc de his Marcus diaconus. Quod vero ad siccitatem pertinet: non sicut nostræ regiones, hieme lætatur serena Palæstinum solum, illud præsertim quod

---

PAGIUS Ecclesiam Cæsaræensem rexit, ordinatusque fuit anno CCCXCIV. aut insequenti, ante finem Martii, ut ex dictis colligitur, non vero anno CCCXCVI. ut vult Henschenius citatus, aut currenti, ut Baronius num. XCVII. arbitratur.

XXV. *S. Porphyrius ante Episcopatum Presbyter per triennium fuit.*

Ante Episcopatum Porphyrius *tribus annis* Presbyter fuerat. Ait enim Marcus cap. 2. *Cum hæc ita se haberent, audiisset autem S. Porphyrii nomen & vitam, qui erat Sanctorum Locorum Sacerdos, Praylius, eum accersit, & invitum ordinavit Presbyterum.* Paulo post: *Tribus autem annis, postquam fuerat ordinatus, accidit, ut Episcopus prædictæ civitatis Gazæ e vita excederet.* Quare circa annum Christi CCCXCII. Porphyrius consecratus a Praylio, qui cum circa annum CCCCXVI. Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus dictus fuerit, liquet, quando ordinavit *Porphyrium*, Hierosolymorum Chorepiscopum fuisse. Anastasius enim Patriarcha Hierosolymitanus fuerat antea custos sacrorum vasorum sanctæ Resurrectionis & Chorepiscopus, ut tradit Cyrillus Monachus in Vita sancti Euthimii Abbatis Tomo I. Analectorum Græcorum nuper publicata: indeque manifestum fit, *Praylium*, quemadmodum postea *Anastasium*, ante Episcopatum Hierosolymitanum sanctæ Resurrectionis Chorepiscopum fuisse. Hinc Baronius num. XCVII. perperam putavit, *Praylium* ibidem

quod Ægypto proximum est, ut Gaza confinis ejusdem: penes quos hibernalis siccitas certam parit frugum sterilitatem; unde & divina benedictio existimatur, cum abundantes imbres terram proluunt: hinc illud Isaiæ (a): *Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis & asini.*

(a) Isai. 32.

CIII. Quæ autem post hæc secuta fuerint, ut opus esset adversus Gazenses Gentiles per legatos expostulare apud Imperatorem, idem auctor narrare pergit his verbis: *Alii vero Idololatræ non cessabant insidiari Beato, & aliis Christianis. Quando enim eis Præses obtingebat Gentilis, eum vel pecuniis corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem persuasum, inducebant, ut vexaret Christianos: & ab eo tempore beato Porphyrio non levis veniebat afflictio. Assidue ergo noctu & diu rogabat benignum & clementem Deum, ut eos ab errore converteret ad suam veritatem.* Quid vero post hæc admiserint in famulum ejus Barocham nomine, virum maxime pium idem tradit, cum subdit: *Cum autem ivisset Barochas ipse aliquando in vicum propter canonem Ecclesiasticum, non procul a Civitate; erat autem is qui canonem debebat, Idololatra: cum vero ab eo canon exigeretur, eisque vellet rem protrahere & differre, & ex eo nata esset inter eos contentio: accersit impius agricolas quosdam ejus pagi ei similes, & incipiunt verberare clavis beatum Barocham; & exportantes eum semimortuum projecerunt extra pagum in solitudinem: illic vero jacebat mutus & nulla sensu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, transit per illum locum Cornelius diaconus cum aliis duobus Christianis; & cum invenissent ipsum Barocham, & cum cognovissent, importarunt in Civitatem. Cum vero Idololatræ eum vidissent portari, arbitrati esse mortuum conversi sunt in furorem, propterea quod existimabant esse abominandum, mortuum ferre in Civitatem: & cum eum vi eripuissent ab humeris eorum qui ipsum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium diaconum & duos Christianos; & ligato pede beati Barochæ, trahebant eum.*

Barochas male habitus a Gentilibus.

CIV. *Interim autem renunciant quidam fratres beato Episcopo. Is vero conturbatus me accersit, & alios tres fratres qui inventi sunt apud ipsum, & dicit nobis: Confidentes concurrite, o fratres: est enim tempus martyrii. Postquam autem pervenimus ad locum ubi ligarant Beatum: concurrit populus: & alii quidem sanctissimum Episcopum afficiebant contumeliis: alii vero videntes ejus tolerantiam, & quod cum contumeliis afficeretur, non irascebatur, sed rogabat unumquemque, dicens, ne sic probris, & contumeliis afficerent corpus quod est obnoxium iisdem affectionibus; fiunt nostrarum partium, & in se invicem convertuntur ad plagas usque. Nos autem cum multam vidissemus confusionem, portantes pium Barocham, deflexissimus in S. Ecclesiam. Postquam vero vidimus eum adhuc spirantem, ejus curam egimus. Pro eo autem fundebantur per totam vesperam, & noctem intensæ preces: omnes enim fratres convenerant. Sanctus vero Episcopus non cessabat lacrymari, & Deum pro ipso rogare: sciebat enim qualis esset ejus divinus zelus. Cum autem vidisset Deus lacrymas sancti Pontificis & preces populi (cum eum existimabant ut alium Phinees adversus Idololatras) acceleravit ei suam misericordiam, & illa nocte aperit oculos ejus, & incipit loqui, & petere dari sibi potum.*

Barochas precibus Porphyrii curatur.

CV. *Ego autem qui ei assidebam, statim cucurri, ut renuntiarem beato Episcopo. Præ magno enim gaudio oblitus sum dare ei potum: & mihi id accidit quod ancilla (b) tempore beati Petri, quando audita voce ejus, præ gaudio non aperuit ostium sed cum dimittens, primum annunciavit his qui erant domi: tale quid ego quoque passus sum. Cum id autem beatus audisset Episcopus, non fuit victus ab animi affectione, sed perseverabat in precibus. Nos* au-

(b) Act. 12.

PAGIUS dem loco *Cyrilli* positum esse, eo magis quo ipse fateatur, Sanctum *Cyrillum* Hierosolymitanum Episcopum ante annum CCCXC. ad Deum migrasse.

XXVI. *Arcadius ne Marnas consulatur, prohibet.* Porphyrius videns nefaria, quæ quotidie Gazæ fierent ob idololatris, Marcum Byzantinum mittere statuit, ut ipsemet Marcus cap. 4. testatur, ut peteret ab Imperatore dirui templa simulacrorum: *Gaza enim adhuc maxime celebrabatur, quod vocatur Marneium.* Marcus, ubi Constantinopolim pervenit, litteras Porphyrii Sancto Chrysostomo dedit qui eas legit Eutropio cubiculario, & *septem post diebus pronunciatur Edictum Imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, & ne consuleretur amplius.* Verum Hilarii cujusdam, cui Edictum consignatum fuerat, avaritia illud irritum fuit, quia Marnæ simulacrum *fuit latenter consuli.* Hieronymus tamen in Epistola ad Lætam scribit: *Marnas Gazæ luget inclusus*, Nomine *Marnæ* Gazenses ipsummet *Jovem* se se adorare profitebantur: ait enim Marcus 1° *Congregati idololatræ in Marneo, multa sacrificia & preces faciebant, eu de causa; dicebant enim Marnam esse dominum imbrium*, & Jovem in Creta natum colebant, quem Syria voce, Græce tamen inflexa, per antonomasiam *Marnam*, idest, *Dominum hominum* nuncupabant, ejusque nomine Nummos obsignabant, ut videre est apud Em. Card. Norisium loco laudato.

Ad hunc annum transferenda quæ superiori anno de *Rufini* discessu in Patriam dixi, sicuti & de ejus interpretatione librorum Periarchon, ac de Sancti Nicetæ Nolam adventu.

autem cum intellexissemus ejus firmitatem atque constantiam, cum mittentes, recessimus ego & pius Cornelius diaconus; assidebat enim mecum beato Barochæ. Postquam autem implevit preces, & omnem consequentiam sanctissimus Episcopus, ipse quoque nobiscum sedens interrogavit pium Barocham, quemadmodum id esset passus ab eo: ipse vero narravit nobis omnia. Dum nos autem consultaremus quid esset faciendum, fit mane. Et ecce defensor populi cum Irenarchis, & duobus primoribus Timotheo & Epiphanio, & aliis multis venientes, incipiunt clamare, & tumultuare dicentes: Cur intulistis mortuum in Civitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Putarant enim Barocham illatum fuisse mortuum. Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum Episcopum. Nos vero cum tumultum audivissemus, egressi sumus: & cum nos vidissent, cœperunt me verberare, & pium Cornelium diaconum. Cum autem eos qui erant ex populo vocassemus in testimonium, sanctissimus Episcopus os nobis obstruebat, unumquemque rogans & admonens ne irascerentur tam inconsiderate. Illi vero impii, quo magis rogabantur, eo magis furebant, & virum sanctum afficiebant contumelia.

Gentiles irruunt in Porphyrium.

CVI. At plane mirandum post hæc accidit, cum pro defensione suorum Deus armavit infirmiorem, nempe Barocham, quem paucas ante horas pene extinctum deploraranr: etenim ex his quæ præcesserunt, & subsecuta sunt, ea omnia divino adscribenda miraculo, nemo negarit. Quid autem id fuerit, accipe:

Barochas quid in Gentiles.

Cum igitur impii pergerent tumultuari, confirmatur & roboratur pius Barochas, & impletur divino zelo; surgitque, & arripit fustem, & incipit verberare eos qui in eum incidebant. Tantus vero illos invasit metus, ut inciperent cadere unus super alium, fugientes: eosque est persecutus usque ad id quod tunc erat Marnaum: reverteturque cum magna victoria novus noster Sampson, stratis mille alienigenis. Ab illo ergo tempore ipsum timebant Idololatræ, & nec ejus quidem nomen audire poterant. At hic majus illud consideratur miraculum, quomodo non in eum magistratus etiam in fugam convertentem universa civitas insurrexerit: ut plane nihil sit quod dici possit, nisi illud occinere (*a*): *Tunc obriguerunt omnes habitatores Canaan, robustos Moab obtinuit tremor*: visum est enim illis, mortuum adversus ipsos pugnare, atque plusquam humanis viribus armasse dexteram: sibi vero consultius esse putarunt fugere, quam luctari cum larvis. Porphyrius igitur contemplatus rem tantam divini Spiritus robore perpetratam, memor Phineem (*b*) una cum ejus posteris a Deo ob zelum mercedem perpetui sacerdotii consecutum, ipsum Barocham ad ordinem diaconatus provexit, ordinato cum eo simul & Marco hujus scriptionis auctore, qui hæc de his subdit: *Brevi autem post tempore dignati sumus ordine diaconatus ego & prius Barochas: ego quidem plane indignus qui eum assequerer, ille vero meritissimo jure id assecutus.*

(*a*) Exod. 15.

(*b*) Num. 25.

CVII. Hæc quidem omnia præcesserunt legationem, cum S. Porphyrius venturis quoque malis, ne evenirent, solicite prospectutus, eumdem Marcum diaconum ad Imperatorem Constantinopolim legat. Sed præstat audire ipsum hæc omnia exactissime describentem: *Videns* (inquit) *sanctus Pater noster Porphyrius nefaria quæ quotidie fiebant ab Idololatris, statuit me mittere Byzantium ut peterem ab Imperatoribus, ut diruerentur templa simulacrorum: Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur quod vocatur Marnaum. Et scriptis litteris ad Episcopum Constantinopolitanum (cujus laus & gloria memoratur ab omnibus) navigavimus, & spatio viginti dierum eo pervenimus: & redditis litteris beato Joanni, ore eum omnia docui. Cum primum autem audivisset, id significavit Eutropio cubiculario, qui tunc erat assiduus apud Imperatorem Arcadium. Cumque ei legisset epistolas beati Episcopi, & petiisset ab eo ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promissis, exiit, & dixit mihi: Quieto animo esto, o fili: spero enim in Dominum Christum, quod suam, sicuti solet, sit facturus misericordiam. Ego vero non cessabam quotidie eumdem admonere Joannem. Ille autem mittebat, & instabat Eutropio.*

Legatio Marco decernitur.

CVIII. *Septem vero post diebus pronunciatur edictum Imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, & ne consulerentur amplius. Traditur autem hoc jussum in manus cujusdam Hilarii hominis Coadjutoris Magistri Officiorum. Ego vero tribus post diebus egressus sum Byzantio, & spatio decem dierum pervenio in civitatem Gazæorum, septem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem.*

Arcadius Imp. rescribit adversus Idola.

CIX. *Postquam vero ei tradidi responsum beatissimi Joannis Episcopi Constantinopolitani, & id legit: lætitia affectus convaluit a febre. Dicebat autem se in morbum incidisse ex multa afflictione Idololatrarum. Septem vero post diebus venit dictus Hilarius habens duos Commentarienses Consulatus, & multos adjutores ex Azoto & Ascalone, & omnes ministros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, & accepta ab eis satisdatione, ostendit eis divinis edictum, quod jubebat ut clauderentur idolorum templa Gazæ civi-*

Hilarii avaritia irritum reddit edictum Principis.

civitatis; & eversis omnibus quæ erant in eis simulacris, ea clausit: Marnæ vero simulacrum fuvit latenter consuli, pro eo plurimis acceptis pecuniis. Rursum autem faciebant ut solebant Idololatræ nefaria. Hic finis Marci legationis, pia Imperatoris mente effectum; qui quærebatur, optimum consecutæ, sed ministri avaritia omnino frustratæ. Quomodo autem, Christianos iterum lacessentibus Ethnicis, ipse Porphyrius post annos tres contulit se ad Imperatorem pro demolitione Marnæi delubri, suo loco dicturi sumus. Quod vero spectat ad S. Joannis Chrysostomi officium adversus idololatriam Gazensium impensum; plurimum ipsum laborasse, ut & in Phœnicia eam extirpares, suo loco dicemus.

CX. Gentiles Christi virtute conversi ad fidem.

Cæterum quantumlibet cupiditate Hilarii cassa prorsus reddita fuerit Marci legatio: haud tamen Dei virtus evacuari potuit, quin de conversione Gentilium trophæa sepe referret. Nam subdit ibidem Marcus diaconus de Ælia nobilissima femina pariente, quæ cum fœtum non posset emittere, nec ulla medicorum arte vel deorum Gentilium ope juvaretur, per nutricem Fidelem, a Porphyrio accepta potestate eam curandi, liberata est: *Cum ei* (inquit) *nutrix voce magna coram omnibus ait: Dicit magnus sacerdos Porphyrius: Jesus Christus filius Dei vivi te sanat. Crede in eum, & vives. Statim mulier, cum valde ejulasset, edidit fœtum vivum. Omnes autem qui illic sunt inventi, obstupefacti, exclamaverunt: Magnus est Deus Christianorum: magnus est sacerdos Porphyrius. Die autem sequenti parentes mulieris, & maritus, & cognati, & omnes necessarii euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad ejus pedes, petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset, & fecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis, ut vacarent sanctæ Ecclesiæ: & paulo post cum omnes catechesi instituisset, baptizavit eos, necnon etiam infantem cum muliere; vocavit autem nomen ejus Porphyrium. Qui vero fuerant illuminati propter occasionem mulieris, erant numero sexagintaquatuor.* Sicque hoc modo tum Christus de Ethnicis triumphavit hoc ipso anno; post triennium vero demolitione Marnæi perfectam fuit victoriam consecutus: quomodo autem id acciderit, suo loco dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS	ANASTASII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
399.	2.	5.

I. ANno, qui sequitur Christi trecentesimo nonagesimonono, Consulatus Manlii Theodori & Flavii Eutropii eunuchi nomen dedit. Verum alterum Consulum tantum nempe Theodorum, expuncto Eutropio, vetera retinent monumenta.

De Manlio Theodoro Consule.

Sed ad limen anni hujus paululum confidens remoretur oratio, antequam ulteriora scrutetur. Quod enim ad Theodorum, cognomento Manlium, spectat: Christianus hic erat, & adeo eruditus, ut eloquentia inter omnes ejus ætatis celebres oratores eniteret facile princeps. Quantum autem huic S. Augustinus tribuerit, & sibi eum prætulerit, ipsum audi (a): *His* (inquit) *temporibus* (*ut omittam cæteros*) *vir & ingenio, & eloquentia, & ipsis insignibus muneribus fortunæ, &, quod ante omnia est, mente præstantissimus Theodorus, quem bene ipse nosti* (matrem enim suam alloquitur) *id agit, ut & nunc, & apud posteros nullum genus hominum de litteris nostrorum temporum jure conqueratur. Mei autem libri, si quorum forte manus tetigerunt, lectoque meo nomine, non dixerint, iste quis est? codicemque projecerint: sed vel curiosi, vel nimium studiosi, contempta vilitate liminis, intrare perrexerint, me tecum philosophantem non moleste ferent.*

(a) *Aug. de ordin. l. 1. c. 11.*

Hæc Augustinus, qui ad hunc ipsum Theodorum, apud Mediolanum ruri dum ageret, librum scripsit de Beata vita, de quo in Retractationum commentatio (b), dum ejusdem Theodori meminit: *Displicet autem illic* (inquit) *quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quamvis docto & Christiano viro, plus tribui quam deberem.* Qui & alibi (c) ejusdem meminit Consulatus.

(b) *Aug. retract. l. 1. c. 2.*

(c) *Aug. de Civit. Dei l. 18. c. ult.*

II. Sed & Claudianus (d), quamvis Ethnicus, cum tamen Panegyrim de ejusdem Theodori Consulatu cecinit, dum hominem ea diversorum magistratuum functione commendat, celebratque virum omnibus scientiis eruditum & eloquentissimum omnium; virtutem ejus animi præ cæteris extulit; a cujus præconio auspicatus carmen, ita præcinit:

(d) *Claud. de Consul. Theod.*

Laudes Manlii Theodori.

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque late
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi.

Et post multa de eodem virtutis merito ab Honorio in ordinarium Consulatum evecto, deque Honorio Imperatore, qui eum creavit Consulem, hæc addit:

Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno,

De-

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Æræ Hispan. CCCC. XXXVII. A.C. 399.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5892.

☉ 16. B. ☽ 2. F. 10. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 399.

ANASTASII PAPÆ 2.

ARCADII IMP. 17. ET 5.

HONORII IMP. 7. ET 5.

I. [1] COss. *Fl. Mallius Theodorus*, Occident. & *Eutropius*, Orient. Prior tam a Baronio quam a Patribus Benedictinis in editione Operum Sancti Augustini Mallii amici, ubi non semel memoratur, ut videre est in locis a Baronio laudatis; perperam vocatur *Manlius*, in Fastis Idatianis *Manlius*, & ab aliquibus antiquis Fastorum conditoribus nomen ejus etiam corruptum. Sed eum *Fl. Mallium Theodorum* nuncupatum fuisse demonstrant tam Onuphrius, quam Rubenius in dissert. de Vita Fl. Mallii Theodori Quæstoris S. Palatii, Comitis sacrarum largitionum, ac Præfecti Prætorio Galliarum, Italiæ & Africæ, quam Grævius Vir in antiquitate versatissimus nuper Ultrajecti publicavit. Contentus ero hic referre verba celebris inscriptionis a Grutero pag. 399. recitatæ:

Coss. & Quinquennalia utriusque Imp.

DEDICATA. V. EIDUS NOVEMBRIS COS.
FL. MALLIO THEODORO. V. C.

Quia

NOTÆ [1] COss. *Fl. Mallius Theodorus, & Eutropius.* Lapis sepulcralis Romæ in Basilica S. Martini in montibus, inter Donianas inscriptiones Cl. XX. n. 4. pag. 532.

DEPOSITUS IN PACE...RIL. FL.
THEODORO. V. C. CONS.

Gruterus pag. CXCII. 12.

DEDICATA. V. IDUS. NOVEMB
CONS. FL. MALLIO. THEODORO. V. C.

Socrates lib. VI. cap. V. *Entropio tunc consulatum gerenti, ob facinora quædam Imperator caput præcidi jussit. Nomen quoque ejus ex Fastis consularibus erasum est, & solum Theodori collega ejus relictum.* Consule Rubenium in vita Mallii Theodori. Fasti Idatii: *Manlio & Theodoro* V. C. pro *Manlio Theodoro*. Marcellinus Comes: *Theodoro, & Eutropio eunucho.* Prosper: *Mallio Theodoro.* Ita & Paschalis laterculus in fine Gennadii.

Depofuitque fuas, te fuccedente, curules.
Crefcite virtutes, fœcundaque floreat ætas.
Ingeniis pateat campus: certufque merenti
Stet favor: ornatur propriis induftria donis.
Surgite fopita, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiæ, &c.

III. Scripta Theodori.

Fuiffe autem Theodori lucubrationes exculcifſimas, idem Claudianus affirmat, & inter alia de Genefi & partibus animæ; de quibus ipfius lucubrationibus idem ipfe paulo fuperius;

Vel quis non fitiens fermonis mella politi,
Deferat Orphæos blanda teftudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem, aut partes animæ, per fingula talem
Cernimus, & fimiles agnofcit pagina mores.

Hæc & alia plurima de ipfo Claudianus, ad quem lectorem rejicimus. Tali rantoque Manlia prifca gens, Chrifto conjuncta, illuftrata crevit honore, eum cum tum noftri, tum exteri in Theodoto plurimum commendarint. Sed dolemus clariffimi viri fcriptorum monumenta effe deperdita. Hactenus vero de altero Confulum Romæ creato.

IV. De Eutropii Confulatu probrofo.

Porro qui in Oriente ab Arcadio Conful collega ereatur Eutropius, quod eunuchus, fervilifque generis, & perditis moribus effet, minime dignus habitus eft ut Latinis Confularibus Faftis adfcriberetur. Ad ipfum enim alludens hæc Claudianus (a):

(a) Claud. de Conful. Theod.

———— Non hic violata curulis,
Turpia non Latios inceftant nomina Faftos.
Fortibus hæc conceffa viris, folifque gerenda
Patribus, & Romæ numquam latura pudorem.

Videas enim in antiquis marmoribus incifis infcriptionibus hunc annum nonnifi Theodori Confulatu fignari, ficut etiam & Honorii Imperatoris refcripta, atque alia vetera monumenta. Sed nec penes Orientales Confulatus ejus memoria reliqua fuit: nam eo damnato, ipfius quoque e Faftis expunctum eft nomen, ut idem Claudianus (b), necnon Socrates atque Sozomenus affirmant, relictum tradentes nomen tantum Manlii Theodori. Cæterum claudicans altero pede annus, felicior tamen ope divina cucurrit.

(b) Claud. in Eutrop. l. 2.

V.

Certe quidem pro monftro habitum eft, ut eunuchus affuetus gynecæis, fummum attigerit apicem dignitatum, ac tanto præfertim junctus collegæ Conful eligeretur: unde & merito idem Vates (c):

(c) Claud. in Eutrop. l. 1. in prin.

Omnia cefferunt eunucho Confule monftra.
Heu terræ cælique pudor: Trabeata per urbes
Oftentatur anus, titulumque effeminat anni.

Potentia Eutropii

Ante Confulatum autem, cum & pro arbitrio habenas moderaretur Imperii, adeo eminebat Eutropius fummæ potentiæ fplendore corufcus, ut in ipfum potius, quam in Arcadium converfi effent omnium fimul cum oculis animi honorum cupidi. De his enim Suidas (d), poft teciratos improbos eunuchorum mores ex Cyrillo, hæc fubdit: *Sub Eutropio eunucho tutore Arcadii * Imperatoris, genus eunuchorum propter illius auctoritatem & potentiam adeo crevit atque auctum eft, ut nonnulli jam barbati cum eunuchi fieri vellent, & fe Eutropios fore fperarent, vita privati fiat una cum teftibus, etiam Eutropio amiffo. Aureæ ftatuæ ipfi paffim collocabantur, & ædificia extruebantur, & ab eo illuftrabantur fplendidiora tota urbe.* Hæc ipfe.

(d) Suid. verbo εὐνοῦχοι

* Theodofii.

VI.

Quod enim in facris Proverbiis eft (e): Contremifcere terram per fervum cum regnaverit: Ita plane accidit Eutropio eunucho ad turpem ufum fæpius vendito, ac tandem dominium affecuto: fed & divinæ quoque Scripturæ confentientia de eo Claudianus his verfibus (f):

(e) Prov. 30.

(f) Claud. in Eutrop. l. 1.

Afperius nihil eft humili, cum furgit in altum.
Cuncta ferit, dum cuncta timet; defævit in omnes,
Ut fe poffe putet. Nec bellua tetrior ulla eft,
Quam fervi rabies in libera colla furentis, &c.

Eutropius ex imo ad fummum evectus.

PAGIUS

Quia vero *Eutropius* e Faftis erafus fuit, & folius collegæ nomen eifdem adfcriptum, in quibufdam faftorum Auctoribus legitur *Mallius & Theodorus*, & idem Conful nomine atque cognomine quafi in duos divifus, nominatur. *Quinquennalia* Arcadii & Honorii poft mortem Patris imperantium in hunc annum incidunt. Arcadianorum Quinquennalium indicium eft novitas e Sozomeno lib. 8. cap. 7. de Eutropio loquente obfervata: *Hic cum prepofitus effet Imperatoris Cubicularis, primus ac folus ex omnibus, quos aut vidimus, aut auditione accepimus, Confulis ac Patricii nomen adeptus eft.* Superfunt & varia in legibus Cod. Theod. utrorumque folemnium veftigia, ut ftatim clare patebit.

Ad- | A num,

Addita vero potentia cum sævitia, incensa semper ardens in eo fax, totum plane Orientale pessumdedit Imperium. Toleravit tamen omnia ista Deus, quousque profanus sacra non tetigit: cum vero & ad altare miseros confugientes crudelitas & impietas ejus invasit, protinus divinam in se vindictam sensit armatam. At quomodo id acciderit, jam aggredimur enarrare.

VII. Gainas in Arcadium armatur.

Cum Eutropius multa arte quæsitum & industria aucupatum tandem Consulatum adeptus esset; mox infelix nesciens in summo honore summam sibi ignominiam comparavit. Etenim (quod Zosimus & alii testantur) etsi antehac Gainas in Arcadium parum æquo esset animo, quam ob causam tot tumultus per Tribigildum excitarat in Asia: audito autem Eutropium sibi infensissimum hoc anno ad Consulatum usque provectum, majori æstuans ira, furore barbarico debacchatus in Asiam potentia Tribigildi fœdere sibi conjuncti, eo tandem desperationis res Imperii Orientalis adegit, ut coegerit Arcadium Imperatorem, quas ipse vellet pacis conditiones subire. Cum barbarus ferox animo fretus viribus Tribigildi, quem suo moderabatur arbitrio, inter alias pacis conditiones illam licet indignam Imperatore, justam tamen Eutropio, præscripsit Arcadio, nempe ut sibi ille dederetur Eutropius Consul. Zosimus enim rem gestam sic narrat (a):

Quid Gainas in Eutropium.

(a) Zosim. l.5.

VIII. Eutropius confugit ad Ecclesiam.

Postulata vero a Gaine, ab Imperatore scilicet, *hæc continebant, ut malorum omnium auctor Eutropius sibi dederetur, in quem ipse statueret quicquid vellet. His auditis Arcadius, & accersit Eutropium, & abrogata dignitate dimisit. Eutropius cursu ad Christianorum Ecclesiam pergit, quæ ab illo tempore jus asyli consecuta retinet.* Opus habuit confugere ad Ecclesiam, qui haud pridem (ut vidimus anno superiori) jus Ecclesiæ superba licentia violaverat. Aderat tunc temporis ibi Joannes Chrysostomus, qui miserrimum altaris prensantem basim protexit: nec sivit inde a satellitibus abstrahi hominem, nisi apposito ab Imperatore jurejurando, non dandum fore ad necem Gainæ ipsum Eutropium. Acta sunt hæc paulo post Paschatis dies, cum Imperator milites, atque populus communibus votis ac vocibus necem Eutropii conclamassent. Sed cum Imperator audisset ipsum ad Ecclesiam confugisse, religione rapressus, veluti divinitatis quibusdam fulgoribus repercussus, continuit se; immo & furentes adhuc milites, habita oratione, compescuit, ne in Ecclesiam ad necem hominis auderent irrumpere.

IX. Chrysostomus cohibet populum ne insiliat in Eutropium.

Populus tantum, cui patebat Ecclesia, & timebatur, ne odio quo in Eutropium flagrabat, in eum infesto agmine insiliret, ut compesceretur, esse reliquum videbatur. Sed quomodo quis exundantem torrentem aquarum imbribus momento temporis exsiccare, vel retrorsum flectere humanis viribus valuisset? Præstitit id tamen divina virtute Chrysostomus, pollens viribus eloquentiæ: suggestumque conscendens, silentium manu indicens, concionaturus ad populum mira dicendi arte, in eo primum versatus est, ut in Eutropium invectus, eum omnium miserrimum populo ostentaret; ut sic illud, quod conabatur, efficeret, nempe ut eum ad ejus commiserationem inflecteret, ageretque ut pro ejus vita rogaret, qui in ipsius caput inclamans, nuper in Ecclesiam ingressus erat. Porro Socrates, sive alii qui animi Chrysostomi consilium minime perpenderunt, sane impudenter arrogantiæ sancto Episcopo notam inurunt, quasi superbe nimis in miserum humi prostratum Eutropium insultarit. Ut igitur ab hac calumnia tantum vindicemus Antistitem: hic recitanda est ipsa tunc obiter dicta concio; ex qua prudens lector intelliget, quam miro usus est eloquentiæ artificio, ut in Eutropium concitatum populum mitigaret. Quod & egregie præstitit: usque adeo, ut furore deposito, pro miserando Eutropio populus lacrymas etiam funderet, & ne daretur neci, precibus apud Deum atque Regem pariter expeterit. Sed hic ipsam admiratione maxime dignam reddamus orationem, ab exceptoribus tunc, ut se habet, ex more conscriptam: est autem hujusmodi:

X.

Si umquam autem, nunc maxime licet dicere: Vanitas vanitatum, omnia Vanitas.

PAGIUS II. *Eutropius primum in exilium actus, & deinde occisus.*

A num. VII. ad XXVI. Eutropius *die XVI. Kalend. Febr.* omnibus dignitatibus exutus fuit, & in Cyprum insulam relegatus, ut ex lege Cod. Theod. 17. *de pœnis*, ex die data, constat. Non multo post inde abductus, capite mulctatus, ut testes sunt Philostorgius lib. II. cap. 6. Zosimus lib. 5. aliique. At, inquiunt aliqui, Socrates lib. 6. cap. 6. Sozomenus lib. 8. cap. 7. & vetus Scriptor apud Suidam, ajunt eum capite plecti jussum ab Imperatore, & his Zosimus lib. 5. pag. 793. & Philostorgius lib. II. cap. 6. suffragantur, qui ajunt, *Eutropium* in exilium primo in insulam Cyprum missum, & non multo post capite mulctatum. Utrumque enim verum est, & *Eutropius* in Cyprum primo relegatus, vitæque munere donatus; sed postea obtruncatus fuit, sive *Gaina* hoc agente, ut Zosimus scribit, sive aliis multis id petentibus: nam & Claudianus lib. 2. initio in Eutropium, Cyprio exilio tot crimina expiari non posse inculcat.

Oratio Chrysostomi in Eutropium.

tas. Ubi nunc inclytus ille Consulatus splendor? Ubi illustres illi fasces? Ubi applausus illi ac chorea, epulaque & festi conventus? Ubi corona & aulæa? Ubi strepitus urbis, & illæ Circensium spectatorum faustæ acclamationes & adulationes? Omnia illa præterierunt: procella vehemens folia dejecit, arborem spoliatam reddidit, jam radicitus vacillantem: tantaque vis venti impacta est, ut cum nervos ejus universos concusserit, tum ipsum funditus prosternere minetur. Ubi nunc fucati illi amici? Ubi compotationes & cœnæ? Ubi parasitorum examen, & merum per totam diem exhaustum, variaque coquorum artes, & potentatus cultores illic ad gratiam omnia dicere ac facere assueti? Omnia illa nihil nisi nocturnum somnium fuerunt, appetente die, evanescens: flores fuerunt verni: vere exacto, marcuerunt omnia: umbra erant, & præterierunt: fumus erant, & soluta sunt: bullæ erant, & dirupta sunt: aranea erant, & lacerata sunt. Quapropter spirituale hoc dictum occinamus, indesinenter dicentes: Vanitas vanitatum, omnia Vanitas. Hoc enim dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus, in viis, in fenestris, in januis, sed potissimum in uniuscujusque conscientia continenter inscriptum esse oportet, omnique tempore cogitationi obversari: quandoquidem negotia fraudulenta, & personata ac inimica veritatis opinionem apud plerosque sibi paraverunt. Hoc dicto in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quemque proximum suum compellare oportebat, eidemque ab illo vicissim audire, nempe, Quod Vanitas vanitatum, & omnia Vanitas.

XI. Invectiva in Eutropium.

An non assidue tibi dicebam, fugitivas esse divitias? tu vero nos non ferebas. An non dicebam, fugitivi servi eas naturam habere? tu vero credere nolebas. Ecce experientia docuit, quod non solum fugitiva & ingrata, sed homicidæ etiam sunt, ut quæ in metum te nunc conjiciunt. Nonne dicebam tibi, cum me indesinenter objurgares vera monentem, quod ego tibi potius amicus essem, quam adulatores, ego redargutor majorem tui curam gererem, quam qui tibi omnia obsequerentur? Nonne & hoc addebam, fide digniora esse vulnera ab amicis, quam ultro se ingerentia oscula inimicorum? Si mea vulnera tulisses, haudquaquam tibi illorum oscula hoc exitium attulissent: mea enim vulnera sanitatem afferunt; illorum oscula morbum immedicabilem tibi conciliaverunt. Ubi nunc pocillatores tui? Ubi qui in foro populum de via decedere cogebant, tuasque laudes passim apud omnes deprædicabant, transfugerunt, deseruerunt tuam amicitiam, suam securitatem tuis periculis quærunt. At non tales nos: sed & tunc, quamvis ægre ferentem, non destitimus, & nunc collapsum protegimus, & curamus. Ecclesia a te hostiliter habita, expanso sinu te suscipit: Theatra autem magnis obsequiis a te culta, quorum causa sæpius nobis infensus fuisti, & prodiderunt te & perdiderunt. Attamen nunquam destitimus hisce verbis alloqui: Cur ista facis? in Ecclesiam debaccharis, & te ipsum in exitium præcipitem agis? Et tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas: & Circensis quidem multitudo, exhaustis in se tuis facultatibus, gladium in te acuit: Ecclesia vero tuo furore exagitata, ultro citroque cursitat, si quo pacto te ex his casibus implicitum extricare queat.

XII. Excusatio de invectiva in Eutropium facta.

Et hæc nunc dico, non quo prostrato insultem, sed quod eos qui adhuc stant, tutiores reddere cupiam: nec ut plagam vulnerati refricem, sed ut nondum vulneratos in sanitate conservem: non ut jactatum fluctibus demergam, sed ut eos qui secundis auris navigant, erudiam, ne forte cum ipso navigio in profundum deferantur. Quo autem modo caveri possit? nimirum si rerum humanarum mutabilitates consideremus. Si enim iste mutationem timuisset, nunc eam non pateretur. Sed quoniam iste nec domesticis nec alienis consiliis corrigi potuit: vos saltem, qui divitiis extollimini, hujus calamitatem in vestrum profectum convertite. Nihil enim est humanis rebus infirmius: quapropter quocumque nomine earum vilitatem significaveris, minus quam pro rei veritate dixeris; vel si fumum eas, vel fœnum, vel somnium, vel flores vernos, vel quodlibet aliud nominaveris: usque adeo sunt fragiles, & magis nihili quam nihil ipsum. Quod autem non solum nihil sint, sed & ea præcipiti stent, vel hinc apparet.

XIII. Eutropii olim splendor, & præsens calamitas.

Quis hoc homine fuit excelsior? Nonne in toto Orbe divitiis præcellebat? Nonne ad ista fastigia honorum conscendit? Nonne omnes eum formidabant ac verebantur? Sed ecce factus est & vinctis miserior, & servis miserabilior, & mendicis fame tabescentibus indigentior, per singulos dies præ oculis habens gladios in se exacutos, & præcipitia, & carnifices, & viam quæ ad supplicium ducit. Ac neque memoria præteritarum voluptatum fruitur, immo ne luce quidem communi; sed meridie quoque tanquam in densissima nocte, angustiis parietum inclusus, oculorum usu privatur. Et quorsum hæc commemorare attinet; cum quantumvis admitar, nullis verbis exprimere valeam, quis ille animus sit per singulas horas capitis supplicium expectantis? Aut quid nostris verbis opus est, cum ipsius calamitatis imago ob oculos nostros versetur? Nuper namque missis ad eum a Rege qui vel per vim ho-

mi-

minem pertraherent, cum ad sacraria confugisset, buxo pallidior factus, nunc quoque nihilo meliorem quam mortui colorem obtinet. Accedit huc dentium arietatio, tremor totius corporis, vox singultiens, & lingua titubans, in summa talis habitur, qualem oportebat habere animam, quæ jam metu obriguisset.

XIV. Joannes Chrysostomus aperit animi sui consilium.

Hæc dico, non exprobrandi causa, neque insultans ejus infortunio, sed ut animum vestrum molliam, & ad commiserationem pertraham, eoque inducam, ut præsentis hominis pœna sit contentus. Quoniam enim multi sunt e nostris adeo inhumani, ut nos etiam incusent, qui eum suscepimus: illorum duritiam nostris sermonibus mollire volens, miserias istius traduco. Quid enim est, quæso, dilecte, quod indigne fers? Dices: Quia in Ecclesiam confugit, qui eam indesinenter oppugnabat. Atqui hoc potissimum nomine glorificandus erat Deus, quod permisit eum in tanta constitui necessitate, ut & potentiam Ecclesiæ, & clementiam disceret: potentiam eo quod in tantam inciderit mutationem ob simultatem, quam cum illa habebat: clementiam vero, quod infestatorem suum objecto nunc scuto protegat, & alarum obtenta tueatur, præteritarumque injuriarum oblita, sinus ei amantissime pandat.

Hostis humiliatio Ecclesiæ triumphus est.

Hoc enim quovis trophæo splendidius, quavis victoria illustrius: hoc Ethnicos, hoc Judæos pudefacit: hoc placiditatem vultus ejus ostentat, quod hosti captivo parcat, & ab omnibus desertum ac contemptum, ut amantissima mater suis velamentis occultet, Regis simul iræ & intolerabili populi furori ac odio se opponens: hoc ipsum est eximium altaris ornamentum.

XV.

Dices: Hoccine ornamentum, hominem scelestum, avarum, rapacem altaria contingere? Cave talia dixeris: quandoquidem & meretrix pedes ipsius Christi contigit, incesta illa & impurata: nec tamen hoc in crimen Domino Jesu cessit, sed in laudem magnam & admirationem. Neque enim purum impura offendit; sed scelestam meretricem purus & inculpabilis suo contactu purificavit. Cave injuriarum memineris, o homo. Crucifixi illius servi sumus, dicentis: Dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dices: At præclusit hujus loci refugium legibus scriptis, quibus hoc irritum facere conatus est. At nunc re ipsa didicit, quale sit quod fecit, & suomet facto legem suam primus abrogavit, factus Orbis totius spectaculum; & silens licet, omnes tamen admonet: Nolite hæc facere; ne qualia ego patiamini; sua calamitate alios docet: & altare hos ipso illustrem ex se splendorem emittit, ac venerationem sibi comparat, quod leonem vinctum continent. Quandoquidem & regia effigies non tantum ornatur ex eo contingat, si solio Rex sublimis sedeat purpuratus & diademate redimitus, quantum si sub pedibus quoque regiis barbari manibus post tergu revinctis proni jaceant.

XVI. Frequens populi concursus ad videndum Eutropium.

Et quod non verba modo sint ad persuadendum parata, vosmet festinatione vestra ac concursu attestamini. Etenim præclarum hoc vobis spectaculum, & hilaris conventus contigit: nec minorem nunc video populi frequentiam, quam in proxima sacrata Pascha celebritate. Adeo excitè estis istius silentio, quod in præsentiarum quavis tuba clariorem sonum emittit. Et virgines penetralibus, & mulieres gynæceis, & viri foro vacuo relicto, universi huc concurristis, ut humanam naturam traduci videretis, & sæcularium negotiorum momentaneam mutabilitatem detegi, illamque in Republica versantium speciem, heri ac nudius tertius præclarissime splendentem. Talis enim est ex alienis injuriis felicitas quavis anicula rugosa deformior demonstrata, mutatione Reipublicæ, ac si spongia, eius tectoria fucosque abolente. Tanta nempe est hujus infortunii vis, quæ virum felicem conspicuumque nunc omnium abjectissimum reddidit.

XVII. Magnum rerum inconstantiæ exemplum.

Introeat dives aliquis, & magnam utilitatem percipiet: videns enim a tam excelso fastigio delapsum eum qui totum Orbem nutu concutiebat, ac formidine contractum, quavis rana aut lepore timidiorem, & absque vinculis columnæ huic hærentem, & vice catenæ timore affixum trementemque; deprimet fastum suum; & consideratis quæ in humanis casibus consideranda sunt, discedet re ipsa doctus, quæ verba scripturæ nos docent: quale est illud (a): Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni: aruit fœnum, & flos ejus decidit. Item illud: (b) Sicut fœnum cito arescent, & sicut olera virentium cito decident: quoniam sicut fumus dies eorum sunt: & reliqua similia. Contra pauper introgressus, & spectaculum hoc animadvertens non displicet sibi ipse, neque sortem suam deplorat; sed gratias insuper paupertati habet, quæ sibi & asyli vice sit tutissimi, & portus tranquillissimi, & arcis munitissimæ: & his visis, si detur optio mallet præsenti conditione contentus esse, quam omnium facultatibus paulisper occupatis, mox in proprii sanguinis periculum venire. Vides quod non parva utilitas divitibus, & pauperibus, celsis & humilibus, servis, & ingenuis ex hoc istius refugio enata est? Vides ut cum remedio quisque hinc abit, hujus rei spectaculo affectus suos curaturus?

(a) Isai. 40.

(b) Psal. 91.

XVIII.

Num igitur mollivi vestros animos aut indignationem expuli? Num inhumanitatem extinxi? Num ad commiserationem adduxi? Equidem adduxisse me opinor:

edque

Populus clementior in Eutropium redditus.

idque ex vultibus vestris & lacrymis colligo. Quandoquidem igitur terra cordis vestri in pinguem & fertilem agrum versa est: age jam fructum quoque misericordiæ præferentes, flaventesque commiserationis spicas præferentes procumbamus Regi ad genua, vel potius deprecemur benignissimum Deum ut emolliat iram Regis, & cor illi tenerum dare dignetur, quo hanc gratiam integram ab ipso auferre possimus. Jam enim ex illa die, qua huc confugit iste, non parva est facta mutatio. Postquam enim cognovit Rex eum ad asylum hoc se recepisse, affluente milite, & concitato ob ejus crimina deposcenteque hominem ad supplicium, longam habuit orationem, qua militarem indignationem compesceret, postulans ut non culparum modo, sed etiam recte factorum rationem haberent: ut qui pro illis gratiam deberet; & si quid humanum secus accidisset, ignoscendum duceret. Cum autem illi de integro urgerent ad vindictam læsi Regis, clamantes, exilientes, ad mortem deposcentes, hastas vibrantes; tum vero ne a lacrymis quidem clementissimis suis oculis temperans, & sacrosanctæ mensæ, ad quam perfugerat, religionem illis inculcans, ægre tandem iram eorum sedavit.

XIX. Exhortatio ad interveniendum pro Eutropio.

Admovedmus igitur nos quoque, quæ a nobis adhiberi par est. Qua enim ipsi venia digni essetis, si Rege propriam injuriam condonante & oblito, vos nihil tale passi in ira obstinate pergatis? Aut quomodo hoc cœtu soluto, sacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare jubemur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si a debitore vestro pœnas exigatis? Injuriis vos forte magnis affecit ac contumeliis? ne nos quidem istud inficias ibimus. Sed non tribunalis est præsens tempus, sed misericordiæ potius; non repetundarum, sed clementiæ; non examinationis, sed condonationis; non suffragiorum ac calculorum, sed miserationis & gratiæ. Ne igitur quis vestrum accendatur, neve ægre ferat; sed potius mitissimum Deum deprecemur, ut reo vitam proroget, eumque ex impendente cæde eripiat, ut ipse errata sua corrigat: & communi opera interpellemus clementissimum Regem pro Ecclesia, & altari, unum hominem sacrosanctæ mensæ donari obsecrantes. Quod si fecerimus; & Regi gratum faciemus; & Deus, vel magis quam Rex factum nostrum approbabit, magnamque nobis hujus humanitatis mercedem retribuet: sicut enim crudelem & inhumanum aversatur & odit; ita misericordem, & humanum amplectitur & amat; eique sive justus sit, splendidiores plectit coronas; sive peccator, peccata ejus dissimulat, commiserationis erga conservum talionem illi retribuens. Misericordiam volo (inquit a) & non sacrificium; & per universam Scripturam vides eam semper hoc requirere, atque hanc peccatorum medelam adhibere. Proinde nos quoque ad hunc modum illum propitiemus. Sic enim peccata nostra redimemus: sic Ecclesiam ornabimus, sic & Regem clementissimum (ut dixi) demerebimur: ita fiet ut universus populus nobis applaudat, & usque ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ nostræ rumor celebretur, mercedemque sinne ubique terrarum laudem nostri facti recepturi. Ut igitur talibus bonis frui contingat, accidamus ad genua, obtestemur, deprecemur, eripiamus a periculis captivum, profugum, supplicem: ut & ipsi futura bona consequamur, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo patri gloria simul & Spiritui sancto in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Matt. 9.

XX. Liberatus a morte Eutropius.

Cum hæc autem in hunc modum S. Episcopus magna dicendi efficacia perorasset, populumque in Eutropium exasperatum non mitigasset tantum, sed pro eo supplicem apud Deum & Imperatorem reddidisset: illud plane admiratione dignum effectum est, ut Ecclesiæ immunitate integra illibataque conservata, Joannes Chrysostomus obtinuerit tandem, ut Eutropii capiti parceretur, in quod jam post Gainam, & rebellem exercitum Imperator primum, mox milites, inde populus ardentissimis studiis conclamassent. Qui igitur omnium studiis atque vocibus petebatur ad necem; permissus vivere, exilii pœna mulctatur, relegandus in insulam Cypri. Sed nec a S. Antistite sic deditur Eutropius Imperatori, nisi juramento magistratus exhibito vita illi secura reddita esset; quod tamen postea barbari ducis sui voluntate delusum. Nam Zosimus (b): *Urgente* (inquit) *Gaina, & ad cædem ejus Arcadium impellente; qui Principis negotia tractabant, jusjurandum Eutropio præstitum cum extraheretur ex Ecclesia, per cavillationem eludentes, eum e Cypro revocant, quasi qui jurassent, non se morte mulctaturos ipsum quamdiu Constantinopoli foret, Chalcedonem missum interficiunt.* Ista Zosimus. Deportatum illum quidem fuisse in Cyprum, etiam Claudianus (c) affirmat: securi vero percussum, Socrates (d), atque Sozomenus (e).

(b) Zosim. l.5.

(c) Claud. in præf. l.2. in Eutrop.

(d) Socr. l.6. c.5.

(e) Sozom. l.8. c.7.

XXI. Expunctum e fastis nomen Eutropii.

Simulque tradunt, tunc abrasum Eutropii Consulis nomen e Fastis; quod evenit, cum damnatus est exilio, ut cecinit Claudianus his versibus:

Scindere nunc alia meditatur ligna securi,
Fascibus & tandem vapulat ipse suis.
Illicitas Consul pœnas, se Consule, solvit:

Annus qui trabeas, hic dedit exilium.
Infaustum populis in se quoque vertitur omen:
Sævit in auctorem prodigiosus honor.
Ablato penitus respirant nomine Fasti,
Maturamque luem sentit aula vomit.

XXII. Quod vero Joannes Chrysostomus ea oratione testetur, milites in Eutropium concitatos esse ob offensam Imperatoris, nihilque de Gainæ petitione, pactisque conventis cum Arcadio meminerit: hic reddenda est causa, quam quidem infensum reddidisse Eutropium ipsi Imperatori, Nicephorus (*a*) affert his verbis, incipiens ab injuria in Eudoxiam Augustam ab eo illata: *Super alia enim convitia, & illud minabundus adjecit, breve fore, ut ex Imperiali aula abductam, ipse domum remittat. Illa autem vehementi fervens ira, filiolam utramque* (nempe Pulcheriam, & Arcadiam) *in utrisque ulnis ferens, ad virum accessit, queritans atque lamentans: liberos etiam commiserationis gratia prætendens, prolixe collacrymavit: alia insuper fecit, quæ mulierem indignatione flagrantem, & virum ad condolentiam pertrahere volentem, facere par est. Atque Arcadius conjugem & liberos miseratus, ad iram ipse quoque accensus est, ardentique iracundia & verborum potissimum gravitate Imperatorem verum se præstitit. Proinde Eutropium dignitate omni & opibus cunctis spoliatum in Cyprum insulam exulatum misit. Brevi vero post, quod eo tempore, cum Consulatum iniit, ornamentis præter dignitatem usus esset, quæ soli Imperatori gestare liceret, accusatus, atque inde abductus, & apud Pantychium, ubi judicum concilium consederat, Aureliano Præfecto, aliisque illustribus viris causam ejus cognoscentibus, gravium criminum reus pertractus, capitis supplicium subiit. Res Eutropii ita se habuere.* Hactenus Nicephorus.

(*a*) Niceph. l. 13. c. 4.

Nova causa iræ Imp. in Eutropium.

XXIII. Eutropius Ethnicus fuit. Sed nec tacendum de Eutropio, quod magni momenti est scisse (ne quid excidat) fuisse ipsum Ethnicum, a religione Christiana penitus abhorrentem: unde ex his amplius habes, quo efferas Christi præconia, dum Christianorum & Ecclesiæ hostem, ut necem effugeret, ad Christi altare profugum compulit, invitum licet, confiteri vel facto saltem Christi potentiam. Quod enim Gentilis fuerit Eutropius (licet id alii dicere prætermiserint) auctor est S. Prosper, qui res gestas sui temporis scripsit: de ipso enim post Symmachum æque Ethnicum hæc ait (*b*): *Eutropius quoque præpotens plurimum, anima & mente Paganus, cum in contumeliam Ecclesiæ edictum obreptitie ab Arcadio Christiano Imp. surriperet, ut si quis ad eam confugeret, etiam ab altari sublatus, pœnas lueret ampliores; divino judicio suæ sententiæ prior propinotus est: offensam quippe prædicti Regis incurrens, ad ejus refugium, quam oderat, convolavit. Quem sancta mater pietatis gremio suo suscepit inimicum; cui per venerabilem sacerdotem Joannem impetrans veniam, osori & superbo vitam contulit & salutem: ejus exemplo cunctos admonens inimicos, vonum esse eis contra* (*c*) *stimulum calcitrare.* Hæc Prosper.

(*b*) Prosper. de prædict. & par. 3. c. 38.

(*c*) Act. 24.

XXIV. Imp. sententia in Eutropium. Ad postremum autem recitanda hic nobis est sententia exilii in Eutropium ab Arcadio lata, publicisque locis affixa: retinent adhuc eam indelebili memoria tabulæ Theodosianæ (*d*) ita descriptam:

(*d*) l. 17. de pœnis Cod. Theod.

*Arcadius, & Honorius AA. Aureliano Præfecto Prætorio. Omnes res Eutropii, qui quondam Præpositus sacri cubiculi fuit, Ærarii nostri calculis adjunximus, erepto splendore ejus, & Consulatu a tetra illuvie, & commemoratione nominis ejus & cænosis sordibus vindicato: ut ejusdem universis actibus antiquatis, omnia mutescant tempora, nec ejus enumeratione sæculi nostri labes appareat, nec ingemiscat, aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant, vel qui eosdem servandi juris æquitate custodiunt: quod devinum præmium Consulatus lutulentum prodigium contagione fœdavit. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus spoliatum se esse cognoscat, quos morum polluit sævitate. Omnes statuas, omnia simulacra, tam ex ære quam ex marmore, seu ex fucis *, quam ex quacumque materia quæ apta est effingendis ab omnibus Civitatibus, oppidis, locisque privatis ac publicis præcipimus aboleri, ne tamquam nota nostri sæculi obtutus polluat intuentium. Adhibitis itaque fidis custodibus, ad Cyprum insulam per-*

* fusio.

PAGIUS III. *Eutropius mense Januario in exilium relegatus.* Baronius num. XXIV. existimat, prope Paschale tempus *Eutropii* confugium ad Ecclesiam contigisse, & errorem irrepsisse in subscriptionem præfatæ Legis *de pœnis*; qua in re consentientem habet Gothofredum in ejus Commentario, quod divus Chrysostomus in fine Orat. de Eutropio, agat de indulgentiæ & veniæ tempore, procul dubio, inquit Gothofredus, antepaschalem Quadragesimæ indulgentiam indicans. Verum neque in Paschate, quod credidit Baronius, habita ea oratio, neque memoratæ Legis subscriptio mendosa. Chrysostomus enim ait: *Numquid non clarior nobis & celebrior hodie conventus est? Nihil minus esse video in multitudine, quam si sanctus Pascha dies ageretur. Quis istas huc hodie innumeras multitudines congregavit?* Non itaque in Paschate ea oratio dicta, sed quando Eutropius in exilium missus est; qua occasione Chrysostomus coram magno populi conventu peroravit. Cum vero Chrysostomus dicit-

perducuntur, in qua tuam sublimitas relegatum esse cognoscat, ut ibidem pervigili cura vallatus, nequeat suorum cogitationum rabie cuncta miscere. Dat. XVI. Kal. Febr. Constantinop. Theodoro V. C. Consule. Sed quod ad diem dati rescripti pertinet, plane error irrepsit, cum ex S. Joannis Chrysostomi homilia in Eutropium superius recitata appareat prope Paschale tempus confugium Eutropii in Ecclesiam contigisse.

XXV.

Sed animadversione dignum existimo, extare aliam ejusdem Joannis Chrysostomi homiliam (a) in verba illa Psalmi quadragesimiquarti: *Astitit Regina a dextris tuis*, &c. cui præfixa est inscriptio, qua significatur eam habitam, cum Eutropius extra Ecclesiam deprehensus est. Verum alium ab Eutropii casum ibi existimo esse descriptum: multa enim ibi sunt, quæ ei aptari minime posse videntur: ut quod in primis ibi dicitur, eum deserentem Ecclesiam captum esse, qui intus tutus agebat, quod quidem de Eutropio nequaquam dici posse videbatur: sunt enim hæc ibi verba Chrysostomi: *Ne mihi dicas, quia qui proditus est, proditione Ecclesiæ est abreptus. Nisi deseruisset Ecclesiam, non esset proditus. Ne dixeris: Quia eo confugit, proditus est. Non deseruit eum Ecclesia, sed ipse Ecclesiam: non in intimis Ecclesia est proditus, sed extra Ecclesiam; quoniam se subduxit ab Ecclesia.* Sed, & quæ subduntur inferius, his temporibus minime convenire posse videntur, cum ait: *Cum milites cogerentur, ac distringerentur enses; cum Civitas flamma furoris esset accensa; cum Imperiale diadema nullis jam viribus polleret, simul & vulgi conviciis pateret purpura; cum plena insaniæ essent omnia: quo in loco conditæ erant divitiæ? &c.* Vides ex his in ipsum Imperatorem commotas turbas, & populi concitatum esse furorem: quæ quidem in causa Eutropii facta minime reperiuntur. Rursum vero, quod post nonnulla ista adjiciat: *Quot & quanta mutationes contigerunt ex quo civitati huic præsui?* Ex his plane intelligas haud hoc tempore eam esse habitam concionem, quo vix annum sedis ipsius Chrysostomi numerari contingat; cum interea nihil prorsus mutationis, quam quod de Eutropio est enarratum, Constantinopoli evenisse, quisquam valeat ex scriptis historiis demonstrare. Quod si hæc tamen omnia rebus Eutropii (ut se habet inscriptio) aliquis omnino existimaverit assuenda: tunc, quæ a nullo alio auctore ea in causa scripta esse reperiuntur, multa componat compingatque simul necesse est, fingatque pariter, ut eadem quoquo modo sibi cohæreant. Sed de rebus Eutropii hactenus.

(a) Chrys. in Psal. 44.

Nova actio similis Eutropii causæ.

XXVI. Gainæ recrudescit sævitia.

At quid post hæc Gainas perfidus barbarus? haud quod pollicitus videbatur, Arcadio se subjicit Imperatori, hostiliaque arma deponit: sed insolentior factus, fretus copiis Tribigildi, Chalcedonem veniens, juratæ pacis nullam ducens penitus rationem, contumelioso animo imperare aggreditur Imperatori: *Postulabat enim* (inquit Zosimus b) *ut Princeps ipse eum conveniret: nec enim se cum alio quoquam, præter hunc, allocuturum dicebat.* Ita quidem novas meditatur cædes. Neque enim exaturatus barbaricus animus miserando Consulis casu, qui ceteris Eutropii hostibus lacrymas quoque elicuisset invitis: aliorum insuper, qui primarios gererent magistratus, nempe Aureliani Præfecti Prætorio, & Saturnini viri clarissimi, fera Gothica sanguinem sitiebat. Jamque & conceperat animo, Gentilibus suis, quibus ecclesia (ut ait Sanctus Hieronymus c) esse soleret in tentoriis, templum aperire Constantinopoli. Sed ignorabat infelix, negotium sibi futurum cum robustissimo omnium duce, concertaturumque se cum ejus urbis Antistite, infracti pectoris sacerdote, a Deo (d) dato populo illi in civitatem munitam atque columnam ferream, ac murum æreum, Deique promissionibus solidius confirmato. Sed quod nobis suo quæque, ex instituto, reddenda sunt anno, hæcque testificatione Zosimi sub Consulatu Aureliani facta esse noscuntur: in sequentem annum tantæ rei gestæ spectaculum, cupido licet hæc scire, differre cogimur: cum tamen sciamus aliquos cuncta simul admixta, & absque temporum ra-

(b) Zosim. l. 5.

(c) Hier. ep. 7.

(d) Hierem. 5.

PAGIUS

est apud Baronium num. XIX. *Non tribunalis est præsens tempus, sed misericordiæ potius, non repetundarum, sed clementiæ &c.* non respicit ad indulgentiam antepaschalem, ut eum interpretatur Gothofredus, sed ad statum præsentis vitæ in quo inimicis injuriæ condonandæ, non vero vindicandæ, ut verbis immediate præcedentibus manifeste ostendit Chrysostomus: *Injuriis vos forte magnis affecit ac contumeliis?* (sc. Eutropius) *ne nos quidem istud inficias ibimus. Sed non tribunalis est præsens tempus.* Nec urget quod habet Gothofredus ex Claudiano lib. 2. in Eutropium,

Mitior alternum Zephiri jam bruma teporem
Senserat.

Hi enim versus non respiciunt casum *Eutropii*, qui verno tempore contigerit, sed motus in Phrygia a *Tribigildo* excitatos, ut ibidem videre est. Idque ex eo manifeste liquet, quod proxime Claudianus tumultus illos fuse describat, nec de *Eutropii* exilio aut morte ejus sermonem habeat.

IV.

A num. XXVI. ad XXXI. *Gaina*, cui cum Tribigildo, qui adversus Imperatorem rebellabat, clam conveniebat, *pacem cum Principe facit*

tione, sub hoc anno confusa miscere; ut inter alios Marcellinum in Chronico, qui & Arcadium auctum filia nomine Pulcheria præsenti anno, sub eodemque Consulatu, testatur. Sed res gestas a Sancto Joanne Chrysostomo hoc anno Constantinopoli prosequamur.

XXVII. S. Jo. Chrysostomus declamat adversus spectacula.

Ex miserando itaque Eutropii casu (ut vidimus) satis opportunum et suppeditatum est argumentum concionibus insectandi mundi hujus illecebras cunctas, tum potissimum turpia illa populo solita exhiberi spectacula; vimque addidere dicendi facundiæ anni hujus minæ cælestes, nimitum cum lingua ignea, mala portendere cœlum visum est, juxta illud Lucani (a):

— Terris minitantem regna cometen.

De quo Socrates (b): *Tam grave* (inquit) *etiam imminebat periculum civitati, ut cometa maximus a cœlo ad terram usque pervadens (similem vero ante nemo unquam aspexerat) illud ipsum portenderet.* Quod dicemus anno sequenti: eademque de admirando prodigio Sozomenus (c) habet. His accessit ingens aeris siccitas, ut cœlum æreum esse redditum videretur. His (inquam) omnibus rerum accidentibus Chrysostomus bene usus, validius adversus spectacula declamavit, terrorem incutiens, ut inter alia illis verbis (d): *Quotidie contremiscite, ne irascatur Deus, & pereatis de via justa. Vel ipsa signa agnoscite: quia æreum factum est cælum, & terra ferrea. Iracundiam Dei ipsa elementa loquuntur: Filii hominum (e) quousque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem in spectaculis, & quæritis mendacium in histrionibus? Scitote quoniam mirificavit Deus omnem animam non recedentem de Ecclesia*, &c.

(a) Luc. l. 1.
(b) Socr. l. 6. c. 6.
(c) Sozom. l. 8. c. 4.
(d) Chrys. hom. in Ps. 118.
(e) Psal. 4.

XXVIII. Majuma spectaculum sublatum.

At quid tandem effecit prædicans verbum opportune & importune? Illud plane magni momenti opus, ut spectaculum illud obscœnum, Majuma dictum, penitus aboleretur: quod ante sublatum, deinde ante triennium, sic fuerat restitutum, ut quæ turpia essent & inhonesta in eo cessarent, dato tunc his verbis Imperatoris rescripto (f):

Clementiæ nostræ placuit, ut Majumæ provincialibus lætitia redderetur; ita tamen, ut servetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret. Dat. VII. Kalend. Maji, Constantinopoli, Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Coss. Sed ut proclive est ad deteriora humanum genus, ut facilius sit a voluptate penitus abstinere, quam, ea concessa, intra honesti limites contineri: adversus ejusmodi obscœnitates iterum erumpentes fuit Joanni Chrysostomo iterum atque iterum declamandum: quamobrem effecit tandem, ut eædem penitus vetarentur, dato adversus eas ejusmodi ab Arcadio Imperatore rescripto (g):

Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur. Illud vero quod sibi nomen procax licentia vindicavit, Majumam fœdum atque indecorum spectaculum denegamus. Datum VI. Non. Octobris, Constantinopoli, Theodoro V. C. Consule. Ista quidem sanxit Arcadius, haud dubium impulsore Chrysostomo.

(f) l. 1. de Majuma C. Theod.
(g) l. 2. de Majuma C. Theod.

XXXIX. Quale impudicum spectaculum, in quod declamat Chrysost.

Quam autem fœda hæc spectacula fuerint, inde licet capere argumentum, quod Julianus Apostata in Misopogone Antiochenis probro objicit, quod in Majumæ ferias pecuniam effunderent, & a sacrificiorum impensis se penitus continerent. Sed qualia hæc ipsa essent, ex parte saltem assequi licet, nimirum ex iis, quæ idem Joannes Chrysostomus, eadem

PAGIUS

Gaina Imperium Orientale turbat, & Pulcheria nascitur.

sit, ac præstitis ultro citroque sacramentis, per Phrygiam Lydiamque revertitur, inquit Zosimus lib. 5. pag. 174. Verum anno sequenti *Constantinopoli civile bellum commovens, totam urbem igni ferroque turbavit*, inquit Jornandes de Reg. success. cap. 94. & eo anno dicetur. Præsenti vero *Pulcheria* nata est Arcadio, ut habent Marcellinus in Chronico, & Auctor Chronici Alexandrini, qui addit, *eam natam mense Audynæo XIV. Kalend. Februar.* Jam *Cæsario & Attico Coss.* anno scilicet CCCXCVII. susceperat ex Eudoxia *Flacillam*, ut habent iidem Chronographi, idque *mense Dæsio, XV. Kalend. Julias*, inquit Auctor Chronici Alexandrini. Hæc tamen, superstite patre, obiisse videtur; cum Sozomenus lib. 9. cap. 1. Arcadii liberos post ejus excessum recenseat, Flacillæ non meminerit. Hinc nutat Philostorgii fides, qui lib. 11. cap. 6. ait, Eudoxiam *cum duorum tantum liberorum parens esset*, ab Eutropio contumelia affectam: *minatus enim fuerat ei Eutropius*, inquit, *se Palatio eam propediem ejecturum esse, liberos suos ambabus ulnis complexa, sicut erat, ad maritum accessit: & lamentans simul ac liberos prætendens, lacrymarum imbrem profudit. Alia item adjecit, quæ mulieres irata muliebri arte facere solent, quibus mariti animum ad miserationem vehementius moveant. Tum vero Arcadius & miseratione infantium commotus est, qui naturali quodam impulsu una cum matre ejulabant, & ira exarsit*, &c. si tamen vera narrat Philostorgius, Marcellinus & Auctor Chronici Alexandrini anno uno tardius Pulcheriæ natale consignarunt, isque error Marcellino attribuendus erit, ex quo pleraque descripsit Auctor Chronici Alexandrini.

V. Maiuma spectaculum sublatum.

Divus Chrysostomus spectaculum *Maiuma* dictum abolendum curavit. Gothofredus in commentar. leg. 2. Cod. Theod. ubi varia habet de *Maiuma*, observat ejus mentionem non occurrere, nisi ab eo tempore, quo Christiani Imperatores extitere, tantumque ejus retinendæ populis studium fuisse, contra vero tam justas ejus coercendæ, mox & prohibendæ, iisdem Imperatoribus causas visas esse; ut a Constantino Ma-

dem acerrimis invectivis insectando, sic inter alia habet (*a*): *Non metues, non expavesces, dum oculis, quibus illic lectum, qui est in Orchestra, spectas, ubi detestandæ adulterii fabulæ peraguntur, iisdem hanc sacram mensam intueris, ubi tremenda peraguntur mysteria? dum iisdem auribus audis & scortum obscœne loquens, & Prophetam, Apostolumque ad arcana scripturæ introducentem? dum eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam? An non sunt hæc vitæ subversio, conjugiorum corruptelæ, bella, pugnæque & rixæ in domibus? Cum enim spectaculis illis dissolutior, ac mollior, lascíviorque, omnisque pudicitiæ hostis factus, domum redieris, uxoris aspectus minus erit jucundus, qualiscumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatur illa concupiscentia, quam in spectaculis hausisti, & ab illa nova spectatione, quæ te demutavit, captus, sobriam & modestam uxorem, victuque plebejo contentam despicis, contumelia afficis, innumerisque probris operis; non quod quicquam habeas quod in illa culpes; sed quod erubescas confiteri morbum; quod pudet vulnus ostendere, quo in spectaculis sauciatus rediisti domum, &c.* Hæc & alia ad eos, qui impudicarum obscœnitatum spectaculo suos antea commaculassent obtutus, ac postea illotis (ut ajunt) manibus ad sancta pergerent, cum divini sermonis audiendi causa ad Ecclesiam se conferrent: in quos hæc paulo superius: *Quapropter equidem hortor, rogoque ut prius confessione ac pœnitentia, aliisque remediis omnibus sese a peccato ex theatricis spectaculis contracto perpurgent, atque ita divinos audiant sermones.* Hæc ipse, plane insinuans Ecclesiasticam in expiandis peccatorum sordibus disciplinam.

(a) Chrys. hom. de David & Saule.

XXX. Cæterum quod attinet ad ejusmodi spectaculorum fœditatem, habes camdem expressam ab ipso Chrysostomo paulo apertius (quantum tamen puræ concionantis Ecclesiastici linguæ licuit, & castis audientium auribus inferre fas erat) in homilia sexta in Matthæi Evangelium prope finem, quam habuisse cum adhuc esset Antiochiæ, ubi Majumæ impudens vigebat spectaculum, ex sequenti homilia septima ordine posita, ubi de cognominatis ibidem primo discipulis Christianis, discere quidem potes. Sed unde (dices) Majumæ nomen. Refellimus in Notis tum Suidæ, tum aliorum sententiam illam, qua dicunt fuisse Majuma, festum agitari solitum Romæ ad Ostia Tiberina mense Maji, ut inde & Majumæ nomen fuerit consecutum. Nulla quippe ejus nominis festa antiqua Gentilium continent Kalendaria, neque festorum ejus mensis solemnium Romanis ullum erat, in quo aliquid (quod prohibet Imperator) actitaretur fœdum, & indecorum. Inde in eam sententiam pedibus ivimus, ut opinaremur Majumæ spectaculum esse dictum a Civitate maritima Majuma nomine, in littore Palæstino, ubi erat navale Gazæ: constat enim eo in loco coli consuevisse Venerem, cujus simulacrum impudicum adhuc integrum extabat hoc tempore, ut auctor est Marcus diaconus in rebus gestis S. Porphyrii Gazensis Episcopi. Quonam autem modo illud haud post multos annos, dejectum fuerit, suo loco dicturi sumus. Quod igitur adversus ejusmodi obscœna spectacula sæpius videas Chrysostomum inclamasse, inde jure ducimus argumentum, ipsum Arcadio auctorem fuisse dictæ sanciendæ hoc anno legis, qua impurum Majumæ spectaculum penitus tolleretur. At de rebus hoc anno gestis in Oriente, hactenus.

Majumæ spectaculum unde sic dictum.

XXXI. Sed invisamus jam res Occidentalis Ecclesiæ. Quæ ex Origenis Periarchon translatione a Ruffino perperam facta, haud mediocre passa fuerat Romana Ecclesia detrimentum; ad postea missam in Urbem ad Pammachium & Oceanum, eorum precibus elucubratam a S. Hieronymo

Hieronymi translatio Periarchon Origenis.

PAGIUS Magno, quo imperante *Maiumam* celebratam verosimile, ad Arcadium, octies hac parte variatum fuerit, ea modo legibus permissa, modo iisdem vetita. In Syria agitata hæc festivitas, ac nominatim in locis, quæ aquis luxuriabant; cujusmodi sane fuit *Daphne* prope Antiochiam, quæ Syriæ caput erat. Hoc ludicrum Libanius Antiochiæ natus tribus Orationibus describit, & proscribit, licet *Maiumæ* nomine nullibi id designet. Penetravit & ad alias quoque urbes *Maiuma*, quamvis majore licentia in Syria. Nam Theophanes, & ex eo Miscella lib. 23. de Leone II, Constantini filio loquens, ait: *Imperator facta Maiuma in Sophianis, sedit in solio cum filio suo.* Tandem huc pertinere videtur quod divus Chrysostomus Antiochiæ tum degens (ut ipsemet diserte profitetur) Homilia VII. in Matthæum, memorat, & tanquam diabolicum damnat de Euripo & κολυμβήθρα, in Theatro, ubi de loco superiori meretrices spectabantur natantes, & in mediis aquis nudæ natatu ludentes. Festum illud conviviis & spectaculis, iisque *indecoris ac procacis licentia* de more celebrabatur. Censet Baronius, *Maiumam* dictam esse a civitate maritima Maiuma in littore Syriæ Palæstinæ primæ, ubi erat navale urbis Gazæ. De *Maiuma* plura Gothofredus citatus.

VI. A num. XXXI. ad XXXVI. Hoc anno Divus Hieronymus Epistolam *ad Pammachium & Oceanum*, ordine LXV. scripsit, in qua factam a *Rufino* interpretationem librorum Periarchon uti perniciosissimam detestatus est. Brevem etiam Epistolam ordine LXVI. eadem de re ad ipsum *Rufinum* misit, quam Baronius recitat. Statim ac Hieronymi literæ Pammachio redditæ sunt, earum exemplar *Aproniano*, qui in Rufini rem vigilantissime incumbebat, tradidit Pam-

Rufinus adversus Hieronymum duos libros Invectivarum scribit.

tione, sub hoc anno confusa miscere; ut inter alios Marcellinum in Chronico, qui & Arcadium auctum filia nomine Pulcheria præsenti anno, sub eodemque Consulatu, testatur. Sed res gestas a Sancto Joanne Chrysostomo hoc anno Constantinopoli prosequamur.

XXVII. S. Jo. Chrysostomus declamat adversus spectacula.

Ex miserando itaque Eutropii casu (ut vidimus) satis opportunum ei suppeditatum est argumentum concionibus insectandi mundi hujus illecebras cunctas, tum potissimum turpia illa populo solita exhiberi spectacula; vimque addidere dicendi facundiæ anni hujus minæ cælestes, nimirum cum lingua ignea, mala portendere cœlum visum est, juxta illud Lucani (a):

(a) Luc. l. 2.

—— Terris minitantem regna cometen.

De quo Socrates (b): *Tam grave* (inquit) *etiam imminebat periculum civitati, ut cometa maximus a cœlo ad terram usque pervadens (similem vero ante nemo unquam aspexerat) illud ipsum portenderet.* Quod dicemus anno sequenti: eademque de admirando prodigio Sozomenus (c) habet. His accessit ingens aeris siccitas, ut cœlum æreum esse redditum videretur. His (inquam) omnibus rerum accidentibus Chrysostomus bene usus, validius adversus spectacula declamavit, terrorem incutiens, ut inter alia illis verbis (d): *Quotidie contremiscite, ne irascatur Deus, & pereatis de via justa. Vel ipsa signa agnoscite: quia æreum factum est cælum, & terra ferrea. Iracundiam Dei ipsa elementa loquuntur: Filii hominum (e) quousque graves corde? Ut quid diligitis vanitatem in spectaculis, & quæritis mendacium in histrionibus? Scitote quoniam mirificavit Deus omnem animam non recedentem de Ecclesia*, &c.

(b) Socr. l. 6. c. 6.

(c) Sozom. l. 8. c. 4.

(d) Chrys. hom. in Ps. 118.

(e) Psal. 4.

XXVIII. Majuma spectaculum sublatum.

At quid tandem effecit prædicans verbum opportune & importune? Illud plane magni momenti opus, ut spectaculum illud obscœnum, Majuma dictum, penitus aboleretur: quod ante sublatum, deinde ante triennium, sic fuerat restitutum, ut quæ turpia essent & inhonesta in eo cessarent, dato tunc his verbis Imperatoris rescripto (f):

(f) l. 2. de Majuma C. Theod.

Clementiæ nostræ placuit, ut Majuma provincialibus lætitia redderetur; ita tamen, ut servetur honestas, & verecundia castis moribus perseveret. Dat. VII. Kalend. Maji, Constantinopoli, Arcadio quartum & Honorio tertium AA. Coss. Sed ut proclive est ad deteriora humanum genus, ut facilius sit a voluptate penitus abstinere, quam, ea concessa, intra honesti limites contineri: adversus ejusmodi obscœnitates iterum erumpentes fuit Joanni Chrysostomo iterum atque iterum declamandum: quamobrem effecit tandem, ut eædem penitus vetarentur, dato adversus eas ejusmodi ab Arcadio Imperatore rescripto (g):

(g) l. 2. de Majuma C. Theod.

Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur. Illud vero quod sibi nomen procax licentia vindicavit, Majumam fœdum atque indecorum spectaculum denegamus. Datum VI. Non. Octobris, Constantinopoli, Theodoro V. C. Consule. Ista quidem sanxit Arcadius, haud dubium impulsore Chrysostomo.

XXXIX. Quale impudicum spectaculum, in quod declamat Chrysost.

Quam autem fœda hæc spectacula fuerint, inde licet capere argumentum, quod Julianus Apostata in Misopogone Antiochenis probro objicit, quod in Majumæ ferias pecuniam effunderent, & a sacrificiorum impensis se penitus continerent. Sed qualia hæc ipsa essent, ex parte saltem assequi licet, nimirum ex iis, quæ idem Joannes Chrysostomus, eadem

PAGIUS

Gaina Imperium Orientale turbat, & Pulcheria nascitur.

eit, ac præstitis ultro citroque sacramentis, per Phrygiam Lydiamque revertitur, inquit Zosimus lib. 5. pag. 174. Verum anno sequenti *Constantinopoli civile bellum commovens, totam urbem igni ferroque turbavit*, inquit Jornandes de Reg. success. cap. 94. & eo anno dicetur. Præsenti vero *Pulcheria* nata est Arcadio, ut habent Marcellinus in Chronico, & Auctor Chronici Alexandrini, qui addit, eam natam *mense Audynæo XIV. Kalend. Februar.* Jam *Cæsario & Attico Coss.* anno scilicet CCCXCVII. susceperat ex Eudoxia *Flaccillam*, ut habent iidem Chronographi, idque *mense Dæsio, XV. Kalend. Julias*, inquit Auctor Chronici Alexandrini. Hæc tamen, superstite patre, obiisse videtur; cum Sozomenus lib. 9. cap. 1. Arcadii liberos post ejus excessum recensens, Flacillæ non meminerit. Hinc nutat Philostorgii fides, qui lib. 11. cap. 6. ait, Eudoxiam *cum duorum tantum liberorum parens esset*, ab Eutropio contumelia affectam: *minatus enim fuerat et Eutropius*, inquit, *se Palatio eam propediem ejecturum esse, liberos suos ambabus ulnis complexa, sicut erat, ad maritum accessit: & lamentans simul ac liberos prætendens, lacrymarum imbrem profudit. Alia item adjecit, quæ mulieres iratæ muliebri arte facere solent, quibus mariti animum ad miserationem vehementius moveant. Tum vero Arcadius & miseratione infantium commotus est, qui naturali quodam impulsu una cum matre ejulabant, & ira exarsit*, &c. si tamen vera narrat Philostorgius, Marcellinus & Auctor Chronici Alexandrini anno uno tardius Pulcheriæ natale consignarunt, isque error Marcellino attribuendus erit, ex quo pleraque descripsit Auctor Chronici Alexandrini.

V. Majuma spectaculum sublatum.

Divus Chrysostomus spectaculum *Majuma* dictum abolendum curavit. Gothofredus in commentar. leg. 2. Cod. Theod. ubi varia habet de *Majuma*, observat ejus mentionem non occurrere, nisi ab eo tempore, quo Christiani Imperatores extitere, tantumque ejus retinendæ populis studium fuisse, contra vero tam justas ejus coercendæ, mox & prohibendæ, iisdem Imperatoribus causas visas esse; ut a Constantino Ma-

dem acerrimis invectivis insectando, sic inter alia habet (a): *Non metuis, non expavescis, dum oculis, quibus illic lectum, qui est in Orchestra, spectas, ubi detestanda adulterii fabulæ peraguntur, iisdem hanc sacram mensam intueris, ubi tremenda peraguntur mysteria? dum eisdem auribus audis & scortum obscœne loquens, & Prophetam, Apostolumque ad arcana scripturæ introducentem? dum eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam ac tremendam? An non sunt hæc vitæ subversio, conjugiorum corruptelæ, bella, pugnæque & rixæ in domibus? Cum enim spectaculis illis dissolutior, ac mollior, lasciviorque, omnisque pudicitiæ hostis factus, domum redieris, uxoris aspectus minus erit jucundus, qualiscumque etiam illa fuerit. Siquidem inflammatur illa concupiscentia, quam in spectaculis hausisti, & ab illa nova spectatione, quæ te dementavit, captus, sobriam & modestam uxorem, victuque plebejo contentam despicis, contumelia afficis, innumerisque probris operis; non quod quicquam habeas quod in illa culpes; sed quod erubescas confiteri morbum; quod pudet vulnus ostendere, quo in spectaculis sauciatus rediisti domum, &c.* Hæc & alia ad eos, qui impudicarum obscœnitatum spectaculo suos antea commaculassent obtutus, ac postea illotis (ut ajunt) manibus ad sancta pergerent, cum divini sermonis audiendi causa ad Ecclesiam se conferrent: in quos hæc paulo superius: *Quapropter equidem hortor, rogoque ut prius confessione ac pœnitentia, aliisque remediis omnibus sese a peccato ex theatricis spectaculis contracto perpurgent, atque ita divinos audiant sermones.* Hæc ipse, plane insinuans Ecclesiasticam in expiandis peccatorum sordibus disciplinam.

(a) Chrys. hom. de David & Saule.

XXX. Cæterum quod attinet ad ejusmodi spectaculorum fœditatem, habes eamdem expressam ab ipso Chrysostomo paulo apertius (quantum tamen puræ concionantis Ecclesiastici linguæ licuit, & castis audientium auribus inferre fas erat) in homilia sexta in Matthæi Evangelium, prope finem, quam habuisse cum adhuc esset Antiochiæ, ubi Majumæ impudens vigebat spectaculum, ex sequenti homilia septima ordine posita, ubi de cognominatis ibidem primo discipulis Christianis, discere quidem potes. Sed unde (dices) Majumæ nomen. Refellimus in Notis tum Suidæ, tum aliorum sententiam illam, qua dicunt fuisse Majuma, festum agitari solitum Romæ ad Ostia Tiberina mense Maji, ut inde & Majumæ nomen fuerit consecutum. Nulla quippe ejus nominis festa antiqua Gentilium continent Kalendaria, neque festorum ejus mensis solemnium Romanis ullum erat, in quo aliquid (quod prohibet Imperator) actitaretur fœdum, & indecorum. Inde in eam sententiam pedibus ivimus, ut opinaremur Majumæ spectaculum esse dictum a Civitate maritima Majuma nomine, in littore Palæstino, ubi erat navale Gazæ: constat enim eo in loco coli consuevisse Venerem, cujus simulacrum impudicum adhoc integrum extabat hoc tempore, ut auctor est Marcus diaconus in rebus gestis S. Porphyrii Gazensis Episcopi. Quonam autem modo illud haud post multos annos, dejectum fuerit, suo loco dicturi sumus. Quod igitur adversus ejusmodi obscœna spectacula sæpius videas Chrysostomum inclamasse, inde jure ducimus argumentum, ipsum Arcadio auctorem fuisse dictæ sanciendæ hoc anno legis, qua impurum Majumæ spectaculum penitus tolleretur. At de rebus hoc anno gestis in Oriente, hactenus.

Majumæ spectaculum unde sic dictum.

XXXI. Sed invisamus jam res Occidentalis Ecclesiæ. Quæ ex Origenis Periarchon translatione a Ruffino perperam facta, haud mediocre passa fuerat Romana Ecclesia detrimentum; ad postea missam in Urbem ad Pammachium & Oceanum, eorum precibus elucubratam a S. Hieronymo

Hieronymi translatio Periarchon Origenis.

PAGIUS Magno, quo imperante *Maiumam* celebratam verosimile, ad Arcadium, etsi hac parte variatum fuerit, ea modo legibus permissa, modo iisdem vetita. In Syria agitata hæc festivitas, ac nominatim in locis, quæ aquis luxuriabant; cujusmodi sane fuit *Daphne* prope Antiochiam, quæ Syriæ caput erat. Hoc ludicrum Libanius Antiochiæ natus tribus Orationibus describit, & proscribit, licet *Maiuma* nomine nullibi id designet. Penetravit & ad alias quoque urbes *Maiuma*, quamvis majore licentia in Syria. Nam Theophanes, & ex eo Miscella lib. 23. de Leone II. Constantini filio loquens, ait: *Imperator facta Maiuma in Sophianis, sedit in solio cum filio suo.* Tandem huc pertinere videtur quod divus Chrysostomus Antiochiæ tum degens (ut ipsemet diserte profitetur) Homilia VII. in Matthæum, memorat, & tanquam diabolicum damnat de Euripo & *κολυμβήθρα*, in Theatro, ubi de loco superiori meretrices spectabantur natantes, & in mediis aquis nudæ natatu ludentes. Festum illud conviviis & spectaculis, iisque *indecoris ac procacis licentia* de more celebrabatur. Censet Baronius, *Maiumam* dictam esse a civitate maritima Maiuma in littore Syriæ Palæstinæ primæ, ubi erat navale urbis Gazæ. De *Maiuma* plura Gothofredus citatus.

VI. A num. XXXI. ad XXXVI. Hoc anno Divus Hieronymus Epistolam *ad Pammachium & Oceanum*, ordine LXV. scripsit, in qua factam a *Rufino* interpretationem librorum Periarchon uti perniciosissimam detestatus est. Brevem etiam Epistolam ordine LXVI. eadem de re ad ipsum *Rufinum* misit, quam Baronius recitat. Statim ac Hieronymi literæ Pammachio redditæ sunt, earum exemplar *Apreniano*, qui in Rufini rem vigilantissime incumbebat, tradidit

Rufinus adversus Hieronymum duos libros Invectivarum scribit.

Pam

mo germanam ejusdem commentarii versionem una cum præfatione ad eosdem, qua Origenis manifestatæ sunt hæreses, respiravit. Sed ut & in his exacta temporis ratio habeatur: hæc omnia ab ipso S. Hieronymo elaborata esse hoc ipso anno Dontini trecentesimo nonagesimonono, inde ea iisdem scriptis ipsius evidens deducimus argumentum; dum in eadem ad ipsos scripta epistola (*a*), se tractationem illam de Seraphim atque Trisagio in Isaiæ sextum caput ad Damasum scriptam, ante annos viginti confecisse, testatur: quam constat ex his, quæ suo loco superius sunt enarrata, ab eo editam Constantinopoli, cum esset apud Gregorium Nazianzenum, anno Domini trecentesimo septuagesimonono. Qua firmata ab eo exacta temporis ratione, haud curandum, si idem inferius obiter dicat jam post quadringentos Domini annos non esse admittenda in Ecclesiam nova dogmata: *Cur* (inquiens) *post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nescivimus?* Vei cum idem dicat, ab obitu Origenis ad illud usque tempus centum & quinquaginta annos elapsos, cum contingat sea amplius numerari: nam haud in eo tunc fuit ipse Hieronymus, ut tempora ad minutos reduceret calculos: alioqui inconstantiæ, & artis ejus imperitiæ redarguendus esset, qui unius temporis diversas subduxerit numeri rationes: quarum taman illa est certior retinenda, quæ magis consentiens reperitur cæteris rebus in eadem Origenistarum causa annis sequentibus gestis. Adjecissa quoque eidem a se translato Origenis Periarchon Hieronymum epistolam ad Ruffinum novissime scriptam, ipsemet testatur (*b*) in Apologia.

(*a*) Hier. ep.65.

(*b*) Apud Hier. ep. 66.

XXXII. Cur S. Hieronymus detegit, & damnat Origenis errores.

Porro hæc omnia eo consilio S. Hieronymus se fecisse profitetur, ut qui in suspicionem criminis ex Origenis erroribus a Ruffino in præfatione in Periarchon ab ipso translato vocatus erat, ex quo quamplures Romæ scandalum passos audierat: ea se labe purgaret, Fidelesque ne Origenis latentibus deciperentur erroribus, admoneret, id ipsum ab eo exigentibus (ut dictum est) Pammachio & Oceano: quod ipse in Apologia priori his sane verbis significat (*c*): *Tuæ me, frater Pammachi, & tuorum litteræ compulerunt, dicentes illos* (Origenis scilicet libros) *ab alio fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac ne parum epistolis haberem fidem, misistis exemplaria ejusdem translationis cum præfatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem, contulissemque cum Græco: illico animadverti, quæ Origenes de Patre, Filio, & Spiritu sancto impie dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata: cætera autem dogmata, de Angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigiis, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multa his deteriora, quæ longum esset retexere; vel ita vertisse, ut in Græco invenerat; vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est exaggerata & firmiora posuisse: ut qui in Trinitate Catholicum legerat, in aliis hæreticum non caveret*: Et paulo inferius: *Duplex in opere meo utilitas fuit: dum & hæreticus auctor proditur, & non verus interpres arguitur. Ac ne quis me putaret iis consentire quæ verteram: interpretationis necessitatem præfatione munivi, & docui quibus lector non deberet credere.* Sed & ad Ruffinum expostulantem hæc ait (*d*): *Tantis spatiis terrarum separatus, quid peccavi in te? quid commerui? An quia Origenisten me non esse respondi? Numquid defensio mea, accusatio tua est? Et tu si non es Origenistes, vel non fuisti, credo juranti: si fuisti, suscipio pœnitentem. Quid doles, si id sum, quod esse te dicis? An quia* περὶ ἀρχῶν *Origenis libros post te transferre ausus sum, & interpretatio mea sugillatio putatur operis tui? Quid poteram facere? Missa mihi est laudatio tua, id est, accusatio mea. Tam fortiter me prolixeque laudaveras, ut si tuis laudibus acquievissem, omnes hæreticum me putarent. Vide quid Romanæ ad me epistolæ clausula teneat: Pur-*

(*c*) Hier. Apolog. 1. adv. Ruff.

(*d*) Hier. Apolog. 1. adv. Ruff.

Ruffinus cum suis in Hieronymum concitatus.

PAGIUS Pammachius Hieronymi & Rufini communis amicus, & *Apronianus* eas Aquileiam transmisit, quo sub finem superioris anni adventavit *Rufinus*. Is totus in furorem actus, duos e vestigio *Invectivarum* libros, qui inter Opera Divi Hieronymi leguntur, scripsit, eisque non modo datam ad Pammachium Epistolam confutavit; sed etiam commentaria Hieronymi in sacras literas aculeatis censuris perstrinxit. Hos libros Rufinus Aproniano nuncupavit, quos ille postea, ac collegæ amicis per universam Italiam legendos exhibuere. Porro Hieronymi Epistolam LXVI. ad Rufinum, itemque duos *Invectivarum* libros hoc anno exaratos, Hierony[…] testimonio comprobatur, qui in Apologia II. anno CCCCII. scripta, de laudata Epistola fatetur, *ante hoc circiter triennium* a se missam fuisse; de libris vero *Invectivarum* ibidem ait: *Libri enim tui, quos limasti per triennium, disertiores sunt*. Quare eisdem componendis hoc anno Rufinus manum admovit, quos demum veluti postrema lima expolitus exeunte anno CCCCI. ipsemet veluti de victoria securus, ad Hieronymum transmisit. Baronius anno CCCC. num. XXXII. cum illo triennio computandum esse contendit annum CCCXCVII. quo *Rufinus* Romam pervenit. At ut notat Em. Cardinalis Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. 2. hæc scribit initio statim libri primi Rufinus: *Perlegi scripta tua, Aproniane charissime, quæ ab amico, & fra-*

Purga suspiciones hominum, & convince criminantem; ne, si dissimulaveris, consentire videaris. Tale constrictus articulo, interpretatus sum eosdem libros, &c.

XXXIII. Hæc idcirco S. Hieronymus, quod cum ejus translatio atque epistola illi præfixa Romæ editæ essent, mox a Ruffini atque Melaniæ sectatoribus in ipsum Hieronymum conclamatum est: adeo ut rumores ac turbas iidem haud mediocres excitarint; de quibus rursus idem S. Hieronymus (a) ad Pammachium & Marcellinum: *Et vesters* (inquit) *& multorum litteris didici, objici mihi in schola tyrannica: Lingua canum* (b) *meorum ex inimicis ab ipso: cur* περὶ ἀρχῶν *libros in Latinum verterim, O impudentiam singularem! accusant medicum qui venena prodiderit, ut scilicet* φάρμακον θανάσιμον *suum non innocentia merito, sed criminis communione tueantur: quasi culpam numerus peccantium minuat, & in personas non in rebus sit accusatio.* Hæc ipse. Quomodo autem tunc Ruffinus, quæ diu meditatus in S. Hieronymum fuerat, quem adversantem Origenis erroribus adversus Joannem Hierosolymitanum, Palladium, & alios expertus fuerat, tribus accusationum libris in eum editis ex stomachi nausea evomuerit, dicemus anno sequenti.

(a) Hier. Apol. adv. Ruffin. ad Pammach.
(b) Psal. 67.

XXXIV. Quando Hieronymus ad Ruffinum scripserit. Porro hoc eodem anno scripsisse reperitur S. Hieronymus brevem illam epistolam ad Ruffinum: nam in Apologia sua, quam elaborasse dicitur anno Domini quadringentesimo secundo, triennio ante exacto eam esse Romam allatam, testatur, dum ait (c): *Multi Romæ ejus exemplaria habent ante hoc circiter triennium, qui tibi eum mittere voluerunt, scientes quæ de meo nomine jactitares, & quam indigna proposito Christiano ac nefanda confingeres: ego scripsi nesciens quasi ad amicum, illi non reddiderunt ei, quem inimicum noverant, parcentes & meo errori, & tuæ conscientiæ.* Hæc ipse. Epistola autem sic se habet (d):

(c) Hier. Apol. 2.
(d) Hier. epist. 66.

XXXV. Epistola Hieronymi ad Ruffinum. *Diu te Romæ moratum, sermo proprius indicavit. Nec dubito spiritualem parentum ad patriam revocatum desiderio, quem matris luctus ire prohibebat, ne magis coram doleres, quod absens vix ferre poteras. Quod quereris stomacho suo unumquemque servire, & nostro non acquiescere judicio: conscientiæ nostræ testis est Dominus, post reconciliatas amicitias, nullum intercessisse rancorem, quo quempiam læderemus: quin potius cum omni cautione providimus, ne saltem casus in malevolentiam verteretur. Sed quid possum facere, si unusquisque juste putat se facere quod facit, & videtur sibi remorderi potius, quam mordere? Vera amicitia quod sentit, dissimulare non debet. Præfatiuncula librorum* περὶ ἀρχῶν *ad me missa est, quam ex stylo intellexi tuam esse; in qua oblique, immo aperte ego petor. Qua mente sit scripta, tu videris: quo intelligatur, & stultis patet. Poteram & ego, qui sæpissime figuratas controversias declamavi, aliquid de vetere artificio repetere, & tuo te more laudare. Sed absit a me, ut quod reprehendo in te, imiter: quin potius ita sententiam temperavi, ut & objectum crimen effugerem, & amicum (quantum in me est) nec læsus læderem. Sed obsecro te, ut si deinceps aliquem sequi volueris, tuo tantum judicio sis contentus. Aut enim bona sunt, quæ appetimus, aut mala: si bona, non indigent alterius auxilio: si mala, peccantium multitudo non parit errori patrocinium. Hæc apud te amice potius expostulare volui, quam lacessitus publice desævire; ut animadvertas, me reconciliatus amicitias pure colere, & non juxta Plautinam sententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Frater meus Paulinianus nondum de Patria reversus est: & puto quod eum Aquilejæ apud sanctum Papam Chromatium videris. Sanctum quoque presbyterum Ruffinum ob quamdam causam per Romam Mediolanum misimus, & oravimus ut nostro animo & obsequio vos videret: cæterisque amicis eadem significavimus, ne mordentes* (e) *invicem, consumamur ab invicem. Jam tuæ moderationis est & tuorum, nullam occasionem impatientibus dare; ne non omnes similes mei invenias, qui possint figuratis laudibus delectari.* Hucusque Hieronymus ad Ruffinum; ad quem, cum discessisset ab Urbe Aquilejam, qui hanc acceperunt epistolam, mittere noluerunt, quod scirent eum in ipsum Hieronymum (ut dictum est) vehementer fuisse commotum ob auditam novam ab eo elaboratam translationem Periarchon. Hoc enim anno, antequam pervenissent litteræ Hieronymi Romam, fuisse scriptam ab ipso Ruffino Apologiam ad Anastasium Papam, ea quæ dicentur inferius declarabunt.

(e) Galat. 5.

XXXVI. Dum hæc inter S. Hieronymum, & Ruffinum aguntur, Theophilus Alexandrinæ sedis Episcopus, collecta Synodo, de erro-

PAGIUS *fratre bono,* (Hieronymum intelligit) *de Oriente ad virum nobilissimum Pammachium missa transmisisti ad me.* Quare Aquileiæ erat, cum hoc anno Hieronymi Epistolam Roma ab Aproniano accepit, quam ideo ante hunc annum duobus libris confutare aggressus non est; cum hoc tantum Romam reliquerit, ut jam ostendi.

VII. Res Origeniana Chronologice digerenda suis locis. A num. XXXVI. ad LIV. Rerum in causa Origenis gestarum Chronologia in Annalibus, hoc & duobus sequentibus annis, adeo perturbata, ut ad majorem ejus declarationem Baronii ordinem præter morem deserere cogar. Quæ hic itaque Baronius habet, anno 401. majori ex parte exponam, quod ad illum pertineant.

Synodus Alexandrina de erroribus Origenis.

erroribus Origenis in medium differendum proponit. Itum est ab omnibus in eam sententiam ut hæresibus cognitis, notatis, atque explosis, ejusdem Origenis & sectatorum ejus condemnatio omnium ore conclamaretur. Quibus sic firmiter stabilitis, de omnibus in ea assensu omnium definitis scripta Synodica, eadem ad Anastasium Romanum Pontificem missa est. Hæc quidem hoc anno facta esse, inde colligimus, quod ante annum, quam prima Paschalis epistola a Theophilo scriberetur, Generalem hanc ex Synodo fuisse scriptam epistolam, S. Hieronymus (*a*) tradit scribens ad Pammachium, & Marcellam.

(*a*) Hieron. epist. 78.

XXXVII.

Cum interea qui in Ægypto erant Origenis errorum studiosi, diligenter perquisiti, expulsi fuerunt. Cum & Theophilus ad Sanctum Hieronymum de his perbreves litteras dedit his verbis (*b*): *S. Episcopus Agatho cum dilectissimo diacono Athanasio in Ecclesiastica directus est causa: quam cum didiceris, non ambigo quin nostrum studium probes, & in Ecclesiæ victoria glorieris. Namque Origenis hæresim in monasteriis Nitriæ quidam nequam & furiosi homines serere & fundere cupientes, prophetica falce succisi sunt. Quia recordati sumus commonentis Apostoli* (*c*): *Argue eos severe. Festina igitur & tu partem hujus præmii recepturus, deceptos quoque emendare sermonibus. Optamus, si fieri potest, in diebus nostris Catholicam fidem, & Ecclesiæ regulas cum subjectis nobis populis custodire, & omnes novas sopire doctrinas.* Hec Theophilus ad S. Hieronymum. Misisse insuper eumdem Theophilum legatos in Palæstinam, qui & inde Origenistas expellerent, litteræ S. Hieronymi redditæ ad ipsum declarant his verbis (*d*):

(*b*) Hier. ep. 68.

Litteræ Theophili ad Hieronymum de expulsione Origenistarum.

(*c*) Tit. 2.

(*d*) Hier. epist. 70.

XXXVIII. Hieronymi epistola ad Theophilum.

Nuper tuæ beatitudinis percepi scripta emendantia vetus silentium, & me ad solitum officium provocantia. Unde licet per sanctos fratres Priscum & Eubulum tuus ad nos sermo cessaverit: tamen quia vidimus, illos zelo fidei concitatos, raptim Palæstinæ lustrasse regiones, & dispersos regulos usque ad suas latebras persecutos: breviter scribimus, quod totus mundus exultet, & in tuis victoriis glorietur; erectumque Alexandriæ vexillum Crucis, & adversus hæresim tropbæa fulgentia gaudens populorum turba prospectet. Macte virtute, macte zelo fidei, ostendisti quod hucusque taciturnitas dispensatio fuit, non consensus. Libere enim reverentiæ tuæ loquor. Dolebamus te nimium esse patientem; & ignorantes magistri gubernacula, gestiebamus in interitum perditorum. Sed (ut video) exaltasti manum diu, & suspendisti plagam, ut ferires fortius. Super susceptione cujusdam non debes contra urbis hujus dolere Pontificem: quia nihil tuis litteris præcepisti; & temerarium fuit, de eo quod nesciebat, ferre sententiam: tamen reor illum nec audere, nec velle te aliquando lædere. Hæc ad Theophilum Sanctus Hieronymus, excusans Joannem Hierosolymorum Episcopum de communicatione ante eum Origenistis inita, deque ejus animi consilio inhærendi ipsi Theophilo. Quod enim ita de viro Hieronymus sentiat, quem antea eadem ex causa acriter impugnaverat, atque scriptis exagitarat; ad meliorem illum frugem restitutum fuisse, par est existimare, immo & necessario credere & affirmare. Nam de ipsius sede, ut de Catholicæ fidei egregii professoris, hæc habet S. Augustinus (*d*) scribens adversus litteras Petiliani: *Cathedra tibi quid fecit Romanæ Ecclesiæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet; vel Ecclesiæ Hierosolymitanæ, in qua Jacobus sedit, & in qua hodie Joannes sedet; quibus nos in Catholica unitate connectimur, & a quibus vos nefario furore separatis?* Hæc ipse, plane declarans ejus Antistitem Joannem Catholicis consensisse: sed in sententia minime perstitisse usque ad finem, quæ dicentur inferius, declarabunt.

Excusatur Joannes Episcopus Hierosolymitanus.

(*d*) Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 51.

XXXIX. Res gestæ Alexandriæ a Posthumiano relatæ.

Accidit autem, cum librorum Origenis causa tot tantæque turbæ concitatæ essent Alexandriæ atque in universa Ægypto per Theophilum ejus Civitatis Antistitem aliosque Episcopos adversus monachos scriptorum Origenis fautores, Posthumianum illum, qui apud Severum cum Gallo dialogum agit, Alexandriam appulisse, compluraque eorum, quæ inter ambas adversas partes transacta fuerunt, præsentem conspexisse. Solvens enim Narbona in Africam, ad tumulum S. Cypriani martyris invisendum pertexit: inde vero Cyrenensium legens ora, in Ægyptum pervenit, Hierosolymam profecturus visendorum causa locorum sanctorum. Ipse ergo apud Severum de rebus Alexandrinis, quarum hic est sermo, ista loquitur (*e*): *Prospero cursu, septimo die Alexandriam pervenimus; ubi fœda inter Episcopos & monachos certamina gerebantur, ex ea occasione, quia congregati in unum sæpius sacerdotes frequentibus decrevisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet, qui tractator sacrarum Scripturarum peritissimus habebatur. Sed Episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memorabant: quæ adsertores ejus defendere non ausi, ab hæreticis potius fraudulenter inserta dicebant; & ideo non propter illa quæ in reprehensionem merito vocarentur etiam reliqua esse damnanda; cum legentium fides facile possit habere discrimen ne falsata sequeretur, & tamen catholice disputata retineret.* Non esse an-

(*e*) Sever. dial. 1. c.

tem

tem mirum, si in libris neotericis & recens scriptis fraus hæretica fuisset operata, quæ in quibusdam locis ubi timuisset incidere Evangelicam veritatem.

XL. Dissidia in Ægypto occasione scriptorum Origenis.

Adversum hæc Episcopi obstinatius renitentes, pro potestate cogebant recta etiam universa cum pravis, & cum ipso auctore damnare: quia satis superque sufficerent libri, quos Ecclesia recepisset; respuendam esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus. Mihi autem ex his illius libris quædam curiosius indaganti, admodum multa placuerunt: sed nonnulla reprehendi. In quibusdam illum prava sensisse, non dubium est, quæ defensores ejus falsata contendunt. Ego miror unum eumdemque hominem tam diversum a se esse potuisse, ut in ea parte qua probatur, neminem post Apostolos habeat æqualem: in ea vero qua jure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse. Nam cum ab Episcopis excerpta in libris illius multa legerentur, quæ contra Catholicam fidem scripta constaret: locus ille vel maximam parabat invidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Jesus, sicut pro redemptione hominum in carne venisset, & Crucem pro hominis salute perpessus, mortem pro hominis æternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolum redempturus: quia hoc bonitati illius, pietatique congrueret, ut qui perditum hominem reformasset: prolapsum quoque angelum liberaret. Cum hæc atque alia istiusmodi ab Episcopis proderentur, ex studiis partium orta est seditio. Quæ cum reprimi sacerdotum auctoritate non posset, sævo exemplo ad regendam Ecclesiæ disciplinam Præfectus assumitur. Cujus terrore dispersi fratres, ac per diversas oras monachi sunt fugati: ita ut propositis edictis, in nulla consistere sede sinerentur.

XLI. Turbæ inter Monachos & Episcopos.

Illud me admodum permovebat, quod Hieronymus vir maxime Catholicus, & sacræ legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur; quem nunc idem præcipue vel omnia illius scripta damnaret. Nec vero ausus sum de quoquam temere judicare: præstantissimi tamen viri & doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. Sed tamen sive illud error est, ut ego sentio, sive hæresis, ut putatur: non solum reprimi non potuit multis animadversionibus sacerdotum, sed nequaquam tam late se potuisset effundere, nisi contentione crevisset. Istiusmodi ergo turbatione, cum veni, Alexandria fluctuabat. Me quidem Episcopus illius Civitatis benigne admodum, & melius quam opinabar, excepit, & secum tenere tentavit. Sed non putavimus ibi consistere, ubi recens fraternæ cladis fervebat invidia. Nam etsi fortasse videantur paruere Episcopis debuisse; non ob hanc tamen causam multitudinem tantam sub Christi confessione viventem, præsertim ab Episcopis, oportuisset affligi. Igitur inde digressus, Bethlehem oppidum veni.

Et post nonnulla:

XLII. Posthumianus venit in Palæstinam ad S. Hieronymum.

Ego (ut dicere institueram) apud Hieronymum sex mensibus fui; cui jugis adversus malos pugna, perpetuumque certamen concitavit odia perditorum. Oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non desinit: oderunt clerici, quia vitam eorum insectatur & crimina. Sed plane eum boni omnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniunt. Vere dixerim: Catholica hominis scientia, sana doctrina est: totus semper in lectione, totus in libris est: non die, non nocte requiescit: aut legit aliquid semper, aut scribit. Quod nisi mihi fuisset fixum animo, & promissum, Deo teste, propositam eremum adire; vel exigui temporis punctum a tanto viro discedere noluissem. Huic ergo traditis & commissis omnibus meis, omnique familia, quæ me contra voluntatem animi mei locuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo gravi fasce penitus ac liber regressus Alexandriam, visitatis ibi fratribus, ad superiorem, inde Thebaida, id est Ægypti extrema, contendi: ibi enim vastæ patentis eremi solitudines plurimum ferebantur habere monachorum.

Hactenus Posthumianus: cujus in Ægyptum, Hierosolymamque peregrinatio, etsi non hoc anno, haud tamen multo post contigisse potuit. Quod autem ait auctor, Ægypti monachos a Theophilo Episcopo Alexandrino, aliisque Ægypti Episcopis passos esse pressuram; coercenda est frœno veritatis hyperbole. Nam quod ad monachos spectat; nonnisi Origenistas, ut turbarum auctores, expulsos esse, litteræ ejusdem Theophili hoc tempore ad S. Hieronymum datæ significant, quæ sic se habent (a):

(a) Apud Hier. epist. 72.

XLIII. Theophili litteræ ad S. Hieronymum.

Didici quod & sanctitas tua noverit Theodorum monachum, ejusque studium comprobavi: qui cum a nobis Romam navigaturus exiret, noluit ante proficisci, nisi te & sanctos fratres qui tecum sunt in monasterio, quasi sua viscera amplexaretur & inviseret. Quem cum susceperis, pro Ecclesiæ tranquillitate lætare. Vidit enim cuncta Nitriæ monasteria, & referre potest continentiam & mansuetudinem monachorum: quomodo extinctis, & fugatis Origenis sectatoribus, pax Ecclesiæ reddita sit, & disciplina Domini conservetur. Atque utinam apud vos quoque deponerent hypocrisim, qui occulte dicuntur subruere veritatem: de quibus non bene sentientes in his regionibus fratres hæc me scribere provocarunt. Quamobrem cavete & fugite hu-

ejusmodi homines juxta quod scriptum est: (a) Si quis non affert ad vos Ecclesiasticam fidem, huic ne Ave dixeritis. Quamquam ex superfluo faciam hæc tibi scribere, qui errantes potes ab errore revocare: tamen nihil nocet, & prudentes & eruditos viros pro solicitudine fidei commoveri. Omnes fratres, qui tecum sunt, nomine meo salutari volo. Hactenus Theophilus. Ad hos plane monachos a Theophilo pulsos alludit Posthumianus, ubi ait: *Recens fraterna cladis fervebat invidia:* quam auxit, dum ab eodem expulsus est Paulus Episcopus, idemque confessor; cui apud Imperatorem S. Hieronymum favisse, Ruffinus loco criminis dat Hieronymo; & ducit in argumentum, non communicasse cum Theophilo ipsum Hieronymum, quia Paulum ab eo expulsum recepisset.

(a) Joan. 2.

XLIV. Refert autem hæc ipse S. Hieronymus, sic dicens (b): *Porro quod interrogas, quando Papæ Theophili sententiam sequi cœperim, eique fidei communione sociatus sim: & ipse tibi respondens: Tunc credo: quando Paulum, quem ille damnaverat, summo nisu & omnibus studiis defendebas: quando eum per Imperiale scriptum recipere sacerdotium, quod Episcopali judicio amiserat, instigabas:* subdit autem hæc pro sua defensione Hieronymus: *Non prius (inquit) pro me respondebo, quam de aliorum injuriis loquar: Cujus est humanitatis, cujus clementiæ insultare aliorum miseriis?* Et inferius, cur ipsum Paulum a Theophilo condemnatum receperit hospitem, ista subdit: *Recordare, frater, confessionis ejus & pectoris, quod flagella secuerunt: memento carceris, tenebrarum, exilii, metallorum; & non indignaberis hospitio transeuntem esse susceptum. An ideo tibi rebelles videmur, quia calicem aquæ frigidæ in nomine Christi (c) sitientibus porrigimus? Vis scire unde illum & nos plus amare, & tu odisse plus debeas? Hæreticorum factio nuper fugata de Ægypto & Alexandria se Hierosolymam contulit, & huic voluit copulari, ut quorum unus esset dolor, una fieret & accusatio: quos ille repulit, sprevit, abjecit, dicens, se non esse inimicum fidei nec contra Ecclesiam bella suscipere: quod prius tentavit, doloris fuisse, non perfidiæ; nec alterius appetisse innocentiam, sed suam probare voluisse. Impium putas, post sententias sacerdotum, Imperiale rescriptum: quod quale sit, noverit ille qui meruit.* Hæc de eo S. Hieronymus, subdens haud ea de causa sibi desiisse communicare Theophilum, qui crebris postea eumdem Hieronymum litteris frequentavit.

(b) Hier. Apolog. 1. adv. Ruff.

(c) Marc. 9.

XLV. Quisnam autem fuerit ille Paulus, haud satis liquet: scimus tamen, hoc tempore vixisse in Ægypto fama celebrem Paulum discipulum S. Petri martyris, cujus meminit Ruffinus (d) in posteriori parte invectivæ adversus S. Hieronymum: sunt hæc ejus verba: *Ubi*, nempe in Ægypto, *inter clarissimos viros Paulus senex Petri martyris discipulus.* Cæterum quod ad rescripta Imperatorum pertinet de restituendis in sedem damnatis: sane quidem id fieri non debere, sanctio Imperatorum lata anno sequenti, & suo loco inferius recitanda decrevit. Porro ejusmodi Imperatorum rescripta nonnisi commendatitia fuisse, inde certum ducimus argumentum, quod jam Conciliorum canonibus, nempe Antiocheni & aliorum (ut superius sæpe dictum est) fuerit definitum, depositum a Concilio Episcopum, nonnisi a majori Episcoporum numero esse restituendum: quam legem etiam Ariani fartam tectam conservatamque contra Athanasium voluerunt. Sed ad res gestas hoc anno a Theophilo in causa Origenistarum oratio revocetur.

Paulus discip. Petri Martyris.

(d) Ruffin. invect. in Hieron.

XLVI. Ex epistola ejusdem Theophili ad Hieronymum nuper recitata intelligi potest, qui a Theophilo ad Anastasium Papam missus est Romam, fuisse Theodorum monachum, eumdemque ante S. Hieronymum invisisse. Huic enim Theophilum ad eumdem Romanum Pontificem legatione fungenti Synodicas dedisse litteras de Origenistis Alexandriæ condemnatis, par est credere, quibus res in Synodo gestas adversus eosdem ipsum Anastasium fecerit certiorem. At qui Theodorum monachum Romam sibi legavit Theophilus, Constantinopolim etiam, & ad alias quoque provincias alios sanctissimos Nitriæ monachos legatos ad diversos Episcopos misit, eisdemque dedit easdem Synodicas litteras, alio nomine Generales nominatas, utpote quæ ad omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos scriptæ essent. Testatur id quidem idem ipse Theophilus in epistola ad S. Epiphanium Constantiæ in Cypro Episcopum, cui præter Generalem illam privatim aliam addidit, reddiditque certiorem de rebus gestis adversus Origenistas, deque monachis qui ex Ægypto pulsi navigassent Constantinopolim: porro ipsam, quod haud prolixa sit & rerum gestarum seriem referat, hic integram describemus: sic enim se habet (e).

Legationes Theophili ad diversos Episcopos.

(e) Apud Hier. epist. 67.

XLVII. *Dominus (f) qui locutus est ad Prophetam: Ecce constitui te hodie super gentes & regna eradicare, & suffodere, & disperdere & rursum ædificare, ac plantare: singulis temporibus eamdem Ecclesiæ suæ largitur gratiam, ut integrum corpus conservetur, & in nullo hæreticorum dogmata prævaleant. Quod quidem nunc videmus expletum. Nam Ecclesia Christi,*

(f) Hier. 6.

Theophili epistola ad Epiphanium.

qua

(a) Ephes. 5.

quæ non habet (a) maculam neque rugam aut aliquid istiusmodi, egredientes de cavernis suis Origenis colubros Evangelico ense truncavit, & fœcundum Nitriæ monachorum agmen contagione pestifera liberavit. Pauca ergo ex iis quæ gesta sunt, in generali epistola, quam ad omnes in commune direxi, prout patiebatur angustia temporis, comprehendi. Dignationis tuæ est, quæ in hujuscemodi certaminibus sæpe ante nos pugnavit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulæ Episcopos, ac Synodicas litteras tam ad nos, quam ad Constantinopolitanæ urbis Episcopum, & si quos alios putaveris, mittere: ut consensu omnium & ipse Origenes nominatim & hæresis nefaria condemnetur. Didici enim, quod calumniatores veræ fidei Ammonius, Eusebius, & Euthymius novo pro hæresi favore bacchantes, Constantinopolim navigarint; ut & novos, si quos valuerint, decipiant, & veteribus suæ impietatis sociis conjungantur. Curæ igitur tuæ sit, ut cunctis Episcopis per Isauriam atque Pamphyliam & cæterarum provinciarum, quæ in vicino sunt, rei ordinem pandas; & nostram, si dignum putas epistolam subjicias: ut omnes uno spiritu congregati, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradamus eos satanæ in interitum impietatis, quæ possidet eos. Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industriam virum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere quæ gesta sunt. Et super omnia quæsumus, ut impensas ad Dominum fundas preces, quo possimus etiam in isto certamine victoriam consequi. Non enim parva lætitia & in Alexandria & per totam Ægyptum populorum corda pervasit, ex quo pauci homines ejecti sunt, ut purum corpus Ecclesiæ permaneret. Saluta fratres, qui tecum sunt. Te plebs, quæ nobiscum est, in Domino salutat. Hactenus Theophili litteræ ad Epiphanium.

XLVIII.

Ipse autem Epiphanius, accepta Generali a Theophilo epistola, mittens eam ad S. Hieronymum, illi & conjunxit suas ad eum has perbreves litteras (b):

(b) Apud Hier. epist. 73.

Epiphanii epistola ad Hieronymum.

Generalis epistola, quæ ad omnes Catholicos scripta est, ad te proprie pertinet, qui zelum fidei adversus cunctas hæreses habes, & Origenis proprie & Apollinarii discipulos adversaris: quorum venenatas radices & in altum defixam impietatem omnipotens Deus protraxit in medium, ut in Alexandria proditæ, in toto Orbe arescerent. Scito enim, fili carissime, Amalech usque ad stirpem esse deletam (c), & in monte Raphidim erectum trophæum Crucis. Etenim quomodo, porrectis in altum Moysi manibus, vincebat Israel; sic Dominus confortavit famulum suum Theophilum, ut super altare Ecclesiæ Alexandrinæ contra Origenem vexillum poneret, & impleretur in eo quod dicitur: Scribe signum hoc, quia delebo funditus Origenis hæresim a facie terræ cum ipso Amalech. Et ne videar eadem rursum iterare, & prolixiorem epistolam texere: ipsam ad vos scriptam direxi, ut scire possitis, quæ nobis scripserit, & quantum boni ultimæ ætati meæ concesserit Dominus, ut quod semper clamabam, tanti Pontificis testimonio probaretur. Jam autem puto & te aliquid operis edidisse, & juxta priorem epistolam, qua te super hac re fueram cohortatus, elimasse librum, quem tuæ linguæ homines legant. Audio enim & ad Occidentem quorumdam hominum naufragia pervenisse, qui non contenti proditione sua, volunt plures mortis habere participes; quasi multitudo peccantium scelus minuat, & non numerositate lignorum major gehennæ flamma succrescat. Sanctos fratres, qui tecum sunt in monasterio Domino servientes, & tecum & per te plurimum salutamus. Hæc ad Hieronymum Epiphanius: quibus intelligas, nondum vulgatam fuisse in Oriente damnationem Origenis & Origenistarum Romæ ab Anastasio factam, cum jam Theophili ibidem legeretur Generalis epistola.

(c) Exod. 17.

XLIX. Hieronymus vertit in latinum epistolas Theophili.

Porro non Synodicam tantum epistolam, sed etiam Paschalem datas esse a Theophilo, certum est, alteram in Synodo scriptam, alteram vero privatim ad indicandum Paschale tempus (ex more) ad Ecclesias datam, sed eam anno sequenti (ut ostendetur) qua pariter Origenis damnatio proclamaretur, S. Hieronymus Latinitate donavit: sicque una cum Græco textu a Romana Ecclesia eas a se missas Hieronymus accipi voluit; idemque præstitit de alia Paschali ejusdem Theophili post annum sequentem data. Testatur id ipse quidem in Ruffinum (d) agens, cum ait: *Duas, Synodicam & Paschalem ejus epistolas contra Origenem illiusque discipulos, & alias adversus Apollinarium & Origenem per hoc ferme biennium interpretatus sum, & in ædificationem Ecclesiæ legendas nostræ linguæ hominibus dedi.* Idem scribens ad Pammachium atque Marcellam post annum sequentem, cum posteriores Paschales Theophili litteras mittit, has a se translatas, Romamque esse a se missas, his verbis ostendit (e): *Rursus Orientalibus vos locupleta mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam vere transmitto.* Sed cur in his tantam Hieronymus exhibuit diligentiam? Ut tum Theophili epistolis, tum earum a se facta translatione, Orbi universo innotesceret da-

(d) Hier. Apol. adv. Ruffin.

(e) Hier. epist. 78.

mnatio Origenis. Audi enim quæ ibi ipse ad Pammachium atque Marcellam ait: *Ubi hæresis, quæ sibilabat in mundo, & me, & Papam Theophilum sui jactabat erroris; latratuque impudentissimorum canum ad inducendos supplices nostrum mentiebatur assensum? Oppressa est ejus auctoritate & eloquentia, &c.*

L. Differentia epistolarum Theophili.

Sed pro harum differentia litterarum, quæ prius, quæve posterius datæ sint, ex earum argumento, quas idem Hieronymus eadem ipsa epistola ad Pammachium atque Marcellam dedit, poterimus intelligere, ubi ait: *Vos Christiani Senatus lumina, accipite & Græcam & Latinam etiam hoc anno epistolam, ne rursum hæretici mentiantur a nobis pleraque vel addita, vel mutata: in qua laborasse me fateor, ut verborum elegantiam pari interpretationis venustate servarem, & intra definitas lineas currens, nec in quoquam excedens loco, eloquentiæ ejus fluenta non perderem, easdemque res eodem sermone transferrem: quod utrum consecutus sum, necne, vestro judicio relinquo. Quam sciatis in quatuor partes esse divisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Pascha celebrandum. In secundo & tertio loco Apollinarium & Origenem jugulat. In quarto, idest extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni epistola continetur: & hæc quam modo vertimus, brevitati studens, dicere plura non debuit. Porro contra Apollinarium succincta fides & pura professio non caret subtilitate dialectica, quæ adversarium suum, extorto de manibus ejus pugione, confodit. Orate Dominum, ut quod in Græco placet, in Latino non displiceat; & quod totus Oriens miratur & prædicat, læto sinu Roma suscipiat; prædicationem quoque cathedræ Marci Evangelistæ cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet: quamquam celebri sermone vulgatum sit, beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis hæreticos persecutum: ejusque litteræ doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum est: cui multos imprecamur annos; ut hæreseos rediviva plantaria, per illius studium longo tempore arefacta, moriantur.* Hæc de litteris a Theophilo scriptis sanctus Hieronymus, nempe una Synodica, ac duabus Paschalibus duorum annorum spatio intercurrente datis.

LI. De epistolis a Theophilo scriptis ratio temporis.

Quod vero ad Synodicam spectat; eadem (ut ipse testatus est) ab ipso Hieronymo Latinitate tradita, desideratur: nam licet tres extiterint Theophili epistolæ, nulla earum Synodalis est; sed eædem omnes Paschales esse intelliguntur, utpote quibus indicatur venturus Paschalis ex ipsiusmet Theophili calculis dies; Synodica vero nulla, quæ ex Synodo aliqua data possit intelligi. Porro quinque a Teophilo datas esse generales epistolas, quarum est memoria apud sanctum Hieronymum, ejusdem auctoris testificatione exploratum habetur: quarum omnium si tempus, quibus singulæ datæ sunt, inspiciatur, ipsa quoque rerum gestarum series concinno ordine disponetur. Earum igitur omnium prima est illa hoc anno ex Synodo data, eaque ex causa appellata Synodica: secunda Paschalis dicta adversus Origenem & ejus discipulos peculiariter scripta, quæ etiam desideratur: hæcque illa est, de qua ipse Hieronymus in epistola ad Pammachium & Marcellam scribit (a), cum ait: *Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni epistola continetur.* De ambabus his idem Hieronymus ubi supra adversus Ruffinum agens (b) meminit, atque de tertia adversus Apollinarium & Origenem scipta, cum ait: *Duas, Synodicam, & Paschalem ejus epistolas contra Origenem illiusque discipulos, & aliam adversus Apollinarium & eumdem Origenem per hoc ferme biennium interpretatus sum.* Porro tertiam hanc epistolam illam esse certum est, cujus argumentum in quatuor partes divisum ab eodem Hieronymo in dicta epistola ad Pammachium atque Marcellam data describitur (c). Habes jam tres a Theophilo datas epistolas, unam Synodicam, duas Paschales: quarum posterior extat, estque ejus exordium: *Primum (d) solemnitatis augustæ sermo*, &c. Rursus vero post hanc alia sequitur ordine secunda in codice, dicenda tamen Theophili quarta, Paschalis vero tertia, quæ sic incipit (e): *Christum Jesum Dominum gloriæ*, &c. Post hanc additur alia, dicenda Paschalis quarta, sed quinta ordine collocanda (ut patet ex ordine præcedentium) quæ ita exorditur (f): *Nunc quoque Dei viva Sapientia*, &c. cujus argumentum describitur a sancto Hieronymo in epistola ad Theophilum (g), quam ipse in Latinum se vertisse ait, cum haud pridem S. Paula ex hac vita migrasset, cujus transitum ad Deum contigisse certum est Honorio Aug. VI. & Aristeneto Coss. anno Domini quadringentesimoquarto: cujus temporis certa habita ratione, dicendum est, ultimam Paschalem, earum scilicet quarum mentio est apud S. Hieronymum, ordine quartam datam a Theophilo esse anno Domini quadringentesimo tertio.

LII. Quo ordine temporis scriptæ sint epistolæ Paschales Theophili.

Cum enim Paschalis epistola primo consueverit mitti Romam ad Romanum Pontificem, a quo reliquæ accepturæ essent Ecclesiæ, in die Epiphaniæ Domini diaconorum præconio inter sacra pervulganda

(a) Hieron. epist. 78.

(b) Hier. adv. Ruffin.

(c) Hier. epist. 78.

(d) Extat to. 1. Bibl. sanctæ.

(e) Ibid.

(f) Ibid.

(g) Hier. epist. 31.

da (prout dictum est suo loco pluribus tertio Annalium tomo, ubi de Concilio Nicæno sermonem habuimus) utique non eodem anno, cujus Pascha indicebatur, sed superiori ab eo Paschalem scribi epistolam oportuit atque mitti. Qua quidem habita ratione, certo temporis ordine ita omnes a Theophilo datæ illæ quinque epistolæ disponuntur, ut hoc anno (prout demonstratum est) ex Synodo Alexandrina scripta a Theophilo Synodica fuerit de condemnatione Origenis & ejus doctrinæ inhærentium Origenistarum; sequenti autem anno data fuerit prima Paschalis pro eo qui sequitur anno, nempe quadringentesimoprimo: quo item anno quadringentesimo primo edita fuerit secunda Paschalis pro anno quadringentesimo secundo: tertia vero promulgata fuerit ipso anno Domini quadringentesimo secundo pro sequenti anno quadringentesimo tertio: quarta vero Paschalis (ut memoravimus) scripta sit ipso anno quadringentesimo tertio pro quadringentesimo quarto, quo eam in Latinum vertit S. Hieronymus, defuncta jam paulo ante S. Paula eodem anno, mense Januarii. Hæc convenire cum editis ab ipso Theophilo Paschalibus Cyclis, curiosus explorator inveniet. Porro successivo ordine, annis singulis singulas eodem argumento adversus Origenis hæresim & ejus sectatores esse datas dictas epistolas liquet: cum alioqui aliis quoque annis (ut ante diximus) singulis singulas dare soleret Paschales. At scrupulosam hanc Theophili epistolarum disquisitionem ad exactam temporum rationem minime prætermisisse oportuit.

LIII. Origenis errores damnati Alexandriæ & Romæ eodem tempore.

Quænam autem post scriptas hoc anno ab Anastasio Papa Origenis & Origenistarum damnationis litteras fuerint subsecuta: quidve Ruffinus a communione Catholica alienus post hæc in S. Hieronymum molitus sit: rursum vero quid egerint adversus Theophilum Alexandrinum Episcopum monachi Origenistæ ab eodem in Ægypto damnati atque expulsi, cum pervenerunt profugi Constantinopolim, sequenti anno dicturi sumus, quo res ab eis gestæ contigisse noscuntur. ☞ Quo quidem anno & non antea id confectum est, vel potius sequenti, secundum alios ☜, ut uno eodemque tempore & Alexandriæ in Synodo a Theophilo Origenes cum Origenistis penitus damnarentur, & Romæ ab Anastasio Papa id ipsum publica sententia præstaretur. Quam bene accidit, ut in Occidente quam citissime pullulans hæresis convulsa penitus exaruerit: in Oriente vero sic compressa licet ad tempus siluerit, in nonnullorum tamen monachorum cordibus altioribus fixa radicibus, ad posteriora tempora infaustis propagata germinibus pullulaverit. De extincta autem statim in Occidente Origenis hæresi testatur S. Hieronymus in epistola ad Theophilum data, qua in primis hæc ait (a): *Nequaquam amplius antiquus serpens sibilat; sed contortus, & eviscerratus, in cavernarum tenebris delitescens, Solem clarum ferre non sustinet. Qui quidem super hac re, antequam scriberes, ad Occidentem epistolam miseram, ex parte hæreticorum strophas meæ linguæ hominibus indicans. Ex dispensatione Dei factum puto, ut eo in tempore tu quoque ad Anastasium Papam scriberes, & nostram, dum ignoras, sententiam roborares. Verum a te nunc admoniti, magis studium accommodabimus, ut hic & procul simplices ab errore revocemus.* Et post alia, hæc subdit: *Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem; de Urbe venit, & suppliciter te salutat, crebroque sermone concelebrat, Romam & totam Italiam tuis post Christum epistolis liberatam.* Hæc Hieronymus. Atque de anni hujus causa Origenistarum hactenus: jam vero ad reliquas hujus temporis res gestas Ecclesiæ Africanæ orationem flectamus haud invitam.

Occidens liber ab hæresi Origenis.

(a) Hier. epist. 71.

LIV. Diruta Idolorum templa.

Hoc eodem anno, sequenti scilicet ab eo, qui Gentilium deorum responsis fatalis prædictus erat, ut christiana religio penitus excisa deficeret: Dei providen-

PAGIUS VIII. *Honorius ornamenta publica per Hispanias & Gallias everti vetat.*

A num. LIV. ad LVIII. Honorius sub hujus anni Coss. *VI. Kalend. Febr. Ravennæ* emisit legem 15. Cod. Theod. *de Paganis*, qua publica ornamenta detrahi & alio transferri prohibet, ubi non tantum templorum, sed etiam publicorum operum ornamenta intelligit: erant enim simulacra lavacris & balneis affixa. In plateis & compitis quoque simulacra fuisse docet Lucianus in Prometheo. Ambrosius adversus Symmachum lib. 2. ait: *non illis satis sunt lavacra, non porticus, non plateæ occupatæ simulacris.* Honorius itaque sacrificia quidem prohibet, sed ornamenta publicorum operum per Hispanias & quinque Provincias vulgo dictas servari voluit, quod scilicet in his ornatus publicus consisteret. Christiani enim ferme ad idololatriam pessundandam, sicuti ad templa diruenda proni erant, ita & ad alia ornamenta, quibus superstitio aliqua olim tributa fuerat. Hæc autem lex ad Hispaniam & ad Galliam pertinet, cum inscripta sit *Macrobio PP. Hispaniarum, & Procliano Vicario quinque Provinciarum*. Nam, ut docet Gothofredus in hujus legis commentario hæ notæ *PP. Hispaniarum*, non interpretandæ sunt *Præfecto Prætorio Hispaniarum*, sed *Proprafecto Hispaniarum*, i. e. Vicario Hispaniarum; Hispania enim una cum tribus Diœcesibus dispositioni Præfecti Prætorio Galliarum subdebatur. Hinc Claudianus hoc ipso Consulatu de Mallio Theodoro Præfecto Prætorio Galliarum agens, inquit: *Hispana tibi Germanaque Thetis paruit, & nostro deducta Britannia mundo, diversoque tuas coluerunt gurgite voces, lentus Arar Rhodanusque celer & dives Iberus.* De quinque Provin-

dentia factum est, ut deorum templorum & in eis consistentium idolorum facta fuerit ubique prostratio ac demolitio, contra vero Christianæ religionis res magna creverint accessione. Id quidem disertis verbis sanctus Augustinus affirmar, dum ait (a): *Sequenti anno, Consule Manlio Theodoro, quando jam secundum illud oraculum dæmonum, aut figmentum hominum, nulla esse debuit Christiana religio; quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim, quod scimus, in civitate notissima & eminentissima Carthagine Africa, Gaudentius & Jovius Comites Imperatoris Honorii quartodecimo Kalendas Apriles, falsorum deorum templa everterunt, & simulacra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus per triginta ferme annos, quis non videat quantum creverit cultus nominis Christi, præsertim posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui tamquam vera illa divinatione revocabantur a fide, eamque completo eodem annorum numero inanem irridendamque viderunt?* Hæc Augustinus post Consulatum Honorii quartum cum Eutychiano, Consule Manlio. Ex quibus aliisque superius dictis corrigendum est inversum Chronicon Prosperi, ubi post Consulatum Manlii ponitur Consulatus Honorii cum Eutychiano ordine quidem præpostero. De quo ne aliqua remaneat ullatenus dubitatio: ecce tibi Claudianus in Panegyrico ejusdem Theodori Consulatus, quem præcessit quartus Honorii, ista cecinit (b):

(a) S. Aug. de civ. Dei l. 18. c. ult.

(b) Claud. in Cons. Theod.

Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno:
Depositque suas, te succedente, curules.

LV. Leges hoc anno latæ adversus idola.

Cæterum cum de templis diruendis manarint anni hujus exordio ab Honorio Imperatore rescripta: cum populus Christianus conferto agmine impetum faceret in celsa & augusta quæque templorum ædificia, non sine urbium (ut videbatur) immensa deformitate: placuit eidem Honorio Imp. posterioribus rescriptis jubere, ut ubique populus a diruendis publicis ædificiis abstineret: itemque alio edicto promulgato, ut spectacula minime haberi prohiberentur, quæ tamen essent ab omni sacrificio & Gentilicia superstitione pura. Sed age jam, quo hæc ipsa notiora fiant, eadem hic describamus edicta, atque illud in primis mense Januarii datum his verbis (c):

Sicut sacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta servari: ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere; si quod scriptum, si qua lex forte prætenditur; erutæ hujusmodi chartæ ex eorum manibus ad nostram scientiam deferantur, &c. Dat. IV. Kalend. Febr. Rav. Theodoro V. C. Consule. Hæc ad Macrobium P.P. Hispaniarum, & ad Proclianum Vicarium Quinque provinciarum Honorius. Idemque hoc eodem anno ad Appollodorum Proconsulem Africæ his verbis rescripsit (d):

(c) l. 15. de Pagan. C. Theod. & Cod. Justin. eod. tit. l. 3.

Ædes illicitis rebus vacuas nostrarum beneficio sanctionum ne quis conetur evertere. Decernimus enim, ut ædificiorum quidem sit integer status. Si quis vero cum sacrificio fuerit deprehensus: in eum legibus vindicetur, depositis sub Officio idolis, disceptatione habita, quibus etiam nunc patuerit cultum vanæ superstitionis impendi. Dat. IV. Kalend. Septembris, Patavio, Theodoro V. C. Cons.

(d) l. 18. eod. tit. C. Theod.

LVI. Quod autem spectat ad ludos, ad eumdem Proconsulem Africæ idem Honorius Imperator ista rescripsit (e):

(e) l. 17. eod. tit. & C. Just. eod. tit. l. 4.

*Ut profanos ritus jam salubri lege submovimus; ita festos conventus civium, & communem omnium lætitiam * non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio, atque ulla superstitione damnabili, exhibere populo voluptates, secundum veterem consuetudinem, inire etiam festa con-*

* licentiam.

Ludi permissi agi in civitatibus.

PAGIUS

vinciis Galliarum ita vulgo appellatis suo loco egimus, & ea lege laudata constat, nondum hoc anno *septem Provincias* vulgo dictas institutas fuisse, ac præterea Galliarum & Hispaniarum Episcopos ad eradicandam Gentilitiam superstitionem hoc tempore studium suum & operam contulisse.

IX. In Africa vetita sacrificia, sed publicæ festivitates permissæ.

Tum *XIII. Kalend. Septemb. Patavio, Theodoro Cos.* Honorius festos conventus ludosque & convivia *per vota publica*, id est, in festivitatibus publicis, agitari, per Africam nominatim permisit, citra tamen ullum sacrificium, & citra aliam superstitionem damnabilem. Ea convivia quandoque in ipsis templis, quandoque in publico & vicatim inita, ut multis ostendit Gothofredus in hujus legis Comment. Ex his liquet quibusnam gradibus Gentilitia superstitio pessumdata fuerit. Primo quidem sacrificia tantum prohibita; mox & alii ritus gentilitii; tandem etiam & convivia solemnitatesque aliæ vetitæ. Et prohibita, tamen nihilominus mansere, ita ut etiam in Christianos quoque ritus hi Gentilitii transierint, & quidem in Africa, ut liquet ex Augustino Epist. LXIV. quæ novo ordine est XXII. & multo post ex Gregorio Magno lib. IX. Epist. LXXI. Tum *III. Kalend. Septemb. Patavii* Honorius dedit legem 18. Cod. Theod. *de Paganis* inscriptam *Apollodoro Proconsul. Africæ*, qua Templa per Africam destrui vetat, sacrificia rursum inhibet, & idola seu simulacra deponi jubet. Vetat tamen ædificia hoc prætextu dirui. Nihilominus Divus Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. ult. paucis ante hanc legem latam mensibus, templa Carthagine eversa fuisse testatur; *Consule Manlio Theodoro, in civitate notissima & emi-*

convivia, si quando exigunt publica vota, decernimus. Dat. XIII. Kal. Sept. Patavio, Theodoro V. C. Cons.

LVII. In Oriente etiam Arcadius Imperator ad Eutychianum P. P. rescripsit, ut illa templa idolorum diruerentur, quæ essent in agris. Sunt autem hæc verba rescripti (*a*):

(*a*) l. 16. de Pagan. C. Theod.

Quid Arcadius adversus deorum templa.

Si qua in agris templa sunt, sine turba ac tumultu diruantur. His enim dejectis atque sublatis, omnis superstitionis materia consumetur. Dat. III. Idus Julii, Damasco Theodoro V. C. Cons. Verum quæ reliqua erant templa in civitatibus, ut Gazæ Marnæum, ad biennium integra perseverarunt.

LVIII. Sed quod ad templa in urbibus posita pertinet; etsi ab eorum demolitione vetiti sunt Christiani, iisdem tamen potiri concessum est. Magna quidem gloria Christianæ religionis effulsit, cum arbitrio ipsius Antistitum clausis diu deorum templis, nunc reseratis, vexilloque illuc Crucis illato, comitantibus clero atque fideli populo, idola frangerentur, & simul cuncta, quæ superstitionis signa referrent, penitus tollerentur. Quid autem acciderit tunc Carthagine de templo Cælestis omnium famosissimo, S. Prosper narrat his verbis (*b*):

(*b*) Prosp. de prædict. l. 3. c. 38.

Quid Carthagine in templo Cælestis Idoli.

Apud Africam Carthagine Cælestis inesse ferebant templum, nimis amplum, omnium deorum suorum ædibus vallatum, cujus platea lithostrata pavimento ac pretiosis columnis & mœnibus decorata, prope in duobus fere millibus passuum protendebatur. Cum diutius clausum, incuria, spinosa virgulta circumseptum obruerint, velletque populus Christianus usui veræ religionis vindicare: dracones, aspidesque illic esse ob custodiam templi, Gentilis populus clamitabat. Quo magis Christiani fervore succensi, ea facilitate omnia amoverunt illæsi, quo templum suo vero cælesti Regi & Domino consecrarent. Nam cum sancta Paschæ solemnis ageretur festivitas, collecta illic & undique omni curiositate etiam adveniens multitudo, sacerdotum multorum pater & dignæ memoriæ nominandus Antistes Aurelius, cælestis jam patriæ civis, cathedram illic, loco Cælestis & habuit, & sedit. Ipse tunc aderam cum sociis & amicis, atque (ut se adolescentium ætas impatiens circumquaque vertebat) dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicimus, mirum quoddam & incredibile nostro se ingessit aspectui, titulus æneis grandioribusque litteris in frontispicio templi conscriptus, AURELIUS PONTIFEX DEDICAVIT: hunc legentes populi, mirabantur, præsago tunc spiritu acta, quæ præscius Dei ordo certo isto fine concluserat.

LIX. Vaticinia Gentilium contra ipsos conversa.

Cumque a quodam Pagano falsum vaticinium, velut ejusdem Cælestis proferretur, quo rursum & viæ, & templa prisco sacrorum ritui redderentur; ille, ille (inquam) verus Deus, cujus prophetica vaticinia nesciunt omnino mentiri, nec fallere, sub Constantio & Augusta Placidia, quorum nunc filius Valentinianus pius & Christianus imperat, Ursa insistente Tribuno, omnia illa templa ad solum usque perducta, agrum reliquit, in sepulturam scilicet mortuorum: ipsamque viam sine memoria sui nunc Vandalica manus evertit. Hæc Ipse: ex his quoque & vides, quibus ex causis creverit Fidelium æmulatio in templis deorum demoliendis; quæ clausa penitus, esse despectui, illi patiebantur inviti. Cum enim Gentilium pertinacia impatiens dedecoris & contumeliæ, deorum templa penitus inaccessa ma-

PAGIUS

eminentissimæ Carthaginis Africæ, Gaudentius & Jovius Comites Imp. Honorii XIV. Kalend. April. falsorum Deorum templa everterunt, & simulacra fregerunt, ubi tamen loco, *Manlio*, quod nomen in omnibus editionibus corruptum, legendum, *Mallio*, uti recte præter Auctores laudatos habet Claudianus in fine Panegyris de *Consulatu Mallii Theodori*.

X. *Arcadius Templa in agris per Phœnicen dirui jubet.*

In Oriente Arcadius dedit legem 16. Cod. Theod. *de Paganis*, *III. Idus Jul. Damasco*, qua templa quæ in agris residua erant, sine turba ac tumultu dirui mandat. Inscripta est lex hæc ad Eutychianum Præfectum Prætorio, Orientis scilicet, indeque apparet eam pertinere ad Orientem, & nominatim ad Phœnicen Libani seu Phœnicen secundam cujus Metropolis erat Damascum, proindeque male Baronium existimasse hanc legem datam fuisse ad Patrum Africanorum legationem; cum *Africa* non Arcadio, cujus hæc lex est, sed Honorio pareret. Jussit *Arcadius templa* in agris Phœnices sine tumultu everti. Verum eventus huic rei minus respondit; utpote tumultu maximo per Phœnicen ob id exorto, plurimis Monachorum vulneratis, nonnullis etiam cæsis, ut ipsemet Chrysostomus, qui hujus legis auctor fuit Epist. 123. & 126. testatur; Agricolæ enim sua sibi templa servari enixius contendebant, iis rationibus, quas Libanius in Oratione *de Sacris* refert. Plura hac de re Gothofredus in Comment. hujus legis.

XI. *Templum Deæ Cælestis vero Deo dicatur.*

A num. LVIII. ad LXXII. Sola simulacra evertenda statuerat Honorius Imper. indeque *Aurelius* Carthaginensis Episcopus aliter egit cum famoso *Cælestis Deæ* templo, quam ejus Comites Gaudentius & Jovius, qui ipsa templa, ut mox diximus, diruenda voluere. Auctor enim Anonymus libri *de Promissionibus*, qui perperam creditur Prosper Aquitanus, lib. 8. cap. 38. ait: *Cum Sancta Paschæ solemnis ageretur festivitas, collecta illic & undique omni curiositate etiam adveniens multitudo Sacerdotum multorum, pater & digna memoria nominandus Antistes Aurelius, cælestis jam patriæ civis, Cathedram illic loco Cælestis & habuit, & sedit. Ipse tunc aderam cum sociis & amicis, atque (ut se adolescentium ætas impatiens circumquaque vertebat) dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicimus, mirum quoddam & incredibile* no-

manere, falsis oraculis in vulgus sparsis, fore jactabat, ut abolita Christiana religione, idololatria jam compressa majori resurgeret gloria, templaque rursus aperienda, & numerosiori multitudine frequentanda: quo hæc inanis prædictio cassa penitus redderetur, ante eorum oculos ipsorum templa Fideles a fundamentis solo prosternere conabantur: ut sic tandem Gentilitas desperata fatiscens, victa daret victoribus manus, nomenque Christianæ militiæ. Quod quidem ex sententia evenisse, ea quæ nuper sunt ex sancto Augustino (a) recitata, testantur.

(a) Aug. in Lucifer. ser. 29.

LX. Romanis etiam venerandum Cælestis idolum.

Hic tandem finis fuit famosissimi idoli Cælestis Carthaginensis, ejusque templi omnium in Africa celeberrimi. Adhuc vero ut Christi gloria ex ejus demolitionis idoli victoria parta magis magisque omnibus innotescat, hic paululum immorandum, deque eodem idolo & ejus origine & nomine est pluribus disserendum: omnia enim hæc conducunt ad Christi de perversissimo dæmone expugnato triumphum. Primum enim sciendum est, ejusmodi Cælestis Carthaginensis idolum etiam Romanis maxime venerandum fuisse: quod ex eo quisque poterit intelligere, dum ex Senatusconsulto atque Principum placitis istud ipsum paucis concessum assecutum fuerit privilegium, ut posset hæres institui. Nam Ulpianus (b) J. C. hæc de his habet:

(b) Ulpian. tit. de his qui hæred. instit. possunt post C. Theod.

*Deos hæredes instituere non possumus, præter eos quos Senatusconsulto, constitutionibus Principum instituere concessum est, sicut Jovem Tarpejum, Apollinem Didymæum, sicuti Martem in Gallia, Minervam Meliensem *, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Cybelem, quæ Smyrnæ colitur, & Cælestem * Salinensem Carthaginis.* Hæc Ulpianus.

* Iliensem. * Cælestium.

LXI. De Cælestis Dei Carthaginensium origine.

Sed quodnam numen Cælestis nomine declaratur? Prima quidem fronte dixeris, esse Saturnum: nam cum Lactantii (c), tum aliorum plurium testificatione expressum habetur, peculiarem Deum Afris fuisse Saturnum, cui humanas hostias immolarent (d). Cum igitur constet Cælestem fuisse summo apud eos honore habitum, eumdem fuisse Saturnum cum Cæleste, certum videri potest. His accedit Tertulliani Carthaginensis hominis summa auctoritas, dum primum hæc ait in Apologetico (e): *Unicuique provinciæ & Civitati suus Deus est, ut Africæ Cælestis.* Idemque postea in Scorpiaco (f) ista subdit: *Afrorum Deum Saturnum placari victimis hominum.* Quibus accedit, quod a Græcis Saturnus οὐρανός (quod, & Phornutus ait) Cælus est appellatus, seu Cælestis. His adjungitur, quod Salvianus (g) Cælestem, non Deam, sed Deum appellat.

(c) Lact. de fal. relig. c. 21. (d) Sil. Ital. & alii.

(e) Tertul. Apol. c. 24.

(f) Tertul. in Scorpia. c. 7.

(g) Salvia. de provid. Dei l. 8.

LXII. Cælestis Dea Carthaginensium peculiaris.

Verum Cælestem, non Dei, sed Deæ fuisse nomen, ex eodem Tertulliano (h) in primis accipimus, ubi ait: *Ista ipsa virgo Cælestis pluviarum pollicitatrix, &c.* Ista ipsa, nempe, quæ Charthagina colitur. Sed S. Augustinus (i), ejus gentilis, utpote Afer, virginem Cælestem nominat. Deam quidem & non Deum fuisse apud Ethnicos existimatum, declarat etiam præsens inscriptio incisa basi, super quam Cælestis simulacrum collocatum erat (k).

(h) Tertul. Apol. c. 23.

(i) Aug. de Civit. Dei l. 2. c. 4.

(k) Romæ apud Alexand. Borgianum.

INVICTÆ
CÆLESTI
AUR. ONESI
MUS. D D

Et Apulejus, idemque ipse Africanus, eamdem virginem appellat, Junonemque fuisse ait (l) cum ita eam compellat: *Magna Jovis germana & conjuga, sive tu Sami querulo partu, vagituque & alimonia tua gloriaris; sive celsæ Carthaginis, quæ te virginem vectura leonis cælo commeantem percolit, beatas sedes frequentas, &c.* Cujus quidem imaginem in antiquis nummis expressam hic reddendam puravimus. Consiste hic parum, quæso, lector: haud animo otiose tibi hoc exhibitum fuisse spectaculum senties. Vides hic duorum formas numismatum editas, alterius Severi Imperatoris, alterius vero ejus filii Antonini; atque in ambobus, a tergo ipsorum, Carthaginensium Deæ Cæle-

(l) Apul. de asin. lib. 6.

PAGIUS

nostro se injecit aspectui, titulus aneis grandioribusque litteris in frontispicio Templi conscriptus: Aurelius Pontifex dedicavit.

XII. *Ejus inscriptio explicatur.*

Hæc inscriptio incisa basi, super quam Cælestis Deæ simulacrum collocatum erat:

INVICTÆ
CÆLASTE
AUR. ONESI
MUS. D. D.

Explicat eam Schelstratius in differt. I. de Ecclesia Africana cap. I. aitque, ultima verba intelligenda non esse de *Aurelio* Carthaginensi Episcopo, qui *Cælestis Deæ* templum eo ipso tempore vero Deo dedicavit: sed de *Aurelio Gentili*, Carthaginensium Pontifice. Nam cum templum hoc sub *Aurelio* Gentili Pontifice, simulacro Cælestis Deæ dedicatum fuerit, & postea sub altero *Aurelio* Catholico Episcopo, Numini Divino illud consecrari contigerit, hoc non immerito, tanquam Divinæ Providentiæ opus scriptor ille Anonymus miratur: *Hunc titulum*, subjungit, *legentes populi mirabantur, præsago tunc spiritu acta, quæ præscius Dei ordo certo isto fine concluserat.* Quæ germana hujus loci videtur explicatio. Rem similem narrat Sozomenus lib. 7. cap. II. accidisse dum *Serapidis* templum, Theodosio M. imperante, Alexandriæ everteretur, litteras scilicet quasdam hieroglyphicas signo crucis

lestis inesse signa. Meminisse autem debes, dictum esse secundo Annalium tomo effigiata cjusmodi fuisse numismata cum inscriptione, INDULGENTIA AUGG. quod Severus Imp. una cum filio plurima Carthaginensibus contulerit beneficia.

(a) Extat apud Lalium Pasqualin. num. argent.



(a)



(b) Extat apud Aug. Brevent. num. aeneum.



(b)



LXIII. Imaginibus vagiis reddita Cælestis Dea.

(c) Lucian. de Dea Syria.

Cum autem utraque numismata hæc Carthaginensium Deæ typum exprimant & imaginem, altera tamen ipsarum in eo tantum differt ab altera parva differentia, cum in posteriori Cælestis Deæ dextera armata sit fulgure, in priori vero tympanum dextera Cælestis teneat; cujus effigiem (c) a Luciano habes magna ex parte descriptam. Dum enim agit de Dea Syria, hæc inter alia: *Leones ipsam ferunt, & tympanum habet, & coronam in capite turritam gestat.* Ut Cybelem haud dubium intelligas significari, quæ ad luctus ex Attidis morte suscepti consolationem, tympanum sumpsisse fertur. Porro ejusdem Deæ signa diversis gestaminibus fingi, illud declarat, quod idem Lucianus inferius habet de ejusdem imagine in templo Hierapolitano ad totius Syriæ cultum posita, dum ait ejusdem simulacrum altera quidem manu colum, altera vero sceptrum gestasse; quod & in nummis exprimitur: licet interdum alios pro colo reddidisse invenerimus fulgur.

LXIV. Cælestis diversis nominibus appellata.

(d) Apul. l. 11. in princ.

Cæterum ejusdem Apuleji constat auctoritate, idem simulacrum non unius tantum, sed diversorum numinum nomina continuisse: sunt hæc ejus verba (d): *In universum quidem (quod vere dixeris) Juno est. Cæterum habet quippiam & Minervæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemesis, & Parcarum: & altera quidem manu sceptrum tenet, altera autem colum, & in capite radios gerit, & turrim, & cæstum habet, quo solam Venerem cognomento Cælestem exornant.* Hæc ipse. Similiter autem ex Cælesti Carthaginensi exprimi plura numina, sive unum diversis nominibus nuncupatum, non tantum quæ nuper ex Apulejo sunt recitata declarant, sed & quæ idem enucleatius habet inferius hisce verbis, cum precatur: *Regina Cæli, sive tu Ceres alma frugum parens originalis, quæ reperta lætata filiæ, vetusta glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo, nunc Eleusinam glebam percolis: Seu tu Cælestis Venus, quæ primis rerum exordiis sexuum diversitatem, generato amo-*

PAGIUS eis similes incisas apparuisse; quas cum viri earum rerum periti interpretarentur, vitam æternam significare dixerunt: *Quas litteras*, inquit Socrates lib. 5. cap. 17. *cum cernerent Gentiles & Christiani, sua quisque religioni eas adaptabat, siquidem crucis effigies aliud apud Christianos, aliud apud Gentiles significat.* Christiani signum esse dicebant salutaris Christi Passionis, propriam religionis suæ notam, Crucem scilicet: Gentiles vero commune quiddam Christo & Serapidi esse affirmabant. Quod itaque tunc Alexandriæ, nunc Carthagine evenit, quod *præscias Dei ordo certo isto fine concluserat*, inquit laudatus Anonymus.

amare, fecisti, & æterna sobole humano generi propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris: Seu Phœbi soror, quæ partu fœtarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti, præclarisque nunc veneraris delubris Ephesi: Seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, triformi facie larvales impetus comprimens: ac paulo post, sic respondens ipsa ad Lucium: *En adsum tuis commota, Luci, precibus rerum Natura parens, elementorum omnium domina, sæculorum progenies initialis, summa numinum, Regina manium, prima cælitum, deorum dearumque facies uniformis, quæ cæli luminosa culmina, maris salubria flamina, inferorum deplorata silentia nutibus meis dispenso. Cujus numen unicum, multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo* * *totus veneratur Orbis. Inde primigenii Phryges Pessinunticam nominant Deum matrem: hinc autochthones Attici Cecropejam Minervam: illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusini ut vetustam deam Cererem: Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecaten, Rhamnusiam alii: & qui nascentis dei Solis inchoantibus illustrantur radiis Æthiopes, Ariique priscaque doctrina pollentes Ægyptii cæremoniis me propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem, &c.*

* multivugo.

LXV. Attigit hæc etiam ex parte noster S. Ambrosius, dum de ea hæc ait expresse (a): *Quam Cælestem Afri, Mitram Persæ, plerique Venerem colunt pro diversitate nominis, non pro numinis varietate.* At quod idem Apulejus citatis in locis, eamdem Cælestem, Dianam nominatam fuisse tradit: hic cum S. Hieronymo (b) dicimus, non intelligi Dianam illam venatricem, quæ arcum tenet, & succincta est: *sed illam* (ut ait) *Multimammium, quam Græci πολυμάστον vocant; ut scilicet ex ipsa quoque effigie mentiantur, omnium eam bestiarum & viventium esse nutricem.* Quale fuisse simulacrum Dianæ Ephesiæ, antiqua monumenta docent. Certe quidem & Dianam Cælestis nomine nuncupatam, antiqua inscripta lapidibus monumenta produnt, ut quæ subjicimus (c):

(a) Ambr. adv. Sym.

Cælestis eadem Diana ab aliis dicta.

(b) S. Hier. in præf. in epist. Paul. ad Ephes. lib. 1.

(c) Romæ apud S. Mariam Major. descripsit Smet. pag. 22. n. 11.

DIANÆ. CÆLESTI
SACRUM
Q. CORNELIUS
THEOPHILUS
CUM. QUINTIA. M. F
LUPERCA

LXVI. Sed unde id Carthaginensibus numen? Audi Herodianum (d), dum describit Heliogabali portentosa deliria, cum quæreret deo suo Heliogabalo uxorem sociare: spretoque Palladis simulacro, quod cerneret galeatum: *Negans* (inquit) *belligeram uxorem atque armatam cordi esse deo suo, simulacrum Uraniæ* (Cælestis scilicet Deæ) *jussit afferri: quod scilicet Carthaginensibus, omnique Africæ venerabile, positum fuisse a Phœnissa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem dissecto corio ædificavit. Hanc Afri Uraniam, Cælestem videlicet, vocant; Phœnices Astroarchem, Lunam esse affirmantes. Congruere igitur ajebat Antoninus matrimonium Solis & Lunæ.* Hæc Herodianus. Veruntamen quod est apud Herodianum, Astroarchen, astrorum Principem, Reginam cæli Judæi, Phœnices vero nominabant Astarthen, notissimum apud eos idolum, cujus genealogiam ab Eusebio (e) ex antiquissimis Phœnicum monumentis descriptam invenies.

(d) Herod. lib. 5.

Sidoniorum Theologia ad Carthaginenses allata.

(e) Euseb. de præpar. Evang. l. 1. c. 7.

LXVII. Sic & Lucianus de Dea Syria agens, Sidoniorum idolum maximo apud eos honore habitum, Astarthen pariter nominat: quam deam Lunam esse, sic dictam, ipse se existimare testatur. Estque ejus mentio in divinis Scripturis (f): nam de Salomone traditur, quod inter alias idolorum abominationes colebat Astarthen deam Sidoniorum; quam cum Apulejus (ut vidimus) nominet Reginam cœli, intelligere potes eam ipsam fuisse, quam temporibus Hieremiæ apostatantes Hebræos coluisse, conqueritur ipse Hieremias cum ait (g): *Filii colligunt ligna, & patres incendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ cæli:* & alibi ex eorum verbis: *Ex eo autem tempore, quo cessavimus sacrificare Reginæ cæli, & libare libamina, omnibus indigemus, & gladio & furore consumpti sumus.* Quam Reginam cæli S. Hieronymus Lunam interpretatur: Paraphrasis vero Chaldaica habet pro Regina cæli, Sidera cæli. Sentit, & Philastrius (h), idem esse idolum, quod Sidonii & illis propinqui seducti Judæi coluerunt Reginam cæli, quam Carthaginenses appellarunt Cælestem Virginem: nam ait: *Alia est hæresis in Judæis, qui Reginam, quam & Fortunam cæli nuncupant, & Cælestem vocant in Africa, colunt, eique sacrificia offerre non dubitant.*

Judæi Apostatæ cultores Cælestis Deæ.

(f) 3. Reg. 11.

(g) Hierem. 7. & 44.

(h) Philast. c. 16.

LXVIII. Ceterum illud contigit, quod etsi unum idemque commune iisdem erat idolum: tamen cum pro diversitate regionum (quod Theodoretus ait (i)) mutari consueverint deorum imagines: inde accidit, ut aliis signis eadem dea expressa esset apud Sidonios, aliis apud Carthaginenses. Apud Sidonios enim eadem obequitans tauro (ut Lucianus ait) exprimebatur in nummis: nam & caput tauri Astarthen insigne fuisse, Eusebius docet (k): cumque & Cæli filiam extitisse dicit, inde quoque accidit dictam esse Cælestem, quo nomine eam-

(i) Theod. in Exech. sect. 9.

(k) Euseb. de præpar. Evang. l. 1. c. 7.

eamdem colerent Africani, non tamen tauro, sed leonis dorso virginem insidentem, ut in nummis eam vides expressam.

LXIX. Magnus Christi triumphus in demolitione Cælestis.

At quorsum, dices, tota hæc de Cælesti Carthaginensi prolixa tractatio? ea nimirum ex causa, quod singula hæc sint præclarissima trophæa victoriæ Crucis Christi. Non enim (ut videbatur) in demolitione Cælestis Carthaginensis unum tantum fuit prostratum idolum, sed omnia illa Gentiliciæ superstitionis sunt numina debellata, quæ ex Luciano, & Apulejo superius sunt recensita. Et quod majoris fuit gloriæ Christi, de illo tunc potentissimo triumphatum est dæmone, qui Salomonem sapientissimum Regum omnium vicisset, Hebræumque Dei populum sub jugo duxisset impietatis, ipsa Astarthe, nuncupata Regina cæli, dea Sidoniorum, a Carthaginensibus dicta Virgo Cælestis. Quod tunc exhibitum putas spectaculum cælitibus dignum, cum quæ vecta leone Cælestis cælestia scandens, uni ex illis sternitur pedibus, qui instar ovis (a) a Christo missus est inter lupos? Quænam umquam de victoria hostium tam gloriosa est erecta columna, vel ingens elevatus est obeliscus, aut victoriis exculptus militum fornix fuit triumphalis extructus, sicut cum sedes Christianæ legis Antistitis (ut ait Prosper) in loco Cælestis est collocata, in qua & ipse Christi sacerdos stante populo sedit? *Aurelius* (inquit ille) *cælestis patriæ Civis, cathedram illic loco Cælestis habuit & sedit.* Etenim cathedræ Episcopali leo ille Cælestis succubuit; quod in Ecclesia moris esset, thronos Pontificis sculptorum leonum tergis imponi, mysticum illud referans, superbiam sæculi adversariam Christi, dæmonisque potentiam Crucis virtute subactam. Equidem innumera de his cernuntur exempla, ut de ea quæ proxime ob oculos fuit, sede Pontificia in apside veteris Basilicæ Vaticanæ. Magna plane Christi victoria factum est, ut ubi Cælestis idolum (quod ait Capitolinus in Pertinace) reddebat oracula, illic audiretur ab Episcopo prædicari Evangelium veritatis. Sed de his hactenus.

(a) Matt. 11. Luc. 10.

LXX.

Nunc autem reliqua prosequamur, quæ his item temporibus in Africa contigisse idem Prosper narrat his verbis (b): *Novi quoque ipse, in quadam parte Mauritaniæ provinciæ de speleis & cavernis ista antiqua producta simulacra, quæ fuerant abscondita, ut omnis illa cum clericis in sacrilegio perjurii Civitas teneretur. Quid vero per cæteras provincias in re hac actum sit, & omnibus notum est, & exitus ipsi demonstrant. Doluit hæc futura Hermes Trimegistus; & mærens inter cætera scripsit, dicens: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, mortuorum erit cadaverumque plenissima futura.* Hactenus Prosper.

(b) Prosp. de prædict. l. 3. c. 38.

Simulacra abscondita propalata.

LXXI. Christiana modestia commendata.

Rursum vero quod ad res Africanas pertinet; S. Augustinus cum de his agit, antequam scilicet Imperatoris rescriptis licentia data esset Christianis adversus idola aliasque omnes ad ea spectantes superstitiones agendi, commendat Christianorum modestiam, dum nonnisi magna charitate cum ipsis agere consueverint. Ipse enim concionatus ad populum, ubi explicat illa Deuteronomii verba (c): *Cum data vobis fuerit terra in potestatem, aras eorum destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis: Cum acceperitis potestatem, hæc facite. Ubi nobis*, inquit, (d) *non est data potestas; non facimus; ubi data est, non prætermittimus. Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis: numquid accedimus, & confringimus? Prius enim agimus, ut idola in eorum cordibus confringamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint, aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos. Modo orandum est pro illis, non irascendum illis.* At hæc Augustinus ante rescripta illa adversus idola edita: quid autem post ipsa promulgata a suis voluit ipse præstari Christianis, hæc ab eodem commonente accipe (e) Augustino: *Cum*, inquit, *templa, idola, luci, & si quid hujusmodi, data potestate, evertuntur: quamvis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari: ideo tamen in usus nostros privatos dumtaxat, & proprios non debemus inde aliquid usurpare, ut appareat nos pietate ista destruere, non avaritia. Cum vero in usus communes, non proprios ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur; hoc de illis fit quod de illis hominibus, cum ex sacrilegis, & impiis in veram religionem mutantur.* Hæc ipse: ex quibus intelligis quam a suis exegerit Augustinus in Gentilium superstitione abolenda hoc tempore moderationem: haud tamen ab omnibus id præstitum est, ut ipsa materia, ex qua idola confecta essent, Gentilibus ipsis fuerit restituta: quis enim illam a militum manibus rapacissimis extorsisset?

(c) Deut. 7. 12.

(d) Aug. in Matt. ser. 6.

(e) Aug. ep. 154.

LXXII. Suffectani trucidant Christianos.

Accidit autem tunc temporis illud lugubre in Colonia Suffectana, ut Gentiles Christianos aggressi, ex iis trucidarunt sexaginta, quorum mentio in Martyrologio Romano ad diem XXX. Augusti. Hac de re Augustinus ad Seniores Coloniæ Suffectanæ scripsit Epistolam L. quæ alias erat CCLXVII.

PAGIUS XIII. Gentiles in Christia-nos sua templa demolientes saviunt.

A num. LXXII. ad LXXIX. Recitat hoc anno Baronius ex Divo Augustino res duas, quæ diversis temporibus contigere. Hoc enim circiter anno in Colonia Suffectana, cum *Herculis* templum demolitum fuisset, Gentiles armis Christianos aggressi, ex iis trucidarunt sexaginta, quorum mentio in Martyrologio Romano ad diem XXX. Augusti. Hac de re Augustinus ad Seniores Coloniæ Suffectanæ scripsit Epistolam L. quæ alias erat CCLXVII.

simulacri sui Herculis jacturam passi adversus Christianos arma corripientes, ex eis trucidaverint sexaginta; ad quos tunc S. Augustinus exprobrans ista breviter scripsit(a).

(a) *Aug. ep. 267.*

Augustini epistola ad Suffectanos.

Immanitatis vestræ famosissimum scelus & inopinata crudelitas terram concutit, & percutit cælum, ut in plateis ac delubris vestris luceat sanguis, & resonet homicidium. Apud vos Romanæ sepultæ sunt leges, judiciorum rectorum calcatus est terror, Imperatorum certe nulla veneratio nec timor. Apud vos sexaginta numero fratrum innocens effusus est & sanguis: & si quis plures occidit, functus est laudibus, & in vestram curiam tenuit principatum. Age nunc principalem veniamus ad causam. Si Herculem vestrum dixeritis: porro reddemus. Adsunt metalla, saxa nec desunt: accedunt marmorum genera, suppeditat artificum copia. Cæterum Deus vester cum diligentia sculpitur, tornatur & ornatur: addimus & rubricam, quæ pingit ruborem, quo possint vota vestra sacra sonare. Nam si vestrum Herculem dixeritis, collatis singulis nummis, ab artifice, vestro vobis emimus Deum, Reddite igitur animas, quas manus vestra contorsit; & sicuti a nobis vester Hercules redhibetur, sic etiam a vobis tantorum animæ reddantur. Hactenus ad eos Augustinus, ironia ista exprobrans immane facinus, deorumque Gentilium inanem cultum ob oculos repræsentans; ostendens facilius esse, mille denuo Hercules, & omnes deos Gentilium efformare, quam unum necatum hominem vitalibus restituere: declarans pariter quanto inferioris conditionis existeret Hercules, quem fractum reficere artifex posset, quam homo, qui semel extinctus, ab Hercule excitari non valeat.

LXXIII. At quid hoc item tempore Gentiles Coloniæ Calamensis in opprobrium promulgatarum in deos Gentilium legum egerint, ab ipso etiam accipe Augustino hæc de his ad Nectarium conscribente (b): *Contra recentissimas leges, Kalendis Juniis, Festo Paganorum, sacrilega solemnitas agitata est, nemine prohibente tam insolentia ausu, ut quod nec Juliani temporibus factum est, petulantissima turba saltantium in eodem prorsus vico ante fores transiret Ecclesiæ. Quam rem illicitissimam atque indignissimam clericis prohibere tentantibus, Ecclesia lapidata est. Deinde post dies ferme octo, cum leges notissimas Episcopus Ordini replicasset, & dum ea quæ jussa sunt velut implere disponunt, iterum Ecclesia lapidata est. Postridie nostris ad imponendum perditis metum, quod videbatur, apud Acta dicere volentibus, publica jura negata sunt. Eodemque ipso die, ut vel divinitus terrerentur, grando lapidationibus reddita est: qua transacta, continuo tertiam lapidationem, & postremo ignem Ecclesiasticis tectis atque hominibus intulerunt; unum servorum Dei, qui aberrans occurrere potuit, occiderunt, cæteris partim ubi potuerunt latitantibus, partim quo potuerant fugientibus: cum interea contrusus atque coarctatus quodam loco se occultaret Episcopus; ubi se ad mortem quærentium voces audiebat, sibique increpantium, quod eo non invento, gratis tantum perpetrassent scelus. Gesta sunt hæc ab hora ferme decima usque ad noctis partem non minimam. Nemo compescere, nemo subvenire tentavit illorum, quorum esse gravis posset auctoritas, præter unum peregrinum, per quem & plurimi servi Dei de manibus interficere conantium liberati sunt, & multa extorta prædantibus: per quem clarum factum est, quam facile illa vel omnino non fierent, vel cœpta desisterent, si Cives maximeque primates ea fieri perficique vetuissent.* Hæc Augustinus de his quæ diebus istis Calamæ facta

(b) *Aug. ep. 202.*

Calamenses quid in Christianos.

PAGIUS XIV. *Uti postea anno CCCCVIII.*

Tum anno quadringentesimo octavo *Calamæ*, quæ urbs Numidiæ erat, Gentiles in opprobrium legis adversus Deos suos promulgatæ, in Christianos pariter insurrexere, multos occidere, & ædificiis Ecclesiasticis ignem injecere, ut narrat Divus Augustinus in Epistola ad Nectarium, novo ordine XCI. alias CCII. Verum facinus istud patratum, non post leges hoc anno ab Honorio adversus Gentiles latas, sed post legem Cod. Theod. 19. *de Paganis*, datam *VIII. Kalend. Decemb. Romæ Basso & Philippo Coss.* anno sc. CCCCVIII. In ea enim Epistola Augustinus num. VIII. ait: *Contra recentissimas leges Kalendis Juniis festo Paganorum sacrilega solemnitas agitata est*, quæ sunt ipsissima legis 19. *de Paganis* verba. Præterquam quod legibus hoc anno promulgatis Sacrificia Idolis fieri prohibentur, non solemnia festa celebrari. Ad hæc Baronius num. LXXIII. perperam scribit, Ecclesiam Calamensem sub Diœcesi Hipponensi constitutam fuisse, *adeo ut ejus visitatio ipsi incumberet Augustino*. Nam cum visitatio ad solum Primatem pertineret, hoc plane fuisset contra jus Primatiale Numidiæ, ut recte observat Emin. Cardinalis Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 8. Erat quidem *Calama* Hipponi regio proxima ex lib. 2. contra Petilianum cap. 99. sed peculiarem Diœcesim habebat, in qua nullum Hipponensi Episcopo jus competebat, licet Augustinus ob tumultus ea in urbe exortos, eo statim de proximo sese contulerit, ut ipsemet refert in illa ad Nectarium Epistola. Baronius ad suam sententiam probandam, num. LXXIV. laudat Possidium in Vita Augustini cap. 12. ubi ait: *Cum forte unus ex iis, quos de suo Monasterio & Clero Episcopos Ecclesiæ propagaverat, ad suam curam pertinentem Calamensis Ecclesiæ Diœcesim visitaret, ut quæ didicerat pro pace Ecclesiæ contra illam hæresim prædicaret*, &c. At ex iis verbis liquet, inquit Card. Norisius, *Possidium* laudare lustrationem Calamensis Diœcesis, quam ipse, non vero Augustinus instituerat, quod tamen Baronius existimavit.

XV. Sed redeo ad legem, ex qua tumultuandi occa-

facta sunt, cujus Ecclesia sub Diœcesi Hipponensi constituta erat, adeo ut ejus visitatio ipsi incumberet Augustino, ut Possidius ejusdem Ecclesiæ Episcopus docet (*a*).

(*a*) Possid. in Vit. S. Aug. c. 12.

LXXIV. Quid Augustinus Calamæ cum Gentilibus.

Veniens igitur, his auditis, Calamam Augustinus, ut mærentem sublevaret Ecclesiam, quid tunc egerit, idem ipse eadem epistola ita narrat: *Modo cum apud Calamam essemus, ut nostri in tam gravi dolore vel consolarentur afflicti, vel sedarentur accensi: quantum potuimus, quod in tempore oportuisse existimavimus, cum Christianis egimus: deinde etiam ipsos Paganos mali tanti caput & causam, petentes ut ab eis videremur, admisimus; ut hac occasione admoneremus eos, quid facere deberent, si saperent; non tantum pro removenda præsenti sollicitudine, verum etiam pro inquirenda salute perpetua, multa a nobis audierunt, multum etiam ipsi rogaverunt. Sed absit ut tales servi simus, quos ab eis rogari delectet, a quibus noster Dominus non rogatur.* Discessit tandem ab eis Augustinus haud placatus, quod oblatam veniæ spem etiam lucro æternæ salutis minime suscepisset.

LXXV. Nectarius intercedit apud S. Augustinum pro suis Paganis.

Quamobrem qui inter Ethnicos ibi consistentes grandior natu ac sapientior videbatur, Nectarius suis gentilibus consulturus Idololatris, ad eumdem Augustinum reversum Hipponem litteras dedit, quæ hactenus exstant (*b*), in quibus inter alia munus ab eo Christiani Episcopi exigens, ista subdit: *Sed Episcopum fas non est, nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentem Deum veniam aliorum mereri delictis*, &c. Augustinus vero ad ipsum rescribens, ista pollicetur, nimirum acturum ut resipiscentibus parcatur, cum nocentibus vero mitius agatur, ita tamen, ne veniæ facilitate rursum alia his similia impiorum præsumat audacia, attemperandam fore clementiam severitate: *Ad hoc* (inquiens) *nitendum, servata mansuetudine & moderatione Christiana, ut aut cæteros deterreamus eorum imitari perversitatem, aut cæteros optemus eorum imitari correctionem. Damna quæ illata sunt, vel tolerantur a Christianis, vel resarciantur per Christianos: animarum vero lucra, quibus acquirendis cum periculo etiam sanguinis inhiamus, & in illo loco quæstuosius provenire, & aliis locis illo exemplo non impediri desideramus.* Hæc ipse, plane docens qua ratione debeat Episcopus attemperare cum indulgentiæ remissione severitatis rigorem.

(*b*) Apud Aug. epist. 202.

LXXVI. Legatio Possidii ad Imperatorum adversus Gentiles.

Quænam autem ista fuerint consecuta, nihil præterea invenimus, nisi quod Possidius Calamæ Episcopus, expostulaturus adversus Gentiles incendiarios & homicidas, navigavit ad Honorium Imperatorem: cujus cum severum ad Proconsulem rescriptum timeretur elicitum, rursus idem qui supra Nectarius Calamensis, homo Gentilis, ad eumdem S. Augustinum pro salute suorum litteras dedit: extant (*c*) ipsæ, & quas ad ipsum reddidit idem Augustinus (*d*), ubi & de Possidio apud Imperatorem causam prosequente meminit.

(*c*) Apud Aug. epist. 253.

(*d*) Aug. epist. 254.

LXXVII.

Cum igitur tam in Oriente, quam etiam in Occidente (ut vidimus) adversus idola hoc anno fuissent promulgata rescripta: sicubi vehemens reliquorum facta est prostratio idolorum, Romæ certe ardentioribus studiis eorumdem conclamata est demolitio, cum (sententia S. Hieronymi (*e*) alias repetita) nullibi vehementius quam Romæ, frequentiorique populo, vacua idolorum templa quaterentur. Sed ex quo ea quæ in aperto erant, jam fuerant disjecta atque contrita, secretos aditus, ipsa penetralia, speeusque subterraneos Fideles sunt curiosius perscrutati; adeout inveniri latibula minime usquam potuerint, quæ solerti, pietate duce, sagacitati fuerint inaccessa. Tunc plane accidit, quod S. Prosper (*f*) una cum aliis suorum temporum rebus memoriæ prodidit de effitti draconis in specu latentis per monachum Christianum impostura detecta: cujus rei gestæ historiam tertio tomo, alia exposcente occasione, retulimus. Testatur etiam idem Prosper, templa deorum omnia cum suis adjacentibus spatiis fuisse tunc Ecclesiis ab Honorio Imperatore collata.

(*e*) Hier. præf. in epist. ad Galatas.

Romæ reliquiæ idololatriæ sublatæ.

(*f*) Prosp. de prædict. lib. 3. c. 38.

LXXVIII. Carmina Sibyllina combusta.

Reserata tunc pariter sunt Apollinis Palatini absconsa, reperta que carmina Sibyllina, quæ a Stilicone in opus incumbente succensa fuere: in quem Rutilius Numatianus hæc proclamavit (*g*):

Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.
Odimus Althæam consumpti funere torris,
Nisæum crinem flere putantur aves.
At Stilicho æterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit præcipitare colos.

Ita

(*g*) Rutil. Itiner. l. 2.

PAGIUS

Explicatur lex, ex qua tumultuandi occasionem sumsere Gentiles.

casionem sumsere Gentiles anno CCCCVIII. Ea quidem dicitur *data Romæ*, sed, ut notat Gothofredus in Comment. ibi, *data*, pro *reddita*, & *proposita* accipi debet; cum eo Christi anno *Honorius*, Ravennæ constiterit, ut ex Chronologia Codicis Theodosiani manifeste liquet. Sirmondus in Appendice ad Codicem Theodosianum ait: in MS. Aniciensi in fine ejusdem legis haberi: *Proposita Carthagine Non. Junii*, sed hoc vitiosum videtur, nisi dicamus cum Patribus Benedictinis in præfat. ad Epistolas divi Augustini, hujus legis promulgationem factam fuisse prius in Numidia, & posterius Carthagine die quinta mensis Junii propositam esse;

quæ

Ita ipse, quod in Sibylliuis libris crederentur fatalia Urbis inesse præscripta. Quænam autem adversus ea quæ reliqua essent signa idololatriæ, ubique locorum sub Romano Imperio a Christianis hoc anno gesta fuerint, scriptorum inopia silent.

LXXIX. *Honorius collectas Judæorum vetat.* *(a) l. 14. de Judæis C. Theod.*

Qui igitur hoc anno ex recitatis edictis Gentiliciam superstitionem exagitavit Honorius Imperator, Judæos quoque sibi nimium arrogantes novo edicto compressit, dum collectas ab eis ea more faciendas inhibuit, ita rescribens (*a*) ad Messalam Præfectum Prætorio:

Superstitionis indignæ est, ut Archisynagogi, sive presbyteri Judæorum, vel quos ipsi Apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur, a singulis synagogis exactam summam atque susceptam ad eundem reportent. Qua de re, omne quicquid considerata temporis ratione confidimus esse collectam, fideliter ad nostrum dirigatur Ærarium. De cætero autem nihil prædicto decernimus esse mittendum. Noverint igitur populi Judæorum removisse nos prædationis hujusmodi functionem. Quod si qui ab illo depopulatore Judæorum ad hoc officium exactionis fuerint directi: judicibus afferantur; ita ut tamquam in legum nostrarum violatores sententia proferatur. Dat. III. Id. April. Mediolan. Theodoro V. C. Cons.

LXXX. *De Judæis collectoribus pecuniarum.*

Vetus hæc querela in Judæos etiam ante Christi adventum. Quod enim ubique terrarum dispersi per omnes provincias ipsi essent; exigendo a suis vectigales pecunias Judæorum primates, videbantur quodammodo ab universo Imperio Romano tributum colligere: nam sicut ipsi a suis, ita illi ab hominibus ejus provinciæ in qua agerent, mille inventis modis, pecunias corradebant: fiebatque ut universi propemodum Imperio subditi in Judæorum ærarium æs conferrent. Hæc enim in Judæos Cicero exaggerat in oratione pro L. Flacco, qui jussus est causam dicere, quod vetuisset Judæos collectam in Asia pecuniam Hierosolymam deferre. Sed & ad hæc spectare videtur recens hujus temporis querela Rutilii, cum ista luget his versibus (*b*), alias ante alia occasione citatis:

(b) Rutil. Itiner. l. 1.

Judæi ubique infesti.

Atque utinam numquam Judæa subacta fuisset
Pompeji bellis, Imperioque Titi.
Latius excisæ pestis contagia serpant,
Victoresque suos natio victa premit.

De ejusmodi collectione pecuniarum per provincias ab ipsorum Patriarcha fieri solitu, & de quæstoribus ab eodem legari consuetis, quos illi Apostolos nuncupabant, ea Epiphanio tertio Annalium tomo diximus. Sed & S. Hieronymus de ejusmodi præscripta ab eis consuetudine in Vigilantium ista ait (*c*): *Hæc in Judæa perseverante consuetudine, non solum apud nos, sed & apud Hebræos, ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra, nisi solum Deum, synagogarum & totius Orbis foveantur ministeriis.* Hæc ipse. Verum quod hoc anno Honorius Imperator Judæis ademptum voluit, haud post diu, nempe sub ejus sexto Consulatu cum Aristeneto, pro iisdem datis rescriptis (*d*) restituendum putavit, anno videlicet Domini quadringentesimo quarto. Extat tamen de eadem re Theodosii Junioris rescriptum, quo sibi vendicat quæ ab Occidentalibus Patriarchis a Judæis exigi consueverant (*e*). At de Judeis hactenus.

(c) Hier. in Vigil. in fin.

(d) l. 15. & 17. de Jud. C. Theod.

(e) l. ult. de Jud. C. Th. & l. 16. C. Jud. eod. tit.

LXXXI. Honorius quid in Manichæos.

Qui vero Gentiles atque Judæos censura legum coercuit, hæreticis quoque bel-

PAGIUS

quæ conjectura certior existimanda. Vide quæ de ea lege in medium affero anno CCCCX. num. XXIII.

XVI. *Patriarcha Judæorum Privilegia revocata.*

Ad num. LXXIX. & seq. Data sub his Coss. *tertio Idus Aprilis* Mediolani, ab Honorio Imp. lex 14. Cod. Theod. *de Judæis*, qua *Apostolatum*, ut vocabant, ad Judæorum Patriarcham ex Occidente mitti vetuit. Quod, ut intelligatur, observandum cum Gothofredo in hujus leg. Comment. stante olim Hierosolyma a Judæis quotannis, stato tempore, ex omnibus Provinciis per quas sparsi erant, ad eam urbem Templumque aurum δίδραχμον juxta legem, cujus etiam in Evangelio mentio extat, missum & deportatum, quo Templo seu ærario publico inferretur. Hinc Josephus lib. 16. Antiquit. cap. 10. recitat literas Augusti, Agrippæ, Norbani, item Flacci, Julii Antonii ad Cyrenenses, Ephesios, Sardos, atque ad alios missas, in quibus scriptum erat, ut *Judæi*, qui ibi habitabant, dona pecuniasque in usum Templi & sacrorum mittere Hierosolymam prohiberentur. Sed post excidium Templi Hierosolymitani in vicem superioris collationis aurique, Patriarcha Judæorum ex omnibus Orbis Romani Provinciis tributum quoddam a superiore diversum, annuum, seu pensionem coronarii auri nomine a singulis Synagogis accepit, mox & exegit; & quidem etiam sub Christianis Imperatoribus, diviso quamlibet etiam Imperio in Orientale & Occidentale, quod docent Epiphanius in hæresi Ebionitarum XXX. & Julianus Imp. Epist. XXV. Quare cum Patriarcha, qui in Oriente residebat, hoc *Apostolatus*, seu auri coronarii tributum ab Occidentalibus quoque Judæis exigeret, indignum *Honorio* visum, cum Occidentis Imperium nulla in re Orientali subesset, Patriarchæ Orientali licere jus quoddam supremæ potestatis in Occidente exercere, & aurum illud coronarium, seu tributum a partibus Occidentalibus exigere. *Honorius* tamen post quinquennium in Decennalibus suis hanc legem revocavit, ut ibidem videbimus.

XVII. *Manichæi in Africa coercentur.*

Ad num. LXXXI. & seq. Honorius emisit etiam sub Theodoro Cos. legem Cod. Theod. 35. *de hæreticis*, qua Manichæos per Africam nomi-

bellum rescripris suis Honorius Imperator indixit. Nam adversus Manichæos Africanam Ecclesiam perturbantes, ad Dominatorem Vicarium ista rescripsit(*a*):

(a) l. 35. de heret. Cod. Theod.

*Noxios Manichæos, execrabilesque eorum conventus, dudum justa animadversione damnatos, etiam speciali præceptione cohiberi decernimus. Quapropter quæsiti adducantur in publicum, ac detestitè * criminosi congrua & severissima emendatione reserentur. In eos etiam auctoritatis aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione detentant.* Dat. XVI. Kalen. Junii, Mediolani, Theodoro V. C. Consule.* Sed unde id acciderit, ex S. Augustino facile intelligere potes, dum de Natura boni agens adversus Manichæos, de iisdem nefaria operantibus hæc ait:

* detestati.

* defensant, vel defendant.

(b) Aug. de nat. bon. c. 47.

(*b*) *Hoc se facere, quidam confessi esse in publico judicio perhibentur, non tantum in Paphlagonia, sed etiam in Gallia, sicut a quodam Romæ Christiano Catholico audivi.* Hæc ipse. Cum ergo in Actis publicis ejusmodi illorum sordes fuerint propalatæ; eorumdem testificatione reddi-tas manifestas, Imperator legibus losecutus est: sed de iisdem Manichæis in Africa Proconsulari judicio detectis, & condemnatis, agemus suo loco inferius. Quid vero hoc ipso anno Honorius Imperator ad Sapidianum Vicarium Africæ pro Africana Ecclesia rescripserit (*c*), videamus:

(c) l. 34. de Episc., & Cler. Cod. Theod.

LXXXII.

Si Ecclesiæ Venerabilis privilegia cujusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta; commissum quinque librarum auri (sicut etiam prius constitutum est) condemnatione plectatur. Si quid igitur contra Ecclesias vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab hujuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, hujus sanctionis auctoritate vacuamus. Dat. VII. Kal. Jul. Brixiæ, Theodoro V. C. Consule. Ut hæc autem sancirentur ab Honorio Imperatore, præcessit legatio Africanorum Episcoporum, mense Aprilis, ex Concilio Carthaginensi hoc anno celebrato; de quo hæc tantum reperiuntur posteris commendata (*d*): *Post consulatum Gloriosissimi Imperatoris Honorii Aug. IV. & Eutychiani V. C. quinto Kal.*

(d) Tom. 3. Concil.

PAGIUS

minatim cohiberi, eosque simol & qui eos domibus suis defenderint, severe puniri jubet. Eam recitat Baronius, & ad eamdem refert locum Augustini lib. de Natura boni cap. 74. de Manichæis nefaria operantibus: *Hoc se facere quidam confessi esse in pu'lico judicio perhibentur, non tantum in Paphlagonia; sed etiam in Gallia, sicut a quodam Romæ Christiano Catholico audivi.* Sed cum ista lex inscripta sit *Dominatori Vicario Africæ*, manifestum est hunc locum, qui est de Paphlagonia & Gallia, cum hac lege connexionem non habere. Ex eo præterea liquet, Galliam hac hæresi infectam fuisse; de Hispaniis enim nulla dubitatio esse potest.

XVIII. Honorius Privilegia Ecclesiarum confirmat.

Denique Honorius dedit legem 34. Cod. Theod. *de Episcopis*, a Baronio recitatam, & quidem *VII. Kalend. Jul. Brixiæ*, in qua Privilegia, id est, immunitates Ecclesiarum & Clericorum confirmat, & quidem sub pœna quinque librarum auri jam antea constituta. Baronius existimat, emanasse hanc constitutionem ad Legationem Concilii Carthaginensis hoc anno *V. Kalend. Maii* habiti, ad Honorium Imp. *ut pro confugientibus ad Ecclesiam, quocumque reata involutis, legem promulgaret, ne quis eos auderet abstrahere*, sicuti refertur in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ Can. 56. quia nempe *Mascezel* Gildonis frater anno superiori Ecclesiam Sacrilegus temeraverat, extractis, seu protractis ex ea ad pœnam quibusdam, teste Orosio lib. 7. cap. 37. Verum, ut recte vidit Gothofredus in Comment. hujus leg. postulatio illa Patrum Carthaginensium nihil cum hac lege commune habet. Nam Privilegiorum hic appellatio, pariter ut in quibusdam aliis legibus de *Hæreticis*, pertinet ad immunitatem Ecclesiarum & Clericorum a muneribus extraordinariis & sordidis, non autem ad asyli Ecclesiastici rationem. Neque enim asyla Ecclesiarum *Privilegia* appellantur; cum nullum Ecclesiarum vel Clericorum commodum contineant, sed ad miserorum securitatem inducta sint. Liquet autem ex leg. I. & 2. de *Hæreticis*, quo istud pertineat, nempe ad Donatistas & Hæreticos; quibus cum eadem quæ Ecclesiis Catholicis, Privilegia, seu immunitates non competerent, Catholicorum Privilegia impetere & violare visum. Denique ratio temporum satis constare non posse videtur: postulatio enim illa Patrum Africanorum, seu decretum de legatis in id mittendis ad Honorium Imp. datum est *V. Kalend. Maias*; lex vero illa *VII. Kalend. Jul.* duobus non integris mensibus post: quibus certe legati illi Carthaginem missi *Brixiam* ad Honorium vix pervenire potuere. Quare lege illa 34. *de Hæreticis* occurritur Donatistarum & similium obreptioni, pariter, ut lege 1. & 2. *de Hæreticis*. Cæterum de isto Concilio Carthaginensi nihil aliud ad nos pervenit, quam memoratum decretum.

XIX. Synesii Oratio de Regno.

Hoc anno *Synesius* egregiam *de Regno* Orationem recitavit; nam pag. 22. & 24. ad *Tribigildi* motus anno præcedenti inchoatos respicit, cum pericula ex barbaro milite memorans, scribit: *Hujus rei aliquot jam præludia ac velitationes fieri, nonnullasque Imperii partes haud aliter atque corpus inflammari; cum quo aliena in ejusdem sint temperamenti concordiam coalescere nequeant.* Et rursus: *Amplissimos & validos exercitus cum Scythis fervis necessitudine conjunctos tam fuisse, qui in Rempublicam Romanam infelici forte influxerunt; seditionis auctores, Ducesque eos habere, qui summa & apud ipsos, & apud Romanos sint auctoritate.* Quare cum Synesius in Epist. XLI. scribat, Constantinopoli se discessisse *Aureliano Consule*, anno sc. CCCC. & libro de *Insomniis* ac *Hymno III.* testetur, legationem suam triennalem fuisse, liquet eum anno præcedenti, quo *Tribigildus* tumultuari cœpit, vix se dedisse, currenti Orationem illam habuisse, ac sequenti Constantinopoli discessisse. In ea Oratione *Cyrenes* patriæ suæ semirutæ aliquid opis ab Imperatore petiit, occasione sc. ejus *Quinquennalium* hoc anno exhibitorum. Annis enim hujus solenniis dicatie urbes constructas aut reædificatas, & ex urbibus ac Provinciis legationes ad Principem de more missas, mille exemplis liquet, ut sæpius inculcavimus.

Kal. Maiat, Carthagine, in Secretario Basilicæ Restitutæ. In hoc Concilio legationem susceperunt Epigonius & Vincentius Episcopi, ut pro confugientibus ad Ecclesiam quocumque reatu involutis legem de gloriosissimis Principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere. Hæc ibi: meminisse namque debemus quæ anno superiori dicta sunt de Mascezile Africano Duce fratre Gildonis, ipsum nimirum violasse immunitatem Ecclesiarum abstrahendo aliquos violenter ex eis; quorum sacrilegiorum causa diram Dei vindictam in se provocans infelix expertus est.

Qua-

JESU CHRISTI ANNUS 400.	ANASTASII PAP. ANNUS 3.	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS 6.

I. De Consulatu Stilichonis.

QUadringentesimus Christi annus ingreditur, adnotatus Fastis Consulatu Stilichonis & Aureliani. Mirabuntur fortasse aliqui, socerum Imperatoris Stilichonem, plurimum (ut videbatur) atque optime de Imperio Romano meritum, tamdiu vixisse ordinarii Consulatus expertem. Sed quod ipse renuerit, id accidisse Claudianus exaggerat, cum his primum versibus merita ejus inculcat (a):

(a) Claud. de laudib. Stilic. l. 2.

Qui mihi Germanos solus, Francosque subegit,
Cur nondum legitur Fastis? cur pagina tantum
Nescit adhuc nomen, quod jam numerare decebat?

& paulo post:

Sperabam nullas trabeis, Gildone perempto,

Ann. Eccl. Tom. VI. S 2 Na-

PAGIUS Anno Æræ Hispan. CCCCXXXVIII. SÆC. IV. A.C. 400.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5893.

☉ 17. AG. ☽ 2. P. 2. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 400.

ANASTASII PAPÆ 3.

ARCADII IMP. 18. & 6.

HONORII IMP. 8. & 6.

I. Consules.

[1] COss. *Fl. Stilicho & Aurelianus*; ille Occidentalis, ubi summa gratia apud Honorium pollebat; hic Orientalis, qui anno præcedenti Præfectus Prætorio Orientis fuit, & interfuit judicio de *Eutropio* habito, ut testatur Philostorgius lib. II. cap. 6. [2]

A nom.

NOTÆ [1] COss. *Fl. Stilicho, & Aurelianus*. Gruterianus lapis pag. MLIII. 4.

CONSULATU. M. F. STILICHONIS
SECUNDO CC. DEPOSITUS PUER
HELIAS AROENTARIUS SEPTUMU
KAL. NOREMSRES. DIE BENERIS ORA
QUARTA. QUI. &c.

Omnes ferme, qui hunc litteratum lapidem explicare conati sunt, eundem ad *secundum* Stilichonis *consulatum* retulerunt; at Antonius Maria Lupus in Dissertatione ad Epitaphium S. Severæ martyris pag. 20. ad *primum* ejusdem Stilichonis *consulatum* A. D. 400. gestum, hunc lapidem referendum censet, quod hoc anno dies Veneris in *septimum Kal. Novembres* inciderit. Quid vero de verbo *Secundo*, & geminis CC.? Quidquid per hæc intelligas, inquit, dummodo de *secundo* Stilichonis consulatu non interpreteris, liberum cuique esto. Fleetwodus pag. 413. siglas CC. interpretatur *clarissimi*, aut *Comitis*. Fabrettus pag. 512.

LUCIUS. IN. PA. COS. STIL.

Ibid. pag. 739. n. 494.

FL. STELLICONE. V. C. SUB. DIE. X. KAL.
SEPTENBRES. EMIT. SOTERES &c.

Gadiana inscriptio.

DEDIC. E. XIII. KL. DEC.
FL. STILICHONE. V. C. COS.

Boldettus lib. 2. cap. XIX. n. 22.

FL. STILICONI. COS.

Nomen *Stilichonis* occurrit in veteris gemmæ epigraphe apud Barthium ad Statii Thebaidem IX. vers. 894. Volgati Fasti: *Stilicone & Aureliano*. Ita & in pluribus legibus. De *Aureliano* Synesius epist. LXI Paschalis laterculus MS. in fine Gennadii: *Flavio Stilichone*, omisso alio consule Orientali.

[2] HOc anno die 24. Septembris, quo anniversaria dedicationis Templi Jerosolymitani solemnia recurrebant, Episcopi omnes Palæstinæ ad Synodum convenerunt, præsidente Eulogio Cæsariæ in Palæstina Metropolita, & Joanne Jerosolymorum Episcopo. Ad illos Theophylus Alexandrinus direxit Synodicam illam, de qua vide notam ad Annum 401. Huic Patres Jerosolymitani rescripserunt per epistolam quæ in nova Editione Veronensi Operum S. Hieronymi primum vulgata est, tom. 2. col. 549. Hujus Concilii nulla mentio in Conciliorum Collectionibus hucusque facta est.

Nasci posse moras: etiam nunc ille repugnat?

At ille pacandum antea in omnibus esse Occidentale Imperium, quam supremæ dignitatis honorem attingeret, prætexebat morarum causam. Bellis itaque consopitis, compressisque barbaris summa pace Imperio parta, hoc tandem anno creari se Consulem passus est. Unde idem Claudianus:

—— Nullus Boreæ metus: omnis & Austri
Ora silet; cecidit Maurus, Germania cessit:
Et Janum pax alta ligat, te Consule, &c.

Felicissimus plane Stilicho in hanc diem, cum ob fortitudinem animi in rebus bellicis, tum ob ejusdem moderationem in tanta rerum prosperitate servatam: sed infelicissimus omnium redditus, cum quærit adhuc altiora fastigia.

II. Ejusdem Stilichonis Consulatu consignata invenimus (a) Acta SS. martyrum Anaunensium, Sisinnii, Martyrii, & Alexandri; extat de his epistola Vigilii Præsulis Tridentini ad S. Simplicianum Mediolanensem Episcopum, cujus Gennadius meminit, ubi ait (b): *Vigilius Episcopus Tridentinus conscripsit ad quemdam Simplicianum in laudem libellum, & epistolam continentem gesta sui temporis apud barbaros martyrum.* Ita Gennadius. Sed cum mentionem habens Simpliciani, non dicat eum Mediolanensis Ecclesiæ fuisse Episcopum, sed quemdam, quasi incertum ejus nominis virum; revocari posse videtur in dubium, num hic ille sit Simplicianus Antistes successor S. Ambrosii: cum præsertim præcedenti capitulo idem (c) de eodem Mediolanensi Episcopo auctor agat, recensens edita ab eo scripta. Certe quidem id ipsi inexploratum fuisse videtur, aliis tamen omnibus compertissimum, cum Vigilii epistola in codicibus omnibus inscriptionem habeat ad Simplicianum Episcopum: & licet cujus Ecclesiæ Antistes fuerit, minime exprimat; tamen quod eum Patrem appellet, cum Episcopi collegas Fratres consueverint nominare; non alium quam Simplicianum longo senio venerandum, esse potuisse, facile suademur. Nam & S. Augustinus jam Episcopus scribens ad eumdem libros Quæstionum, eum licet tunc tantum presbyterum, æque Patrem appellat. Porro non alium quidem hunc ab eo Simpliciano fuisse, inde quoque elicimus conjecturam, quod constat auctoritate Paulini (d), horum martyrum reliquias mox Mediolanum esse translatas; de quibus paulo post dicturi sumus.

(a) Apud Mombrit.

(b) Genn. de vir. illust. c. 37.

(c) Genn. ib. c. 36.

(d) Paul. in Vit. Sanct. Ambros. in fin.

Anaunenses martyres hoc anno passi.

III. De obitu S. Simpliciani, & Venerio successore.

Cæterum tempus sedis Simpliciani haud anni hujus excessisse terminum, inde certum ducimus argumentum, dum constat legationem Afrorum Episcoporum anno sequenti, nimirum post Stilichonis Consulatum, in Italiam missam esse ad Venerium Simpliciani successorem, ut suo loco dicemus. Immo quod & Anastasius Papa (ut dictum est) ad eumdem Venerium in causa Origenis Periarchon, & Origenistarum litteras dedisse liquet, & ut conjici potest, hoc anno: inde adducimur, ut opinemur, hoc eodem anno potius quam sequenti, Simplicianum diem obiisse, & subrogatum esse Venerium.

IV. Cur Gentiles insurrexerint in Christianos.

Sed unde (dicet aliquis) sub Christiano Imperatore, in summa agente pace Imperio Occidentali, compressis, & oppressis undique barbaris, potuit locus esse martyriis? Memoria repete quæ de Honorii Imperatoris edicto adversus idola, & quæ in Africa a Gentilibus Suffectanis & Calamensibus in Christianos diximus perpetrata: Cum scilicet jussis Imperatoris edicto simulacris deorum, aliisque superstitionis Gentiliciæ signis ubique prosterni; ubi contingeret copiam numerosiorem esse Gentilium, Christianorum vero numerum minorem, longeque abessent Præfectorum apparituræ; compluribus in locis idolorum cultores, quasi pro pietate patriisque diis certantes, vehementi furore animorum incensos, in Christianos eorumque Ecclesias esse crudeliter debacchatos: id quidem dictos popu-

PAGIUS II. Sisinnius & duo ejus socii martyrio affecti.

A num. II. ad XIX. Martyrium Sanctorum *Sisinnii*, *Martyrii*, & *Alexandri* in agro Tridentino passorum contigit die vicesima nona mensis Maii, quæ in feriam sextam incidebat, ideoque anno Christi trecentesimo nonagesimo septimo. Sanctus enim *Vigilius* Episcopus Tridentinus, qui eos in vallem *Anauniam*, in qua a Gentilibus occisi sunt, miserat, post eorum mortem scripsit Epistolam *ad Sanctum Simplicianum Episcopum Mediolanensem* ut titulus præfert, quæ his verbis clauditur: *Dies passionis Sanctorum, quarto Kalendas Junias, sexta feria, luce nascente.* Idem Vigilius aliam de eodem martyrio ad Joannem urbis Constantinopolitanæ Episcopum dedit, quam Baronius num. VII. dolebat periisse; quamque Papebrocius ad diem XXIX. Maii publicavit. In ea Vigilius etiam scribit, hos Sanctos martyrium fecisse *sexta feria*, quod & in eorum Actis ibidem recitatis etiam legitur. Quare hos Sanctos *Anaunenses*, ut vulgo appellantur, anno CCCXCVII. martyrio coronatos, nunc certum & indubitatum. Hoc etiam indicat Paulinus Diaconus in vita Sancti Ambrosii, sub cujus finem ait: *Sisinnii etiam & Alexandri Martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum Sancti Ambrosii, in Ananniæ partibus, persequentibus Gentilibus, martyrii coronam adepti sunt*, &c. post duos se-

pulos Suffectaneos, & Calamenses Ethnicos in Africa præsumpsisse, quæ ad calcem fere anni superioris sunt dicta, declarant. Quod igitur vel in Africa, vel alibi furens gens Idololatra patravit: istud ipsum, nondum anni unius elapso termino, Gentiles rustici vallis Anauniæ, a Tridentina Civitate spatio viginriquinque milliarium (ut produnt Acta martyrum) dissiti accolæ, in Dei ministros Sisinnium, Martyrium, & Alexandrum crudeliter commiserunt. Commiserati enim isti rusticos illos, post tantam Christiani nominis lucem toto Orbe diffusam, adhuc obstinatis animis tenebris superstitionis offundi; ut eos e faucibus dæmonis vindicatos aggregarent Ecclesiæ, e patriis sedibus facti volentes extorres, ad eos peregrinati, in medio nationis pravæ fixere tentoria, & Crucis erexere vexillum.

V. Sisinnii, Martyrii, & Alexandri certamen.

Inter hos primarius Sisinnius eminebat, genere Cappadox, diaconatus officio sacer, in Christianæ militiæ stipendiis veneranda senectute decorus. Martyrius vero lectoris ordine initiatus, ostiarii autem auctus erat munere Alexander. Primus Sisinnius suo sumptu in vico Gentilium erexit Ecclesiam, cui duo posteriores comministri voluntarii milites inhæserunt. Instabat ille verbo, ex quo semine uberem referret pietatis proventum: isti messis socii accessere. Sed irriganda erat terra sterilis sanguine martyrum, ut ad Evangelicam mensuram reddere posset fructum centuplum cum vitæ æternæ completiori additamento. Sed quomodo id acciderit, videamus. Ad finem jam vergebat hoc anno mensis Maii, cujus vigesimotertio die Gentiles ex antiquis ipsorum ritibus auspicari consueverant Lu-

Lustrationes agrorum.

strationes segetum, ut ex Kalendario ab antiquis monumentis formis Plantinianis a Smetio (a) edito, cuique perspicuum fit. Quod autem hujusmodi Idololatræ, collecta ingenti rusticorum manu, cum hostia lustrare solerent agros: ejusmodi lustrationes, Ambarvalia (b) quasi ab ambiendo rura, majores dicere consueverunt: de quibus ritibus Virgilius in Georgicis (c):

(a) Smet. inscrip. pag. 36. n. 4. & 37. num. 2.
(b) Ex Festo apud Macrob. l. 3. c. 5.
(c) Virg. Georgic. 1.

——Et cum lustrabimus agros,
Terque novas circum felix eat hostia fruges, &c.

VI.

Porro eorumdem martyrum Acta habent, rusticos illos Ethnicos vallis Anauniæ id temporis ad hoc in unum collectos esse tubarum signis, ut agros circumeundo lustrarent. Cum vero cogerent contribulem quemdam suum, nuper per Dei ministros redditum Christianum, ut ad sacrificium victimam daret: & pro ejus patrocinio assurrexissent viri Dei, redarguentes ipsorum impietatem: omnis mox illorum furor in ipsos conversus est. Cum qui primum inter eos locum tenebat, Sisinnius tuba percussus, securibusque confossus, in lecto exanimis pene decubuit. Verum sequentis diei mane diluculo rursum rustici in Ecclesiam irruperunt, ut eam penitus demolirentur; aggressique sunt Martyrium intentum curæ Sisinnii jam proxime Deo spiritum reddituri; quem fugam arripientem, tentum, pluribus affectum vulneribus ducendum ad idolum quod colebant Saturni, vinculis ligant, una cum Alexandro ab iisdem comprehenso latebras frustra captante. Trahunt & Sisinnium, & ejus collo appendunt ludibrii causa velut jumento ru-

sti-

PAGIUS

re menses a Sancti Ambrosii obitu, quo tempore cum sanctus Simplicianus jam Ecclesiæ Mediolanensi præesset, ut ex laudata sancti Vigilii ad eum Epistola liquet, certum pariter esse debet, Ambrosium in vigilia Paschatis anni trecentesimi nonagesimi septimi ad Deum migrasse.

III. Eorum Reliquiæ Mediolanum translatæ.

Quia vero in Actis horum Sanctorum Martyrum apud Mombritium & alios quosdam, dicitur eos morti traditos *Consule Stilichone*, Baronius hoc anno id contigisse putavit; At Consulatus ille addititius est, ut extra omne dubium ponunt duæ laudatæ Vigilii literæ. Hoc assumentum forte factum, quia horum Martyrum Mediolanum translatio, de qua loquitur Paulinus Diaconus Mediolanensis citatus, hoc anno peracta, aut quia *Sanctus Vigilius* Episcopus Tridentinus hoc anno interfectus est.

IV.

Distinguendus porro sanctus *Vigilius* Tridentinus Episcopus per hæc tempora Martyrium passus, a *Vigilio* Africano Tapsensi in Provincia Byzacena Episcopo, cujus Opera Chiffletius post Opera Victoris Vitensis vendicavit & restituit. Monuit is, in Codice Jurensi optimæ notæ & pervetusto, libris Vigilii adversus Eutychen hunc titulum præfigi: *Incipit liber Vigilii Episcopi Tapsensis Ecclesiæ contra Eutychetem.* Quare licet Vigilii Tridentini Episcopi & martyris nomine inscripti libri quinque adversus Eutychen aliquoties prodierint, Vigilio tamen Tapsensi restituendi sunt; eo magis quo, longe ante Sancti Leonis Papæ & Concilii Chalcedonensis tempora (quorum in iis libris frequens mentio), *Vigilius* Tridentinus martyrio coronatus fuerit, ideoque contra Eutychetem, qui nondum hæresim suam sparserat, & qui forsan nondum natus erat, scribere non potuerit. Floruit vero *Vigilius* Africanus circa annum Christi DL. ut videre est apud Labbeum in dissert. de Script. Ecclesiast. ubi & ejus Opera enumerat. *Vigilius* Tridentinus Episcopus colitur die XXVI. mensis Junii, ut videre est apud Usuardum, qui asserit eum *Stilichone Consule*; ideoque hoc anno, vel anno CCCCV. martyrio coronatum fuisse.

S. Vigilius Tridentinus Episc. a Vigilio Tapsensi Episc. distinguendus.

V. S. Simplicianus Episc. Mediolanensi succedit S. Venerius.

Quoad *sanctum Simplicianum* Episcopum Mediolanensem, ad quem Vigilius Tridentinus de sanctorum Anaunensium martyrio scripsit, eum ad præsentem annum vitam produxisse elicio ex Concilio Toletano I. hoc anno ce-

ſticum tintinnabulum: cum ille eos admonens, inter ſalutaria verba fruſtra jactara, in via deficiens, martyrio coronatus, cælum conſcendit: cui & Martyrios, ex vulneribus factos exanguis, eadem corona auctus acceſſit collega martyril. Alexander vero vinctus pedibus, raptatus per vepres ſaxaque, vivus pervenit ad templum: ubi accenſa pira, injectis in eam ſanctorum martyrum cadaveribus, optio data eſt, ſi vellet ignem evadere, una cum ipſis ſacra faceret. Qui penitus abnuens, in ignem injectus, ſumma conſtantia in Chriſti confeſſione glorioſe martyrium conſummavit, parique cum ſociis corona decorus de impietate Ethnica, & ruſticana protervia triumphavit. Sed divinam mox impii ſenſere vindictam, cum eveſtigio atra nube ad terram uſque cælo contecto, vibrantibus hinc inde fulminibus, contertiti, ſe primum in ſanguinem innoxium peccaſſe ſenſere. Effecitque tandem ſanctorum martyrum ſanguis, quem dæmones exhorreſcebant, ut aliquo intercedente temporis ſpatio, idololatria ex ea regione penitus extincta fuerit, eorumdemque Memoriæ ibidem erectæ frequenti cœtu Fidelium frequentarentur. Hæc ex eorumdem martyrum Actis collecta ſunt.

VII. At lectorem venerandæ antiquitatis cupidum, epiſtola illa Vigilii ad S. Simplicianum, minime fraudandum putamus; cum præſertim ipſa haud prolixa admodum ſit, ſed mendis nonnihil aſperſa, non minimo tamen labore ex diverſis diverſorum codicum lectionibus, quantum fas fuit, emaculata. Reddendam hic, inquam, eam putavimus, quod hoc unum certum ſit reperiri vetus monumentum Actorum eorumdem ſanctorum martyrum, cum ejuſdem auctoris libellus eo argumento fuſius ſcriptus omnino perierit, & iſtud ipſum ſit vetuſtate corroſum. Epiſtola autem ſic ſe habet (a):

(a) *Apud Lipom. t. 2. & Sur. to. 3. ſub 29. Maii, & manuſcript.*

VIII. Epiſtola Vigilii ad Simplicianum.

Domino ſancto ac venerabili Patri, bonis omnibus præferendo, Simpliciano, Vigilius Tridentinæ Eccleſiæ Epiſcopus S.

Quamvis facta martyrum mentione, non verbis merita, ſed verba meritis commendentur; potenſque ſit conſtantiæ ſilentio præterire, quibus eſt probata virtus: tamen quia me ſuggerere cauſas, loca, pugnaſque martyrii, pietas impulit, admonuit debitum, coegit officium: trepidantem mærore linguam paginæ non negavi; quia nec abſcondi poterat lucerna ſub modio, nec vox pii ſanguinis reticeri. Poſt multos namque patientiæ gradus & ſedulas pugnas, recens perfidiæ acceſſit iniquitas, quibus miniſtri in Eccleſiis, quæ nuper fundatæ fuerant, laceſſiti ſunt, ac martyrii titulos comparaverunt, parati ad omnia, libenter omnia ſuſtinentes, nulli dantes occaſionem, occaſione gloriæ, gloriam meruerunt. Quorum vita (ut ſumma rerum faſtigia referam) propter ſcientiæ notitiam fuit tam ſollicitudinis quam propoſiti ſingularis. Nam omnes liberi nexo conjugii, Deo immaculatas animas ut ſan-

PAGIUS celebrato, in cujus ſententia definitiva *ſub diem tertium Iduum Septembrium* data, dicitur: *Expectantes quid Papa, qui nunc eſt, quid Sanctus Simplicianus Mediolanenſis Epiſcopus, reliquique Eccleſiarum reſcribant Sacerdotes*, &c. eo tamen die jam demortuus erat Simplicianus, ut legitur in veteri catalogo Epiſcoporum Mediolanenſium ex MS. Bibliothecæ Ambroſianæ a Mabillonio Tomo I. Muſæi Italici, & a Papebrocio in Exegeſi præfixa Tomo VII. SS. menſis Maii deſcripto. In eo enim legitur: *S. Simplicianus ſedit annos X. depoſitus XVIII. Kalend. Septemb.* ubi loco, *annos X.* legendum *annos III.* quo caſu mors ejus Toleti adhuc ignorabatur. Simplicianum vero hoc anno fuiſſe demortuum demonſtrat Epiſtola XX. Paulini ad Delphinum, alias XVI. ubi de Anaſtaſio Papa ſcribit: *Brevi poſt ordinationem ſuam* (quæ die V. Decembris anni CCCXCVIII. peracta eſt) *Epiſtolas de nomine noſtro, plenas & religionis & pietatis & pacis, ad Epiſcopos Campaniæ miſit*, &c. *Deinde nos ipſos Romæ, cum ſolemni conſuetudine ad beatorum Apoſtolorum natalem veniſſemus* (anno ſcilicet CCCXCIX.) *tam blande quam honorifice excepit: poſtea quoque interpoſito tempore* (hoc nempe anno) *etiam ad natalem ſuum, quod Conſacerdotibus ſuis tantum deferre ſolet, invitare dignatus eſt*, &c. *Mediolanenſis quoque Epiſcopus novus, filius veſter huc uſque; nunc Frater Venerius, jam ſcripſerat nobis poſt ordinationem ſuam.* Quæ Epiſtola tardius quam hoc anno non ſcripta. Cum vero Concilium Carthaginenſe, vulgo *Quintum* appellatum, habitum ſit *poſt Conſulatum Fl. Stiliconis, XIV. Kal. Jul.* anno ſcilicet ſequenti, Simplicianus ultra hunc annum non vixit, cum in eo dicatur conveniendus eſſe *Anaſtaſium ſedis Apoſtolicæ Epiſcopum, & Venerium Sacerdotem Mediolanenſis Eccleſiæ*, & Simplicianus die XVI. menſis Auguſti, quo etiam colitur in Martyrologio Romano, depoſitus fuiſſe dicatur in laudato catalogo. [1]

NOTÆ [1] Simplicianus Mediolanenſis citius, quam XVIII. Kal. Septembris deceſſit, ut ex Epiſtola hic a Pagio laudata S. Paulini eruitur. Ait enim in illa Paulinus, ſe poſt ordinationem Anaſtaſii Romam pro conſueto more die feſta SS. Apoſtolorum Petri & Pauli veniſſe, anno ſcilicet 399. die 29. Junii; (quæ prima fuit Apoſtolorum feſtivitas poſt ordinationem Anaſtaſii) dein eo pariter ſe contuliſſe die natali ejuſdem Anaſtaſii quo ſcilicet anniverſaria memoria ejus ordinationis recurrebat; atque iturum ſe iterum recurrente pro more feſto SS. Apoſtolorum, nempe anni 400. ſignificat. Interim vero Venerii Mediolanenſis recentem ordinationem ſuam in Epiſcopum annunciantes literas ſe recepiſſe affirmat, antequam ſcilicet Romam de more rediret ad Feſtum die 29. Junii. Igitur Venerius ante eam diem Simpliciano jam defuncto ſubſtitutus fuerat.

*sanctas hostias præstiterunt. Denique primus, vocabulo Sisinnius, novam Christiani nominis pacem intulit barbaræ nationi; quam per annorum seriem, quod in se fuit, jugiter custodivit, nullum consortium pollutæ hospitalitatis agnoscens, velut Loth (a) Sodomis, stupendo timore reverentiam * servavit. Sed ovis, tota quamvis in luporum medio constituta, ovile quæsivit, quod, impensis pusillæ fidei votis, munificus primus in illa regione fundavit; cujus minister (si me cum recensere dignaris) per hoc velut ex debita esse promeruit, senex ut ævo, ita merito præcesserit.*

(a) Genes. 19.

* religionem.

IX. De Martyrio Lectore.

Lector quoque Martyrius ejus adminicula sociatus, jam nominis pignore commendante, cum religiosæ professionis exordia post militiam temporalem catechumenus induit. Nam projecto a se cingulo, rejectoque parentum vel fratrum carnalium cœtu, intelligens sese veræ lucis auctore Deo, gratum consecutum, inter lectoris officia sociatus, divinæ laudis canticum auribus primus surdæ regionis intonans, attentus operibus jugiter spiritalibus, lassatus jejuniis continuis, lectioni sua pædagogus, in lucrandis animabus anxius, quam brevis temporis impendio tantum sicut ante præmisit, ut ille corona merito crederetur. Quid liberatas animas referam, in sinum Abrahæ plena luce profectas, quas superstitio perfida dierum observantia, alienato jure naturæ, crudeli morte damnabat? Verum ille, subductis maternis uberibus lacte turgentibus, peregrinus nutritu condecentem semper matris quærebat affectum, resurrectionem exemplis prædicatam videntibus oculis dicaturus. Hæc sunt pauca de multis.

X. De Alexandro Ostiario.

Alexander quoque Martyrii consanguinitate germanus, tertius Trinitatis hostiam complens, parem confessionis januam reseravit. Nam patriam, inquam, deinde peregrinus, parentesque deserens, comes in probationibus fidus, fide magnanimus, miseratione propensus. Et, si testimonio mea utcumque creditur, non fuit nisi ipsi sibi alteriasecus præferendi; quos commendari non opus fuit, actis forte quod decuit. At vero hactenus sunt allevata fastidia, si adhuc auribus libenter admittitis. Nam fumosa Gentilitas contra vaporem fidei zelo diaboli flamma furoris incaluit, & inde jam lento fomite serpens, quod opibus (ut dixi) fidei, paupertate devota, primus id loci diaconus Ecclesiæ tabernaculum posuisset.

XI.

*Accessit quoque justa ad titulos causæ, quod quondam hostias diabolo Christiana domus diaconi fideli ministerio prohiberet, ut lustri feralis vexillo præferri vexillum meruerit passionis. Nam invitata * sub uno prælio manus, ad sanguinem convolavit, ac matutinis horis nimium antecedentis diei vulneribus fatigatum, nec aliter lectulo deprehensum emerita quiete sepelivit. Lector quoque haud unquam impigre Deo ad ministerium antelucanum serviebat, qui diacono in sacrificio famulabatur; tunc medicinam vulneribus memoratus Martyrius exhibebat, antequam opera, qua deprehensi sunt compleretur. Siquidem secedens ad hortum lector, qui Ecclesiæ cohærebat, captus, vitæ suæ arborem a radice plantavit. Ostiarius etiam passioni adjunctus est in hospitio deprehensus, animam suam, ut non obtulit, ita non negavit. Verum omnes in unum collecti, per aliquot spatia tracti, Deo animas expirarunt. Et duorum quidem ductum est corpus exanime. Tertia vero attenacior vita, ita fuit pœna magis sensibilis: nam vivus suas spectavit exequias, cum præparatus est de sacris Ecclesiæ culminibus seu trabibus rogus: hæc flamma martyres velavit. Reverentia autem vota cogitamus nobiscum, ut id loci Basilica construatur, ubi primum fidei gloriosæ testimonium meruerunt. Nunc me immeritum in utroque consortem paterno amore consolare, & cum iisdem sanctus apud ipsos exorator accede, quatenus possim die illa fimbriam aut sacerdotum aut martyrum, jam omnibus sepositis, peccator attingere. Salutamus speciali servitio sanctitatem tuam. Quæso ut memorem * me tui Domino commendare digneris.* Item alia manu de reliquiis martyrum missis: *Denegare non potui, ut quod tuum in nobis erat, gloriosius fieret suscipientis merito, non gratia largientis. Dies autem passionis sanctorum, quarto Kalendas Junias sexta feria, luce nascente.* Hucusque Vigilii epistola, a mendis (ut licuit) vindicata: desideratur autem libellus ab eo fusius scriptus de eorumdem martyrio.

* incitata.

Certamen Sanctorum Martyrum.

* mærorem meum.

XII.

Quid vero mirandum acciderit, cum ejusmodi sanctorum martyrum venerandæ reliquiæ per Vigilium ad Simplicianum missæ, Mediolanum allatæ sunt; audi Paulinum rem gestam probe testatam ita scribentem: (b) *Sisinnii etiam, Martyrii, & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est post obitum S. Ambrosii, in Ananiæ partibus, persequentibus Gentilibus viris, martyrii coronam adepti sunt, cum reliquias Mediolanenses summa cum devotione susceperunt, adveniente quodam cæco, & referente, cognovimus, qui eodem tactu lectulo, in quo sanctorum reliquiæ portabantur, lumen recepit: eo quod per visum noctis vidisset navem appropinquare littori, in qua erat multitudo albatorum. Quibus descendentibus ad terram, cum unum de turba precaretur, ut sciret qui essent ii viri: audierit, Ambrosium, ejusque consortes. Quo audito nomine, cum precaretur ut lumen reciperet; audivit ab eo: Perge Mediolanum*

(b) Paul. in Vit. S. Amb. in fin.

Reliquiæ Martyrum Mediolanum allatæ cæcum illuminant.

num, & occurre fratribus meis, qui illo venturi sunt (designans diem) & recipies lumen. Erat enim vir (ut ipse differebat) de litore Dalmatenо: nec se ante venisse in civitatem afferebat, prinsquam recto itinere reliquiis sanctorum occurrisset, nondum videns; sed tacto loculo, videre cepisse. Hæc Paulinus. Porro eædem ipsæ sacræ reliquiæ sub Episcopatu sanctæ memoriæ Caroli Borromæi Cardinalis, ejusdem Ecclesiæ Mediolanensis Episcopi, repertæ, ab eodem celebri pompa translatæ sunt, una cum sacris pignoribus sanctissimi Patris Simpliciani Mediolanensis Episcopi, quem hoc etiam anno ex hac vita in cælum migrasse, nuper diximus, necnon Geruntii, atque Benigni. In quorum quidem translationem, immo repetitum nobis post tot sæcula sacrum sanctorum triumphum, P. Franciscus Bencius e Societate JESU, vir maxime pius & insigniter eruditus, qui & Musas reddidit Christianas, & suaviore concentu canoras, cecinit sacrum hymnum (a), cujus est exordium:

(a) Franc. Benc. Car. l. 2. hym. 7.

Sancti piorum spiritus,
Non parva pars cælestium,
Quorum beatis ossibus
Triumphat alma Insubria, &c.

habes eum in libro secundo ipsius Carminum.

XIII. Occisores martyrum liberati.

At quid tunc actum est de Gentilibus, qui necem sanctis martyribus intulerunt? Missis a provinciæ Præside militibus, tenti sunt omnes: jamque severo supplicio damnandi, pro iisdem intercedentibus apud Honorium Imperatorem Episcopis, liberati tandem sacerdotum precibus sunt, ne admissi immanissimi sceleris pœnas darent; quod non decere dicerent martyrum sanguinem clamantem veniam non audiri. De horum tunc ab Imp. concessa liberatione S. Augustinus ad Marcellinum scribens his verbis (b) meminit: *Scio enim in causa clericorum Anaunensium, qui occisi a Gentilibus nunc martyres honorantur, Imperatorem rogatum facile concessisse, ut illi qui eos occiderant, & capti jam tenebantur, pœna simili punirentur.* Hæc ipse. Quod autem ipse S. Augustinus ait, eosdem sic necatos honores martyrum consecutos: hæc ea quidem de causa dicit, quod non Mediolani tantum, sed & in aliis ecclesiis translatæ ipsorum reliquiæ colerentur: nam de iisdem hæc S. Gaudentius Brixianus Episcopus (c): *Recepimus etiam sanctos cineres Sisinnii, Martyrii, & Alexandri, quos nuper in Ara Anauni una venerandæ religionis cultui attentius inhærentes Gens interfecit sacrilega, flammisque adhibitis concremavit, ut holocaustum Deo ipsi fierent, qui Christianos suos victimas dæmonis ministrare increpatione justissima vetuissent.* Hæc Gaudentius.

(b) S. Aug. ep. 158.

(c) Gaud. tract. de Conc. san. dedic.

XIV. Vigilius Episcopus & martyr.

At de Vigilio Tridentino Episcopo, eodemque martyre, ut dicamus, & ratio temporis & necessitas postulat argumenti. Nam Usuardus, cujus ex veteribus monumentis & antiquioribus Martyrologiis facta in dies singulos sanctorum collectio haud mediocris auctoritatis est, hæc de eodem S. Vigilio habet VI. Kal. Jul. *Apud Tridentinam urbem S. Vigilii Episcopi qui sub Stilichone Consule pro Christi nomine magno imbre lapidum percussus martyrium implevit.* Ita ipse: quæ si referas ad primum Stilichonis Consulatum; utique nondum mense exacto a nece dictorum trium sanctorum martyrum dicendum esset ipsius Vigilii martyrium contigisse: si vero ad secundum ejusdem Consulatum rejicias; post annos quinque id factum oportuit. Quicquid sit; redargui quidem hujusmodi auctoritate certum est illorum sententiam, qui dixerunt martyrium Vigilii Tridentini Episcopi contigisse post annum ferme centesimum ab hoc tempore, nempe sub Anastasio Imperatore; ea quidem persuasione adducti, quod eundem Vigilium Tridentinum Episcopum existimaverunt unum eumdemque esse cum illo, qui adversus hæreticos scriptorum monumenta reliquit. Sed cum Vigilii Acta habeant (d), ejus tempore passos dictos martyres Sisinnium, Martyrium, & Alexandrum; constetque testificatione SS. Augustini atque Gaudentii horum temporum scriptorum (ut alios prætermittamus) his Honorii temporibus eosdem consecutos esse martyrium; jam illa de tempore Anastasii ex incerto auctore allata testificatio penitus evanescit. Sed & firmissima illa accedit ratio: Quonam modo, quæso, Vigilius simulacri Saturni causa a rusticis lapidibus obrutus esse dicitur post tot annorum decadas a nece dictorum martyrum, cum & Honorii Imperatoris lato nuper edicto id præcipiente, & nece martyrum exigente, haud potuerit idolum illud post hæc tempora esse reliquum; cum præsertim militaris manus, qua & capti sunt rustici delinquentes, ad comminuendum Saturni simulacrum minime defuisset?

(d) Vit. S. Vigilii extat, ac ejus opera edita contra Eutych. a Churter.

XV.

Sed quomodo describatur Vigilii martyrium, ex antiquioribus tabulis Churterius reddidit, consentientia his referens quæ ex Usuardo nuper sunt recitata: nempe post trium nominatorum martyrum trophæa, ipsum ad comminuendum idolum impulsum, eo confracto, lapidum imbribus a Gentilibus rusticis appetitum, martyrium consummasse. Consentit & idem auctor, hunc ipsum esse Vigilium, ad quem, cum creatus Episcopus fuit, S. Ambrosius (e) de institutione Episcopi expetitam ab eo epistolam scripsit, qua in

(e) Ambr. ep. 70. vet. edit.

eo potissimum argumento versatur, ut doceat suos Christianos non jungere cum Gentilibus matrimonia. Cum vero ex multis, quibus admonendus ille erat, hoc unum ab Ambrosio prolixa ea epistola inculcetur: plane significatur, Gentilibus hominibus ejus confertam fuisse diœcesim: ad quorum conversionem Vigilii nervos omnes extensos esse, ipse tum suorum scripto martyrio, tum etiam suo sanguine declaravit.

XVI. Vigilii acta corrupta.

Sed magna scias passa esse Acta Vigilii detrimenta, scriptorum incuria. Dum enim hunc ipsum esse, ad quem S. Ambrosius epistolam illam scripsit, & eumdem qui de martyrio Sisinnii & sociorum ad Simplicianum Mediolanensem Episcopum litteras dedit, quem & sub Consule Stilichone antiquæ tabulæ in Usuardo testantur martyrium subiisse: dum (inquam) hunc ipsum martyrem volunt auctorem fuisse lucubrationum in Eutychen hæresiarcham, delirantia quidem de eo scripsere, in primis vero idem qui supra Churterius, dum vult hunc, ad quem ait scripsisse S. Ambrosium, natum esse sub Theodosio (ut ait) & Honorio Imperatoribus: dum insuper, cujus ponit annos viginti Episcopatus, putat potuisse scribere contra Eutychen. Utinam, sicuti invenit, Acta nobis Vigilii reliquisset: nam quem martyrem esse reperit, & ejus martyrii res gestas exscripsit, dum eumdem quoque vult esse scriptorem, deformes simul conjunxit errores, magno dispendio veritatis. Quos alii ut caverent, ut nihilominus eumdem exhiberent Vigilium Tridentinum martyrem atque scriptorem adversus Eutychen, eum post editas lucubrationes adversus hæreticos, sub Anastasio Imper. a Gentilibus ob fractum Saturni simulacrum lapidibus obrutum tradunt (a).

De Vigilio scriptore Ecclesiastico.

(a) *Vit. Vigilii ante ejus opera tom. 5. Bib. sanct. & Apud Sur. tom. 7. & Galesin. in Not.*

XVII.

Sed quid præstitit auctor ille, qui Acta Vigilii in compendium redegit? Illud quidem (ipse parcat) ut inofficiose nimis, quæcunque essent in prioribus Actis, quibus declararetur passus Vigilius his temporibus Honorii Imperatoris, omnino submoverit, atque prorsus abolenda censuerit, ne quid esse posset impedimento, quominus unus idemque Vigilius dici possit, qui contra hæreticos scripsit, cum eo qui martyrium passus est. Sed delere minime potuit, quod fuit relatum in tabulas Ecclesiasticas, passum Vigilium Consule Stilichone: nec etiam cavit, obliteranda esse, quæ ex prioribus Actis in Vita Vigilii ipse intulit, nimirum eumdem Vigilium liberales artes Athenis didicisse. Etenim ex his perspicue demonstratur, quo tempore Vigilius vixerit: nam a temporibus Arcadii Imperatoris, cujus regni exordio Gothi Græcias sub Alarico invasere (ut constat ex his quæ superius dicta sunt) Athenarum gymnasia prorsus occlusa, penitusque deserta mansere. Sed optime congruit, ut Vigilius Athenis adolescens litteris operam dederit, qui temporibus S. Ambrosii sedit Episcopus: atque qui ad S. Simplicianum de passis eo tempore martyribus (quod testatur Gennadius) in laudem eorumdem & narrationem rerum gestarum, epistolam unam cum libello conscripserit, idem hoc tempore martyrio vita functus decesserit.

XVIII. Vigilii plures eodem sæculo.

Cum igitur ex his quæ diximus, duo inter se diversi sint statuendi Vigilii, quorum alter his ferme diebus martyr obierit, alter vero qui post centum ferme annos inter scriptores Ecclesiasticos celebris extitit: licet uterque dici possit Tridentinus Episcopus, titulus tamen martyrii ex asserta superius causa, nonnisi priori (ut diximus) convenit. Posteriorem quoque Vigilium dicere Tridentinum Episcopum fuisse, non refragamur; quod minime impossibile videatur, centum ferme annorum spatio, duos ejusdem nominis fuisse civitatis unius Episcopos: cum alioqui sciamus hujus centenarii spatio plures memoria celebres vixisse Vigilios; nempe Vigilium Africanum, cujus commentarii in Apocalypsim Cassiodorus (b) meminit; Vigilium alium diaconum, quem tradit Gennadius (c) scripsisse regulas monachorum: rursum vero sanctitate insignem Vigilium habes Episcopum Brixianum, qui a S. Philastrio ejusdem civitatis Episcopo septimus ordine sedit: Concilio præterea Agathensi inter alios Episcopos Vigilius nomine Antistes subscriptus habetur: ut non desit Vigilius, qui scriptorum illorum auctor asseri possit. Sed de his hactenus.

(b) *Cassiod. Instit. divin. Script. c. 9.*

(c) *Genn. de Script. Eccl. c. 51.*

XIX.

Gerebat hoc anno sub eodem Stilichone Consule Vincentius Prætorii Præfecturam in Galliis, ut rescriptum Honorii Imperatoris (d) ad eumdem datum significat: hujus summa cum laude Severus meminit, de ejus cum S. Martino adhuc superstite necessitudine ita scribens (e): *Memini Vincentium Præfectum, virum egregium, & quo nullus sit inter Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turonos præteriret, a Martino sæpius poposcisse, ut ei convivium in suo monasterio daret. In quo quidem exemplum B. Ambrosii Episcopi præferebat, qui eo tempore Consules & Præfectos subinde pascere ferebatur. Sed virum altioris ingenii, ne qua ex hoc vanitas atque inflatio obreperet, noluisse.* Ita Severus. Sicque videas in Ecclesia Dei sanctorum virorum alios sic, alios sic ambulasse, diversisque itineribus ad unum eumdemque tendisse terminum, Dei voluntatem. Factus (f) ille, instar Pauli, omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret. Iste vero etsi hæc omnia sibi licere, non tamen æque omnia expedire,

co-

(d) *l. 1. utrum in C. Theod.*

(e) *Sever. dialog. l. 2.*

Quid Vincentius cum S. Martino.

(f) *1. Cor. 9.*

cognoscens, intra monasticæ observautiæ septa se maluit continere.

XX. Judicia Episcoporum subsistere voluit Imperator.

Eodem Scilichonis Consulatu, mense Februarii, Honorius Imperator sanctionem edidit, qua judicio Episcoporum voluit bene esse prospectum, pœnis exagitans eos, qui in Concilio sacerdotum depositi Episcopi turbas cierint, & sæculare præsidium putaverint exquirendum. Adversus quos ad Hadrianum Præfectum Prætorio ita dictavit (a):

(a) l. 35. de Episcop. & Cleric. C. Theod.

Quicumque residentibus sacerdotibus fuerit Episcopali loco detrusus & nomine: si aliquid vel contra custodiam, vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursumque sacerdotium petere, a quo videtur expulsus: procul ab ea urbe quam infecit (secundum legem divæ memoriæ Gratiani) centum millibus vitam agat. Sit ab eorum cœtibus separatus, a quorum est societate discretus. Sitque hujusmodi personis tenore hujus legis illicitum, sacra nostra adire secreta, & impetrare rescripta. Omnibus abjectis per culpam sacerdotio personis, quæ impetrata sunt, infecta permaneant. Sciturus his quorum defensione nituntur, absque sui reprehensiona non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui divinum non videntur metuisse judicium. Dat. prid. Non. Febr. Ravennæ, Stilichone & Aureliano Coss. Eodem quoque mense Februarii adversus Donatistas, ad eorum perfidiam retundendam, idem Imperator Honorius ad eumdem Hadrianum Præfectum Prætorio ista edixit (b):

(b) l. 37. de hæret. C. Theod.

XXI. Donatistas Imperator exagitat.

Rescriptum quod Donatistæ a Juliano tunc Principe impetrasse dicuntur, proposito programmate, celeberrimis in locis volumus anteferri, & Gesta quibus est hujusmodi allegatio inserta, subnecti. Quo omnibus innotescat & Catholicæ confidentiæ stabilita constantia, & Donatistarum desperatio fucata * *perfidia. Dat. V. Kalend. Mart. Raven. Stilichone & Aureliano Coss.* Qualenam autem ejusmodi rescriptum fuerit, quive libellus Donatistarum ad Julianum præcesserit, repete quæ quarto tomo Annalium dicta sunt. Sed quænam occasio exorta fuerit, ut Honorius Imperator post tot annos elapsos ea ex Actis Proconsularibus voluerit in lucem edi, atque omnibus innotescere, modo dicendum. Pervenisse putatur ad Honorii Imperatoris aures per legatos Episcopos Africanos, vel ipsum Possidium Calamensem Episcopum, cujus legationis anno superiori meminimus, inter alia Donatistarum sive factis sive scriptis adversus Catholicos edita scelera, invectiva illa, & quidem acerrima, Petiliani Episcopi Constantinæ in Numidia civitatis, qua in illa sua publica epistola adversus Catholicos commotus, eosdem vehementer exagitavit, quod a Principibus Christianis iisdemque Catholicis adversus improbos ipsorum conatus (ut vidimus) sæpe expetiissent auxilium: rem quidem hanc ut sacrilegam ille, qui ea foro, ubi causas orabat, in ecclesiam venerat Donatistarum, Petilianus his verbis aggressus est exaggerare (c):

* fugata.

(c) Apud Aug. contr. litt. Petil. l. 2. c. 92.

XXII. Juliani pro Donatistis rescriptum cur publice expositum.

Quid autem vobis est cum Regibus sæculi, quos nunquam Christianitas nisi invidos sensit? &c. Prolixiorem enim de his in sua epistola orationem iotexuit. Quibus commotus Honorius in eorumdem Donatistarum opprobrium, qui absque eo quod Constantinum sæpe sæpius adversus Catholicos (ut vidimus) interpellassent, eo quoque procaciæ pervenerunt, ut adversus eosdem indignissimum hominibus Christianis libellum Juliano Imperatori Apostatæ obtulerint: illum ipsum in publicis quibusque locis perspicuum omnibus una cum rescripto ab ipso Imperatore Juliano obtento affigi voluit, simul cum Proconsularibus Gestis ea tunc in causa conscriptis; quo (ut ait Imperator) omnibus innotesceret & Catholicorum una cum pietate constantia, & Donatistarum desperatio fucata perfidia. Quibusnam verbis conceptus fuerit ille ad Julianum Donatistarum libellus, quive illorum Episcopi apud eum ea legatione perfuncti sint, & alia quæ ad eam causam spectare videbantur, dicta sunt a nobis superius ejusdem Juliani tempore, quo eadem perfici contigerunt. Sed quid tunc synagoga peccantium, ipsi nimirum cæcorum duces, cæci & ipsi Donatistarum Episcopi? Plane accidit quod de eorum similibus Hieremias occinuit (d): *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: quamobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.* Siquidem cum ad eorum curandam amentiam frustra omne adhibitum fuerit medicamentum, tandem tradi barbaris meruerunt. Quæ autem a Catholicæ Ecclesiæ Episcopis pro eorum salute fuerint sedulo studio procurata, inferius annis ferme singulis dicturi sumus.

(d) Hierem. 6.

XXIII. De Origenistis paratur judicium ab Anastasio Papa.

Hoc quidem anno de cognoscendis Origenis erroribus paratur Romæ ab Anastasio Papa judicium, hactenus dilatum, quod legitima ejusdem Origenis Periarchon versio a S. Hieronymo (e) elaborata Hierosolymis mittenda, fuerit expectata, dum interea alia ad causam pertinen-

(e) Hier. Apol. l. 2.

PAGIUS VI.

A num. XXIII. ad XXXVI. Refert Baronius *Anastasium* Papam hoc anno Romæ *Origenistas* damnasse; sed de horum damnatione anno sequenti, quo certum est eam factam, agemus.

Damnatio Origenistarum.

nentia pararentur. Quod enim res magni momenti esset, ac minime contemnenda, cum non de vivente aliquo per se causam dicente, sed de homine jam ante centum & quinquaginta ferme annos vita functo, eodemque celeberrimi nominis tractaretur: quamvis adversarii instantius agerent, utpote exhorrescentes Romam ex Oriente ejus errores invectos: Anastasius tamen summa usus maturitate consilii, jam tandem tempus adesse videt, quo ad succidendos adulterinos palmites securim Apostolicam paret. Quid autem inter hæc Ruffinus? Astute quidem se gessit: dissimulans enim hæc omnia, quasi cum Anastasio Papa in fide consentiret, affirmansque Theophilum Alexandrinum sibi communicatione conjunctum, atque Epiphanii magni nominis Episcopi pacis communicatione munitum, in unum tantum Hieronymum stylum exeruit. Sed qua calliditate, quibusve fallaciis, audi.

XXIV. Ruffinus in se convertit dicta in Origenistas.

Quod enim S. Hieronymus anno superiori, Pammachii atque Oceani, qui doctrina pollentes erant, & natalium claritudine Romanorum nobilissimi, rogatu (ut constat ex eorum litteris *a*) Origenis Periarchon germana sinceraque translatione Latinitate donatum Romam misisset, addita ad opus præfatione, nempe epistola (*b*) ad eosdem, qua omnes Origenis palam fecisset errores: iisdemque addidisset epistolam haud pridem ad Ruffinum (*c*) scriptam (ut ipse in Apologia (*d*) testatur) quibus significaret, nihil sibi esse pugnarum adversus quempiam, sed dumtaxat hæreses cum hæreticis insectari: Cum hæc inquam omnia, quibus Origenistæ telis appeterentur, in se unum conversa Ruffinus, ex præcordiis male affectus cuncta dijudicans, existimaret, trium annorum spatio tres adversus eumdem S. Hieronymum libros elucubravit. Sed & quod sciret cum potentissimo adversario sibi esse certamen, eosdem tres libros a se conscriptos sic edidit, ut tamen magna cautela cavarit, ne in manus ejusdem S. Hieronymi pervenirent; sed tantummodo amicis illi crediti, sic per amicorum manus per Italiam vulgarentur, ut non quidem scripto, sed sermone multorum ferrentur.

(*a*) Apud Hier. epist. 64.
(*b*) Hier. epist. 65.
(*c*) Apud Hier. epist. 66.
(*d*) Hieron. Apol. l. 1.

XXV. Libri tres a Ruffino in Hieronymum editi.

Quod autem ii ab eo scripti tres libri fuerint, accipe id tertium ab ipso Hieronymo repertum, ut cum primum (*e*) ait: *Nunc quoque quia renui laudatorem, & verso stylo docui me non esse quod meus necessarius prædicavit; dicitur furere, & tres contra me libros venustate Attica texuisse*: & inferius: *Nae lassisse conatus, quasi adversus elinguem, semperque taciturum, tres elaboravit libros.* Ac rursum in fine de iisdem tribus contra se scriptis voluminibus meminit: quæ Ruffinus (ut idem ait S. Hieronymus) (*f*) Apologiam uno nomine voluit nuncupari, cum tamen (ut ait) accusationes continerent & invectivas. Triennii vero spatium temporis in iisdem tribus elaborandis scriptis voluminibus, immo telis exacuendis, insumptum idem S. Hieronymus tradit (*g*). Ex quo enim illi innotuerunt quæ S. Hieronymus ad Pammachium & Oceanum scripserat, & de germana Origenis Periarchon versione ipse Ruffinus acceperat, ad defensionem parans arma, in offensionem primum illa convertit, ut non tam Apologiam quam invectivam conscripserit.

(*e*) Hier. Apol. l. 1.
(*f*) Hieron. Apol. 2.
(*g*) Hieron. Apol. 2.

XXVI. Ruffinus celat Hieronymo libros in eum scriptos.

Sed magna adhibita cautela tres accusationum libros in Hieronymum elaboratos Ruffinus edendos esse curavit, nimirum ut (quod dictum est) sic omnibus innotescerent, ut tamen eorum exemplaria scriniis amicorum clausa detinerentur, nec eos legendi facultas Hieronymo impertiretur. Unde quam justæ de his illæ sunt S. Hieronymi iteratæ querelæ: *Scribuntur* (inquit *h*) *contra me libri, ingeruntur omnibus audiendi, & tamen non eduntur, ut simplicium corda perturbent, & mihi facultatem pro me auferant respondendi. Novum malitiæ genus, accusare quod prodi timeas, scribere quod occultes.* Et in posteriori Apologia (*i*) hæc idem de simulato Ruffini prætextu: *Dicis te accusationem meam ad eos tantum misisse, qui meis verbis læsi fuerant, & non ad plures; quia non ad ostentationem, sed ad ædificationem Christianis loquendum est. Et unde, oro te, librorum tuorum ad me fama pervenit? Quis eos Romæ, quis in Italia, quis in Dalmatia disseminavit? Si in scriniis tuis & amicorum tuorum latebant, ad me quomodo mea crimina pervenerunt? Et audes dicere, te non ad ostentationem, sed ad ædificationem, quasi Christianum loqui, qui de sene senex tanta confingis, quanta non diceret de latrone homicida, de scorto meretrix, scurra de mimo? qui parturis mihi montes criminum, & gladios, quos defigas in jugulum meum, tanto ante tempore exacuis? Idcircone Cerealis & Anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent? ut panegyricum tuum per angulos & plateas ac muliercularum textrinas recitarent. Hæc est tua illa sancta verecundia, &c.*

(*h*) Hieron. Apol. l. 1.
(*i*) Hieron. Apol. 2.

XXVII. Judicium de causa Ruffini atque Hieronymi.

Æqua lance, quæso, lector, jura utriusque perpende, cum adhuc in vestibulo ejusmodi altercationis subsistis: revocaque ad stateram, quæ superius dicta sunt: nimirum rogatum, provocatum, impulsumque S. Hieronymum precibus amicorum, cum in crimen conniventiæ Origenis errorum inductus esset, tum ad suam innocentiam insinuandam, tum ad hæreses detegendas, necessario quidem editione germana Origenis Periarchon facta, in

ejus tantum errores (ut par erat) invectum fuisse. Et licet ejus sectatores Origenistas pariter fuerit insectatus, Ruffini tamen nomen numquam ab eo fuit expressum, quem potius perbrevi eademque familiari epistola secreto admonendum putavit. Quid hoc æquius & sanctius? quid Christiano homine dignius, & Catholicæ Ecclesiæ opportunius, utiliusve, hoc potissimum tempore præstari valuit? Quid hoc sibi magis necessario faciendum fuit? cum id quidem prætermisisse, vel dissimulasse tantum, id ipsum fuisset Origenis erroribus turpiter connivere. Præstitit igitur quod Catholici doctoris erat, numerosque explevit hominis Christiani, sed & jura amicitiæ (quantum in se fuit) illibata servavit.

XXVIII.

Ruffinus hæreticorum morem induit.

Sed quid? Sicut bonus homo de bono thesauro suo profert bona; ita malus (ex sententia Domini *a*) de malo thesauro suo profert mala. Præstitit enim Ruffinus, quod peculiare est omnium hæreticorum, cum animi furore conjunctum mentis habere torporem; dum quem amice amplecti debuerat, refractarius conviciis insectatur & jurgiis, atque ad salutem capessendam socors, stupidus, atque penitus redditur obstinatus. Ita plane de hæreticis omnibus David (*b*) occinuit, duas istas ipsorum præcipuas proprietates accommodata similitudine exprimens, ubi de priori sic ait: *Furor illis in similitudinem serpentis*: de posteriori vero quod sequitur: *Et sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, ne exaudiat vocem incantantium.* Sic igitur Ruffinus admonitionem contemnens, in monitorem conversus, furore percitus, tribus eum libris illis conscriptis aggressus est, secundum poeticum illud (*c*)

—— *Linguis micat ore trisulcis.*

(*a*) Luc. 6.
(*b*) Psal. 57.
(*c*) Virgil. 3. Georg.

XXIX.

Hieronymi animus ad pacem compositus.

Quonam autem animo ad hæc S. Hieronymus compositus esset, quamque ægre nolens, reluctans, & (quod dicitur) obtorto collo pertraheretur invitus: audi ipsius cum attestatione etiam numinis scriptam ad eumdem Ruffinum (ut jurato saltem crederet) contestationem (*d*): *Testor* (inquit) *mediatorem Jesum, invitum me & repugnantem in hæc verba descendere: & nisi tu provocares, semper taciturum fuisse. Denique noli accusare, & ego cessabo defendere. Quæ enim est audientium ædificatio, duos senes inter se propter hæreticos digladiari, præsertim cum ambo Catholicos se videri velint? Omittamus hæreticorum patrocinium; & nulla erit inter nos contentio. Eodem fervore, quo Origenem ante laudavimus, nunc damnatum toto Orbe damnemus: jungamus dexteras, animos copulemus; & duos Orientis & Occidentis* τριπαλφόρας, nempe Theophilum Alexandrinum, & Anastasium Romanum Pontificem, *alacres sequamur incessu: erravimus juvenes, emendemur senes*, &c. Rursum vero illa (*e*): *Depone gladium, & ego scutum abjiciam. In uno tibi consentire non possum, ut parcam hæreticis: ut me Catholicum non probem. Si ista est causa discordiæ, mori possum, tacere non possum*: Et in fine: *Sit inter nos una fides, & illico pax sequetur.* Hæc ipse ad suum ipsius animum insinuandum.

(*d*) Hier. Apol. 2.
(*e*) Hier. Apol. 2.

XXX.

Contra vero, videas Ruffinum, qui uno verbo ista omnia consopiret, damnando nempe cum Origene omnes ejus errores, Episcopis acquiescens, eisdemque communione se jungens, cum eisdem adversus eos pariter dimicans; his omissis, falsas excusationes obtendere, quo tempore Apologiam ad Anastasium Papam dedit, atque in S. Hieronymum virulentos tres illos omnium discordiarum seminarium libros scripsit. Sed quod juxta divinum oraculum (*f*): *Judicia Domini pondus & statera*: secundum illud Davidicum: (*g*) *Mentita est iniquitas sibi*: hæc omnia in majorem Ruffini ignominiam cessere, atque fidei Catholicæ profecere.

(*f*) Prov. 16.
(*g*) Psal. 20.

XXXI.

Romanorum alii S. Hieronymo, alii Ruffino favebant.

Sed illud plane dolendum, fuisse Romæ tunc temporis in duas partes scissa Christiani populi studia, aliorum scilicet Ruffino faventium, sanioris vero partis S. Hieronymo inhærentium. Ruffino quidem studebant Melania, & qui cum ea necessitudine jungebantur: Apron unus quoque nobilis genere, Ruffini partes tuebatur, itemque Macarius, ad quem præfationem in versionem Periarchon inscripserat, quem maritum fuisse nobilissimæ Romanæ feminæ, idem ipse Ruffinus tradit (*h*): nominatus habetur & Chrysogonus quidam (*i*) ejus studiosus, quem puto illum esse monachum Aquilejensem, ad quem ejusdem Hieronymi extat epistola (*k*); necnon alii, qui se Ruffini esse discipulos profitebantur: quorum omnium (ut ipse Hieronymus tradit) erat in coacervando quæcumque quavis occasione quæsita, in ipsum S. Hieronymum crimina, cura propensior: sed omnes hi vel Origenis erroribus maculari, vel Origenistarum consortio in hæresis suspicionem adducti. S. Hieronymo vero longe major atque potior pars in Urbe favebat, ut inter alios nobilissimos Romanorum Pammachius, Oceanus, Marcellinus, S. Marcella, atque alii denique non pauci ordinis Senatorii, fidei Catholicæ tenacissimi: qui cum aliis omnibus Orthodoxis, arbitrio Anastasii Romani Pontificis damnantis Origenistas, non privata affectione animi ferebantur. Sed omittimus recensere diversarum provinciarum Antistites S. Hieronymo faventes, & inter alios ipsum Chromatium Episcopum Aquilejæ, execrantes omnes detestabiles Origenistas.

(*h*) Ruffin. invect. l. 1.
(*i*) Hier. Apol. 1. in fin.
(*k*) Hier. epist. 44.

Qui

XXXII. Quo tempore Ruffinus scripsit, & Hieronymus respondit.

(a) Hier. Apol. l. 1.

Qui igitur triennii temporis spatium (ut dictum est) in tribus libris scribendis insumpsit, eos jam absolutos hoc anno Ruffinus amicis suis communicavit: jam enim biennio Aquilejæ consederat (ut S. Hieronymus (a) tradit) qui annum antea Romæ manserat. Porro hæc, quod haud publice omnibus edidisset, sed per amicorum manus ferrentur, nequaquam nisi incerto rumore in Palæstinam ad S. Hieronymum pervenerunt: qui continuit studium ad tempus, expectans nimirum libros ab eo conscriptos ad se perferri: quod minime consequi licuit. Accidit tamen, ut post ferme biennium, cum germanus ejus Paulinianus in Occidentem ad distrahendum patrimonium missus, Hierosolymam reverteretur, & capita quædam auditione percepta de accusationibus Ruffini adversus ipsum S. Hieronymum eidem palam fecisset, ipse tunc invitus licet ad scribendam suam defensionem, manum admoverit: Eam quidem scriptam fuisse post biennium, anno scilicet Domini quadringentesimo secundo, ex certo illo elicitur argumento, dum in sua tum scripta a se Apologia testatur decennium intervenisse, ex quo ad Dexterum Præfectum Prætorio librum scripsisset de Scriptoribus Ecclesiasticis, quem ex Consulibus & annis Imperatoris, duplici chronologia, editum fuisse anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, monstravimus. Agemus igitur de eadem Hieronymi defensione suo loco. Sed quænam in libris Ruffini coacervata fuerint in S. Hieronymum crimina: quoniam ex ejus responsione manifesta redduntur, agemus de his inferius.

XXXIII. Anastasius Papa damnat Origenis errores.

Hoc itidem anno Domini quadringentesimo, quo a Theophilo Episcopo Alexandrino primam Paschalem epistolam scriptam fuisse monstravimus, sequenti scilicet anno post Synodum Alexandrinam, in qua hæreses Origenis damnatæ sunt: cum jam pluribus ac manifestis probationibus, atque potissimum S. Hieronymi scriptis Romam missis, germana Origenis Periarchon translatione facta, ejusdem errores singuli aperta luce cunctis inspiciendi fuissent expositi; Anastasius Papa Apostolica auctoritate easdem Origenis hæreses damnat. Id enim significat S. Hieronymus epistola hoc anno ad Pammachium atque Marcellam data (b), cujus est exordium: *Rursum Orientalibus vos locupleto mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam vere transmitto.* Et post nonnulla, quænam hæ sint merces, subdit his verbis: *Vos Christiani Senatus lumina, accipite & Græcam & Latinam etiam hoc anno epistolam*, Theophili scilicet, *ne rursum hæretici mentiantur a nobis pleraque vel addita, vel mutata: in qua laborasse me fateor, ut verborum elegantiam*

(b) Hier. epist. 78.

pari interpretationis venustate servarem, &c. Hæc de prima Paschali Theophili epistola S. Hieronymus, qui anno superiori datam ex Synodo Alexandrina Synodicam miserat eodem ferme argumento conscriptam. Sed & quod ad finem ejusdem habet epistolæ, plane declarat Anastasium Papam hoc eodem ferme tempore decretum de damnatione hæresum Origenis Romæ promulgasse: nam ait: *Prædicationem quoque cathedræ Marci Evangelistæ cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet. Quamquam celebri sermone vulgatum sit, beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis hæreticos persequutum: ejusque litteræ docent, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum est.* Hæc S. Hieronymus; qui licet rumore tantum quod Romæ ab Anastasio Papa factum esset de damnatione Origenis errorum accepisset, cum eo modo ad Pammachium atque Marcellam scripsit; revera tamen ab eodem Romano Pontifice id factum fuisse, certum est.

XXXIV. Origenis errores & Origenistæ ubique damnati.

(c) Hier. Apol. l. 2.

Damnatis igitur ab Anastasio Romæ erroribus Origenis, scribuntur per orbem Catholicum ab ipso litteræ; ut quæ cavenda forent, omnes scirent: de quibus sanctus Hieronymus (c): *Quid (inquit) facient epistolæ Theophili Episcopi? quid Papæ Anastasii in toto Orbe hæreticum persequentes?* Quibus sane factum est, ut accipientes præcipuarum Ecclesiarum Episcopi litteras Romani Pontificis, iidem collectis suis sibi subjectis Episcopis, æque damnarent, quæ Romæ ab Anastasio Papa scirent esse rejecta: præstitisseque inter alios id ipsum Chromatium Episcopum Aquilejæ, nec non Venerium sedis Mediolanensis Antistitem, fidem facit idem S. Hieronymus illis verbis (d) in Ruffinum invectus: *Ergo beati Episcopi Anastasius & Theophilus & Venerius & Chromatius, & omnis tam Orientis quam Occidentis Catholicorum Synodus, qui pari sententia, quia & pari spiritu, illum* (nempe Origenem) *hæreticum denunciant populis, fures librorum illius judicandi sunt? &c.*

(d) Hier. Apol. l. 2.

XXXV. Omnes & ubique damnant Origenis errores.

(e) Hier. Apol. l. 2.

Quinetiam sanctionem Imperatorum secutam esse exinde Episcoporum judicium, idem S. Hieronymus illis verbis significat, quibus Ruffini querelis ita respondet (e): *Si quid contra Origenem & sectatores ejus dicitur, in te dictum putas. Ergo & epistolæ Papæ Theophili, & Epiphanii, & aliorum Episcoporum, quas nuper ipsis jubentibus transtuli, te petunt, te lacerant: Imperatorum quoque scripta, quæ de Alexandria & de Ægypto Origenistas pelli jubent, me suggerente, dictata sunt: Ut Romanæ urbis Pontifex miro eos odio detestetur, meum consilium fuit: Ut totus Orbis post translationem*

tuam in Origenis odium exarserit, quem antea simpliciter lectitabat, meus operatus est stylus. Si tantum possum, miror cur me non metuas. Hæc in Ruffinum S. Hieronymus; quod ille, quæcumque contra Origenem in Ecclesia acta essent, ipsi Hieronymo accepta ferret: cum revera in hoc sacro bello ipsum magno animi vigore classicum cecinisse, non dubium sit. At hæc quidem Romæ hoc anno de condemnatione Origenis errorum. Quid autem peculiariter actum sit in Ruffinum, qui has Romam merces invexerat, dicendum anno sequenti, quo constat ad eum litteras dedisse Anastasium, ut se Romam ad dicendam causam conferret.

XXXVI. Fabiolæ obitus.

Antequam autem recedamus ab Urbe, clarissimæ feminæ persolvamus extrema. Hoc enim anno defunctæ S. Fabiolæ, spectatæ egregiæque sanctitudinis, & generis claritudine celebris viduæ, S. Hieronymus rogatus ab Oceano epitaphium scripsit; cujus exordio cum ita diversa tempora numeret, quo potissimum anno id acciderit, circumscribit, dum ait (*a*): *Plures anni sunt, quod super dormitione Blesillæ Paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere consolatus sum: quarta æstatis circulus volvitur, ex quo ad Heliodorum Episcopum Nepotiani scribens epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi: & ante ferme biennium Pammachio meo pro subita peregrinatione Paulinæ brevem epistolam dedi; erubescens ad disertissimum virum plura loqui, &c.* Paulo vero post: *In præsentiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Christianorum, miraculum Gentilium, luctum pauperum, solatium monachorum, &c.* Cum igitur ipse S. Hieronymus quatuor annos numeret ab obitu Nepotiani, duos vero a dormitione Paulinæ: præsentem annum Fabiolæ funeri ipsum adscribere, ex iis quæ superius dicta sunt, satis manifestum apparet; ut de his nec vel levis quidem dubitandi relinqui possit occasio. Nisi quod, cum reperias in litteris S. Hieronymi post decem annos, nempe post Urbis excidium, scriptis (*b*) ad Marcellinum & Anapsichiam, de Fabiola tamquam vivente mentionem haberi (ad quam idem S. Hieronymus duos in Ezechielem libros a se conscriptos misisse testatur, quos nonnisi post excidium Urbis ipsum elucubrasse liquet (*c*) affirmare necesse est, aliam illam ab hac fuisse Fabiolam, minoremque dicendam: nec quidem mirum, cum & duas Paulas, totidemque Melanias, seniores ac juniores, eodem tempore liceat numerare. Sed quæ istius majoris Fabiolæ fuerint ornamenta virtutum, ab eodem Hieronymo paucis complexa, scriptaque ad Oceanum, relegamus. Post enim alia, quæ nos superius pro temporis ratione narravimus, ista subdit (*d*):

Fabiolæ duæ.

(*a*) Hier. epist. 30.

(*b*) Hier. epist. 8.

(*c*) Hier. præf. in l. in Ezechielem.

(*d*) Hier. epist. 30.

XXXVII. Fabiola prima Romæ infirmorum hospitale erexit.

Prima omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foveret. Describam ego nunc diversas hominum calamitates, truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes alvos, exile femur, crura turgentia, & de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pædore confectos humeris suis ipsa portavit? Quoties lavit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat. Scio multos divites & religiosos ob stomachi angustiam exercere hujusmodi misericordiam per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, non manu: quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero: magna fides ista contemnit. Et paulo post, poeticum illud usurpans:

Non (e) mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox:
Omnia morborum percurrere nomina possim

(*e*) Virgil. Æneid. 6.

Quæ Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutavit, ut multi pauperum sani languentibus inviderent. Quamquam illa simili liberalitate erga clericos & monachos & virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? Quem nudum & clinicum non Fabiolæ vestimenta texerunt? In quorum se indigentiam non effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ ejus Roma fuit. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum mare, Volscorumque provinciam, & reconditos curvorum littorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore, vel transmissa per viros sanctos ac fideles munificentia circuibat, &c. Subdit de ejusdem Hierosolymam peregrinatione; sed de ea suo loco a nobis mentio facta est. Atque post multa hæc tandem in fine de funere: *Quantum* (inquit) *haberet viventis Fabiolæ Roma miraculum, in mortua demonstravit. Necdum spiritum exhalaverat, necdum debitam Christo reddiderat animam: & jam fama volans tanti prænuncia luctus, totius Urbis populum ad exequias congregabat: sonabant Psalmi, & aurata tecta templorum reboans in sublime quatiebat Alleluja: hic juvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes femineas & facta ferant, &c.* Atque de S. Fabiola hactenus. Jam vero ad res Orientalis Ecclesiæ se oratio conferat.

Funeris Fabiolæ celebritas.

Im-

XXXVIII. Gainas Tyrannus rursum conspirat in Imperatorem.

Immanis barbarus, truculentusque tyrannus, omnium sceleſtiſſimus proditorum, Gainas haud exatiatus adhuc sanguine totius ferme Minoris Asiæ populorum, neque placatus Eutropii Consulis nece, potens Gothorum exercitu, in angustum iterum redigens Arcadium Imperatorem, novas illi arroganter easdemque duras pacis conditiones præscribit, petens nimirum Aureliani Consulis ac Saturnini viri Consularis, necnon Joannis qui erat Arcadio Augusto a secretis, capita sibi dari: Audet & majora, nempe templum sibi suisque Arianæ sectæ militibus Constantinopoli aperiri. Sed hæc præmissa præludia potius erant ad futuram quam totius Imperii tyrannidem affectabat. Ac plane res ex sententia accidisset, nisi divinum præsidium tum periclitantibus Imperatori ac Civibus opportuno tempore cælitus effulsisset. Sed quo modo hæc se habuerint, per singula oratio distincte narrabit. Ac primum quod ad tempus spectat: cum sub Consulatu Aureliani hæc gesta esse, ipsa rerum series indicet, erroris arguitur Marcellini Chronicon, quo id anno superiori factum describitur sub Eutropii Consulatu. Sed quid de his in primis scribat Zosimus (a), audiamus:

(a) Zosim. l. 5.

XXXIX. Congressus Arcadii cum Gaina.

Gainas cum pervenisset Chalcedonem, postulabat ut se Arcadius Princeps ipse conveniret: nec enim se cum alio quoquam præter hunc allocuturum dicebat. Cum Princeps in hoc quoque fuisset assensus, coitum est in quodam ante Chalcedonem loco, ubi Euphemiæ religiosæ martyris ædes extructa stabat, quæ propter cultum Christo præstitum honore afficitur. Placuit Gainam & Tribigildum ex Asia in Europam transvehi, eisque ad mortem viros in Republica eminentissimos dedi. Hi erant Aurelianus, qui ejus anni Consulatum gerebat, & Saturninus Consularis, & præter hos Joannes, cui Princeps omnia sua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant ejus filii, quem Arcadius habebat, patrem esse. Sed calumnia hæc Zosimi manifesta, nam nondum adhuc natus erat unicus Arcadii filius Theodosius: *Huic quoque postulato* (subdit ipse Zosimus) *Princeps, licet tyrannico, satisfaciebat. Cumque viros illos Gainas accepisset, eisque gladium admovisset, eatenus tamen, ut cutem tantummodo stringeret: satis habuit eos dumtaxat exilio pœnas luere.* Hæc Zosimus.

XL. Aurelianus, & Saturninus dedunt se pro reipub. Barbaro.

Commendata admodum fuit amplissimorum virorum virtus, cum pro redimenda salute Imperii sese ferocissimo barbaro dedi magna animi constantia passi sunt: nam de eis hæc Socrates (b) rem gestam narrans: *Cum postularet Gainas, ut Imperator Saturninum & Aurelianum, duos Consulares viros, ordinis Senatorii facile principes, quos ipsius conatus retardaturos suspicabatur, ad eum mitteret: Imperator, etsi animo invito, necessitati tamen parens temporis, concessit. Illi, utpote pro Republica mortem oppetere admodum cupientes, excelso & erecto animo Imperatoris mandato obtemperarunt. Proinde in planicie, in qua equos ad cursum exercere solent, longe a Chalcedone Barbaro obviam facti sunt, ad quemcumque cruciatum subeundum parati. Verum isti ab illo nihil perpessi sunt mali: atque ille rem cupitam dissimulans, Chalcedonem contendit: ibi Arcadius ei fit obviam. At cum Imperator & Barbarus simul in templo essent, in quo corpus Euphemiæ martyris conditum, & sepultum est; jusjurandum mutuo dant, se re vera alterum alteri non facturos aliquando insidias: Sicque* (subdit Sozomenus c) *Gainas arma deposuit, & Constantinopolim trajecit, impetrata ab Imperatore tum equitum tum peditum Præfectura.* At cum hi hos nihil mali passos affirment, non solum Zosimi, sed & Joannis Chrysostomi refelluntur auctoritate, quorum sententia constat irrogatam illis fuisse exilii pœnam. Sed de his inferius.

(b) Socrat. lib. 6. c. 6.

(c) Sozom. lib. 8. c. 4.

XLI. Gainas Constantinop. veniens postulat Ecclesiam Arianis dari.

Ingressus autem Barbarus Constantinopolim, pacis larva contectus, quæ sunt pietatis atque quietis sibi præcipuæ curæ esse simulans, Ecclesiam Arianis, quibus cum ipse posset sacros celebrare conventus, ab Arcadio postulavit. Quid cum ipse Imperator, quidve Chrysostomus ejus Civitatis Antistes Ariano Duci resistens egerit, a Theodoreto rem gestam exacte de-

---

PAGIUS VII. *Gothi a Gaina in Urbem Constantinop. immissi eu ea pelluntur.*

A num. XXXVIII. ad L. Marcellinus in Chronico ad Theodori & Eutropii Consulatum anno superiori gestum, ait: *Gaina Comes apud Constantinopolim ad præparandum civile bellum Barbaros suos occulte admonet; ipse valetudinem simulans urbe digreditur: cupto adversus Byzantios prælio plurimi hostium cadunt, cæteri fugientes Ecclesia nostra succedunt, ibique retecto Ecclesiæ culmine, jactisque desuper lapidibus obruuntur.* Verum recte observavit Baronius, contigisse hæc non anno superiori, sed currenti. Zosimus enim lib. 5. pag. 795. narrat *Gainam* in Bithyniam, Tribigildum vero versus Hellespontum copias duxisse, & Gainam postulasse, *ut se princeps ipse conveniret*. Quod cum factum fuisset in quodam ante Chalcedonem loco, petiit Gainas sibi dedi ad mortem, Aurelianum, *qui ejus anni Consulatum gerebat*, & Saturninum Consularem, quos tamen Gainas solum in exilium egit, & cum in urbem irrumpere non potuisset, Christianorum Ecclesiam Palatio proximam occupavit, ut ex Zosimo narrat Baronius. Hæc itaque currenti anno quo *Aurelianus* Consulatum in Oriente gessit, acta sunt. Adhæc Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. scribit: *Eodem anno cæsi sunt Gothi multi in Leomacellio* (seu Leomacellio, qui locus erat, ubi jugulabantur, vel mactabantur pecora, ut notat Ducangius in Constant. Christ. lib. 1. paragrapho 24.) *Conflagravit quoque Gothorum Ecclesia*

cum

(a) Theod. l. 5. c. 32.

describente audiamus (a): *Iste* (inquit) *labe aspersus Ariana, postulat ab Imperatore, unum ex sacris sibi templis dari. Imperator autem respondet, se de ea re capturum consilium, & unum ei curaturum promittit. Itaque divino illo Joanne accersito*, Episcopo scilicet Constantinopolitano, *ei postulatum Gaina exponit; commemorat ejus potentiam, moliri tyrannidem indicat; orat, ut templo donato, furentem ejus animum placet. Cui nobilis ille vir:* No (*inquit*) *istud ei pollicere, neque sanctum Dei canibus mandes. Nam nunquam equidem patiar, ut qui Deum Verbum sancte & augusto laudibus & hymnis celebrant, expellantur a sacro templo; idemque tribuatur iis, qui contra eum loquuntur blasphemias. Atque ne Barbarum illum omnino metuas, Imperator: sed me & illum in unum locum convoca, tuque silentio utriusque nostrum sermonem auscultа. Ego certe me hominis linguam refrenaturum spero, persuasurumque ne postulet quod ei concedi non debeat.*

XLII.

Quibus auditis Imperator vehementer lætatur, & postridie ejus diei utrumque accersit. Gainas quidem promissum exposcit. Magnus autem Joannes respondet illi ex adverso: Non licere Imperatori, qui pietatem colere instituat, aliquid contra res sacras temere moliri. Cui quidem dicenti templum sibi dari oportere: respondet Joannes, templum sacrum apertum esse, neminemque eum prohibere, quo minus in eo, si libeat, preces Deo fundat. Tum Gainas: At ego (inquit) alterius secta sum, & cum hominibus ejus secta unum sanctum templum habere postulo: atque istud quidem non immerito peto, quippe qui multa bellica certamina pro Romanis confecerim. At præmia (inquit Joannes) tibi propterea tributa labores tuos longe superant: nam Dux es, & honore Consulari dignatus. Quinetiam tecum debes considerare quis fueris olim; & quis jam sis; qua etiam præcedente tua inopia, & in qua jam abundantia vitam degas; quibus quoque vestimentis indutus esses cum Istrum trajeceris, & quibus jam opertus. Complectere igitur animo quam pauci sunt labores, & quam ampla præmia: atque noli erga eos, qui tibi honorem hunc detulerint, ingratus esse.

XLIII. Congressus Joan. Chrysostomi cum Gaina.

Hac oratione habita Joannes celebris totius orbis terrarum doctor, os obturavit Gainæ, atque adeo obmutescere coegit. Hactenus de congressu Joannis Chrysostomi cum Gaina Theodoretus. Quibus videas oculis manibusque contingas illud Apostoli (b): *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum.* Etenim qui iniquas atque indignas, immo & turpes coegerat Arcadium Imperatorem pacis conditiones accipere, ut tamen velamento pacis tyrannidem violentus arriperet; idem ipse ab inermi vincitur sacerdote, cogiturque a cæptis desistere, quæ instigatione Arianorum magnis spiritibus petere aggressus erat: usque adeo, ut in ea Civitate, ubi ipse præsidio militari summam rerum sibi vendicabat, cogatur, ut hæreticus a sacris extorris, carere Basilica. Unde tibi, Chrysostome, tanta fiducia, ut quem paveant Præsides atque Reges, tu nullo pene negotio, ut puerum, virga compescas? illud utique modo dictum Apostolicum nobis occines: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo:* quibus non jura tantum Ecclesiæ servantur illæsa, sed ipsum Imperium & leges publicæ defensæ custodiræque subsistant a barbarorum ac tyrannorum insultibus. Nam audi, quæ a Theodoreto omissa, Sozomenus addat (c): *Exprobravit tum Joannes Gainæ, & quod Imperatoris patri* (nempe Theodosio) *tum servatus jurejurando promiserit, se benevolentiam erga Romanos perpetuo ratam, erga ipsum denique, erga ipsius filios, erga leges esse conservaturum; quas tamen jam irritas facere conaretur. Simulque cum hac di-*

(b) 2. Cor. 10.

(c) Sozom. l. 7. c. 4.

PAGIUS

cum magno numero Christianorum mense Panemo, IV. Idus Julias: hausti item fluctibus in mari angusto, quod Stenon in Cheroneso appellatur, Gothi mense Apellao X. Kalendas Januarias. Sed numerus ultimus corruptus est, ut ex dicendis liquebit.

VIII. *Gaias in Thracia a Romanis occisus.*

Marcellinus sub hujus anni Coss. narrat bellum, quod ad Cheronesum, quæ para Thraciæ ad Hellespontum, postea factum est: *Bellum navale contra Gainam tyrannum inter Cheronesum & Hellespontum gestum est: multa millia Gothorum cæsa, vel demersa sunt. Gaina Comes de hoc bello fugiens evasit: ipso tamen anno occisus est mense Februario.* Sub Consulibus vero anni insequentis addit: *Caput-Gaina hastili præfixum Constantinopolim allatum est*, quod illo anno habet etiam Auctor Chronici Alexandrini: *His Coss.* inquit, *transmissa est cervix Gainæ Gothi, mense Audynao, III. Nonas Januarias.* Sed Marcellinum errare in mense, & loco *Mense Februario*, legendum esse *Mense Decembri*, mihi persuasissimum. Vivebat enim adhuc Gainas die Julii XI. quo Ecclesia, Gothis a Sancto Chrysostomo assignata, quod docet Theodoretus lib. 5. cap. 30. incensa est. Adhæc in vivis adhuc erat die vigesima tertia mensis Decembris, quo Gothi fluctibus hausti, ut mox ea Chronico Alexandrino vidimus. Socrates enim lib. 6. cap. 6. tradit, *Gainam*, eum ad Chersonesum venisset, & Hellespontum trajicere conatus esset, ingentem Barbarorum multitudinem in trajectu interiisse: *Gainas vero inde regressus, cum per Thraciam fugeret, in alias Romanorum incidit copias, a quibus una cum Barbaris, qui cum ipso erant, interemptus est*, inquit Socrates. Quare Gainæ interitus contigit inter diem XXIII. Decemb. hujus anni, & diem III. mensis Januarii anni insequentis, quo caput ejus Constantinopolim allatum.

diceret, legem ostendebat, quam Theodosius sanciverat, cum sectarios omnes arceret, ne intra mœnia conventus agerent. Deinde conversa ad Imperatorem oratione eum hortabatur, ut latam adversus ceteras hæreses legem conservaret: simulque consulebat satius esse Imperio cedere, quam prodere domum Dei, & a religione deficere. Atque his quidem ad hunc modum utiliter usus loquendi libertate, nihil innovari passus est in Ecclesiis sibi concreditis. Hæc ipse: quibus videas lector, quam male consulant impii illi, qui regnandi studio, religionis omnem rationem posthabendam esse, scriptis æque impiis prodidere.

XLIV. Gainas parat incendium aulæ, & subjicere urbem.

Quæ autem hæc fuerint consecuta, idem Sozomenus ita narrat: *Gainas igitur jam infringere jusjurandum, & Civitatem evertere cogitabat. Quo tempore & cometa has insidias portendebat, qui supra Civitatem maximus apparuit, ad ipsam usque terram ferme pertingens, & qualis antea numquam fuisse dicitur. Tentarat autem primum argentariorum tabernas invadere, quod se hinc pecuniarum acervos convasaturum esse speraret. Rumore sparso quod ista decrevisset, & argentariis proinde præsentes maxime opes abscondentibus, neque pecuniam in mensis (ut solebant) publice amplius proponentibus: noctu turba barbarorum immissa, præceperat succendi Palatium. Illi autem perculsi, re infecta, reversi sunt. Num cum prope accessissent, videre sibi visi sunt multitudinem armatorum vastis corporibus formidabilium. Suspicati ergo novitium esse exercitum, nunciaverunt Gainæ. Ille vero (sciebat enim nihilo plures solitis milites in urbe degere) dictis fidem adhibere nolebat. Ceterum cum & in sequenti quoque nocte missi alii idem annunciassent, quod priores illi: ipse progressus, oculatus testis fuit admirandi spectaculi. Ratus igitur sua gratia convenisse ex aliis urbibus milites, ac noctu custodire urbem atque Palatium, interdiu vero latitare.* Hos quidem Angelos custodes urbis fuisse, cum præter milites Prætorianos, nullos alios Civitas contineret, cunctis redditum exploratum fuit; quod Socrates quoque testatur. *Inter hæc* (subdit Sozomenus) *Gainas simulat se dæmonio vexari; & quasi oraturus, Ecclesiam occupat eam, quam in honorem Joannis Baptistæ Imperatoris pater in Hebdomo construxerat,* ad septimum videlicet ab urbe distantem lapidem. *Ex barbaris autem alii in Civitate manserunt, alii una cum Gaina egressi sunt. Clanculum vero arma & telorum pharetras femineis vehiculis impositas secum eduxerunt. At cum deprehensi essent, portarum vigiles interfecerunt, quod hi armorum exportationem prohibere conarentur. Qua ex re Civitas motu ac tumultu repleta fuit, haud secus ac si jam capienda esset.* At decedendi ab urbe Gainæ aliud consilium fuisse, Zosimus tradit, nempe ut Romanos milites, quibus ipse recens Præfectus creatus erat, inde abduceret, atque per diversa loca dispergeret, ne urbi invadendæ a barbaris præsidio essent: relictis ibi tantum Gothis militibus, qui opportuno tempore, data tessera, urbem invaderent. Sed rem sic compositam intervertit divinum auxilium. Nam (ut idem ait Zosimus) Gainas, anticipato tempore datæ tesseræ, impedimento fuit, quo minus barbari urbem in suam potestatem redigerent. Excitato enim tumultu a custodibus murorum, ob Gainæ invasionem; cum qui intus erant Gothi, imparati essent offensi, a Civibus occisi sunt.

XLV. Goth cum Ecclesia succensi.

Sed inchoatam semel rem gestam, a Sozomeno paulo diverse narratam, jam prosequamur, eum subdit post cædem portarum custodum, & egressum Gainæ: *Præsentibus* (inquit) *malis remedio fuit consilium sanum. Imperator enim nihil cunctatus, Gainam declarat hostem, & relictos in urbe barbaros interfici præcipit. Hos itaque milites adorti, plerosque occidunt: appellatam vero Gothorum Ecclesiam incendunt: hic enim veluti in templo consueto congregati erant; quibus jam effugere non dabatur, occlusis foribus.* Porro Ecclesiæ incendium a Zosimo (a) aliter ita describitur: *In hunc modum urbe periculo liberata, intercepti ab urbanis barbari, numero plures quam septies mille, Christianorum Ecclesiam aulæ proximam ingressi sunt, asylum hoc saluti suæ tuendæ quærentes. Hos Imperator hoc ipso in loco interfici jubebat, quem eis ad evitandam facinorum admissorum justissimam pœnam non satis idoneum esse volebat. Hæc præcipiente Principe, nemo tamen eis inferre manum audebat, & ex asylis ipsos extrahere, quod vererentur ne barbari defensionem pararent. Quapropter visum est demoliri tectum, quod mensæ sacrarii (sic enim vocant) impositum est; ut eo per dispositos ad id homines occupato, ignis illis succensis, barbaros peterent; idque continuo factitantes ad internecionem omnes exurerent. Hoc ubi factum fuisset, barbari quidem interempti sunt: sed visum est iis qui valde Christianizabant, magnum in urbe media piaculum esse commissum.* Hactenus de his Zosimus.

(a) Zosim. eod. l. 5.

XLVI. Legatio Chrysostomi ad Gainam.

Post hæc autem Gainas majori æstuans ira, quod se hostem Reipublicæ declaratum, succisaque proditionis stamina quæ texuerat, atque suos in urbe occisos esse cognoverit; infesto exercitu oppida pervadit Thraciæ, omnia cæde atque incendio miscens. Cum ad hujusmodi avertendam populorum cladem legatum mis-

sum

sum fuisse S. Joannem Chrysostomum, Theodoretus affirmat, ac narrat his verbis (*a*): *Id temporis, aliis omnibus velut metu perculsis relictis, itum est ad Joannem invictissimum illum Christi bellatorem: suadetur ei, ut legatus ad Gainam proficiscatur. Ille vero nulla habita ratione vel disceptationis contra Gainam ante susceptæ, vel simultatis inde ortæ, prompto animo in Thraciam contendit. Quare Gainas, cognito legati adventu, & animi ejus alacritate pro peccatis defensione considerata, longo intervallo ei lubens procedit obviam: atque prensans illius dexteram oculis suis apposuit, liberosque sacra ejus genua complecti cogit. Sic quidem virtus, vel infestissimos afficere pudore, & obstupefacere solet.* Hæc Theodoretus. Sed quid hac legatione actum fuerit, silentio prætermisit: nec quemquam alium hæc attigisse scimus, nisi unum Metaphrastem; qui ex antiquioribus monumentis ait, tunc suasione Chrysostomi, pacem Gainam cum Arcadio contraxisse. Certe quidem ad liberandos oppressos, & malis excogitatos eum profectum esse, & inter alia, ut Aurelianum Consulem & Saturninum exilio solveret, ejusdem Chrysostomi homilia fidem facere videtur, cujus est hujusmodi titulus: *Beati Joannis Chrysostomi homilia, cum Saturninus, & Aurelianus acti essent in exilium, & Gainas egressus esset a Civitate.*

(a) Theod. l.5. c.33.

XLVII. Joannes Chrysostomus ex occasione oblata concionatur.

Regressus namque Constantinopolim ipse Chrysostomus, negotio, cujus causa legatione functus erat, bene confecto, cum ad populum habuit concionem; cujus hic exordium intexere, pro rerum gestarum assequenda veritate, dignum existimamus: sic enim se habet (*b*): *Multo tempore silui, & post longum temporis spatium ad charitatem vestram reversus sum. Quamquam id non accidit ulla vel animi socordia, vel corporis desidia. Sed absfui tumultus componens, fluctus sedans, tempestatem corrigens; eosque qui jam demergi cœperant, ad portum, & in tranquillum, porrecta manu deducere studens. Sum enim communis omnium pater: eoque necesse est curam agere non tantum eorum qui stant, sed eorum quoque qui collapsi sunt: non illorum modo qui secundis navigant ventis, sed & illorum qui tempestate jactantur: non eorum modo qui in tuto sunt, sed illorum qui periclitantur. Harum sane rerum gratia reliqui vos ad temporis spatium, obambulans, exhortans, obtestans, supplicans, ut a Domino ea calamitas dissolveretur. Posteaquam autem inamœnis illis ac tristibus finis est impositus: denuo me ad vos recepi; ad vos qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate navigatis. Ad illos profectus eram, ut tempestatem sedarem: ad vos reversus sum, ne qua tempestas exoriatur. Ad illos discesseram, ut eos a molestiis liberarem: ad vos redii, ne in similes molestias incidatis &c.* Post hæc enim adversus incertum statum divitiarum (ut fecerat cum invectus est in Eutropium) vehementi disseruit oratione: quod recens exemplum opportunum argumentum suppeditaret; dum qui præcipuas in Republica dignitates fuerant consecuti, iidem in miserrimum mox statum prolapsi fuissent, ut arbitrio furentis barbari eorum vita penderet.

(b) Chrys. hom. cod. tit. & de Avaritia.

XLVIII. Gainas superatur & occiditur.

Sed quæ reliqua sunt rerum gestarum Gainæ, Socrates ita describit (*c*): *Cum Cherronesum adventaret, inde trajicere, & Lampsacum proficisci maturat, ut partes versus Orientem atque ex eo loco suæ ditioni subjiceret. Ubi vero Imperator copias per terram, perque mare ante ejus adventum illo miserat, miraculum plane insigne divina providentia illic denuo editum fuit. Nam cum barbari navigiis carerent, rates fabricari, iisque illas transmittere cœperunt: Romanorum classis eodem ferme momento adnavigare, Zephyrus graviter spirare: & ut Romani navibus facile trajecerunt; sic barbarorum maxima pars pariter cum equis in ratibus tempestatis violentia huc illacque agitata, ab se mutuo disjecta fuit, marisque fluctibus obruta periit: nonnulli autem a Romanis demersi interierunt. Ad hunc modum itaque ingens barbarorum multitudo illo tempore e medio sublata est. Gainas vero inde digressus, & per Thracias fugam faciens, in alias Romanorum copias forte incidit, a quibus ipse simul cum barbaris, qui cum eo erant, peremptus est. Atque ista quidem obiter de Gaina sint a nobis commemorata. Quod si cuiquam placet res in eo bello gestas accurate cognoscere, legat Gainam Eusebii Scholastici, qui eodem tempore Trosli sophistæ discipulus fuit. Iste illius belli spectator factus, res in eo gestas quatuor libris heroico carmine conscriptis narravit. Et quoniam recens erat rerum gestarum memoria, ideo ob illud poema magno in honore habitus fuit. Nuper etiam Ammonius poeta idem argumentum carmine contexuit, & ad undecimum Consulatum Theodosii Junioris, quem cum Fausto gessit, coram illo ipso Imperatore recitavit, indeque summam laudem est consecutus. Bellum hoc finem habuit Stilichone & Aureliano Consulibus. Proximo anno Consulatum gessit Fravitus, Gothus quidem genere, sed cum populo Romano magna benevolentia conjunctus; qui in hoc eodem bello adeo strenue & fortiter dimicaverat, ut propterea Consulatus dignitatem sit assecutus.* Hucusque Socrates de rebus Gainæ. Scribit his consentientia Sozomenus; (*d*) qui & adstipulatores habet, quos Socrates citavit, Eusebium, & Ammonium. Ex his igitur

(c) Socr. l.6. c.6.

(d) Sozom. l.7. c.4.

se-

redarguas quæ a Zosimo ejusdem haud congruentia narrantur; qui, utpote Ethnicus, tanta a Deo præstita beneficia, diis Gentium, quos coluisse Fravitum dicit, tulit accepta. Scimus Marcellinum in sequentem annum Gainæ necem referre, cum caput ejus Constantinopolim missum est.

XLIX. Gentiles plures ad fidem conversi.

At non prætermittimus dicere, hæc omnia adeo dira, quæ Constantinopoli hoc anno contigerunt, ad profectum Evangelii provenisse. Etenim viso in aere tam ingenti atque prodigioso comete, imminenteque super cervicem civium barbarico gladio, confluebant ad baptismum Gentiles, & alii conversi sunt, suæ ipsorum salutis hactenus obliti. Meminit quidem horum Joannes Chrysostomus in homilia in Acta Apostolorum, quam sequenti anno habuisse, suo loco dicturi sumus; ait enim (a): *Nonne superiori anno concussit Deus civitatem totam? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem currebant? Nonne scortatores & molles & effeminati, dimissis possessionibus & locis, in quibus conversabantur, conversi sunt & facti religiosi?* & inferius: *Quid oportet referre vetera? Superiore anno (dixi vobis) quanta res accidit, & nullus attendit, sed iterum paulatim defluxerunt, & collapsi sunt? Aut semper cælum clamans, quod Dominum habeat, &c.* Redarguit enim pluribus eos, qui post elapsum periculum ad eadem sint reversi peccata.

(a) *Chrys. hom. 41. in Act. Apost.*

L. Monachi Origenistæ perveniunt Constantinopolim.

Contigit hoc ipso quoque anno, monachos Origenistas pulsos a Theophilo ex Nitriæ monasteriis, necnon de Palæstina, quo abierant, ejectos, pervenisse Constantinopolim, & apud S. Joannem Chrysostomum exclamasse contra ipsum Theophilum Episcopum Alexandrinum, adversus eum omnia commoventes: quorum occasione, magno turbine Orientalis Ecclesia exagitata est. Qualisnam autem ea tempestas atque procella fuerit, brevi compendio a S. Hieronymo paucis istis perstringitur (b) post enarratas præclaras res gestas in hac causa a S. Marcella, cujus opera factum fuit, ut Origenistæ Romæ detecti, sententia sedis Apostolicæ damnarentur: *De Occidentis* (inquit) *partibus ad Orientem turbo transgressus minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum est* (c): *Putas veniens filius hominis fidem inveniet super terram? Refrigerata charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem, nostro lateri jungebantur, quorum publice petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur: ita ut Barnabas* (d) *quoque duceretur in illam simulationem, immo apertum parricidium, quod non viribus, sed voluntate commisit.* Hæc Hieronymus: quemnam autem per Barnabam intellexerit, ex his quæ dicuntur inferius poteris fortasse conjicere. Hæcque summa rerum, sed singula ordine temporum sunt inferius disponenda.

(b) *Hier. epist. 16.*

(c) *Luc. 18.*

(d) *Galat. 2.*

LI. Turpis contentio in Ecclesia.

Magnam sane ac luctuosam narrationem aggredimur, qua non Gentilium adversus Christianos, vel hæreticorum adversus Catholicos, iniquorumve adversus probos ac justos, sed sanctorum adversus sanctos (quod pro monstro habitum est atque portento) conflictatio & dira persecutio describatur. Ac primum quod ad exquisitam temporis rationem spectat. Quos constat ex litteris superius recitatis Theophili ad (e) Epiphanium, Ægypti monachos post Concilium Alexandrinum anno superiori habitum, vulgatamque ex eo Synodicam, ex Ægypto primo, & Palæstina deinde fugatos, Constantinopolim navigasse: illuc jam hoc anno pervenisse, S. Hieronymus epistola ad Pammachium & Marcellam data hoc itidem anno, cum prima Theophili Paschalis epistola scripta est, anno nimirum sequenti a Synodica missa, aperte significat; ubi hæc in ipsos (f): *Quid opus est obsidere Propontidem, mutare loca, diversas lustrare regiones, & clarissimum Pontificem Christi, ejusque discipulos rabido ore discerpere? Si vera loquimini, pristinum erroris ardorem ardore fidei commutate, &c.* Hæc S. Hieronymus in eos qui accusationum plaustra in Theophilum Constantinopolim intulerunt, uti inferius di-

(e) *Apud Hier. epist. 67.*

(f) *Hier. epist. 72.*

PAGIUS IX. *Origenistæ Monachi e suis Monasteriis expulsi.*

A num. L. ad LXXII. Cum *Origenistæ* anno tantum sequenti damnati fuerint, *Theophilus* Alexandrinus Episcopus Monachos Origenistas ex Nitriæ Ægypti Monasteriis ante eum annum non expulit; cum id post eorum damnationem contigerit. Quomodo hæc gesta sint, narrat Baronius ex Socrate lib. 6. cap. 7. & ex Sozomeno lib. 8. cap. 12. Uterque tamen deceptus fuisse videtur a quodam Origenista, qui rem ipsi non, ut revera se habebat, narravit; Socrates enim & Sozomenus inter alia tacent id quod præcipue narrandum fuit; *Theophilum* sc. collecta Episcoporum Synodo in Urbe Alexandria, damnasse *Ammonium*, duosque ejus fratres, tanquam Hæreticos & Origenistas. Cumque eos apud Præfectum Augustalem accusavisset, perfecisse, ut exilio damnarentur, & impetrasse ab illo militare præsidium. Quo succinctus, cum ad solitudinem venisset, plusquam trecentos Monachos & Clericos ex Ægypto fugavit. Ii autem fugati, in Palæstinam se receperunt, ut scribit Palladius in vita Chrysostomi. In Historia Lausiaca cap. 117. eum paulo aliter id narrare scribit Valesius in Notis ad Lib. 8. Sozomeni cap. 12. Sed manifesto memoriæ lapsu; cum ibi Palladius referat rem aliam imperante Valente gestam. Huc revocanda quæ habet Baronius anno CCCXCIX. num. XXXVII. & seq. ex Epistolis Hieronymi LXIX. & LXX. anno quo Monachi Origenistæ ex Monasteriis Nitriæ expulsi sunt, datis.

cemus: cum vero de prima Paschali ejusdem Theophili meminit hoc anno (ut demonstratum est) data, de Synodica ante vulgata ita ait: *Si quid autem his minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni epistola continetur.* Plane significans ex Synodo scriptam, de qua mentio facta est.

LII. Quinam autem hi fuerint, qui ex Ægypto primum, inde vero e Palæstina fugati, Constantinopolim se contulerunt, Theophilus (a) ad S. Epiphanium scribens, antesignanorum nomina refert, nempe Ammonium, Eusebium, & Euthymium: sed & Dioscorum addit Socrates (b). Hi ergo in Theophilum exacerbati, accusationibus navem onustam Constantinopolim ad Imperatorem Arcadium intulerunt. Ut ex his intelligas mores hæreticorum, atque schismaticorum; nimirum cum damnati sunt, judicio Episcoporum non tantum non acquiescere, vel provocare ad sublimius Catholicæ Ecclesiæ tribunal, sed ad sæculare mox judicium, ad Imperatorum rescripta, si quæ possint quavis occasione subripere favore potentium, advolare. Illi igitur quod scirent Theophilum per se suosque familiares Episcopos, & inter alios Epiphanium, ad diversas provincias misisse legatos una cum epistolis, quibus ipsorum damnatio judicio Episcoporum significabatur esse decreta, antevertere conati eos, Constantinopolim ad Arcadium navigarunt. Quænam autem fuerint quæ isti in Theophilum objectarunt, tum Socrates, tum etiam Sozomenus enarrant. Sed quod iidem auctores erga Origenistas in hoc prócliviores sese esse declarant, utpote quidem ab aliquo Origenistarum, vel alio qui faveret causæ Chrysostomi adversus Theophilum, ab eis accepta esse, facile possumus intelligere. Sed mendacia ipsa aperti arguemus erroris. Sozomenus (c) igitur rem gestam sic exorditur:

(a) Apud Hier. epist. 67.

(b) Socr. l.5. c.7.

Origenistæ quæ in Theophilum.

(c) Sozom. l.8. c.11.

LIII. *Interea temporis, haud multo antea, exorta quæstio per Ægyptum movebatur, oporteat ne Deum ἀνθρωπόμορφον, hoc est, humana forma præditum, credere? Hujus autem sententiæ plurimi erant ex monachis illic commorantibus, qui præ simplicitate sine examine Scripturam sacram accipiebant, & in ea Dei oculos, & faciem, & manus, & quæcumque alia hujusmodi audire consueverant. Illi vero qui reconditum in verbis sensum considerabant, diversum sentiebant; eosque qui talia dicerent, adversus Deum simpliciter blasphemos asserebant. Ac Theophilus etiam in Ecclesia hanc sententiam amplectendam esse docebat; & in epistola, quam ex consuetudine de festo Paschali scripsit, & incorporeum cogitari oportere Deum admonuit, & humanæ formæ expertem. Quod quidem ubi Ægyptiorum monachis innotuisset, Alexandriam sese conferunt, & in unum congregati seditionem movent, & Theophilum ceu impium de medio tollere cogitant. Cæterum ille e vestigio etiamnum tumultuantibus apparens: Perinde (inquit) vos aspexi, ac faciem Dei. Hoc dicto, homines abunde compescuit, adeo ut etiam iram ponerent. Itaque (inquiunt) si sic re vera sentis, etiam libros Origenis damnato, cum illi suos lectores in istam sententiam inducant. Atqui mihi (inquit ille) jampridem illa sententia stetit, ac faciam ut videtur vobis. Nam & ipse non minus quam vos illis succenseo, qui Origenis opinionem sectantur. Atque ille quidem fraterculos istos ita mitigatos dimisit, ac seditionem solvit.* Hæc ipse.

Hæresis Anthropomorphitarum ab Origenistis impingitur Catholicis.

LIV. Sed antequam alterius scripta a Sozomeno prosequamur, hic sistendum; ut assertum a Sozomeno atque Socrate commentum, & ab aliis eorum fidem secutis acceptum, manifesti mendacii convincamus. Scito igitur, illud in primis peculiare fuisse omnibus Origenistis, impingere cunctis Catholicis hæresim Anthropo-

De Anthropomorphitarum calumnia.

PAGIUS X. Tum anno CCCCII. Hierosolymis Monachi illi Constantinopolim venere: *Joannes vero* (nempe Chrysostomus) *illos ad se venientes benigne excepit, & in pretio habuit, & in Ecclesia orare nequaquam prohibuit. Cum illis tamen haudquaquam communicandum sibi esse existimavit, propterea quod ante causam cognitam id fieri non liceret. Cæterum scripsit Theophilo, ut Communionem illis restitueret, quippe qui de Deo recte sentirent: vel si causam eorum in judicio examinandam putaret, mitteret aliquem, qui accusatoris partes sustineret*, inquit ibid. Sozomenus cap. 13. Chrysostomus enim eorum Monachorum errores perspectos non habebat, indeque gravissima inter eum & *Theophilum* exorta sunt dissidia, Epiphanio Episcopo Cyprio & Hieronymo Theophili partes defendentibus. Monachos Constantinopolim profectos esse, postquam eodem Legatos a Theophilo missos accepere, tradunt Sozomenus & Palladius laudati. Falso id ab eis confictum contendit Baronius, nec quemquam il-

Constantinopolim proficiscuntur, & a S. Chrysostomo benigne excipiuntur.

luc ante legasse Theophilum asserit, quam eodem abiisse Origenistas intellexit. Falsum quoque esse vult inter Origenistas fuisse *Isidorum* Presbyterum Alexandriæ; id licet præter Sozomenum Socrates asseveret. Nititur Baronius Theophili ad Epiphanium Epistola, quæ est inter Hieronymianas LXVII. *Didici enim*, inquit Theophilus, *quod calumniatores veræ fidei, Ammonius, Eusebius, & Euthymius, novo pro hæresi furore bacchantes Constantinopolim navigarunt: ut & novos, si quos voluerint, decipiant, & veteribus suæ impietatis sociis conjungantur*, ubi nulla Isidori mentio.

XI. Verum neque Dioscori, neque aliorum quinquaginta, quos illuc perrexisse tradit Palladius, meminit Theophilus, quia nomina singulorum percensere non instituerat. Ait deinde Theophilus: *Et ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum, & aliquem de Clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ Monasteriis Patres Monachorum, cum aliis sanctis*

Eorum causa magis examinatur.

pomorphitarum. Id quidem satis intelliges, si in memoriam revoces, quæ a S. Hieronymo adversus Joannem Hierosolymitanum faventem tunc Origenistis in epistola (a) ad Pammachium scripta sunt, & quæ idem S. Hieronymus ad eumdem scribit adversus Origenis errores: meminerisque S. Epiphanium, quod Origenistas insectaretur, a Joanne Hierosolymitano ejusdem Anthropomorphitarum hæresis in crimen adductum, cum contra eum publice pro concione invectus est, ut ipse S. Hieronymus in eum scribens tradit his verbis (b): *Recordare, quæso, illius diei, quando ad horam septimam invitatus populus, spe sola quasi postea auditurus Epiphanium esset, detinebatur; quod tum concionatus sis nempe contra Anthropomorphitas, qui simplicitate rustica Deum habere membra, quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur: furens, & indignans loquebaris, oculos & manus, & totius corporis truncum in senem dirigebas, volens illum suspectum facere stultissimæ hæreseos*. Hæc ibi superius suo loco alia occasione jam dicta, hic vero necessario repetita; ut intelligas quæ peculiaria erant Origenistarum; atque mirari desinas, si Theophilum illi ejus hæresis astruerent defensorem, Ægypti vero monachos auctores; qui in tantum virum, quem etiam præ egregia sanctitate, atque doctrina (ut vidimus) venerarentur hæretici Ariani, tanta objicere non sunt veriti.

(a) Hier. ep. 61.

(b) Hier. epist. 63.

LV. Sed quod Joannes tunc in Epiphanium, Ruffinus nunc in Hieronymum objiciens, ait (c): *Cum in quodam supradicti operis loco, quem interpretati sumus, quæstio haberetur adversum eos, qui Deum corporeum dicunt, & humanis eum membris habentque describunt; quod asserere præcipue Valentinianorum & Anthropomorphitarum hæresis solet, cui isti accusatores nostri nimis (ut video) dextras dederunt &c.* Proculdubio S. Hieronymum, adversus quem scripsit, ista dicens, ejus hæresis infamavit: a qua blasphemia quam procul abhorruerit, omnes sciunt.

(c) Ruff. invect. l. 1. to. 9. edit. Victor.

Calumnia Origenistarum in Orthodoxos.

LVI. Sed unde (inquis) hæc Origenistis, ut ejusmodi notam hæresis inurerent Catholicis omnibus recte sentientibus? Ex eo utique, quod cum ipsi Origenis sectantes errores, eo dementiæ pervenissent, ut nec corporibus nostris post resurrectionem membra tribuerent, sed transformanda illa in lucidos aereos globos, ex Platonis sententia ab Origene accepta assererent: si nostri divinæ Scripturæ auctoritate, instar Christi resurgentis, in resurrectione singulis corporibus membra singula fore dicerent; illi mox astuta tergiversatione dicebant, esse ea intelligenda, sicuti cætera ejusdem divinæ Scripturæ loca, & quidem innumera, quibus Deo per allusionem membra tribuuntur. Qui vero diversa sentirent, eosdem crassioris minervæ homines ac rudes ridebant, ac dicteriis illis insectabantur, cum eos (ut suo loco dictum est) Pilosiotas, a pilis, quasi ipsi non membra tantum, sed & pilos tribuerent corporibus resuscitatis, appellabant. At hæc ipse pluribus S. Hieronymus in epistolis ad Pammachium scriptis tum adversus Joannem Hierosolymitanum, tum etiam adversus Origenis (d) errores confutat. Cæterum ejusmodi hæresim Anthropomorphitarum fuisse hoc tempore apud nonnullos Ægypti monachos, si credimus Cassiano Origenistarum olim affini (nam & Pelagianis favit) satis apparet: inter alios enim Serapionem abbatem ejus fuisse sententiæ, idem affirmat (e): cum alioqui ipsum Theophilum epistolis suis insectatum esse Anthropomorphitas monachos, tradat, sicut & Gennadius (f), & ipse Pelagianorum affinis. Cæterum in ipsis Theophili Paschalibus, quæ extant, epistolis his temporibus datis, nulla mentio penitus habetur de Anthropomorphitis hereticis, adversus quos longa disputatione disseruisse, citati nuper auctores tradunt: neque S. Hieronymus, qui de eisdem sæpe meminit, quicquam adversus eos ipsum posuisse in illis, commemorat. Sed cœptam Sozomeni narrationem prosequamur, qui ait (g):

Falsus prætextus Origenistarum.

(d) Hier. ep. 61. & 65.

(e) Cassian. col. 10. c. 2. 3. 4.

(f) Genn. de vir. illustr. c. 33.

(g) Sozom. l. 8. c. 12.

LVII. Falsæ Origenistarum causationes.

Fortasse tunc temporis sublata omnino fuisset ista quæstio, nisi consopitam jam ob inimicitiam privatam suscitasset ipse

PAGIUS *& continentissimis viris mismus, qui possint cunctos in præsentia docere quæ gesta sunt*. Ex quibus effici putat Baronius, ab Epiphanio, non autem a Theophilo, tunc legatum fuisse missum Constantinopolim; Theophilum autem quosdam e Monachis Nitriensibus alio ablegasse. Sed id ex Epistolæ verbis non colligitur; imo vero rogat *Epiphanium* Theophilus, ut aliquem mittat Constantinopolim, sicut a se Nitrienses Monachi missi sunt. Quo missi? nempe quo aliquem mitti vult ab Epiphanio, Constantinopolim scilicet. Nam quid aliud verba sonant? quod autem *peregrina communione* eos exceperit Chrysostomus, inde concludit Baronius, Synodi Alexandrinæ literas contra Origenistas illuc nondum fuisse perlatas, alioquin damnatos & proscriptos Monachos minime fuisse excepturum. At non inde sequitur, Constantinopolitanum iter prius suscepisse *Nitrienses* Origenistas, quam legatos suos eodem Theophilus misisset. Probabile quippe est, Theophili legatos, disseminandarum Præsulis illius Synodicarum literarum gratia, multas Provincias adiisse, proindeque serius Constantinopolim easdem importasse; cum interea illorum discessione audita, nullam interponentes moram magnis itineribus illuc contendissent *Origenistæ*, & qui serius susceperant iter, maturius illud confecissent. Quæ omnia eruditissimo Episcopo Abrincatensi Huetio lib. 2. Origenianorum num. 8. observata.

Theophilus, insidiatus Ammonio, & Dioscoro, & Eusebio, & Euthymio, qui cognominabantur Longi: quos quidem, cum fratres essent, celebres evasisse inter eos qui apud Scetin philosophabantur, ex præcedentibus cognovimus. Atque hi quidem inter omnes Ægypti monachos illi carissimi erant, quos & congerrones plerumque sibi & familiares adjungebat, ac Dioscorum etiam Hermopoleos Episcopum constituit. In odium autem horum venit ex inimicitia adversus Isidorum suscepta; quem, defuncto Nectario Episcopo Constantinopolis, in Episcopatum sufficere studuerat. Sunt enim qui dicant mulierem quampiam ex Manichæorum secta ad Ecclesiam Catholicam fuisse conversam: Theophilus autem, quasi hanc inconsiderate mysteriis communicare passus esset, antequam priorem sectam abnegasset, presbyterum accusabat. At Petrus (hoc illi nomen erat) & ex Ecclesiæ præscripto, & ex mandato Theophili se mulierculam in communionem admisisse, asseverabat; ejusque rei testem ajebat esse Isidorum. Atque is quidem uti tunc temporis Romam forte missus erat, ita demum reversus, Petrum vera dixisse testatus est. Theophilus igitur indignatus, quasi calumniis circumactus esset, utrumque Ecclesia expulit. Atque hæc quidem nonnulli sic referunt.

LVIII. Aliæ causæ dissensionum prætensæ.

Cæterum ego ex viro fide digno, qui cum hisce monachis conversatus fuerat, duplicem cognovi causam extitisse Theophilo inimicitiæ adversus Isidorum susceptæ: alteram communem illi cum presbytero Petro, quod hi ipsum a sorore sua hæredem fuisse scriptum, testari detrectassent: privatim alteram, quod Theophilo tamquam in Ecclesiarum structuram capere volenti insumendas non concessisset pecunias eas, quæ sibi, ut pauperum dispensatori, multæ afferebantur: sed præstabilius esse diceret, ægrotorum corpora, quæ verius templa Dei cogitare possumus, & ob quæ pecuniæ ipsæ quærebantur, convenienti cura reficiendo recreare, quam parietes ædificare. Probe intelligis, puto, lector, ex Origenistarum officina esse deprompptam historiam, qua causæ hujuscemodi indignationis Theophili in dictos monachos obtexerentur: cum auctoritate S. Hieronymi & aliorum liqueat, hos studentes erroribus Origenis, juste pieque indignationem Theophili meruisse. Quomodo autem Isidorus iste fuerit Origenistarum antesignanus, quæ de eo superius dicta sunt, consule. Sed subdit Sozomenus:

LIX.

Verum sive ob hanc, sive ob aliam causam a Theophilo excommunicatus Isidorus, Scetin venit ad monachos ibi commorantes, velut ad sodales. Assumptis igitur quibusdam secum, Ammonius ad Theophilum profectus, orabat ut Isidorum in communionem reciperet. Atque ille tum quidem, se id facturum, prompte pollicitus esse dicitur. Sed elapso aliquo tempore, cum nihilo plus ipsis succederet, ac manifestum jam esset, quod Theophilus ipsos falleret; majori quodam cum apparatu reversi, postularunt ut promissa præstaret. Ibi ille ex monachis unum publicæ custodiæ tradidit, ut reliquis metum incuteret. Sed ea spe frustratus est. Siquidem Ammonius ejusque socii, quia Custodiæ præfecto ad suppeditanda captivis necessaria advenire videbantur, facile intromissi sunt: ingressi autem rursus exire noluerunt. Qua re intellecta, Theophilus indicat, se istos homines ad se vocare. Verum illi primum, ut ipse eos educturus veniret, postularunt: Neque enim æquum esse, eos qui contumelia publice affecti essent, clanculum a custodia emitti. Sed concedentes tandem ad illum venerunt: quos ille tum deprecatos, quasi non ulterius offensurus, dimittebat; secum interim frendens ac stomachans, rationem meditabatur, qua illos posset lædere. Cumque sollicitus esset quidnam his facere posset mali, qui possessiones nullas haberent, qui omnia præter sapientiam contemnerent; decrevit eorum tranquillitatem perturbare.

Quid de Isidoro & aliis commenti sint Origenistæ.

LX. Origenistæ transferunt se in Palæstinam.

Itaque cum ex iis quæ præsentes cum ipso disputarunt, eos his infensos esse sciret, qui Deum humana forma præditum esse docent, quoniam Origenis erant sectatores; ipse quomquam aliter sentiret, cum vulgo monachorum conspiravit. Ex hinc igitur mira quædam contentio inter monachos invaluit: neque enim disputationibus ad formam compositis sese in mutuam sententiam inducere dignati sunt: sed ad convicia sesemet converterunt: atque illi eos qui Deum incorporeum esse statuebant, Origenistas appellabant; hi vero Anthropomorphitas, eos qui contrarium sentiebant. Hæc ipse. Sed vides quam futilis afferatur prætextus pro Origenistarum excusatione, cum mendaciter ea minus digna afferatur causa, quasi Origenistæ sint nominati, cum alioqui ea in re iidem sentirent eadem cum Ecclesia Catholica: cum tamen taceantur omnino multiplices Origenis errores, iidemque turpissimi, quorum causa illi vere Origenistæ fuerint nuncupati. Vides, inquam, historiam ab ipsis Origenistis confictam, dum commenti sunt remotissimas causas indignationis Theophili; a quo non vocatos illos Alexandriam ad pacem, sed quæsitos in eremo fugatos ab eo fuisse, nec ab Ægypto tantum, sed e Palæstina, epistolaris historia omnium fidelissima superius recitata declarat. Sed subdit idem auctor (a):

(a) Sozom. l. 8. c. 13.

LXI.

Ammonius autem ac Dioscorus, intellectis insidiis, Hierosolymam secesserunt,

&

Redarguitur falsitatis historia de Origenistis.

& inde Scythopolim venerunt, quod eam habitationem sibi accommodatum esse ducerent ob frequentium palmarum, quarum foliis utebantur ad consueta monachorum opera. Sectabantur enim ipsos viri plus minus octoginta. Interea temporis Theophilus quosdam Constantinopolim emisit, tum ut jam antea in tempore calumnias quasdam sererent adversus illos, tum ut obsisterent, si qua in re illi Imperatoris opem implorarent. Ea re cognita, Ammonius Constantinopolim trajecit, & cum eo Isidorus, qui communi studio id agebant, ut coram Imperatore judice & Joanne Episcopo detegerentur insidiæ, quæ ipsis erant intentatæ. Arbitrabantur enim, illum legitimæ libertatis in loquendo studiosum, sibi opem legitime posse ferre. Hæc dicta a Sozomeno pluribus vides conferta esse mendaciis: ante enim monachos hos expulsos a Palæstina, Constantinopolim profectos esse, sed nec cum eis Isidorum fuisse, litteræ (a) ipsius Theophili ad Epiphanium datæ declarant: quibus & significatur, ab Epiphanio ipso, non autem a Theophilo Constantinopolim tunc missum esse legatum, qui hos jam esse in Synodo condemnatos, Ecclesiam illam redderet certiorem. Ipse autem Theophilus in alias regiones misit legatos ex monachis Nitriæ cum litteris, quibus alias Ecclesias de iisdem cavendis commonefaceret, ut suo loco superius dictum est. Sed a quo Sozomenus ejusmodi est mutuatus historiam? Invenies plane eadem ferme & alia a *Palladio, & ipso jamdudum Origenista, esse conscripta: quantum autem ipse ejusdem sectæ hominibus faverit, consule ipsius Lausiaca, ubi totus versatur in laude Isidori ac consodalium monachorum: sed de ipso revoca in memoriam dicta superius tomo quarto. Vidisti igitur ipsum obvolvere diversis prætextibus veritatem, aliasque adducere causas, cur hi a Theophilo ex Ægypto & Palæstina expulsi trajecerint Constantinopolim: cum tamen non recitatæ tantum superius ea de re epistolæ ultro citroque datæ id asseverent; sed & Posthumiani testificatione, quem tunc contigit adesse Alexandriæ, atque cuncta spectare oculis, nonnisi occasione librorum Origenis hos omnes fugatos esse, certum appareat.

(a) Apud Hier. epist. 67.

LXII. Facta hominum qualiter metienda.

Quod igitur a suspectis auctoribus tota historia de expulsis ab Ægypto monachis Origenistis esse accepta noscatur; quodque insuper ea utraque parte stare videas sanctissimos viros: necesse est ut magna cautela attendat oratio, ne privato quodam affectu incedens, declinet in dexteram, vel sinistram: quod hactenus a nobis factum esse, puto, lector intelligis: sed præstandum id ipsum majori studio in futurum, soliciti usque curandum, ne vel in minimo veritas læsa jacturam sentiat, instituti ratio non suadet tantum, sed impetat. Res quidem hactenus gesta est inter Catholicos & Origenistas: nunc vero cum pro ipsis, licet non cum ipsis, stare videas sanctissimum atque doctissimum virum Joannem Chrysostomum Constantinopolitanum Episcopum, mutata jam rerum facie, oratio ipsa in aliud argumentum se transferat, opus est. De quo quidem illud in primis admonendum putamus esse lectorem; cum sæpe contingat sapientissimos quosque falli, eosdem tamen a sapientia & insita probitate non excidere, cum nimirum ad ea, quæ agunt, recto sinceroque mentis feruntur intuitu. Quis enim adeo ingenio perspicax, industria solers, atque rerum usus experimento probatus, ut falsis subreptionibus, illorum maxime, qui omnem extrinsecus sanctitatis speciem præseferunt, non decipi interdum contingat? cum & ipsos etiam Prophetas ad futura noscenda Spiritu Dei imbutos, quod non semper eodem numine afflari detur, acciderit sæpe aliqua ignorasse præsentia, eosque præteriisse ob oculos posita. Quamobrem Evangelica illa norma sunt actiones hominum metiendæ: *Si (b) oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te:* ut dum videris aliquem recta mente, puroque animo aliquid operati, etsi quid perperam inde oboriri contigerit, ad suum revocans principium opus, invenias unde auctorem excuses. Cum igitur de sanctissimorum virorum Epiphanii, Hieronymi (ut de Theophilo dicere prætermittamus) atque Joannis Chrysostomi optima mente dubitare, religio sit; quæcumque ab eis acta sunt, in meliorem partem accipias necesse est. At jam de rebus Constantinopoli gestis narrationem inchoemus, & quæ a diversis eo argumento sunt scripta, in medium adducamus.

(b) Luc. 11.

LXIII. Historia de Origenistis ab Origenistis descripta.

Porro ejusmodi historia ab Origenistis primum descripta, eorumdem stylo (ut vidimus) lancinata potius quam exarata cognoscitur: ut de illis illud Ezechielis (c) jure dici possit: *Delinierunt parietem absque temperatura:* dum causam obortam occasione Origenis errorum, in criminationes Theophili converterunt; cum nulla ferme apud eos sit mentio de damnatis in Concilio Alexandrino iisdem hæresibus Origenis, neque de judicio Episcoporum in eamdem sententiam conspirantium, duce S. Epiphanio in Cypri insula; aut (quod dissimulandum non erat) de sententia Anastasii Romani Pontificis, ejusdemque litteris datis ad diversarum provinciarum Episcopos, vel Synodis ea de causa diversis in locis in Occidente habitis, ut a Venerio Episcopo Medio-

(c) Ezech. 13.

la-

lanensi, a Chromatio Episcopo Aquilejensi, & aliis. Sed rebus tantis silentio sepultis, de objectis ab excommunicatis illis in Theophilum criminibus, hi quos diximus, historiam texuere, atque in primis Palladius, cum hæc ait (*a*): *Ingenti illi necessitate, loca in dies mutare compulsi, tandem regiam ad urbem pervenerunt, in qua erat divina manu ad curam indigentium Joannes ordinatus Episcopus: procumbentesque ad ejus genua, orabant ut opem ferret animabus calumniam passis, atque vastatis horum studio, qui hoc potius quam benefacere consuevissent.* Hæc ipse: adeo namque fuit horum monachorum, ad commiserationem inducendam, cum verbis ipse quoque corporis habitus accommodatus, ut quantumlibet Joannes sciret hos ab Epiphanio Synodicis Theophili litteris prædamnatos, audire tamen eos minime denegarit. Unde item subdit Palladius:

(a) Pallad. in dial. de Vit. Chrys.

LXIV. Monachi apud Joannem agunt adversus Theophilum.

Stetit Joannes, & vidit quinquaginta electorum hominum caniciem venerandam, sacris sudoribus infectam: compunctusque juxta Joseph, pro fraternitatis studio in lacrymas solvitur; percunctatus ab eis, quisnam aper de silva, aut singularis ferus hanc fœcundissimæ & lætissimæ vitis invidisset. Ad hæc illi: Sede (inquiunt) Pater, nosque utcumque vulneratos Theophili Papæ vesania, curare stude, si tamen volueris nostrorum tumoribus vulnerum obducere cicatrices. Nam si ipse quoque nos despicis, aut reverentia, aut metu Theophili, juxta Episcopos reliquos; nihil jam superest nobis, nisi ut profecti ad Imperatorem, ipsius opera pessima ad injuriam Ecclesiæ publicemus. Itaque si opinionis Ecclesiasticæ tibi cura est, persuade illi, ut nobis permittat in Ægypto remorari. Nihil enim peccavimus, neque in Dei leges, neque in illum ipsum. Vides hæreticos non solum Catholicorum, sed sanctissimorum quoque virorum ad decipiendum compositam formam, mentita larva, sibi superinducere? At quid tunc Joannes Chrysostomus ad hæc verba? subdit Palladius:

LXV. Quomodo a Joanne excepti Monachi.

His Joannes auditis, ratus facile Theophili adversus illos iram in gratiam transferri posse, libenter hoc negotium sumit: admonensque viros, ut adventus sui causam silentio tegerent, donec ipse ad Theophilum scriberet: & mansiones illis in ecclesia, quæ Anastasia dicitur, ad requiem tribuens; ipse quidem necessaria victui non suppeditabat; sed eis religiosæ mulieres ministrabant, ipsis quoque ex opere manuum necessitates suas ex parte supplentibus. Hæc cum de piis mulieribus dicat Palladius; inferius (*b*) eodem dialogo ipse habet eosdem monachos fuisse susceptos ab Olympiade vidua, olim Nebridii sponsa, nunc vero diaconissa Ecclesiæ Constantinopolitanæ, de qua nos plura superius: cujus rei causa tradit Theophilum eam maledictis incessisse. Sed quam frigide eamdem ipse excuset, quam ea de causa reprehendendam existimaverit Theodorus; accipe quæ tum ab ipso Palladio per dialogismum in medium afferuntur: nam PALLADIUS: *constat* (inquit) *Theophilum iracundiæ nimis obsecutum, illos abjecisse. Quicumque illi fuerint, sive hæretici, sive Catholici, non tamen eos Olympias recipere debuit. THEODORUS. Bene illa, an male fecisse videtur? THEOD. Male, ut dixi. PALLAD. Umquam ne beneficentia culpatur? THEOD. Et sæpe, cum scilicet in malos & non merentes emanarit. PALLAD. Quinam igitur erant illi quinque millia, quos ex quinque ordeaceis panibus Salvator* (*c*) *pavit, boni, an mali? THEOD. Boni scilicet: quippe qui a Salvatore pasci meruerunt. PALLAD. Cur ergo ordeaceis pasti sunt, si boni fuerint? THEOD. Forte quia triticei non aderant, fame dominante.* Vides rem ineptam: sed illud bene paulo post, cum Palladius subdit Olympiadem eos suscepisse, existimans bonos, ubi ait: *Rite quidem sentis: hoc itaque modo monachi etiam boni & mali erant: at fidelissima mulier suscepit eos ut bonos?* & inferius: *Quid ergo mali fecit Olympias imitata Dominum suum, qui pluit super bonos & malos, & super justos & injustos Solem suum oriri facit?*

(b) Pallad. dial.

De Olympiade excipiente monachos.

(c) Joan. 6.

O sententia præpostera nimis, omnem prorsus Ecclesiasticam dissolvens œconomiam? Nam si excommunicati ab Ecclesia, a privatis quibuscumque, exemplo Domini, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, recipiuntur: jam resolvitur omnis vigor Ecclesiasticæ disciplinæ, omnisque mox canonica censura languescens extinguitur. Quod si Olympias excusanda suscipitur: quanto æquius illud fuerat pro ejus defensione dicendum: domum ejus patuisse Constantinopoli omnibus monachis, clericis, & Episcopis: adeo ut etiam qui Joanni ipsi infensi erant Episcopi ab ea hospitio excepti fuerint, nempe (ut inferius Palladius docet) Severianus, Antiochus, & Acutius, qui præ cæteris operati sunt ut Joannes in exilium deportaretur: hos inquam, Olympias excepit hospitio Christi loco: ut appareat non humanæ gratiæ causa, sed Christi tantum amore, ipsam ejusmodi ministerium opulentam feminam peregrinis omnibus exhibere solitam. Et quod ad istiusmodi Ægypti monachos spectat: cur non ipsa susciperet, quos sciret ab ejus civitatis Episcopo non esse rejectos? haud enim ejus facultatis erat, scire an excommunicati a Theophilo isti fuissent, & juste ne, an injuste essent expulsi.

LXVI. Quomodo excusanda Olympias.

Quos

Quos enim sciret a tanto Episcopo, quantus Joannes erat, peregrina communione susceptos, cur non eos ut peregrinos excipere in domum debuit?

LXVII.

Monachi peregrini tantum accepti.

Peregrina quidem tantum communione eos a Joanne Chrysostomo dignatos esse, qua sacrarum precum communicatio impartitur, non autem usus sacramentorum, Sozomenus (a) tradit his verbis: *Ille vero (nempe Chrysostomus) ipsos viros postquam venissent, comiter excepit, & in honore habuit, & in ecclesia preces fundere non prohibuit: ad mysteriorum vero communionem admittendos non censuit; quod id ante causam cognitam fieri, non fas esset.* Hæc ipse. Vigebat namque illa vetus in Ecclesia consuetudo, de qua superius actum est; ut peregrini advenientes, seque Christianos esse profitentes, ad communes tantum Ecclesiæ preces admitterentur; tunc vero & sacramenta illis impertirentur, cum se esse Catholicos, fide certe docuissent. Porro præstitit his ipsis monachis Joannes Chrysostomus, ut communicatione illa peregrina dignos efficeret, plena nequaquam; quod Formatas litteras ab Episcopo, unde discesserant, minime attulissent. Cæterum nec peregrina quidem hi communione dignandi fuissent, si litteræ scriptæ in Concilio Alexandrino de eorumdem damnatione Constantinopolim pervenissent: quas illuc perferendas & ad alias Orientis Ecclesias, solicite Theophilus per S. Epiphanium, datis ad eum litteris sæpius ante citatis, curaverat. At quomodo persuasione ministrorum Theophili, Joannes abstinuit cum illis communicare, Palladius (b) narrat his verbis:

(a) Sozom. l. 8. c. 13.

(b) Pallad. in dialog. Vita Chrys.

LXVIII.

Legati Theophili missi Constantinopolim.

Contigit etiam per idem tempus, quo dicti monachi Constantinopolim ad Joannem venere, Theophili clericos in ea urbe esse; magistratuum, qui ad Ægypti provinciam mittendi erant, benevolentiam Theophilo comparantes, in eorum perniciem, qui illic versati essent. Hæc cum dicat ipse Palladius, vide quam calumniose id affirmet: nam missos a se Constantinopolim sanctissimos ad hoc viros, qui Origenistarum monachorum conatum anteverterent, ipse Theophilus litteris ad Epiphanium scriptis declarat his verbis: (c) *Et ta (inquit) ut celerius nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum & aliquem de clericis; sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere quæ gesta sunt.* Hæc Theophilus. Sed pergit item calumniose Palladius: *His itaque Joannes evocatis, interrogat, an præsentes monachos nossent. Illi verum testimonium perhibuere viris, dicentes, se & viros nosse, & magnam illos injuriam perpessos esse. Si placet (inquiunt) domine, spiritualis communionis nondum illis consortium trade, ne Papam (* Theophilum scilicet *) contristes: cæterum tu aliis omnia in eos officia humanitatis exerce: id enim tibi Episcopo convenit. Ita illos Joannes ad communionem minime admisit.* Hæc Palladius: quæ si vera sunt, dicendum erit legatos hujusmodi a Theophilo ad hoc missos, ut excommunicati Origenistæ undique pellerentur, prævaricatores extitisse mandati.

(c) Apud Hier. epist. 67.

LXIX.

Jo. Chrysostomus agit de pace apud Theophilum.

Quid vero post hæc egerit ipse Chrysostomus, idem tradit sic dicens: *Scripsit autem Theophilo supplicans, & hanc sibi ut filio ac fratri postulans gratiam, ut viros illos pacifice ad se revocaret. Adhæc Theophilus, gratiam quidem Joanni denegavit, misitque quosdam ad hujusmodi certamina exercitatos, de quibus superius diximus; libellos ut porrigerent, admonens, quos more solito ipse dictaverat, aptum quidem & expressum mendaciorum continentes, variis calumniis opertum & obumbratum: & cum non posset illorum vita derogare, fecit ut intra Palatium quasi magi digito notarentur. Monachi vero ubi adverterunt se nihil profecisse, verum & in majoris iræ præcipitium illum declinasse: plerosque in dignitatibus constitutos adducunt secum; omnesque anathematizantes hæresim, libellos Joanni tradunt, in quibus viri jam tyrannidem notant; quibusdam capitulis adjectis, quæ referre coram infirmioribus piget & pudet, ne ab ipsius fidei eos limitibus arceam: mihi certe ea veritatis perfectior quidem fides fortassis haberetur.*

LXX.

Theophili epistola ad Joannem.

Rursum & per se ipsum & per Episcopos alios Joannes hortatur viros, ut ab hujusmodi accusatione desisterent, Theophilo iterum ista scribens: in tantum mærores impulsi sunt viri isti, ut te dutse etiam libellis accusent. Jam quid tibi videtur, rescribe: non enim me audiunt, ut hac intentione discedunt. Ad hæc Theophilus majore inflammatus ira, monachorum fratrem Dioscorum Episcopum, qui in Ecclesiasticis rebus consenuerat, ab ipsa Ecclesia prohibet. Hæc ipse: sed id quidem factum antequam discederent Alexandria, quæ dicta sunt superius docent. Quid autem ad hæc responderit Theophilus, idem Palladius recitans ejus epistolam, palam facit: ipsa autem ita se habet:

LXXI.

Justa excusatio de Jo. Chrysostomo agente de pace.

Arbitror te non ignorare, quid præcipiant Nicæni Concilii canones, sancientes (d) Episcopum non judicare causam extra terminos suos. Si autem ignoras, disce, & libellos contra me suscipere desine. Nam & si judicare me opus sit: ab Ægyptiis magis, quam abs te id fieri oportet, qui septuagintaquinque dierum eti-

(d) Nicæn. Conc. c. 6.

itinere a nobis separatus es. Hactenus Theophili ad Joannem epistola. Quæ autem post hæc secata sunt, habita temporis ratione, in sequentes rejicimus annos. Videas igitur ex his qoæ hactenus gesta commemoravimus, justam causam Theophilum fovisse, cui in expellendis Origenistis totus ferme Oriens & Occidens consentiret. Cæterum quod negarent monachi illi se hæreticos esse, objectarentque non fidei causa, sed privatæ inimicitiæ gratia Theophilum in ipsos esse commotum, S. Joannes Chrysostomas ea ita se habere ratus, operæpretium facturum existimavit, si inter eos ita dissidentes seqaester accederet, ipsosque monachos redderet Theophilo obsequentes, ejusque gratiam adeo abalienatam eisdem conciliaret: probe sciens in totius Ecclesiæ vertere detrimentum, si qui magni nominis erant monachi, ab omnibus exclusi per Orbem vagarentur extorres: unde & fieret, ut si iidem revera essent hæretici, graviori fidei recte jactura, undique ad sectam mentita sanctitate adsciscerent sibi sodales: Sin autem (quod profitebantur) pii essent atque moribus integri, inde accideret, ut qaæ ipsi in Theophilum crimina jactare solerent, magno Fidelium scandalo diffamarentur in omnes, eademque aspergerentur infamiæ labe universi Orientales & Occidentales Episcopi, qui Theophili adversus eos latam sententiam confirmassent. Quisnam igitur ejusmodi adeo sanctam inter dissidentes conciliandæ pacis officium in Chrysostomo reprehendere valeat, cum testificatione divini illud constet oraculi (*a*): *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem & annunciantium bona?* Sed plane præter intentionem accidit, juxta vaticinium Isaiæ (*b*): *Et angeli pacis amare flebunt*: ut magnus iste pacis conciliator Ecclesiasticum bellum in se converterit. Quonam autem modo id acciderit, suo loco dicemus.

(*a*) Rom. 10.

(*b*) Isai. 33.

LXXII. Causa Asianorum Episcoporum.

Pergamus autem reliqua recensere, quæ hoc anno ab eodem Joanne Chrysostomo gesta sunt in causa Asianorum episcoporum. Atque primum quod ad tempus pertinet: hoc qoidem anno sex ab eo damnatos esse in Asia Episcopos, ex his quæ de eis Palladius (*c*) narrat intelligere possumus. Dum enim ait, depositos a Joanne Asiæ Episcopos, moxqae post ipsius Joannis exilium in pristinas esse restitutos Ecclesias, a quibus ante quadriennium ob ipsorum crimina ejecti erant: cumque Joannis exilium postremum, qaando hi receperunt Ecclesias, contigisse constet (at suo loco patebit) anno Domini quadringentesimo quarto: depositionem eorum in hunc ipsam annum qaadringentesimum conjicere cogimur. Sed &, quod idem Palladius dicat, ad biennii temporis spatium ejusmodi causam Asianorum Episcoporum ventilatam esse; constetque adhuc ingruente Gainæ tyrannide cœptam fuisse: utique ab anno superiori deducendum est ejus causæ principium, qao & decimatertia currit Indictio, sub qua Palladius tradit venisse Constantinopolim Asianos Episcopos ad Synodum convocatos, præsenti autem anno eos esse damnatos. Nos vero describemus hæc omnia ex ipso Palladio, qui omnibus præsens fuit. Rogatus enim sic a Theodoro (*d*): *Ipse interfuisti, an ab aliis ea didicisti? Ad hæc Palladius: Atqui ne punctum quidem temporis in omni hac causæ prosecutione illum deserui.* Ipse igitur sic rem exorditur (*e*):

(*c*) Pallad. in dial.

(*d*) Pallad. ib.

(*e*) Pallad. ib.

LXXIII. Synodus Constantinopolitana XXII. Episc.

Tertiadecima distributione (hoc quoque nomine Indictio dicta reperitur) *venerunt Constantinopolim Asiæ Episcopi necessitatum Ecclesiasticarum gratia: nobiscum remorati sunt, præsentibus & aliis Episcopis, ex Scythia quidem Theotimo (celebris est hic inter sanctos) ex Thracia vero Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitis omnibus ac senibus, qui viginti duorum implebant numerum. Convenientibus autem omnibus & communicantibus: observato Eusebius quidam*

PAGIUS XII. S. Chrysostomus aliquot Episcopos Asianos depo-nit.

A num. LXXII. ad LXXXVIII. Ideo Baronius Asianorum Episcoporum depositionem in quadam Synodo Ephesina a Chrysostomo factam, præsenti anno consignat, quod Palladius scribat, eosdem post Chrysostomi exilium, quod anno CCCCIV. contigisse constat, restitutos fuisse *post quadriennium* ab eorum exauctoratione. At quadriennium illud non ab hoc, sed a sequenti Christi anno incipiendum; ideoque depositio illa anno quadringentesimo primo collocanda, ut monet Valesius in Notis ad Sozomenum lib. 8. cap. 6. Causa enim eorum Episcoporum primum examinata in Concilio Constantinopolitano *XIII. Indictione*, hoc est præsenti anno ante Kalendas Septembris, quo die Indictio XIV. cœpit, celebrato; cum *Eusebius* Episcopus libellum Concilio obtulisset adversus Antoninum Ephesi Episcopum, ut scribit Palladius in vita Chrysostomi, & *adventus Gainæ Constantinopolim immineret*, inquit Georgius in vita Chrysostomi, ideoque ante mensem Septembrem, ut ex dictis de Gaina constat. Missi sunt deinde in Asiam Episcopi tres, qui testes audirent; hique tota æstate in Asia commorati sunt. Postea Chrysostomus ipse sub finem hyemis in Asiam profectus Synodum septuaginta Episcoporum Ephesi congregavit, in qua depositi sunt sex Episcopi, non autem tredecim, ut perperam scribit Sozomenus lib. 8. Profectus est itaque Chrysostomus in Asiam anno sequenti, profligato jam Gaina. Quare quando Eusebius Episcopus Valentinopoleos in Synodo Ephesina dicit: *Causa ista biennio examinata est*; biennium illud a currenti anno inchoandum, quo Indict. XIII. usque ad Kalend. Septemb. in cursu fuit, annoque CCCCI. quo Episcopi judicati sunt, absolvendum; ideoque biennium illud utrimque incompletum fuit; quod magis liquebit ex iis, quæ

dam Vlelentinopolitanus Episcopus congregato Concilio, una sabbati astitit, libellosque tradidit Synodo præposito (ut decuit) Joannis nomine, contra Antoninum Episcopum Ephesi septem capitula continentes: Unum quidem, quod fusis sacris vasis, argentum in nomine filii deposuerat: Secundum, quod sumptum de ingressu Baptisterii marmor in suo balneo posuit: Deinde columnas ecclesiæ plures annos jacentes intra suum erexit triclinium: Quartum, quod puer ejus homicidium perpetravit, quem habet in ministerio irreprehensum: Quintum, quod prædia relicta Ecclesiæ a Basilissa Imperatoris Juliani matre vendidit, sibique detinuit pretium: Sextum, quod cum uxori propriæ abrenunciasset, rursus illi congressus est, filiosque ex ea procreavit. Vides, lector, dari crimini Episcopo, qui uxore dimissa eadem iterum assumpta suscepisset ex ea filios: ut certior fias eorum quæ superius inculcata sunt, etiam in Orientali Ecclesia conjugatos electos Episcopos, nonnisi uxore dimissa, ordinari solitos, nec amplius ea uti. Sed addit idem Palladius: *Septimum vero accusationis caput quod pro lege atque decreto habet, ordinationes Episcoporum vendere pro modo redditum: adsuntque & qui dederunt, & ordinati sunt, & ipse qui accepit. Eorumque omnium probationes se habere asserebat.* Quidnam ad hæc Joannes Chrysostomus tunc præfectus Synodo dixerit, ita subdit:

Accusationum capita.

LXXIV. Eusebius accusator urget Judicium.

Joannes interim zelo mitigato, dixit Eusebio: Frater Eusebi, quoniam sæpe fit, ut accusationes quæ fiunt perturbato animo, probationibus idoneis careant: desine, quæso, Antoninum fratrem accusare. Nobis curæ erit, tristitiæ causas amovere. Ad hæc ille exasperatus, durioribus utebatur verbis adversus Antoninum totus effervens, atque in accusatione persistens. Hortatur itaque Joannes Paulum Heracliæ Episcopum, qui Antonino studere videbatur, ut eos in amicitiam copulare contenderet. Surgensque ecclesiam ingressus est una cum Episcopis: erat enim sacrificii tempus. Pacem vero populo ex more imprecatus, sedit cum Episcopis reliquis. Clam autem introgressus accusator Eusebius coram populo omni & Episcopis, libellum alium porrigit eadem continentem, adjurans Joannem sacramentis horrendis, quibus salutem quoque Principum addidit, tanto cum tumultu, ut putarent populi, ejus impudentia territi, eum a Joanne petere ut vitam sibi a Rege impetraret. Joannes ubi viri advertit instantiam, ne in populo perturbatio ulla oriretur, libellum sumpsit: lectisque divinis eloquiis, Pansophium orat Pisidiæ Episcopum, divina offerret ut munera: ipse cum Episcopis reliquis exiit: cavebat enim, animo turbido, juxta Evangelium (a), sacrificia offerre: Si obtuleris (inquit) *munus tuum ad altare: & reliqua.*

(a) Matth. 5.

LXXV. Admonitio ante causæ cognitionem.

Ubi vero admissus est populus, sedens in Baptisterio cum Episcopis reliquis accusatorem coram omnibus advocat, dicens ei: Rursus tibi eadem dico: plurimi tristitia vel ira compulsi, multa & dicunt & scribunt, quæ probare non possunt. Si igitur aperte nosti de quibus illum accusare vis (neque enim valentem repellimus, neque trahimus non valentem) antequam legatur libellus, elige quod expedit tibi. Postquam enim fuerit lectus & in aures omnium venerit, confectis commentariis, non jam licebit tibi, cum sis Episcopus, absolutionem flagitare. Ad hæc ille in proposito durat. Jubens itaque libellum recitari, lectaque sunt memorata capitula. Postea dicunt Joanni seniores Episcopi: Etsi unumquodque capitulum per se impium est, & undique sacris legibus interdictum: ne tamen videamur in his quæ suggesta sunt nobis omne studium ponere; ab eo quod est horribilius, fiet inquisitionis initium. Si enim illud inventum fuerit verum, nulla de capitulis re-

PAGIUS

quæ anno CCCCXIX. de Palladio, qui hanc Historiam narrat, loquentes dicemus. Contigisse autem Chrysostomi ex Asia reditum post Pascha, ostendit Baronius ex Chrysostomi Hom. *de regressu suo Constantinopolim*.

XIII. *Asiana Diœcesis & Asia Proconsularis Episcopo Constantinop. subdita erant.*

Verum quidem est, Episcopos a Chrysostomo institutos, fuisse post quadriennium sede pulsos; at factum id non secundum præscripta canonum, sed violentia, ut Palladius in Dial. his verbis ostendit: *Verum fortissimi isti, & nimium contentiosi, post Joannis exilium, accepto eo quod acceperunt (non enim habet malitia nomen, sicuti nec substantia quidem) hujusmodi abjectos ante quadriennium, in Ecclesiam revocant: pulsis illis, qui legitime fuerant subrogati*, &c. post Concilium enim Constantinopolitanum primum Regiæ Urbis Episcopi ordinariam jurisdictionem in Asiana Diœcesi exercuere. Quod si auctoritatem deponendi & ordinandi Episcopos in ea Diœcesi *Chrysostomus* usurpasset, eum judicem non agnovisset *Antoninus* qui accusatus crimen negabat, & alii Episcopi Simoniaci depositi ab ejus sententia appellassent. Hinc Theodoretus lib. 5. cap. 28. *Neque vero Urbem duntaxat Regiam hujusmodi cura ac sollicitudine gubernabat; sed & universam Thraciam, & Asiam totam, eisdem legibus exornavit*, scilicet Chrysostomus. Quare hoc exemplum egregie confirmat quod anno CCCLXXXI. asseruimus, primam Synodum Constantinopolitanam Episcopo urbis Regiæ concessisse Patriarchicam dignitatem & jurisdictionem in Diœceses Thracicam, Ponticam, & Asiaticam. Porro *Asiana Diœcesis* decem quidem Provinciis constabat in Notitia Imperii, sed in Politiæ Ecclesiasticæ ratione undecim Provincias complectebatur, teste Theodoreto lib. 5. cap. 28. quia, ut recte explicat Marca lib. I. de Concordia cap. 3. Asia Proconsularis adjecta ad decem Provincias Asianæ Diœceseos constituit numerum XI. Provinciarum Ecclesiasticarum a Theodoreto de-

liquis erit controversia: cum capitalis illius radix omnem præseferat speciem iniquitatis, juxta illud (a): Radix omnium malorum est cupiditas. Qui enim super innocentem accipit munera, & sancti Spiritus largitionem pecunia se vendere putat: quo pacto jam pareat ornamentis, aut lapidibus aut fundis Ecclesiæ?

(a) 1. Tim. 6.

LXXVI. Agitur causa Antonini Episcopi Ephesini.

Tunc Joannes examen inchoans, Antonino ait: Quid ad hæc dicis, Antonine frater? Negavit ille necessario: quando enim ab his ipsis initiis confusionem confiteretur suam? Interrogati qui dederant, negarunt & ipsi. Cum hoc examen ad horam usque octavam diligentius agitur, ex argumentis quibus judicium formabatur. Postremo venitur ad testes, quibus astantibus & illi dederant, & iste susceperat. Non aderant testes, qui necessario citandi erant. Difficultatem rei intuens Joannes, pro Ecclesiæ purgatione, & ut testes facilius adhiberentur, per se in Asiam ire consensit perficiendi examinis gratia. Antoninus ubi vidit Joannem impigre exequi paratum quod instituerat, neque corrumpi posse judicium; mali sibi conscius, adiit quemdam ex Principibus, cujus prædia, quæ habebat in Asia, sibi curæ erant: orans ut Joanni impedimento esset ne abiret in Asiam, promittens se adhibiturum testes. Protinus ex Palatio mandatur Joanni in hæc verba: Indignum est, te, cum sis Episcopus & nostrarum animarum pater, in tanta tumultus expectatione, dimissa civitate, peregrinationem in Asiam subire velle, cum facile testes adhibere possint. Erat autem tumultus causa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Manere illi persuasum est: ita tamen, ut judicii non committeret curam, testesque mature adesse mandaret.

LXXVII. Mittuntur Episcopi causæ cognitores.

Optata fuit accusato ipsa dilatio vel modica testium, quos aut pecunia, aut potentia fugare posse confideret. Prævidit ista Joannes, consilioque Synodi præsentis habito, quosdam ex præsentibus Episcopis in Asiam mittit ad testes interrogandos. Tres enim ex omnibus electi sunt, Syncletius Metropolitanus, Hesychius Pariensis, & Palladius Helenopolitanus. His dederat Synodus in mandatis, ut qui intra duos menses non occurrisset Hypæpis Asiæ civitati ad sua tuenda jura, quod vicini essent & qui arguebantur, & Episcopi reliqui a Syncletio sociisque judicandi, excommunicatus esset. Descenderunt igitur Smyrnam prænominati Episcopi Syncletius & Palladius: Hesychius enim, quod faveret Antonino, finxit se valetudinarium. Significaruntque continuo per litteras utrisque partibus adventum suum, ut concurrentes in memoratam civitatem, implerent quæ polliciti fuerant.

LXXVIII. Collusio actoris cum reo.

Illi ante Judicum adventum amicitias inierant, partim persuasi auro, partim jurejurando constricti. Congregati igitur in ipsa civitate, Judices ludere se posse putabant dilatione testium, quasi peregre profecti essent ob varias causas. Ad hæc Judices accusatorem rogant, intra quos dies adducturus esset testes; se expectaturos pollicentes. Ratus ille eos æris inclementiam ferre graviter, ac per id velle discedere (erat enim fervor æstivi solis) intra quadraginta dies producturum promittit testes; alias pœnæ canonum sua se sponte subjicit. Expectavere Judices quadraginta dies: cum ille ad inquirendum dimissus testes, omisit hoc interim, & Constantinopolim venit, illicque delituit. Ubi vero nusquam comparuit: scripsere Judices omnibus Asiæ Episcopis, denunciantes excommunicatum, sive ut desertorem, sive ut de-

PAGIUS

fignatum. Solidæ Proconsularis Asiæ Metropolis erat *Ephesus*, quæ in politia Ecclesiastica in Asianam Diœcesim eamdem dignitatem retinuit teste Chrysostomo in Epistola ad Ephesios; adeo ut et jus Patriarchicum tribuat Evagrius lib. 3. cap. 16. cum scribit, *Timotheum Ælurum* Ecclesiæ Ephesinæ jus Patriarchicum restituisse, quod ei Synodus Chalcedonensis ademerat.

XIV. *Origo Psalmorum alternatim decantatorum.*

Scribit Socrates lib. 6. cap. 8. ut videre est apud Baronium num. LXXXVI. & seq. *Divum Chrysostomum*, ut Arianos reprimeret qui hymnos in publico canebant, quosdam Orthodoxos comparasse, qui nocturnis hymnis decantandis similiter operam darent. Primi omnium *Flavianus* ac *Diodorus* Antiocheni Monachi, regnante *Constantio*, psallentium choros Antiochiæ bifariam diviserunt, & Psalmos Davidicos alternis canendos eis tradiderunt; quæ res tum primum instituta, postea ad reliquas totius Orbis Ecclesias dimanavit. Testatur id Theodoretus lib. 2. cap. 24. & ante illum *Theodorus* Mopsuestenus, qui iisdem temporibus, quibus *Flavianus* atque Diodorus, vixit, cujus verba refert Nicetas in Thesauro orthodoxæ fidei lib. 5. cap. 30. Ea tamen Psalmodiæ species jam ante Flavianum atque Diodorum a Syris videtur usurpata. Scribit enim *Theodorus*, Flavianum ac Diodorum primos omnium eam Psalmodiæ speciem, quas *Antiphonas* vocant, ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse, & omnium prope solos hujus rei auctores cunctis Orbis partibus apparuisse. Quod igitur Syri diu ante Flavianum præstiterant, Psalmos Davidicos lingua Syriaca antiphonatim canentes, id *Flavianus* ac *Diodorus* a Græcis Antiochenis Psalmos Græce canentibus fieri instituerunt. Valesius in Notis ad Socratem lib. 6. cap. 8. ubi hæc observat, verum non esse credit quod eo loco Socrates scribit, eam nempe hymnos in Ecclesia alternis canendi consuetudinem initium sumsisse a Sancto *Ignatio* Antiochiæ, quæ caput erat Syriæ, Episcopo; quem dicit Socrates vidisse aliquando Angelos hymnis alternatim decantatis Sanctam Trinitatem celebrantes, & canendi rationem, quam in illa visione animadverterat, Ecclesiæ Antiochenæ tradidisse; cujus rei nullum testem, inquit Valesius, Socrates citat.

At

detractorem. Post hæc alios quadraginta dies persistentes, cum ille minime appareret, Constantinopolim redeunt. Illic invento Eusebio, ei, quæ gesserat, exprobrant. Rursus ille infirmitatem corporis allegans, pollicetur testes exhibiturum.

LXXIX.

Per hanc temporis moram Antoninus moritur, cum quo erat Eusebio controversia. Continuo ex Asia partim a clero civitatis Ephesinæ, partim ab Episcopis decretum ad Joannem venit, omnibus pariendo cum juramento orantibus, ut periclitanti Ecclesiæ opem ferret. Erat autem hic textus:

Quoniam priori tempore confuse & contra jura & statuta Patrum gubernati sumus: oramus venerationem tuam, ut descendas, & formam aliquam Ephesinæ imponas Ecclesiæ diutissime afflictatæ: hinc Arianis instantibus, inde nostris cupiditati avaritiæque studentibus. Permulti enim insidiantur ut lupi graves, sacerdotalem sedem capere pecuniis festinantes. Hæc illi; sed pergit Palladius:

LXXX. Joannes Chrysostomus pergit in Asiam.

Itaque Joannes, licet corporis mala valetudine teneretur, & inclementia obstaret aeris, erat enim hiems; nihil hujusce modi incommodis territus, ut negotia Ecclesiæ Asianæ componeret, rebusque nutantibus vel absentia, vel imperitia pastoris opem ferret; instituit pergere spirituque roboratas ingressus navim, urbe decessit. Irruentibus autem sævis Aquilonibus, metuentes nautæ ne in Proconessum ejicerentur, positis velis, Triconis montem prætervehuntur, ibique jactis anchoris, manserunt, Austrum expectantes, ut Apameæ applicarent. Cum igitur biduum jejuni in navi perstitissent, lacessiti fluctibus, tertia demum die memoratæ urbi appulerunt. Illic enim expectabant adventum ejus Palladius, Cyrinus & Paulus Episcopi Joannis socii. Pedibus itaque iter agentes, Ephesum veniunt.

LXXXI. Concilium Ephesinum LXX. Episc.

Congregatis Lydiæ & Asiæ & Cariæ Episcopis, ad septuaginta viros pertingentibus, ordinationem faciunt. Complures sua sponte concurrerunt, maxime ex Phrygia, ut oris illius facundia & sapientiæ suavitate fruerentur: & paulo post: *Dum hæc aguntur, accessit ille, qui nobis prolixæ hujus narrationis auctor est Eusebius, ad omnes Episcopos, eliquorum sex Episcoporum accusator,* qui scilicet per pecuniam ab Antonino Ephesino Episcopo fuerant ordinati; *orans ut ad communionem admitteretur. Obstant ex ipsis quidam: non oportere admitti, quippe calumniæ reum asserentes. Adjecit ille preces, & ait: Quoniam causa biennium jam magna ex parte ventilata est, solaque dilatio testium obstitit: obsecro pietatem vestram, ut testes, (nam modo præsto sunt) examinare dignemini. Etsi enim Antoninus diem obiit, qui accepto auro ordinavit; vivunt tamen, qui dato pretio sunt ordinati. Placuit Synodo, rem diligentius discuti. Recitantur omnia quæ prius gesta fuerant, ex commentariis.*

LXXXII. Tractatur causa simoniacorum Episcoporum.

Ingressi sunt testes: ingressi & qui dato auro fuerant ordinati. Negare primum. Persistentibus tamen testibus partim laicis, partim presbyteris, quibus antea confidere videbantur, mulieribusque quibusdam, & munerum species & loca & tempora qualitatemque recensentibus; cum eos conscientia quoque eorumus urgeret, sua sponte, non usque adeo coacti confitentur. Dedimus (ajebant) hanc esse consuetudinem existimantes, ut videremur a curia liberari. At nunc, si quidem honestum est, oramus ut in ministerio Ecclesiæ simus: sin autem, vel aurum quod dedimus, recipiamus. Quidam enim ex nobis uxorum nostrarum aurum & variam supellectilem dedimus. Ad hæc Joannes Synodo pollicitus est: Ego, inquiens, in-

Ann. Eccl. Tom. VI.

PAGIUS XV. *Alterni cantus antiquitas.*

At Bona Cardinalis lib. de Divina Psalmodia cap. 16. observavit, Theodoretum, non de quocumque alterno cantu, sed de solis Davidicis Psalmis intelligendum, & *Flavianum ac Diodorum*, psallentium choro duas in partes diviso, Psalmos Davidicos alternis canendos, primos instituisse; eam psalmodiæ speciem ex Syrorum lingua in Græcam transtulisse; ac ideo *Socrati* fidem non esse denegandam. Ea autem alternatio non statim in omnes terræ partes propagata; cum Cassianus lib. 2. de Instit. Cœnob. cap. 5. & seqq. referat, suo tempore hunc morem viguisse, ut sedentibus cæteris, & omni cordis intentione ad vocem psallentis intentis, unus in medio integrum psalmum solus cantaret. Imo quantalibet multitudo convenisset, numquam amplius, quam quatuor Monachi psallebant in Synaxi; quod etiam hodie in quibusdam Gallicanis Monasteriis servari accepi. Viguit etiam apud Ethnicos cantus alternatio, cum Homerus Iliade I. versu 604. Musas alternatim canentes describat; Christiani autem profanos Gentilium mores in veri Dei cultum transferre soliti e-

rant. Quare perperam Valesius in dubium revocat quod a Socrate scriptum, *Ignatium* nempe Martyrem primum in Ecclesia Orientali huic ritui initium dedisse; quod enim ipse scribit, discere potuit a Scriptoribus, quorum Opera ad nos non pervenere.

XVI. *Arcadia Nativitas.*

Auctor Chronici Alexandrini hoc anno habet: *His Coss. Nobilissima Eudoxia mense Januario, V. Idus Januarii renunciata est Augusta, nataque est Nobilissima Arcadia mense Xanthico, III. Nonas Aprilis.* Quintus Idus Januarii, seu dies nonus ejusdem mensis, incidit in diem Lunæ; quare nondum mos ferebat, ut diebus Dominicis aut solemnioribus festis hujusmodi nuncupationes fierent; sed tantum vel annis quinquennalibus addictis, aut postquam liberos peperissent; *Eudoxia* autem jam erant duæ filiæ, *Flacilla & Pulcheria*. Porro *Arcadia* virginitatem suasu Pulcheriæ sororis toto vitæ tempore servavit, ut testatur Theophanes ad annum primum Theodosii Jun.

XVII.

Hoc circiter anno floruit beatus *Maro* Abbas, a quo Maronitæ Syriam inhabitantes nomen ac-

stabo apud Regem, at absolvamini: vos autem mandate, illos ab Antonini hæredibus recipere quod dederunt. Præcepit itaque Synodus ab Antonini hæredibus eis aurum restitui, eos vero intra altare communicantes a sacerdotibus fieri; ne si ista passim permitterentur, consuetudo Judaica vel Ægyptia fieret, vendendi sacerdotium, & emendi: & inferius: *In eorum autem locum substituti sunt alii virtute clari, & vita simul & gratia divini sermonis armati*: addit autem post hæc, hos ipsos, damnato jam S. Joanne Chrysostomo in exilium, post quadriennium fuisse ab ejus adversariis ejectos, & depositos illos in priorem statum restitutos: sed de his suo tempore inferius. In locum autem Antonini defuncti Episcopi, ex consulta Synodo, communi consensu subrogatus fuit ejusdem Episcopi diaconus Heraclides nomine: testantur id Socrates (*a*) & Sozomenus (*b*).

(*a*) *Socr. l.6, c.10.*
(*b*) *Sozom. l.8. c.7.*

LXXXIII. Episcopi depositi a Jo. Chrysostomo.

Quod autem Palladius indigne fert scriptum postea a Theophilo in libro adversus Joannem conscripto, sexdecim Episcopos hoc tempore ab eo fuisse depositos, cum nonnisi sex fuerint; tamen Sozomenus tredecim numerat ab eodem tunc temporis exauctoratos. Sed & ipsum Joannem in ordinem redegisse Nicomediensem Episcopum Gerontium nomine, idem affirmat; quem antea clericum Mediolanensis Ecclesiæ a S. Ambrosio magiæ convictum, & ejectum, suo loco dictum est. Hoc igitur e gradu deposito, in ejus locum Chrysostomus Pansophium quemdam subrogavit Episcopum, qui pædagogus fuerat Eudoxiæ Augustæ. Sed hunc a Nicomediensibus indigno susceptum fuisse animo, idem Sozomenus tradit, ubi ait: *Hic quidem tametsi pius & moribus compositis ac placidis esset, acceptus tamen Nicomediensibus non fuit. Ac proinde mota sæpenumero seditione, non modo beneficia tum publice tum privatim per Gerontium in ipsos collata, verum etiam ex arte medica inexhaustam utilitatem, & erga omnes tam pauperes, quam divites ex æquo declaratam sinceritatem ac sedulitatem ejus recensebant: his & alias virtutes accumulabant, quas eos æquum erat qui illum diligebant: & haud secus atque terræmotum, aut siccitatem, aut aliud aliquod divinitus exhibitum ostentum deprecaturi, per plateas tum patriæ suæ, tum urbis Constantinopolitanæ circumeuntes cantillabant, ac Deo supplicabant, ut illum retinerent Episcopum. Ad extremum autem vi compulsi, illum dimiserunt cum luctu ac lamentatione, & hunc cum metu & odio receperunt. Exhinc ergo tum illi qui exauctorati erant, tum illorum amici Joannem accusabant, quod is rerum novandarum primus auctor extitisset in Ecclesiis, & ordinationum consuetudinem præter leges patrias invertisset*. Hæc Sozomenus de Gerontii depositione, recensita ab eo post exauctorationem Asianorum Episcoporum.

LXXXIV.

Quid autem adversus Joannem Chrysostomum hisce negotiis Ecclesiasticis detentum in Asia proditorie moliti sint qui ejus studiosissimi esse videbantur, Sozomenus (*c*) narrat his verbis: *Suborta autem illi quædam odii causa fuit etiam apud conjugem Imperatoris ob Severianum Gabalorum Syriæ Episcopum. Etenim & hic ipse, & Antiochus Episcopus Ptolemaidis (ea Civitas est Phœniciæ) eadem memoria clari, & ad docendum Ecclesiam idonei extiterunt. Sed hic expedite & perquam clare dicebat, sic ut a nonnullis Chrysostomus, hoc est, aurei oris homo, nominaretur. Severianus vero tametsi sententiis & Scripturarum testimoniis præstantior habitus, asperitatem tamen Syrorum lingua repræsentabat. Antiochus igitur cum prior Constantinopolim venisset, dicendo, laudem consecutus est: ac pecuniis collectis, ad civitatem suam rediit. Ad hujus imitationem & Severianus postea veniens, & benevolum forte Joannem nactus, cum frequenter in Ecclesia concionaretur, in admiratione & honore*

(*c*) *Sozom. l.8. c.10.*

Severianus quid moliretur Constantinopoli.

PAGIUS

Moritur S. Maro Abbas.

cepere, ut testatur Faustus Naironus Maronita, clarissimus Chaldaicæ seu Syriacæ linguæ Professor in Dissert. de Origine, nomine, ac Religione Maronitarum, Romæ anno MDCLXXIX. publicata. Ex ea sequentia delibavi. Antequam Catholicum Syriæ regnum in varias sectas scinderetur, omnes illius incolæ Syrorum nomine appellabantur: & qui ex Syris secuti sunt Macedonium, Macedoniani, qui Apollinarem Apollinaristæ, qui Nestorium Nestoriani, qui Eutychen Eutychiani, qui Jacobum Jacobitæ dicti sunt. Cum vero totus ferme Oriens a fide Catholica quodammodo deficere videretur, tum ob Ethnicam pravitatem, tum ob pestiferos insultus Macedonii, Apollinaris, aliorumque Hæresiarcharum, qui Nestorium ac Eutychetem præcesserant, *Divus Maro* Abbas Divino afflatus Spiritu, ut ait Theodoretus, collem quemdam qui ab Ethnicis superstitiose colebatur, occupavit, & quod ibi erat fanum consecravit Deo, variosque Syriæ incolas non modo in avita Catholicæ fidei religione, quam ab Apostolis susceperant retinuit; verum etiam innumeros ad Monasticam vitam adduxit, quod innuit idem Theodoretus in Historia Religiosa cap. 16. 21. 24. & 30. ubi beati Maronis Vitam describens ait: *nec solum ægritudinibus corporis medebatur, sed congruentem etiam animis adhibebat curationem*. Paulo infra in eodem cap. 16. *In hunc modum Divina operam dans agricultura, animasque simul sanans & corpora, brevi morbo defunctus, qui & naturæ imbecillitatem, & constantiam illius declararet, excessit e vita*.

XVIII.

Eo ejus fama pervenerat, ut S. Joannes Chrysostomus illum laudaverit Epistola ab exilio scripta *ad Maronem Monachum & Presbyterum*. Ex quibus colligit Naironus floruisse Sanctum virum sub annum Christi CCCC. & a Deo singulari gratia

nore erat, & auctoritate pollebat, ipsique Imperatori atque Imperatrici tuaotait. Itaque cum Joannes in Asiam proficisceretur, Ecclesiam illi commendavit: illam enim qui palpum sibi obtrusisset, amicum sincerum esse arbitrabatur. Ille igitur impensius auditoribus gratificari, & populum verbis demulcere studebat. Quo cognito, Joannes suspectum habuit, Serapione (ut ajunt) eum huc instigante. Erat hic diaconus (a) Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui Joanni suggerebat, significabatque Ecclesiam a Severiano admodum perturbari. Quo factum est, ut Joannes hactenus detentus in Asia tum ob Episcoporum depositionem, tum ob Novatianos & Quartadecimanos hæreticos, quibus & multas ademit Ecclesias, Constantinopolim quantocyus reverti curarit.

(a) Sozom. l. 6. c. 11.

LXXXV. Reditus Jo. Constantinopolim.

Ceterum sive quod dissimulandum putarit, sive quod re vera qualem optasset sui studiosissimum populum nactus esset; ubi Constantinopolim redlit, homiliam habuit, (b) qua populum ipsum laudavit haud mutatum, sed erga pastorem suum propensiorem inventum: nam quibus ab eo acceptus sit faustis acclamationibus, eadem oratione verbis illis significavit: *Quid* (inquit) *dicam desiderio vestro & favori, quem hesterno ostendistis die? quomodo voces vestræ cum gaudio cælum penetrant? Ipsum sanctificantes aerem, Civitatem fecistis Ecclesiam: honorabar ego, & Deus glorificabatur: hæretici confundebantur, Ecclesia vero coronabatur*, &c. Sequenti enim a reditu die illam ad populum habuit orationem, laudans eos, quod ipsos invenisset, quales reliquerat, pietati deditos; indeque argumenti sumens exordium, eleganti de Hebræorum populo habita collatione, qui absente Moyse diebus tantum quadraginta, graviter deliquisset: cum contra ipse suos post diuturniorem pastoris sui moram in fide perstantes reperisset: ubi inter alia hæc de suæ absentiæ tempore: *Ego autem* (inquit) *non quadraginta dies tantum, sed & quinquaginta & centum & amplius, absens fui, & inveni vos lætantes, & philosophantes, & in Dei timore perseverantes*, &c. Contigisse autem ejus ex Asia reditum post Pascha idem ea oratione significat: qua & ex eo etiam populum laudat quod adversus hæreticos strenue decertasset; ubi ait: *Veni ad gaudia virtutum vestrarum: audivi quia cum hæreticis colluctati estis, & quia iniqne egerunt in baptismo, redarguistis. Namquid incassum dicebam, quoniam casta uxor absente viro repellit adulteros, absente pastore exagitat lupos; sine gubernatore nautæ salvaverunt navem, sine duce milites victoriam reportarunt*, &c.

(b) Chrys. hom. de regress. suo Constant.

LXXXVI. Ariani nova moliuntur.

Cum enim referta admodum esset hæreticis atque potissimum Arianis Civitas illa, jugis viguit adversus eos contentio, cum procaces illi nihil prætermitterent negotii facessendi Fidelibus: quod enim conventus in urbe cogere fuissent Imperatorum legibus interdicti; ira æstuantes in Orthodoxos, etsi non alias (quod cohiberentur potentia Principis) a verbis tamen minime abstinebant; sed audentius illud, quod a Socrate ita describitur (c): *Ariani extra urbem (uti diximus) conventus fecerunt. Itaque cum festa cujusque septimanæ occurrebant, videlicet sabbatum & dies Dominicus, in quibus conventus in Ecclesiis fieri solent; illi, intra portas Civitatis circiter porticus in unum congregati, cantus apte ad opinionem Arianam respondentes, quos ipsi composuerant, alternatim canunt, hocque per majorem noctis partem faciunt. Primo diluculo, tales cantilenas alternis per mediam urbem recitantes, e portis egrediantur; & ad loca, ubi agunt conventus, contendunt. Verum quia adversus fidei Consubstantialis fautores verba contumeliosa, quibus eorum animas irritarent dicere non desinebant, (nam sæpe hanc quasi cantilenam in eos cecinere: Ubi sunt hi, qui tria unam dicant esse potentiam?) Joannes veritus ne aliquis ex simplicioribus ejusmodi cantibus ab Ecclesia abduceretur, quosdam ex suo populo illis contra comparavit, qui nocturnis hymnis decantandis similiter operam darent, Arianorumque ea in re studium eo pacto reprimerent, denique suos in ipsorum fide admodum confirmarent.*

(c) Socr. l. 6. c. 8.

LXXXVII. Ariani adoriuntur Catholicos.

At quamvis hoc Joannis institutum valde commodum videretur; tamen illius eventus tumultu atque etiam periculo non caruit. Nam ubi hymni in Consubstantialis laudem decantati propter concentum illum nocturnum multo plus dignitatis sunt coa-

PAGIUS

Ejus discipuli varia per Syriam struxere Monasteria.

tia Orienti concessum, ut inter medias hæreses illibatam Catholicam fidem assereret ac servaret. Discipulos virtutis suæ imitatores Maronem multos habuisse, ait idem Theodoretus, inter quos *Jacobum*, & *Thalassium* miraculis ac sanctitate illustres, quorum Vitas seorsim describit, & inter feminas *Domninam* in maternæ domus hortulo Maronis disciplinam æmulari studuit. Ejus discipuli, cum per totam Syriam varia erexissent monasteria, illud præcipue Apamæam inter & Emessam, prope Orontem fluvium, sub præceptoris sui nomine extruxerunt celeberrimum, & Maronis vestigia sectati sunt; indeque factum, ut qui ex Syris non erant adhuc hæreseos veneno infecti, & ad præfatos Monachos confluerent, ab aliis nationibus hæreticis Maronitæ nuncuparentur, quia se. Catholicam illam fidem, a qua numquam desciverant, *S. Maronis*, ejusque Monachorum opera, incorrupte conservarint. Observat illud inter alios Ba-

consecuti (erant enim Cruces argenteæ excogitatæ, quibus lucernæ cereæ imponebantur, sumptu Eudoxiæ Imperatricis suppeditatæ) turba Arianorum coacta, & æmulationis ardore succensa, se ulcisci, & cum adversariis confligere instituit. Etenim principatu illo, quem pridem obtinuerant, eluti, erant ad pugnam multo ardentiores, defensoresque fidei Consubstantialis prorsus contemnebant. Quare, nulla interposita mora, nocte quadam tumultum faciunt. Briso Imperatoris eunuchus, qui partes cantantium hymnos ad commendationem fidei Consubstantialis tuebatur, lapide in fronte percutitur. Interierant etiam utriusque partis nonnulli de populo. Quibus rebus Imperator admodum commotus, Arianis interdixit, ne hymnos in publico canerent. Atque hæc quidem hoc modo gesta sunt. Addit ad hæc Sozomenus (a) perseverasse in posterum ejusmodi hymnorum cantionem tunc a S. Chrysostomo institutam in Ecclesia Constantinopolitana feliciter.

(a) Sozom. l. 8. c. 8.

LXXXVIII.

De lege Arcadii contra Arianos.

Quod vero ad legem, quam ab Arcadio adversus Arianos tunc sancitam Socrates tradit: quod ipsa data reperiatur (b), sub Consulatu tertio ejusdem Arcadii, & Honorii, anno videlicet Domini trecentesimo nonagesimosexto, biennio antequam ejus Ecclesiæ ipse Joannes eligeretur Episcopus: revocatur in dubium, num sub Nectario potius ejus prædecessore ea acciderint, vel sub ipso Joanne: nam hæc in ea leguntur in fine: *Ad hoc interdicatur his omnibus ad Litaniam faciendam intra Civitatem noctu vel interdiu profanis coire conventibus: statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuæ, si quid hujusmodi fieri vel in publico, vel in privatis ædibus concedatur.* Hæc ibi. Cæterum, quod sæpe iidem, licet repressi legibus; iterum (ut superius vidimus) eadem impie actitarent, ut crebro necesse fuerit iterum sancitis edictis reprimere: nihil prohibet, quo minus dicatur, eosdem ante sub Nectario dicta sanctione cohibitos, & sub Chrysostomo ipsos invidia percitos acriori, rursum illa tentasse.

(b) De hæret. l. 30. C. Theod.

LXXXIX.

Ariani pelluntur Constantinopoli.

Porro haud potuit quievisse Chrysostomus, quoadusque iidem hæretici Imperatoris mandato ab urbe penitus pellerentur. Quod hac ratione consecutus est. (c) Opportunum enim ipse tempus nactus, quando Imperator venit ad sacrum, festo eum ad id vocante, (erat enim dies Epiphaniorum) eum sic ipsum compellavit his verbis: *Dic mihi, o Imperator, si quis huic pulchræ, & pretiosæ (ostendens coronam quam habebat in capite) quosdam abjectos & obscuros lapides inseruisset; videretur hoc tibi esse tolerandum; & non tamquam universa per illos afficeretur contumelia, ægre tulisses? Cum is autem veritatis sermoni annuisset: Quid vero (inquit) non existimas universorum Regem irasci, si in pia Civitate quæ omnino recte se habet, pars quæ male sentit, sinatur habitare: cum oporteat vel ab illis exigere ut convertantur, vel si perseverant, protinus expellere? Hæc cum audisset Imperator, non distulit, nec est cunctatus: sed primos eorum statim accersit; & ex eis scire voluit, num in animum inducerent a fugienda desistere opinione; minatus exilium, & bonorum suorum privationem iis qui non parerent. Cum autem vidisset eos esse immedicabiles, minas deduxit ad effectum, & jussit eos expelli a Civitate. Hoc effecit, ut nonnulli errorem dediscentes, se rectæ adjungerent opinioni.* Hæc ita se habuerunt; licet ante rixas obortas perperam (mea sententia) collocet Metaphrastes. Addit autem ad hæc Marcus diaconus, (d) Arcadium Imperatorem, cum intellexisset complures suorum vel in aula militantium, vel magistratibus fungentium esse hæreticos, sed extrinsecus speciem præsetulisse Catholicorum, eosdem e magi-

(c) Metaph. in Vit. Chry. to. 25

(d) Marc. diaco. in Act. S. Porphyrii Epis. Gazen.

PAGIUS

Baronius in Notis ad Martyrolog. die XXI. Octob. in festo S. Malchi ejusdem Monasterii Monachi ubi ait, sicut a Studio Studitas, & a Saba Sabaitas, pari eademque ratione Maronitas a sancto Marone appellationem sortitos esse.

XIX.

Fuere defensores Catholicæ Religionis.

Fidem Monachorum Monasterii Maronis, semper Catholicæ veritati consonam fuisse, deducitur ex eo, quod cum per Orientem eorum fama diffusa esset, adversus insurgentes hæreses firma dicerentur propugnacula, eorumque Monasterium, tamquam princeps Monasteriorum Syriæ secundæ ab omnibus haberetur, sicut Quintæ generalis Synodi Acta declarant, ubi Paulus Diaconus, qui eidem Synodo interfuit, & Joannes Presbyter, in Epistolis Monachorum ejusdem Provinciæ ad Justinianum Imperatorem & ad Menam Patriarcham, quæ ibidem recitantur, *Monachi & Ambasiatores dicuntur Monasterii beati Maronis Primatis Monasteriorum Syriæ secundæ*, & pro omnibus Monasteriis ejusdem Syriæ subscribunt. Et in Epistola Archimandritarum Syriæ secundæ ad Hormisdam Papam, anno DXVII. data, primo loco subscribit, *Alexander Archimandrita, seu Abbas Sancti Maronis.* Sic etiam in libello Monachorum tractus Apamænsis ad secundæ Syriæ Episcopos, qui insertus est eidem Concilio Act. I. idem legitur. Quocirca hæreticorum furor adversus præfatos Monachos adeo incaluit, ut multa illis temporibus passos esse ab Acephalis, Severianis, Eutychianis, & a Petri Fullonis asseclis, qui in Trisagio Trinitatis crucifixionem admittebant, visuri sumus ex laudata dissertatione Eruditissimi Naironi, qui adhuc Romæ vivit.

XX.

Alia quæ ad hunc annum pertinent.

Celebratum hoc anno Concilium *Toletanum I*, ut anno CCCCV. videbimus. Mortuus est Sanctus *Martinus* Episcopus Turonensis, at suo loco ostendi.

gistratibus pulsos, pecuniaque mulctatos penitus rejecisse.

XC.

Cum autem haud absque piaculo suppliciosque quispiam non Catholicus Constantinopoli morari posset: accidit ut nonnulli inter Orthodoxos se miscuerint, & ut Fideles, cuncta agerent, quæ a Catholicis essent solita factitari. At quodnam prodigium tunc acciderit, Sozomenus (a) enarrat his verbis: *Vir quidam sectator hæresis Macedonianæ ejusdem sectæ uxorem habebat. Hic cum Joannem de sincera Dei religione disserentem forte audisset, doctrinam amplexus, & uxorem quoque ut sibi consentiret, hortatus est. At quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine captiva teneretur, ut maritus quamvis admonuisset sæpe, nihil tamen proficeret: Nisi (inquit ille) in religione mihi consors fueris, nec in vita quidem communione posthac eris. Ibi mulier, data fide se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamque sibi ad fraudem faciendam merito sociam adjungit. Itaque tempore communicationis (intelligant autem qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa quod acceperat, continens, velut oratura procubuit. Famula autem interim astans furtim porrigit id quod manibus adveniens ferebat: quod quidem simulatque dentibus admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore consternata, ne quid sibi gravius eveniret ob tantum miraculum in se divinitus editum, cum festinatione ad Episcopum accurrit, se ipsam indicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiam ignotam, & insolitum quemdam colorem referebat. Cumque profusis lacrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps concors vixit. Si cui autem hæc verisimilia esse non videatur; testis est ipse lapis qui etiam nunc hodie inter Constantinopolitanæ urbis Cimelia conservatur.* Hæc Sozomenus, & alii post eum id ipsum affirmant.

(a) Sozom. l.8. c.5.

Miraculum de Eucharistia.

XCI.

Chrysostomus Arianos Scythas ad fidem Catholicam restituit.

Quod autem in castris inter alios Scythæ militarent, iidemque labe Arianæ hæresis inquinati, ut hos ad meliorem frugem Joannes Chrysostomus restitueret, quid operatus sit, Theodoretus (b) docet his verbis: *Cum videret præterea gentem Scythicam doctrinæ Arianæ laqueis irretitam teneri: molitus est sedulo inde eam eripere. Ad quam prædam capiendam, hanc viam excogitavit. Complures qui eadem lingua loquebantur, presbyteros, diaconos, & lectores ordinavit, illisque unam tribuit ecclesiam: quorum opera multos errore lapsos Ecclesiæ reconciliavit. Nam ille ipse plerumque ad eam Ecclesiam profectus, cum illis locutus est, interprete utriusque linguæ perito usus; aliosque dicendi facultate instructos ad idem ipsum faciendum induxit. Ista quidem in illa urbe præstitit; compluresque errore imbutos, veritate doctrinæ Apostolicæ explanata reduxit.*

(b) Theod. l.5. c.30.

XCII.

Nomades ad rectam fidem conversi.

Itemque cum accepisset Scythas, qui Nomadæ vocantur, quique propter Istrum incolebant, sitienter quidem salutem appetere, sed habere neminem, qui sitim suam salutaris doctrinæ fluentis restinqueret: viros laborum Apostolicorum imitatores conquisivit, eosque illis erudiendis præfecit. Litteras autem ejus ad Leontium Ancyræ Episcopum perscriptas, quibus cum Scythas ad fidem conversos esse significabat, tum orabat ut viros idoneos ad rectam salutis viam illis monstrandum mitteret, ipse quidem legi. Porro autem ubi intellexit pestiferam Marcionis hæresim nonnullos in nostra regione pagos occupasse, scripsit ad eum qui id temporis Episcopus illius Ecclesiæ fuit, hortatus ut hæresim illam inde expelleret; atque qua ipse in eo negotio exequendo adjumento esset, edicta Imperatoris ad illum mittenda curavit. Hactenus Theodoretus. Reliquos autem pro fide Catholica labores ab eo susceptos inferius suo loco dicturi sumus. Jam vero ad res gestas anni sequentis transeamus.

JESU CHRISTI ANNUS	ANASTASII PAP. ANNUS	ARCADII, & HONORII IMPP. ANNUS
401.	4.	7.

I. * Fravito Flabito.

Agitur Romæ causa Ruffini ab Anastasio Papa.

QUadringentesimus primus Domini annus, Vincentio atque Fravitta * Consulibus, describitur Fastis: quo Anastasius Papa, qui anno superiori Origenis hæreses condemnarat, audiens graviter scriptis suis adversus S. Hieronymum ea ex causa obstrepere Ruffinum, eumdem scriptis publicis litteris Romam vocat. Cum ille dissimulans, prætexensque quasi non Anastasii essent litteræ, sed ab alio aliquo nomine ejus confictæ, venire neglexit: excusans se tamen, ad ipsum Anastasium scripsit Apologiam. At ipse Romanus Pontifex in absentem, sæpe vocatum, atque adesse contemnentem, damnationis sententiam jure tulit. Hæc autem summatim complexa, quomodo se habuerint, diligentiori sunt tractatione, fideli que testificatione narranda. Atque primum quod ad rationem temporis spectat: hoc quidem anno vocatum esse litteris Anastasii Papæ Ruffinum, ex S. Hieronymi Apologia adversus eum conscripta deducitur. Cum enim ea scriptione (quam

PAGIUS

SÆC. V. Olymp. 295. Anno Eræ Hisp. CCCCXXXIX. A. C. 401.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5894.

☉ 18. F. ☽ 3. P. 24. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 401.

INNOCENTII PAPÆ 2.

ARCADII IMP. 19. & 7.

HONORII IMP. 9. & 7.

I. *Consules.*

[1] COss. *Vincentius* [2] & *Fravita*, non vero *Flavius*, ut Auctor Chronici Alexandrini, aut *Flavitus*, vel *Flabitus*, ut Baronius legit: *Fravitam* enim edunt Cassiodorus, Prosper, Fasti Heracliani, aliique passim, qui ad Consulatum evectus est, quod terra marique *Gainam* debellasset, ut habet Sozomenus lib. 8. cap. 4. Fuit Gothus natione, sed religione Paganus, inquit Philostorgius lib. II. cap. 8. de quo legendus Suidas in voce φραβίτος, qui etiam testatur, eum Gentilem fuisse. *Vincentius* vero in Occidente creatus; fuit enim Præfectus Prætorio Galliarum, & vir egregius, ut videre est apud Baronium anno CCCC. num. XIX.

II. *Ordo Epistolarum Paschalium Theophili.*

A num. I. ad V. Hoc anno *Origenistæ*, primum in Oriente, ac postea in Occidente damnati, quod duobus diversis annis factum perperam Baronius existimavit, annis scilicet CCCXCIX. & CCCC. ubi pluribus de utraque damnatione egit. Decepit Baronium ordo inversus Epistolarum Paschalium a *Theophilo* Episcopo Alexandrino scriptarum, & ab Hieronymo in linguam Latinam versarum, ut jam notavit Eminent. Card. Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. 2. Cum enim existimaret Baronius, ut videre est anno CCCXCIX. num. LI. & seq. eas eo ordine, quo apud Hieronymum leguntur, datas esse, nec animadverteret, quæ ibi *prima* dicitur, *secundam* fuisse, & ex Epistolis illis duas desiderari, Synodicam nempe & primam Paschalem, & denique Paschales literas anno anteriori a *Theophilo* de more publicatas fuisse, sibi persuasisset, ejus Chronologia in Origeniana historia digerenda, non potuit non esse depravata. Tres itaque Paschales Theophili Epistolæ leguntur Tomo IX. Operum Divi Hieronymi, & in Bibliotheca Patrum; neque plurium quam trium Paschalium meminit Hieronymus, quibus Pascha intimatur currentis Christi anni, sequentis, & anni CCCCIV. prioris initium est: *Christum Jesum*, &c. & in ejus fine indicitur futurum Pascha *XIX. mensis Pharmuthi*, id est, die decima quarta Aprilis, in quam hoc anno Pascha incidit. Secunda ab his verbis incipit: *Solemnitatis augusta*, eaque Pascha intimatur celebrandum *die XI. mensis Pharmuthi*, id est, die sexta mensis Aprilis, quo, anno sequenti, Pascha celebratum est. Tertia his verbis inchoatur: *Nunc quoque*, &c. eaque Pascha indicitur *die XXII. Pharmuthi*, seu die XVII. Aprilis, qui character est anni Christi quadringentesimi quarti; Et tamen in vulgatis editionibus prima Theophili Epistola his verbis incipit: *Solemnitatis*

NOTÆ [1] C*Oss. Vincentius & Fravitta*. Fabrettus pag. 571.

V I N C E N T I O. E T. F R A V V I T O.
C O N S U L. V. I D U S. S E P T E M B.
D E P O S I T A. G A U D E N T I A.
I N P A C E.

Socrates lib. VI. cap. VI. *Consul fuit Fravitus, Gothus quidem natione*. Vulgati Fasti: *Vincentio & Fravita*. Prosperi chronicon editum & MS. habet: *Vincentio, & Fravito*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Vincentio & Fravvito*.

[2] AD hunc Vincentium referendum omnino censet Gudius Inscriptionem basis Tiberinæ apud Gruterium p. 462. novæ edit. in qua hæc nomina præfert. *Ragonio Vincentio Celso V. C.* Hanc basim dedicatam legimus ibid. VIII. K. Sept. *Fl. Timasio, & Fl. Promoto VV. CC. Coss.* qui cum in Fastis nuspiam legantur, hinc patet etiam ætate illa suffectos Consules non omnino obsolevisse. Ex quo refellitur Pagius, qui suffectos Consules nullos fuisse ab anno 300. circiter censet. Lege eundem Pagium ad A. 312. & ad A. 435. 53.

(quam confectam esse sequenti anno, suo loco aperiemus) dum meminit Anastasii litterarum, anno superiori datas dicat; ad præsentem utique annum eas referre necesse est. Sunt enim hæc ejus verba, dum redarguit ipsum, quod Anastasii Papæ judicium subterfugerit (a):

(a) *Hier. Apolog. in Ruffin.*

II. Compellat Ruffinum S. Hieron.

Siricii jam in Domino dormientis profers epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis? Quid enim tibi (ut ais) efficere potest, quod te ignorante aut scripsit, aut forte non scripsit? Et si scripsit, sufficit tibi totius Orbis testimonium: Quod nulli verum videtur, ut tantæ Urbis sacerdos vel innocenti injuriam facere potuerit, vel absenti. Innocentem te vocas, ad cujus interpretationem Roma contremuit? Absentem, qui accusatus respondere non audes: & tantum Romanæ Urbis judicium fugis, ut magis obsidionem barbaricam, quam pacatæ Urbis velis sententiam sustinere? Esto præteriti anni ego epistolam finxerim, nempe Anastasii Papæ: recentia ad Orientem scripta quis misit? in quibus Anastasius tantis te ornat floribus, &c. Intelligit enim de ejusdem Pontificis epistola scripta de Ruffino ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum anno sequenti. Quam igitur anno præterito datam dicit ab eodem Pontifice epistolam ad Ruffinum, qua ipsum Romam vocavit, ad hunc ipsum annum eam referre necesse est: hæc de tempore.

III. Ruffinus subterfugit judicium.

Cum autem dictas Anastasii Papæ litteras, quibus accersebatur in Urbem, causam dicturus, Ruffinus accepisset: pro-

PAGIUS

tatis augusta, &c. seconda vero istis: *Christum Jesum*, &c. sicque ordo temporum prævertitur, & Pascha quod anno uni affianatur, pertinet ad alium; quod Cyclorum Paschalium methodus, ad quam Baronius non respexit, certum & indubitatum reddit.

III. *Concilium Alexandrinum adversus Origenistas a Theophilo coactum.*

Cum itaque *Theophilus* Origenis errores in priori sua Epistola Paschali currenti anno scripta, recenseat, non dubium, quin is Synodum Alexandrinam adversus Origenistas hoc anno celebrarit. Hinc Prosper in Chronico Imperiali anno VII. Honorii Imper. post Theodosium M. imperantis, ait: *contentio ex doctrina Origenis. Synodus apud Alexandriam movit, cujus extitit sententia, ut extra Ecclesiam fieret quicumque supradicti viri Opera probavisset.* Præterea Hieronymus Epistolam LXXVIII. ad Pammachium & Marcellam initio anni quadringentesimi secondi scripsit, ut eo anno demonstrabitur, & in ea asserit, *anno præterito* damnatos fuisse Origenistas, ideoque ea damnatio a præsenti anno removeri non potest. Theophilus *Origene damnato*, generalem *ad omnes Catholicos* Epistolam dedit, ut testatur Epiphanius in Epistola ad Hieronymum tunc scripta, quæ LXXIII. est inter Hieronymianas: ea vero *Epistola generalis* alia esse non potest, quam Synodica, quam Hieronymus in Apologia secunda adversus Rufinum pag. 358. affirmat, se in Linguam Latinam vertisse: *duas, Synodicam & Paschalem, ejus* (nempe Theophili) *Epistolas contra Origenem, illiusque discipulos, & alias adversus Apollinarium & Origenem per hoc ferme biennium interpretatus sum.* Quibus verbis epocha Concilii Alexandrini a Baronio anno CCCXCIX. num. XXXVI. & seq. statuta plane evertitur. Cum enim inter omnes conveniat, Hieronymum secundam adversus Rufinum Apologiam anno sequenti composuisse, manifestum est, tam illam Synodicam, quam priorem Paschalem Theophili currenti anno ab eodem Theophilo promulgatas fuisse; quod & prima ejusdem Epistola Paschalis, qua Pascha intimatur celebrandum *nono decimo mensis Pharmuthi*, id est, die XIV. Aprilis, in qua hoc anno Pascha peractum, extra omne dubium ponit; utraque siquidem Epistola eodem tempore a Theophilo data, & ad alios Episcopos transmissa; ideoque *biennium*, de quo loquitur Hieronymus, incompletum intelligendum.

IV. *Annus Synodi Alexandrinæ erueudus ex Epistola II. Paschali Theophili.*

[r] Neque audiendus Baronius ibidem, quando dixit, Synodum Alexandrinam anno CCCXCIX. collectam, se inde colligere, *quod ante annum quam prima Paschalis Epistola a Theophilo scriberetur, generalem hanc ex Synodo fuisse scriptam Epistolam, Sanctus Hieronymus Epist. LXXVIII. tradit, scribens ad Pammachium & Marcellam.* Hieronymus enim Epistolam illam, ipso etiam Baronio fatente, scripsit anno sequenti, cum qua ad Pammachium & Marcellam misit Epistolam Paschalem Theophili, non primam, ut putat Cardinalis doctissimus, sed secundam, quæ est de Paschate anni quadringentesimi secundi, & in qua sermo fit, non de priori Origenis damnatione a Theophilo facta, sed de eadem anno CCCCII. iterata; quo pacto verum est, generalem Theophili Epistolam scriptam fuisse ex Synodo Alexandrina ante annum quam secunda Paschalis Epistola ab eodem Theophilo scriberetur. Secunda enim Theophili Epistola intimatur Pascha celebrandum die sexta Aprilis, & de hac Hiero-

NOTÆ [r] SEntentiam Baronii de celebrata hac Alexandrina Synodo anno 399. maxime veram judico, & hoc potissimum argumento assero. Epistolam Theophili Synodicam, latine a S. Hieronymo versam, quam post Baronium Pagius intercidisse hic dolet, nuper vulgavit Cl. Vallarsius in novissima Operum S. Hieronymi editione Veronensi *tom. 1. ep. XCII. col. 537.* &c. Ejusdemque etiam Vallarsii beneficio accepimus Epistolam Anastasii Papæ ad Simplicianum (Mediolanensem nempe Episcopum, qui per hæc tempora in vivis agebat, ut ipse pariter Cl. Editor agnoscit). In hac autem Epistola Anastasius certiorem factum esse se a Theophilo asserit de damnatione Origenis ab ipso Theophilo facta, ejusque exemplo se pariter illum damnasse nunciat; damnandumque Simpliciano edicit. Porro Simplicianus iste ante diem 28. Junii anni 400. obierat, cum Successor ejus Venerius ante eam diem cœperit, ut probat Epistola S. Paulini a Pagio ad annum 400. 5. relata, & nos in Nota ad eundem annum. Igitur si Anastasius in sua ad Simplicianum epistola Synodicam Teophili a se receptam fuisse significat, uti nec dubitamus quidem, licet illam diserte non nominat; constat utique Concilium ad quod Synodica illa pertinet vel in exordio anni 400. vel exeunte anno 399. celebratum fuisse.

priæ conscientiæ perculsus examine, sciens se ibi fore damnandum, tergiversatus venire destitit, in dubium (ut dictum est) revocans, num ab ipso Romano Pontifice eædem litteræ scriptæ fuissent necne: necessitatem quoque obtendens Aquilejæ commorandi, parentum, vel affinium gratia, a quibus triginta annorum spatio abfuisset. Ut tamen pro se ipse Anastasio satisfaceret, ad eumdem scripsit Apologiam, cui fidei suæ Catholicæ professionem adjunxit, quo se Catholicum esse monstraret. Extat ipsa, cujus est exordium: (a) *Audivi quosdam*, &c. de qua S. Hieronymus, ferro jam ulcus aperiens: *In epistola* (inquit) *sancti Papæ Anastasii lubricus extitisti & turbatus: in quo figas gradum, non reperis. Modo enim dicis a me esse compositam: nunc ab eo ad te debuisse transmitti, cui missa est. Rursus injustitiam scribentis arguis: etiam si scripta sit ab illo, sive non scripta, ad te nihil pertinere testaris, qui prædecessoris ejus habeas testimonium, & rogantem Romam, ut illam illustrares præsentia tua, oppidali tui amore contempseris. Si a me fictam epistolam suspicaris, cur eam in Romanæ Ecclesiæ Chartario non requiris? ut cum deprehenderis ab Episcopo non datam, manifestissime criminis reum teneas, & nequaquam araneatum mihi opponas cassiculas, sed fortissimo me & solidissimo*

(a) Extat apud S. Hier. to. 9.

PAGIUS

ronymus citatus ad Pammachium & Marcellam scribens, ait: *Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est; in præteriti anni Epistola continetur.* Quare cum hæc secunda Epistola Paschalis exarata sit anno sequenti, quo Pascha in diem VI. Aprilis incidit, tam Theophilus quam Hieronymus nomine Epistolæ *præteriti anni*, non illam Epistolam generalem, sed priorem Epistolam Paschalem præsenti anno datam, intelligunt. Lubet hic referre integrum locum Epistolæ ad Pammachium & Marcellam scriptæ ab Hieronymo, de secunda Epistola Paschali Theophili loquente: *Quam scitote in quatuor partes esse divisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Pascha celebrandum: in secundo & tertio loco Apollinarium & Origenem jugulat: in quarto id est, extremo, hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni Epistola continetur; & hæc quam modo vertimus, brevitati studens, dicere plura non debuit.* Quibus ultimis verbis constat, secundam Epistolam Paschalem Theophili, anno sequenti, quo ab eo data, ab Hieronymo latinitate donatam, & ante illam, Hieronymum priorem Epistolam Paschalem in latinum vertisse, & ad Pammachium & Marcellam transmisisse, alioquin utrumque ad eandem non remitteret, nisi illam jam recepissent.

V. *Opinio Baronii de ordine & numero Epistolarum Paschalium Theophili.*

Porro recte observavit Baronius anno CCCXCIX. num. LI. Synodicam Epistolam Theophili desiderari; cum tres ejus, quæ extant Epistolæ Paschales omnes sint, nulla vero Synodica. Sed valde fallitur, quando inquit: *Earum igitur omnium prima est illa hoc anno in Synodo data, eaque ex causa appellata Synodica: secunda Paschalis dicta adversus Origenem & ejus discipulos peculiariter scripta, quæ etiam desideratur: hæcque illa est, de qua ipse Hieronymus in Epistola ad Pammachium & Marcellam scribit, cum ait:* Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni Epistola continetur. *De ambabus his idem Hieronymus Apologia 2. adversus Rufinum agens meminit, atque de tertia adversus Apollinarium & Origenem scripta, cum ait:* duas, Synodicam & Paschalem contra Origenem, illiusque discipulos, & aliam adversus Apollinarium & eumdem Origenem per hoc ferme biennium interpretatus sum. *Porro tertiam hanc Epistolam illam esse certum est, cujus argumentum in quatuor partes divisum ab eodem Hieronymo in dicta Epistola ad Pammachium atque Marcellam data describitur. Habes jam tres a Theophilo datas Epistolas, unam Synodicam, duas Paschales: quarum posterior extat, estque ejus exordium:* Primum solemnitatis augustæ sermo, &c. *Rursus vero post hanc alia sequitur ordine secunda in codice, dicenda tamen Theophili quarta, Paschalis vero tertia quæ sic incipit:* Christum Jesum Dominum gloriæ &c. *post hanc additur alia, dicenda Paschalis quarta, seu quinta ordine collocanda (ut patet ex ordine præcedentium) quæ sic exorditur:* Nunc quoque Dei viva sapientia, &c. Ita Baronius.

VI. *Refellitur.*

Verum male supponit Annalista Doctissimus, quinque a *Theophilo* datas esse generales Epistolas, quarum memoria sit apud Sanctum Hieronymum, & ex iis duas desiderari, Synodicam nempe & primam Paschalem. Nam Synodica ad nos non pervenit, neque plurium quam trium Paschalium meminit Hieronymus, quibus scilicet Pascha intimatur annorum Christi CCCCI. CCCCII. & CCCCIV. Neque verum est Epistolam Theophili, de qua loquitur Hieronymus scribens ad Pammachium & Marcellam, deperditam esse. Ea enim extat, estque prima Theophili Paschalis hoc anno data, ut ex dictis patet.

VII. *Opinio Baronii de tempore, quo illa Epistola scripta.*

Pergit Baronius ibidem num. LII. exponere quo ordine temporis scriptæ sint Epistolæ Paschales Theophili, aitque: *cum Paschalis Epistola primo consueverit mitti Romam ad Romanum Pontificem, a quo reliqua acceptura esset Ecclesia, in die Epiphaniæ Domini Diaconorum Præconio inter sacra pervulganda (prout dictum est suo loco pluribus III. Annal. Tomo, ubi de Concilio Nicæno sermonem habuimus) atque non eodem anno, cujus Pascha indicebatur, sed superiori ab eo Paschalem scribi Epistolam oportuit atque mitti. Qua quidem habita ratione, recto temporis ordine ita omnes a Theophilo datæ illæ quinque epistolæ disponantur, ut hoc anno (prout demonstratum est) ex Synodo Alexandrina scripta a Theophilo Synodica fuerit de condemnatione Origenis & ejus doctrina inhærentium Origenistarum: sequenti autem anno data fuerit prima Paschalis pro eo qui sequitur anno, nempe quadringentesimo primo: quo item anno, quadringentesimo primo edita fuerit secunda Paschalis pro anno quadringentesimo secundo: tertia vero promulgata fuerit ipso anno Domini quadringentesimo secundo pro sequenti anno quadringentesimo tertio: quarta vero Paschalis (ut memoravimus) scripta sit ipso anno quadringentesimo tertio pro quadringentesimo quarto, quo eam in Latinum vertit S. Hieronymus, defuncta jam paulo ante Sancta Paula eodem anno mense Januarii. Hæc convenire cum editis ab ipso*

simo constringas rete. Si autem Romani Episcopi est; stulte facis ab eo exemplar epistolæ petere, cui missa non est; & non ab illo qui miserit, de Oriente expectare testimonium, cujus auctorem & testem habeas in vicino. Vade potius Romam, & præsens apud eum expostula, cur tibi

& absenti, & innocenti fecerit contumeliam: primum ut non reciperet expositionem fidei tuæ, quam omnis (ut scribis) Italia comprobavit, & baculo tuarum uti noluerit litterarum contra canes tuos: deinde, ut epistolas contra te ad Orientem mitteret, &c. Sed id anno sequenti, quo

PAGIUS

ipso Theophilo Paschalibus Cyclis, curiosus explorator inveniet. Hæc Baronius.

VIII. *Refellitur.*

Sed ex dictis manifestum est, hæc non convenire cum editis a Theophilo Paschalibus Cyclis, & Epistolam Paschalem, cujus exordium, *Christum Jesum*, &c. in qua intimatur Pascha futurum *XIX. mensis Pharmuti*, seu die XIV. Aprilis, quo die Pascha hoc anno peractum, non potuisse promulgari anno CCCCII. *pro sequenti anno quadringentesimo tertio*, ut inquit Baronius, cum eo anno Pascha inciderit in diem XXIX. mensis Martii. Neque verum est; ut observat Emin. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 2. ubi eas Paschales Theophili Epistolas accurate examinat, Paschales literas anno anteriori solitas fuisse publicari: nam promulgabantur a *Theophilo* juxta veterem morem notatum a Cassiano Collat. 10. cap. 2. *peracta Epiphaniorum die*; & post earum promulgationem mittebantur a Divo Hieronymo, non ad Pontificem Romanum, ut in Ecclesia Occidentali publicarentur, sed ad amicos; ut quid in eis adversus *Origenistas*, aliosque hæreticos Theophilus dixisset, intelligerent. Quod in Ægypto, fiebat etiam in Galliis, ut docet Canon primus Synodi Aurelianensis IV. anno DXLI. habitæ, in quo de Paschate dicitur: *Quo festivitas annis singulis ab Episcopo, Epiphaniorum die in Ecclesia populis denuncietur.* Certum itaque tam Baronium, quam Conciliorum Collectores Synodum Alexandrinam, in qua damnatus est Origenes, perperam illigasse cum anno Christi CCCXCIX. ideoque quæ de ea & ad eam spectantibus eo anno Baronius habet a num. XXXVI. ad LIV. ad præsentem revocanda esse.

IX. *Origenes in Oriente & Occidente damnatur.*

Origenes non tantum hoc anno in Oriente; sed etiam in Occidente damnatus, agente *Marcella* cum Anastasio Papa, ut tam ille quam ejus interpres Rufinus Apostolica auctoritate proscriberetur. Testatur id Hieronymus in Epistola XVI. ad Principiam Virginem, quæ est de Marcellæ Epitaphio: *damnationis*, inquit, *hæreticorum hæc fuit principium; dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab hæretico fuerant errore correpti; dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emendata manu scorpii* (Rufini scilicet) *monstrabantur, dum acciti frequentibus literis hæretici, ut se defenderent, venire non sunt ausi; tantaque vis conscientiæ fuit, ut absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint. Hujus tam gloriosæ victoriæ origo Marcella est.* Anastasius postquam illa Origenis volumina recenter interpretata damnavit, ea de re ad *Chromatium* Episcopum Aquilejensem ac Venerium Episcopum Mediolanensem, qui duo tantum hoc tempore Metropolitæ in Italia censebantur, & ad *Joannem* Episcopum Hierosolymitanum scripsit, quos etiam Origenem damnasse affirmat Hieronymus in Apologia prima lib. 2. *Ergo beati Episcopi Anastasius, Theophilus, & Venerius, & Chromatius, & omnis tam Orientis quam Occidentis catholicorum Synodus, qui pari sententia, quia pari & spiritu illum* (nempe Origenem) *hæreticum denunciant.* Epistolæ quidem ad Venerium & Chromatium ab Anastasio Papa hac de re datæ, ad nos non pervenere, sed earum mentio in epistola ejusdem Anastasii ad Joannem Hierosolymorum Episcopum, quam Baronius anno CCCCII. num. XVI. & seqq. loco scilicet non suo, recitat. In ea Anastasius ait: *Origenis quidem scripta & errores damnavimus: interpretem vero, cum non satis, neque sua præfatione ad libros Origenis, neque Apologia ad nos missa se purgaverit: imo forte iisdem erroribus reipsa consentiat, Romam ad judicium Sedis Apostolicæ vocavimus. & venientem venire eadem sententia involvimus. Damnationis autem Epistolam fratribus nostris Venerio & Chromatio scripsimus.* [1] Refertur hæc Anastasii ad Joannem Hierosolymitanum Epistola variis in locis emendata a Garnerio Tom. I. Operum Marii Mercatoris pag. 109. & pluribus explicatur.

X. *Epistola Anastasii PP. ad Joannem Hierosolymitanum, quæ extat, hoc anno data.*

Cum vero *Anastasius* duas in Orientem adversus Origenistas Epistolas miserit, ut ex mox dicendis liquebit, & unica tantum supersit ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum mox memorata, controversia esse potest, an hæc prior sit quam Anastasius adversus Origenem scripsit, & an hoc anno data; an vero Epistola quæ periit, eandem præcesserit. Baronius anno CCCCII. num. XVI. & seqq. eruditissimus Huetius lib. 2. Origen. cap. 4. sect. 1. n. 10. & Cardinalis Norisius citatus eam ad Joannem Epistolam anno sequenti exaratam esse arbitrantur, & ante eam alias litteras, quæ ad nos non pervenerint. Verum eam hoc anno post damnatum *Origenem* ab *Anastasio* scriptam, & postea alias ab eodem in Orientem missas, quæ non extant, apud me certum; cum anno currenti *Anastasius* die XIV. mensis Decembris e vivis excesserit. Sed cum hactenus creditum sit, *Anastasii* mortem non contigisse ante diem XXVII. mensis Aprilis insequentis Christi anni, pronum fuit existimare eum hoc anno priores literas, sequenti vero posteriores in Orientem misisse; cum tamen si Anastasii mors anno sequenti contigerit, ut ipsi volunt, præsenti nihilominus citatam ad *Joannem Hierosolymitanum* Epistolam dedisse, in dubium revocandum non videatur. Hoc ex solutione argumentorum, quæ contra nostram sententiam in medium afferuntur, manifestum fiet.

XI. *Contraria opinio refellitur.*

Fundatur primo Baronius loco citato num. XXX. in Apologia prima Divi Hieronymi adversus Rufinum, qui eandem ad Joannem Epistolam se se adfuisse testatur, cum Rufinum ipsum

NOTÆ [1] Constantius in notis ad Anastasii epistolam primam pag. 727. observat, a Garnerio de suo aliquot versibus eandem Epistolam suppletam fuisse, quare addititia Garnerii verba, pro genuinis Anastasii a Pagio perperam accepta fuisse.

ad Joannem Hierosolymarum Episcopum scripsit epistolam,

IV. Ex his probe intelligis, lector, Apologiam Ruffini cum professione fidei ab Anastasio Papa minime fuisse receptam; utpote quod in ea nulla mentio fieret de Origenis hæresibus, quarum vehementer accusabatur, prout S. Hieronymus (a) docet. Habito igitur hoc anno de Ruffino Romæ judicio, quod venire vocatus ne-

Ruffinus ab Anastasio Papa damnatus.

(a) Hier. Apolog. lib. 2. in princ.

PAGIUS

psum ita redarguit lib. 2. ejusdem Apologiæ primæ. *Cur translaturus barrtica, in defensionem eorum præmittis quasi Martyris librum, & id Romanis auribus ingeris, quod translatum totus orbis expavit? aut certe si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas, nihil de Græco mutes, & hoc ipsum Præfatione testare, quod prudentissimus Papa Anastasius in Epistola, quam contra te scribit ad Episcopum Joannem, suo sermone complexus est, me liberans, qui id feci, & te arguens qui facere voluisti. At ne forsitan hoc quoque neges, subjeci exemplum ejus, ut si non vis audire fratrem monentem, audias Episcopum condemnantem.* Verum hinc nostra valide confirmatur sententia; prima enim Hieronymi adversus Rufinum Apologia, non anno sequenti, ut arbitratus est Baronius, sed currenti elucubrata, ut paulo post demonstrabo. Quare cum primæ suæ Apologiæ exemplum Epistolæ Anastasii Papæ ad Joannem Hierosolymitanum subjecerit Hieronymus, ea hoc anno proculdubio data.

XII. *Refellitur secunda.* Aliam rationem deducit Baronius ex Hieronymo in Apologia 2. adversus Rufinum, in qua ait: *Esto præteriti anni ego Epistolam finxerim, recentia ad Orientem scripta quis misit, in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus, ut eum cum legeris, magis te velle defendere incipias, quam nos accusare.* Quibus ex verbis Baronius infert Hieronymum insinuare eam ab Anastasio Papa Epistolam datam esse anno CCCCII. anno nempe sequenti ab eo quo idem *Rufinus* ab Anastasio Romam vocatus est ad judicium. Quare duas ab Anastasio Epistolas in causa Rufini scriptas autumat Baronius, unam ad ipsummet *Rufinum*, quæ citatoria esset, alteram ad *Joannem Hierosolymitanum*, quæ Rufini condemnatoria; primam hoc anno, quæ visa est Rufino supposititia; secundam anno CCCCII. quæ significetur nomine *scriptorum recentium ad Orientem*. At cum ambæ Anastasii contra *Rufinum* literæ in Orientem missæ sint, & neutra ad Rufinum directa, sed utraque ad Joannem Hierosolymitanum, Hieronymus loco a Baronio laudato explicari non potest de aliqua Epistola citatoria hoc anno ad *Rufinum* directa. Imo ex Hieronymi verbis constat, Epistolam Anastasii ad Joannem, de qua nunc agitur, datam esse præsenti anno. Posterior enim, quæ ad nos non pervenit, quæque missorum in Orientem scriptorum nomine intelligitur, pervenerat Hierosolymam anno CCCCII, jam tunc cum Hieronymus scriberet secundam Apologiam adversus Rufinum. Hieronymus quippe quando ait; *Esto præteriti anni ego Epistolam finxerim*, de alia Epistola loqui non potest, quam de ea, cujus exemplar Apologiæ suæ primæ hoc anno scriptæ subjecerat, de qua supra actum est; neque Rufinus aliam Epistolam falsitatis & suppositionis arguere potuit, quam adversus se scriptam, & ab Hieronymo primæ suæ Apologiæ assutam.

XIII. *Refellitur tertia ex Hieronymo.* Porro eam Anastasii ad Joannem Hierosolymitanum Epistolam, quæ adhuc superest, his Hieronymi verbis exprimi: *Esto præteriti anni ego Epistolam finxerim*, ideoque & currenti anno datam, evidenter demonstrat Hieronymus in Apologia secunda, omnium consensu anno sequenti scripta. Ibi enim pag. 362. Tom. II. Operum suorum, inquit: *In Epistola Sancti Papæ Anastasii* (cujus exemplar ad Rufinum Hieronymus hoc anno transmiserat) *lubricus antistes, & turbatus, in quo figas gradum non reperis. Modo enim dicis a me esse compositam, nunc ab eo ad te debuisse transmitti, cui missa est*, a Joanne scilicet Hierosolymitano, ad quem ea scripta. Et paulo post: *Si a me fictam Epistolam suspicaris, cur eam in Romana Ecclesia chartario non requiris; ut cum deprehenderis ab Episcopo non datam, manifestissime criminis reum teneas; & nequaquam mihi araneorum opponas casses, sed fortissimo me & solidissimo constringas reti. Si autem Romani Episcopi est, stulte facis ut ab exemplar Epistolæ petere, cui missa non est* (sed particula, non, delenda, quæ revera non legitur in Codicibus MSS. Colbertino num. 3704. Sangermanensi num. 147. & Navarreo; antea enim dixerat Hieronymus questum esse Rufinum, quod is cui missa erat Epistola, nempe Joannes, eam ad se non transmisisset, & ipsemet Hieronymus Apologiæ primæ ejusdem Epistolæ exemplar subjecisset) *& non ab illo qui miserit; de Oriente exspectare testimonium, cujus auctorem & testem habens in vicino. Vade potius Romam, & præsens apud eum postula, cur tibi & absenti, & innocenti fecerit contumeliam. Primum, ut non reciperet expositionem fidei tuæ, quam omnis, ut scribis, Italia comprobavit; & facula tuarum uti noluerit literarum contra canes tuos: deinde ut Epistolas contra te ad Orientem mitteret, & cauterium tibi haeresis, dum nescis, inureret: diceretque libros Origenis περὶ ἀρχῶν a te esse translatos: & simplices Romanæ Ecclesiæ plebi traditos, ut fidei veritatem, quam ab Apostolis didicerant, per te perderent, & te quo tibi majorem facerent invidiam, ausum fuisse criminari hos ipsos, Præfationis tuæ testimonio roboratos.* & paulo post: *Esto præteriti anni ego Epistolam finxerim, recentia ad Orientem scripta quis misit? In quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus.*

XIV. *Verba Hieronymi magis explicantur.* Ex his Divi Hieronymi verbis tria discimus. Primum non unam in Orientem adversus Rufinum, sed plures ab *Anastasio* missas esse Epistolas, ideoque nomine Epistolæ *præteriti anni* Hieronymum non intelligere Epistolam citatoriam missam ad *Rufinum*; cum is non in Oriente, sed *Aquileiæ* versaretur. Secundum, hæc Hieronymi verba: *Si autem Romani Episcopi est, stulte facis ab eo, &c.* non intelligi, ut putavit eruditissimus Card. Norisius laudatus, de aliqua Epistola Anastasii data ad Theophilum; cum hic de damnato ab se Origene ad Anastasium scripsisset: manifeste enim apparet, ibi Hieronymum de alia Anastasii Epistola non loqui, quam de ea, quam *Anastasius* ad Joannem Hierosolymitanum miserat; cum eam solam ab Hieronymo compositam *Rufinus* quereretur. Certe in secunda Apologia anno CCCCII. scripta, de alia Epistola a se ficta, ut ei imponebat *Rufinus*, loqui Hieronymus non potest, quam de ea quam anno CCCCI. priori suæ Apologiæ subjecerat. Ex laudatis enim Hieronymi verbis tertio discimus, Epistolam illam *Anastasii* priori Apologiæ adversus Rufinum assutam, aliam non esse quam Epistolam ejusdem Pontificis ad Joannem Hieroso-

neglexerit, quodque de objectis criminibus minime satisfecerit, jure meritoque sententiam damnationis accepit, prout jam dictæ datæ ab eodem Pontifice anno sequenti litteræ ad Joannem Hierosolymorum Episcopum docent. Quæ autem adversus invectivas ejus in S. Hieronymum ipse rescripserit, anno sequenti,

PAGIUS

rosolymitanum, quæ extat; cum in ea, quæ mox ex Hieronymo retulimus, iisdem fere verbis legantur: *Hoc igitur mente concepto*, inquit Anastasius in ea ad Joannem Epistola, *illum qui Urbis nostræ populis opera translata Origenis lectione patefecit, quandam puris mentibus veluti nebulam caritatis injicere, fidemque Apostolorum & majorum traditione firmatam, velut devote anfractibus, voluisse dissolvere*. Et non multo post: *Origenis quidem scripta & errores damnavimus: interpretem vero, cum non satis neque sua Præfatione ad libros Origenis, neque Apologia ad nos missa se purgaverit, imo forte iisdem erroribus ve ipsa consentiat, Romam ad judicium Sedis Apostolicæ vocavimus, & renuentem venire, eadem sententia involvimus*. Quare non minus certum est, Epistolam Anastasii ad Joannem, quæ extat, hoc anno scriptam, quam priorem Apologiam Hieronymi adversus Rufinum, in qua ejus diserta mentio, compositam.

XV. *Novum argumentum contra nostram sententiam.*

Em. Card. Norisius loco citato hæc Hieronymi in secunda Apologia verba, *recentia ad Orientem, scripta quis misit, in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus?* de Epistola Anastasii ad Joannem Hierosolymitanum, quemadmodum Baronius intelligit, aitque, anno sequenti cum Hieronymus scripsit Epistolam LXXVIII. ad Pammachium & Marcellam, & secundam Paschalem Theophili ad eosdem misit, nondum Anastasii Papæ literas anno CCCCII. datas ad Joannem Hierosolymitanum accepisse; cum in ea scribat: *Prædicationem quoque Marci Evangelistæ Cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet; quamquam celebri sermone vulgatum sit: beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis hæreticos persecutum: ejusque literæ docent, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum est*. At in Epistola ad Joannem Hierosolymitanum, inquit Card. Norisius, non modo Origenis libros damnat, sed eosdem quoque ab Imperatoribus proscriptos fuisse significat, & Rufinum nominatim acriter increpat, inter cætera eumdem damnatum ab se tradens.

XVI. *Refellitur.*

Verum quando Hieronymus anno sequenti Epistolam LXXVIII. ad Pammachium & Marcellam scripsit, ignorare non potuit quin hoc anno Origenis libri ab Anastasio damnati fuerint, & Rufinus nominatim acriter increpatus; cum in sua prima Apologia hoc anno elucubrata dicat: *cur translaturus hæretica, in defensionem eorum prætexeris, quasi Martyris librum; & id Romanis auribus ingeras, quod translatum totus Orbis expavit; aut certe si ideo anticipabas, ut eum (Origenem) hæreticum arguas; nihil de Græco mutes; & hoc ipsum Præfatione testare, quod prudentissime Papa Anastasius in Epistola, quam contra te scribit ad Episcopum Joannem, suo sermone complexus est*, & cætera supra recitata. Si igitur Hieronymum hoc anno non latuit Epistola contra Rufinum ad Joannem Hierosolymitanum scripta, quam Em. Card. Norisius deperditam credit, quomodo anno sequenti hoc ipsum ignorare potuit, quando ad Pammachium & Marcellam scripsit? Præterea si *Anastasius* in ea ad Joannem Epistola *Rufinum* nominavit, atque redarguit, quis credat eumdem Pontificem in Epistola, quam Cardinalis Norisius arbitratur eum hoc anno ad Theophilum dedisse, Rufini nomini pepercisse? Nullus itaque dubito, quin *Anastasius* in literis ad Joannem, sive quæ deperditæ sunt, sive quæ extant, in Rufinum semper invectus sit; cumque ea dictis appareat, ejus Epistolam ad Joannem, quæ ad nos pervenit, hoc anno datam, eaque his verbis claudatur: *Illud tamen tenere te cupio, ita haberi a partibus nostris alienum*, (nempe Rufinum) *ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit, ubi possit absolvi*, anno sequenti Hieronymum eam ad Pammachium & Marcellam Epistolam scribentem minime fugere potuit, quin hoc anno Rufinus ab Anastasio damnatus fuerit, quod summus Pontifex his verbis, *ipse denique viderit, ubi possit absolvi*, evidenter demonstrat. Quoad verba Hieronymi numero præcedenti recitata, is dicit: *prædicationem quoque Marci Evangelistæ Cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet*, quia scilicet posteriores Anastasii Papæ literas adversus Origenem datas nondum viderat Hieronymus; sub hujus enim anni finem datæ erant paulo ante Anastasii mortem; hasque ad nos non pervenisse, jam supra diximus. Subdit Hieronymus: *Quamquam celebri sermone vulgatum sit, beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis hæreticos persecutum*, ubi significat, se jam fama vulgante accepisse prædicationem Marci Cathedra Petri fuisse confirmatam, idest, Origenistas ab Anastasio posterioribus suis literis iterum jugulatos, *ejusque literæ docent*, priores scilicet, (quas Anastasius hoc anno ad Joannem Hierosolymitanum scripsit), *damnatum in Occidente quod in Oriente damnatum est*. Nec mirum videri debet, Anastasium diversis literis eos hæreticos persecutum; cum Theophilus, qui eos hoc anno damnavit, sequenti iterum in secunda sua Epistola Paschali eos persecutus sit. In eo itaque peccat E. Cardinalis Norisius, quod quæ Hieronymus de prioribus Anastasii literis intelligit, ipse de posterioribus interpretetur, & quæ priores sunt, posteriores esse dicat.

XVII. *Hieronymus scribit Apologiam primam contra Rufinum.*

Rufinus duos *Invectivarum libros*, adversus Hieronymum, quos anno CCCXCIX. ut supra ostendi, inchoavit, hoc anno absolvit, & ad eumdem in Orientem transmisit. Antequam tamen eos libros Hieronymus accepisset, manum admovit *Apologiæ primæ* adversus Rufinum in duos libros divisæ, cum jam earumdem Invectivarum excerpta a pluribus, qui ex Italia in Palæstinam veniebant, memoriter recitata intellexisset; *Sic pudens*, inquit Hieronymus de Rufino in secunda Apologia, de qua infra, *ut catervatim de Occidente venientes mihi tua maledicta narraverint, ita memoriter, & consentanee, ut ego cogerer, non scriptis tuis, quæ necdum legeram, sed scriptorum respondere opinionibus*. Baronius quidem anno CCCCII. num. XXXII. & seqq. tam duos illos Invectivarum libros, quam primam Hieronymi adversus Rufinum Apologiam anno sequenti in lucem prodiisse autumavit. Sed cum Anastasius die decima quarta mensis Decembris currentis anni ad Deum migrarit, eoque vivente Apologia illa edita sit, ut ex ejus lectione patet, & Baronius fatetur, non du-

ti, suo loco pluribus dicturi sumus. Scripta quoque est hoc anno a Theophilo Episcopo Alexandrino secunda Paschalis epistola (ut superius exacte vidimus) qua idem Antistes Origenis errores cum eorum auctore majori exagitavit efficacia, dicendique potentia; quam postea S. Hieronymus Latine redditam misit in Occidentem.

V. Quod rursum ad res Occidentalis Ecclesiæ pertinet: hoc anno mense Junii habita est Synodus provincialis Carthagine

PAGIUS

dubium nolo hæc ad præsentem annum pertineas, accurateque Sigebertus in Chronico hoc anno scripserit: *Hieronymus & Rufinus presbyter Aquileiensis orta inter se simultate pro quæstionibus Scripturarum, libros Invectivarum, satis quidem luculento, sed nimis mordaci sermone, in alterutrum scribunt*. Hieronymus in libro primo prioris suæ Apologiæ Rufini Apologeticum pro Origene Sancto Pamphilo adsutum vellicat, ac translati a se Periarchon rationem reddit: in altero vero scriptam ad Anastasium Papam ab eodem Rufino Epistolam examinat, alia insuper refellens, quæ contra abs se edita in sacras literas Commentaria a *Rufino* scripta fuisse ex Pauliniano fratre intellexerat.

XVIII. *Prior Apologia Hieronymi adversus Ruffinum hoc anno edita*.

Hanc priorem Hieronymi Apologiam, Cardinalis Norisius & Garnerius locis laudatis, ubi cum Baronio sentiunt *Anastasium* die XXVII. mensis Aprilis anni insequentis demortuum, præsenti anno scriptam esse, hac fere ratione probant; Hieronymus duos priores Apologeticos libros in Oriente conscripsit, eosque ad Pammachium & Marcellam quibus eosdem nuncupaverat, misit, quorum exemplaria cum in manus amicorum Rufini venissent, ii ad eundem *Aquileiam* transmiserunt, quæ postea cum Rufinus prolixa satis Epistola confutasset, una cum duabus Invectivis ad Hieronymum direxit. Verum si *Anastasius* die XXVII. Aprilis sequentis Christi anni decessit, nulla ratione fieri potuit, ut tam brevi spatio, id est, intra quatuor priores menses anni CCCCII. Hieronymus duos illos libros, quibus prima Apologia constat, exaraverit, hique Romam, dein Aquileiam missi sint, & Rufinus eosdem impugnarit, ac per Orientalium mercium negotiatorem, qui eorumdem delator fuit, libros Invectivarum, novamque Apologeticam Epistolam ad Hieronymum deferendam curaverit, quibus *Hieronymus* eodem anno alteram Apologiam statim reposuerit, antequam *Anastasius* e vivis excederet. Nam secundam Hieronymi Apologiam ante Anastasii obitum scriptam ex his verbis, quæ in ea leguntur, *viventis Anastasii dicta contemnis*, colligit Baronius. Ita E. Card. Norisius & Garnerius. Sed hæc verba tantum indicant, Anastasii mortem nondum in Oriente nunciatam fuisse anno sequenti, quando Hieronymus secundam suam adversus Rufinum Apologiam elucubravit.

XIX. *Refellitur fundamentum contrariæ sententiæ*.

At, inquit ibidem Baronius num. XXX. & seq. Hieronymus in posteriori Apologia *triennium* numerat ab eo tempore, quo ipse ad *Rufinum* Epistolam dederat: est autem Epistola ab Hieronymo ad Rufinum data anno CCCXCIX. ut ibidem Baronius num. XXXIV. habet, nosque suo loco monstravimus. Verum ex illis verbis Hieronymi deduci tantum potest, eam Apologiam anno sequenti editam, quod nullus in dubium revocat, tota difficultate versante de anno, quo prior Apologia conscripta. Dicit secundo Baronius in lib. 2. prioris Apologiæ Hieronymum, dum numerat annos ex quo scripsit librum de Scriptoribus Ecclesiast. asserere illum a se editum *ante annos ferme decem*, quem, ut in eo libro legitur, anno XIV. Theodosii emissum constat; sed si liber ille de Script. Ecclesiast. exaratus est ab Hieronymo anno CCCXCII. cujus mense Januario *Theodosius* annum XIV. Imperii sui exorsus est, ab eo Christi anno ad currentem, anni decem utrimque incompleti, ut plerumque ab Historicis numerantur, intercurrunt. Ita Baronius. Verum cum librum illum Hieronymus anno XIV. Imperii Theodosiani absoluto, annoque CCCXCIII. publicaverit, ut suo loco ostendi, Hieronymus non loquitur de pleno decennio, ut his verbis manifeste indicat, *ferme decem*, sed numerum plenum pro incompleto ponit, ut Socrates lib. 6. cap. 10. quando de Theophilo Episcopo Alexandrino ait: *Libros Origenis, qui ante ducentos ferme annos mortem oppetierat, eadem qua Epiphanius condemnationis sententia perculit*. Et tamen Origenes vita functus est anno CCLIII. ut ibidem num. XVI. ostendi, ideoque ab eo anno ad currentem ipsi sunt tantum anni centum quadraginta novem. Similia passim exempla occurrent.

XX. *Variæ Synodi in Oriente adversus Origenistas coguntur*.

Hoc anno, quo hæc in Oriente agebantur, *Posthumianus* ille, qui apud Severum Sulpicium Dialogum agit, e Gallia Alexandriam appulit, & quæ inter Origenistas & eorum adversarios transacta sunt, præsens conspexit. Narrat illa Baronius anno CCCXCIX. num. XXXIX. & seqq. quæ huc revocanda. Ibi inter alia dicit Posthumianus: *Congregati in unum sæpius Sacerdotes frequentibus devenisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet, qui tractator sacrarum Scripturarum peritissimus habebatur, sed Episcopi quædam in libris ipsius insanius scripta memorabant*, &c. Cum autem Hieronymus in Apologia prima hoc anno scripta affirmet, tam in Oriente, quam in Occidente adversus Origenistas Synodos habitas, manifestum est, Posthumianum loqui de rebus hoc anno gestis, & quæ loco citato de eo Baronius refert, hoc anno contigisse. Liquet secundo, *Posthumianum* hoc anno, non vero sequenti, ut putavit Le-Bruns in editione operum Sancti Paulini, in ejus vita cap. 40. e Gallia in Orientem iter fecisse, cum Synodi, de quibus Posthumianus loquitur ab hoc anno removeri non possint. Liquet tertio, Synodum *Cypriam* a Sancto Epiphanio Salaminæ Episcopo non solum indictam fuisse hoc anno; sed etiam postquam Theophilus Alexandrinam celebravit. Is enim in Epistola ad eum data, quæ inter Hieronymianas ordine est LXVII. & in qua de Origenistarum damnatione loquitur, ait: *Pauca ex iis, quæ gesta sunt, in generali Epistola, quam ad omnes in commune direxi* (e Synodo sc. Alexandrina) *comprehendi. Dignationis tuæ est quæ in hujuscemodi certaminibus sæpe ante nos pugnavit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulæ Episcopos*, &c. quare eos nondum Epiphanius congregarat; ideoque falluntur Socrates lib. 6. cap. 10. & Sozomenus lib. 8. cap. 14. qui asserunt Theophilum, Epiphanii exemplo, Synodum adversus Origenistas convocasse, cum e contra Epiphanio præiverit hac in re Theophilus. Liquet denique omnia fere, quæ Baronius de Origenistis habet anno CCCXCIX. & superiori ad præsentem pertinere, quo ea uno tenore examinanda esse duximus.

XXI. A num. V. ad XVI. *Concilium quintum* Carthaginense in Collectione veteri est illud, quod ha-

Concilium Carthaginense Provinciale.

gine, qua decretum est de legatione mittenda Romam ad Anastasium Romanum Pontificem, atque Mediolanum ad Venerium ejus sedis Episcopum, ut Africanæ Ecclesiæ sacris ministris maxime indigenti consulerent. Quod enim ad temporis rationem pertinet; cum hæc Synodus (ut ejus Acta significant) celebrata dicatur post Consulatum Flavii Stiliconis, utique ad præsentem annum referenda est, qui primus sequitur post ejusdem Stiliconis Consulatum priorem: nec est quod ad posteriorem ejus Consulatum referri possit, qui post annos sex contigit, quando jam Anastasius Papa, cujus est in Synodo mentio, ex hac vita migrarat. Quanta autem Africana Ecclesia laboraret penuria clericorum, ex verbis Aurelii Episcopi Carthaginensis accipe, quibus sic allocutus est Patres (a):

(a) Extat to. 1. Concil.

VI. Legatio ab Ecclesia Africana ad Anastasium, & Venerium.

*Ecclesiarum Dei per Africam constitutarum necessitates mecum optime novit charitas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit Dominus, ut ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia: videtur mihi, ut has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbaverit vestra sinceritas; sit consequens, eligendum esse unum ex nostro numero consacerdotem, qui, auxiliante Domino & orationibus vestris, & has ipsas necessitates suscipere possit, & graviter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, ut tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris venerabili sancto fratri Anastasio sedis Apostolicæ Episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis Ecclesiæ necessitatem ipsam atque dolorem atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum: quo noverint communi periculo providendum; maxime quia tanta indigentia est clericorum, multæque Ecclesiæ ita desertæ sunt, ut ne unum quidem diaconum vel illiteratum * habere reperiantur. Nam de cæteris superioribus gradibus & officiis tacendum arbitror: quia (ut dixi) si ministerium diaconi facile non invenitur, multo magis superiorum honorum inveniri non posse, certissimum est. Et quotidianos planctus diversarum pene emortuarum plebium jam non sustinemus: quibus nisi fuerit aliquando subventum, gravis nobis & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Dominum mansura est.* Hactenus Aurelius.

* lectorem

Cui autem Episcoporum ejusmodi fuerit decreta legatio, haud exploratum satis haberi potest. Annuisse Synodi petitioni Anastasium Papam, ministros Ecclesiæ in Africam mittendo, argumento est, quod & his majora curavit. Scribens enim ad Africanos Episcopos, de reducendis in Ecclesiam Donatistis, provinciam perdifficilem aggrediendam, admonuit; quod opus solicitius impleri mandavit: dicemus de hac re, cum paulo post sermo erit de universali Synodo Carthaginensi hoc eodem anno eadem ex causa mense Septembris magna celeritate atque celebritate congregata, jussu (ut ex ea colligitur) ejusdem Pontificis Anastasii. Sed & Venerium Mediolanensem Episcopum favisse votis Africanorum Episcoporum, ex eo existimamus, quod peculiaris ille auctor Vitæ S. Ambrosii Paulinus, ejusdem Ecclesiæ quondam lector, in Africam amandatus apparet; consedisseque Carthagine apud Fortunatum diaconum, ipse testatur; & quidem S. Augustini petitione se scripsisse ejusdem S. Ambrosii res gestas, in eadem ipse scriptione confirmat. Quem quidem & eumdem illum putamus esse Paulinum, qui in eadem Ecclesia Africana adversus hæresim Pelagianam primus omnium strenue Cœlestium exagitans decertavit, de quo suo loco pluribus agendum erit.

VII. Anastasius laborat pro restituenda Ecclesia Africana.

VIII.

In hac ipsa igitur priori Synodo Carthaginensi trigintaduo canones editi leguntur ex recitato Breviario canonum Hipponensis Concilii, de quo superius mentio facta est; inter quos & canon ille reperitur insertus, quo in Ecclesia etiam passiones martyrum in eorum anniversaria die legi conceduntur (b). Porro Aurelius Episcopus Carthaginensis solicitus fuit, ut hoc eodem anno ex omnibus Africanæ Ecclesiæ provinciis ad Synodum colligerentur Episcopi; indixitque Synodum generalem ad mensem Septembris, ut omnium sententia summi pon-

(b) Concil. Carth. c. 13.

PAGIUS

Concilium V. Carthaginense.

habitum fuit *post Consulatum Fl. Stilichonis, XIV. Kalend. Julias*, id est, currentis Christi anni: cui adjuncti sunt quoque canones Synodi habitæ *Vincentio & Flavito Coss. Ibid. Septembris* ejusdem anni, quæ Synodus Carthagine celebrata ex omnibus Provinciis Africæ alia est a priori. Attamen cum eodem anno celebrata fuerit, sub unius Concilii *quinti* nomine exhibetur in Collectione veteri. Quod accuratius & rectius distinguitur apud Dionysium & apud Ferrandum. De utraque Synodo legendus Marca in Dissert. de Veter. Collect. Can. cap. 8. & 9. & Schelstratius in Dissert. III. de Ecclesia Africana cap. 10. qui plura notant de canonibus in iisdem synodis editis.

Honorius Imperator *prid. Id. Jul. post Consulatum Stilichonis & Aureliani*, hoc sc. anno emisit legem 36. Cod. Theod. *de Episcopis*, qua immunitas Clericorum Catholicorum, & Monachorum seu Continentium confirmatur. qua lege per Africam Proconsularem ad Clericatum quamplures invitare voluit: quia, ut apparet ex Concilio Carthaginensi hoc anno habito, magna in Africa Clericorum penuria fuit.

XXII. *Plures in Africa ad Clericatum ab Imperatore invitantur.*

ponderis res tractaretur, nimirum pax universalis cum omnibus Donatistis; sciens in hanc rem ineundam sua admonitione incumbere Romanum Pontificem, & vota simul concurrere Imperatorum.

IX. Concilium generale Carthaginense.

Quod igitur hoc anno Anastasius Papa de Ecclesia universali curam gereas, sciens ipsam Ecclesiam Africanam ex Donatistarum schismate magnopere laceratam, de unitate ardentiori studio procuranda litteras dedisset ad Aurelium Episcopum Carthaginensem aliosque aliarum in Africa provinciarum Episcopos: iidem plurimi facientes admonitionem Romani Pontificis, indixerunt generale Concilium Carthagine; quo ex omnibus provinciis Africanis hoc anno ad Idus Septembris de his acturi convenerunt Episcopi. Hæc quidem omnia ex iis quæ idem Aurelius Carthaginensis Episcopus in eadem Synodo præfatus est, satis explorata redduntur. Primum vero ejusmodi Concilio præficiuntur iste titulus & præfatio: (a) *Vincentio & Flabito viris clarissimis Consulibus, Idib. Septembris, Carthagine in Secretario basilicæ Restitutæ, cum in Concilio congregati in Ecclesia Carthaginensi consedissemus ex Africanis omnibus provinciis Episcopi, id est Aurelius ejusdem sedis Episcopus cum collegis suis, quos eorum subscriptio manifestat: ait idem Aurelius Episcopus: Recitatis epistolis beatissimi fratris & consacerdotis nostri Anastasii Ecclesiæ Romanæ Episcopi, quibus nos paternæ, & fraternæ charitatis solicitudine ac sinceritate adhortatus est, ut de hæreticorum, & schismaticorum Donatistarum insidiis & improbitatibus, quibus Africanam Catholicam Ecclesiam graviter vexant, nullo modo dissimulemus. Gratias agimus Domino nostro, quod illi optimo & Sancto Antistiti suo tam piam curam pro membris Christi, quamvis in diversitate terrarum, sed in una compage corporis constitutis, inspirare dignatus est.* Ista ipse coram Patribus Aurelius prælocutus est: quibus intelligas Romani Pontificis universale in Ecclesia regimen: sciasque pariter, sic Aurelium appellare Anastasium collegam, fratrem, & consacerdotem, ut tamen eumdem recognoscat & patrem, cum commendat ejus paternam, & fraternam erga omnes charitatis solicitudinem.

(a) Extat in fontium Concil. Africa. c. 33. tom. 1. Concil.

X. De perquirendis actis Donatistarum.

Quod autem spectaret ad conciliandos Ecclesiæ Catholicæ Donatistas, in negotio plane difficillimo, ac sæpe frustra tentato, visum omnibus lenitate potius, quam severitate agendum fore. Sed & quod turpe censeretur Orthodoxæ fidei professoribus, aliter quam ratione adversarios superare; illud in primis Patres excogitarunt, ut in universas Africanas provincias, ad ipsarum Præfectos ac Judices, penes quos Acta publica servarentur, litteras darent, quibus significarent, ut ab iisdem curarentur exquiri omnibus in locis, in quibus Maximianistæ a prioribus Donatistis avulsi, haberent Ecclesias, res gestæ in publica monumenta relatæ: hæc idcirco, ut ex actis ipsis Donatistarum cum Maximianistis, manifesti iidem (ut dictum est superius) convinci possent erroris: frustraque ipsos objicere in Catholicos, quæ ipsi sæpius perpetrassent contra Maximianistas: ut S. Augustinus frequenter inculcans exprobrat, suismet ipsorum factis illos omnino convincens.

XI. Quid ab Anastasio Papa petendum.

Sed & illud decretum, quod ad pacem, & unitatem ineundam conducere visum est, ut ad ipsum in primis Apostolicæ sedis Antistitem Anastasium aliosque transmarinos Episcopos scriberetur, ut Donatistis redire volentibus ad Ecclesiam Catholicam indulgeretur, in iisdem ordinibus apud suos ante susceptis (si hoc recipiens Episcopus conducere existimaret) posse perseverare: quod quidem olim Melchiadis Papæ tempore in Romano Concilio cum eisdem Donatistis fuisse transactum, diximus: licet postea in transmarina Synodo illud de Donatistis sancitum fuerit, ne redeuntes ad Ecclesiam cum honoribus ante obtentis reciperentur. Sed in præsens Africani Episcopi id illis concedi postulant, ut eo modo recipere ipsos possent, quod universali paci Ecclesiæ id maxime profuturum intelligerent.

XII. De mittendis legatis ad Donatistas.

Quid vero acturi essent post accepta a provinciarum Judicibus Acta publica Donatistarum cum Maximianistis, postque indultam ab Anastasio Papa facultatem recipiendi eos ad Catholicam Ecclesiam redeuntes, si expediret, etiam cum honoribus: Patres ita in eadem sessione decernunt (b): *Deinde placuit, ut his peractis, legati etiam prædicandæ pacis & unitatis gratia, sine qua salus Christiana non potest obtineri, e numero nostro ad ipsorum Donatistarum, sive quos habeant Episcopos, sive ad plebes mittantur: per quos omnibus in notitiam perferatur, quam nihil habeant, quod adversus Ecclesiam Catholicam juste possint dicere: maxime ut manifestum fiat omnibus per Gesta etiam municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint: ubi eis divinitus demonstratur, si attendere velint, tam inique tunc illos ab Ecclesiæ unitate præcisos, quam inique nunc clamant a se Maximianistas schisma fecisse: ex quorum tamen numero quos jam plenarii Concilii sui auctoritate damnaverant, in suis honoribus denuo receperunt; & baptismum, quem damnati & exclusi dederant, acceperunt. Ut videant quam stulto corde resistant paci Ec-*

(b) Conc. Afric. c. 36.

Ecclesiæ toto Orbe diffusæ, cum istu faciant pro parte Donati; neque se istorum quos ita receperunt, communione propter custoditum pacis contaminari dicunt; & nos condemnent, id est, Ecclesiam Catholicam etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accusantes convincere nequiverunt. Hæc summa fuit legationis pro conciliatione Donatistarum mittendæ, & quidem, (ut arbitror) Sancti Augustini suggestione; qui agens contra Petilianum, Cresconium, atque alios Donatistarum Episcopos, eo irrefragabili ad convincendos ipsos utitur argumento; nimirum nihil esse quod eos retardare posset ab ineunda cum Catholicis concordia, etiam si lapsorum communicatione olim inquinati fuissent: nec respuendum ab eis notum baptisma. Nam si ob bonum pacis illi id præstare Maximianistis decreto universalis Concilii decrevissent: quomodo non magis ob totius Christiani Orbis cum eis conjunctionem & pacem id ipsum præstare solicitius debuissent?

XIII. Decreta in Synodo Carthaginensi.

His in Concilio, Patribus consultis, firmiter stabilitis, quatuordecim reperiuntur statuti canones ad disciplinam Ecclesiasticam recte instituendam, restituendamque ex antiquioribus regulis, ut de cælibatu diaconorum, presbyterorum, & Episcoporum, deque non transferendis Episcopis de sede in sedem, de baptizandis infantibus, & aliis, quorum nonnulla in aliis Conciliis ante habitis reperiuntur fuisse decreta, quæ relinquimus disquirenda lectori. Ad postremum vero illud additum est decretum, ut litteræ legatorum, qui mittendi essent ad Donatistas, scriberentur omnium nomine ab Episcopo Carthaginensi; quod & postea factum est, cum eædem legationes mittendæ fuerunt.

XIV. Anastasius Papa concessit quæ petierunt Episcop. Africani.

Quid autem post actum sit, accurate pervestigemus. Missis a Concilio litteris ad Anastasium Romanum Pontificem & alios Italiæ Episcopos pro indulgentia redeuntium Donatistarum ad Ecclesiam, nimirum, ut si Episcopo eos recipienti expediens visum sit, iidem cum honoribus ordinibusque reciperentur: Indulsisse id ipsum Anastasium Papam, & qui cum eo congregati erant Episcopi, certum illud est argumentum; quod constet Africanos Episcopos ea usos esse concessa auctoritate. Nam S. Augustinus hæc adversus Cresconium (a) habet: *De Episcopis quidem vel clericis recipiendis alia quæstio est. Quamvis enim eum apud vos ordinantur, non super eos invocetur nomen Donati, sed Dei: tamen ita suscipiuntur, ut videtur paci & utilitati Ecclesiæ convenire*: & paulo inferius: *Proinde vestri Episcopi, seu quilibet clerici quantum ad illa Ecclesiastica officia pertinet sic in Catholicum suscepti sunt unitatem, quemadmodum expedire videbatur iis, quorum saluti per eorum consulebatur officium vel exercendum, vel omittendum, &c.* Hæc ex decreto Anastasii Romani Pontificis & eorum qui cum eo convenerunt Episcoporum: desiderantur tamen epistolæ, quas Pontifex de his reddidit ad Episcopos Africanos. Quomodo autem, cum hæc omnia Africani Episcopi ab Anastasio Romano Pontifice accepissent, iterum Carthagine convocato Concilio, de his omnibus per legatos Roma redeuntes redditi certiores, de conveniendis Donatistis edidere decretum, suo loco dicemus. Jam vero quæ Africanæ Ecclesiæ reliqua sunt anni hujus ordine prosequamur.

(a) Aug. cont. Crescon. l. 2. c. 11. 12.

XV.

Hoc item anno Honorius Imperator pro clericis ista rescripsit ad Pompejanum Proconsulem Africæ (b):

(b) l. 36. de Episc., & cleric. C. Theod.

Honorius immunitatem concedit Catholicis clericis & monachis.

Quicumque Catholicæ religionis clerici intra eum modum, unde victus emendi vendendique usum lege præfinitum exercent: ab auraria pensione habeantur immunes. Ab his quoque, quos a publici laboris actu & gradus clericatus, & (quod non minus est) sanctior vita defendit, præcipimus temperari. Nec enim ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur, subjacere patimur injuriæ, &c. Dat. prid. Id. Jul. Mediol. post Consulatum Stilichonis & Aureliani VV. CC. Hæc rescribens pro Catholicis tantum Africanæ Ecclesiæ Imperator, tacite admonitos voluit, Donatistas, ut alienos ab Ecclesia, ab Imperatore rejectitios haberi; ut ita ea vexatione tributorum ad mentem integram redire deberent. Quod vero iisdem, quibus clericos, privilegiis frui voluit eos, *quos*, inquit, *sanctior vita defendit*: per hos esse monachos intelligendos, omnes puto consentient.

XVI.

His autem de rebus hoc anno gestis in Occidente narratis, jam in Orientem, in

PAGIUS XXIII. *Nascitur Theodosius Junior.*

A num. XVI. ad LVI. Imperatori *Arcadio* natus hoc anno *Theodosius*, *Junior* vulgo dictus, *tertio Idus Aprilis*, ut scribit Marcellinus in Chronico sub hujus anni Coss. vel *quarto Idus Aprilis*, ut habent Socrates lib. 6. cap. 6. & Auctor Chronici Alexandrini. Baronius num. XXV. dicit, Sozomenum lib. 8. cap. 4. ejusdem esse cum Socrate sententiæ; quod verum est quoad annum, sed diem, de quo controversia est, Sozomenus prætermittit. *Theodosius* vero hoc anno Imperator designatus, sed sequenti tantum renunciatus, ut ibidem num. XXVII. ostendam, & locum Marci Diaconi in Vita Sancti Porphyrii Episcopi Gazensis cap. 6. qui contrarium innuere videtur, explicabo.

XXIV.

Cum insolentia Ethnicorum adversus Christianos in urbe Gazensi, quæ *Civitas est Palæstinæ in confinio Ægypti*, eo magis cresceret, quo Chri-

in ipsam regiam civitatem Constantinopolim commigret oratio, ibi diutius rerum gestarum copia detinenda. Hoc igitur anno, quinto Id. Apr. (ut auctores sunt Socrates (a), Sozomenus (b), Marcellinus (c), & alii) Arcadius Imperator auctus est filio, quem patris nomine Theodosium nominavit. At quæ præcesserunt natale ipsius, quæve mox fuerint subsecuta, nempe baptismus & alia ex fidelissimo auctore, qui interfuit, nempe Marco Gazensi diacono, verbis ipsius hic describamus. Ad hæc enim ipse narranda incidit, cum profectionem Joannis Cesareæ Palæstinæ atque S. Porphyrii Gazensis Episcoporum Constantinopolim ob rem gravissimam, nempe ob demolitionem famosissimi Marnæ idoli templi, ad Imperatorem Arcadium, pluribus narrat. Quamquidem historiam, ut rem dignissimam ad institutumque spectantem reddemus. Sed antequam eam aggrediamur; debet lector meminisse, quæ ante biennium recitata sunt ex eodem auctore de sua ipsius eadem ex causa suscepta legatione ad eumdem Imperatorem; quam ministri illius, cui negotium mandatum fuit, avaritia, irritam prorsus redditam esse diximus. Cum vero Ecclesia ibi posita gravioribus in dies a Gentilibus illic agentibus vexationibus agitaretur; ipse ejus Ecclesiæ sanctissimus Præsul profectionem ad Imperatorem instituit. Sed quomodo hæc singula se habuerint, auctorem ipsum Marcum diaconum audiamus: multa enim scitu digna, omnique fide testata posteris commendavit; licet rudiori stylo & versione scrupulosa ad verbum reddita, appareant minus compta; Sed ad ornatum satis ipsa sibi veritas est, cujus fulgore obscura quæque nitescunt. Sic igitur rem auctor aggreditur:

(a) Socr. l.6. c.6. (b) Sozom. l.8. c.4. (c) Marc. in Chron.

Theodosius junior nascitur.

XVII. *Quo magis autem videbant Idololatræ Gazenses multiplicari Christianos, eo magis efferebantur, & non sinebant eos obire officia civilia, sed eis utebantur tamquam malis famulis. Videns autem rursus beatus Porphyrius magnam injuriam, quæ fiebat Christianis, & non ferens; aspiciens vero probris & contumeliis appetitos, proficiscitur Cæsaream ad beatum Joannem Archiepiscopum; & rogat eum cum lacrymis, ut præbeat ei quietem. Dicebat enim se non posse pati amplius gravia & absurda, quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Joannes cum audivisset, rogabat eum ut æquo, & forti animo pateretur, & retineret Episcopatum. Respondens vero sanctissimus Porphyrius, dixit ei: Te attestor coram Deo, qui non est visibilis, & spem nostram Jesum Christum Dominum omnis creaturæ, & adorandum, & vivificum sanctum Spiritum, ne despicias petitionem meam, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te Pater, ut mecum naviget ad urbem regiam, ut rogemus Imperatores, Rege cœlesti annuente, ut evertant templa idolorum. Respondens autem beatus Joannes dixit ei: Fili, justa quidem est petitio, sed non est aptum tempus: jam enim imminet conversio hiemalis. Respondit beatus Porphyrius: Si vult nos Deus esse, & Gazæ populum convertere, potest etiam servare in hieme. Tu vero Pater, ejus fidens clementiæ, & misericordiæ, id velis, & iter nobis succedet feliciter. Dicit ei beatus Joannes: Fiat voluntas Christi.*

Porphyrii Episcopi Gazæ profectio ad Imp. Arcadium.

XVIII. *Postquam autem beatus Joannes est ei pollicitus, scribit ad me, ut quamprimum venirem Cæsaream, & afferrem mecum tres libros, & quadragintatres nummos, qui ei restabant ex redditu sanctæ Ecclesiæ. Ego vero acceptis litteris, cum sumpsissem libros & nummos, protinus sum egressus: & cum venissem Cæsaream, inveni sanctissimos Episcopos paratos ad navigandum. Et cum post duos dies solvissemus, navigavimus vigesimotertio mensis *. Et cum Dei benignitate fuisset nobis secunda navigatio, spatio decem dierum appulimus ad Rhodum insulam. Erat autem tunc in insula in adversa ejus parte quidam monachus nomine Procopius, qui nunc est re-*

Proficiscuntur Jo. & Porphyrius Constant.

* Februarii.

De Procopio sanctissimo monacho.

PAGIUS

Christiani multiplicabantur, sanctus *Porphyrius*, assumto Joanne Archiepiscopo Cæsareensi itineris sui comite, Constantinopolim mense Februario hoc anno navigavit, ubi consuluit Sanctum Joannem Chrysostomum, qui ut idola in Phœnicia dejicerentur omni studio incumbebat. Chrysostomus sanctos Præsules *Amantio* Eunucho Imperatricis commendavit, quia, inquit: *Ego non possum loqui cum Imperatore cum enim in me irritavit Imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem, quam cum concupisset, eripuit.* Porphyrius & Joannes ejus Archiepiscopus ad Eudoxiam Augustam introducti benigne ab ea excepti sunt, cumque ex Porphyrio accepisset se se filium parituram, vovit se templum Gazæ extructuram. Paucos post dies peperit Imperatrix *Theodosium*, qui magna pompa baptizatus fuit, ut pluribus refert Marcus Diaconus, & ex eo Baronius. Hæc verba ejusdem Marci cap.6. quæ Porphyrius Imperatrici dixit, cum primum ad eam accessit: *Labora propter Christum, & ipse pro tuo labore est tibi daturus filium, qui vivet & imperabit, te vidente & eo fruente, multos annos;* hæc, inquam, verba locum præbuere aliquibus existimandi Porphyrii vitam suspectæ esse fidei; cum Eudoxia anno CCCCIV. vitam cum morte commutarit. Verum hæ duæ voces *multos annos* ad istam referendæ, *imperabit*, non vero ad has, *te vidente & eo fruente*, Interpres enim Marci subobscurius locutus est in sua versione.

S. Porphyrius Episc. Gazensis templa idolorum everti postulat.

XXV. Ex verbis, quæ *Chrysostomus* sanctis Præsulibus dixit, mox a nobis in medium allatis liquet, falsum non esse quod Georgius Alexandrinus, & post eum Glycas, Leo Augustus & Nicephorus scripsere, *Eudoxia* scilicet adversus *Chrysostomum*

Origo dissensionis Eudoxiam inter & Chrysostomum.

latus in numerum angelorum: dormivit enim quinque abhinc annis, cum vixisset vitam nulli culpæ affinem, in jejuniis & vigiliis & summa paupertate. Habebat vero donum quoque prophetiæ, & virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem (ut dictum est) Rhodum appulissemus, & audivissemus de vita sancti viri, nec essarium duximus eum non præterire, sed ejus angelica frui consuetudine. Et eum rogavissemus ubinam haberet monasterium, ad eum profecti sumus navigantes in cymba. Et cum pervenissemus, pulsavimus ostium: statim autem egressus, per se aperuit nobis, etiam si haberet apud se alium discipulum. Cum autem aspexisset sanctissimos Episcopos, procidens in terram eos adoravit. Deinde surgens, me quoque est deosculatus, & pium Eusebium diaconum, quem secum ducebat S. Joannes Archiepiscopus. Vidisti, lector, quali honore a sanctis monachis accipi solerent Episcopi? Sed pergit ipse:

XIX. *Cum nos introduxisset in oratorium, retrocessit, dans priorem locum beatissimis Episcopis, dicens: Decet vos sacerdotes habere priorem locum; me autem humilem & abjectum, & qui ordinationem non sum assecutus, posteriorem. Tunc cognovimus sanctissimum Procopium esse perspiciendi occulta præditum potestate. Cum enim nos numquam aspexisset, neque de nobis audivisset, cognovit per spiritum nos esse Episcopos, beatissimos inquam Joannem & Porphyrium; & ideo eos honore affecit dicendi preces priori loco. Et inde post preces sedimus; & cum esset nobis locutus multa animæ utilia, rogavit causam suscepti itineris molestiæ. Beatus vero Porphyrius omnia ei narravit de Gazæis, quantus sit eorum furor in colendis simulacris, & quam multa mala ab eis paterentur Christiani; & quod ea de causa ascendunt, ut rogent Imperatores ut evertantur templa idolorum. Cum autem audisset S. Procopius anachoreta, dixit: Domine Jesu Christe converte famulos tuos a fraude diabolica, ad fidem illumina. Deinde dicit sanctissimis Episcopis: Ne sitis animo anxii, o Patres: Deus enim, qui novit zelum vestræ fidei, iter vobis diriget, & dabit omnia quæ sunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita, quæ Deus revelavit humilitati meæ. Primum enim convenite sanctissimum Episcopum Joannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite. Et ipse est vobis consulturus ea, quæ ipsi revelavit Dominus. Non enim potest loqui in Palatio, quoniam irascitur ei Imperatrix Eudoxia. Ipse vero vos commendabit Amantio cubiculario Dominæ, viro pio, qui & habet in honore sacerdotes. Ipse vos introducet ad Imperatricem: & quando ad eam ingressi fueritis, vos est benigne exceptura: exponite ergo ei rem universam, & jubete eam valere, & exite. In secundo autem ad eam ingressu, postquam vos eam hujus rei admonueritis, dicite ei: Speramus in Christum Filium Dei, quod si rei præsenti studueris, est tibi daturus filium masculum. Cum hoc autem audierit, est lætatura: est enim prægnans, & hic est mensis nonus ex quo concepit, & est factura omnia, ut rem vobis reddat effectam, Deo annuente.*

Procopius de rebus agendis Episcopos instruit.

Nos autem cum audissemus quæ dixerat vir sanctus, & credidissemus ei quæ fuerat locutus, & ipse nos Deo commendasset; egressi sumus & solventes illo die navigavimus, & post alios decem dies pervenimus Byzantium: & accepto hospitio, sequenti die ivimus ad sanctissimum Archiepiscopum Joannem. Cum vero cognovisset quinam essemus, nos accepit magno honore

XX. Episcopi perveniunt Constantinopolim.

PAGIUS iram impotentem ex eo ortam esse, quod ipsam sanctus Antistes severius increpuisset ob usurpatam viduæ cujusdam vineam, ex qua uvam forte decerpserat; licet enim Palladius, Socrates, Sozomenus & Theodoretus eam circumstantiam in Historia persecutionis sancti Chrysostomi omiserint, Marcus tamen testis oculatus ejus diserte meminit, & solo argumento negativo ejus auctoritas in dubium non revocanda. Non dubito tamen, quin præfati Scriptores huic narrationi aliquas circumstantias admisceant a vero alienas, ut in similibus accidere solet.

XXVI. *S. Chrysostomus non suscepit e sacro fonte Theodosium Jun.*

Theophanes in Chronico tradit, *Chrysostomum in baptismo Theodosium* suscepisse, seu, ut loquitur Nicephorus lib. 13. cap. 9. eum per baptismum Theodosium sibi filium arrogasse: quam sententiam Valesius in notis ad Socratem lib. 6. cap. 11. & in notis ad Sozomenum lib. 8. cap. 18. amplectitur, nisi quod in dubio est, an Chrysostomus *Theodosium* sacro lavacro tinxerit, aut eum e sacro fonte susceperit. Verum cum Marcus Gazensis Diaconus testetur se Theodosii baptismo interfuisse, & non solum *Chrysostomi* mentionem non faciat, sed antequam de eo baptismo loquatur, affirmet *Chrysostomum* Joanni Metropolitæ Cæsareæ, & Porphyrio Gazensi Episcopo dixisse verba, quæ numero superiori recitavimus, apparet Theophanem & Nicephorum hac in re audiendos non esse. Nec urget quod refert Sozomenus citatus, *Eudoxiam* scilicet post depositionem Chrysostomi ad hunc scripsisse se nullatenus participem esse insidiarum, quæ adversus illum structæ fuissent, *seque illum honore prosequi, ut Sacerdotem & initiatorem liberorum suorum ὡς ἱερέα καὶ μυσταγωγὸν τῶν αὐτῆς παίδων*. Nam Mustagogus, ut Musculus vertit, sumitur quidem pro eo qui baptizat, uti apud Palladium in vita Chrysostomi, ubi illum a Meletio Antiochensi Episcopo baptizatum esse innuens, ea voce utitur, sed ab Eudoxia refertur ad Placillam & Pulcheriam suas filias, quas Chrysostomus vel sacro baptismo abluerat, vel de fonte baptismali susceperat.

XXVII. Post *Theodosii* baptismum Joannes & Porphyrius obtinuere ab Imperatore quæ petierant, & post paucos dies dictatum est rescriptum, quo jussit Imperator templa *Gazæ* idolis destinata

nore & observantia. Nos autem rogavit, quanam de causa hunc via laborem sustinuimus: & ei narravimus. Et cum cognovisset, recordatus est nos longo ante tempore hoc rogasse litteris: & cum me agnovisset, benigne est complexus. Rogat vero nos, ne angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non possum loqui cum Imperatore; eum enim in me irritavit Imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem, quam cum concupisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quod irascantur: se ipsos enim læserunt, non me: nam etsi lædant meum corpus, animæ multo magis proderunt: hoc tamen relinquamus Dei misericordiæ. De vestro autem edicto, si videatur Domino, cras accersam eunuchum Amantium, qui est cubicularius Imperatricis, & multum potest apud eam, & est vere Dei servus: eique rem exponam; & magnum adhibiturus est, Deo annuente, studium. Nos vero, cum sic ille nobis promisisset, & nos Deo commendasset, ivimus in nostrum hospitium.

XXI. Amantius cubicularius curat negotium Episcoporum.

Die autem sequenti ivimus ad sanctum, & invenimus apud eum cubicularium Amantium: res enim nostræ curam gesserat, & eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus, & cognovit Amantius nos esse eos, de quibus cum ipso fuerat locutus; surgens adoravit sanctissimos Episcopos, facie inclinata in terram. Illi vero cum cognovissent quisnam esset, eum sunt amplexi & osculati. Porro autem eis quoque jussit sanctissimus Episcopus Joannes ore proprio cubiculario edocere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnem narravit de Idololatris, quemadmodum libere & confidenter faciunt res nefarias, & quemadmodum affligunt & vexant Christianos. Ille vero audiens, flevit, & impletur zelo divino, atque dicit eis: Ne sitis anxii, Patres: Dominus enim Christus defensurus est suam religionem: orate ergo vos, & ego loquar cum Augusta: & spero in Deum universorum, fore ut consuetam suam faciat misericordiam. Die autem crastino vos ad eam introducam; & ipsa ore vestro a vobis docebitur quæ vultis: invenietis vero eam a me prius instructam. Cum hæc autem dixisset, nobis valere jussis recessit. Nos quoque cum multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo Archiepiscopo Joanne, ipseque nos Deo commendasset, recessimus.

XXII. Episcopi cum Eudoxia Augusta agunt.

Die vero sequenti nos accersit cubicularius Amantius per duos Decanos, ut iremus in Palatium. Et surgentes propere ivimus: invenimus autem ipsum nos expectantem. Qui accepit duos Episcopos, & eos introduxit ad Augustam Eudoxiam. Postquam vero eos aspexit, prior eos salutavit, dicens: Benedicite Patres. Illi autem eam venerati sunt. Sedebat autem super aureum lectum, & dicit eis: Ignoscite mihi, sacerdotes Christi: propter ventris, qua me premit, necessitatem, non occurri: debebam enim in vestibulo occurrere vestræ sanctitati. Sed propter Dominum orate pro me, ut quod est in utero, in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctissimi autem Episcopi admirati tantam ejus demissionem, dixerunt: Qui benedixit uterum Saræ, Rebeccæ, & Elisabeth, benedicat & vivificet id quod est in tuo ventre. Postquam vero locuti sunt alia quoque verba spiritalia, dicit: Scio cur hunc viæ laborem suscepistis: me enim prius docuit Amantius eunuchus. Quod si vos quoque me vultis docere, jubete Patres. Jussi autem docuerunt omnia quæ pertinebant ad Idololatras, quemadmodum secure agerent res impias, & sua potentia opprimebant Christianos, non sinentes eos obire ullum officium publicum, ne-

PAGIUS

S. Porphyrius obtinet rescriptum pro evertendis templis Gazensibus.

ta everti: cujus executio commissa est *Cynegio* viro admirabili & fide ferventi, ut narrat Marcus apud Baronium, qui num. XXXI. perperam arbitratur hunc Cynegium esse illum, ad quem creatum Præfectum Prætorio extant rescripta in Cod. Theod. lib. 2. *de Usuris*. *Cynegius* enim ille mortuus est anno CCCLXXXVIII. ut & Tomo præcedenti ostendi. Addit Marcus sanctus Episcopos transegisse dies festos Paschales & diem Resurrectionis Byzantii, & post paucos dies navigasse *Gazam*, *vicesimo sexto Xanthici, qui est apud Romanos octavus decimus Aprilis*. Baronius num. XXXIII. in margine ad hæc Marci verba notat Aprilis diem XXIII. quasi Xanthicus Gazensium una cum Aprili Romanorum initium sumsisset; cum tamen *Xanthicus* die vicesima septima Martii nostri inchoaretur, ut E. Card. Norisius in dissert. 3. de Epochis Syro-Macedonum cap. 2. egregie demonstrat ex testimoniis ejusdem Marci Diaconi Gazensis, ostenditque *Gazam*, quod esset Ægypto finitima, ac diutius Ptolemæis Ægypti Regibus subdita fuisset, typum anni Ægyptiorum etiam sub Romanis servasse, quamvis nominibus mensium Syro-Macedonum uteretur.

XXVIII. Templa octo evertit.

Postquam Sanctus *Porphyrius* Gazam reversus est, octo idolorum templa evertit, *Marnium* combussit, & novæ Ecclesiæ, juxta formam, quæ missa fuerat ab Eudoxia Augusta, magno populi concursu ac solennitate fundamenta jecit: *Post tempus quinque annorum perfectum fuit opus sanctæ magnæ Ecclesiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus Episcopus Porphyrius die resurrectionis sancti Paschatis splendide & magnifice*, inquit Marcus cap. 11. Quare hæc dedicatio legitimo tempore peracta, anno sc. quadringentesimo sexto, in quem inciderunt quinta Quinquennalia Arcadii cum Theodosio patre imperantis. Ejus vero constructio extra ordinem inchoata, quia ad idololatriam citius extirpandam differenda non videbatur.

neque sua prædia colere, ex quibus vectigalia publica pendunt Imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audisset Imperatrix dixit: Ne sitis anxii, Patres: spero enim in Dominum Jesum Christum Filium Dei, fore ut persuadeam Imperatori ea facere quæ decent vestram sanctam fidem, & vos hinc dimittat compotes desiderii. Abite ergo, & vos reficite: estis enim defatigati: & orate ut Deus opem ferat meæ petitioni. Hæc cum dixisset, jussit afferri pecunias: & cum accepisset circa tres pugillos, dedit sanctissimis Episcopis, dicens: Hæc interim accipite ad expensas. Episcopi vero his acceptis, cum multum ei benedixissent, exierunt. Euntes autem magnæ pecuniæ partem distribuerunt Decanis, qui præerant portis; adeo ut paucæ apud eos remanerent.

XXIII. Eudoxia agit cum Imperatore.

Imperatrix vero, cum Imperator esset ad eam ingressus, docuit eum negotium Episcoporum. Petiit autem ut everterentur templa Gazæ. Imperator autem cum audisset, ægre tulit, dicens: Scio illam civitatem esse deditam cultui simulacrorum, sed est erga nos grato animo in pensitandis vectigalibus publicis, quæ quidem confert plurima. Si ergo eorum templa repente diruamus, metu se in fugam conjicient, & perdemus tantum canonem. Sed si videtur, eos paulatim affligamus, Idololatris adimentes dignitates, & alia civilia officia; & jubeamus templa eorum claudi, & non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti angustias, agnoscent veritatem. Nam quod exuperat, si id fit repentinum, grave est iis qui sunt subjecti. Imperatrix autem cum id audisset, fuit magno dolore affecta: erat enim acris & fervens in fide. Imperatori vero hoc solum respondit: Dominus est opem laturus servis suis Christianis, sive nos velimus, sive nolimus. Hæc nobis narravit pius Amantius cubicularius.

XXIV. Episcopi vocati ab Eudoxia de puero pariendo prænunciant.

Die autem sequenti accersit nos Augusta: & cum de more prior salutasset sanctos Episcopos, jussit eos sedere. Postquam vero locuti essent multa verba spiritalia, dicit iis: Locuta sum cum Imperatore, & aliquantum ægre tulit. Sed ne animo angamini: Deo enim volente, non sum cessatura, donec vobis satisfaciat, & egrediamini assecuti vestrum, qui est ex Deo, scopum. Episcopi autem his auditis, adoraverunt. Stimulatus vero sanctus noster Porphyrius, recordatus ejus quod dixerat beatissimus Procopius anachoreta, dixit Imperatrici: Labora propter Christum: & ipse pro tuo labore est tibi daturus filium, qui vivet, & imperabit, te vidente, & cum eo fruente multos annos. Cum hoc audisset Imperatrix, repleta est lætitia, & ruber evasit ejus vultus, & ei accedit major ea quam habebat pulchritudo: ea enim quæ apparent, ostendunt ea quæ latent. Dicit itaque sanctissimis Episcopis: Orate Patres, ut quomodo dixistis, Deo volente, pariamus masculum: & si hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis. Quinetiam aliud quoque quod non petistis, sum factura, Christo annuente. Sanctam enim Ecclesiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Abite ergo in pace, & quiescite, assidue pro me rogantes, ut cum Dei benignitate pariam; & paulo post id implebo. Cum autem valedixissent Episcopi, & eam Deo commendassent, egressi sunt ex Palatio. Precabamur autem ut pareret masculum: credebamus enim ei quod dixerat sanctus Procopius anachoreta; & ibamus quotidie ad sanctissimum Joannem Archiepiscopum, & fruebamur sanctissimis ejus alloquiis dulcioribus super mel & favum. Veniebat vero ad nos Amantius cubicularius, aliquando quidem ferens responsa Imperatricis, aliquando etiam ut nos conveniret.

XXV. Nascitur Theodosius minor.

Paucis autem post diebus parit Imperatrix masculum, & imponunt ei nomen Theodosium, quod erat nomen ejus avi Theodosii Hispani, qui imperavit simul cum Gratiano. Natus vero junior Theodosius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuisset natus, fuit renunciatus Imperator. Ita quidem acclamatus tunc & purpura tectus: cæterum solemnis institutio, qua collatum ei nomen Imperatoris, facta habetur anno sequenti, ita Marcellino & aliis testantibus. Sed pergit reliqua narrare Marcus: *Facta est* (inquit) *magna lætitia in civitate, & fuerunt quidam missi per civitates qui hæc renunciarent, donaque & munera erogarent. Domina autem cum primum peperisset, & surrexisset e sella puerperii, misit ad nos Amantium, dicens nobis per ipsum. Ago Christo gratias, quod per vestras sanctas preces Deus donavit mihi filium. Precamini ergo Patres illi vitam, & mihi humili & abjectæ, ut impleam ea quæ vobis sum pollicita rursum, ipso volente Christo, per sanctas preces vestras. Cum autem impleti essent septem dies a puerperio, nos accersit, & nobis occurrit in portu cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinavit vero caput, dicens: Benedicite Patres mihi, & filio quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem quoque tradidit, ut ipsum signarent. Sancti autem Episcopi & ipsam & infantem signarunt signo Crucis: & cum precati essent, sederunt.*

XXVI. Visio ostensa Porphyrio Episcopo.

Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dicit eis Domina: Scitis, Patres, quid de re vestra statui facere? Dominus vero meus Porphyrius respondens, dixit: Quæcumque

que statuisti, ex Deo statuisti. Etenim in hac nocte revelatum fuit meæ humilitatis per visionem, me esse Gazæ, & stare in delubro quod illic vocatur Marnium, & tuam pietatem mihi tradere Evangelium, & dicere: Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inveni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro (a): Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Tu vero Domina respondens dixisti: Pax tibi: esto fortis & strenuus. Post hæc autem sum excitatus. Et ex hoc persuasum habeo, fore ut Dei Filius tui animi instituto opem ferat. Dic vero nobis, Domina quid statueris.

(a) Matt. 16.

XXVII. Eudoxia docet quid agere debeant.

Imperatrix respondens, dixit: Si Christo placuerit, paucis post diebus, dignabitur infans sancto baptismate. Ite ergo, facite supplicationem, & petite in ea quæcumque volueritis: & quando egressus fuerit infans ex venerando baptismate, tradite supplicationem ei qui ipsum portabit. Ego autem docebo eum, quid facere oporteat: & spero in Dei Filium, eum rem totam esse dispensaturum e voluntate sua clementiæ. Nos autem his promissis ab ea acceptis, cum ei & infanti multum benedixissemus, egressi sumus; & euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum eversionem templorum simulacrorum, sed etiam privilegia dari sanctæ Ecclesiæ & Christianis, & præberi redditum: erat enim pauper sancta Ecclesia.

XXVIII. Solemnis pompa in baptismo Theodosii.

Cum autem dies præteriissent, venit dies in quo erat illuminandus novus Imperator Theodosius. Erat vero coronata & ornata universa civitas olaserico & auro & omni alio ornamento: adeo ut non posset quispiam explicare ornatum civitatis: quinetiam inundantem habitatorum multitudinem licebat intuere variatam multiplici & diverso genere vestium. Non est autem meorum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum qui sunt in dicendo exercitati. Ego autem transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato Juniori Theodosio, & ab ecclesia egresso in Palatium, licebat rursus intueri decorem eorum qui præerant multitudini, & vestem eorum refulgentem: erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse nive repleta. Præcedebant autem Patricii illustres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, ut putarentur astra cerni in terra. Erat vero prope infantem, qui portabatur, ipse quoque Imp. Arcadius, vultum habens hilarem & nitidum magis, quam ea quam gestabat, purpura. Unus autem ex proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos vero admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis S. Porphyrius: Si ea quæ paulo post evanescunt, tantam habent gloriam: quanto magis cælestia, quæ sunt parata sanctis, quæ nec (b) oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt? Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

(b) Isai. 64.

XXIX. Episcopi offerunt libellum supplicem Theodosio infanti.

Postquam vero fuit egressus e baptismate, exclamavimus, dicentes: Rogamus tuam pietatem, chartam quoque porrigentes. Cum autem aspexisset is qui portabat puerum & cognosceret rem nostram (eam enim prius didicerat a Domina) jussit chartam ei dari: & cum accepisset, constitit. Jussit autem fieri silentium: & cum solvisset, legit partem: & cum involvisset, subjecit manum capiti infantis; & cum illud inclinasset, clamavit coram omnibus: Jussit ejus potentia ea fieri quæ sunt in libello supplici. Omnes autem cum aspexissent, sunt admirati, & adorabant Imperatorem, eum beatum pronunciantes, quod dignus esset habitus, qui videret in vita filium imperantem. Exultabat autem ipse audiens. Imperatrici quoque Eudoxiæ fuit annunciatum quod factum fuerat propter suum filium: lætata est autem, & genibus flexis, Deo egit gratias. Ingresso vero infante in Palatium, ei occurrit Domina, & eum accepit & osculata est. Et eum portans, ipsum quoque salutavit Imperatorem; dicens: Beatus es Domine propter ea quæ viderunt oculi tui in vita tua. Et Imperator lætabatur audiens. Cum autem Imperatrix eum vidisset hilarem, dixit: Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio, ut omnino fiant quæ in ea continentur. Imperator vero jussit legi chartam: & postquam lecta fuit, dixit: Gravis quidem est petitio, sed gravior est recusatio; quoniam hæc est prima jussio filii nostri. Dicit autem ei Domina: Non solum prima jussio, sed etiam in hoc sancto habitu & pietatis gratia supplicatio, & petita a viris sanctis. Vix tandem annuit Imperator, cum Domina valde ei instaret: Hæc autem omnia renunciavit pius Amantius.

XXX. Episcopi obtinent quæ petierant.

Die autem sequenti nos accersit Imperatrix: & cum de more prior salutasset sanctos Episcopos, jussit sedere, & dixit eis: Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram: idque factum fuit ejus auxilio. Vidistis autem quanam via & ratione sum usa. Sed si videtur, crastina die accersam Quæstorem, & coram vobis jubebo, ut convenienter ei quod continet supplicatio, fiat rescriptum divinum ex nomine duorum Imperatorum; & ut semel dicam, facias omnia quæ consequuntur. Episcopi autem, his auditis, ei multum benedixerunt & ejus filio & Imperatori. Cumque multa alia disseruissent animæ utilia, postquam valedixissent, exierunt.

Die

Die vero sequenti accersit Quæstorem & ait: dicit autem ei: Accipe hanc chartam, & convenienter ei quod in ea continetur, divinum rescriptum manda litteris. Quæstor autem, accepta charta, divinum rescriptum dictavit celeriter, nobis præsentibus. Ei autem suggessimus, ut Duces & Consulares & res eorum deputaret ad ferendam nobis opem. Postquam vero perfectum fuit divinum rescriptum, & subscriptum; rogavimus Dominam, ut hoc negotium mandaretur alicui viro illustri. Jussit autem Amantia quærere virum bono zelo præditum Christianum, cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ex eis qui tunc erat in dignitatibus, simulate habebant fidem: de quibus sumpsit pœnas divina justitia. Cum enim rescivissent Imperatores eos non recte se habere circa fidem intemeratam, privarunt suis dignitatibus, eosque in corpore punierunt, & mulctarunt pecuniis: hæc autem facta fuerunt antea. Quocirca jussit Augusta negotium nostrum committi viro Orthodoxo.

XXXI. Cynegius V.C. curat mandatum Imperatoris.

Commissum vero fuit negotium cuidam nomine Cynegio ex consistorio, qui fuit vir admirabilis & fide fervens. Eo autem accersito, jussit Augusta, ut omnia idola usque ad solum everteret & igni traderet. Porro ei quoque manu sua dedit pecunias dicens: Accipe ad sumptus, & nihil capias a sanctissimis Episcopis. Cum talia autem mandata accepisset a Domina, egressus est promptior & alacrior. Erat plane Cynegius vir clarissimus, ad quem postea creatum Præfectum Prætorio extant data rescripta (a). Subdit porro Marcus: *Cum vero transegissemus reliquum hiemis, & fecissemus sanctos festos Paschales & diem Resurrectionis, parabamus nos ad navigandum. Rogavimus autem admirabilem Amantium, ut id significaret Dominæ, ut eam juberemus valere. Ille autem cum hoc audisset, fuit magno dolore affectus, quod essemus navigaturi. Nos enim tantum dilexit, ut ipse rogaret Dominam, ut eum dimitteret ad orandum ad sancta & veneranda loca,* nempe Hierosolymam. *Timebat autem Domina eum dimittere, ne, si illuc iret, fieret monachus, & ibi maneret. Sciebat enim viri vitam. Erat autem re vera nulli culpæ affinis, multas præbens eleemosynas & perpetuo jejunans, & multos hospitio accipiens, & concurrens ad pios usus. Hactenus quidem de pio Amantio.*

(a) L.2. de usuris Cod. Theod. & alias.

XXXII. Donati recedunt Episcopi ab Imperatrice.

Domina vero de nobis significavit, & ingressi sumus ad eam: & dicit sanctissimis Episcopis: Quando Deo volente navigabitis? Illi autem dixerunt: Propterea fuimus ingressi, ut juberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit: Recordamini semper mei, & mei filii. Jussit vero protinus afferri pecunias. Quæ cum fuissent allata, dixit domino meo Episcopo Porphyrio: Accipe Pater hæc ducenta * ... *& ædifica quam sum pollicitus ecclesiam in medio Gazæ: & significa mihi, si opus habueris pluribus pecuniis, & eas statim mittam. Construe etiam Xenodochium, ut excipiat fratres qui veniunt in tuam civitatem, & tribus diebus eis sumptum præbeas. Dedit autem sanctissimo quoque Joanni aureos mille, & vasa pretiosa utrisque. Ad sumptus vero dedit utrique ad centum aureos. Obtinuit autem prædictus sanctissimus Joannes Episcopus Cæsareæ quæcumque voluit privilegia ratione suæ Ecclesiæ. Cumque precati fuissent, & multum benedixissent Dominæ & ejus filio & Imperatori, exierunt. Rogaverunt etiam, ut ingrederentur ad Imperatorem. Imperator autem eos interrogavit, an essent omnino expediti, & an Augusta eis aliqua donasset. Ipsi vero dixerunt: Sumus omnino expediti a sospite vestra pietate, & pia vestra conjuge, & a filio vestro, quem Deus custodiat: fueruntque nobis multa & magna donata. Statim autem jussit etiam Imperator Præfectis, eis dari ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipse quoque pro sumptibus circiter unum pugillum, qui inventus est continere circiter nummos aureos quinquaginta. Cum vero ei quoque multa benedixissent, sunt egressi.*

* auri librarum pondera.

XXXIII. Episcopi recedunt Constantinopoli.

Egimus autem in civitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum: & post dies tres navem ascendentes, navigavimus Gazam versus, vigesimotertio Xantici, qui est apud Romanos octavusdecimus * *Aprilis dies. Præclarissimus vero post nos egressus est Cynegius, usus publico navigio. Pervenimus autem Rhodum spatio quinque dierum. Valde vero studebamus ire ad S. Procopium anachoretam. Cumque nos valde rogassemus naucleram, ut nobis concederet tres horas, non concessit, dicens: Non possum ventum invenire tam secundum. Nos autem ei dicebamus: Possunt preces sancti viri nos servare, & dare nobis ventum secundum. Nauclerus autem indignatus, non admisit nostram petitionem: sed cum aquati fuissemus, solvimus. Valde vero cruciabamur, quod non licuisset nobis eum convenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignosceret, & pro nobis oraret, ut salvi essemus, & absolutum redderemur opus quod fuerat nobis commissum.*

* XXIII.

XXXIV. Tempestas gravis ob naucleram Arianum.

Cum ergo Rhodo navigassemus, & duos dies in maris tranquillitate & serenitate felix fuisset nobis navigatio: repente oritur tempestas, ventique & fulgura & tonitrua: & in altum tollebantur fluctus, instar montium; & attollebatur navis, ut nos existimaremus eam nubes tangere. Erant autem clamores, & lacrymæ, & oratio ad Deum: implorabamus quoque preces sancti

Pro-

Peocopii anachoretæ. Cumque fuisset vespera, & tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem. Circa matutinum autem, ex multa afflictione, parum dormitarunt sanctissimi Episcopi: & videt in somnis dominus meus Porphyrius S. Procopium anachoretam, dicentem ei: Nauclerum catechismo instituite, & obsignate (est enim ex Arii hæretice execranda secta) & efficite ut ipse anathemate notet Arium & malam ejus fidem, & statim cessabit tanta tempestas: propterea enim quod sit ipse ex dicta hæresi, non concessit vobis ut ad me veniretis: eum tamen catechesi instituite: est enim rectam doctrinam a vobis accepturus. Hæc cum audisset sanctus noster Porphyrius, fuit excitatus: & nobis accersitis, narravit quæ viderat in somnis.

XXXV. Nauclero abjurante hæresim, tranquillitas redditur.

Statim vero, vocato nauclero, ei diximus: Vis navem tuam esse salvam, & nos omnes, & ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non est hoc rogandum. Ei vero dixerunt Episcopi: Abnega malam tuam fidem, & crede in rectam fidem, & salvus eris, & tu, & navis, & nos omnes. Dicit ei Nauclerus: Quoniam video vos habere præscientiam (comprehendistis enim quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis nunciaverit) Ecce dico vobis: Credo, ut creditis: Abnego hæresim Arii. Rogo autem vos, ut per otium me ex sanctis Scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero Episcopi eum acceperunt, & obsignarunt, super eum fusis precibus, & eum quoque impertierunt divinis sacramentis; nempe Eucharistia: etenim navigantes Fideles secum ferre solitos ipsam sacratissimam Eucharistiam, ex his quæ habet Sanctus Ambrosius in oratione in funere Satyri fratris, & Sanctus Gregorius, cum de Maximiano agit, atque alii, absque aliqua dubitatione docemur. Sed subdit Marcus: *Interim autem cessarunt fluctus, & vespere mutatus fuit ventus, & feliciter navigavimus: & cum fuissemus in pelago alios quatuor dies, quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant Majumam.*

XXXVI. Processio solemnis in occursum Episcoporum.

Postquam autem descendimus, nos cognoscentes, qui illic erant Christiani, exceperunt cum psalmodia. Similiter vero ex civitate quoque cum audivissent, occurrerunt nobis habentes signum venerandæ Crucis, & ipsi psallentes. Commixti sunt autem qui erant ex duobus locis, & facti sunt non parvus populus: erant enim plures, qui erant ex maritima, propterea quod haberent multos Ægyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea quæ fiebant, dissecabantur: sed nihil audebant facere, quoniam audierant quanto honore fuissent habiti sanctissimi Episcopi apud Imperatores, & quod essent evertenda simulacra; & magna angebantur cura & animi ægritudine. Postquam autem fuimus ingressi civitatem, in loco qui vocatur Tetramphodos, idest quadrivium, stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Veneris, erat autem super aram marmoream: statuæ vero effigies erat nuda mulieris, quæ habebat aperta tota sua pudenda: statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres, lucernas accendentes, & thure suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere iis quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se invicem mentientes. Sæpe vero jussi a dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit ut id recte eis procederet, ut inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. Hæc cognovimus ab his qui fuerant aversi ab errore, & veritatem agnoverant. Quinetiam nonnulli Idololatræ, non ferentes calamitates gravium conjugiorum quæ jussi fuerant contrahere a dæmone Venere, succensentes, confessi sunt deceptionem. Tales enim sunt dæmones, ut qui decipiant, & nihil umquam veri dicant: neque enim possunt aliquid certo præscire, sed ex verisimilibus præseferunt se præscire apud eos qui eis serviunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod si in aliquibus contingit eos divinare, hoc fit ex eo quod evenit: quomodo etiam accidit in hominibus, ut sæpe quædam prædicant futura de re quæ est eventura. Ea ergo quæ ex iis quæ accidunt successerunt (quod quidem, raro fit) admiramur: quæ autem conjectura non assequimur (quod quidem fit assidue) silemus. At de dæmonibus & de eorum deceptione hactenus.

Idolum Veneris.

XXXVII. Crucis virtute corruit simulacrum.

Cum nos ergo (ut dictum est) navigassemus in civitatem, & venissemus ad locum, in quo erat simulacrum Veneris; portarent autem Christiani venerandum lignum Christi, hoc est figuram Crucis: videns dæmon qui habitabat in statua, nec videre sustinens signum quod ferebatur; turpiter egressus ex marmore, dejecit ipsam statuam, & confregit eam in multa fragmenta. Accidit vero, ut duo Idololatræ starent prope aram, in qua stabat statua; & corruens, unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum & brachiale: stabant enim ambo sanctum populum subsannantes. Multi autem ex Gentibus, cum vidissent signum quod factum fuerat, crediderunt: & commixti cum laicis, una cum eis sunt ingressi in sanctam ecclesiam nomine Irenem. Fuit autem illo die magnum gaudium inter Christianos tribus de causis: primum quidem, quod sacrum recepissent sacerdotem; quodque ea fecisset quæ desiderabant: secundo, quod contriti essent dii Gentium, & facti essent tamquam pulvis

vis, qui dispergitur ab aura æstiva: quinetiam similiter atque ipsi, confracti sunt qui confidebant in eis. Tertio autem & maxime, quod conservatæ sunt animæ quæ errabant, & accesserunt gregi Christi. Cum eos vero obsignasset Episcopus, dimisit in pace, jubens ut vacarent sanctis Scripturis. Erant vero viri triginta duo, & septem mulieres. Cum duos autem alios dies fuisset Gazæ Joannes Archiepiscopus, profectus est Cæsaream: quem Christiani omnes & sanctus Episcopus deduxerunt usque ad duo milliaria.

XXXVIII. Cynegii adventus Gazam.

Post decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habens secum Consularem, & Ducem & magnam manum militarem & civilem. Præstiverunt vero multi ex Idololatris: & exierunt e civitate, alii quidem in vicos, alii autem in alias civitates: erant vero hi complures ex divitibus civitatis. Eorum autem ædes qui fugerant, annotavit, quem diximus, Cynegius. Die autem sequenti, accersitis civibus, præsentibus Duce & Consulari, aperuit eis litteras Imperatoris, quæ jubebant ut everterentur simulacra & delubra, & igni traderentur. Cum primum vero id audivissent Idololatræ, ejularunt magna voce: adeo ut id ægre tulerint magistratus: & in eos cum minis emiserunt milites, qui eos virgis & clavis verberabant. Christiani autem cum magno gaudio laudibus Imperatores & magistratus prosequebantur.

XXXIX. Templa Deorum Gazæ.

Statim vero iidem cum magistratibus & cohortibus militaribus impetum fecerunt, & everterunt delubra. Erant autem in Civitate simulacrorum publica templa octo, nempe Solis, & Veneris, & Apollinis, & Proserpinæ, & Hecates, & quod dicebatur Hierion, seu Sacerdotum, & Fortunæ Civitatis, quod vocabant Tycheon, & Marnion, quod dicebant Critæ generis Jovis, quod existimabant esse gloriosius omnibus templis quæ sunt ubique. Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus & pagis, quæ nemo posset numero subjicere. Dæmones enim cum Gazæorum animum ut ductilem apprehendissent, errore impleverunt universam Civitatem, & quæ circum circa sita erat regionem: hoc autem eis accidit ex nimia simplicitate: quamobrem traducti ad sanctam fidem, sunt magno zelo incitati Christiani. Hactenus quidem de Gazæis.

XL. Diruta minora templa idolorum.

Jussi ergo milites cum Christianis Civitatis & maritima ejus parte impetum fecerunt in simulacra. Et primum cum voluissent evertere simulacra & Marnium, repulsi sunt. Illius enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audivissent, portas interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruxerunt: & cum exportassent in ea quæ dicuntur adyta, quæcumque erant vasa in templo pretiosa, quinetiam ipsa deorum ipsorum animalia illic occultaverunt, & per ipsa adyta fugerunt per alias vias: dicebantur enim ipsa adyta multas habere vias in diversa loca. Repulsi ergo (sicut prius dixi) conversi sunt ad alia simulacra; & alia quidem everterant, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia quæ in eis erant vasa pretiosa; sanctus vero Porphyrius anathemati subjecisset in Ecclesia quemlibet Civem Christianum, qui ex delubris aliquid accepit in proprium lucrum: nullus ex Fidelibus Civibus aliquid accepit, nisi milites, & qui illic inventi sunt advenæ. His quidem similia ex sancto Augustino superius diximus, eamdem prohibitionem factam in Africa, cum rescripto Honorii Imperatoris illic etiam simulacra demolirentur: idque ea de causa ab Episcopis decretum, ne scilicet ardore avaritiæ potius quam zelo pietatis viderentur Christiani in idola insurgere. Sed pergit Marcus: *Abibant ergo cum laicis & clero viri pii, & ipse S. Porphyrius Episcopus, reprimentes eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt autem decem dies evertentes templa simulacrorum.*

XLI. De Marnio diruendo capiatur consilium.

Post dictos autem dies consilium ceperunt, quonam modo uterentur Marnio, & quid ei facerent. Alii enim dicebant, id debere effodi, alii autem comburi, alii locum purificari, & sanctificari ad Dei Ecclesiam: & erant de ea re magnæ deliberatio. Tandem sanctus Episcopus edicit populo jejunium & orationem, ut eis revelaret Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die jejunassent, & Deum de hac re precati essent; vespero pergunt ad sanctam Synaxim. Cum pergeretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamavit dicens: Comburite intus templum usque ad solum: facta sunt enim in eo multa gravia scelera, & maxime hominum sacrificia. Id vero hoc modo comburite: Afferte picem humidam, sulphur, & sevum porcinum, & hæc tria commiscete, & ungite portas æneas, & ignem in eas injicite, & sic totum templum comburetur: non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, finite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam Ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque: Testificor vobis coram Deo, ne fiat aliter: neque enim ego sum qui loquor, sed Christus, qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Postquam vero audierunt, omnes admirabantur, & Deum glorificabant.

De puero divinitus afflato.

XLII. Per pueros Deus maxima operatus.

Vide quomodo ex sententia Hieremiæ, nova bella elegit Dominus. Templum illud, cui pepercissent tot qui præcesserunt Christiani Imperatores, & non ausi attingere tot provinciarum Præsides & magistratus, vixque aliquando (ut di-

ctum est) clausum; adversus quod tot sanctissimi Episcopi atque martyres, & usque adeo ipse S. Hilarion apud Gazam agens prævalere minime valuissent: ecce ad majorem Christi gloriam, infanti annuenti, atque demum puerulo edocenti, de superbo dæmone reservata est victoria atque triumphus. Etenim infantulo Theodosio, antequam sciret vocare patrem, datum est annuere de templorum, & idolorum demolitione oblato sibi libello supplici; puerulus vero septennis de conflagratione Marnii divino afflatus Spiritu sententiam profert: ut plane acciderit impleri divinum illud oraculum: (a) *Ex ore infantium & lactentium Deus perfecisti laudem tuam*. Sed post hæc Marcus:

(a) Psal. 8.

XLIII. *Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti Episcopi: & cum manus suas ad cœlum extendisset, Deum glorificavit & dixit: Gloria tibi Pater sancte, quoniam (b) abscondisti hæc a doctis & sapientibus, & revelasti ea parvulis. Jussit autem puer suam quoque matrem, postquam dimissa esset Ecclesia, inveniri in Episcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit Episcopus mulieri: Adjuro te per Filium Dei vivi, ut dicas, an suggestione tua, aut alicujus alterius, te sciente filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marnia. Mulier autem cum hæc audivisset, dixit: Trado me ipsam terribili & tremendo Christi tribunali, si unquam præscivi aliquid ex his quæ filius meus hodie est locutus. Sed si videtur tibi: ecce, accipe puerum, & cum minis de eo habe quæstionem. Quod si dixit alicujus suggestione, metu confitebitur. Sin vero nihil aliud dicet; est evidenc, quod a Spiritu sancto fuit inspiratus. Cum hoc audisset Episcopus, quod dixerat mulier, & laudavisset; jussit eam paululum secedere, & introduci puerum. Cumque adductus esset puer, dixit ei: Quis tibi suggessit, ut loquereris in ecclesia illa, quæ es locutus de Marnio? Puer autem tacebat. Jussit vero sanctissimus Episcopus afferri flagellum, & extendi puerum ad hoc, ut ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta voce clamabat, dicens: Quis tibi dixit ut loquereris? dic, ne flagello cædaris. Puer autem stabat mutus nihil loquens. Tunc nos qui eramus circa ipsum hæc ei cum minis diximus: ille autem erat immobilis.*

(b) Matt. 11.

Habetur quæstio de puero fatidico.

XLIV. *Tandem postquam omnes cessissent; os suum aperiens, dixit puer lingua Græca: Urite templum, quod est intus, usque ad solum: multa enim gravia in eo facta sunt & maxime hominum sacrificia. Hoc autem modo id adurite: Afferte picem humidam & sulphur, & sevum suillum, & miscete hæc tria, & ungite portas æneas, & ignem eis immittite, & sic templum comburetur: alias enim non potest fieri. Quod est exterius autem, sinite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam Ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo, non posse aliter fieri. Non enim sum ego qui loquor, sed qui est in me Christus. Admiratus est autem sanctissimus Episcopus Porphyrius, & omnes qui cum eo erant, audito puero libera loquentem fiducia, & quod perite & distincte esset locutus. Accersita vero matre, eam interrogavit an ipsa, aut filius ejus sciret Græcam linguam. Illa autem jurejurando affirmabat, neque se neque filium ejus scire Græce. Cum hoc rursus audisset sanctissimus Episcopus, rursus laudavit Dominum: & afferens tria numismata, ea dedit mulieri. Puer autem cum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamavit dicens lingua Syriaca: Ne accipias mater, ne tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audivissemus, summe mirati sumus. Mulier autem reddidit tria numismata, dicens Episcopo: Ora pro me & filio, & commenda nos Deo. Sanctus vero Episcopus eos dimisit in pace.*

Puer majori miraculo Græce loquitur.

XLV. *Mane vero congregatis religiosis clericis, & Christi amante populo, & præterea admirabili quoque Cynegio, & magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marnio. Cum autem audivissent, mirati sunt, & communi consensu dixerunt, ut sicut dixerat puer, sic combureretur. Allata ergo pice humida, & sulphure, & sevo suillo, & his tribus mixtis, unxerunt portas interiores, & fusis precibus ignem admoverunt, & statim universum templum illud arripuit, & fuit exustum. Quotquot autem milites & hospites poterant, rapiebant ex igne quæ inveniebant, seu aurum, seu argentum, aut ferrum, aut plumbum. Erat vero illic quidam ex Præfectis militaribus, quos vocant Tribunos, qui aderant combustioni templi: erat autem ut foris apparebat, Christianus; in occulto vero erat Idololatra. Hic ergo cum interesset, & videret conflagrationem, & direptionem, quæ fiebat a militibus, dissecabatur: & sub prætextu quod curaret, ut servarent ordines, flagellis crudeliter cædebat quem inveniebat ferentem aliquod spolium. Cum hæc fierent, & ab igne corrupti essent parietes, repente lignum ardens cecidit in Tribunum, & ei duplicem affert mortem: perfracto enim capite ejus, ussit reliquum corpus; & statim Fideles milites, & Christianus populus, scientes eum esse propensum ad simulacra, Deum glorificarunt, & dixerunt illum Psalmum, qui incipit: (c) Quid gloriaris in malitia potens iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lin-*

Comburitur Marnium.

Quid passus tribunus Idololatra.

(c) Psal. 51.

lingua tua: tamquam novacula acuta fecisti dolum: & quæ deinceps sequuntur in Psalmo. Dies vero plurimos perpetuo arsit templum.

XLVI. Gentiles plures conversi ad fidem.

Postea autem facta est domorum persecutio: erant enim multa simulacra in plurimis atriis: & quæ inveniebantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem in cœnum jaciebantur. Inveniebantur quoque libri pleni præstigiis & incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebant mysteria & alia nefaria idololatræ. Ipsi quoque eadem passi sunt quæ dii sui. Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alii quidem metu, alii vero condemnantes priorem suam vivendi rationem. Omnibus vero portas aperiebat sancta Ecclesia: meminerat enim sacræ scripturæ, quæ dicit (a): Pulsanti aperietur; & qui quærit, invenit: & rursum (b): Sive prætextu, sive veritate Christus annuncietur. Dicebant autem quidam ex Fidelibus sancto Episcopo: Non oportere eos accipere, qui accedunt propter metum; sed eos, qui bono proposito. Sanctus vero Episcopus dicebat iis qui hæc dicebant: Sunt etiam virtutes, quæ casu, & calamitate accidunt hominibus, &c. Docuit enim pluribus accidere sæpe ut homines ex inflictis a Deo flagellis resipiscant. At post hæc Marcus: *Accesserunt ergo illo anno gregi Christi circiter trecenta nomina, & ab illo tempore augmentum accipiebant singulis annis res Christianorum.*

(a) Matt. 7.
(b) Philip. 4.

XLVII. De Ecclesia condenda consultatur.

Marnio autem omnino exusto, & ordinata Civitate statuit beatus Episcopus cum religioso clero & Christi amante populo sanctam Ecclesiam condere in loco exusto, quomodo ei revelatum fuerat, quando erat Constantinopoli; propter quod etiam acceperat pecunias a religiosissima Imperatrice Eudoxia. Dimissis ergo magistratibus, & Christi amante populo, ecdiant partem auxilii, ne fieret aliqua novitas post eorum exitum: non propter hoc autem solum, sed etiam ut opem ferrent ad congregandam materiam ædificii dictæ sanctæ Ecclesiæ.

XLVIII. Marnion quale.

Quidam autem consulebant, ut ædificaretur, sicut positum fuerat idoli templum. Erat enim forma rotunda, circumdatum duabus porticibus, se invicem interius subeuntibus; ejus vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, Septentrionaleque & extensum in altum: habebat autem quædam etiam alia, quæ decebant simulacra apta ad execranda illa & nefaria, quæ fiebant ab Idololatris. In hac ergo forma & positura dicebant quidam ædificandam esse sanctam Ecclesiam: alii vero contradicebant, dicentes ipsam quoque positura memoriam esse delendam. Qui autem hoc dicebant, persuadebant omnibus, ut qui recte dixissent. Dixit vero sanctissimus Episcopus: Hoc quoque relinquemus consilio.

XLIX. Forma Ecclesiæ construendæ.

Interim autem dum purgaretur locus, venit Magistrianus epistolas afferens Imperatoriæ semper memorandæ Eudoxiæ. Continebant vero litteræ salutationem, & precum petitionem pro suo marito & filio. Erat autem in alia charta intra litteras descripta forma sanctæ Ecclesiæ in figuram Crucis, quomodo nunc quoque, Deo volente, cernitur: & continebant litteræ, ut convenienter dictæ figuræ sancta conderetur Ecclesia. Lætatus est autem Sanctus Porphyrius, cum legisset & vidisset formam descriptam: sciebat enim hoc quoque factum fuisse ex divina revelatione, & meminit Scripturæ quæ dicit (c): Cor regis in manu Dei. Continebant autem litteræ, pretiosas quoque columnas esse mittendas, & marmora. Ejecto autem cinere, & ablatis omnibus abominationibus, reliqua rudera marmorum Marnii, quæ dicebant esse sacra, & in loco inaccesso maxime mulieribus, ea censuit sanctus Episcopus incrustari in platea ante templum, ut conculcarentur non solum a viris, sed etiam a feminis, canibus, & porcis, & bestiis. Hoc vero Idololatris fuit magis molestum, quam templi conflagratio. Quamobrem quamplures ex iis, maxime autem mulieres, usque ad hodiernum diem marmora non ascendunt.

(c) Prov. 21.

L. Solemnis apparatus ad Ecclesiam construendam.

Brevi autem post tempore, indicit jejunium uno die: & cum dimissæ fuissent preces matutinæ, jussit prius Episcopus quemlibet virum Christi amantem afferre ligones, & rastra & alia hujusmodi instrumenta. Hoc vero vespere prius edixerat, ut omnes mane invenirentur parati: quod etiam factum est. Congregato autem populo cum dictis instrumentis in sancta Ecclesia, quæ appellabatur Irene, jussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur portans sanctum Evangelium, & circa se habens pium clerum, re vera imitans Christum cum discipulis. Præcedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandæ Crucis portans effigiem: ab utrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio civitatem. Euntes autem psallebant, & in versiculorum Psalmi intercisione dicebant; Alleluja. Erat autem Psalmus, quem dicebant (d) Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro, &c. *usque ad finem. Dicebant alios quoque Psalmos, donec ingressi sunt in Marnium. Hortatus est autem S. Porphyrius Episcopus Ruffinum quemdam architectum Antiochenum, virum fidelem & scientem, per quem etiam fuit perfectum totum ædificium. Is accepto gypso designavit posituram sanctæ Ecclesiæ convenientem formæ, quæ missa fuerat*

Processionis Ordo.

(d) Psal. 94.

vat in primis a pia Augusta Eudoxia. Cumque precatus esset sanctissimus Episcopus, & genua flexisset, jussit populum fodere. Statim autem omnes uno animo & eadem alacritate fodiebant, clamantes: CHRISTUS VICIT. Non licebat vero videre differentiam inter virum, & mulierem, aut senem aut puerum: sed promptus & alacer animus vires prabebat omnibus. Et alii quidem fodiebant, alii autem terram exportabant; adeo ut paucis diebus fuerint & omnia loca effossa, & terra egesta. Prius itaque praparata materia, & ingentibus lapidibus ex tumulo, qui dicitur Aldioma, a parte Orientali Civitatis, & alia materia:

LI. Ritus construendæ Ecclesiæ.

Sanctus rursus congregato Christi amante populo, multisque precibus, & psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, & jacere fundamenta: deinde pii quoque clerici, & omnes laici lætantes, & magna voce psallentes, adeo ut audirentur a tribus milliariis a civitate. Factum est autem illo die magnum miraculum. Nempe de tribus pueris in puteum delapsis, sed Dei ope servatis, signoque Crucis divinitus impressis. Subdit vero hæc auctor de Eudoxia: *Anno autem sequenti mittit Eudoxia Imperatrix columnas, quas erat pollicita, quæ quidem erant magnæ & admirabiles, numero triginta. Duæ vero vocabantur Carostiæ: quæ quidem sunt in sancta ecclesia lucentes tanquam smaragdi, &c.* Subdit de ædificatione ipsius ecclesiæ ad quinquennium propagata. Reliqua vero quæ contigerunt anno sequenti, suo loco reddituri sumus, observatione quidem dignissima.

LII. De strato Marnio victoria.

(a) Isai. 47.

(b) Hier. in Vit. S. Hilarion.

(c) Hier. epist. 7.

Ecce tandem confractus est (a) Bel, contritus est Nabo: confractum, inquam, est idolum Marna, Marniumque prostratum; quod fieri per Hilarionem optavit clarissima illa Aristeneta Helpidii Præfecti Prætorio uxor, cum eum sic invocabat, dicens (b): *Ingrediatur servus Dei Gazam, & Marnas corruat.* Qui ergo quondam (ut S. Hieronymus (c) ait) sub Theodosio lugebat inclusus, eversionem templi jugiter pertimescens, jam extinctus penitus jacet: immo ob Christi Domini majorem gloriam factum est, quod idem Sanctus Hieronymus ait in commentariis in Isaiam (d): *Hoc nostris temporibus videmus esse completum: Serapium Alexandriæ, & Marnæ templum Gazæ in Ecclesias Domini surrexerunt.* Hæc ipse.

(d) Hier. in Isai. l. 7.

LIII.

Qui fuit horum omnium fidelis coadjutor S. Joannes Chrysostomus, idem sedulo curavit apud Imperatorem, ut quæ in Phœnicia essent residua idolorum culturæ, penitus tollerentur. Testatur id quidem Theodoretus his verbis (e): *Porro cum certior factus Joannes esset, Phœniciam etiamnum ad nefaria dæmonum mysteria celebranda cæco furore ferri: monachos divino pietatis studio inflammatos in unum cogit, eosque cum edictis Imperatoris ad simulacrorum fana demolienda mittit. Opificibus autem eorum ministris, qui ista deturbarent, mercedem non ex Imperatoris deprompsit ærario; sed feminas tum divitiis circumfluentes, tum fide praclare instructas induxit, uti sumptus in eam rem (docuit namque quanta lucri ex tali largitione colligi soleat) affatim & liberaliter suppeditarent. Itaque reliqua dæmonum delubra hoc pacto solo æquanda curavit.* Hactenus Theodoretus. Verum ipse, quæ postea secuta sunt, reticuit, aut fortasse ignoravit, nempe Gentiles Phœnices morum suorum tenacissimos cultores (quippe qui ipsorum cultum in diversas Orbis provincias propagasse gloriarentur) molestissime ferentes templorum suorum se passos esse jacturam, in ipsos monachos impetum fecisse: quod quidem testificatione ejusdem S. Joannis Chrysostomi liquet; qui & ait, ex iis quamplures occisos esse, alios vero nonnullos vulneribus confectos. Acciderunt autem hæc post biennium, cum ipse Joannes Chrysostomus in Armenia exularet, unde scribens ad Ruffinum presbyterum in primis hæc habet (f):

(e) Theod. l. 5. c. 29.

Templa Idolorum in Phœnicia destruuntur.

(f) Chrys. epist. 126.

LIV. Monachi a Gentilibus male habiti.

Phœnicia mala rursum exarsisse, ac Gentilium furorem auctum esse, accepi: compluresque monachos partim vulneribus affectos esse, partim etiam mortem obiisse. Ac propterea majorem in modum te urgeo, ut quam celerrime te ad iter accingas atque in acie stes. Certum enim habeo, fore, ut si preces, lenitatem, & mansuetudinem, & tolerantiam, & patientiam, eamque quam soles animi fortitudinem adhibueris; vel aspectu solo adversarios in fugam conjicias, ipsorumque furorem extinguas; atque eorum qui nostras partes tuentur, animos recrees, ac denique multa bona efficias, &c. Pluribus enim ad id eum hortatur: polliceturque ad finem epistolæ, se ad ipsum missurum reliquias martyrum, ubi ait: *Quin de reliquiis sanctorum sine cura esto. Confestim enim ad religiosissimum meum presbyterum Terentium, itemque ad dominum meum religionis laude præstantem Trejum Arabissi Episcopum scripsi. Nam ipse, & multas & minime dubias habet, quas paucis diebus in Phœniciam ad te mittemus. Quare da operam, ne officio tuo ulla ex parte desis: nam quæ nostri muneris sunt, quanta cum promptitudine animi præstemus, vides.* Hæc ipse. At non deerant in Phœnicia martyres: sed dictum est superius, Gentiles tempore Juliani, omnia quæ in Phœnicia erant Christianæ religionis monumenta, demolitos esse. Magnam in reliquiis Sanctorum martyrum

Jo. Chrysostomi zelus in idola.

Ruf-

Ruffinus iste fiduciam collocavit: etenim illos in suis reliquiis quasi redivivos Christianæ militiæ duces sibi adsciivit ad destruenda quæ reliqua erant in Phœnicia Idololatriæ vestigia. Quod & assecutum esse una cum aliis, qui superfuerunt a cæde, monachis, certum illud est argumentum, quod de Phœnicum Idololatria nulla penitus posthac mentio reliqua habeatur. Extat ejusdem S. Joannis Chrysostomi ad ipsos monachos antea ab eo missos, sed ita postea persecutione exagitatos, insignis epistola (*a*), quam brevitatis causa prætermittimus recensere: misit & ad eos roborandos, non solum quem diximus, Ruffinum presbyterum; sed ex Armenia, ubi agebat, Joannem item presbyterum. Quam autem solicite, quantoque zelo pietatis istud ipsum negotium ipse Chrysostomus curarit, dictæ ab ipso ad eos tunc scriptæ epistolæ declarant.

(*a*) *Chrys. ep.* 123.

LV. Templa in Phœnicia diruta quæ.

Equidem, quod semel ipse, de quo egimus, S. Porphyrius Gazensis Episcopus viam aperuisset ad egregie idolorum delubra sternenda; pari æmulatione incitatos fuisse Phœniciæ Episcopos, ut id ipsum ab Arcadio postularint, obtinuerintque eodem patrocinante Chrysostomo, par est credere. Sane quidem etsi constat a Constantino Imper. demolitum fuisse, quod erat ibi delubrum in monte Libano situm, promptuarium turpitudinum; cætera tamen integra remanserunt. At quænam hæc & qualia? Erat apud Sidonios in Phœnicia magnum templum Astartæ; aliud insuper ingens templum, quod Ægyptiam nominat Lucianus; sed & illud insuper augustum Bybli dicatum Veneri. Extabant hæc omnia in Phœnicia temporibus Luciani (*b*) magna frequentia celebrata: quod autem ante hac fuerint diruta, nemo, quod viderim, prodidit. Sed ad Eudoxiam exædificantem Gazæ nobilem Ecclesiam redeamus.

(*b*) *Lucian. de Dea Syria.*

LVI. Eudoxia aufert agrum viduæ.

Felix plane, quaterque felix ipsa, nisi ædificans manu altera, altera destrueret. Jam memoria repete, quæ ex Marco diacono nuper sunt enarrata; nimirum abalienatam ipsam fuisse ab amicitia S. Joannis Chrysostomi, quod eam arguisset ob agrum viduæ ademptum. Quonam autem modo res hæc se habuerit, jam enarremus: atque in primis ex Marco diacono erroris arguamus eos, qui rem gestam ad tempus illud referunt, cum adversus eumdem Chrysostomum Synodus Constantinopoli cogeretur: longe enim ante ea contigisse, dicta superius ex eodem auctore declarant. Qui vero res Joannis Chrysostomi oratione prosecutus est Leo Augustus, (*c*) ejusmodi narrationem aggreditur: *Theognostus prius ille & fidelis, erat quoque ipse unus ex iis qui erant familiares Imperatori Arcadio. Invidia autem diaboli, & Gaii, qui morbo laborabat Arii, apud Imperatorem accusatur Theognostus, & injusta bonorum publicatione cum relegatione damnatur, simul cum uxore & liberis: & ut paucis absolvam, priusquam pervenisset ad locum, in quem erat relegatus, in itinere via vitæ peracta migravit ad Deum. Hujus uxor reversa accedit ad divinum virum, & de se omnia docuit. Hic autem misericors, & Christi imitator, corde dolorem concepit ob ea quæ acciderant, & ob feminæ viduitatem: & pulchre quidem consolatur; & quæ par erat, ei suadet. Rursum vero considerat, quemadmodum viduæ sua restituantur.*

(*c*) *Leo Aug. orat. de Vit. Jo. Chrys.*

LVII. Eudoxia Theognosti relictæ vineam abstulit.

Cum is autem de eo esset solicitus, aliud malum excitavit malignus adversus mulierem viduam. Erat enim tempus vindemiæ, propter quam Imperatrix egressa erat ex urbe: & nescio quomodo prius ingressa fuit in vineam viduæ, & sua manu excerptum botrum comedit. Deinde docetur, vineam esse alterius. Inducunt legis quod est in rebus hujusmodi auxilium, quæ vineam Imperatrici adjudicat, si quid tale contigerit, & domino aliquod pretium vel aliquid aliud jubet reddi: & jussu Imperatricis refertur vinea in numerum suburbanorum suorum. Hoc autem non temere & simpliciter jubebat: sed duo hæc meditata: unum quidem, propterea quod irasceretur viduæ, ut eam magis affligeret: alterum vero, & cujus majori studio movebatur, ut acciperet occasionem vexandi Pontificis, cogitante illa, fore, ut resisteret, & ita legem incideret, & offenderet Imperium. Sed illa quidem ita se habebat. Pontifex autem quomodo? suadebat, supplicabat, ut decebat ejus philosophiam. Quid illa contra? ea dabat responsa, quæ erant plena impudentia, Romanæ legis auxilium, & quævis alia, quæ ex adverso objiciebat vana phantasia sua arrogantia.

LVIII. Chrysostomus agit in Eudoxiam pro vinea viduæ.

Rursus ergo temperat medicus medicamenta salutis: quod enim laborabat, curari non poterat. Alia est præterea species curationis; solvens causas per quas videbatur id quod male erat affectum, laborare gravius: solvens injustos prætextus, nempe quod hæc lex quidem lata esset ab Imperatoribus, sed qui forte erant a fide alieni: Tu autem es (ajebat) lex, & tibi obtigit ut imperes, & tibi est conscientia quæ cogit, & quæ rem optime novit & intelligit. Ne permittas, ut multi coacti te novam vocent Jezabel, & quæ de Nabathe scripta sunt in veteri Testamento. Hæc sapientis medici, quæ perpetuo adhibebat, medicamenta, male affectam feminam magis inflammabant; adeo ut nec medicum quidem admitteret, immo vero repelleret, & quam nefarie conceptam celabat bilem, aperte in lucem pro-

di-

deret. Sic quidem repellitur medicus. Quid vero qua deinceps sequuntur? Aderat dies festus, & celebris Crucis in altam elationis, & jusserat Pontifex, ut porta Ecclesiæ clauderetur soli Imperatrici. Ecce ergo primus Imperator ingreditur, & fidelissimi populi universa multitudo eum eo & circa ipsum. Cum autem cœpisset sanctus de more concionari, vis sanctissimi qua eum illuminaret Spiritus reddidit elegantiorem verborum pulchritudinem, cum coque loquebatur. Et quid opus est dicere, ad quantam admirationem veniens multitudo applausit exultationibus sacræ dilectionis?

LIX. Eudoxia prohibetur ab ingressu Ecclesiæ.

Cum hæc autem fierent intra templum: ecce etiam Imperatrix cum reliquo, qui eam stipabat comitatu. Et aliis quidem omnibus ingressum servabant ostiarii liberum: ipsam vero probibebant. Ira adhuc inconsideratam possidebat Imperatricem. Mitto dicere, quantum in divinum Pontificem (idem autem est dicere in Deum) contumeliis invecta est & infremuit. Deinde cogitabat quidam ex iis qui cum ipsa erant, & tentat portam gladio percutere: ejus autem manus statim arescit. Timet ergo Imperatrix, & statim revertitur. Ille autem, cujus manus exaruerat, accedit ad sanctum, pœnitentia ductus, & supplicans statim curatur, & Deus per servum suum magnificatur, & glorificatur. Hæc de his Leo Imperator, ipsique tradunt consentientia cæteri: quæ quidem ante adventum Palæstinorum Episcoporum Joannis atque Porphyrii accidisse monstravimus. Verum antehac quid huic simile præcesserit, idem auctor docet his verbis (a):

(a) Leo Aug. in Vita Chrys.

LX. Jo. Chrysostomus causam agit viduæ Alexandrinæ.

Deinde Paulacii in Ægypto Præsidis sequitur a quadam vidua apud Imperatorem accusatio. Largiamur vero nonnihil narrationi. Continebat autem accusatio, quod debitor esset circiter quingentorum aureorum. Eum cogit Imperatrix, nec prius eum remisit quam ab eo exegisset quantitatem centum librarum auri: reddidit autem accusatrici solum trigintasex aureos nummos. Quid ergo facit, quæ accusabat mulier? Confugit ad communem defensorem. Ille vero producendum curavit eum qui accusabatur, & ab eo exigebat id quod reliquum erat debiti. Hoc quoque rescivit Imperatrix: quæ significavit Pontifici, ut eum dimitteret, cum ipsa ab illo exegisset pecuniam. De hac re inter utrumque vehemens exoritur contentio; & postremo res eo deducitur, ut per impudentiam procedatur adversus sanctum. Mittit enim duos Centuriones cum suis cohortibus, ut eum qui accusabatur, a sancti manibus abstraherent. Hæc avara mens Imperatricis. Hic velim, lector, consideres Episcopum omnium miserabilium personarum esse judicem competentem, suique juris esse male ab alio judicata rescindere, etiamsi Princeps esset, qui injustam sententiam protulisset. Vides insuper Episcopos carcerem penes se habere, in quem detrudant, qui injuste miserabilium bona detinent. Vides (inquam) Joannem jure agere adversus viduæ debitorem, eumdemque carcere mancipare, nec velle dimittere. Sed licet adhibita vi turpiter per Centuriones abstractum, vindex Deus haud sivit inultum, neque passus est in hoc conflictu Episcopum posteriores referre. Nam quid post hæc accidit? Audi rem quidem admirandam, tum ab eodem auctore, tum ab aliis enarratam, cunctisque certa fide patentem: Accidisse nimirum, ut Centuriones, qui conati erant vi abstrahere creditorem, absterriti fuerint horribilis aspectu Angeli, romphæa diræ minantis. Sicque perterrefactos rediisse ad Imperatricem: illam vero reliquum persolvisse pecuniæ. Addunt (b) alii viduam hanc Alexandrinam fuisse, nominatam Callitropan: Paulacium vero Ducem fuisse Augustalem in Ægypto, quem vidua, jam absoluta illius magistratus functione, Constantinopoli apud Præfectum Prætorio convenerat: sed illo contemnente jus dicere, Eudoxiam, penes quam vidua questa fuerat, eam ratione pœnæ mulctam irrogasse librarum centum; viduam vero, datis illi tantum trigintasex nummis, abire jussisse. Addit Auctor excusasse se Chrysostomum cum Frumentio ab Eudoxia ad eum tunc misso; se id minime agere, ut Imperatricis majestatem contemneret, sed, tum ut viduæ omni destitutæ præsidio, ex divinarum legum præscripto præsto esset, tum etiam ut animæ ipsius Augustæ bene consuleret; quod præcipuum esset Episcopalis dignitatis officium, curæ prospicere animarum. Certe quidem non nostri dumtaxat, sed & externi Eudoxiam avaritiæ infamant: Zosimus enim hæc de ipsa ait (c): *Conjux Arcadii Eudoxia super sexum arrogans, & insatiabili avaritiæ tum eunuchorum, tum familiarium sibi muliercularum, quæ maxime huic imperabant, undique addicta, vitam omnibus acerbam reddebat; adeo quidem, ut modestis hominibus morte nihil esset optabilius.* Hæc ipse. Cujus quidem rei cum recensiti superius casus fidem faciant; demonstrant id ipsum expressius, quæ modo dicturi sumus.

(b) Apud Metaph. in Vit. Chrys.

(c) Zosim. l. 5.

LXI.

Theodoricus ille * (inquit Leo (d) Augustus) *qui tunc erat Patricius, cum esset ditissimus, ab Imperatrice appetitur insidiis. Quid ergo facit vir ille? Confugit ad communem portum, & servatur quidem ab iis quæ ei parabantur, insidiis: servatur autem meliori quoque, & permanente salute, modo alio: Dispersit, dedit omnia pauperibus. Quomodo? magistri nempe Joannis consiliis &*

(d) Leo Imp. de Vita Chrysost.

* Theodoritus.

sed-

Theodoricus Patricius illudit avaritiæ Eudoxiæ.
(a) Act. 10.
(b) Metap. in Vita Chrys.

suasionibus. Quæ ex re quid lucratur? Thesaurum cælestem; cum esset ei persuasum, Cornelii (a) *eleemosynam, ejus quoque esse exæquandam eleemosynam. Hæc cum rescivisset Imperatrix, non potuit amplius contineri. Impudentiam autem illam & temeritatem suam absque ullo rubore sancto indicat: eum namque bona Patricii lucratum esse, nugabatur & objiciebat: ejus enim qui erat mundus, propter benignitatem admonitio, erat Eudoxiæ inquinatæ sordida existimatio.* Hæc ipse: sed alii eadem (*b*) pluribus. Ex his quoque additamentum haud exiguum ad odium ante conceptum Eudoxiæ accessisse adversus Joannem, omnes affirmant.

LXII. Dissidia inter Severianum & Joannem oborta.
(c) Socr. l. 6. c. XI.

Quæ autem subsecuta est dissensio Joannis Chrysostomi cum Severiano Gabalensi in Syria Episcopo concitata per Serapionem diaconum, hoc anno post natum Theodosium, Eudoxiæ animum haud mediocriter exacerbavit. Hæc autem quomodo sè habuerint, licet Socrates (*c*) narret, haud tamen ipsa in omnibus inventa sunt consentientia veritati: ait igitur ipse: *Cum insolens Serapionis fastidium & arrogantiam nemo ferre posset* (erat hic diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ) *Joannis namque Episcopi fretus gratia, adeo magnos animos sumpsit, ut extra modum omnes contumeliose insectaretur: ob eam causam odium contra Episcopum inflammatum magis magisque exarsit. Quinetiam cum Severianus quodam tempore ad locum, ubi Serapion erat, accederet: Serapion honorem Episcopo debitum illi non tribuit, neque ei assurrexit: unde Severiani præsentiam se parvifacere declaravit. Hunc Serapionis contemptum Severianus non tulit: immo vero etiam in eum vehementer vociferatus est, his ferme verbis: Si Serapion moriatur Christianus, Christus certe numquam homo factus est. Serapion hac arrepta occasione, Severianum Joanni aperte fecit inimicum, dum prius sententiæ membrum supprimeret, nimirum, Si Serapion moriatur Christianus: posterius, nempe, Christus certe numquam homo factus est, Severianum dixisse affirmaret. Itaque sui loci at-*

PAGIUS XXIX.

Sopitur controversia orta inter S. Chrysostomum & Severianum Episc.

Ad num. LXII. & seq. Dissensio, quæ contigit inter Sanctum Joannem *Chrysostomum* & *Severianum*, Episcopum Gabalæ civitatis prope Laodiceam maritimam in Syria, quam recitat Socrates lib. 6. cap. 11. sopita anno tantum sequenti. Ait enim Socrates Chrysostomum, Severianum a sua familiaritate removisse, *donec tandem Eudoxia Augusta in Ecclesia Apostolorum, filium suum Theodosium, qui nunc feliciter regnat, tunc temporis admodum puerum ad genua Joannis abjiciens, & per illius caput crebro eum obtestans, ægre ab illo obtinuit, ut Severianum in amicitiam suam admitteret*, ut habet versio Valesii; ea enim qua usus est Baronius prorsus depravata, ista sc. *Ubi Eudoxia filium suum Theodosium jam tum Imperii Statum, quanquam admodum adolescens erat, prospere & feliciter gubernantem ad genua Joannis abjecit.* Porro cum Theodosius mense Aprili currentis anni in lucem prodierit, non videtur verisimile, eum a matre deductum ad Ecclesiam, & ad genua Chrysostomi locatum, priusquam annum unum aut decem menses explesset, ut inquit Valesius, qui tamen perperam ait, *Theodosium* a Chrysostomo e sacro fonte susceptum fuisse, quod & Baronius habet ex Nicephoro supra a nobis refutato.

XXX.

In Concilio Taurinensi agitata controversia de Primatu inter Episcop. Viennensem & Arelatensem.

Hoc anno celebratum *Concilium Taurinense*, de quo Baronius agit anno CCCXCVII. num. XLII. & seq. Cum enim ex Zosimi Papæ Epistola II. & altera ejusdem ad Africanos constet, quo tempore ea Synodus coacta, *Brixium* apud Turonos jam Episcopum fuisse, & Sanctus *Martinus* die undecima mensis Novembris anni superioris ad Deum migrarit, ante hunc annum Concilium illud non indictum. Synodica enim ad universos Episcopos Galliarum data his verbis inchoatur: *Sancta Synodus, quæ convenit in urbe Taurinatium die X. Kalendas Octobris, Fratribus dilectissimis per Gallias & quinque Provincias constitutis.* Synodus non a Gallicanis Episcopis, tametsi adfuisse aliquos certum sit, sed horum postulatione, ut Præfatio ipsa docet, ad componendas eorum de variis negotiis controversias, ab Italiæ Episcopis potissimum celebrata. Præcipua versabatur inter Episcopos Arelatensem & Viennensem de jure Metropolicn, quæ canone secundo his verbis memoratur: *Illud deinde inter Episcopos urbium Arelatensis & Viennensis, qui de Primatus apud nos honore certabant, a sancta Synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat; & ipse juxta Canonum præceptum ordinationum habeat potestatem. Certe ad pacis vinculum conservandum, hoc consilio utiliore decretum est, ut si placet memoratarum urbium Episcopis, unaquæque de his vicimiores sibi intra Provinciam vindicet civitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis vicinas magis esse constiterit: ita ut memores unanimitatis, atque concordiæ, non alter alterum longius sibi usurpando, quod est alii proprium, inquietet.*

XXXI. Controversia de jure Metropolico civili Tyrum inter & Sidonem.

In Occidente, non minus quam in Oriente inter civitates aliquando controversia fuit, quænam earum Metropolis esset. Emin. Card. Norisius in Dissert. IV. de *Anno & Epochis Syromacedonum* cap. 3. nummum Græcum Tyri refert ex Museo Mediceo, in quo ea dicitur *sacra Metropolis*, quem titulum egregie ibidem explicat: Suidas voce *Paulus* scribit: *Paulus Tyrius Orator fuit temporibus Philonis Byblii, qui sub Hadriano Imp. cum Legatum egisset, Metropolem fecit*. Hadrianus imperium accepit A. U. DCCCLXX. ante quem tamen Tyrus in Mediceo nummo Metropolis appellatur. Strabo, qui libros Geographicos initio Principatus Tiberii descripsit, lib. 16. vocat Tyrum ac Sidones urbes antiquas & illustres, addens; *Controversumque manet, utra earum Phœnicum Metropolis dici debeat*. Quare Tyrus ante Hadriani imperium Metropoleos titulum ferebat, secus ac Suidas existimavit. Verum nomine *Metropoleos* intelligi potest urbs, quæ aliarum veluti mater extiterit, quæve colonos in-

atque ordinis homines testes adducit, illud a Severiano dictum esse. Quapropter Joannes, abjecta omni cunctatione, Severianum a Civitate exigit. De quibus rebus Eudoxia Augusta certior facta, & Joannem incusat, & Severianum Chalcedone Bithyniæ propere accersendum curat.

LXIII. Concordia inita inter Joannem & Severianum.

Ille quamprimum redit; Joannes se ab ejus amicitia removet; nec cuiquam illum, ut cum Severiano rediret in gratiam, cohortanti, morem gerere voluit. Tandem ubi Imperatrix Eudoxia in Ecclesia, quæ Apostolorum nomine nuncupata est, filium suum Theodosium jam tum Imperii statum, quamquam admodum adolescens erat, prospere, & feliciter gubernantem, ad genua Joannis abjecit, & sancte illum obtestata est: vix adduci poterat, ut Severiani amicitiam amplexaretur. Ita quidem sic Socrates: nisi male ita ea verterit Interpres. Nicephorus (a) vero ex emendatiori fortasse codice felicius veritatem assecutus, ita habet: *Eudoxia Theodosium infantem, quem Joannes per baptismum sibi filium arrogaverat, ad genua ejus admovens, multumque deprecans, & adjurans, vix tandem persuasit, &c.* Subdit his vero Socrates: *Verumtamen etsi hoc pacto amicitia inter eos specie quadam externa videbatur reconciliata: nihilominus tamen animum alter adversus alterum exulceratum retinuerunt. Causa ve-*

(a) Niceph. lib. 13. c. 9.

PAGIUS

» in alia oppida miserit; atque ita *Tyrus* nomen Metropoleos usurpavit, cum *Carthago* in Africa, aliæque in Hispania maritimæ urbes Tyriorum coloniæ fuerint. At in Phœnicia *Sidon* se omnium Metropolim jactabat, quod ipsamet Tyrus Sidoniorum colonia erat, uti testatur Sanctus Hieronymus in cap. 23. Isaiæ: *Tradunt*, inquit, *Historia quod Tyrus colonia Sidonis sit*. Hoc tamen Tyri inficiabantur, seque Sidoniis antiquiores esse contendebant; unde de jure Metropoleos inter utrosque, ut ait Strabo, controversia erat. Rursus ea urbs Metropolia dicebatur, ubi Provinciæ Præses sedem tenebat: qua ratione Metropoles provinciarum passim dignoscebantur; atque ita ad Ecclesias idem nomen translatum est, ut illa Metropolitana appellaretur, in qua Episcopus totius provinciæ Primas resideret. Spartianus cap. 14. de Vita Hadriani scribit: *Antiochenses inter hæc ita odio habuit, ut Syriam a Phœnice separare voluerit, ne tot civitatum Metropolis Antiochia diceretur*. Itaque cum Hadrianus Syriam superiorem a Phœnice distinxerit, ac novum legatum Proprætorem in Phœnicen miserit, hic apud Tyrum jussu Principis sedem posuit, ac proinde Tyrus nova Phœnicum Metropolis esse cœpit, quem honorem Paulus Orator suæ patriæ ab Honorio auctore Suida impetravit. Ita doctissimus Cardinalis.

XXXII. *Controversia de jure Metropolitica Ecclesiæ inter Viennam & Arelatem.*

Sic in Galliis magna per hæc tempora inter urbes Viennensem & Arelatensem de Primatu, seu de jure Metropoleos controversia fuit. Rufus in suo Breviario anno CCCLXIX. aut insequenti edito dicit, Gallias cum Aquitania Provincias quatuordecim continere, inter quas numerat Provinciam Viennensem. In Notitia Imperii Occidentalis, ubi Procuratores cynegiorum enumerantur sub dispositione Comitis sacrarum largitionum ponitur: *Procurator cynegii Arelatensis Provinciæ Viennensis*, & inter quinque Provincias Galliarum vulgo dictas numerabatur provincia Viennensis. Hoc quinque Provinciarum corpus adhuc perseverabat hoc anno, quando *Concilium Taurinense* celebratum, ut ex titulo Synodicæ laudatæ constat. Quare non videtur dubium, quin Metropolis tum fuerit civitas *Vienna*, quæ sola omnium ejus Provinciæ civitatum Metropolis nomen gerit in Notitia, inquit Sirmondus in notis posthumis ad Concilium Taurinense. *Arelate* tamen Provinciæ Viennensis civitas variis, Principum beneficio, jam inde a Constantini temporibus, a quo *Constantina* nominata est, aucta incrementis, & ornata privilegiis, (unde & *Gallula* illi *Roma* nomen inditum ab Ausonio, ab eodemque Arelate in clararum urbium Catalogo in secundo intra Gallicanas post Treviros loco posita) de Metropolis nomine ausa est cum Vienna contendere, & Arelatensis Episcopus honorem Primatus intra Provinciam affectare. Re igitur ad Concilii Taurinensis judicium ab utriusque Episcopis delata, definitum est a Synodo, ut qui suam civitatem probaret esse Metropolim, Primatus honorem obtineret.

XXXIII. *Occasione institutionis septem Provinciarum renovata.*

Hæc controversia postea renovata occasione institutionis Septem Provinciarum Galliæ vulgo dictarum, quod earum Metropolis *Arelas* dicta sit. Cujus institutionis annus cum ignoretur, ea hic nobis eo magis explicanda, quo ad eam recurrunt, qui decretum Concilii Taurinensis elucidare volunt. Quinque itaque Provinciis vulgo appellatis, nempe Narbonensi primæ, Viennensi, Alpibus Maritimis, Narbonensi secundæ & Aquitaniæ primæ duæ adjectæ, Novempopulana sc., ac secunda Aquitania, & Septem Provinciæ a Galliis distinctæ sunt a *Petronio* Præfecto Prætorio Galliarum, ab eoque decretum, ut Conventus Septem Provinciarum singulis annis *in Metropolitana, id est, in Arelatensi urbe* congregaretur, quemadmodum discimus ex constitutione Honorii & Theodosii Jun. data anno quadringentesimo decimo octavo, & ad Agricolam Præfectum Galliarum directa. In ea Honorius & Theodosius etiam dicunt, se decernere, ut Conventus ille, qui interpolatus fuerat *vel incuria temporum, vel desidia Tyrannorum*, reparetur ab *Agricola*. Legitur primum hæc nova divisio in Epistola Zosimi Papæ anno CCCCXVII. data, in cujus fronte habetur: *Zosimus universis Episcopis per Gallias & Septem Provincias constitutis*. Quæ distinctio Septem Provinciarum diserte explicata est in Notitia Galliæ a Sirmondo publicata, & a nobis recitata anno CCCLXXIV. Edictum itaque primarium hujus institutionis a *Petronio* factæ nobis tantum innotescit ex constitutione Honorii laudata, in qua Septem quidem Provinciæ in universum memorantur, sed duæ tantum in speciali exprimuntur, *Aquitania*, nempe secunda, & *Novempopulana* his verbis: *Ita ut de Novempopulana & secunda Aquitania, quæ Provinciæ longius constitutæ sunt, si earum Judices certa occupatio tenuerit, sciant legatos juxta consuetudinem esse mittendos*, ad Conventum nempe Septem Provinciarum Arelatis celebrandum.

XXXIV.

Porro non tantum ex laudata Notitia Galliarum, sed etiam ex Hincmaro ac Calliato Papa hujus

vera itaque cur Joannes Severiano succenseret, ejus generis fuit. Hucusque Socrates: eadem quoque Sozomenus (*a*) atque alii.

(*a*) Sozom. l. 8. c. 10.

LXIV. Populus concitatus in Severianum.

Sed unde Socrati, ut Joannis animum numquam prorsus erga Severianum reconciliatum affirmet; cum ex homiliis ob concordiam inter utrumque initam tunc publice in Ecclesia dictis, constet inter eos pacem firmiter consolidatam? Extant enim duæ ejus argumenti orationes apud ipsum Joannem Chrysostomum: prior, qua Joannes studuit in Ecclesiam ipsum recipere Severianum, idemque pace firma conjungi: tantum enim aberat ut ipse in eum indigno animo esset, ut populum nonnihil in ipsum infensum, emolliendo, delinire, glutinoque pacis unire, omni adhibito studio laborarit: in qua hæc post alia plura inculcata de pace (*b*): *Multa* (inquit) *dudum tristia gesta sunt in Ecclesia. Deum confiteor, sed non laudo perturbationes, seditiones non amplector. Sed omittamus hæc. Desinite, conquiescite, cohibete animos, refrenate iracundiam. Sufficit jam quod laboravit Ecclesia, finis sit, desinat turbatio: hoc enim & Deo placitum, & piissimo Principi acceptum est. Oportet enim & Regibus obedire, maxime cum & ipsi obtemperent Ecclesiasticis legibus. Dicit Apostolus* (*c*): *Principibus, & potestatibus subditi estote: Quanto magis*

(*b*) Chrys. hom. de recip. Sever.

(*c*) Tit. 3.

PAGIUS. *Alpes Graja inter Septem Provincias numquam numerata.*

hujus nominis II. *Alpes Graias* in numerum Septem Provinciarum adscriptas non fuisse, ideoque & Blondellum in lib. contra Primatum Ecclesiæ pag. 709. easdem eo numero comprehendentem hallucinatum esse, discimus. Hincmarus enim Epist. XIV. ad Episcopos de jure Metropolitanorum num. 17. de Delegatione vicium Apostolicæ sedis loquens, ait: *Quæ temporibus Theodosii & Honorii Imperatorum, Pontificatu Papæ Zosimi, per Septem provincias, scilicet Viennensem, Lugdunensem, Narbonensem primam, & secundam, & Alpinam, & Novempopulanam, & secundam Aquitanicam emanavit, ut de his Provinciis Honorati, vel Possessores, Judices & Episcopi præfatarum Provinciarum ab Idibus Augusti, quibuscumque mediis diebus, in Idus Septembris, in urbe Arelatensi, quæ Constantina vocatur, ad Concilium Forense vel Ecclesiasticum convenirent, ita ut de Novempopulana & secunda Aquitanica, quæ Provincia longius constituta sunt, si earum Judices & Metropolitanos occupatio certa retineret, legatos suos juxta consuetudinem mitterent: sicut in Edicto præfatorum Imperatorum, & in Epistolis Apostolicæ Sedis Pontificum invenitur.* Ubi Provinciæ Alpium Graiarum Hincmarus non meminit, ostenditque Edictum illud perperam *Constantino Tyranno* attribui in exemplari, quo usus est Scaliger in notis ad Ausonium *in Claris Urbibus*. Dupliciter tamen Hincmarus peccat; primo enim *Aquitaniam primam* prætermittit, & in ejus locum *primam Lugdunensem* substituit; quæ tamen omnium consensu fuit Provincia Galliarum, prout a *Quinque* vel *Septem* Provinciis distinguuntur.

XXXV. *Septem Provinciarum Conventus pro rebus civilibus tantum institutus.*

Secundo, falsum est, in *Honorii* Constitutione statui, ut tam Episcopi quam Judices, ad Concilium Forense vel Ecclesiasticum apud Arelatem convenirent, & ut Novempopulanæ ac secundæ Aquitaniæ Metropolitani legatos mittere possent. Ea enim Constitutio solum loquitur de Honoratis & Judicibus sub præsentia Præfecti Prætorio conventuris; licet postea ad exemplum conventus civilis septem illarum Provinciarum, *Hilarius* Arelatensis Episcopus Concilium in civitate Regiensi celebrarit eorum Episcoporum, qui per eas Provincias censebantur, quibus ipse præsideret, ut observat Baluzius in Supplemento lib. 5. de Concordia cap. 31. Callixtus etiam in rescripto *Valentiæ V. Kal. Martii anno MCXX.* dato, Viennensis Ecclesiæ Privilegia confirmans, nullam Alpium Graiarum mentionem facit, sed tantum concedit, *ut videlicet super Septem Provincias Primatum obtineat: super ipsam Viennensem, super Bituricam, Burdigalam, Auxitanam, quæ Novempopulitana dicitur, super Narbonam, Aquensem & Ebredunensem.* Quæ urbes Septem Provinciarum ab Honorio institutarum Metropoles civiles extiterunt. Quod si in ea *Honorii* constitutione, Novempopulana & secunda Aquitania dicantur *Provinciæ longius constitutæ*, ideoque & legatos Arelatem mittere posse, ut patet ex loco ejusdem constitutionis mox citato, (cum tamen prima Aquitania magis ab Arelate, quam secunda distet) id provenit, quia ex prima Aquitania fluviis Ligeris & Rhodani merces facile Arelatem deportari poterant; cum e contra ex secunda Aquitania nonnisi terrestri itinere & cum minori commodo: ac præterea, Judices & Honorati terrestri via magis fatigabantur; ideoque & secunda Aquitanica ac Novempopulana remotiores censebantur. Neque aliam ob causam civitas Arelatensis ad conventum Septem Provinciarum electa, nisi & propter *loci* opportunitatem, & copiam *commerciorum*, & frequentiam *commeantium*, ut Honorius in sua Constitutione diserte asserit.

XXXVI. *Corpus Septem Provinciarum post hunc annum institutum.*

Hæc divisio a *Patronio* facta ante annum CCCCXVII. cum eo anno Zosimus in laudata Epistola de Septem Provinciis mentionem faciat, & *Honorius* in sua constitutione ad Agricolam, tradat illum conventum interpolatum fuisse, *vel incuria temporum*, ideoque annos aliquot ante emissam constitutionem Honorianam, *vel desidia tyrannorum*, ideoque antequam *Constantinus* tyrannidem invaderet, aliique tyranni Provinciam solidam Narbonensem affligerent. Verum hæc immutatio accidere non potuit ante Concilium Taurinense, cum Synodica ejus inscribatur: *fratribus dilectissimis per Gallias & quinque Provincias constitutis*. Cæterum tribunal Præfecti Prætorio Galliarum, aut eo absente & in comitatu Principis versante, a cujus latere vix recedebat, Vicarii Galliarum constitisse constat in civitate Treverorum, indeque eam a Sancto Athanasio in Epist. ad Solitarios *Metropolim Galliarum* appellatam esse. Post institutionem vero Septem Provinciarum, quæ proxime post hunc annum facta videtur, sedes Præfecti Prætorio Galliarum atque adeo Vicarii translata est in civitatem Arelatensem, ubi *sub illustri præsentia Præfectura*, ut inquit Constitutio Honoriana, Præfecti scilicet, si is forte adesset, aut Vicarii, de re pecuniaria, cæterisque earum negotiis atque functionibus publicis agebatur. *Honorius* autem *Arelatem Metropolim* appellat in eadem constitutione, in ordine tantum civili, ob Præfecturæ sedem, quam in eam urbem ipse transtulerat, idque ut anno sequenti videbimus, hujus institutionis occasione.

gis Principi religioso, & pro Ecclesia laborantis? Si ergo præparavit animos vestras ad suscipiendam legationem meam, recipite fratrem nostrum Severianum Episcopum. Hæc ipse, quibus videas populum potius quam Joannem ipsum adversus Severianum commotum fuisse; quem sequester pacis accedens placare studuit. Adeo enim populus ille pastoris sui tenebatur vinculis amoris astrictus, ut vel leviter tangi, haud æquo animo pati posset, sed quam maxima commoveretur, & implacabilis omnino persisteret, nisi ab eo, ut parceret, admoneretur. Porro ita suadente Chrysostomo, populum persuasum, acclamasse tunc pacifica atque fausta, quibus se assensum præbere significaret, quæ mox Chrysostomus subdit, ostendunt: *Habeo* (inquit) *gratiam, quod sermonem meum laudibus prosecuti estis; dedistis mihi fructus obedientiæ: nunc me semen bonum gratulor seminasse: ecce enim statim frumenti manipulos colligam, Retribuat vobis Dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim veram hostiam pacis obtulistis Deo: quia nemo turbatus est, audito hoc nomine, sed cum charitate suscepistis; simul ut sermone locuti sumus, omnem ex animo fugastis iracundiam, &c.*

Sic

PAGIUS

XXXVII. *In concilio Taurinensi actum non est de jure Metropoleos civili.*

Blondellus in libro contra Primatum Ecclesiæ pag. 724. Quesnellus in dissert. 5. Apologetica pro Sancto Hilario Arelatensi part. 1. cap. 5. aliique multi contendunt, *Arelatem* ante Concilium Taurinense jam Metropolim civilem fuisse. „ Frustra enim definirent Patres Concilii Taurinensis, inquit Marca, hunc totius Provinciæ honorem Primatus habitorum, qui approbaret suam civitatem esse Metropolim; si nulla ex hoc capite controversia fuisset inter Viennensem Episcopum & Arelatensem; quæ nulla esse poterat, si Arelas non fuisset tum Metropolis. Compertum habebant, Viennam esse veterem Provinciæ Metropolim, adeoque ad illam secundum Ecclesiasticas regulas pertinere ordinationes Episcoporum Provinciæ Viennensis. Sed quia tum *Arelas* erat Metropolis Galliarum in ordine civili, contendebatque haud dubie ob eam causam Episcopus Arelatensis transisse ad suam Ecclesiam a Viennensi jura ordinationum, quod Vienna tum contributa esset Arelatensi urbi, Patres in Synodo Taurinensi congregati, in his angustiis constituti, obscuro & ambiguo dicendi genere interlocuti sunt, eam civitatem frui debere honore Primatus, quæ doceret se esse Provinciæ Metropolim. Hæc Marca.

XXXVIII. *Quod magis probatur.*

A Marca non dissentit Quesnellus citatus, qui postquam observavit, ex laudatis Synodi Taurinensis verbis perspicuum esse jamdiu molestissimas inter Galliarum Episcopos dissensiones exarsisse, de Viennensis Provinciæ, imo & de aliarum Provinciarum Primatu: quoniam & illorum jura, & harum limites ex perturbationibus per tyrannidem *Maximi* subortis intra Gallicanas Provincias, obscura & difficultatibus impedita evaserant, subdit: Ex Synodi verbis alterum elucet, ad hoc nimirum totam controversiam devolvi, ut quænam illarum civitatum esset Metropolis, inquireretur. Hoc videlicet apud Judices certum erat, illi deferendum esse in Ecclesiasticis Primatus honorem, qui eumdem in civili politia obtineret. In quam partem propenderent Taurinenses Patres, satis hac definitione ipsi innuunt. Etsi enim neutri civitatum Primatum dare sua viderentur sententia, revera tamen illum Arelatensi adjudicabant, quam tunc temporis Metropolim esse constabat. Unde non sine arte conscripta mihi videtur esse illa definitio, quæ non decernit, ipsi attribuendam esse Metropolicam dignitatem, qui comprobaret suam civitatem, olim & ex antiquo fuisse Metropolim, quod rem in ancipiti reliquisset, & operosæ inquisitioni dedisset locum, sed quæ approbaret *esse*, per eam scilicet tempestatem: quod aliud non erat, quam in gratiam Arelatensis pronunciare. Hæc Quesnellus, qui, quemadmodum & Marca, supponit, ante Concilium Taurinense *Arelatem* Metropolitanam civitatem, & sedem Præfecturæ factam esse.

XXXIX. *Evertitur fundamentum contrariæ sententiæ.*

Sed falso uterque innititur fundamento, in Concilio scilicet Taurinensi totam controversiam devolutam esse, ut quænam earum civitatum esset Metropolis in statu civili, inquireretur. Quæ enim de eo capite controversia esse potuisset, si jam *Arelatum* Galliarum Metropolis & sedes Præfecti Prætorio extitisset; cum tunc illud innotesceret omnibus; eoque casu inter Viennensem & Arelatensem Episcopos dissidium duntaxat esse potuisset, an ex eo quod Arelatum Metropolis Galliarum factum esset, Viennensis Episcopus jus Metropolitum & Sacerdotum ordinandorum potestatem amisisset, & utrumque ad Arelatensem Antistitem translatum fuisset? Imo nec hoc in Concilio Taurinensi in controversiam vocari potuit; cum Septem Provinciæ Galliarum vulgo dictæ nondum institutæ essent. Respondet Marca, in Concilio Taurinensi reapse agitatum fuisse, an jus Metropolicum & Sacerdotum ordinandorum ad Arelatensem Antistitem translatum fuisset, ex eo quod *Arelatum* Metropolis Galliarum factum esset, & Patres interlocutos eam civitatem frui debere honore Primatus, quæ doceret Provinciæ esse Metropolim. At absurdum illud judicium fuisset, & Concilio indignum; cum Patribus, imo & quibuscumque constaret, *Viennam* esse Metropolim civilem, ac caput unius ex *Quinque* Provinciis Galliarum vulgo dictis.

XL. *Evertitur secundo.*

In eo itaque Concilio tantum inquisitum esse, an *Arelatum* Metropolis Ecclesiastica esset, demonstrat Canon I. in gratiam Proculi Massiliensis Episcopi conditus, quo decernitur, *ut in Ecclesiis Provinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas Parochias, vel suos discipulos fuisse ordinatos constiterit, Primatus habeat dignitatem*, licet civitas Aquensis, quæ caput Provinciæ secundæ Narbonensis, jure civili Metropolis esset. Quare si in Concilio Taurinensi apud Episcopos certum fuisset, illi deferendum esse in Ecclesiasticis Primatus honorem, qui eumdem in civili politia obtineret, statuere non potuissent, ut *Proculus* Massiliensis Episcopus Metropolico jure præesset Provinciæ secundæ Narbonensi, cujus Ecclesias vel Parochias suas fuisse asserebat, vel Episcopos a se in eisdem Ecclesiis ordinatos; cum Patres certo scirent, civitatem Aquensem Metropolim civilem esse secundæ Narbonensis, quæ erat una ex Quinque Provinciis vulgo dictis, ad quarum Episcopos Synodicam suam mittebant. Parum enim illi curassent hujusmodi rationes a *Proculo*

in

LXV. Severianus concionem habet ad populum.

Sic igitur conciliato populo cum Severiano, die sequenti ipse Severianus ad eumdem populum de bono pacis pariter habuit eadem occasione concionem; ubi inter alia illud præclare cum laude Joannis ejusdem pacis auctore (a): *Sicut frequenter fieri videmus, ubi Regum vel fratrum tabulæ pinguntur, ut in utrisque unanimitatis declarentur insignia, artifex picto feminco habitu post tergum utriusque Concordiam statuit brachiis suis utrumque complectentem, indicans quod hi qui videntur corporibus separati, sententiis & voluntate conveniant: ita nunc pax Domini media assistens, & utrumque nostrum gremio palpante connectens, discreta corpora in unum convenire animum, ulnis jungentibus docet: in qua sine dubio completur sermo propheticus, qui ait: Et erit consilium pacificum inter utrosque. Et hesterno quidem die Pater noster Evangelico pacem sermone præfatus est: hodie vero nos pacis verba exponamus. Ipse nos hesterno die resupinis manibus in verbo pacis excepit; & nos hodie dilatato pectore, ulnisque patentibus, ad Dominum pacis cum muneribus occurramus*, &c. Quod autem Socrates dicat, etiam reconciliata inter eos amicitia, rubiginem tamen odii minime fuisse prorsus extersam; id quidem ex parte tantum Severiani contigisse liquet: nam in his quæ post hæc adversus Joannem concitatæ sunt turbæ, & convocatæ sunt Synodi, cum adversus Jo-

(a) *Apud Jo. Chrysost. tom. 3.*

Ann. Eccl. Tom. VI.

PAGIUS

in medium adductas, quæ cum res Ecclesiasticas respicerent, & de civili politia, ut supponitur, de Metropolibus nempe politicis ageretur, ad rem minime fecissent.

XLI. *Evertitur tertio.*

Præterea si de jure Metropolico civili controversia fuisset, Taurinensis Concilii Patres uno eodemque tempore de re eadem contrarium judicium tulissent; cum *Arelatum* vel *Viennam* Metropolim Ecclesiasticam ex eo, quod alterutra Metropolis civilis esset, declarassent; & nihilominus Episcopum Aquensem, qui civitati Metropolitanæ præerat Episcopo Massiliensi, cujus civitas Metropolis civilis non erat, subjecissent. Adde quod si in Concilio Taurinensi de jure Metropolis civilis actum fuisset, Episcopus Aquensis, aut secundæ Narbonensis Episcopi contenti non fuissent defendere, *sibi alterius Provinciæ Sacerdotem præesse non debere*, quia nempe, *Proculus* Episcopus erat civitatis Massiliensis Provinciæ Viennensi subjectæ; sed contendissent, Episcopum Aquensem cujus civitas Metropolis civilis erat, constitui debere Metropolitam Ecclesiasticum, ne in primo Concilii Canone, illo nempe, qui est de *Proculo* Massiliensi, everteretur, quod statuebatur in secundo, qui est de dissidio inter Arelatensem & Viennensem Episcopos, quoad jus Metropolicum.

XLII. *Ob missionem S. Trophimi in Gallias Episc. Arelatensis Primatum sibi asserebat.*

Denique in Concilio Taurinensi aliæ rationes ad jus Metropolicum sibi asserendum in medium non adductæ, quam quæ post aliquot annos coram Zosimo Papa, & postea coram Sancto Leone. Zosimus autem in literis anno CCCCXVII. datis *ad Episcopos per Gallias & Septem Provincias constitutos*, hac ratione Viennensem, Narbonensem primam, & Narbonensem secundam Provincias Episcopo Arelatensi subjicit: *Quoniam*, inquit, *Metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus Antistes, ex cujus fonte tota Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est*. Quam rationem postea etiam coram Sancto Leone exaggerarunt, ut liquet ex libello precum ab Episcopis Gallicanis illi oblato, & recitato a Baronio anno CCCCL. num. LII. & seqq. Quare in Concilio Taurinensi Episcopus Arelatensis non jus Metropolicum civile, quo *Arelatum* numquam potitum fuerat, sed Sancti *Trophimi* Missionem, ejusque contemplatione, jus Metropolicum Ecclesiasticum sibi fuisse concessum in medium proferebat. Cum enim de una eademque re lis esset, eædem etiam rationes allegandæ erant. Verum quidem est, in libello præfato precum, postquam, tanquam fundamentum causæ suæ Episcopi Gallicani allegarunt Sancti Trophimi Apostolicam Missionem, eamque fuse amplificarunt, eos subjicere: *Ceterum multa sunt, quibus secundum instituta Principum, cunctis intra regiones nostras civitatibus præferatur*, &c. Postea de specialibus privilegiis quibus Arelate decorata fuit, verba facere. Sed hæc ex abundanti; quia nempe Metropoles Ecclesiasticæ in præcipuis urbibus de more institutæ fuerant. Præterquam quod inter urbis Arelatensis decora sedem quidem Præfecturæ, aliaque hujusmodi memorant, sed antiquæ Metropoleos civilis nullam mentionem faciunt, quia videlicet ante institutionem Septem Provinciarum nulla fuerat, licet *Arelatum* nulli tunc alii intra Gallias civitati præter Treviros tunc Metropolim Galliarum splendore cederet.

XLIII. *Quod magis probatur.*

Sed quid hæremus, cum Sanctus Leo Papa anno CCCCL. ut videre est apud Baronium num. LVIII. Provinciam Viennensem in duas distribuens, & quæcumque hactenus, tam coram Concilio Taurinensi, quam coram suis Prædecessoribus agitata fuerant, discutiens, dissidium inter Arelatensem & Viennensem Episcopos, fuisse de jure Metropoleos Ecclesiasticæ innuat. Hæc Sancti Pontificis verba: *Consideratis allegationibus utriusque partis præsentium Clericorum, ita semper intra Provinciam vestram & Viennensem & Arelatensem civitates claras fuisse reperimus, ut quarundam causarum alterna ratione, nunc illa in Ecclesiasticis privilegiis, nunc ista præcelleret: cum tamen eisdem commune jus quondam fuisse a gentibus proderetur*. Sanctus Leo, ut ex justitiæ præscripto litem, quæ tot annos durarat, dirimeret, de utriusque civitatis prærogativis Clericos, de privilegiis vero civilibus Laicos audire voluit; cumque accepisset, alternis vicibus, nunc istam civitatem, nunc illam, in Ecclesiasticis privilegiis præcelluisse, & utrique civitati commune quondam jus fuisse, Provinciam Viennensem in duas dividendam censuit, & divisionem Parochiarum, quam Patres Concilii Taurinensis utrique Episcopo suaserant, executioni mandavit. Quid porro fuerit illud commune jus utriusque civitatis, de quo in laudatis verbis, fateor me non intelligere; sed certum existimo, illud explicari non posse de jure Metropoleos civilis, quo utraque civitas ante Concilium Taurinense potita fuerit.

XLIV.

Ex dictis apparet primo, stare non posse hanc regulam a Marca in Dissert. de Prima-

tu

(a) Pallad. in Dial. apud Chryf. ta. 1.

LXVI. Studium Chrysostomi erga suos.

Joannem flevisse, Palladius tradit (a). Equidem magna admiratione capior, dum considero ipsum Joannem Chrysostomum nonnisi triennium in sede agentem (hoc enim anno ejus Episcopatus expleto triennio, quartus inchoatur) adeo brevi temporis spatio, tot tantisque vallatum ærumnis, atque molestiis circumseptum, cui adversus hæreticos, adversusque Catholicos Episcopos, tyrannos, barbaros, ipsamque demum Imperatricem Eudoxiam fuerint adeo crebra atque aspera ineunda certamina: cum tamen interea totus in officio functionis Episcopalis esset, atque perinde ac si summo otio pacem coleret, creberrime conciones haberet ad populum, quem quotidie ferme doceret. Testatur quidem hæc ipse cum hoc eodem anno Actus Apostolorum in Ecclesia explicaret; ubi inter alia (b): Es-

(b) Chryf. in Act. Apost. hom. 44.

PAGIUS

Erant in Galliis metropoles civiles quæ non erant metropoles Ecclesiasticæ.

tu Lugdunensi num. LXIX. statutam: *Audacter asserere licet, nulli Metropoli Provinciæ civilis defuisse Metropolitanum Episcopum in Galliis. Quod juxta mores jam receptos sancitum fuit Canonibus IV, & VI. Synodi Nicænæ: easque Canones in Galliis servari debere constituerunt Innocentius, Bonifacius, Cælestinus & Leo, ita ut unaquæque Provincia suo Metropolitano pareret.* Licet enim id laudati Pontifices statuerint, certum tamen hoc ubique observatum non esse; cum ex Taurinensis Concilii Canone primo luce meridiana clarius constet, civitatem Aquensem Metropolim civilem tunc fuisse, & tamen ejus Episcopum Metropolitani jura inter alios Episcopos non obtinuisse. Quid de Metropolibus Concilium Nicænum statuerit, mox videbimus. Ipsemet Marca lib. 1. de Marca Hispanica cap. 16. num. III. loquens de constitutione Honoriana citata, ait, in ea Imperatorem Arelitem Metropolim in ordine civili appellare ob Præfecturæ sedem; *in ordine enim Ecclesiastico*, inquit Marca, *Arelas dignitate Metropoleos potiebatur ex longissima consuetudine*, ideoque licet Metropolis civilis non esset. Quare senior retractavit Præsul eruditissimus, quod junior scripserat.

XLV. *Arelatum a Valentiniano sede Præfecturæ non decoratum.*

Apparet secundo, audiendum non esse Quesnellum citatum, quando scribit, ante Concilium Taurinense *Arelatem* Metropolitanam civitatem & sedem Præfecturæ factam esse, idque a *Valentiniano* Imperatore seu primo seu secundo, quod Episcopi Gallicani in libello laudato, quem pro Arelatensi Episcopo obtulerunt Leoni Papæ, de urbe Arelatensi dicant: *Hanc Clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi Principes specialibus privilegiis, & ut verbis ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum decorarunt*. Nam ea Gallicanorum Episcoporum verba de quibusdam privilegiis a Valentiniano II. ut videtur, urbi Arelatensi concessis, non vero de sede Præfecturæ illi attributa intelligenda sunt; cum ex legibus Cod. Theod. a Gothofredo in Topographia annis CCCLXXXIX. & CCCXC. citatis constet, Præfectum Prætorio Galliarum tunc Treviris sedem habuisse, quæ ibi substitit, donec ea Arelatem ob institutionem VII. Provinciarum translata fuit ab Nonorio. Laudata itaque verba *divisive*, ut ita dicam interpretanda, ita ut aliqua de Valentiniano, aliqua de Nonorio dicta sint.

XLVI. *S. Trophimum primo Ecclesiæ seculo in Gallias missum ostendit Concilium Taurinense,*

Apparet tertio admittendam non esse quorundam Doctissimorum Virorum opinionem, qui origines omnium Ecclesiarum Gallicanarum præter Lugdunensem & alias paucas, ad medium tertii seculi detrudunt, affixa ex Gregorio Turonensi Decii & Grati Consulatui anno ducentesimo quinquagesimo gesto, Missione Sancti *Trophimi* in Gallias. Quo enim alio fundamento innixus Episcopus Arelatensis a Concilio Taurinensi juris Metropolitici honorem sibi conservari postulavit, nisi quia ad urbem Arelatensem primo Ecclesiæ seculo *Trophimus* summus Antistes missus fuerat, & ex ejus fonte universæ Galliæ fidei rivulos acceperant. Neque enim, ut jam demonstratum, in Concilio Taurinensi actum de probando jure Metropolis civilis, neque aliæ rationes coram eo Concilio, quam postea coram Zosimo ac ejus successoribus deductæ ab Episcopo Arelatensi ad causæ suæ tuitionem. Certe si ea traditio, de Sancti *Trophimi* primo Ecclesiæ seculo in Gallias delegatione, certa tunc apud omnes non fuisset, præsertimque apud Patres Concilii Taurinensis hujus controversiæ Judices; non solum Episcopus Arelatensis repulsam tulisset, sed etiam se se Patribus, & aliquot post annis, Pontificibus Romanis, ridendum propinasset; quod ad jus alterius usurpandum Missionem Apostolicam, quæ a seculo & sesquimedio facta fuisset, quæque ideo a nemine fere ignorari posset, jam a Christianæ religionis initio contigisse affirmasset coram Episcopis, & postea coram Pontificibus Romanis, Antiquitatis Ecclesiasticæ non ignaris; eoque præsertim titulo *Viennam* Metropolim in laterculo Imperii sibi subjiciendam postulare ausus esset. Profecto res recentioris memoriæ fuisset, quam ut omnes Concilio præsentes aut saltem Episcopus Viennensis, eandem ignorare potuissent. Ex controversia itaque inter Episcopos Viennenses & Arelatenses de jure Metropolico Ecclesiastico, sub quarti seculi finem, summa animorum contentione, agitata, Sanctum *Trophimum* longe ante Deciana tempora, annumque Christi CCL. Ecclesiam Arelatensem fundasse, & in vicinioribus Provinciis fidem annunciasse, manifeste colligitur.

XLVII. *Septimania a Septem Provinciis vulgo dictis ita appellata.*

Apparet denique *Occitaniam* hodiernam, in qua Narbonensis prima posita, a Septem Provinciis *Septimaniam* appellatam fuisse, ut recte vidit Scaliger in Notis ad Claras urbes Ausonii, non vero a *Septimanis Biterrensibus*, ut Sirmondo placuit, vel a numero civitatum *Narboni* Metropoli attributarum atque subjectarum, ut putavit Valesius in Notitia Galliarum; cum in Notitia Galliarum a Sirmondo publicata, in qua diserta mentio Septem Provinciarum; quinque duntaxat civitates Metropoli Narbonensi primæ subjiciantur, ut videre est anno CCCLXXIV. Adhæc Anonymus Ravennatensis, qui circa seculum septimum vixit nuper a Porcherono editus pag. 35. Massiliam inter urbes Septimaniæ, & pag. 194. Niceam, Antipolim, Forum Julium, Telonum, Aquas Sextias, Arelatem, aliaque oppida Gallo Provinciæ hodiernæ numerat, quod rursus pag. 237. de Nicea iterat. Octavo tamen seculo, *Septimaniæ* nomen Occitaniæ hodiernæ tantum attributum, Ludovicus Pius anno DCCCXV. Præceptum, quo Hispanis ad se confugientibus agros & libertatem concessit, dirigit ad fideles in partibus Aquitaniæ, *Septimaniæ*, Provinciæ & Hispaniæ consistentes, ostenditque hinc Aquitaniam eam clausisse, illinc Provinciam ultra Rhodanum, & Hispaniam in montibus Pyrenæis.

XLVIII.

Carolus Magnus in Charta de divisione Imperii sui idem indicat; nam inter cætera eidem Lu-

Ecce enim (inquit) *per gratiam Dei, & nos triennium jam habemus, noctesque & dies. Nunc per tres dias, sæpe etiam per septem exhortamur? Quid amplius assequimur, quam quod reprehendimus, increpamus, lacrymas fundimus, dolemus, etsi non foris, sed in corde?* Et paulo post: *Nisi quis judicaret me supra modum honoris cupidum, vidissetis quotidie me fontes lacrymarum emittere, quarum conscia sunt domicilium & solitudo. Credita enim mihi; de salute quidem mea desperavi, hoc est, curam prætermisi, & res vestras deploravi. Non vacat mea mala deplorare, adeo totus deditus sum vobis. Etsi sancto vos obtemperantes, præ gaudio non sentio mala mea. Et si video vos minus obtemperantes, præ dolore iterum intermitto mea.* Hæc & alia plura id genus Chrysostomus hoc ipso (ut vidimus) anno, reddens in omnibus veri patris ac pastoris imaginem.

Evo-

PAGIUS
Postea ad Linguadocium coarctata.

Ludovico filio suo tribuit Provinciam, Septimaniam, vel Gothiam, adeo ut *Septimania* Rhodano & Pyrenæis montibus includatur, ut recte explicat Marca in Marca Hispanica lib. I. cap. 16. num. V. & seq. ubi tamen perperam scribit, *Septimaniam* secutam esse fortunam Gothorum, ejusque vocis significationem coercitam primum fuisse intra terminos oppidorum, quæ Gothi in Gallia obtinebant. Hæc enim restrictio circa seculum VII. quo Anonymus Ravennatensis scribebat, nondum facta fuerat. Denique ideo Petrus Cluniacensis Abbas, qui seculo duodecimo vixit, scribens Guillelmo Ebredunensi, Ulderico Diensi, & Guillelmo Vapincensi Episcopis, ait: *quoniam inter omnes totius Provinciæ Septimaniæ seu Alpium maritimarum Episcopos, religione, scientia, eruditione, ac Pastorali solicitudine Divina dispositio specialiter per vos Pontificale culmen exornat*, &c. quia sciebat Alpes maritimas unam olim fuisse ex Provinciis Septimaniæ, & partem pro toto sumens eam Provinciam *Septimaniam* appellat. Ante Petrum Cluniacensem *Sidonius Apollinaris* lib. 3. Epist. I. eundem loquendi modum usurpavit: verba enim faciens de parte Septem Provinciarum, quam Gothi, *Eurico* regnante, tenebant, ait: *Vel Gothis credito, qui sæpenumero etiam Septimaniam suam fastidiunt, ac refundunt, modo invidiosi etiam hujus anguli* (nempe civitatis Arvernensis) *desolata proprietate potiantur*. Verum postquam anno DCCLIX. Pippinus Francorum Rex Narbonem expugnavit, Septimaniæ nomen coarctatum est ad eam Provinciam, quam hodie *Linguadocium* ac *Occitaniam* appellamus.

XLIX.
Antiquarum Metropoleon status.

Occasione Metropoleon Viennensis & Arelatensis, nobis hic de institutione Metropoleon in Gallia agendum; cum ex ea notitia in Annales Ecclesiasticos magna lux affundatur. *Concilium Nicænum* anno CCCXXV. celebratum non solum nihil quoad Metropoles innovavit; sed etiam, ut antiquæ consuetudines servarentur, Canone VI. edixit. Prima innovatio in *Concilio Antiocheno* anno CCCXLI. coacto facta videtur; eo enim Episcopis jus in præcipuas Urbes aut Metropoles civiles Canone IX. attribuitur, quia *ad Metropolim undique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Unde placuit eum & honore præcellere*. Jurisdictio tamen Metropolitanorum in eo extensa non fuit ultra limites ab antiquis Patribus præscriptos; hique vel Primatibus Metropoleon fixarum & secularium, aut antiquiori Episcopo eam attribuerant, & diversæ, quæ tunc vigebant, consuetudines in hoc solo capite abolitæ, quod decernitur, ubique Metropoles seculares fore etiam imposterum Metropoles Ecclesiasticas. Verum *Concilium Chalcedonense* anno CCCCLI. habitum decretum illud non confirmavit, sed Canone XII. hoc tantum statuit, ut novarum Metropoleon Episcopi nullam imposterum jurisdictionem habeant. Indeque *Justinianus*, cum in Novellis suis quatuor Armeniarum Provincias instituit, ne Regulas Ecclesiasticas læderet, voluit, ut regimen earum Ecclesiarum in eo, quo erat, statu remaneret. Hæc de Metropolibus in generali.

L.
Nulla in Galliis Metropoles Ecclesiasticæ ante Imperium Constantini M.

Quoad Galliarum Metropoles ante Concilium Nicænum omnis quæ de iis superest, notitia valde obscura. In epistola Martyrum Lugdunensium in Historia Eusebii relata, Ecclesia Viennensis ante Lugdunensem nominatur, & tamen Ecclesia Arelatensis cum Viennensi de Primatu contendebat, & sub finem seculi quarti lis, quæ de possessione inter utramque hanc Ecclesiam versabatur, nondum decidi potuerat. Scriptores antiquos a quibus aliqua lux affulgere potest, diligenter inter se contuli, nihilque ex illis eruere potui, quod ostendat ante Constantini Magni Imperium Metropolitanos in Galliis aliquo jure potitos esse. Quare sicut in Hispaniis ante *Concilium Elibertinum* & Constantiniana tempora nullæ fuere Metropoles Ecclesiasticæ, licet in iis essent Metropoles civiles, & sicut ibidem post introductos Metropolitanos nulli Primates extitere, ut ostendit Joannes de Segovia Marchio Agripolitanus, Vir in antiquitate versatissimus, in suis Dissertationibus Ecclesiasticis lingua Hispanica nuper editis; ita & in Gallia ante *Constantini* Imperium nullas Metropoles Ecclesiasticas fuisse autumo.

LI.
Hoc evincit Epistola S. Cypriani de causa Marciani Epis. Arelat.

Hinc quando *Marcianus* Episcopus Arelatensis post medium seculum tertium in Novatianorum errores lapsus est, non Episcopus Viennensis, sed *Faustinus* Episcopus Lugdunensis cum cæteris Galliarum Episcopis ejus conatus repressit, & Sanctus Cyprianus ejus hortatu ad Stephanum Papam adversus eum scripsit, uti anno CCLV. videre est. Præterea Cyprianus in suis ad Stephanum Papam literis apud Baronium anno CCLVIII. num. VIII. ait Faustinum Lugdunensem Episcopum sibi significasse, quæ fecit eidem Stephano nunciata, *tam ab eo quam a cæteris Coepiscopis nostris in eadem Provincia constitutis*, quod Marcianus Marciano se conjunxerit. Quibus ex verbis perspicuum fit, Lugdunum, Arelatum, aliasque civitates fuisse *in eadem Provincia*, idque nulla ratione habita divisionis quatuor Galliarum, quæ tamen adhuc obtinebat. Porro hæc verba Canonis sexti Concilii Nicæni: *Illud est omnino manifestum, quod si quis absque Metropolitani sententia factus sit Episcopus, eum magna Synodus definivit non esse Episcopum*, quæ videntur Metropolitanorum jus firmare, non derogant his prioribus ejusdem Canonis verbis, *Antiqui mores serventur*; neque eo Canone aliquid dirimitur, aut pro Metropolibus fixis, aut pro Metropolibus secularibus. Sed cum comitia, quæ hoc Concilium celebrare jubet, commodius in Metropoli seculari, quam in aliis urbibus haberentur, ortum inde puto jus fixum & perpetuum earumdem Metropoleon. Difficultates, quæ de quibusdam Galliarum Metropolibus moveri possunt, suis locis enucleabimus.

Mortuo *Anastasio* Papa *Innocentius* ordinatus die XXI. mensis Decembris, ut anno sequenti ostendemus.

JESU CHRISTI ANNUS 402.	ANASTASII PAP. ANNUS 5.	ARCADII, & HONORII IMPP. ANNUS 8.

I. Conflictus Origenistarum Constantinopoli.

EVoluto jam anno, novus aperitur novis Consulibus, ambobus Augustis Arcadio, & Honorio quintum, inchoante pariter Domini anno quadringentesimo secundo, quo recrudescunt odia Constantinopoli Origenistarum causa suscepta. Meminisse debes, lector, ante annum adversus monachos Origenistas, qui confugerant Constantinopolim, missos fuisse a Theophilo Episcopo Alexandrino & S. Epiphanio Episcopo Constantiæ in Cypro legatos ad eos exturbandos: sanctum vero Joannem Chrysostomum medium intercessisse sequestrem, ut eos in concordiam revocaret: eaque de causa litteris ultro citroque datis, unius ferme anni spatio in his pertractandis insumpto, cum frustra omnia tentata fuissent; qui hactenus ab eodem Chrysostomo cohibiti erant monachi offerre adversus Theophilum libellum Imperatori, desperata concordia, id vehementiori studio aggressi sunt.

II. Libellus ab Origenistis offertur Imp. contra Theophilum.

Libellum igitur monachi illi adversus Theophilum dederunt Arcadio Imperatori, & quidem gravibus refertum criminibus, adeo ut Theophili caput in discrimen videretur adduci. Creditum quidem fuit eos ista haud absque sententia Joannis tentasse: quamobrem, ea dissipata longe lateque fama, tacito proprio ob tanti viri reverentiam Joannis nomine, Hieronymus sub Barnabæ voce, ex Pauli (a) sententia, ipsum sugillavit in epistola (b) ad Principiam illis verbis superius redditis, hic vero necessario repetendis: *De Occidentis partibus ad Orientem turbo transgressus, minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum est (c): Putas, veniens Filius hominis fidem inveniet super terram? Refrigerata charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem, nostro lateri jungebantur, quorum publice petebatur caput*, accusationibus scilicet Origenistarum: *contra quos opes omnes parabantur: ita ut Barnabas (d) quoque duceretur in illam simulationem, immo apertum parricidium, quod non viribus, sed voluntate commisit*. Hæc ipse; nimirum, quod (ut dictum est) fama vulgatum esset, licet magna calumnia, libellum accusationum adversus Theophilum capitalibus criminibus plenum, oblatum Arcadio fuisse, impellente Chrysostomo: sed cum longe aliter res se haberet; quod tamen illis patrocinatus Chrysostomus visus esset, hæc suspicandi ansam captantibus præbuere. Ad hæc plane spectat, quod idem S. Hieronymus in epistola ad Pammachium & Marcellam ait: (e) *Quid necesse est obsidere Propontidem, mutare loca, & diversas lustrare regiones, & clarissimum Pontificem Christi ejusque discipulos rabido ore discerpere? Si vera loquimini, pristinum erro-*

(a) Galat. 2.
(b) Hier. epist. 16.
(c) Luc. 18.
(d) Galat. 2.
(e) Hier. epist. 78.

PAGIUS	ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5895.
SÆC. V.	☉ 19. E. ☽ 4. P. 6. April. Indict. 15.
Anno Eræ Hisp.	JESU CHRISTI 402.
CCCCXL.	INNOCENTII PAPÆ 2.
A.C. 402.	ARCADII IMP. 20. & 8.
	HONORII IMP. 10. & 8.
	THEODOSII JUN. 2.

I. Arcadii Vicennalia, & Honorii Decennalia.

[1] COss. *Arcadius* Aug. V. & *Honorius* Aug. V. quem Consulatum Arcadius ob *Vicennalia* Imperii vivente patre initi, & *Honorius* ob *Decennalia* ejusdem Imperii suscepere.

II. S. Epiphanius & S. Chrysostomus inter se dissident.

A num. I. ad XIX. Monachi *Origenistæ*, quos Constantinopolim adversus *Theophilum* Episcopum Alexandrinum venisse diximus, hoc anno libellum supplicem Imperatori obtulere, qui jussit Theophilum vel invitum Constantinopolim adduci, ut narrat Baronius num. III. ex Palladio in Dialog. Interim graves concertationes exortæ Constantinopoli inter Sanctum *Chrysostomum* & Sanctum *Epiphanium*, quorum alter pro Origenistis stabat, alter eisdem adversabatur. Baronius num. VII. Socratem lib. 6. cap. 12. erroris arguit qui dixerit, *Epiphanium* Constantinopoli Diaconum ordinasse absque consensu Episcopi illius Civitatis, Joannis scilicet Chrysostomi. Cumque id fecerit antea *Epiphanius* in Diœcesi Joannis Episcopi Hierosolymitani, existimat similitudine nominis deceptum Socratem & qui eum secuti sunt, dum id ab *Epiphanio* factum esse crediderunt in Ecclesia Joannis Constantinopolitani. Verum, ut inquit Va-

---

NOTÆ [1] COss. *Arcadius Aug. V. & Honorius Aug. V.* Ita quoque vulgares Fasti, & in fine nonnullorum codicum Persii, & Nonii Marcelli apud Relandum. Fragmentum veteris lapidis in pavimento Basilicæ S. Pauli extra mœnia Urbis apud Fabrettum pag. 282. n. 390.

RECESSI..... DO....
HONORIO AUG. V....

Alia item inscriptio in Basilica S. Pauli apud Marangonium n. 257. DIPOSIT. ONORIO. AGUSTO. V. Prosperi chronicon editum & MS. *Arcadio V. & Honorio V.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Arcadio & Hon. AA.* sine notis numeralibus consulatuum.

voris ardorem ardore fidei commutate. Quid maledictorum pannor hinc inde consuitis, & eorum carpitis vitam, quorum fidei resistere non valetis? Num idcirco non estis vos heretici, si nos quidam assertione vestra crediderint peccatores? &c.

III. Inter hæc autem & monachos olim legatos a Theophilo missos dedisse adversus illos monachos Origenistas Imperatori libellos ipsorum criminibus plenos, auctor est Palladius, qui favens (ut dictum) Origenistis, eos calumniarum refertos fuisse tradit: de ambarum enim partium libellis hæc habet (a): *Profecti de hinc monachi partis violatæ libellos multorum versuum scribunt, monachos quidem accusantes calumniæ, Theophilo vero impingentes, ne aliter dicam, quæ Theophili erant, talia & tanta, qualia & quanta quisque novit. Augustumque primum congressi, Reginam deinde adeunt in ecclesia S. Joannis, orantes, ut adversantium monachorum libelli contra se apud Præfectos urbis examinarentur; tum ut Theophilus vel invitus adductus, Joannis judicio subjiceretur; tum demum ut Theophili monachi aut probarent crimina, quæ sanctis senioribus objecerant, aut pœnæ talionis subderentur. Sic itaque Alaphius qui modo est, a Principibus Alexandriam mittitur, ut Theophilum ducat. Sententiam reliquam Præfecti exequuntur. Cum vero ventilaretur causa, reis deprehensis instabant leges, gladium ad vindictam exerentes. Infelices autem illi metuentes omnia in Theophilum referunt, qui illos subornasset, libellosque calumniæ dictasset. Ita rationis ordo illis carceri mancipat usque ad Theophili adventum reservandos. Ex his alii moriuntur in custodia, diutius remorante Theophilo: alii post ipsius adventum (pecuniis enim Judicum severitatem emollierat) Proconessum ire in exilium jussi.* Hactenus Palladius, qui subdit de adventu Theophili Constantinopolim, de quo nos anno sequenti.

(a) Pallad. in Dialog.

Legati Theophili detrusi in carcerem male periere.

IV. Hoc insuper anno concertationes haud leves inter S. Joannem Chrysostomum atque S. Epiphanium Episcopum Constantiæ Cypri Constantinopoli intercesserunt. Qui enim (ut suo loco superius dictum est) mittendo Synodale decretum Concilii Alexandrini de anathemate Origenis & ejus hæresum, simulque sectatorum earum Origenistarum, in Synodo habita in Cypro firmatum: ubi se nihil profecisse, sed eos Constantinopoli foveri cognovit; ipse Epiphanius, qui primus omnium adversus Origenistas vexillum Catholicæ pietatis erexerat, conscenso navigio Constantinopolim se contulit, afferens simul secum & decretum Concilii, quod collegerat in insula Cypri. Hæc enim tum ex superius recitata Theophili ad eum scripta epistola, tum ex Sozomeno (b) colliguntur. Cæterum quod inter Syrtes oratio navigare cogatur, cum passim vera falsis admixta inveniantur (nam alii vel faventes Chrysostomo, vel studentes Origenistis, ut dictum est, in odium Theophili, complura in Epiphanium falsa coacervarunt) ne in has impingat oratio, magna adhibenda est diligentia. Nos igitur quæ scripta sunt a Sozomeno recensentes, in quibus veritas periclitetur, commonefaciemus lectorem. Ipse enim rem sic aggreditur enarrare:

IV. Dissidia inter Chrysostomum & Epiphanium.

(b) Sozom. l. 8. c. 14.

Considerans Theophilus plurimum sibi profuturum, si studii sui socium nactus esset Epiphanium Salaminæ in Cypro Episcopum, virum ea ætate ob integritatem vitæ clarissimum: ipsum sibi amicum reddidit. Hunc enim cum antea reprehendisset, quod Deum humana forma præditum censeret: jam velut ex pœnitentia rectam sententiam doctus, se cum illo consentire scripsit; & adversus libros Origenis, qui hujusmodi dogmatum auctor extitisset, calumniam instituit. Hæc cum audis, lector, provoco te ad ea quæ superius dicta sunt de calumnia, qua Joannes Hierosolymitanus Episcopus & alii Origenistæ exagitarunt veteratorie nimis tum Epiphanium, tum Theophilum, & alios omnes qui Origenis impugnarent errores. Cæterum & illud etiam in Sozomeno corrigendum, quod ait per Theophilum excitatum esse adversus Origenem Epiphanium. Contrarium plane accidit: nam primo (quod dictum est) ipse S. Epiphanius atque S. Hieronymus adversus Origenistas concertare cœperunt, ultimo vero loco Theophilus: est enim de his querela Hieronymi (c), quod vix tandem ipse Theophilus adversus eosdem hæreticos fuerit excitatus. Sed verum illud est, Theophilum tandem adversus eos commotum, litteris solicitasse tum Epiphanium, tum Hieronymum; quod ejusdem ad eos datæ litteræ (d) produnt.

V. Multa in Sozomeno castigenda.

(c) Hier. epist. 70.

(d) Apud Hier. epist. 67. 69. 72.

VI. His igitur emendatis in Sozomeno, jam reliqua ab eo scripta audiamus: *Epiphanius*

PAGIUS

Valesius in notis ad eum Socratis locum, quis non videt causam non esse, cur Socratem mendacii arguamus in iis rebus quas ipse videre potuit? quod enim jam semel factum fuerat ab *Epiphanio* in Palæstina, cur Constantinopoli ab eodem postea fieri non potuit? Neque enim tantum scelus fuit in ordinatione Diaconi, quem *Epiphanius* nonnisi cogatus a multitudine adstantium ordinarit. His adde idem narrare Leonem Imperatorem, Symeonem Metaphrasten, Nicephorum, & Polybium in vita Sancti Epiphanii.

Constantinopoli Chrysostomo pro Origenistis agente favit Sanctus *Theotimus*, qui *Tomitanorum & totius Scythiæ Ecclesiam gubernabat*, ut narrat Sozomenus lib. 7. cap. 26. Est *Tamo* civi-

III. *Alii favebant Origenistis, alii adversabantur.*

Theophilus quid cum Epiphanio.

nius (inquit) *jam olim aversatus Origenis scripta, libenter assentitur epistolæ Theophili: & convocato Episcoporum Cypriorum Concilio, lectionem librorum Origenis damnat: & perscripto eorum ipsorum decreta, tum aliis, tum Constantinopolitano Episcopo suadet, ut Synodum convocent, & eadem decernant.* Quod vero post hæc subdit Sozomenus, a Theophilo coactum ea de causa Concilium Alexandriæ: id antea factum esse litteræ (*a*) ejusdem Theophili ad Epiphanium scriptæ declarant; sed posthac laborasse pro cogenda Synodo Constantinopoli, cujus causa scripserit Epiphanio, reliquisque per Orientem Episcopis: *Cum primus omnium non multo post* (inquit Sozomenus) *Epiphanius ex Cypro trajiciens, in locum Constantinopoli vicinum appulit, quem Hebdomon appellant: & precibus in Ecclesia ibi fusis, postea in Civitatem venit.*

(*a*) *Apud Hier. ep. 67.*

VII. *Epiphanius falso arguitur ordinasse Diaconum.*

Addunt alii, illic ab Epiphanio ordinatum fuisse quemdam diaconum; quod non licebat in diœcesi non sua facere. At cum de re tanta ne verbum quidem Sozomenus habeat, id commentum fuisse non dubites: sed unde error acceptus, audi. Loco Joannis Episcopi Hierosolymorum, scias acceptum Joannem Constantinopolitanum Antistitem; ab illo enim, non ab isto de ordinatione diaconi controversia mota est. Etenim ab ipso Epiphanio, nesciente Joanne Episcopo Hierosolymitano, in suo monasterio Eleutheropoli in Palæstina sub ejusdem Joannis diœcesi diaconus ordinatus est; cujus rei causa idem Joannes haud leve ei negotium facessivit, cum idem Epiphanius S. Hieronymum (ut suo loco dictum est quarto Annalium tomo) habuit defensorem. Quod ergo sub diœcesi Joannis illius factum fuit, id rerum ignari sub Joannis Chrysostomi diœcesi accidisse scripsere. Sed minime vir sanctissimus bis in id ipsum: nec quidem verisimilis ulla accedit causa, ut qui nuper e Cypro solverat, necessitas impulerit in suburbio Constantinopolis ordinare diaconum. Facessat igitur de ordinato in Hebdomo diacono inanis assertio, quam Sozomenus Socrate longe accuratior (ut Photius multis ostendit) non agnovit; licet ipse, ut ille & alii, faverit Origenistis, & sugillaverit cum aliis Epiphanium, ut cum mox ista subdit:

VIII. *Epiphanius vitat communicationem Chrysostomi.*

Joannes ingredientem Epiphanium totius cleri processione veneratus est: cæterum Epiphanius manifeste præsetulit, quod calumniis adversus illum structis consensisset. Nam invitatus, ut in domibus Ecclesiasticis diversaretur, non acquievit. Hæc ipse. Cæterum vitandi communionem Chrysostomi causa illa intercesserat, quod ante litteris (ut dictum est) monitus de damnando Origene atque Origenistis Joannes ab Epiphanio, minime ex causis superius dictis acquievisset, nimirum quod Origenistæ illi se passos esse calumniam conclamassent; & de damnatione operum Origenis, quæ Patres sanctissimi hactenus suscepissent, consultius agendum esset. Quæ autem ab Epiphanio Constantinopoli gesta fuerint, Sozomenus (*b*) ita subdit: *Et quia consortium habere cum Joanne Epiphanius fugeret, convocatis privatis Episcopis iis qui Constantinopoli morabantur, ostendebat ea quæ adversus libros Origenis decreta erant: ac nonnullos induxit, ut cum his ipsis suum suffragium quoque adjicerent: quod tamen plurimi facere detrectabant. Quin Theotimus Scythiæ Episcopus Epiphanium in os perstrinxit. Ajebat enim, nequaquam esse fas, eum qui jampridem esset mortuus, afficere contumelia: neque extra blasphemiam esse, majorum censuram calumniari, & quæ ab illis decreta sunt, reprobare. Hæc ubi dixisset, librum quemdam Origenis in medium profert ac recitat: & recitata Ecclesiis utilia esse demonstrans: Ineptum quiddam* (*inquit*) *his accedit, qui ista vituperant: periculum enim est, ne ea ipsa damnent, de quibus hi libri conscripti sunt.*

(*b*) *Sozom. lib. 8. cap. 14.*

Disceptatio Theotimi cum Epiphanio.

IX.

Porro Joannes etiamnum venerabatur Epiphanium; eumque rogabat, ut & una Ecclesia, & una domo secum uteretur. Sed ille neque eadem domo usurum esse, neque una precaturum cum illo, renunciabat, nisi damnaret libros Origenis, & Dioscorum una cum sociis expelleret. Verum cum ille id ante causam in judicio cognitam facere, justum non esse diceret, ac proinde differret: Quoniam in templo Apostolorum communio celebranda instabat, Epi-

PAGIUS

vitas Scythiæ, unius ex VI. Thraciæ, in ea Ponti Euxini ora, quæ Scythia Pontica fuit appellata. Post susceptam Christi fidem Sedes Metropolitana Scythiæ, eaque sola, ut docet Sozomenus lib. 7. cap. 19. constituta fuit, & Sanctis aliquot Episcopis seculsit. Colitur Sanctus *Theotimus* in Martyrologio Romano ad diem XX. mensis Aprilis, de quo eo die legenda Acta SS. Bollandiana. Origene extincto *Methodius Tyrius* Episcopus, qui Diocletiani temporibus floruit, primus reperitur, qui illius doctrinam impugnarit. Narrat enim Hieronymus lib. de Script. Ecclesiast. cap. 94. scriptos fuisse a Methodio libros de *Resurrectione contra Origenem*; cujus operis fragmentum insigne Panario suo intexuit *Epiphanius* hæresi LXIV. & cujus Excerpta repræsentavit Photius in Biblioth. Cod. CCXXXIV. Idem Cod. CCXXXV Excerpta affert ex ejusdem Ecloga περὶ τῶν γενητῶν, & Cod. CCXXXVI. περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, quibus Origenis dogmata castigantur. At eum sui demum judicii pœnituisse, & velut palinodiam canentem admiratorem se *Origenis* professum esse in Dialogo, quem *Xenonem* inscripsit, auctor est Socrates lib. 6. cap. 13. Verum quidem est Socrati contradicere Baronium num. XVII. & seq. mendaciique reum per-

piphanium subornant inimici Joannis, ut is prodiret, ac publice coram populo libros Origenis damnaret, & una Dioscorum ejusque socios, ut qui eamdem cum Origene opinionem foverent; & interim Episcopum quoque Civitatis taxaret, qui hisce faveret. Atque hi quidem id studebant; putabant enim, se eum hac ratione in odium populi conjecturos. Itaque postridie in hoc egressus Epiphanius, jam prope ad Ecclesiam pervenerat: cum obviam illi veniens Serapion diaconus ab Joanne missus (perceperat enim ex quæ pridie fuerant constituta) protestabatur eum neque æquum facere, neque quod ipsi expediret; cum quidem & ipse in periculum venturus sit, si forte tumultus aliquis in populo aut seditio moveatur, cujus auctor ipse extiterit. Atque ea quidem oratione ille ab impetu isto aversus fuit. Hucusque Sozomenus.

X. Sed antequam ulterius progrediatur oratio, qualis quantusve fuerit Theotimus iste, de quo mentio facta est, favisse Chrysostomo, ex eodem auctore Sozomeno (a) accipe: *Eadem* (inquit) *memoria Tomiensium & reliquæ Scythiæ Ecclesiam gubernabat Theotimus Scytha, vir in philosophia enutritus; quem ob virtutem admirati Hunni, Istri accolæ barbari, Deum Romanorum appellabant: nam sane divinas in eo virtutes experti fuerant. Fertur enim, quod aliquando iter per hanc barbarorum terram facienti, eadem via obvii facti sunt, qui ad deprædationem adequitabant. Lamentantibus igitur ejus sociis, perinde ac jam jam essent perituri: ille descendens ab equo, orabat. Quo facto, barbari neque eo, neque comitibus ejus, neque equis, quibus insidebant, conspectis, prætierunt.*

(a) Sozom. lib. 7. c. 27.

Theotimus sanctitate celebris.

XI. *Cum autem crebris incursionibus Scythas infestarent Hunni; quamvis natura essent feri, tamen ad mansuetudinem convertit, tum conviviis, tum muneribus eos libenter excipiens. Qua quidem ex re vir quidam barbarus suspicatus eum esse opulentum dolo capere statuerat. Parato igitur ad hoc laqueo ad scutum alligato, sicut in hostes consueverat, illi dum colloquitur, sublata dextera, funem immissurus erat, tamquam eum ad se & ad contribules attracturus. At vero manus in ipso conatu elevata, in aera remansit: nec antea barbarus ex invisibilibus istis vinculis liberatus est, quam aliis pro ipso intercedentibus, Theotimus Deum exorasset. Ajunt porro, quod hic in coma nutrienda* (philosophico nempe habitu) *& philosophiæ studium, uti cœperat, prosecutus, ac tenui victu usus sit, sumendique nutrimenti non semper idem, sed in fame atque siti tempus determinaverit. Philosophi enim erat, opinor, his quoque pro necessitate, & non pro otio locum dare.* Hæc ipse. Putamus equidem eodem sanctissimo viro auctore factum, ut Hunni illi, quos Sanctus Hieronymus Christo jam credidisse tradit, ad fidem conversi fuerint: etenim ut eos lucraretur Theotimus, omni officiorum genere eos demereri curasse ex Sozomeno vidimus. Porro ejus memoriam, ex tabulis Ecclesiasticis XII. Kal. Maii anniversaria die Catholica Ecclesia celebrat. Hæc ingerimus, ut cum tantum virum pro Joanne Chrysostomo stetisse audis; intelligas, etsi non justam causam, justos saltem causæ prætextus fovisse Chrysostomum.

Theotimus plures Hunnos convertit.

XII. Cæterum ab ejus defensoribus falsa complura adversus ejus adversarios asserri, tum quæ superius adducta sunt manifeste declarant, tum etiam quæ proxime dicturi sumus. Prædicant enim defensores S. Joannis Chrysostomi, & qui causam pro Origenistis agunt, uno ferme ore, contendisse Epiphanium, ut damnarentur libri Origenis: id namque ipsum conatum esse in Synodo Cypria, idque litteris olim Joanni significasse, atque etiam Constantinopoli elaborasse tradunt: quod quidem quam procul a veritate abhorreat, ostendemus ex ejusdem Epiphanii assertione, ex litteris, inquam, ipsius a S. Hieronymo recitatis. Si quidem haud aliud contendisse sanctissimum senem constat, quam ut Origenis damnarentur errores; quos curiosi novatores complures (ut vidimus) in Palæstina disseminare cœperunt; adeo ut & Joannem Episcopum Hierosolymitanum, in easdem hæreses pellexissent: quem ut curaret, atque ad saniorem mentem restitueret, ipse Epiphanius ad eum epistolam scripsit, quam magna ex parte S. Hieronymus (b) in epistola ad Pammachium adversus errores ejusdem Joannis Hierosolymitani contexuit; ubi declarat, magno studio S. Epiphanium curasse, ut Joannem ipsum avo-

Epiphanius errores tantum Origenis explodendos dicebat.

(b) Hieron. epist. 61.

PAGIUS peragere hoc argumento, quod laudatum primo a se Origenem postea damnarit *Methodius*, ut Eusebius tradit apud Hieronymum lib. 1. Apologiæ in Rufinum cap. 2. tantum abest, ut damnatum a se primo, deinde laudarit. Verum, ut ait eruditissimus Huetius Abricatensis Episcopus lib. 2. Origen. cap. 4. Sect. 1. potuit *Methodius* primum Origenem laudare, & deprehensis postmodum erroribus vituperare, & iisdem demum excusatis ad priorem sententiam redire. Præterea, ut notat Valesius ad eum Socratis locum, Eusebius aperte non dicit Methodium fuisse antea pro Origene locutum. Hæc Eusebii verba apud Hieronymum: *Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus est dogmatibus*. Ubi non dicit Eusebius, qui hæc & hæc de Origenis locutus fuerat dogmatibus: sed tantum *locutus est*: quod in utramque partem accipi potest. Addit Baronius, ex Methodii

avocaret ab erroribus Origenis, non autem a lectione librorum ejusdem. Quin & hæreses singulas Origenis octo distinctas capitibus ab Epiphanio in Joannem objectas, idem Hieronymus in dicta recenset epistola: neque præterea quicquam ultra ab eo expetisse, nisi ut illos damnaret errores: ut cum ita eum sua epistola compellavit: (a) *Præsta mihi & tibi, ut salveris (sicut scriptum est b), a generatione perversa: & recede ab hæresi Origenis, & a cunctis hæresibus, dilectissime, &c.*

(a) Apud Hier. dict. epist. 62.
(b) Act. 2.

Sed & Hierosolymis cum in ecclesia post Joannem idem Epiphanius loqueretur; hoc ipsum contendisse, idem tradit S. Hieronymus, nimirum ut Origenis perversa dogmata damnarentur; cujus hæc recitat verba: *Æquum est, ut quomodo hunc hæresim condemnamus, etiam Origenis perversa dogmata condemnemus.* Sed & in epistolis ultro citroque datis inter ipsum atque Theophilum simulque Hieronymum nihil præterea actum, nisi ut Origenis hæreses damnarentur ac simul cum eis, qui ejusdem Origenis eosdem consectarentur errores. Nec aliud quidem accepit a Theophilo Epiphanius, nisi ut errores Origenis cum auctore ac sectatoribus condemnaret: de libris autem ne verbum quidem. Nam ad ipsum (c) scribens de celebrando in Cypro Concilio, & litteris Constantinopolim mittendis, ut hoc agat, admonet, nimirum ut consensu omnium ipse Origenes nominatim atque hæreses ipsius pariter damnarentur; nec quicquam præterea in suis Paschalibus Theophilus professus est, qui non octo tantum, sed multo plures Origenis collegit errores: nam de eo hæc Cassiodorus habet (d): *Theophilus Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex trigintaquinque sensus Origenis hæretica pravitate distortos Catholica veritate convicit.* Hæc ipse. Sed nec etiam S. Hieronymus, de iisdem frequentius agens, de damnatione librorum omnium Origenis sermonem aliquando miscuit: immo ad Tranquillum scribens, eos absque crimine legi posse, his verbis significat (e):

(c) Apud Hier. ep. 67.
(d) Cassiod. de Divin. lect. c. 1.
(e) Hier. ep. 76.

XIV. *Quod dicis Origenis multos errore deceptos, & sanctum filium meum Oceanum illorum insaniæ repugnare: & doleo simul & gaudeo, dum aut supplantati sunt simplices, aut ab erudito viro errantibus subvenitur. Et quia meæ parvitatis quæris sententiam, utrum secundum fratrem Faustinum penitus respuendus sit, an secundum quosdam legendus ex parte: Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores Græcos pariter & Latinos, ut bona eorum diligamus, vitemusque contraria, juxta Apostolum dicentem (f): Omnia probate, quod bonum est, tenete. Cæterum qui vel in amorem ejus nimium, vel in odium stomachi sui pravitate ducuntur, videntur mihi illi maledicto prophetico subjacere (g): Væ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum: qui faciunt amarum dulce, & dulce amarum. Nec enim propter doctrinam ejus prava suscipienda sunt dogmata; nec propter dogmatum pravitatem, si quos commentarios in Scripturas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt.* Hæc est igitur Hieronymi sententia, qui & subdit ista ad finem: *Quod si contentiosum inter se amatores ejus & obtrectatores funem duxerint, ut nihil medium appetant, nec servent modum, sed totum aut probent, aut improbent: libentius piam rusticitatem, quam doctam blasphemiam eligam.* Idque jure; ne probantes in omnibus Origenem, ejus quisque simplex nesciens, dum cibum se putat sumere, venena deglutiat. Cæterum ut quis libros Origenis omnino damnandos esse senserit, neminem præter Faustinum invenimus, cujus ipse Hieronymus meminit. Verum non hæreses tantum Origenis, sed ipsarum auctorem Origenem habendum hæreticum, & ab Ecclesia explodendum, S. Hieronymus absque ulla dubitatione consentit: nam in Ruffinum post alia multa hæc habet, (h) ex sententia Epiphanii: *Si enim propter unum verbum aut duo, quæ contraria fidei sunt, multæ hæreses abjectæ sunt ab Ecclesia: quanto magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas perversitates & tam mala dogmata contra fidem adinvenit, & Dei Ecclesiæ hostis extitit?* Sed Anastasium Romanum Pontificem aliosque Episcopos Occidentis damnasse hæreses Origenis cum sectatoribus ejus, S. Hieronymus haud obscure significat (i).

S. Hieronymi regula de Origenis libris legendis.
(f) 1. Thess. 5.
(g) Isai. 5.
(h) Hieron. adv. Ruffin. Apol. 2.
(i) Hier. epist. 78.

Jam

PAGIUS dii contra Origenem lucubrationibus plurima depromsisse Epiphanium; quod facere erubuisset, si scivisset pristinam sententiam *Methodium* revocasse. At valeret id, inquit Huetius, si in Dialogo illo scripsisset *Methodius*, quæcunque a se adversus Origenem dicta sunt, falsa esse; sin vero id sibi voluit duntaxat, errasse quidem *Origenem*, sed errore condonando, nimisque severe eum ac duriter a se exceptum, cui favere potius propter pietatem & præclara in Ecclesiam merita debuisset, corruit Baronii ratiocinatio. Postremum ejus adversus Socratem argumentum hoc est, Methodiani Dialogi mentionem extare nullam apud Eusebium, nec apud Rufinum, ac proinde supposititium esse. At respondet Huetius non vidisse Baronium sex Apologiæ libros a Pamphilo & Eusebio in gratiam Origenis scriptos, in quibus quæcumque pro illo facere poterant, diligenter collecta fuere, nec *Xenonis* proinde Dialogi mentione prætermissa.

XV. Quid calumniose Origenistæ de libris Origenis.

Jam intelligis, puto, lector quam calumniose historici illi Origenistarum fautores, vel Joannis causæ acerrimi defensores, ad invidiam commovendam in eorumdem adversarios Epiphanium, Theophilum, atque alios dixerint ab his libros Origenis esse damnatos; introducuntque veteratoria pro libris Origenis lagendis sanctissimum Episcopum Theotimum disputantem & Epiphanium redarguentem: nam nulla inter eos ea de causa contentio intercessit: cum S. Epiphanius (ut dictum est) in errores Origenis eorumque auctorem & sectatores, non autem in omnia ejus scripta quam æquissime conclamaret; neque tunc primum, sed plurimos ante annos ea de causa adversus eam impietatem antesignanus in Palæstina conflixerit. Ex his pariter errore lapsum videas Severum, ubi in dialogo ait (a) (quæ superius recensuimus) in Synodo Alexandrina vetitum, ne quis legeret Origenis libros, vel eos penes se haberet.

(a) *Sever. dial. lib. 1.*

XVI. Periarchon tantum lectio vetita.

Quod vero apud Anastasii Papæ epistolam ad Joannem Hierosolymitanum habeatur, damnatam Imperatorum rescripto Origenis lectionem: ea utique intelligenda est libri Periarchon, de quo totus est ille sermo Anastasii cum Joanne; cujus Operis editionem Latine redditam a Ruffino, Romæ vulgatam magno Fidelium detrimento, Anastasius ipse quoque proscripsit una cum ejus auctore Ruffino. De eodem quoqua Origanis Periarchon, errorum fonte, puto intelligendum, quod reperitur in rebus gestis S. Pachomii; ipsum execratum esse monachos legentes libros Origenis. Circumferebantur enim libri illi Periarchon per Ægypti monasteria, qui auctoritate Didymi eos notationibus illustrantis apud nonnullos magno erant in pretio. Unda & factum est, ut idem Pachomius ex hac vita migraturus, quasi testamento Origenis errores damnatos reliquerit. His vero consentiens ad postremum accessit de scriptis Origenis Gelasii (*b*) Papæ censura, quæ ita se habet: *Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda.*

(b) *Gelas. in Rom. conc. c. 2. de Lapocr. to. 5. Conc.*

XVII. Quid Græci antiqui patres de Origenis lectione.

His quoque consentaneam fuisse Græcorum Patrum sententiam, eorum inquam qui Origenem impugnarunt, ut præter errores cætera ejusdem auctoris scripta retinerentur, testatur Socrates (*c*), cum agit de reprehensoribus Origenis Methodio, Eustathio, Apollinari, atque Theophilo, quorum alii alia de re Origeni crimen intenderent: *Unde* (inquit) *singuli separatim omnibus perspicue declararunt, se illa omnia omnino in eo approbare, quæ ipsi non nominatim coarguissent. Nam quoniam alius aliud dogma sigillatim reprehendebat: perspicuum est, singulos illud tacitos secum omnino habuisse pro vero, quod minime insectati sunt; & id ipsum re ipsa approbasse, quod non verbis exagitassent.* Hæc ipse. Sed illud perperam, dum sugillat sanctissimos viros Methodium & Eustathium (ut prætereamus modo Apollinarem atque Theophilum) quasi ambitiose captare conatos laudem ex Origenis vituperatione. Verum & illud omnino falsum, quod de Methodio his verbis subdit: *Methodius etsi sæpe multumque initio in Origenem invectus erat: postea tamen quasi ad palinodiam se revocans, illum in dialogo, quem Zenonem inscripsit, summis laudibus extulit.* Hæc Socrates: quæ quidem conficti mendacii facile arguuntur ex his quæ de Methodio apud S. Hieronymum ex Eusebio leguntur; quibus plane convincitur, contrarium penitus accidisse, nempe quod Methodius ante bene exploratum Origenem, ipsum laudarit, postea vero diuturniori usu probe cognitum criminis hæreseos incusarit: idque probatur (quod fortius est) ex Eusebii defensoris Origenis testificatione, dum ait (*d*): *Eusebius Cæsariensis Episcopus, cujus supra memini, in sexto libro τῆς ἀπολογίας Origenis, hoc idem objicit Methodio Episcopo & martyri, quod tu in meis laudibus criminaris, & dicis: Quomodo ausus est Methodius contra Origenem scribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Quasi ille turpiter postea accusarit, quem ante laudasset.

(c) *Socr. l. 6. c. 13.*

(d) *Hier. Apol. 1. 1. in Ruffin.*

XVIII. Socrates Origenista & impostor.

Ex his videas, quam patentis mendacii Socrates convincatur, dum ait Methodium ante vituperasse Origenem, postea vero commentario edito prædicasse: cum, auctore Eusebio ejusdem Origenis patrono, contrarium prorsus acciderit, nempe, ut cum eum ante laudasset, postea contra ipsum librum elaborarit; cujus lucubrationis Methodii S. Hieronymus (*e*) meminit, dum ab eo edita recenset scripta: ex quo libro quamplurima citat S. Epiphanius (*f*), dum errores confutat Origenis: sed id quidem facere erubuisset, si scisset ab eodem auctore adversarium illis scriptum fuisse postea commentarium. Et unde Socrati novum hoc & inauditum, recantasse palinodiam Methodium, atque eam in dialogo Zenone dicto pœnitentem exarasse; quam omnes Origenis defensores, Eusebius, Ruffinus, & alii penitus ignorarunt? quod si novissent, certe quidem exscripsissent aureis litteris, & citassent, si vel nomine tenus inscriptum Methodii eo argumento commentarium, quamvis commentitium, invenire potuissent hi, qui & falsam Apologiam Pamphili martyris nomine ediderunt. Ex his plane intelligis, lector, Socratem Novatianum æque fuisse etiam Ori-

(e) *Hier. de Script. Eccl. in Method.*

(f) *Epiph. hæres. 64.*

rigenistam, & haud quidem remissum, vel segnem, sed audacissimum, utpote novæ inventorem Apologiæ Methodii nomine exornatæ. Hæc ingerimus, quod plurimi intereſt in veritate historica disquirenda, affectus auctoris expendere. His igitur elucidatis, & Sancto Epiphanio a calumnia vindicato, atque ab ea invidia liberato, jam quæ sunt reliqua rerum gestarum ejus Constantinopoli prosequamur.

XIX. Inter Eudoxiam & Epiphanium conflictus.

Intercessisse quoque inter Epiphanium & Eudoxiam Augustam altercationem quamdam, Sozomenus tradit, qui eam ita describit (a): *Interea temporis accidit, ut morbo corriperetur filiolus Imperatoris. Mater ergo solicita ne quid illi gravius accideret, misso nuncio, Epiphanium rogabat, ut pro eo oraret. Ille pollicetur, ægrotum esse victurum, si quidem illa Dioscorum, ejusque socios hæreticos* (fugatos ante Alexandria monachos Origenistas) *aversaretur. Imperatrix vero: Atqui (inquit) meum filium, si Deo eripere placuerit, ita fiat, Dominus idem est; qui dedit, rursum auferet. Tu vero si mortuos excitare posses, mortuus utique non esset archidiaconus tuus. Erat enim non multo antea mortuus Crispion, quem fratrem existentem Phisconis & Salamini monachorum, quorum sub Valente mentionem fecimus, cum familiarem haberet, archidiaconum constituerat. Jam vero Ammonius ejusque socii ad Epiphanium veniunt: ita ipsi Imperatrici visum fuit. Et sciscitanti ei quinam essent: respondens Ammonius: Longi (inquit) sumus, o Pater:* (ita enim cognomento dicti erant Origenistæ illi) *Ac num quando vel in discipulos, vel in libros nostros incideris, libens equidem cognoscerem. Illo negante, iterum rogavit: Unde ergo eos hæreticos esse censuisti, qui illorum scientiæ probationem nullam habes? Et cum se id ex auditu habere, ille respondisset: Atqui nos (inquit) plane diversum fecimus. Nam & in discipulos tuos frequenter incidimus, & in libros, ex quibus ille est qui ex anchora titulum præfert: & cum multi te conviciis proscinderent, atque velut hæreticum calumniari vellent; nos, ut patrem æquum erat, defendimus, & responso tutati sumus. Quocirca nec tu, indicta causa, ex solo auditu damnare debebas, quæ certo ipse non cognoveras; neque ejusmodi vicem rependere illis, qui de te loquitur bene. Epiphanius itaque deinceps moderatius locutus, viros istos a se dimisit. Ac non multo post abnavigavit in Cyprum; sive quod eum Constantinopolitanæ profectionis pænitentia cœpisset; sive quod eum oraculo admonuisset Deus, ac mortem ipsi (ut consentaneum est) prænunciasset: siquidem inter navigandum, priusquam in Cyprum pervenisset, est mortuus.* Hucusque Sozomenus.

(a) Sozom. l. 8. c. 15.

XX. De Epiphanio & Eudoxia diversa narratio.

Jam inter legendum, puto te lector, ex plurimis, quæ superius dicta sunt, absque aliqua recenti admonitione sensisse ab Origenistarum fautore eam esse ad eorum defensionem institutam narrationem, qua illi innocentissimi demonstrentur, & S. Epiphanius levissimus sugilletur, qui vano auditu percitus, tantum in ejus prosecutione causæ laborem insumpsisset. Sed quam hæc captiosa sint atque penitus falsa, veritatis expensa lance, citius apparebit. Ac primum illud quam procul aberrat a vero, ut Eudoxia perinfensa Chrysostomo, faverit monachis illis Origenistis, & Epiphanium fuerit aversata? Quam autem ab his diversa sit, quæ ab aliis de rebus gestis Epiphanii cum Eudoxia narratur historia, ex Leone Augusto accipe: *Ipsa autem* (inquit b) *Eudoxia Epiphanium celerrime trahit ad suas partes, ea docens & suggerens, quæ ejus iniquam explebant libidinem, & quæ sanctum deponebant, adjiciens etiam arcanum (o hominum audaciam! o divinam lenitatem!) hæreticum esse Dei servum & famulum. Quid autem contra sapiens dixerit Epiphanius, audiamus. Si est tibi quidem (inquit) ratio, o Imperatrix, cur hæresim ei impingas: adsit & causam suam*

(b) Leo Imp. in orat. de rebus Chrys.

PAGIUS IV. Acta S. Epiphanii mendosa.

A num. XIX. ad XXVI. Recte scripsit, Baronius num. XXV. Acta *Sancti Epiphanii* quæ extant apud Surium sub nomine Metaphrastes, mendaciis scatere, quod ex pluribus ostendit Papebrocius ad diem XII. mensis Maii in vita Sancti Epiphanii Constantiæ in Cypro Episcopi. Quare male Baronius ex iisdem Actis, narrationem de congressu, & contentione Sancti Epiphanii atque *Eudoxiæ* Augustæ, veritati prorsus contrariam profert. Nec refert, quod eadem eodem fere modo in S. Joannis Chrysostomi encomio scripsit Leo Imperator a Baronio num. XX. citatus. Is enim quinque post rem gestam seculis, deceptus fuit spuriis illis Actis, aliaque transcripsit, quatenus ad suum argumentum facere videbantur. Quare standum est Sozomeno, qui Historiam suam non multo post Epiphanii obitum scripsit.

V. Sozomenus in rebus ab Epiphanio gestis narrandis accuratus.

Multa quidem alia in Sozomeni de Epiphanio narratione sugillat Baronius num. XXI. & seq. sed ea non videntur in dubium revocari debere. *Ac primum*, inquit Baronius, *illud quam procul aberrat a vero, ut Eudoxia perinfensa Chrysostomo faverit Monachis illis Origenistis, & Epiphanium fuerit adversata*. Ejus fundamentum est, quod hæc Historia aliter referatur a Leone Augusto, qui tamen mutuatus est, quæ narrat ex portentosa Vita Sancti Epiphanii. Denique culpat Sozomenum Baronius, quod *Ammonium* Origenistam ponat coram Epiphanio expostulantem, quod levi tantum auditu adversus ipsum ac socios Monachos Origenismi accusatos certamen inierit. At non temere credidit Theophili literis Epiphanius, utpote *quæ scirentur in Orbem divulgata atque recepta ab Anastasio Romano Pontifice*. Sed hac de re plura Papebrocius loco laudato

suam agat Joannes ea pœnitentia. Sin autem hæc verba praefers causa contumeliæ: tibi minime assentitur Epiphanius. Tunc commota illa hostis, erupit in hanc exsecrandam vocem: Si, o Epiphani, sis impedimento quo minus Joannes mittatur in exilium: ecce aperiam templa idolorum, & contendam ut ea adorentur. Non amplius ergo ferens Epiphanius aures suas pollui sceua inimica femina, totus perfusus fuit lacrymis; & se eorum innocentem esse pronuncians, fugam omnino arripuit. Ista Leo, quæ & fusius apud Metaphrastem narrata habentur: quibus videas, quam disparia hæc sint ab historia nuper ex Sozomeno recitata.

XXI. Juste defenditur Epiphanius a calumnia Sozomeni.

Sed quid ad illud, quod Ammonium Origenistam idem Sozomenus ponit coram Epiphanio expostulantem, quod levi tantum auditu adversus ipsum ac socios monachos certamen iniisset? Leve ne argumentum existimandum erat, quod Theophilus non privatis tantum litteris, sed Synodalibus ex Concilio Alexandrino scriptis, hos hæresis convictos atque damnatos esse conscripserat? Et cuinam rei major in Ecclesia fides adhiberi solet, quam Synodalibus sanctionibus, quæ præsertim divulgatæ scirentur in Orbem, atque receptæ ab Anastasio Romano Pontifice, quibus tum Origenis & errorum ejus, necnon ipsorum Origenistarum nominatim damnatio contineretur? Vides ergo, quam procul abhorret, ut ista in Epiphanium Ammonius jactare potuerit, & his convictum Epiphanium pœnituerit susceptæ provinciæ, & sic discesserit Constantinopoli. Sed & quæ ad postremum de exitu Epiphanii idem Sozomenus habeat, hic reddamus, ut una cum aliis apertis mendaciis fortius confuremus.

XXII. (a, Soz. l. 8, c. 15. 16.)

Cum autem (inquit *a*) *navem jam conscensurus Epiphanius esset, Episcopis illum ad mare comitantibus, dixisse fertur: Ego vobis relinquo urbem & Palatium, & histrionem: ipse autem decedo: festino enim, & quidem admodum festino.* Hæc tunc ipse; moxque ista subdit Sozomenus: *Atque equidem ex multis cognovi, adhuc durare rumorem, quod Joannes Epiphanio mortem in mari futuram prædixerit, & ille vicissim huic Episcopatus amissionem. Nam quo tempore inter se litigarent; ille Joanni protestatus est: Spero te non moriturum Episcopum. Et Joannes illi vicissim protestatus est: Et ego spero nec te quidem ingressurum esse Civitatem tuam.* Hactenus Sozomenus. Sed & hæc exacta veritatis sunt examinanda censura. Scimus eadem a Socrate (*b*) narrari, incerto tamen auctore. Jactata autem hæc externorum sermonibus, Leo (*c*) Augustus tradit. Apud Metaphrastem vero hæc de discessione Epiphanii habentur (*d*) post conflictum ipsius cum Eudoxia urgente Chrysostomi damnationem: *Divinus autem Epiphanius percussus absurditate eorum quæ dicebantur ab ea, cum dixisset: Ego judicio, quod sic habet, sum insons: protinus est egressus. Quædam autem falsa fama, quæ ex hoc ad omnium aures pervasit, quod ipse quoque Epiphanius huic depositioni Patriarchæ sit assensus, ad magnum usque Joannem pervadit. Ille vero aut veritatem ignoravit, fortasse quod Deus eum celasset divina quadam providentia, ut aliquo modo efficeret ambos, quæ utrisque evenerunt, prædicere: aut scivit Joannes quidem non esse verum, quod fama ferebatur: lubens autem assensus est multorum existimationi, ut sic Epiphanio futurum prædiceret. Fertur ergo Patriarcha sic post hæc scripsisse ad Epiphanium (scripsit autem simpliciter & familiariter) Frater Epiphani, audivi te consensisse meæ relegatio-ni*

Joannis & Epiphanii propheticæ prædictiones.

(*b*) Socr. lib. 6. c. 13.

(*c*) Leo Aug. orat. de Jo. Chry.

(*d*) Metap. in Vit. Chry.

PAGIUS

dato. Sozomeni itaque narrationi de Epiphanio standum.

VI. *Annus emortualis S. Epiphanii certus.*

Prædictiones tamen Epiphanii & Chrysostomi, ut fabulosas, & commentitias Baronius num. XXIV. jure merito irridet. Nam non solum sanctis hominibus indignæ videntur; sed etiam Socrates easdem non refert pro veris ac certis. At quod Baronius addit, ignorari annum, quo *Epiphanius* obierit, admitti non debet. Cum enim, ut observat Valesius in Notis ad Socratem lib. 6. cap. 14. in præcedenti narratione conflictus illius, qui fuit inter Epiphanium & Chrysostomum, Socratem sequutor & Sozomenum, quid causæ est, cur in obitu *Epiphanii* ab illis dissentiat? Aiunt enim *Epiphanium*, postquam Constantinopoli discessisset, ut Cyprum navigaret, *mortuum esse* in navigio, ideoque currenti Christi anno. Certe falli potuere Socrates ac Sozomenus in prædictionibus mutuis Epiphanii & Chrysostomi referendis, neque enim satis constat, utrum hæc, quæ uterque Historicus narrat, sibi mutuo prædixerint; verum ea quæ Epiphanio & Chrysostomo contigere, certissima sunt; nec ignorari potuere a Socrate & Sozomeno, Epiphanii temporibus prope æqualibus.

VII. *Dies ejus mortis incertus.*

Socratis itaque & Sozomeni testimonio constare debet, *Epiphanium* præsenti anno ad Deum migrasse; non quidem die duodecima mensis Maji, quo in variis Martyrologiis colitur, quove Baronius & Papebrocius citatus eum demortuum volunt. Nam Hieronymus in secunda sua Apologia adversus Rufinum hujus anni initio scripta, de *Epiphanio* tanquam adhuc vivente loquitur, ut Baronius ostendit, ideoque prioribus hujus anni mensibus adhuc in vivis erat; & parte alia mille exemplis liquet, Sanctos aliis diebus, quam quibus obierint, Martyrologiis adscriptos fuisse, cujus rei duo insignia exempla hoc ipso anno referam. Valesius laudatus ait, *Epiphanium* mortuum esse exeunte currenti Christi anno, vel certe sequentis initio ante Synodum ad Quercum, docere *Theophilum* in Epistola ad Hieronymum, quam idem Hieronymus præfixit Paschalibus Epistolis Theophili a se in latinum sermonem conversis. In ea enim Epistola dicit Valesius, Theophilum de Joanne Chrysostomo jam damnato ita scribere: *Sed ille, ut cætera ejus flagitia taceam, Origenistas in suam recipiens familiaritatem, & ex his plurimos in sacerdotium* pro-

ni: Scias autem nec te ipsum tuam sedem visurum amplius. Ad hæc sacrosanctus Epiphanius simplicibus rursus verbis rescripsit, quibus quoque ipse utar: Athleta Joannes, feri & vince: sed nec ipse pervenies ad videndum locum exilii. Vera autem fuerunt quæ dicta sunt ab utrisque. Nam & Epiphanius cum statuisset navigare in Cyprum, decedit in navigatione: & admirabilis Joannes priusquam perveniret ad locum exilii, migravit ad Dominum. Hactenus ipse.

XXIII. Refellitur commentum de prophetiis.

Sed unde hæc querela Chrysostomo, ut vel opinione saltem concipere potuerit, & existimare Epiphanium suæ relegationi consensisse? cum nullum penitus fuerit in causa ipsius Joannis agitatum judicium, nisi postquam jam Epiphanius recessisset, quando contigit (ut dicturi sumus anno sequenti) adventasse Theophilum Constantinopolim. Cum igitur nulla præcesserit ejusmodi de Joannis exilio lata sententia, cui Epiphanius assensum præbuerit, quod nondum causa agi cœpta fuerit: jure ea de prophetiis invicem pronunciatis, commentum esse putamus. Rursum vero quomodo dici potest Epiphanius hoc anno navigans in Cyprum insulam esse defunctus, qui adhoc anno sequenti probatur vixisse? Etenim S. Hieronymus in posteriori Apologia, quam adversus Ruffinum post hæc præsenti anno scripsisse perspicue demonstrabitur, de Epiphanio cum meminit, ita ait: *Papa Epiphanius πεντάγλωττος, quia quinque linguis contra te & amasium tuum* (nempe Origenem) *loquitur*: ita ipse; quod si paulo ante ut (volunt isti) Epiphanium defunctum esse contigisset, alio atque plane diverso titulo nominasset, ut alias in commentariis in Isaiam post annos quatuor scriptis, ubi ita de ipso (a): *Virum sanctæ & venerabilis memoriæ Episcopum Epiphanium, qui insigne nobilis ingenii & eruditionis suæ reliquit opus*, &c. Meminit de libro ab ipso de Lapidibus scripto, quem præsens (ut ait) eidem Hieronymo tradidit. Quo pariter titulo nominatus ab eo procuidubio fuisset in nuper citata Apologia, cum ejusdem meminit, si proxime defunctus jam esset: vel cum in superiori Apologia anno item sequenti scripta in eodem argumento versatus, cum tamen adversus oblatrantem Ruffinum defendit, post alia plura ista habet (b): *Crimini ei dandum est, quare Græcam, Syriam, & Hebræam, & Ægyptiacam linguam, ex parte & Latinam noverit? Ergo & Apostolus & Apostolici viri qui linguis loquebantur, in crimine sunt, & me trilinguem bilinguis ipse ridebis?*

(a) Hier. in Isa. l. 13. c. 54.

(b) Hier. Apol. 2. l. 2.

XXIV. De tempore obitus Epiphanii.

Cur autem ante adventum Theophili Epiphanius recesserit Constantinopoli, illam quidem existimo causam, quod quæstio illa de Origene, & Origenis erroribus jam translata videbatur in mutuas criminum accusationes, quorum causa Theophilus ab Imperatore jussus esset Constantinopolim se conferre; cujus agitando judicio minime interesse voluerit. Vel potius dixerimus, quod sciret ex adverso Theophilum ad deponendum e sede Chrysostomum jam parare judicium; ne & ipse in eum cogeretur calculum ferre, antea mature discessisse. Quoto autem Domini anno obierit, equidem ignoratur: quadriennium vero eum non excessisse constat. Cæterum jam decrepitum ætate ipsum obiisse, certum est: nam ante fere decennium de eo Hieronymus (c): *In extrema* (inquit) *senectute varia cudit opera*. Eum autem Palladius tradit (d) sedisse Episcopum annos triginta-sex, sub Damaso atque Siricio: qua ratione si etiam numeres primum annum sedis ejus ab ipso Damasi sedis exordio, nempe ab anno Domini trecentesimo sexagesimoseptimo, utique ex sententia ejusdem Palladii affirmare necesse esset, pervenisse saltem ad annum Domini quadringentesimumtertium: quibus videas totum illud commentum evanescere de reciprocis illis jactatis in se invicem prophetiis. Prudentior quidem cæteris in hoc ipso visus est esse Palladius, qui licet faverit (ut

(c) Hier. de Script. Eccl. in Epiph.

(d) Pallad. dialog.

PAGIUS.

provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Epiphanium, qui inter Episcopos clarum in Orbe sydus effulsit, non parvo mœrore contristans, meruit audire: Cecidit, cecidit Babylon. Ubi vides, inquit Valesius, Theophilum de Epiphanio loqui jam mortuo, quippe quem *beatæ memoriæ* hominem appellat; & ante damnationem Chrysostomi mortuum esse significat. Idem habet Papebrocius citatus, nisi quod asserit eam Epistolam a Theophilo datam, priusquam Constantinopolim proficisceretur ad Synodum, qua Sancti Chrysostomi damnatio decreta est, & mortem Epiphanii anno sequenti contigisse.

VIII.

Verum Epistola, unde locus citatus desumtus, scripta est, non a Theophilo, sed ab Hieronymo ad Theophilum, cui dedicat versionem trium Epistolarum Paschalium a se curatam, idque post annum quadringentesimum quartum, ut ex ejus lectione apparet: *nequaquam*, inquit Hieronymus in ea Epistola, quæ extat Tomo IX. ejus Operum, *tardius Beatitudini tuæ Latino sermone translatum librum tuum remitterem, multa in medio impedimenta fuerunt: Isaurorum repentina irruptio: Phœnicis Galilææque vastitas; terror Palæstinæ, præcipue Urbis Hierosolymæ*, &c. Isaurorum autem irruptio anno CCCCIV. facta, & in sequente continuata. Quare jamdiu damnatus erat Chrysostomus, jamdiuque Epiphanius obierat, quando ea Epistola ab Hieronymo scripta, ex qua proinde annus emortualis Epiphanii deduci non potest. Eius Vita, quam Græce & Latine Petavius Tomo II. Operum ejus edidit, quamque mox diximus mendaciis plenam esse, Auctores præfert

Annus ejus emortualis ex Epistola Hieronymi ad Theophilum perperam deductus.

(ut dictum est) Origenistis, ipse tamen sciens volensque res gestas Epiphanii Constantinopoli prætermisit: qui & licet non ignoraret adversatum fuisse Joanni Epiphanium, ipsum tamen ob excellentiam meritorum non potuit non laudasse, cum alioqui in reliquos omnes eidem Joanni adversantes stylum maledicentiæ exacuerit.

XXV. *Epiphanius sanctitate celebris.*

At qui celebris in Ecclesia vixit virtutibus clarus, atque spectatus ubique scientia, zeloque potissimum fidei Catholicæ commendatus, post obitum quoque clarissimum Epiphanii nomen extitit, relatum illud tum a Græcis, tum etiam a Latinis inter sanctos, anniversaria memoria celebrandum. Ejus vultus imago a Cypriis suis expressa cum aliis sacris imaginibus in Ecclesia in ejus perpetuum honoris monumentum erecta, custodita, & veneratione digna habita fuit. Est de his egregia testificatio recentioris Epiphanii in posteriori Nicæno Concilio his verbis: (a) *Illius discipuli templum in Cypro, quod ejusdem Patris nomine appellarunt, ædificarunt, & cum multis aliis picturis illius quoque imaginem collocarunt.* Hæc ipse. Ad postremum vero, quod ex instituto susceperimus, dum veritatem excolimus, cunctas pro viribus verrere quisquilias, admonendum putamus lectorem, Vitam illam Epiphanii, quam recitat Metaphrastes, scatere erroribus: inter quos ille, qui ad hæc tempora spectat, adnumerandus, cum dicitur Epiphanius accersitus Romam ab Arcadio & Honorio Impp. ut sorori ægrotanti suppetias ferret, atque eam curasse, filiumque ipsius extinctum ad vitam revocasse. Etenim nec Arcadius Imp. Romæ cum Honorio umquam degit, neque quis probare poterit Epiphanium umquam Romam venisse, nisi ipso Theodosii Senioris Imp. exordio, ut quarto tomo superius dictum est. Sunt & alia ibi plane delira, quæ prudens lector versatus in his quæ de eo superius sunt enarrata, facile dignoscere poterit. Quod vero ad ejus scripta pertinet; præter Panarium & ejusdem Epitomen, & Anchoratum, & de Gemmis libros, & Res gestas S. Hilarionis, quorum est certa mentio apud Sanctum Hieronymum & alios, ejusdem quoque nomine ac titulo notantur libri de Mensuris atque Ponderibus, necnon de Vita, & obitu sanctorum Prophetarum. Meminit Cassiodorus (b) editum a S. Epiphanio commentarium in Cantica Canticorum. Scimus ejusdem nominis clarissimos viros aliis diversis temporibus claruisse in Oriente & Occidente, de quibus agetur inferius pro ratione temporis opportunius. At de rebus inter ambas partes Theophili atque Joannis hoc anno transactis hic finis esto. Præcesserunt hæc omnia Synodum sequenti anno ad Quercum collectam, in qua idem S. Joannes a sede, factiosorum odiis, adnitente Eudoxia Augusta, depositus est.

(a) Concil. Nicæn. 2. act. 6. to. 2. Concil.

(b) Cassiod. de divin. lect. c. 5.

XXVI.

Hoc eodem anno Anastasius Papa interpellatus litteris Joannis Hierosolymorum Episcopi de causa Ruffini Aquilejensis presbyteri ita rescripsit (c):

Epistola Anastasii Papæ ad Jo. Hierosolymitanum Episcopum.

Probatæ quidem affectionis est hoc, ut laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod tu merita mea effusissime contulisti, ut amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis, & eas quas in Domino habes virtutes, subinde quodammodo parvitatis nostræ favorabilis sermo prosequitur: tam eminenter, vir omnium præstantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus, ut par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto titulorum tuorum rapior incitamento, ut etiam, quod impetrare nequeo, audere non desinam. Jam hoc de laudibus est tuis, quod me tantum de cælestis animi istius serenitate laudasti. Tui enim Episcopatus ordo perspicuus, per diversum Orbem velut radians, etiam ad nos splendoris sui detulit claritatem. In me quippe totum amicitiæ tribuis, examini nihil relinquis. Aut si jure me laudas: tu quoque similiter relaudandus non es? Obsecro igitur ob utrumque ut memetipsum laudare jam desinas. Duplex enim causa

(c) Extat to. 1. epist. Rom. Pont. & apud Hier. ep. 9.

PAGIUS fert duos ejus discipulos, *Joannem* peregrinationum variarum comitem individuum, & *Polybium*, qui dicitur postea factus fuisse Episcopus *Rynocurir*.

IX. *Hieronymus scribit ad Pammachium & Marcellam de iterata damnatione Origenis.*

A num. XXVI. ad XLII. Hoc anno Theophilus Episcopus Alexandriæ secundam Epistolam Paschalem, cujus exordium est. *Solemnitatis augusta sermo divinus*, &c. promulgavit Alexandriæ in festo Epiphaniæ, ut moris erat, in eaque Origenem pluribus iterum impugnavit. Hanc Hieronymus Latinitate donavit, & *primo vere* ad Pammachium & Marcellam Origenistarum in Urbe adversarios misit cum Epistola ad eosdem scripta, quæ inter Hieronymianas ordine est LXXVIII. In ea ait Hieronymus: *Rursum Orientalibus vos locupleta mercibus, & Alexandrinas opes primo Romam vere transmitto*, &c. *Quem Demetrius Alexandri urbe pepulit, toto Orbe fugat Theophilus*, &c. *En Papa Theophilus tota Origenem arguit libertate hæreticum esse*, &c. *Vos, Christiani Senatus lumina, accipite & Græcam & Latinam, etiam hoc anno Epistolam*, &c. *prædicationem quoque cathedræ Marci Evangelistæ, cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet. Quamquam celebri sermone vulgatum sit: beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis hæreticos persecutum, ejusque litera docent, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum est.*

X.

Ex quibus Hieronymi verbis multa innotescunt, quorum pleraque jam sparsim tetigimus. Primo Epistolam Paschalem Theophili cujus i-

ni-

sa me hoc poscere constringit, ne consacerdotis tui sensibus aut dolorem falsa laus ingerat, aut pudorem vera succendat. Ista quidem præfatus est Anastasius: quæ haud otiose putes nos referre voluisse; sed ut declaretur ex his etiam, sicut ex aliis superius enarratis, Joannem Hierosolymorum Episcopum abeuntem post Origenis errores, jam meliori frugi redditum, fide ubique Catholica his temporibus saltem exterius nituisse. At prosequamur reliqua ejus epistolæ, quæ spectant ad Ruffini causam. Subdit enim ipse mox ista:

XXVII. De causa Ruffini quid Anastasius Papa.

Sed ad causam revertor. Ruffinus de quo me consulere dignatus es, conscientiæ suæ habet arbitrum divinam majestatem: apud quam se integro devotionis officio ipse viderit qualiter debeat approbare. Origenes autem, cujus in nostram linguam composita derivavit, ante quis fuerit, in qua processerit verba, nostrum propositum nescivit. Quod vero sit animi mei studium, cum tua paulisper hoc conferam sanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui Urbis nostræ populis de translata Origenis lectione patefecit, quamdam puris mentibus velut nebulam excitans injectam, fidem Apostolorum, majorum traditione firmatam velut deviis anfractibus illum voluisse dissolvere. Discere hoc loco libet quid agat in Romanam linguam ista translatio. Approbo, si accusat auctorem, & execrandum factum populis prodit: ut justis tandem odiis teneatur, quem jamdudum fama constrinxerat. Si vero interpres tantorum malorum erroribus consensum præstat, & legenda impia dogmata prodit in populos: nihil aliud sui opera laboris extruxit, nisi ut propria veluti mentis arbitrio, hanc qua sola, & quæ prima apud Catholicos Christianos vera fides jam ab Apostolis exinde usque ad tempus præsens tenetur, inopinatæ titulo assertionis averteret.

XXVIII. Errores Origenis Romæ disseminati, rejecti.

Absit hæc ab Ecclesia Romana, nequaquam Catholica disciplina. Numquam profecto eveniet, ut aliqua hoc admittamus ratione, quod jure meritoque damnamus. Quapropter in toto Orbe Christi Dei nostri diffusa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse, quæ Ecclesiam maculent, probatos mores evertant, aures circumstantium vulnerent, jurgia, iras dissensionesque disponant. Quare nosce qualem epistolam ad fratrem & Coepiscopum nostrum Venerium diligentiori cura perscriptam parvitas nostra transmiserit: sibique hanc conscientiam fecerim, quod non superflua laborum formidine neque vano timore soliciter. Mihi certe cura non deerit Evangelii fidem circa meos custodire populos; partesque populi mei per quaque spatia diversa terrarum diffusas, quantum possim, litteris convenire: ne qua profanæ interpretationis origo subrepat, quæ devotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur.

XXIX. Ruffini communicatio rejecta ab Anastasio.

Illud quoque quod evenisse gaudeo, tacere non potui, beatissimorum Principum manasse responsa, quibus unusquisque Deo serviens ab Origenis lectione revocetur; damnandumque sententia Principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus sententiæ mea forma processerit. Quod te vero vulgi de Ruffino querela solicitat, ut quosdam malis suspicionibus persequaris: hanc etiam opinionem constringam divinæ lectionis exempla, sicut scriptum est: (a) Non sicut videt homo, ita & Deus. Nam Deus videt in corde, homo autem in facie. Itaque frater carissime, omni suspicione seposita, Ruffinum scito, quod propria mente Origenis dicta in Latinum transtulit ac probavit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis vitiis præstat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi a nostris partibus alienum, ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit ubi possit absolvi. Hactenus epistola Anastasii Papæ ad Joannem hoc anno (ut diximus) data; quod & testificatione S. Hieronymi exploratum reddemus.

(a) 1. Reg. 16.

XXX.

Meminit enim frequenter hujus Anastasii epistolæ idem S. Hieronymus in Apologia in Ruffinum scripta, cui eamdem ipsam epistolam adsuit, ut ipse testatur, cum Ruffinum ipsum ita redarguit (b): *Cur translaturas heretica, in defensionem eorum præmittis quasi martyris librum, & ad Romanis auribus ingeris, quod translatum totus Orbis expavit?*

(b) Hier. Apol. 1. lib. 2.

PAGIUS

Ex ea Epistola Historia Origeniana magnam lucem accipit.

nitium: *Solemnitatis augusta*, inter Paschales Theophili secundam ordine esse, licet in codicibus excusis prima appelletur, & Hieronymum anno superiori primam Paschalem Theophili, cujus exordium: *Christum Jesum dominum gloria*, in qua Origenes damnatur, ad Pammachium & Marcellam Romam misisse; ideoque deceptum Baronium, qui aestumavit Epistolas Theophili Paschales non eodem anno, cujus Pascha indicebatur, sed superiori missas fuisse. Secunda enim Epistola Paschali Theophili Pascha indicitur celebrandum *XI. die mensis Pharmuthi*, seu die VI. Aprilis, quo die hoc anno Pascha peractum. Neque dubitari potest, quia Epistola Paschalis, quæ incipit, *solemnitatis augusta*, secunda ordine sit, & hoc anno Romam transmissa; cum in ea legantur, quæ Hieronymus in Epistola hoc anno ad Pammachium & Marcellam data memorat. Secundo, Hieronymum quando hanc ad Pammachium & Marcellam scripsit Epistolam, ignorasse mortem Anastasii Papæ, quæ die XIV. mensis Decembris anni proximi acciderat. Tertio, *Theophilum* jam præcedenti anno, quam currenti in suis Paschalibus *Origenem* jugulasse, ut verbis Hieronymi utar. Hanc secundam tamen Origenis damnationem a Theophilo die Theophaniorum promulgatam *Anastasius Pa-*

De tempore scriptæ epistolæ ad Joannem Episcopum ab Anastasio.

vit? Aut certe si ideo interpretaris, ut eum hæreticam arguas: nihil de Græco mutes, & hoc ipsum præfatione testare: quod prudentissime Papa Anastasius in epistola, quam contra te scribit ad Episcopum Joannem, suo sermone complexus est, me liberans, qui id feci, & te arguens, qui facere noluisti. Ac ne forsitan hoc quoque neges, subjeci exemplum ejus; ut si non vis audire fratrem monentem; audias Episcopum condemnantem. Hæc ibi, ac rursum in posteriori Apologia, cujus est exordium: *Lectis litteris prudentiæ tuæ, &c.* hæc habet: (a) *Vade potius Romam, & præsens apud eum expostula, cur tibi & absenti & innocenti fecerit contumeliam: primum ut non reciperet expositionem fidei tuæ, quam omnis (ut scribis) Italia comprobavit, & baculo tuarum uti noluerit litterarum contra canes tuos: deinde ut epistolas contra te ad Orientem mitteret, & cauterium tibi hæreseos, dum nescis, inureret, &c.* Paulo vero post: *Esto* (inquit) *præteriti anni ego epistolam finxerim: recentia ad Orientem scripta quis misit? in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus, ut cum ea legeris, magis te velle defendere incipias, quam nos accusare.* Ita ipse, quibus, & insinuat hoc anno eam ab Anastasio Papa epistolam esse datam, nempe sequenti anno ab eo quo idem Ruffinus ab Anastasio Romam vocatus est ad judicium. Sed & inferius, eodem anno, quo ipse eam scribebat Apologiam, datam esse ab Anastasio in Ruffinum epistolam, declarat his verbis (b): *Ut nostram epistolam non probes, Papæ quoque Anastasii simili dicis fraude subnixam, de qua tibi ante respondi: quam si suspicaris ipsius non esse, habes ubi apud eum nos arguas falsitatis. Sin autem ejus est, ut hujus quoque anni contra te epistolæ probant; frustra & falso falsam arguere niteris, cum ex illius vera epistola nostram veram esse doceamus.*

(a) Hier. Apolog. 2.

(b) Hier. Apol. 2.

XXXI. Quo anno Hieronymus Apologias scripsit.

Cum igitur S. Hieronymus, quo anno scribebat Apologiam illam posteriorem, ab Anastasio scriptam epistolam in Ruffinum affirmet; constetque simul eamdem Apologiam ab eodem hoc anno elaboratam: exploratum quoque redditur (quod dictum est) datam esse hoc eodem anno ab Anastasio Papa eamdem in Ruffinum epistolam. Quod vero hoc ipso anno ea Apologia a S. Hieronymo scripta sit, præter alias adductas superius rationes, inde quoque certum licet sumere argumentum; dum scilicet triennium ibidem numerat ab eo tempore, quo ipse ad Ruffinum epistolam dederat. Sed & posteriori libro prioris Apologiæ (c), dum numerat annos (ut ait) ferme decem, ex quo ad Dexterum Præfectum Prætorio librum scripserat de Scriptoribus Ecclesiasticis (quod accidit, ut vidimus testificatione ipsius, anno decimoquarto Theodosii Imperatoris, anno autem Domini trecentesimo nonagesimosecundo) plane declarat hoc eodem quoque anno priorem etiam in Ruffinum eam scriptam esse Apologiam, in qua (ut vidimus) ejusdem meminit epistolæ Anastasii Papæ in Ruffinum ad Joannem Hierosolymorum Episcopum datæ. Cum igitur satis sit demonstratum, hoc ipso anno quo Anastasius ad Joannem, eodem quoque Hieronymum tum priorem, tum posteriorem Apologiam adversus Ruffinum elucubrasse, age jam modo de ambabus hoc itidem agamus anno.

(c) Hier. Apolog. 1. l. 2.

XXXII. Scripta Ruffini in S. Hieronymum.

Meminisse interea debes, lector, dictum esse superius, Ruffinum ante biennium, nempe anno Domini quadringentesimo, tres libros adversus S. Hieronymum conscripsisse, quos Apologiæ titulo honestavit, cum tamen acerrimæ fuerint invectivæ: quos haud omnibus voluit esse vulgatos, sed sic editos ubique locorum, ut ipsos tantum suis carissimis crederet, magna cautela agens, ne in manus S. Hieronymi deferrentur; probe

PAGIUS

Papa scire non potuit; cum mense Decembri superioris anni ad Deum migrarit. Quarto, vero tempore, quo Hieronymus ad Pammachium & Marcellam scripsit, nondum eum vidisse secundam Anastasii adversus Origenem Epistolam; cum dicat: *prædicationem quoque Marci Evangelistæ, Cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet.* Quam tamen certum est, eum præ manibus habuisse, quando postea secundam adversus Rufinum Apologiam, de qua mox, conscripsit. Hæc enim Hieronymi verba, quæ in eadem secunda Apologia leguntur: *Esto præteriti anni ego Epistolam finxerim* (eam scilicet, quam Anastasius anno elapso ad Joannem Hierosolymitanum dedit) *recentia ad Orientem scripta quis misit, in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus?* ultima, inquam, hæc verba, seu, *recentia scripta*, intelligi non possunt, nisi de secunda Epistola ab Anastasio adversus Origenem in Orientem missa, quæ quidem ad nos non pervenit. Quare cum Hieronymus hanc postremam Anastasii Epistolam nondum vidisset, cum hoc anno ad Pammachium & Marcellam literas dedit, inquit: *Prædicationem quoque Marci Evangelistæ, cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet.* Quod tamen revera jam factum erat. Literæ vero, quibus Hieronymus doceri dicit, *damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum est*, aliæ esse non possunt, quam literæ ad Joannem Hierosolymitanum anno superiori scriptæ, quæ exstant. Baronius num. XXVI. & seqq. eas memorat, quia hoc anno datas perperam existimabat.

XI. Epocha hujus Epistolæ secundum Baronium.

Baronius anno quadringentesimo eam Hieronymi ad Pammachium & Marcellam Epistolam datam arbitratur, ut ibidem num. XXXIII. & seqq. videre est, ex eaque collegit, *Anastasium eo anno Origenis errores damnasse*, postquam anno CCCXCIX. Theophilus in Synodo Alexandrina idem præstitisset; & Epistolam Paschalem,

sciens, omnes illas in eum jactatas accusationes atque calumnias, in se ipsum graviori impetu ab illo repulsas, fore validius convertendas: quod plane accidit. Etenim etsi numquam, quamvis diligenter pervestigatos, in se a Ruffino conscriptos libros Hieronymo videre licuit: tamen ex iis quæ a Ruffini familiaribus, quibus libri crediti erant, in odium S. Hieronymi & invidiam in eum concitandam passim jactabantur, frater ejus Paulinianus (quem ad distrahendum patrimonium miserat, ut vidimus, in Occidentem) capita quædam Ruffini accusationum in ipsum S. Hieronymum collegit, rediensque Hierosolymam (ut dictum est) eidem patefecit: sed & alii ejusdem Hieronymi familiares, præcipue vero Pammachius, & Marcellinus ex eis nonnulla suis litteris significarunt. Quibus ipse acceptis, duas scripsit Apologias, quarum prior duobus est partita libris, estque prioris eorum exordium: *Et vestris & multorum litteris didici*, &c. posterior vero Apologia ita incipit: *Lectis litteris prudentiæ tuæ*, &c. quibus omnibus omnia in se jacula jactata retorquet in adversarium. Testatur id quidem in posteriori quam scripsit Apologia, ubi ait (a): *Postquam repuli crimina, id est laudes tuas, & absque invidia tui nominis respondi criminibus, non criminatori; atque ut me Catholicum a te infamatus probarem, invectus sum in hæreticos: irasceris, furis, & luculentissimos libros contra me cudis, quos cum legendos & cantandos omnibus tradidisses, certatim ad me de Italia & urbe Roma atque Dalmatia scripta venerunt, quibus me laudator pristinus ornasses præconiis. Fateor illico ad objecta respondi*, &c.

(a) Hier. Apolog. 2.

XXXIII. Ruffini tres libri invectivarum.

Sed ut hæc exploratiora reddantur, in primis de Ruffini invectivis in S. Hieronymum scriptis agendum, atque in memoriam revocandum, ipsum acceptis ab Aproniano litteris S. Hieronymi ad Pammachium datis (est enim epistola sexagesimaquinta) duos (b) illos, qui habentur præ manibus, adversus Hieronymum invectivarum libros Ruffinum conscripsisse; quorum priori, ea quæ ab eodem S. Hieronymo dicta epistola ad Pammachium scripta erant, refellere conatus est; posteriore vero, tamquam scopa, verrens cuncta, quæ in omnibus ipsius Hieronymi scriptis corrigenda putavit, levissima licet, spectanda & exprobranda cunctis adduxit in medium. Sed & adjecit his Ruffinus tertium librum eodem argumento conscriptum, qui penitus excidisse videtur: tres namque simul a Ruffino tunc in S. Hieronymum libros elaboratos fuisse, ipse Sanctus Hieronymus auctor est, ubi in sua defensione hæc ait (c): *Nunc quoque quia renuit laudatorem, & verso stylo docuit me non esse quod meus necessitas prædicavit; dicitur furere, & tres contra me libros venustate Attica texuisse, eadem accusans, quæ ante laudaverat*, &c. Porro hos tres commentarios Ruffinus non Invectivas (sicuti diximus) ut modo præfert eorum inscriptio, sed honestiori titulo Apologiam nominavit: unde in eum S. Hieronymus (d): *Non te pudet accusationem tuam Apologiam tuam vocare?*

(b) Extant apud S. Hier. to. 9.

(c) Hier. Apol. 2. l. 2.

(d) Hier. Apolog. 2.

XXXIV.

Verum cum non integros ipsos libros, sed auditu tantum percepta Paulinianus ad Hieronymum agentem Bethlehem detulisset; eadem ipse, Apologia scripta duobus partita libris acerrime confutavit, potiora pollicitus ac uberiora, cum in manus suas tres illi a Ruffino conscripti invectivarum libri integri redderentur: nam in fine posterioris libri hæc habet (e): *Excessi epistolæ modum* (ad Pammachium enim, & Marcellinum, velut epistola una, iidem inscripti libri habentur) & *qui contra nefarium hæresim jam stylum fixeram, pro me respondere compulsus sum, expectans tria amici volumina, & ad congeriem criminum ejus tota mente suspensus: nisi quod levius est, professum inimicum cavere, quam hostem latentem sub amici no-*

(e) Hier. Apol. 1. lib. 2.

PAGIUS

cujus in his literis Hieronymus meminit, primam esse Paschalem Theophili, ac scriptam anno CCCC. pro Paschate anni CCCCI. ac denique Hieronymum his verbis: *Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum, in præteriti anni Epistola continetur*, indicare Epistolam Theophili Synodicam, præterito anno, idest, anno CCCXCIX. scriptam in Synodo Alexandrina; quam utramque Epistolam periisse Cardinalis eruditissimus existimavit. Verum hæc omnia ex dictis evanescunt, liquetque Synodicam quidem *Theophili* deperditam esse, sed ad illam non respexisse Hieronymum, quando in Epistola ad *Pammachium & Marcellam*, eosdem remisit ad Epistolam *præteriti anni*, verum ad primam Theophili Paschalem anno CCCCI. pro ejusdem anni Paschate promulgatam, quæ inter tres Paschales Theophili, quæ omnes extant, secunda in vulgatis codicibus dicitur; cum tamen prima di-

renda sit. Sed anno CCCCI. de præpostero earumdem Paschalium literarum ordine, qui Baronium, aliosque in errorem impulit, satis superque disseruimus.

XII. Hieronymus scribit Apologiam II. adversus Rufinum.

Hoc pariter anno Hieronymus, non multo postquam Epistolam LXXVIII. ad Pammachium & Marcellam dedit, secundam Apologiam adversus *Rufinum* composuit, non quidem vivente adhuc Anastasio Papa, ut omnibus hactenus persuasum, sed post mortem ejus, cujus nuncium Hierosolymam nondum perlatum fuerat. Ipsemet Hieronymus in ea ejus edendæ causam hanc fuisse docet: *Postquam repuli crimina, idest, laudes tuas* (anno scilicet CCCXCIX. ut supra vidimus) & *absque invidia tui nominis respondi criminibus non criminatori, atque, ut me catholicum a te infamatum probarem, invectus sum in hæreticos, irasceris, furis & luculentissimos libros contra me cudis* (libros scilicet

nomine sustinere. Hæc ibi; sed & superius (*a*): *Sed adversus illos libros, qui per angulos garriunt, & furtiva accusatione me mordent, cum editi fuerint, & de tenebris ad lucem processerint, atque ad nos vel studio fratrum, vel temeritate æmulorum potuerint pervenire, respondere conabor: neque enim magnopere formidandi sunt, quos metuit auctor suus prodere, & tantum confœderatis legendos esse decrevit*. Hæc ipse: ut non mireris, lector si complura legis in Ruffini invectivis, quæ haud invenis in adversariis Hieronymi responsionibus confutata.

(*a*) *Idem Apol. 2. lib. 2.*

XXXV. Catholicus quo certo signo dignosci possit.

Sed & illud diligenter attende, quomodo uno ictu potens ac solers veritatis propugnator S. Hieronymus adversatium folia sibi ficua pro armatura consuentem prosternat, dum ostendit frustra blandiri sibi de fide Catholica, si vel in minimo a Romana Ecclesia discrepet: ait enim in eum (*b*): *Fidem suam quam vocat? Eam ne qua Romana pollet Ecclesia? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam responderit: ergo Catholici sumus*. Vides majorum omnium ore versatum illud firmissimum axioma & necessarium enthymema; nempe, dicere tantum, aliquem sequi Romanam fidem, mox ex necessitate deduci esse Catholicum. Ob idque nullum in eum S. Hieronymus validius telum intorquet, cum provocat ipsum ad sententiam de eo ab Anastasio Romano Pontifice latam; plane significans a nullo quemquam aliquo modo probari posse Catholicum, quem Romanus Pontifex hæreseos condemnarit. In his enim multus est idem S. Hieronymus, cum posteriori libro suæ prioris Apologiæ in eo versatur, ut scriptam antea ab eo ad Anastasium Romanum Pontificem Apologiam validissime confutet: cui & intexuit (ut nuper dictum est) ejusdem Pontificis epistolam de reprobatione, & damnatione ipsius Ruffini ad Joannem Hierosolymitanum Episcopum datam, tamquam fortissimum arietem, quo omnes erectæ ab adversario defensionum turres solo tenus sternerentur. Scriptos igitur a se Hieronymus duos hos prioris Apologiæ libros, ad eos misit, ad quos sciebat invectivas suas dedisse Ruffinum. Testatur id ipse in posteriori Apologia, ubi ait (*c*): *Misi hos ipsos Apologiæ meæ libros ad eos quos tu vulneraveras, ut venena tua, nostra sequeretur antidotus*. Hæc ipse. Quam autem invitus ad hæc Hieronymus traheretur, jam superius, ejusmodi ferme exordio controversiæ, ipsius testificatione optime testatum redditum est. Sed quæ post hæc his audaciora Ruffinus stylo armatus aggressus sit, audi.

(*b*) *Hier. Apol. 1. lib. 2.*

(*c*) *Hieron. Apolog. 2.*

XXXVI.

Cum accepisset in se editos duos a S. Hieronymo Apologiæ libros, immenso furore percitus, tunc ad eum scriptos a se libros misit, & epistolam acerbissimam addidit, qua eo usque insaniæ prolapsus est, ut eadem ipsi Hieronymo, nisi taceret, mortem fuerit comminatus, simulque tribunal sæcularium Judicum, acturus saltem in eum actione injuriarum. Testatur hæc quidem ipse S. Hieronymus in posteriori Apologia, ubi ait (*d*): *Ob hanc culpam misisti mihi & priores libros & recentem epistolam plenam injuriarum, & criminum. Quid me vis facere, bone amice? Taceam? videbor crimen agnoscere?*

(*d*) *Hieron. Apolog. 2.*

PAGIUS

licet Invectivarum anno præcedenti a Rufino publicatos) *quos cum legendos, & cantandos omnibus tradidisses, certatim ad me de Italia & urbe Roma atque Dalmatia scripta venerunt, &c. fateor illico ad objecta respondi, & me non esse hæreticum totis viribus probare conatus sum. Misique hos ipsos Apologiæ meæ* (primæ scilicet) *libros, & recentem Epistolam, plenam injuriarum & criminum* (ea Epistola ad nos pervenit). *Quid me vis facere bone amice. Taceam. Videbor crimen agnoscere, &c.* Hæc causa Hieronymo condendæ secundæ adversus Rufinum Apologiæ, & quidem hoc anno, ut inter omnes convenit.

XIII. Ex Apologia post mortem Anastasii PP. edita.

Sedulo autem animadvertendum, licet Hieronymus affirmare videatur duas Anastasii Papæ literas in Orientem diversis annis missas esse, re vera tamen nihil aliud indicare, quam se eas duobus diversis annis accepisse; cum ambæ anno superiori Anastasii emortuali scriptæ sint, & postrema *primo vere* hujus anni, quando ad Pammachium & Marcellam scripsit, ei nondum reddita fuisset, ut supra ostendi. Hinc quando in Apologia secunda ait: *esto præteriti anni ego Epistolam finxerim* (Epistolam nempe ad Joannem Hierosolymitanum, quæ extat) *recentis ad Orientem scripta quis misit*, non intelligit secundam ad eundem Joannem, quæ periit, hoc anno scriptam esse, sed tantum hoc anno a se acceptam. Præterea in eadem Apologia secunda Hieronymus inquit: *Et, ut Epistolam nostram non probes, Papa quoque Anastasii* (priorem scilicet ad Joannem Hierosolymitanum) *simili dicis fraude subnixam, de qua tibi unten respondi: quam si suspicaris ipsius non esse, habes, ubi apud eum* (quem scilicet mortuum nesciebat) *nos arguas falsitatis: sin autem ejus est, ut hujus quoque anni contra te Epistola probant; frustra & falsam arguere niteris; cum ex illius vera Epistola nostram veram esse doceamus*, ubi nomine *hujus anni Epistola* Hieronymus denotat tantum Epistolam hoc anno a se acceptam: cum enim Anastasii Epistolæ in Orientem scriptæ sine die & Consule fuerint, & scire non posset Hieronymus, an sub finem superioris anni, vel currentis initio secunda Anastasii ad Joannem Hierosolymitanum scripta fuisset, laudata ejus verba aliud non sonant, quam quod mox declaravimus. Hanc explicationem certam reddit mors Anastasii, quæ mense Decembri superioris anni contigit.

XIV. Rufinus ab Origene interpretando non destitit.

Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. Cap. 2. notavit rebus in Oriente turbatis Rufinum Romam se contulisse, idque testari Paulinum in Epistola ad Rufinum inter Paulinianas XLVI. alias XLVII, *Etiamnum*, inquit Paulinus, *nunc tua*

re? *Loquar? terres me gladiis tuis & accusationem non jam Ecclesiasticam, sed tribunalium comminaris.* Hæc ibi. Quod enim Ruffinus male sibi conscius sciret gravissime a se Hieronymum exagitatum, nosceretque ipsum in redarguendo valentissimum esse: ad imminentem tantam grandinem avertendam obstruere Hieronymi os sublime sonans, minis illatis existimavit. Scribens igitur ad Hieronymum ipsum epistolam (ut dictum est) comminatus est mortem, si quid ultra in se asperum durumve proferret. Tradit id quidem iterum ipse Hieronymus in eadem quam in ipsius epistolam edidit Apologiam, ubi ait (a): *Quid enim necesse fuit, accusationis volumina mittere, & maledicta proferre in medium, si tu in ultima parte epistolæ denunciata morte, me deterres, ne audeam respondere criminibus, imo laudibus tuis?* & inferius: *Mortem minaris: quam & serpentes inferre possunt. Mors omnium est: homicidium pessimorum. Quid enim, nisi tu me occideris, ego immortalis ero? Quin potius ago gratias, quod facis de necessitate virtutem.* Et ad postremum hæc eadem refricans, ait (b): *Talibus institutus es disciplinis, ut cui respondere non potueris, caput auferas; & linguam quæ tacere non potest, seces? Nec magnopere glorieris, si facias quod scorpiones possunt facere & cantharides. Fecerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias (c) in Joannem: quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam discriminali acu confoderunt, &c.*

(a) Hieron. Apolog. 2.

(b) Hieron. Apolog. 2.

(c) Luc. 3.

XXXVII. Hieronymus Ruffini exagitatur minis.

At tantum abfuit ut minis Ruffini S. Hieronymus coercitus fuerit, ne criminationibus responderet, ut qui ante monitus a Chromatio Aquilejæ Episcopo (puto ejusdem Ruffini opera) jam tacere penitus decrevisset, ea Ruffini epistola expergefactus, in eum iterum clamare compulsus fuerit: affirmat id quidem ipse suæ ipsius Apologiæ exordio, ubi ait (d): *Testem invoco Jesum conscientiæ meæ, qui & has litteras & tuam epistolam judicaturus est, me ad commonitionem S. Papæ Chromatii voluisse reticere, & finem facere simultatum, & vincere in bono malum. Sed quia minaris interitum, nisi tacuero: respondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoscere, & lenitatem meam malæ conscientiæ signum interpreteris. Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum: Si tacuero, criminosus ero: Si respondero, maledicus. Tu ergo me cohibes, & cogis ad respondendum, &c.*

(d) Hieron. Apolog. 2.

XXXVIII. Qualis Hieronymus adversus hæreticos.

Quantum enim S. Hieronymi ex ipsius scriptis tamquam ex facie animum intueri datur; sic plane comparatum novimus sanctissimum virum, ut cum adversus hæreticos agendum esset, magnis semper atque vehementibus spiritibus insurrexerit. Ad hoc namque spectat, quod ad finem ejusmodi posterioris Apologiæ habet verbis istis: *Canes latrant pro dominis suis: tu non vis me latrare pro Christo?* Ad hoc insuper illud pertinet, quod in priori Apologia sic de se ait (e): *Hoc unum denuncio, & repetens iterum iterumque monebo. Cornutam bestiam petis; & nisi caverem illud Apostoli (f): Maledici regnum Dei non possidebunt; &, Mordentes (g) invicem consumpti estis ab invicem: jam nunc sentires de parvula subdolaque concordia magnam tibi in mundo ortum esse discordiam.* Sed & eum differit adversus Jovinianum, ejusque garrulum defensorem, hæc item: (h) *De nobis quoque dici potest, Fænum habet in cornu, longe fuge. Sed magis volumus esse discipuli ejus, qui ait (i): Dorsum meum posui ad flagella, &c.* Sic quidem compositus ille fuit adversus hæreticos, vel cum calumniose hæresis insimularetur: unde & ad eumdem Ruffinum (k): *In uno tibi consentire non potero, ut parcam hæreticis, vel ut me Catholicum non probem. Si ista est causa discordiæ, mori possum, tacere non possum.* Atque ad postremum hæc ul-

(e) Hier. Apol. 1. l. 1.

(f) 1. Cor. 6.

(g) Galat. 5.

(h) Hier. ep. 51.

(i) Isa 50.

(k) Hier. Apolog. 2.

PAGIUS *vos in æstu sollicitudinis & incerto morarum Romam peti indicastis.* Cum vero Paulinus accepisset, Rufinum iterum in Orientem navigaturum, misso per Cerealem Epistola ordine XLVII. alias XLVIII. eumdem rogavit, ut Nolam invisendi sui gratia transiret: *Remeaturus ad Orientem non feres invisitatis nobis abire.* At Rufinum non longe ab urbe degisse ex hujus ultimæ Paulini Epistolæ exordio colligitur: *Etsi incertum*, inquit, *mihi fuerit filius Cerealis, quod ad te perventurus foret in tempore, quo ad Sanctum Petrum revertitur, tamen per eum, qui æque tuus ac noster est, non scribere tibi, tam culpabile nobis, quam tibi triste futurum judicavimus.* Rufinus vero Paulino rescripsit: *Communem quidem filium Cerealem nondum videram, sed et senseram, quid mihi doloris infligeret, si reddere moraretur literas tuas, premisit eas ad me*: additque: *quia autem quadragesima diebus in monasterio Pineti positus hæc rescripsi ad te*, &c. Est Pinnetum locus suburbanus extra portam Angelicam primo ab Urbe lapide, qui vulgo *Pigneto* Romanis nuncupatur. Interim Rufinus egregium opus *de Benedictionibus Patriarcharum*, quod etiamnum extat ad Paulinum perscripsit, in cujus nuncupatoria Epistola ait: *quantum ergo vel mediocritas intelligentiæ nostræ valet, vel tempus indulget, vel hi sinunt, qui rescripta ad Origenem perurgent*, &c. Ex quibus patet primo, Rufinum continuatam Origeni interpretando operam posuisse, neque Sancti Anastasii Papæ sententia ab eo unquam studio deterritum. Imo *Origenis* in libros Numerorum Commentariorum interpretationem morti proximus executus est, ut infra videbimus. Patet secundo, Garnerium in Notis ad Tomum I. Marii Mercatoris pag. 115. perperam scripsisse Rufinum, postquam

ultima ab eo apponitur contestatio: *Sit inter nos una fides, & illico pax sequetur.*

XXXIX.

Hæc autem ex scriptis ipsius deprompsimus, ne quis miretur, si eum ita erecta ac plane inflexibili vides stare cervice, cum disserit adversus Ruffinum, cum eum summa eloquentiæ vi exagitat, deprimit, deridet interdum, subsannat, scommatibus urget, dicteriis deludit, accommodatisque ad mores hominis nominibus appellat, nominans eum sæpe Grunnium, alludens nimirum (*a*) ad illum Grunnium Caracottam, cujus testamentum Porcelli solerent cachinnantes pueri in scholis ludibrio risuque prosequi: Idcirco id ipse, quod Ruffinus scriberet res nullius pretii: sicut & cum Alecto (*b*) nominat ob furorem, Luciumque Lavinium aliquando, & Asinium Pollionem, ob æmulationem, quod alter ipsorum Terentium, Ciceronem alter fuerit æmulatus: itidemque eum aliquando (*c*) Calphurnium lanarium ob dolos & fraudes. Sed cur hæc? cur inquam Ruffinum ipsum (*d*) interdum, tacito proprio, alienis nominibus nuncupavit? idem ipse S. Hieronymus propositi sui ejusmodi rationem affert, cum de Pelagianis agit erroribus, ex Origenistarum palmitibus propagatis, deque eodem Ruffino Grunnii nomine nuncupato: *Cui* (inquit *e*) *respondere diu tacens, & dolorem silentio devorans, crebra fratrum expostulatione compulsus sum: nec tamen hucusque prorupi, ut auctorum nomina ponerem, malens eos corrigi, quam infamari: nec enim hominum, sed errorum inimicus sum, &c.* Sic vides animi ejus consilium fuisse, non detegendi, sed potius contegendi causa ejus crimina, alieno nomine sæpe sive Ruffinum, sive alios nominasse.

(*a*) Hier. proem. l. 12. in Isai.

(*b*) Hier. in Apol. c. 3.

(*c*) Hier. Apol. 1. & 2.

(*d*) Hier. epist. 31.

(*e*) Hier. præfat. in Hierem. l. 4.

XL. Hieronymi humilitas.

Cæterum etsi in hunc modum S. Hieronymus sæpe videatur celso animo erectus adversus hæreticos: tamen quantum præ cæteris virtutibus præditus fuerit animi demissione, quam usitatiori vocabulo dicimus humilitatem, tum res ab eo gestæ, tum etiam scripta manifeste declarant. Accipe in primis, quæ ipse scribat in epistola (*f*) ad Abigaum: *Quamvis* (inquit) *mihi multorum sim conscius peccatorum, & quotidie in oratione flexis genibus loquar* (*g*) *Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris; tamen sciens scriptum esse ab Apostolo* (*h*): *Ne inflatus superbia incidat in judicium diaboli: & in alio loco scriptum:* (*i*) *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam, nihil ita a pueritia conatus sum vitare, quam tumentem animum, & cervicem erectam, Dei contra se odium provocantem. Novi enim magistrum & Dominum & Deum meum in carnis humilitate dixisse* (*k*): *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, &c.* Habes ejus animi institutum, & quidem haud inanibus verbis jactanter proditum, sed opere peregregie impletum. Etenim, cum magnos quoque viros soleat inflare scientia; indeque mentis tumor obortus cæteros spernere, se solum vero aspicere doceat, perque aliena gradi vestigia dedignari faciat, & novitates excogitare suadeat: quantum ab his ipse S. Hieronymus abhorruerit, vel una illa sententia accipe, qua animum suum testatum ita reliquit (*l*): *Fateor enim* (inquit) *me Domnion & Rogatiane carissimi, nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidisse, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum; quanto magis de ipsis in quibus anceps eram? &c.* Videntur ne hæc tibi, lector, celsæ mentis elatique animi vel erectæ cervicis indicia, & non potius veri Ecclesiæ doctoris summam animi summissionem præseferentis? quem utinam imitari essent, qui ipsum fastus atque superbiæ, inflato animo, summa arrogantia, atque incomparabili temeritate redarguunt.

(*f*) Hier. epist. 32.

(*g*) Psal. 24.

(*h*) 1. Tim. 3.

(*i*) 1. Petr. 5.

(*k*) Matt. 11.

(*l*) Hier. epist. 108.

XLI.

Quod vero ad Ruffinum pertinet: tantum absuit ut parato a S. Hieronymo antidoto curaretur, quin potius post Origenis errores, quos fovit, Pelagianæ hæresis aspides ex eis obortos, peccatam sibi sobolem enutriverit: quod proprium est hæreticorum, semper in deterius ferri, quousque in imam impietatis prolabantur, justo Dei judicio condemnati, ut ipsi

PAGIUS

quam scriptis Invectivarum libris Aquileiam secessit, tamdiu ibi substitisse, donec populantibus agros urbemque Gothis coactus est fugere in Siciliam, ubi mortuus est. Patet tertio, Rufinum hoc tempore de redeundo in Orientem consilium iniisse, cum altera Paulini Epistola XLVI. ad Rufinum hoc vel sequenti anno data sit, ut anno CCCCIII. num. XIII. ostendi. Patet denique utrumque librum *de Benedictionibus Patriarcharum* hoc etiam circiter anno a Rufino elucubratum esse; cum primus jam editus esset, quando ea Epistola ad eum scripta, eademque ut secundum componat, Paulinus ab eo postulet.

XV.

Cæterum hæresis *Origeniana* non ita extincta fuit, quin sequenti seculo revixerit, ac majores tumultus excitarit quam currenti, quia post ejus damnationem adhuc clanculum nutrita fuit. Divus enim Hieronymus in Epistola VIII. ad Demetriadem anno circiter CCCCXIII. ut infra videbimus, scripta, hanc sanctam Virginem adversus illam præmunire volens, ait: *Et quia vereor, imo rumore cognovi, in quibusdam adhuc vivere & pullulare venenata plantaria, illud te pio charitatis affectu præmonendam puto, ut sancti Innocentii, qui Apostolica Cathedra, & supra dicti viri* (nempe Anastasii) *successor & filius est, teneas fidem; nec peregrinam, quamvis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias. Solent enim hujusmodi per angulos mussitare, & quasi justitiam dei quærere: Cur illa anima in illa nata est provincia. &c.* Si

Origenismus non omnino extinctus.

Ruffinus in deteriora ipsius ubique damnatus.

ipsi sibi malum inferant, quod nec ab hostibus passuri essent. Quomodo autem hæc acciderint, suo loco patebit. Stabilis igitur de Ruffini damnatione sententia Anastasii Papæ permansit, quam nemo successorum Romanorum Pontificum abolevit: cujus quoque scripta jure quidem censuræ S. Hieronymi Gelasius Papa subjecit: appositeque divino arbitrio factum, ut qui vivens canino dente ejusdem S. Hieronymi scripta corrosit, eumdem post obitum quoque mereretur experiri censorem. Ista enim in Romano Concilio de Ruffini commentariis ipse Gelasius definita reliquit: *Ruffinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros; nonnullas etiam Scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit: illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognovimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de diversis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei & fidei religione reprehendit.* Hæc Gelasius: cujus ne movearis nomenclatura, dum Ruffinum ipsum judicio Ecclesiastico prædamnatum, virum religiosum appellat: eo enim titulo ipsum monachum voluit demonstrasse. Quomodo autem post hæc factum sit, ut recisa ulcera Origenis errorum, eadem recrudescentia, in graviora apostemata Pelagianæ hæresis intumuerint, dicturi sumus inferius.

XLII. Anastasii Papæ obitus & acta.

Hoc anno Anastasius Romanus Pontifex ex hac vita migravit, ut & Marcellinus Comes in Chronico docet, dum sub hujus anni Consulibus Innocentium eidem suffectum ponit. Sed & Prosper cum sub eodem Consulatu Arcadii, & Honorii quinto ingressum Innocentii referat, eadem quæ ex Marcellino sunt dicta, confirmat. Quæ etiam nuper ex S. Hieronymo de Anastasio Papa sunt recitata, ad hunc saltem ipsum vixisse annum perspicue demonstrant, necnon Concilium Carthaginense anno superiori Idibus Septembris celebratum, ubi de vivente adhuc Anastasio mentio habetur, a quo litteras acceperunt. Et cum omnium sententia constet, defunctum ipsum esse in fine mensis Aprilis, certe quidem non ante præsentem annum ejus obitus referri potest. Ex quibus arguendi erroris sunt, qui anno superiori Anastasium decessisse tradunt, quive eum annos tantum tres sedisse dicunt. Habita enim ratione temporis quo sedere cœpit, nimirum anno Domini trecentesimo nonagesimooctavo, pridie Idus Martii; & obitus ejus, quem hoc anno contigisse ponimus V. Kal. Maji; dicendum est eum sedisse annos quatuor, mensem unum, & dies tredecim.

XLIII. Res ab Anastasio Papa gestæ.

De eodem Anastasio hæc in libro de Romanis Pontificibus scripta leguntur (a): *Hic constituit, ut quotiescumque sancta Evangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curvi starent. Hic fecit constitutum de Ecclesia. Hic fecit basilicam quæ dicitur Crescentiana in regione secunda via Mamurtina in urbe Roma* (fortasse via Mamurrina, sic dicta ab ædibus Mamurri in secunda regione locatis). (b) *Et hoc constituit nulla ratione transmarinum hominem in clericatus honorem suscipi, nisi quinque Episcoporum designaret chirographum: quia & eodem tempore Manichæi inventi sunt in urbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in urbe Roma per mensem Decembrem, ordinavit presbyteros octo, diaconos quinque, Episcopos per diversa loca decem. Qui sepultus est in cœmeterio suo ad Ursum Pileatum, quinto Kalendas Maji.* Hæc ibi. Decessit plane titulo sanctitatis insignis relatusque in sanctorum catalogum, anniversaria memoria celebrandus, quem hujusmodi elogio commendat S. Hieronymus: (c) *Non post multum tempus in medio, succedit in Pontificatum vir insignis Anastasius, quem diu Roma habere non meruit, ne Orbis caput sub tali Episcopo truncaretur: immo idcirco raptus atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur, dicente Domino ad Hieremiam (d): Ne oraveris pro populo isto, neque deprecceris in bonum: quia si jejunaverint, non exaudiam preces eorum: & si holocausta, & victimas obtulerint, non suscipiam eas: in gladio enim & fame, & pestilentia consumam eos.* Sed hæc de Urbis excidio post annos octo contigerunt. ☞ Porro ipsius epitaphium Dei beneficio hactenus conservatum hic addendum curavimus: sic se habet (e):

(a) Tom. 2. Conc.
(b) Panv. in Urb. Rom. region. 2.
(c) Hier. epist. 16.
(d) Hiere. 14.
(e) Antiq. Inscrip. in appen. pag. 1165. n. 7.

LI-

PAGIUS *Si autem judicia sunt, inquiunt, Domini vera, justificata in semetipsis, & nihil apud Deum injustum est: ipsa ratione compellitur, ut credamus animas fuisse in calestibus, & propter quædam antiqua peccata, damnatas in corporibus humanis, &c. Hæc impia & scelerata doctrina olim in Ægypto, in Orientis partibus versabatur, & nunc abscondita, quasi in foveis viperarum, apud plerosque versatur; illarumque partium polluit veritatem, &, quasi hæreditario malo, serpit in paucis, ut perveniat ad plurimos.* Quantum adhuc viguerit Origenismus, ostendent, quæ dicam anno CCCCX. num. XLI.

XVI. Obitus Anastasii PP.

A num. XLII. ad XLIX. *S. Anastasius* Rom. Pontifex die decima quarta mensis Decembris anni superioris vivere desiit. Diem ejus emortualem notat Martyrologium Hieronymianum, ubi ad illum diem post mentionem aliquot Antiochenorum Martyrum, legitur: *Et sancti Anastasii*: Advertit enim Papebrocius in Conatu Chron. scriptum fuisse: *Et Romæ S. Anastasii Episcopi*, sed incuriosis librariis duo verba excidisse, quod in eo Martyrologio describendo contigit etiam ad diem VIII. Decembris, ubi habetur: *Romæ*

Ex-

Epitaph. Anastasii, PP.

LIMINA NUNC SERVO TENUI QUI CULMINE SEDIS
HIC MERUI TUMULUM PRÆSUL ANASTASIUS
PRESBITERO GENITUS DELEGI DOGMATA VITÆ
MILITIÆQUE DEI NATUS IN OFFICIIS
PONTIFICUM CASTO FAMULATUS PECTORE JUSSIS
OBTINUI MAGNUM NOMEN APOSTOLICUM.

XLIV. Disconorum ac Presbyterorum diffidia.

Quod autem dicitur, ab Anastasio statutum fuisse, ut dum per diaconum, cujus id muneris, est, Evangelium in Ecclesia caneretur, sacerdotes non sederent, sed starent curvi: unde ejusmodianciendi decreti occasio fluxerit, historiam pertexendam esse putamus. Gravis Romæ his temporibus inter presbyteros & diaconos est oborta contentio: hi enim administrantes res Ecclesiæ, supercilio elati spernebant presbyteros; presbyteri autem in eosdem insurrexere, atque ex consuetudinis Romanæ Ecclesiæ præscripto, ipsis sedentibus, eos stare debere, contendebant. Sed eo usque contentio pertinax progressa est, ut etiam cum stantes diaconi coram populo legerent Evangelium, presbyteri tamen minime a sessione consurgerent: quod ut enorme factum Anastasius Papa emendandum sancito ejusmodi decreto putavit. Quisnam autem hujus contentionis primus auctor extiterit, proditur ex veteri quæstionis tractatione apud S. Augustinum posita hisce verbis (a): *Quomodo contra Levitas Romanos disceptandum sit, qui contendunt Levitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris coæquare*. Hic est titulus quæstionis: ac paulo post: *Quidam igitur qui nomen habet Falcidii, duce stultitia, & Civitatis Romanæ jactantia, Levitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris æquare contendit, non dicam præferre; quia stultius est, & forte incredibile videtur, & nos non emendatores, sed calumniatores habeamur*. Hæc Auctor. Sed & S. Hieronymus (b) de eodem in epistola ad Evagrium ita habet ipso ejus exordio: *Legimus* (inquit) *in Isaia* (c): *Fatuus fatua loquetur. Audio quemdam in tantam erupisse vecordiam, ut diaconos presbyteris, id est, Episcopis anteferret*. Docet majorum sententia presbyteros Episcopos nominatos esse. Quantum autem præter omne jus fasque hæc de diaconis dicerentur, ambo auctores pluribus disserunt, & de Romanæ Ecclesiæ diaconis apud Augustinum hæc leguntur: *Quamquam Romana Ecclesia diaconi modice inverecundiores videantur, sedendi tamen dignitatem in Ecclesia non præsumunt*. Quid insuper sibi indebite diaconi usurpaverint, idem auctor ita post multa: *Nunc enim videmus diaconos temere quod sacerdotum est, agere per convivia; & in oratione id velle, quod respondeatur illis, cum istud solis liceat sacerdotibus*. S. Hieronymus eadem de his in hunc modum: *Ceterum etiam in Ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi: licet paulatim increbrescentibus vitiis, inter presbyteros, absente Episcopo, sedere diaconum viderim, & in domesticis conviviis benedictiones presbyteris dare. Discant qui hoc faciunt, non se recte facere, &c.* Hæc ipse.

(a) Apud Aug. qu. ex utroque mixt. q. 101.

(b) Hier. epist. 85.

(c) Isai. 32.

XLV.

Unde autem acciderit, ut diaconi Romanæ Ecclesiæ majori fastu tumescerent; eam in primis idem qui supra auctor (d) affert causam, cum ait: *Ut autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam utique & altare portarent & vasa ejus, & aquam utique in manus infunderent sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias*.

(d) Apud Aug. qu. ex utroque mix. q. 101.

PAGIUS

Eutychiani, prætermisso scilicet Episcopi titulo, aliis in eo Martyrologio addi solito. Præterea Anastasium eo die, annoque præcedenti, e vivis abiisse, ejus Pontificatus duratio demonstrat: licet enim in libro Pontificali vulgato dicatur Anastasius sedisse *annos duos, dies viginti quatuor*, certum tamen eum sedisse annos tres, dies decem, ut habetur in Orderico lib. 2. pag. 443. in Auctiori Chronico veterum Pontificum, in Catalogis Palatino, utroque Corbeiensi, Reginonis, secundo & tertio Colbertino, & in variis exemplaribus MSS. Anastasii in fine editionis Regiæ memoratis. Denique in Chronico MS. Prosperi in Bibliotheca Colbertina asservato, num. 2586. notato, & a quingentis circiter annis exarato, ubi Anastasii initium recte illigatur cum Consulatu Honorii Aug. IV. & Eutychiani anno CCCXCVIII. gesto, dicitur Anastasius sedisse annos III. dies XXII. ubi tamen loco, *dies XXII.* legendum, *dies X.* ut ex laudatis Catalogis liquet. Quare cum die quinta mensis Decembris anni CCCXCVIII. Pontificatum inierit, die decima quarta Decembris superioris Christi anni mortalitatem explevit, postquam sedisset annos tres, dies decem, die emortuali in summam collato.

XVII. *Refellitur opinio communis de anno & die mortis ejus.*

Baronius, qui hujus Pontificis initium die XIV. mensis Martii anni CCCXCVIII. perperam consignavit, eum *die XXVII.* Aprilis currentis anni decessisse arbitratus est, eique annos quatuor, mensem unum, & dies tredecim assignavit, erroris que arguit eos, qui anno superiori eum decessisse tradunt, quive eum annos tantum tres sedisse dicunt, quibus verbis intelligit Onuphrium, qui in Chronico Ecclesiastico accurate refert Anastasii mortem ad annum CCCCI. Sed tamen male ad diem XXVII. Aprilis. Verum sine ullo teste Pontificatum ejus ad annum quintum inchoatum prorogat Cardinalis doctissimus, quod Marcellinus & Prosper in Chronicis *Innocentii*, qui Anastasio successit, exordium cum præsenti anno illigent; nam certum esse debet, utrum-

Cor Romanæ Ecclesiæ Diaconi superbirent.

sias. Et paulo post, ob Romanæ Ecclesiæ excellentiam inflatos esse Romæ diaconos, idem ita demonstrat: *Sed quia Romanæ Ecclesiæ ministri sunt, idcirco honorabiliores putantur, quam apud cæteras Ecclesias, propter magnificentiam urbis Romanæ, quæ caput esse videtur omnium Civitatum. Si itaque sic est, hoc debent & sacerdotibus suis vendicare: quia, si ii qui inferiores sunt, crescunt propter magnificentiam Civitatis; quanto magis qui potiores, sublimandi sunt?* At nequaquam pro Civitatum amplitudine crescere Ecclesiasticorum ordinum dignitatem, ut ob id diaconus diacono, presbyter presbytero, & Episcopus Episcopo, dignior habendus sit, licet jurisdictionis potestate ille minor, iste major appareat, S. Hieronymus de his ipsis eadem epistola disserens, probe confirmat, cum in exemplum ista ita deducit: *Nec altera* (inquit) *Romanæ urbis Ecclesia, altera totius Orbis existimanda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant; unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, Orbis major est Urbe. Ubicumque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriæ, sive Tanis; ejusdem meriti, ejusdem est & sacerdotii. Potentia divitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit: cæterum omnes Apostolorum successores sunt*. Hæc S. Hieronymus. Sed vides unde deducta sit ea sententia; neminem sacrorum Antistitum alterum præstare alteri, nempe quo ad sacros ordines. Sic igitur erubescant impii inscitiæ suæ, qui ejusmodi verba S. Hieronymi distorquent, dum ad omnem auctoritatem atque jurisdictionem tollendam improbe referunt. Scopus namque propositæ quæstionis ipsius in primis attendendus erat,

Ordo sacer idem communis omnibus.

ut germanum sensum ejus verborum assequerentur. Sed de his superius tomo primo Annalium pluribus actum est.

XLVI. *Officia Diaconorum urbis.*

Cur insuper Romanæ Ecclesiæ diaconi super alios cæterarum Ecclesiarum diaconos & presbyteros elevarentur, idem S. Hieronymus eadem ad Evagrium epistola ita subdit: *Sed dicis; quomodo Romæ ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius Urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges Ecclesiæ, vindicas? Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit*. Sed & id alia ratione idem qui supra apud Augustinum auctor refellit, dum ostendit, haud hac ex parte præferendos vel æquandos presbyteris esse diaconos, quod illi horum testimonio ordinentur, cum ipsi diaconi plebis testimonio consueverint promoveri: quod factum primo a Petro (*a*) probat in ordinatione septem diaconorum. Sed insuper & alias idem auctor causas inculcat, cur tanti essent pretii Romæ diaconi, cum ait (*b*): *Diaconi ergo ordo est, accipere a sacerdote, & sic dare plebi. Vides quid pariat vana præsumptio? Immemores enim, elatione mentis, eo quod videant Romanæ Ecclesiæ esse ministros, non considerant quid illis a Deo decretum sit, & quid debeant custodire. Sed tollunt hæc de memoria assiduæ stationes domesticæ, & officialitas, quæ per suggestiones malas, seu bonas, nunc plurimum potest: Aut timetur enim ne male suggerant, aut emuntur, ut præstent. Hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non considerare rationem: dum enim per adulationem obsequuntur illis illicite, præcipites illos faciunt, ut plus sibi putent licere. Quippe cum videant non sic deferri sacerdotibus, ac per hoc anteferri se putant*. Hæc ipse: quibus sane signi-

(*a*) *Act.* 6.

(*b*) *Apud S. Aug. quæst. ex utroque mixt. q.* 101.

PAGIUS

utrumque Chronographum hac in re errasse. Præterea non animadverterat, in libro Pontificali, ubi Anastasius dicitur mortuus *V. Kalend. Maji*, quo etiam in Tabulis Ecclesiasticis colitur, notari diem Translationis, non vero diem emortualem ejusdem Anastasii. Porro S. Anastasium præfatis die & anno demortuum duorum proximiorum ejus successorum chronotaxis magis confirmabit.

XVIII. *Duæ decretales Anastasii suppositiviæ.*

In Epistola Justiniani ad Menam Episcopum Cpolitanum, ubi sermo est de damnatione Origenistarum ab Anastasio, refertur egregium Theophili Alexandrini de hoc Sancto Pontifice elogium: *Audiamus*, inquit Justinianus, *& Sanctum Theophilum Episcopum Alexandriæ, ex sermone ad quosdam Monachos scripto, qui Origeni assentirentur; sic enim dicit*: Quare anathematizantes Origenem, cæterosque hæreticos, exemplo nostro, & Anastasii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopi, qui ex veteribus certaminibus clarus, nobilissimi populi dux creatus est, quem & universa beatorum Occidentis Episcoporum sequitur Synodus, quæ accepit ac probavit Alexandrinæ Ecclesiæ sententiam in impium latam. Hæc Theophilus. Duæ Epistolæ decretales Anastasio Papæ attribuuntur; sed utraque supposititia. Prior enim, quæ dicitur scripta *Cunctis Germaniæ & Burgundiæ regionis Episcopis*, non solum mendosa Consulum nota subscripta, contextaque ex variis Innocentii, Leonis, & Flaviani Constantinopolitani sententiis; sed etiam supponit Burgundiones Christianos fuisse, quos tamen constat adhuc Gentiles extitisse. Baronius num. XLVIII. de prioris sinceritate merito dubitavit; sed de secunda mentionem non fecit, quæ tamen eadem suspicione, qua præcedens, laborat, non solum ob falsam consularem notam; sed etiam ob stylum, qui procul abest ab Anastasiano, & ob materiam, quæ e fontibus Innocentii, Leonis, & Gregorii hausta. Porro ea secunda Epistola *Neriano nobilissimo viro* directa dicitur,

Post

gnificatur, Romanæ Ecclesiæ diaconorum illud etiam fuisse muneris, referre diversorum causas ad Summum Pontificem, & ab ipso accepta responsa petentibus reddere.

XLVII. Ex bonorum administratione crevit Diaconorum superbia.

Hæc quidem privatim inhærebant Ecclesiæ Romanæ diaconis: cæterum illud in omnibus Ecclesiis commune omnibus erat, ut bona Ecclesiæ administrarent: cujus rei causa pariter contingebat, ut non Romæ tantum, sed ubique diaconi a populo majori frequentarentur quam sacerdotes obsequio. Hinc obortas videas querelas illas Honorati archidiaconi Salonitani apud S. Gregorium (a) Romanum Pontificem, cum questus est degradari se potius, quam provehi, cum ab eo in presbyterum ordinari tentaretur. Horum igitur causa non Romæ dumtaxat, sed & in aliis quoque Ecclesiis contingebat, diaconum adversus presbyteros erigere sæpe cervicem. Quamobrem ad hujusmodi procaciam retundendam Magnum Nicænum Concilium diaconos, ne quid præter jus fasque præsumerent, edito canone vetuit, ubi inter alia (b): *In sua diaconi mensura permaneant, scientes quod Episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbyteris habeantur: per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut Episcopo aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat, &c.* Sed & cum in Africanam Ecclesiam ejusmodi diaconorum arrogans insolentia irrepsisset, eumdem canonem Episcopi Africani inseruerunt sexto Concilio Carthaginensi (c). Insuper quod & Galliarum Ecclesias idem morbus invasisset, in Conciliis Arelatensibus (d) primum eorumdem diaconorum fastus depressus est: & in Concilio Andegavensi hoc sæculo celebrato, Consule Opilione, quod manuscriptum accepimus a pio disertoque viro Frontone Ducæo Societatis JESU digno presbytero, canone tertio id cautum habetur: *Ut diaconi presbyteris omni humilitate noverint deferendum esse.* Sed excisis ramis, malo sæpe repullulante, sæpius opus fuit Ecclesiasticæ censuræ illud securi succidi, ut inter alios Romæ in Concilio a Gelasio Papa factum apparet (e). At de his modo satis: in hæc enim occasione Anastasii Papæ decreti progressi sumus.

(a) Greg. l. 2. ep. 34. 35. 36.

(b) Concil. Nic. c. 18.

(c) Concil. Carthag. 6. c. 18.

(d) Concil. Arelat. 1. c. 18. Conc. Arelat. 2. c. 15.

(e) Conc. Ro. sub Gelas. c. 9. 10.

XLVIII. Anastasii Papæ scriptis.

Quod autem ad ejusdem Pontificis scripta pertinet: duæ ejus nomine habentur scriptæ epistolæ decretales: sed quarum prior cum data reperiatur Consulibus Arcadio atque Bautone, ante annos ab ejusdem Anastasii ingressu quatuordecim; plane apparet (si legitimam, & non suppositam eam esse velimus) aliis Pontificibus quam Anastasio adscribenda. Illud etiam non ignoramus, maximam partem ejusdem prioris epistolæ, ubi agitur de Manichæis, reperiri apud S. Leonem Magnum Romanum Pontificem in epistola secunda data ad universos Italiæ Episcopos; quod quidem de impostura suspicionem augat. Scimus tamen Anastasium complures epistolas conscripsisse, in causa præsertim Origenistarum, & in causa Donatistarum ad Africanos, & inter alias ad Ursinum de incarnatione Filii Dei, cujus tria habes fragmenta recitata in appendice ad Breviarium Liberati diaconi. At de scriptis Anastasii hactenus. Post cujus obitum, cum vacasset sedes dies viginti & unum, decimoquinto Kal. Junii, Innocentius Albanus Innocentii filius creatus est Romanus Pontifex: cujus res gestas, ordine servato temporum, recensebimus, atque in fine annos ipsius sedis exacte dinumerabimus.

Innocentius Papa creatur.

XLIX. S. Martini obitus.

Sed de funere transeamus ad funus, nimirum ab obitu S. Anastasii Papæ ad migrationem S. Martini Turonensis Episcopi, quem hoc anno diem extremum clausisse, ex testificatione Severi aliisque certis notis, tum tertio tum etiam quarto, immo & hoc quinto Annalium tomo pluribus demonstravimus. Qui enim, ex Severi sententia, sub Consulatu Evodii S. Martinus septuagenarius erat, anno nimirum Domini trecentesimo octogesimosexto, idemque ejusdem assertione supervixisse ponitur annos sexdecim, necesse est affirmare hoc anno vita perfunctum, agentem ætatis annos octoginta sex, cum sedisset annos triginta & unum: tot enim numerandi sunt anni Episcopatus S. Martini, si Gregorii sententiæ consenserimus, dicentis (f) creatum fuisse Episcopum anno octavo Valentiniani & Valentis Imperatorum. Ejus autem felicissimus exitus

(f) Greg. Tur. hist. l. 10. c. 31.

PAGIUS XIX. Innocentius fit Papa.

Post Anastasii mortem sedem vacasse *dies XXI.* habetur in libro Pontificali, & in Antiquiori Chronico veterum Pontificum, quod & de aliis per hæc tempora interpontificiis passim ibidem legitur. Verum sedem vacasse tantum *dies septem*, & die vicesima prima mensis Decembris superioris Christi anni, festo Sancti Thomæ Apostoli sacra *Innocentium natione Albanensem* ordinatum fuisse, ex iis, quæ in morte ejus dicentur, certo constabit, ideoque Damasi, Siricii, & Anastasii Chronotaxim accurate a nobis fuisse digestam. Papebrocius laudatus ordinationem *Innocentii* cum die primo Januarii ac festo Circumcisionis currentis anni copular, sed eo pacto ejus Pontificatum, ut in ejus morte videbitur, mutilare cogitur.

XX. Moritur S. Martinus Episc. Turonensis.

A num. XLIX. ad LIV. Quæ habet hic Baronius de morte Sancti *Martini* Episcopi Turonensis in dissertatione peculiari jam a me examinata, & demonstratum hujus Sancti Antistitis mortem contigisse, die XI. mensis Novembris anni quadringentesimi. Quare videnda, quæ ibi dixi.

eodem die quo contigit, in tabulis notatus Ecclesiasticis, anniversaria commemoratione solemni celebritate tecurrit, Ex quibus omnibus erroris arguuntur, qui Cæsario & Attico Consulibus, suæ ætatis anno octogesimoprimo S. Martinum mortuum esse tradunt.

L. Tempus obitus S. Martini & ætas.

Præter illa autem quæ superius in medium allata sunt de propagata S. Martini vita usque in præsentem annum, Franci veteres scriptores qui numerare consueverunt annos ab obitu S. Martini, hujus sententiæ adstipulatores esse convincuntur, dum ab hoc anno quadringentesimo secundo annorum numerum deduxisse noscantur: atque (ut prætermittamus alios) Gregorius Turonensis Episcopus, licet sub Consulatu Cæsarii, & Attici, Martini obitum referat, tamen dum Clodovæi Francorum Regis mortem contigisse dicit ab obitu S. Martini anno centesimo duodecimo, plane ab hoc tempore numeri exordium ducit; cum constet ipsum Clodovæum pervenisse ad Pontificatum Hormisdæ Papæ, ad quem ipse coronam dono misit: nam & ipse quoque Hormisdas Papa in litteris ad Remigium Rhemensem Episcopum de Clodovæo adhuc superstite mentionem habet. Putatur quidem irrepsisse mendum apud ipsum Gregorium Turonensem, dum perperam apud eum legitur (a) decessisse S. Martinus anno quadringentesimo duodecimo a passione Domini, cum numerandi fuissent (ut dictum est) a natali Domini anni quatuorcentum & duo. Rursum vero hoc Domini anno quadringentesimo secundo contigisse S. Martini ad Deum transitum, ex S. Prospero etiam sibi vendicat Sigebertus in Chronico: verum errore labitur, dum pro quinto Arcadii Consulatu, quo obiit, quintum ejusdem Imperatoris ponit Imperii annum; sicut & cum ætatis Martini numerat annos octoginta & unum, sedis vero vigintisex. Sed & eum ante obitum Sancti Ambrosii decessisse referet Sanctum Martinum, prorsus hallucinatus convincitur; cum luce clarius superius sit demonstratum, ante annos quinque, Cæsario & Attico Coss. Domini anno trecentesimo nonagesimoseptimo Sanctum Ambrosium ex humanis decessisse. Ex quibus omnibus, quæ ipse Gregorius tradit, interfuisse per visum S. Ambrosium S. Martini funeri, evanescere prorsus intelligis. Sed de his in Notis pluribus actum est.

(a) Greg. hist. l. 1. c. 48.

LI. Severus scriptor rerum S. Martini.

Sulpitius Severus, qui S. Martini viventis res gestas conscripsit, de ejus ad cœlum conscensu per visum certior redditus, ad Aurelium diaconum epistolam scripsit: itidemque de obitu atque funere extant ipsius ad Bassulam socrum litteræ. Porro haud pridem ante Martini obitum, Clarum ejus discipulum præcessisse sanctitate clarissimum, idem Severus in dicta epistola ad Aurelium tradit: de quo ipso Severo exposcente, S. Paulinus (b) Nolanus Episcopus duo epitaphia versibus scripsit. Edidit postea idem Severus de rebus gestis S. Martini simulque de Ægypti monachis nonnullis tres dialogorum libros; sed haud eo accepti sunt plausu, quo Vita ipsius ab eo scripta: plura enim habent emendatione digna. A S. Hieronymo idem Severus in eodem commentario arguitur erroris Millenariorum, cum in Ezechielem (c) post enumeratos ejus erroris sectatores, addit: *Et nuper Severus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit, &c.* Quoto insuper Domini anno Severus dialogum illum scripserit, ex his pariter intelligi potest. Nam cum idem dicat S. Hieronymus eos nuper a Severo scriptos; constetque commentarios in Ezechielem, ubi de his agit, anno quo a Gothis capta est Urbs esse conscriptos (ut ex ejus in libris illis affixis præfationibus apparet) nempe post octo ab hoc tempore annos: utique fatendum est, longe post obitum S. Martini eam a Severo scriptionem elucubratam esse; licet profectio illa Posthumiani in Orientem, a qua sumit dialogorum exordium, contigerit vivente S. Martino, anno videlicet quo ob Origenistas (ut dictum est) contigit Alexandrinam Ecclesiam turbis exagitari. Porro Gelasius (d) eosdem Severi dialogos sub nomine Posthumiani & Galli recensuit ob errores in eis inventos inter apocrypha.

(b) Paulin. ep. 12.

(c) Hier. in Ezec. c. 36. l. 11.

(d) Gelas. Conc. Rom. can. de lib. auth., & apocr.

LII. Scriptores alii rerum S. Martini.

Quod insuper pertinet ad lucubrationes ab aliis editas de vita S. Martini: testatur quidem Gregorius (e) Turonensis, res ab eo gestas scriptas esse versibus a S. Paulino Nolano Episcopo quinque partitas libris; adjecisseque eundem ait sextum librum de miraculis ab eo post obitum editis. Id sane ab eodem Paulino visus est expetiisse Severus, his verbis ad calcem dialogorum appositis de Paulino post alia (f): *Ille (inquit) Martini non invidus gloriarum, sanctarumque in Christo virtutum piissimus æstimator, non abnuet Præsulem nostrum cum suo Felice componere.* Hæc ipse. Sed & Venantius Fortunatus de Paulino id ipsum affirmasse videtur illis versibus (g):

Stemmate, corde, fide pollens Paulinus, & arte
Versibus explicuit Martini dogma magistri:

& inferius (h):

Cujus prosaicus cecinit prius acta Severus,
Versibus intonuit Paulinus deinde beatus:

(e) Greg. Turon. de mirac. S. Martini c. 2.

(f) Sever. dialog. l. 3. in fin.

(g) Venant. in Vit. S. Martini l. 1.

(h) Idem l. 1. prope fin.

hæc

hæc ipse, intelligens de S. Paulino Nolano Episcopo: sed plane decipitur, ut paulo inferius apparebit. Ipse vero Venantius quatuor libris heroico carmine Acta ejusdem S. Martini cecinit: devinctus plane miraculo, cum ejus beneficio extinctum pene lumen oculorum recepit, ungens eos oleo, quod in lychno ad imaginem ejus ardebat; quod ipsu haud ingratus ad finem operis versibus profitetur.

LIII. (a) Greg. Turon. de mirac. S. Martini c. 8.

Si verum est quod ait Gregorius (a), Paulinum mutuatum esse a Perpetuo Turonensi Episcopo quæ libro sexto de miraculis S. Martini conscripsit; plane asserendum erit, alium istum esse Paulinum ab illo Nolano Episcopo: nam ob obitu S. Martini usque ad sedem Perpetui anni numerantur sexagintaquatuor, nimirum ea sententia ejusdem Gregorii quadragintaseptem sedis Briccii successoris S. Martini, & decem & septem illius qui post sedit, Eustochii: ad quod tempus minime pervenisse Paulinum constat, quem anno Domini quadringentesimo tricesimo primo sub Consulatu Bassi & Antiochi obiisse liquet, testificatione Uranii, qui interfuit. Sed & Paulini ipsius auctoris evidenti assertione satis superque exploratum habetur, ipsum, etsi idem sit nomine, alium tamen diversumque esse a S. Paulino illo mirifico Nolano Episcopo; dum his versibus libro II. scriptæ Vitæ S. Martini, se etiam exemplo illius majoris Paulini curatum a S. Martino lumine oculorum, tradit:

Quin & Paulino similis medicina salutem
Reddidit, insignis fidei quem gloria late
Extulit, &c.

Subdit præterea:

Atque utinam nostri tenebras contingere cordis
Tali luce velit sancti medicina patroni,
Reddat et antiqui rursum mysteria facti:
Nomen idem, medicus idem, par causa medendi.

De seniori enim Paulino Nolano Episcopo a S. Martino oculo infirmo curato testatur Severus paucis his: *Paulinus vero, vir magni postmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere cœpisset, & jam pupillam ejus crassior nubes superinducta texisset, oculum ejus Martinus penicillo contigit, pristinamque sanitatem sublato omni dolore restituit.* Hæc Severus, ad quæ minor Paulinus allusit. Sed & sicut Paulinus iste junior, instar illius senioris, æger oculis curatus miraculo S. Martini pro gratiarum actione rependit de ejus Vita & miraculis carmen heroicum sex libris distinctum; ita & Venantius Fortunatus pariter sanatus oculis jam caligine penitus obductis, scribendi itidem S. Martini vitam quatuor libris carminum consilium iniit: de accepto enim virtute S. Martini munere hæc habet ad finem operis (b):

(b) Fortun. l. 4. Vit. S. Martin. in fine.

Hic paries retinet sancti sub imagine formam,
Amplectenda ipso dulci pictura colore:
Sub pedibus justi paries habet arte fenestram;
Lychnus adest, cujus vitrea natat ignis in urna.
Huc ego dum propero, valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce fenestris:
Quo procul ut tetigi benedicto lumen olivo,
Igneus ille vapor marcenti fronte recessit, &c.

Vides morem pristinum, sanctorum nimirum imagines pingi in Ecclesiis, insuper & easdem solitas coli incensarum lampadum lumine: quod piam Fidelium obsequium esse Deo gratissimum, ipsa miracula edi solita unctione olei dictarum lampadum, plusquam millies perspicue demonstrarunt. Sed quod de his fusius actum est primo Annalium tomo, modo satis.

LIV. Concilium Milevitanum primum.

Quod rursum ad res pertinet Occidentales, hoc eodem anno, 6. Kal. Septemb. Milevi in Numidia celebratum est

PAGIUS XXI. *Concilium Milevitanum primum.*

Ad num. LIV. & seqq. In Collectione Dionysii exhibetur Synodus *Milevitana* prima, ejusque Præfatio his verbis incipit: *Gloriosissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augg. V. Coss. sexto Kalend. Septemb. in Civitate Milevitana.* Quare hæc Synodus currenti anno habita, differique ab altera ejusdem nominis anno CCCCXVI. celebrata. Existimabat Baronius duo ista Milevitana Concilia in unum compacta a Collectoribus, & Canones de gratia in secundo editos, transcriptos esse in primum, & cæteris Canonibus editis in primo adjunctos. Verum nullos Canones *de gratia* edidit secunda Synodus Milevitana, licet *Pelagii* hæresim proscripserit, & Episcopi qui ei interfuere literas ad Innocentium Papam dederint, quibus ei sententiam suam significant.

XXII. *Aliqui canones Concilii Milevitani aliis Conciliis attributi.*

Fatendum quidem est, inquit Marca in dissert. de veter. Collect. Can. Cap. 10. in Collectione veteri Canones quosdam desumtos ex Synodo Milevitana prima, compactos fuisse in unum corpus cum aliis Canonibus depromptis ex duobus Conciliis Carthaginensibus celebratis anno quadringentesimo septimo, & anno quadringentesimo decimo octavo. Quare huic Compilationi sequens titulus præfigitur in veteri: *Concilium sextum Carthaginis Africa, & in Milevitana civitate habitum.* Quibus verbis satis significatur hoc corpus e variis Conciliis esse consarcinatum. Enim vero licet Milevitanum tempore sit potius, quoniam

est ab Episcopis totius Africæ generale Concilium Milevitanum dictum: quod Milevitanum primum dicendum est, cum aliud inveniatur celebratum post annos XIV. ut ex litteris Innocentii Papæ ad eamdem Synodum missis intelligi potest in notatis ibi Consulibus. Sciendum tamen hoc cum illo librariorum vitio esse confusum: quod enim unum idemque putarunt Milevitanum Concilium, factum est, ut quod alterius esset, alteri adscribendo conjungerent. Sed hæc omnia discriminando, singula singulis reddere curabimus, laborabimusque simul, ut Acta nobilissimæ Synodi hinc inde ex diversis S. Augustini scriptis multo sudore collecta, magna ex parte reddamus.

LV. Confusæ simul duæ Synodi Milevitanæ.

Verum ante hæc, quæ inter se communia ambæ hæc Synodi habeant, ex quibus una eademque credita fuerit, dicenda sunt. Ex communi nomine in primis a loco ubi celebrata comparato, factum est ut utrumque unum Milevitanum Concilium diceretur: tertio vero loco, quod sub uno eodemque Romano Pontifice Innocentio ambæ Synodi noscantur esse collectæ. Quæ autem has adeo similes inter se discriminant multa sunt. In primis tempus: hanc enim sub quinto Arcadii, & Honorii Consulatu hoc anno habitam esse constat, illam vero Theodosio septimum Consule cum Palladio. Rursum etiam hæc sub Xantippo Numidiæ Primate, illa vero sub Silvano celebrata cognoscitur. Insuper quod alia in ea, alia vero in ista tractata esse reperiantur, ob id jure ab invicem distinguendæ videntur. Sed & quod illa habita intelligitur post damnatam in Synodo Carthaginensi Pelagianam hæresim, cum hoc tempore nondum ea hæresis cognita esset; plane nulla remanet dubitatio, duo esse Milevitana Concilia inter se diversa: oborta tamen est inter se utriusque confusio ex eo nimirum, quod præfatio prioris Synodi Milevitanæ (a) præfixa invenitur in posteriori Milevitano Concilio (b). Sed reddamus hic ipsam, ut ratio temporis manifestior habeatur. Ista enim præfixa habentur priori Milevitano Concilio, cujus & propria sunt:

(a) Tom. 1. Conc. & in Concil. Afric. c. 52.
(b) Conc. Milevit. præf.

LVI.

Gloriosissimis Imperatoribus Arcadio, & Honorio Augustis quinto Consulibus sexto Kalendas Septembris, in Civitate Milevitana in Secretario basilicæ, cum Aurelius Episcopus Carthaginensis in Concilio universali consedisset, astantibus, diaconibus, Aurelius Episcopus dixit: Quoniam Ecclesiæ sanctæ unum est corpus, omniumque membrorum caput est unum: factum est, volente Deo, & nostram infirmitatem juvante, ut ad hanc Ecclesiam veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia invitati. Unde quæso charitatem vestram, quia ita credendum est, quia noster accessus ad vos nec superfluus nec insuavis est cunctis, &c. Quæ ipsa inveni descripta esse etiam in posteriori Milevitano Concilio, in ordine Conciliorum primo loco posito; cujus rei causa confusio utriusque Synodi facta est: mentio habetur ibi de alia Synodo Milevitana, quæ primo fuerat congregata, ubi idem Aurelius ait: *Quæso charitatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos nec superfluus nec insuavis est cunctis, ut consensus omnium vestrum manifestetur concordare complacites decretorum, quæ jamdudum vel in Hipponensi Synodo firmata sunt, vel postmodum meliore Concilio apud Carthaginem definita; nunc quoque a nobis ex ordine recitentur.*

LVII. (c) Conc. Afr. c. 52. De appositis Consulibus temporis ratio.

Admonendum tamen hic putamus esse lectorem, apud Concilium Africanum sic haberi intexta Acta quædam hujus Milevitani Concilii, ut tamen cum amborum (c) Imperatorum ponatur Consulatus, quotus ille fuerit minime exprimatur, sed sic tantum positi legantur: *Gloriosissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis viris clarissimis Consulibus*. Sed scito factum errore imperitorum librariorum, ut loco V. C. numeri notæ, qua exprimitur quintus eorumdem Consulatus, reddiderint illi, *Viris Clarissimis*, Cæterum abhorret ejusmodi nomenclatura ab Imperatoribus, solita tantum poni, ubi alii sub Imperatoribus constituti nobilissimi viri eadem Consulatus dignitate donantur. Sed & in dicto Concilio Africano, ex ordine posito exploratissime demonstratur, quintum eorumdem Augustorum illum debere esse consulatum: nam cum, quod ipsam præcedit superius Concilium, habitum reperiatur sub Consulibus anni superioris Vincentio, & Flavito; & quod post Concilium Milevitanum, de quo est sermo, ponatur Carthaginense Concilium sub anni sequentis Consulibus habitum; plane perspicue significatur, quod medium est Concilium, hoc anno sub quinto ipsorum Consulatu celebratum esse. Sed quod superius id constet plana expressione quinti ipsorum Consulatus, non est in his amplius immorandum.

LVIII.

Quod autem ad ejusdem Synodi Acta pertinet: post confirmata Synodalia decre-

PAGIUS

niam tamen Carthaginis nomen dignitate præcellit, & plures Canones petiti sunt e duobus Conciliis Carthaginensibus, huic Carthaginensis nomen inditum est a veteri Collectore, tum etiam, ne perturbaretur ordo numerandi hæc Concilia sub nomine Carthaginensium, quamvis non taceatur in titulo nomen Milevitani. Legendi idem Marca & Schelstratius in dissert. 3. de Ecclesia Africana cap. 20. ubi de hujus Concilii Canonibus agunt.

Acta Concilii Milevitani.

creta, diversorum Episcoporum causæ in medium sunt allatæ, ut Cresconii Episcopi Villæregiensis; cujus causa delata ad Concilium Carthaginense anno superiori celebratum, ad hujus anni generale Concilium coram suo Primate Xantippo tractanda fuerat reservata. Quænam autem hæc causa fuerit, quidve decretum, nihil apparet. Tractata post hæc fuit causa Quodvultdei Episcopi Centuriensis: de qua illud a Patribus definitum, quod canon editus, & sub titulo de Judiciis in Decretalium libro secundo descriptus habet his verbis: *De Quodvultdeo Centuriensi Episcopo, quem cum adversarius ipsius compulisset ad Concilium introduci: interrogatus, an cum eo vellet experiri; primo id promiserat; & altera die respondit hoc sibi non placere, atque discessit: placuit ut nullus eidem communicet, donec satisfactione præmissa fuerit absolutus. Nam adimi sibi Episcopatum ante causæ ejus exitum, nulli Christiano videri jure potuisset.* Hæc de eo. Post hæc autem libellus lectus est Maximiani Vagiensis Episcopi, quo se suæ renunciare sedi significabat, ut paci Ecclesiasticæ bene consultum esset, alium subrogari in locum suum petens. Causa igitur diligenter a patribus examinata, eidem annuere visum est; deque ea re ejusmodi edidere decretum:

LIX. * Bagajensi Vagiensi.

De Maximiano autem Vaginensi *, *& ad eum, & ipsam plebem placuit de Concilio litteras dari, ut & ipse ab Episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant.* Hæc Synodus. Porro sciendum hanc depositionem Maximiani honorificam fuisse, non autem probrosam. Etenim ob pacem Ecclesiæ ipse loco cedendum existimavit, deque ea re litteras ad Synodum miserat: quibus S. Synodus voluit annuisse. Hic enim, qui ex Donatistarum schismate ad Ecclesiam Catholicam conversus, haud pacifice reciperetur a populo; bono pacis consulens, sedi renunciavit. Sed quid per S. Synodum actum sit, disces ex S. Augustini litteris: nimirum ita Patres spontaneam admisisse illius abdicationem, ut tamen in ejus locum ab eis fuerit subrogatus Castorius frater ipsius, ad quem hoc eodem anno extant datæ litteræ S. Augustini atque Alypii; quæ quod nonnihil ad Acta Synodi spectare noscuntur, & laudes contineant abdicantis se Maximiani, eas hic describendas esse putamus. Sic enim se habent (a):

De Maximiano abdicante se ab Episcopatu.

(a) Aug. ep. 238.

LX. De Maximiano qui sponte sede cessit, epistola Augustini.

Molitus est quidem adversarius Christianorum per carissimum atque dulcissimum filium nostrum, fratrem tuum, Catholicæ matri, quæ vos in hæreditatem Christi ab exhæredata præcisione fugientes pio sinu suscepit, periculosissimum scandalum commovere: sapiens videlicet serenitatem gaudii nostri, quæ nobis de bono vestræ conversationis oborta est, fœda inubilare tristitia. Ostenditur his germanos hos ex Donatistarum schismate transisse ad Catholicam Ecclesiam. Subdit vero: *Sed Dominus Deus noster misericors & miserator, consolans afflictos, nutriens parvulos, curans infirmos, ad hoc eum aliquid posse permisit, ut rem correctam multo amplius lætaremur, quam dolebamus afflictam. Longe est quippe gloriosius, Episcopatus sarcinam propter Ecclesiæ vitanda pericula deposuisse, quam propter regenda gubernacula suscepisse. Ille quippe se honorem, si pacis ratio pateretur, digne accipere potuisse demonstrat, qui acceptum non defendit indigne. Voluit ergo Deus etiam per fratrem tuum filium nostrum Maximianum ostendere inimicis Ecclesiæ, esse in visceribus Christi eius, qui non sua (b) quærant, sed quæ Jesu Christi. Neque enim illud ministerium dispensationis mysteriorum Dei victus aliqua sæculari cupiditate deseruit, sed pacifica permotus pietate deposuit, ne propter ejus honorem fœda & periculosa, aut fortasse etiam perniciosa in membris Christi dissensio misceretur. Quid enim esset cæcius & omni excæcatione dignius, quam propter Ecclesiæ Catholicæ pacem schisma deserere, & ipsam pacem Catholicam honoris sui quæstione turbare? Quid enim laudabilius, & Christianæ charitati commodatius, quam derelicta Donatistarum vesana superbia ita hæreditati Christi cohærere, ut testimonium unitatis amore probaretur? Itaque quantum ad ipsum attinet, sicut eum gaudemus talem inventum, ut quod in ejus corde divinus sermo ædificavit, nequaquam tempestas hujus tentationis everteret: sic optamus & deprecamur a Domino, ut consequenti vita & moribus suis magis magisque declaret quam bene gesturus fuisset, quod profecto gereret, si hoc oportuisset. Retribuatur ei pax æterna, quæ promissa est Ecclesiæ, qui intellexit sibi non expedire, quod paci non expediat Ecclesiæ.*

(b) Philip. 2.

LXI. Laudes Castorii Episcopi subrogati.

Tu vero, fili carissime, non mediocre gaudium nostrum, qui nulla tali necessitate a suscipiendo Episcopatu impediris: decet indolem tuam in Christo, in te dicare quod dedit. Ingenium quippe tuum, prudentia, eloquentia, gravitas, sobrietas, & cætera, quibus ornantur mores tui, dona sunt Dei. Cui melius serviunt, quam ei a quo tributa sunt, ut & custodiantur, & augeantur & perficiantur, & remunerentur? Non serviant huic sæculo, ne vanescant cum illo, atque dispereant. Nam diu tecum in hoc agendum novimus, quanta facilitate consideres spes inanium hominum, & inhabiles cupiditates, & incertam vitam. Abjice igitur ex animo, quicquid terrenæ & falsæ felicitatis exspecta-

pellatione conceperat: Operare in agro Dei, ubi certus est fructus, ubi tam multe tanto ante completa sunt promissa, ut ea quæ restant, inanissime desperentur. Obsecramus te per Christi divinitatem & humanitatem, per pacem calestis illius civitatis, unde peregrinantes labore temporali æternam requiem comparamus, ut in Episcopatu Vaginensis * *Ecclesia fratri tuo non ignominiose cadenti vel gloriose cedenti succedas. Plebs ille, cui per tuam mentem & linguam donis Dei fœcundatam & ornatam uberrima incrementa speramus, in te intelligat fratrem tuum non pro sua desidia, sed pro ejus pace fecisse quod fecit. Has epistola mandavimus ut tibi non legeretur, nisi cum te jam tenerent, quibus es necessarius: nos enim te spiritualis amoris vinculo tenemus; quia & nostro collegio multum es necessarius. Cur autem etiam corporalem præsentiam non exhibuerimus, postea scies.* Hactenus Augustinus atque Alypius ad Castorium.

* Vagiensis Bagajensis.

LXII. Maximiani duo.

Similitudine nominum decepti aliquando, putavimus Maximianum Bagaiensem Episcopum eundem esse cum hoc de quo agitur, qui in Synodi canone Baguiensis itidem nominatur, sed Vugiensis dicendus potius ex epistola Augustini. Nam de Maximiano Baguiensi Episcopo diversa ratio est. Ille enim diu Ecclesiæ illi præfuit, nec se abdicasse dicitur ab Augustino, qui de eodem sæpe agit: hic autem post electionem sedi nuncium remisisse, ex ejusdem litteris Augustini probe intelligi potest: licet Bagaiensis Maximiani non eadem sit apud S. Augustinum lectio: nam in epistola ad Bonifacium (a) Vagiensis Ecclesiæ Antistes nominatur, apud Cresconium vero Episcopus Bagaiensis (b).

(a) Aug. ep. 50.
(b) Aug. cont. Cresc. l. 3. c. 43.

LXIII.

Quod rursum ad Synodum Milevitanam pertinet; meminisse ejus visus est Augustinus (c) in epistola ad Eusebium, dum negat sui muneris esse, afferre ad Synodum res gestas in aliena diœcesi, quæ ob imminens periculum detulisset ad magistratus: habet enim hæc verba: *Nam illud quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur non iterum Constantinam, quando ibi plures ipsi erant: vel me debere ire Milevim, quod illic (sicut perhibent) Concilium proxime habituri sunt. Ridiculum est dicere, quasi ad me pertineat cura propria, nisi Hipponensis Ecclesiæ.* Hæc ipse contra Proculianum apud Eusebium, quem interpellat. Sed qua de re: expedit ut totum id prodatur in medium; quo innotescat exemplo, quales esse soleant homines, qui deficiunt a Catholica unitate. Describit enim rem gestam idem Augustinus his verbis: *Corripitur ab Episcopo suo juvenis, crebris cædibus matris insanus, & impias manus nec illis diebus, cum etiam severitas legum sceleratissimis parcet, a visceribus unde natus est, revocans. Minatur eidem matri, se in partem Donati transiturum, & eam, quam incredibili furore solet cædere, perempturum. Minatur et: transit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in maternum sanguinem fremens albis vestibus candidatur. Constituitur intra cancellos eminens atque conspicuus, & omnium gementium oculis matricidii meditator, tamquam renovatus opponitur. Hæccine tandem tibi placent, vir gravissime? Nequaquam hoc de te crediderim:* Et paulo post: *Quid aliud expectamus, vir honorabilis Eusebi, nisi ut in miseram mulierem senectute decrepitam, viduitate destitutam, a cujus cædibus in Catholica prohibebatur; jam Donatista securus armetur? &c.* Voluit autem isthæc apud publica Acta deferri Augustinus, ut a magistratu imminenti obviaretur malo: quæ ad Synodum Episcoporum a se minime deferenda fuisse ait, quod in alterius hæc acta essent Ecclesia. Vides, lector, quales esse soleant castrorum Ecclesiæ Catholicæ desertores. O si liceret omnium apostatarum nostri sæculi scelera in unum cogere, qui ab Ecclesia Catholica ad hæreticos defecerunt: eis profecto replendæ latrinæ decies centies superarent Augiæ stabuli sordes: ut plane nec unus sit reperiri, qui antequam ab Ecclesia Catholica migret, non ea sæpius perpetrarit, quæ si ad Ecclesiastica tribunalia perlata fuissent, recta sententia ab Ecclesia ejiciendi fuissent.

(c) Aug. epist. 168.

Immane scelus juvenis ad Donatistas transeuntis.

LXIV. Delati ad Xantippum clerici crimina.

Ad hanc quoque Synodum Milevitanam sub Xantippo Primate Numidiæ celebratum spectare videtur, quod cum privatus officio quidam presbyter delinquens ab Augustino appellasset Synodum, ab ea sex Episcopi judices dati fuerunt. At quænam esset presbyteri hujus causa, ipse S. Augustinus ad Xantippum ipsum scribens ita narrat (d): *Primo comperi enim pecuniam cujusdam rusticani divino apud se commendato intervertisse, ita ut nullam inde posset probabilem reddere rationem. Deinde convictus atque confessus est, die jejunii Natalis Domini, quo etiam Gippitena Ecclesia, sicut cæteræ, jejunabat, cum tamquam perrecturus ad Ecclesiam suam, valefecisset collegæ suo presbytero Gippitano, hora ferme quinta, & cum secum nullum clericum haberet, in eodem fundo restitisse, & apud quamdam malæ famæ mulierem & prandisse, & cœnasse, & in una domo mansisse.* Subdit de confessione ipsius, & quomodo eum removerit ab officio presbyteratus, atque demum hæc ad eumdem Xantippum de Concilii decretis: *Hæc autem præcipue prudentiæ tuæ intimare oportebat, ne aliqua tibi fallacia subreperet: audivi enim causam ejus cum centum dies essent ante Dominicum*

(d) Aug. epist. 236.

Pa-

Paschæ, qui futurus est 8. Id. Aprilis. Hoc propter Concilium insinuare curavi venerabilitati tuæ: quod etiam ipsi non celavi, sed et fideliter quid institutum esset, aperui. Et in fine: *Ego certe presbyterum, & qui die jejunii, quo ejusdem loci etiam Ecclesia jejunabat, valefaciens collegæ suo ejusdem loci presbytero, apud famosam mulierem nullum secum clericum habens, remanere & prandere & cœnare ausus est, & in una domo dormire, removendum ab officio presbyterii arbitratus sum, timens eis deinceps Ecclesiam Dei committere. Quod si forte Judicibus Ecclesiasticis aliud videtur, quia sex Episcopis causam presbyteri terminare, a Concilio statutum est: committat illi qui vult Ecclesiam suæ curæ commissam: ego talibus, fateor, quamlibet plebem committere timeo, præsertim quos nulla bona fama defendit, ut hoc eis possit ignosci: ne, si quid perniciosius eruperit, languens imputem mihi.* Hæc S. Augustinus de his quæ ad Synodum Milevitanam sub Xantippo spectare visa sunt: quæ hic voluimus inseruisse; tum ut, deperditis Synodi Actis, resarciam, restituamque ea, quantum fas est, pristinæ antiquitati; tum etiam ad insinuandam censuram sanctorum Patrum adhibitam in conservanda sarta tecta Ecclesiastica disciplina; intelligasque jejunia non fuisse apud majores in Ecclesia ejus æstimationis, ut pro arbitrio quis ea servanda duceret; sed ut quæ ex præcepto indicta, vel ex consuetudine introducta essent, visa fuisse legitima, ut eorum transgressores, rei maximi criminis haberentur. Sed quæ reliqua sunt hujus Synodi absolvamus: ibi enim ejusmodi decretum sancitum fuit (*a*);

(*a*) *Apud Conc. Afr. c. 53.*

LXV. Constantina prima sedes Numidiæ decreta.

Deinde placuit omnibus Episcopis, qui in hoc Concilio subscripserunt, ut Matricula & Archivus Numidiæ & apud primam sedem sit, & in metropoli, idest Constantina. Hac quidem constitutione Patres definiisse voluerunt altercationem duarum sedium in Numidia positarum, quænam potior habenda esset. In duas provincias dividebatur Numidia, eædemque duæ dictæ Numidiæ, ut Acta (*b*) sextæ Synodi Carthaginensis demonstrant: ob idque altercatio oborta inter Xantippum Episcopum Constantinæ Numidiæque Primatem, & Victorinum Episcopum alterius Civitatis, primatum ejusdem universæ provinciæ sibi vendicantem. De ejusmodi altercatione mentio habetur in epistola ad eumdem Victorinum a S. Augustino scripta, cum ab ipso ad Synodum per tractorias vocaretur. Erant tractoriæ (ut suo loco diximus) litteræ ab Episcopo privatim scriptæ ad instar litterarum Imperatorum, quibus imperabatur commeatus in quibuscumque locis a Fidelibus in itinere præstandus: in quarum similitudinem, cum Primates sibi subjectos Episcopos vocarent ad Synodum, tractorias dare solebant, quibus in singulis Ecclesiis juberentur excipi, & Christiana charitate foveri. Sed reddamus hic perbrevem Augustini epistolam, ex qua antiqui moris Ecclesiastici monumenta referantur, sic enim ad Victorinum agentem Numidiæ Primatem scripsit (*c*):

(*b*) *Concil. Carth. 6. in præf.*

(*c*) *Aug. epist. 217.*

LXVI. Augustini epistola ad Victorinum.

Tractoria ad me quinta Idus Novembris venit, jam finito die, & me valde indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem. Verumtamen sive imperitiam meam moverit, sive juste motus sim, tuæ sanctitatis & gravitatis est arbitrari. Legi in ea-

PAGIUS XXIII. *Numidia in duas Provincias divisa erat.*

Baronius num. LXV. docet, *Numidiam* in duas Provincias fuisse divisam juxta fidem Præfationis Synodi sextæ Carthaginensis, quæ *duarum Numidiarum* meminit: e contra Schelstratius in dissert. I. Ecclesiæ Africanæ cap. 3. & 4. & in dissert. 3. cap. 10. & Lupus in Quæstione quodlibetica de Origine Augustinensium cap. 8. contendunt, Mauritaniam Sitifensem eandem esse cum una Numidiarum, Numidiam quandoque vocatam, quod Mauritania Sitifensis a Numidia fuerit avulsa. Verum Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 8. ostendit, reapse Mauritaniam Sitifensem non minus quam Numidiam suum habuisse ab aliis diversum Primatem, recteque Baronium duas Numidias dixisse, quod his argumentis probat. In Concilio plenario Milevitano primo hoc anno celebrato hæc habentur: *Xantippus Episcopus primæ Sedis Numidiæ sua manu confirmavit*, &c. *Nicetius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis dixit*, &c. ubi vides Sitifenses Mauritanos, ac Numidas Episcopos habuisse distinctos Primates. Canone II. Concilii III. Carthaginensis dicitur: *Omnes Provinciæ, quæ primas sedes habent, Legatos mittant*. At Mauritani Sitifenses Legatos ad Synodos Africanas misere. In Synodo enim *Cæsario & Attico Coss.* anno scilicet CCCXCVII. habita, Honoratus & Urbanus nominantur Legati Mauritaniæ Sitifensis, uti & in variis aliis Conciliis. Quare Mauritania Sitifensis sedem Primatialem habebat. Recte etiam Baronius duas Numidias dixit. In prologo enim plenarii Concilii Africani sub Bonifacio Papa anno CCCCXIX. Carthagine celebrati dicitur: *Præsentibus Legatis diversarum provinciarum Africanarum, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitifensis, & Mauritaniæ Cæsariensis; sed & Tripolis*, &c. ubi Mauritania Sitifensis nominatur tanquam Provincia a duabus Numidiis distincta. Quamobrem sicut Primas Aquileiensis utriusque Norici Mediterranei & Ripensis Ecclesiis præest, ita utramque Numidiam unus idemque Primas administrabat.

XXIV. *Quibus nominibus duæ Numidiæ distinguerentur.*

Quinam autem duarum Numidiarum limites, quibus invicem discernerentur, quove vocabulo distingui solerent, apud Scriptores Ecclesiasticos non invenitur. Sed cum Augustinus in Epistola CXV. quæ alias erat CCXXX. Numidiam Consularem appellarit, apparet eam a viro Consulari administratam fuisse. Ptolomæus lib. 4. cap. 3. *Numidiæ novæ* urbes recensens inter illas neque *Certam*, neque *Vagam* nominat, unde istæ videntur pertinere ad Numidiam veterem. Cur autem Numidia *nova Provincia* nomen sortita sit, tradit Appianus lib. 4. de bello civili, non longe

*eadem tractoria etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas provincias scimus suos habere Primates. Quod si & ex eis ad Numidiam convocandum esset Concilium: oportuit utique, ut aliquorum Maurorum Episcoporum, qui illic priores sunt, nomina in tractoria ponerentur. Quod in ista tractoria non reperiens, multum miratus sum. Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato, & neglecto ordine scriptum, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam post multos Episcopos factus sim. Quæ res & aliis injuriosa est satis, & mihi invidiosa. Præterea venerabilis frater & collega noster Xantippus Tagastensis * dicit, quod eum primatus ipse contingat, & erga plurimos sic habetur, & tales misit epistolas. Qui etiam error si facile inter vestram sanctitatem cognosci, & corrigi potest; non debuit tamen in tractoria, quam misit venerabilitas tua, nomen ejus prætermitti. Quod si in mediis locis conscriberetur, & non in primo poneretur, multum mirarer: quanto ma-*

* Constantinensis.

De Primatu Numidiæ controversia.

PAGIUS

longe ab initio, & Numidiæ novæ Geographicam tabulam exhibet Ortelius.

XXV. *Explicatur controversia inter Xantippum & Victorinum.*

Baronius num. LXV. illam inter *Xantippum* & *Victorinum* mortuo *Crescentiano* de Primatu Numidiæ controversiam exortam putat ex eo, quod cum duæ Numidiæ essent, & in una *Xantippus*, in altera vero *Victorinus* degeret, uterque suæ Metropoli Primatum asserere satagebat; at causam Xantippo adjudicatam scribit, quod esset Episcopus Constantinæ, quæ totius Numidiæ Metropolis erat. Verum, at observat Card. Norisius citatus, duorum illorum Præsulum litigia, non de jure sedium, sed personæ erant, quinam scilicet esset senior Episcopus Numidiæ. Neque enim apud Afros sedes Primatialis erat in Metropoli Provinciæ, sed quandoque in vilissimo oppido, in quo ætate major reliquis Episcopus degebat. Testis est Leo IX. Epist. IX. ad Petrum & Joannem Episcopos Afros, in qua ait: *sed de Africæ Primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis ejus Provinciis antiquitus Primates instituebantur non secundum potentiam alicujus civitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis, quibus tamen omnibus præerat unus, scilicet Carthaginensis Archiepiscopus*, &c. Non ergo quæstio erat inter Xantippum & Victorinum de Metropoli Numidiæ, sed de antiquitate in Episcopatu, quod ex Epistola Augustini LIX. citata intelligitur: *Ambo*, inquit, *convocate collegas vestros, eos maxime, qui vobis Episcopatus ætate vicini sunt, qui facile quis vestrum verum dicat, agnoscant; ut inter vos paucos eadem pro cæteris quæstio dirimatur, & errore sublato minores a cæteris convocentur, qui nec debent, nisi vobis in hac re tanquam prioribus credere, & nunc ignorant, cui vestrum potissimum credant.* Ecce juniores Numidiæ Episcopi nesciebant, uter esset antiquior Episcopus, seniores, atque *ætate vicini* consulendi erant, quibus longe melius, quam junioribus tempus ordinationis ipsorum notum esse poterat.

XXVI. *Xantippus erat Episcopus Tagasensis.*

Cæterum uti certum est, tempus Primatus *Xantippi*, cui Milevitana Synodus prima hoc anno congregata causam adjudicavit, ita incerta est sedes ejus. In citata epistola Augustini hæc leguntur in vulgatis editionibus: *Venerabilis frater & collega noster Xantippus Tagastensis dicit, quod eum Primatus ipse contingat.* At hoc tempore Alypius erat Episcopus Tagastensis ante Augustinum Episcopus ordinatus, quique interfuit Collationi Carthaginensi anno CCCCXI. aliisque Synodis. *Alypius* ergo erat sub Xantippo Primate Episcopus Tagastensis, & immerito Lupus invehitur in Baronium, quod in margine Annalium num. LXVI. pro Tagastensi Constantinensem Xantippum dixerit, addens Tagastensem asserendum esse, qua in re ipsemet Lupus hallucinatur. Sed nec correctio Baronii admittenda; nam hoc tempore, ut observat Card. Norisius, sedebat Constantinæ *Fortunatus*, quod colligitur ex Augustino lib. 2. contra Literam Petiliani cap. 1. ubi ejus meminit: hi vero libri scripti sunt ante mortem Anastasii Papæ, ut supra ostendimus. Idem *Fortunatus* Constantinensis fuit unus ex Septem ad disputandum contra Donatistas selectis in Collatione Carthaginensi, anno CCCCXI. habita. Em. Card. Norisius testatur, in tribus codicibus Vaticanæ Bibliothecæ legi *Xantippum Tagosensem*, quorum ex fide corrigendas esse editiones Operum Divi Augustini monet, quod & præstitum est a Benedictinis, qui post eum scripsere. *Nec mirum*, subdit Card. Norisius, Tagosam *urbem in Geographicis tabulis non reperiri. Nam Africani Primates, ut ait Gregorius lib. 1. Epist. LXXII. ad Gennadium* passim per villas, *non in civitatibus primariis residebant; & tempore Collationis Carthaginensis erant in universa Africa Episcopi DLXVII. cum tamen tot oppida nec Ptolemæi nec Ortelii tabula exprimant.* Denique notat idem Cardinalis errare Lupum, dum reprehendit Baronium, quod *Xantippum* Primatem ante *Sylvanum* posuit, cum certum sit, *Xantippum* hoc anno, quo coactum Concilium primum Milevitanum, fuisse Episcopum primæ sedis Numidiæ, ut ibidem dicitur, & *Sylvanus* Primas anno CCCCXVI. coegerit Milevitanam Synodum II. contra Pelagianos.

XXVII. *Theodosius Jun. Augustus nuncupatur.*

Auctor Chronici Alexandrini hoc anno scribit: *His Coss. Theodosius Junior Constantinopoli ad Hebdomum in Tribunali ab Arcadio patre, mense Audynæo IV. Idus Januarias creatus est Augustus*, die nempe quo Honorius Arcadii germanus frater a Theodosio magno patre Imperator nuncupatus fuerat, annoque quo Arcadius *Vicennalia* celebravit, ut morem invaluisse sæpius insinuavimus. Eumdem Consulatum, Arcadii nempe & Honorii V, eumdemque diem exhibet Socrates lib. 6. cap. 6. Idem habet Marcellinus in Chronico, nisi quod mensem & diem non memorat. Quare quando Marcus Diaconus in vita sancti Porphyrii Episcopi Gazensis cap. 6. ait: *Natus vero Junior Theodosius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuisset natus, fuit renunciatus Imperator*, non loquitur de solemni Theodosii inauguratione, sed de designatione ejus ad Imperium, ad quod anno post suam nativitatem evectus est. Si extaret Græcum Originale hujus Vitæ, Interpretem locum illum non accurate vertisse constaret; anno enim sequenti Theodosius Consulatum de more novorum principum iniit, annoque CCCCVII. Quinquennalia edidit, ut infra videbimus. His adde Theophanem in Chronico testari *Arcadium* reliquisse Theodosium filium octennem, *ad imperii consortium ante sex annos ascitum*, quod verum non esset si Theodosius anno superiori Impera-

tor

magis mirandum est, quod nulla tibi ejus admemoratio facta est, qui maxime ad Concilium venire debuit, ut de ipso primatus ordine causa omnium Numidarum Episcopis Ecclesiarum primatus ageretur?

LXVII. *His de causis etiam venire dubitarem, ne forte falsa esset tractoria, qua tanta perversitas appareret: quamquam & angustia temporis, & alia graves necessitates mea multipliciter impedirent. Unde peto beatitudinem tuam, ut mihi ignoscas, & primo instare digneris, ut inter tuam sanctimoniam, & senem Xantippum concorditer constet, quis vestrum debeat convoca-*

PAGIUS

tor dictus esset, cum Arcadius anno CCCC. VIII. vitam cum morte commutarit.

XXVIII. *S. Nicetas Romaciana Episcopus Nolam iterum venit.*

Jam ante quatuor annos Nolam venerat Sanctus *Nicetas Romaciana* civitatis in nova Dacia Episcopus, eoque currenti anno reversus est; ideo plus solito *Paulinus* animatus & incitatus in Sancti *Felicis* Presbyteri Nolani laudem Natalitium carmen IX. prolixius & sublimius quam superioribus annis cecinit, ubi Nicetam summis laudibus exornat. Et quia timuerat, ne adventus ejus bello Gothico præcluderetur, ait:

Venisti tandem quarto mihi redditus anno.
Sed grates Christo, quia vel te sero revexit.
Quam metui ne te mediis regionibus hostis
Desclusum opposita bellorum nube teneret!
Sed desideriis superantibus, obvia vicit
Vincula rupisti: nec te mare nec labor ullus,
Nec Gothici tenuere metus, &c.

Male Baronius anno CCCXCVII. num. XIV. Carmen illud Natalitium Sancti Felicis IX. cum superiori Christi anno illigat, ut ex ibidem dictis liquet. Porro *Gothos* in Italiam hoc anno irrupisse, sequenti, quo de ea irruptione Baronius agit, videbimus.

XXIX. *Ravenna fit sedes Imperii Occidentalis.*

Ab hoc tempore *Honorius* Occidentis Imperator, *Mediolano*, ubi post Theodosii Magni mortem constiterat, ferme derelicto, *Ravenna* sedem constituit. Indeque hæc urbs Regia Imperatorum Regumque sedes extitit. De hac Honorii Ravennæ mora legendus Claudian. *de sexto Consulatu Honorii* anno CCCCIV. gesto.

XXX. *Duo Francorum Reguli a Stilichone debellati.*

Hoc etiam circiter anno sedes Præfecti Prætorio Galliarum *Treviris Arelatem* translata, Trevirorum urbe a Francis in Gallias irrumpentibus prima vice eversa. Neque enim citius Arelate Galliarum Metropolis effecta; cum lex 50. Cod. Theod. *de cursu publico*, dicatur PP. *XV. Kal. Jul. Treveris, Valentiniano A. IV. & Neoterio Conf.* idest, *Treveris proposita*, ubi ideo Præfectus Prætorio Galliarum adhuc residebat anno CCCXC. Præterea anno superiori, quo Concilium Taurinense celebratum, Septem Provinciæ Galliarum vulgo dictæ nondum in unum corpus coaluerant, ut ibidem indicavimus, neque etiam Episcopus Arelatensis, qui de Primatu Metropolitico cum Episcopo Viennensi certabat jus suum a Sede Præfecturæ Gallicanæ, sed a missione Sancti Trophimi deducebat, seque Metropolitam Ecclesiasticum tantum asserebat; cum contra postea ex utroque capite urbem suam esse Metropolim, Edictaque sibi Imperialia favere contenderit. Sulpitius Alexander apud Gregorium Turonensem lib. 2. cap. 9. refert, *Marcomerum & Sunnonem* Francorum Regulos, Valentiniano II. imperante & Maximo, ac Eugeniano tyrannis regnantibus, sæpius in Gallias irruisse, sed Treviros adhuc stetisse manifeste indicat. Stilichone rem Romanam in Occidente regente, uterque Regulus Gallias iterum turbare cœpit, & limites pacisque leges prætergredi. Quare Stilicho Galliis Romanisque pene totam Cisrhenanam integram restituit, utroque Regulo capto ac in exilium misso, quam in rem Claudianus in lib. 1. de primo Consulatu Stilichonis versu 235.

Acie nec jam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet. Sub judice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomeres Sunnoque docent; quorum alter Etruscum
Pertulit exilium: cum se promitteret alter
Exulis ultorem, jacuit mucrone suorum:
Res avidi concire novas, odioque furentes
Pacis, & ingenio scelerumque cupidine fratres.

XXXI. *Alii Reges ab eodem Francis Præfecti.*

Ex duobus itaque Francorum Regibus alter in exilium a *Stilichone* missus, sed cum alter evasisset, se seque ad bellum & vindictam Fratris accingeret, ipsimet Franci proprios Reges aspernari, quam Romanos lacessere maluere. Post hæc *Stilicho* Francis alios Reges præfecit, ut testatur idem Claudianus lib. 2. in Eutropium versu 375.

Tum forte decorus
Cum Stilichone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legesque Caycis
Arduus & flavis signabat jura Suevis,
His tribuit Reges, his obside fœdera sancit
Judicio.

Quibus consonat quod Claudianus lib. 1. de Laudibus Stilichonis versu 235. canit,

Provincia missos
Expellet citius fasces, quam Francia Reges,
Quos dederis.

Principes a *Stilichone* Francis Præfecti anno CCCCVII, adhuc regnabant, quando Gothi, Vandali, aliique Barbari Gallias ingressi sunt, & pro Romanis militantes cæsi, ut colligitur ex Orosio lib. 7. Historiæ cap. 27. qui de his Barbaris loquens, ait: *Francos proterunt, Rhenum transeunt; Gallias invadunt.* Quem locum non intellexit Gregorius Turonensis laudatus, qui ait: *Orosius, & ipse Historiographus in VII. operis sui libro, ita commemorat: Stilicho congregatis Gentibus Francos proterit, Rhenum transit, Gallias pervagatur;* cum tamen id Orosius non de Stilichone, sed de Vandalis, aliisque barbaris scribat. Non videtur dubitandum, quin *Marcomeres & Sunno* urbem Trevirensem tunc diripuerint everterintque, & duobus aut tribus post annis sedes Præfecturæ Gallicanæ *Arelatem* translata fuerit.

XXXII. *Treviris primum excisis sedes Præfecturæ Gallicana Arelatem translata.*

Verum quidem est, pluses recentiores Historicos hanc primam Trevirorum cladem a Francis illatam, alios in annum CCCCVI. alios in annum CCCCVII. conferre. At non video id sustineri posse; cum ipsimet Franci contriti sint anno CCCCVII. dum pro Romanis adversus Barbaros militarent; & parte alia Honorius Imp. in Constitutione ad Agricolam Præfectum Galliarum datam *XV. Kalend. Maii acceptam Arel. X. Kalend. Junias Domino Honorio XII. & Theodosio* (subaudi VIII. Coss.) ut in ejus fine

ve Concilium: aut certe (quod salubrius arbitror) sine cujusquam præjudicio ambo convocate collegas vestros, eos maxime qui vobis Episcopatus ætate vicini sunt, qui facile quis vestrum verum dicat agnoscant: ut inter vos paucos eadem præ cæteris quæstio dirimatur; & errore sublato, minores a cæteris convocentur, qui nec possunt, nec debent nisi vobis in hac re tamquam prioribus credere; & nunc ignorant, cui vestrum potissimum credant. Hanc epistolam signatam misi annulo qui exprimit faciem hominis attendentis in latus. Hactenus epistola Augustini. Porro hanc controversiam de primatu Numidiæ in hoc Concilio Milevitano adjudicatam Xantippo, sedique Constantinæ, quæ dicta sunt, aperte declarant. Novit & Justinianus Imperator (*a*), primam sedem Numidiæ esse Constantinam Civitatem, in provincia vero Mauritaniæ Cæsaream, in Bizacena Capsam, in Tripolitana Leptim. At de Milevitana Synodo hoc anno habita hæc satis sunto.

(a) *l. 1. C. de offic. Præf. præt. Afric.*

Chri-

PAGIUS

sian legitur, anno scilicet CCCCXVIII. jubeat, ut posthac annis singulis *in Metropolitana, idest, in Arelatensi urbe* Septem Galliarum Provinciæ Conventum habeant: *Siquidem*, subdit Imperator; *hoc rationabili plane probatoque consilio, jam & vir illustris Præfectus Petronius observari debere præceperit, quod interpolatum vel incuria temporum, vel desidia tyrannorum, reparari solita prudentia nostra auctoritate decernimus.* Constantinus autem, qui tyrannidem in Britannia arripuerat, anno CCCCVII. in Gallias venit, & sedem apud Arelatem fixit, ideoque jam antea hæc urbs sedes Præfecti Prætorio Galliarum fuerat, jamque Conventus illi *Septem Provinciarum*, aut neglecti, aut interrupti fuerant. Quare hoc circiter anno conventus ille institutus, & Præfectura Prætorii Galliarum urbi Arelatensi attributa, postquam duobus aut tribus annis rebus Galliæ afflictis, certo loco non constitisset.

JESU CHRISTI ANNUS	INNOCENTII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
403.	2.	9.

I. *Theophili Alexandriai studia in Jo. Chrysostomum.*

CHristi annus quadringentesimus tertius novis Consulibus Theodosio Augusto atque Rumorodio Fastis adscribitur: quo funestum illud accidit, ut a Conciliabulo Joannes Chrysostomus deponeretur. Ante aotem quam hæc aggrediamur, meminisse lector debes, res S. Joannis Chrysostomi anno superiori eo nos statu reliquisse, ut qui ipsi faverent Ægyptii monachi, adversus Theophilum accusationes proposuerint; quarum causa Theophilus Alexandria jussus esset Constantinopolim proficisci: cum interea S. Epiphanius Constantinopolim sponte veniens pugnaturus adversus Origenistas, cum alias innumeras turbas inter Episcopos concitatas reperisset, re infecta, ad suam est reversus Ecclesiam. His vero in memoriam revocatis jam reliquum est, ut quæ hæc secuta sunt, ordine rerum gestarum pro temporis ratione narremus. Ac primum de adventu agamus Theophili Constantinopolim, ubi diutius immoratus est; qui in itinere positus complures collegit Episcopos, secumque duxit Constantinopolim, habens io animo, quod postea explevit, adversus Joannem apud Constantinopolim Synodum celebrare.

Ann. Eccl. Tom. VI.

Erat inter alios Episcopos Theophilo faventes, qui tamen ante Theophilum Constantinopolim venerat, Acacius Berœensis fama notissimus tum ob monasticam ante actam vitam in Syriæ solitudine, tum etiam sacrarum peritia litterarum; de quo ista Palladius (*a*) in dialogo:

(*a*) *Pallad. dialog. rerum gest. Jo. Chrys.*

II. Acacius cum Severiano & Antiocho conspirat.

Per idem tempus contigit, ut Acacius Episcopus Berœa adveniens, honesto (ut dicebat) careret diversorio. Qua ex re indignatus ira excandescebat, quasi fuisset a Joanne contemptus. Victus autem cogitationibus improbis, ex abundantia cordis verbum plenum stultitiæ protulit, dignum ipsius animo, præsentibus quibusdam Joannis clericir dicens: Ego ipsi ollam condio. Et ex eo Severiano conjunctus Episcopo Gabalensi, & Antiocho Episcopo Ptolemaidis (erant hi æmuli in dicendo Joannis Chrysostomi eloquentiæ) *& Isaac Syrulo, circumforaneo falsorum monachorum duci, qui omne tempus contriverat in maledictis, linguam semper adversus Episcopos instruens, quo pacto adversus Joannem, immo adversus Salvatorem armare se queant. Mittunt primum Antiochiam, adolescentiæ illius* (nempe Joannis) *crimina studiose inquirentes. Ubi autem*

F f f 2 de-

PAGIUS	ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5896.
SÆC. V.	☉ 20. D. ☽ 5. P. 29. Mart. Indict. 1.
Anno Eræ Hispan. CCCCXLI.	JESU CHRISTI 403.
	INNOCENTII PAPÆ 3.
A.C. 403.	ARCADII IMP. 21. & 9.
	HONORII IMP. 11. & 9.
	THEODOSII JUN. 2.

I. *Consules.*

[1] COss. *Theodosius* Jun. Aug. & *Fl. Rumoridus*. Theodosii Consulatus juxta primam Consulatuum Cæsareorum regulam: *Rumoridus* vero, qui in inscriptione Reinesiana in Syntagmate *Fl.* dicitur, in Occidente creatus. Divus enim Ambrosius in Epist. ad Eugenium tyrannum docet, eum magisterium militum sub Valentiniano II. gessisse, & Paganum religione fuisse.

II. *Divus Chrysostomus in Synodo ad Quercum deponitur.*

A num. I. ad XXX. Occasione divi *Chrysostomi* magnus hoc anno Constantinopoli tumultus excitatus, schismaque in Ecclesiam invectum ob *Eudoxia* odium in sanctum Antistitem, quod Orationem habuisset ad populum, quæ omnium generaliter mulierum vituperationem continebat. Augusta enim illatam sibi contumeliam putans, curavit ut Synodus adversus eum convocaretur, ad quam *præcipue ii confluxere, qui Joanni variis de causis erant infensi*, inquit Socratet lib. 6. cap. 15. & pluribus prosequitur Baronius, qui perperam tamen num. XVII. & seqq. dubitat de fide Actorum Conventiculi *ad Quercum* adver-sus·

NOTÆ [1] COss. *Theodosius junior Aug.* & *Fl. Rumoridus*. Gruterus pag. MLII. 10.

D. N. THEODOSIO. AUG. ET
FL. RUMORIDO. V. C. CONSS.

Fabrettus pag. 387. n. 231.

RECESSIT. DE. SECULO. DIE. III. IDUS
NOVEMB. CONS. THEODOSIO. AUG.
PRIMUM. ET. ROMORIDO.
V. C. CONS.

Nunc extat lapis in ædibus Capitolinis. Fasti Idatii: *Theodosio*, & *Rumorido*. Marcellinus: *Theodosio juniore & Rumorido Coss.* Prosperi chronicon editum & MS. *Theodosio*, *& Rumorido*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Theodosio A. & Rumorido*.

defecerunt scrutantes scrutationes, nihilque invenirent, quo illius fucarent gloriam, Alexandriam ad Theophilum mittunt, cujus noverant versatile ingenium ad hujusmodi sapienter vicissim machinanda. Ille postquam litteras juxta cor suum legit, oblatam sibi malignandi materiam amplexus perlibenter, horrido silentio servabatur, inquirens occasionem aliquam non levem contra Joannem. Hæc Palladius.

III. Sed inter hæc oborta est occasio, ut Eudoxia Augusta in Joannem alioqui ante perinfensa, in ipsum acerbius excandesceret: quamobrem Theophili acceleravit adventum, quo eo ad deponendum ipsum Joannem artifice uteretur. Quidnam id fuerit, explicabimus paucis. Accidit ut Joannes pro concione, opportuna data occasione, ab illo Regum (a) exordium sumeret: *Congregate ad me sacerdotes dedecoris, qui comedunt mensam Jezabel, ut dicam eis, sicut dixit Elias: Quousque claudicatis utrisque poplitibus? Si Baal est Deus, ambulate post ipsum. Si autem Jezabel quoque mensa ipsa est Deus, comedentes evomite.* Isthæc autem ipsa, ut dicta adversus Eudoxiam Augustam interpretati adversarii, eadem ipsi retulerunt: quibus illa acceptis, in Joannem acrius commota est, & de ejus depositione per Theophilum machinanda indefesso consilio animo vertere sedulo, & opere implere non destitit. Etenim quæ Joannes dixerat de sacerdotibus comedentibus de mensa Jezabel, ad Severianum, Antiochum, & Acacium æmuli referebant, quod hi ab ipsa Augusta Constantinopoli alerentur, aptantes ob id Jezabel nomen Eudoxiæ. Hæc quidem Socrates (b) atque Sozomenus (c) ante Theophili adventum acta volunt; cæterum Leo (d) & Metaphrastes post adventum Theophili ista referunt: quod si verum est, certe quidem inter Sacerdotes Jezabel Theophilum adnumeratum oportuit. Sed & accidebat, ut quoties invectiva aliqua Joannes malas feminas insectaretur, ea mox delatores in Eudoxiam esse dicta referrent. Sed jam de ipso Theophili adventu agamus.

(a) 3. Reg. 18.

(b) Socr. l. 6. c. 14.

(c) Sozom. l. 8. c. 16.

(d) Leo Imp. in [illegible] & Met. in Vi. Chrys.

IV. Visum est quasi plane prodigium, ut Theophilus ad dicendam causam vocatus reus & judicandus, idem quasi triumphum agens advenerit Constantinopolim, plures habens se comitantes Episcopos; & ingressus urbem quodam miraculo ex reo conversus sit in actorem, adversus Joannem Chrysostomum judicium parans. Sed unde id portentum acciderit, in medium afferamus. Jam enim audisti eloquentissimos illius temporis Episcoporum Severianum, Antiochum, & Acacium, & Joannis adversarios Constantinopoli diutius commoratos, ac dicendi facundia haud paucos in ipsum concitasse, & in partes Theophili perduxisse. His accessit, quod majoris efficaciæ videri poterat, Eudoxiæ (ut vidimus) in Joannem animus concitatus. Porro quantarum virium sit femina iracunda, cui sit conjuncta potentia, puto neminem ignorare: rursus vero quam pronum sit genus mulierum sectari studia, & in quam partem semel inhæserint obstinato animo immobile inhærescere, æque exploratum omnibus esse. Quam ob causam accidit, ut Eudoxia Augusta, & aliæ clarissimæ feminæ in Joannem Chrysostomum furore succensæ, partes Theophili tuendas ardentissimo animo susceperint: quænam autem istæ fuerint, Palladius (d) recenset his verbis: *Mulieres præterea quæ celebres sunt, tres viduæ quidem, sed opulentæ, in perniciem salutis suæ pecuniam ex rapinis possidentes, quæ virorum quoque constantiam perturbare possint atque concutere, Marsa* * *Promoti uxor, Castricia Saturnini, & Eugraphia quædam nimia insania fervens: cætera eloqui verecundia prohibet. Istæ, atque isti* (nempe tres Duces manu militari parati subsidium ferre Theophilo, necnon tres recensiti Episcopi pro eodem stantes) *cum haud infideli corde sint segnes, velut phalanx furore ebria in unam sententiam odiosam concurrentes, adversus Ecclesiasticam pacem torrentem proditionis per summam insaniam concitarunt.* Hæc Palladius. Adjunge his Episcopos naufragos, quos a Joanne depositos superius diximus, qui in eum nihil prætermiserunt consilio opeque moliri. Adde insuper clericos Constantinopolitanos majori ex parte ob duras reprehensiones in suum ipsorum Antistitem concitatos. Appone ad hos etiam studia Episcoporum Orientalium & Occidentalium, ob susceptos Constantinopoli Origenistas, a Joanne ipso nonnihil aversa, erga vero Theophilum propensiora. His, inquam, omnibus simul in unum con-

Qui Theophilo adversus Joannem faverint.

(d) Pallad. Dialog. de reb. gest. Jo. Chrys.

* Martia

Quinam starent contra Chrysostomum.

PAGIUS sus divum Chrysostomum celebrati, quæ repræsentat Photius in Biblioth. Cod. LIX. quod pleraque inquit ab aliis Scriptoribus commemorata, in iis omissa sint. Verum, ut ait Huetius lib. 2. Origenianorum cap. 4. Sect. II. num. XVII. non attendit Illustrissimus Cardinalis, eximia quædam tantummodo selegisse Photium & in Myriobiblum retulisse; plurima vero consulto prætermisisse. Sua ergo Actis illis servetur auctoritas, quoad validiori ratione Baronii conjectura firmetur. Ea Acta a Binio in Collectione Conciliorum omissa Labbeus jure merito restituenda censuit, & Baluzius in sua Conciliorum Editione hujus Synodi historiam texuit, ab Auctore conscriptam; qui tum assiduus erat Divo Chrysostomo, a *Palladio* nimirum Episcopo Helenopolitano, cujus Dialogum de Vita Chrysostomi nunc habemus sanum & integrum beneficio Emerici Bigotii. Baronius num. XIX. hæc verba ex illis Actis refert: *Deinde iterum accusavit*

concurrentibus, Theophiloque faventibus, factum est, ut reus veniens, causam dicturus, mox in actorem conversus fuerit, immo & in judicem transformatus.

V. Sed quid de Theophili adventu Constantinopolim idem Palladius (a) scribit, hic reddamus; quem hoc anno contigisse, quæ superiori anno & præsenti haud pridem sunt dicta significant: *Appulit vel secundo Theophilus* (primo enim illuc advenerat, quo tempore Joannes est creatus Episcopus) *adstans veluti Thebanus fimo oneratus, eis quos ex Ægypto & India ipsa conduxerat, & pro fætida invidia flagrantiam spirans, Constantinopolim ingreditur sexta hora, quinta sabbati, a nautico comitatus agmine, turpem referens gloriam, de qua dicit Apostolus* (b): *Quorum gloria in confusione eorum, subinferens, qui terrena sapiunt. Hospitaturque non in tabernaculis justorum, Ecclesiæ mansionem fugitans, oblitusque Davidici illius* (c): *Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Sed profecto arcebat hunc ab Ecclesia conscientia crudelis.* In Palatio enim apud Imperatorem paratum fuisse Theophilo diversorium, tradit Sozomenus (d). Cæterum ipse S. Joannes Chrysostomus in epistola ad Innocentium Papam in suburbio Theophilum mansisse tradit, nec Civitatem ingredi voluisse. Subdit vero Palladius: *Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neque cum Episcopo Joanne congressus est (ut solent Episcopi) neque omnino propinquavit Ecclesiæ: sed perstitit certans nocte ac die, novumque odium veteri copulans, ut Episcopum Joannem omnimodo pelleret, sed vita quoque ipsa privaret, partim profusione auri contra veritatem superstitionem potentium redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos quosque sub jugum mittens, partim assentatione & spe majoris dignitatis fallaces ex clericis quoslibet inducens. Hos igitur omnes absque funiculo voluptatibus vinciens, velut blandus quispiam dæmon, animarum excæcato judicio, ad scenæ ministerium personam dæmoniacam inquirebat, quam etiam est assecutus.*

(a) Pallad. ibid.

Adventus Theophili Constantinopolim.

(b) Philip. 3.

(c) Psal. 83.

(d) Sozom. l. 8. c. 17.

VI. *Pulsi a Joanne fuerant duo & pro sceleribus suis separati ab Ecclesia: horum ille abusus levitate hortatur ut adversus Joannem libellos darent, pollicitus eos restituere in ministerii sui locum (erant autem hæc illorum scelera, alterius quidem homicidium, alterius vero adulterium) quod & fecit: eos enim post Joannis exilium locis restituit suis, datis scilicet libellis, quos ipse ille dictaverat, nihil veri continentes, præter id solum, quod more ille consueverat, ut post communionem, aut aquam, aut pastillum degustarent, ne contra voluntatem una cum saliva sive pituita quicquam sacramenti excrearent, ipse prius id faciens, religionemque pie sentientibus augens.* Hæc ipse: certe quidem in Occidentali Ecclesia antiquo usu in more receptum est, ut post sumptam sacram Eucharistiam ea de causa vinum aqua mixtum Fideles accipiant, vel aquam puram arbitratu cujusque; ut ex hoc minime reprehendendus Joannes esset. Cæterum haud unam hanc rem tantum oblati continebant libelli, sed plane viginti novem formata sunt adversus eum accusationum capita, quæ singula Photius in Bibliotheca sua recenset, nosque de his inferius suo loco.

Conatus Theophili adversus Jo. Chrysostomum.

VII. Quod ad hanc causam spectat; accidit plane Theophilo, ut bene currenti pedibus in via lapso, cum in declivum præceps adactus ruina alterius, casu graviore corruerit. Etenim laudandus ejus impetus ille fuit, quo adversus Origenistas commotus est; commendandusque zelus ejus in eorumdem propulsionem latebras captantium ubique serpentium: Id quidem pleno ore S. Hieronymus, S. Epiphanius, sanctus itidem Anastasius Papa, ac denique Occidentales omnes summis laudibus prædicarunt. Verum cum in Joannem Chrysostomum, causa publica prætermissa, inimicitias privatas exercuit: aperuit calumniantibus januas obtrectandi, & optimos quosque animo a se abalienavit, unde & perpetuam suo nomini ignominiam irrogavit, redditus posteris eo nomine odiosus; cum tantum virum, Joannem dico, quem Innocens imbutum litteris adolescentia illustrarat, monasticisque institutis exculta juventus nobilitarat, necnon disciplina atque exercitatio clericalis Antiochiæ mirifice sublimarat, ac denique ipsa pontificalis sum-

Theophilus mutatus in deterius.

PAGIUS

uit Acacius Heraclidem, ut Origenistam, & quia abstinuit a sanctissimo Epiphanio Episcopo, neque in oratione communicavit illi, neque in convictu. Dedit etiam idem Acacius libellum adversus Chrysostomum talia continentem. Sed inciderat Cardinalis doctissimus in codicem Photii mancum & imperfectum: unde etiam aliqua omisit quæ supplenda sunt ex Actis hujus Synodi, quæ extant ex Photii Bibliotheca Tom. II. Concil. Præterea loco laudato, *Acacius* corrupte legitur pro *Isaacio*: in Græco enim utrobique habetur *Ἰσαάκιος*. Ad hæc ipsemet Photius errat, quando *Isacium* Episcopum vocat, cum ex Palladio citato constet, hunc fuisse tantum Monachum & Presbyterum.

III. Divus Chrysostomus in Epistola anno sequenti ad Innocentium Papam scripta ait: *Et profundo jam vespere, cum plebs omnis nos lamentatione miserabili prosequeretur, tractus in medio civitatis, & violenter abductus, injectusque in navim, noctu navigabam, quia Synodum ad istud judicium vocare volueram.* Quibus verbis innixus Baronius num. XXV. Socratem lib. 6. cap. 15. mendacii arguit, quod scripserit: *Joann.*

Ducitur in exilium.

functio, nullo præpedita terrenarum rerum affectu, Deo, Angelis, & hominibus commendarat: talem (inquam) tantumque virum, columnam Ecclesiæ conatus sit Theophilus comparatis undique machinis deorsum in terram prosternere, penitusque conterere. Sed longe aliter ac concepit animo, accidit, ac plane contrarius est consecutus eventus: siquidem ille persecutione clarior, calumniis illustrior, ac denique morte toti Orbi radiis immortalitatis effulsit.

VIII. (a) Pallad. dialog. de vit. gest. Chrys. — Quid in viduas lascivientes Chrysostomus.

Sed prosequamur res tunc gestas a Palladio (a) Episcopo, qui interfuit, ita describentas: *Cum vero (inquit) Theophilus libellos suscepisset, conversatur apud Engraphiam una cum Severiano & Antiocho, & Acacio, ac reliquis Joanni propter ejus castissima monita infensis. Mos enim erat illi, juxta Paulum, publice & per domos honestatem edocere, & eas hujusmodi maxime verborum castigatione compescere, quæ cum jam anus per ætatem essent, juvenes tamen apparere vellent: Quid, inquiens, cogitis corpus rursum juvenescere, cincinnos in fronte ferentes instar meretricum, ad deceptionem juventium, & congredientium vobis, idque cum sitis viduæ?* Extant quidem ejusmodi objurgationes sæpius repetitæ in ejusdem Joannis Chrysostomi homiliis. Sed pergit Palladius:

IX. Joannes quadraginta collegit Episcopos.

Congregati autem requirebant quo pacto judicium inchoarent. Unus vero ex assistentibus monuit, porrectis ut libellis Imperatori, ipsum etiam invitum ad Concilium traherent. Factum est igitur hoc, sicuti sub Judæis quondam, auro illis per omnia suffragante. Eramus cum Joanne quadraginta Episcopi tunc in Episcopatus triclinio sedentes, admirantesque quomodo qui solus venire jussus erat, ac pro nefariis respondere criminibus, tot sociatus Episcopis venerat: quo item modo sententias Principum immutarat, & complures de clero perverterat. Sic autem sermocinantibus nobis, afflatus Spiritu sancto Joannes repente omnibus ait: Orate fratres: ac si quidem diligitis Christum, mei gratia suam nullus Ecclesiam deserat. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, juxta sententiam Pauli (b). Multas (ut video) pressuras primum patiar, atque ita demum excedam e vita. Scio enim versutiam satanæ, quod non ferat se meis quotidie sermonibus lacessiri. Atque ita demum mihi præstate miserationis affectum, ut in orationibus vestris memineritis mei.

(b) 2. Tim. 4.

X. Luctus Episcoporum qui cum Joanne erant.

Mœrore igitur ineffabili detenti, alii quidem effundebamus maximam vim lacrymarum: alii vero e Concilio egrediebantur, oculos ejus sacrumque caput, una & os illud pretiosum & beatissimum exosculantes, neque se a fletu & singultibus continere valentes. Hortatus redire ad consessum huc atque illuc in morem apum circum alveare crebro murmure perstrepentium: Sedete (inquit) fratres, & flere desinite; ne me amplius affligatis: mihi enim (c) vivere Christus est, & mori lucrum (Jam enim fama vulgaverat, ob fiducia illius magnitudinem capite truncandum esse) Et si tenetis (ait) memoria, reminiscimini quomodo semper dixerim vobis: Via est vita præsens, cujus & tristia & læta pertranseunt. Nundinæ sunt, quæ cernimus omnia; vendimus, emimus, modo divertimus. Num Patriarchis meliores sumus, Prophetisque & Apostolis antecellimus, ut immortalis hic nobis permaneat vita? Ad hæc ingemiscens quidam ex præsentibus, dixit: At vices lugemus nostras, nostramque desolationem, qui pupilli relinquimur, Ecclesiæ viduitatem, confusionem legum, ambitionem non timentium Dominum, & gubernaculis Ecclesiæ sese importune ingerentium, destitutos pauperes, desertumque doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ manus lævæ nodum sæpius pulsans (consueverat enim vir Dei inter animi curas atque æstus hoc facere) ita se alloquenti ait: Sufficit frater, noli plura prosequi. Verum (ut dixi) vestras Ecclesias non dimittatis. Neque enim a me do-

(c) Philip. 2.

PAGIUS

ann. tertio post damnationem die ultro se ipse tradidit, inscia populi multitudine. Cavebat enim ne ipsius causa tumultus excitaretur. Verum, ut animadvertit Valesius in Notis ad locum illum, si verba Socratis attentius expendantur, ea nequaquam a Chrysostomi narratione dissentiunt. Nam Socrates tantum ait, *Chrysostomum* circa meridiem se se Ministris Imperatoris tradidisse, qui, ut ex ejusdem Chrysostomi verbis intelligimus; eum usque ad vesperam detinuere sub custodia, quo sub noctem abduceretur in exilium. Qui itaque ultro se circa meridiem tradiderat, noctu violenter in navim abductus est.

IV. *Ex exilio revocatur.*

Chrysostomus paulo post Imperatoris jussu ex exilio revocatus est, cumque rogaret populus, ut in Episcopali cathedra sederet, ac pro more solito pacem apprecaretur, reposuit: *Id Judicum decreto fieri debere, & oportere ut ii, a quibus condemnatus esset, mutata sententia ipsum absolverent*, ut refert Socrates citatus cap. 16. Sciebat Chrysostomus in Concilio Antiocheno anno CCCXLI. habito hoc decretum factum esse: *Episcopus de Synodo depositus, si sacra celebrare ausus fuerit, redeundi potestatem non habet*. Quare nolebat sedem suam recuperare sine majoris Synodi judicio, ut Canonem Antiochenum, quocumque sensu exponeretur, observasse videretur. Tandem ad preces populi acquievit. Porro Synodus *ad Quercum* circa mensem Julium habita, ut ostendit Baronius ex Palladio num. XXIX. Idem Palladius scribit, duos tantum menses Joannem pacifice egisse: *post duos iterum (scilicet menses) a pluga inflicta modice respirantes, secundo adversus Joannem fremunt*, post duos scilicet menses a terræ motu, qui post ejus depositionem contigit; quid postea adversus *Chrysostomum* præstitum, anno sequenti exponemus.

doctrina Christi cœpit initium, neque item in me desitura est. Nonne Moyses mortuus est? numquid Jesus inventus post illum non est? Nonne Samuel obiit? nonne David unctus est? Excessit vita Hieremias: nonne reliquit Baruch? Assumptus est Elias: nonne prophetavit Elisæus? Capite cæsus est Paulus: nonne post se reliquit Timotheum, Titum, Apollo, & innumeros alios? Hic dictis, *Eulisius Apameæ Bithyniæ Episcopus ait: Necessario, si Ecclesias tenuerimus, communicare cogemur atque subscribere.* Ad hæc Sanctus Joannes: *Communicate quidem, ait, ne scindatis Ecclesiam: verum nolite subscribere: nihil enim mihi conscius sum, propter quod deponi aut dejici merear.*

XI. Synodus a Theophilo congregatur, ad quam citatur Joannes.

Cum inter eos ista referuntur, nunciati sunt astare pro foribus hi quos Theophilus miserat. Jubet eos protinus ingredi. Ingressos, cujusnam essent gradus, interrogat. Episcopos ipse ubi didicit, orat, ut sedentes, quam ob causam advenerint, dicant. Illi autem: Breve tantum habemus, inquiunt. Jubete illud legi. Quod ille ubi annuit; mandant Theophili puero, ut legeret: legit. Erat autem hic textus: Sancta Synodus ad Quercum congregata (erat autem locus trans mare sic vocatus; Ruffini suburbium, in quo illi convenerant) Joanni, neque addentes id quod profecto erat, Episcopo (solet enim fermo obcæcatus animus non rite aspicere, sed ea volvere & conspicari, quæ passio dictat) Libellos contra te accepimus, mala continentes innumera. Occurre igitur, Serapionem & Tigrim presbyteros assumens tecum: est enim illis opus. Hactenus Breve missum. Erant vero qui missi sunt, Dioscorus & Paulus & Libya juvenes admodum.

XII. (a) Sozom. l.8. c.17. Synodus quæ nuncianda Theophilo mandet.

Quod autem ad locum Synodi, ad Quercum dictum: *Fuit* (inquit Sozomenus a) *id suburbium Chalcedonis, quod a Ruffino Consulari jam cognomen habet, in quo & regia est & ampla ecclesia, quam ipse Ruffinus in honorem Apostolorum Petri & Pauli extruxit, & Apostolæum ex his appellavit, monachos etiam in vicino collocavit qui clerum ecclesiæ supplerent.* Hæc Sozomenus. Post hæc Palladius addit: *Postquam lecta est pagina, contradicunt hi qui cum Joanne erant Episcopi: & Theophilo per Episcopos tres, Lupicinum, Demetrium, & Eulisium, & presbyteros duos Germanum, & Severum hæc rescribentes: Noli Ecclesiæ negotia solvere: noli confundere ordinem, & ne scindas Ecclesiam, propter quam Christus descendit ad terras. Quod si impatiens solvis Nicæni Concilii canones, causasque citra terminos tuos cognoscere vis; ipse ad nos transi in bene institutam Civitatem: neque instar Cain Abel in campum provoces; ut nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum septuaginta, apertas & nefarias actiones continentes. Pluresque per Dei gratiam sumus, quam Synodus tua, congregati non ad eversionem Ecclesiæ, sed pacem. Nam tua quidem Synodus triginta & sex habet Episcopos ex una provincia: nos autem quadraginta sumus ex provinciis variis, in quibus & septem sunt Metropolitæ: & necessario convenit pauciores a pluribus ac præstantioribus secundum canones judicari. Habemus enim & epistolam tuam, per quam admones Coepiscopum nostrum Joannem, non oportere citra terminos suos Episcopos judicare. Quocirca Ecclesiasticis obtemperans legibus, accusatores tuos ora, ut a tua accusatione desistant.* Ad hæc motus Joannes, Episcopis suis ait: *Vos quidem, quod vobis videtur, scribite: me autem convenit, ad ea quæ mihi sunt scripta rescribere.*

XIII. Quæ Theophilo renuncianda essent.

Sic itaque Theophilo mandavit, dicens: Ego, an aliquis dicere contra me quippiam possit, hactenus nescio. Porro si quis propositus contra me, vultisque veniam; manifestos inimicos meos, quos mihi negligentia sua facit infestos, conventu vestro primum abjicite: neque jam de loco contendam, ubi me oporteat judicari, etsi id maxime in Civitate fieri oportuit. Sunt autem, quos ut suspectos renuo, Theophilus, quem & in Alexandria & Lycia dixisse certum est: in Comitatum proficiscor, ut Joannem deponam. Id ex eo verum probatur, quod adveniens neque congressus est mihi, neque communicavit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus est, quid post in judicio facturus putatur? Acacium itidem abjici postulo, qui dixit: Ego ipsi ollam condio. Quid autem de Severiano & Antiocho dicam, quorum facinora sæculi quoque theatra canunt? Itaque si me re vera venire vultis; hos quatuor, si quidem judices sunt, Concilio pellite: si autem accusatores, eos ad judicium sistite, ut sciam quo mihi ordine certandum sit, utrum quasi contra adversarios, an adversas judices standum: omninoque non solum ad charitatem vestram, verum & ad omnem quoque universalem Synodum venire paratus sum. Scitote igitur, quod si millies miseritis ad me, nullum aliud responsum a me reportabitis.

XIV. Imperatoris edicto non paret Joannes.

Illis exeuntibus, Notarius edictum habens regium, per quod juxta illorum postulata invito traheretur ad judicium, e vestigio ingressus urgebat. Ubi Notario responsum fuerat, nunciantur duo Joannis presbyteri, Eugenius quidam, qui factionis contra Episcopum Joannem mercedem accepit Heracleæ Episcopatum, & Isaac monachus (ne aliter dicam) ita nunciantes: Mandat tibi Synodus: ut transeas ad nos, responsurus ad crimina. Contra vero Joannes per Episcopos alios ita responsum

spon-

spondit: Quanam, oro, consequentia, quo ordine judicatis, qui neque inimicos meos vultis abjicere, & me per clericos meos accersitis? Ista Palladius. Socrates (a) vero atque Sozomenus (b) addunt jam quarto a Synodo Quercus ad judicium Episcoporum vocatum ipsum fuisse Joannem Chrysostomum, eumdemque demum post alia provocasse ad Synodum œcumenicam. Clerum quoque Constantinopolitanum ad eamdem Synodum esse vocatum comminatione depositionis, si venire detrectaret, idem Sozomenus tradit.

(a) *Socr. l. 6. c. 14.*
(b) *Sozom. l. 8. c. 17.*

XV. Ascititius Canon arguitur.

Cum autem tum ab Episcopis qui cum Joanne erant, tum ab ipso Joanne plures causæ fuerint allatæ, cur minime teneretur se Synodali illi sistere judicio: certe quidem minime prætermissum fuisset, cum & tempus peropportunum & urgens necessitas imperasset, Constantinopolitanæ œcumenicæ Synodi illum citare canonem (si re vera id ibi decretum fuisset, & non per imposturam annexum) quo decernebatur; sedem Constantinopolitanam primum post Romanam tenere debere locum; ac proinde nihil juris sibi Theophilum vendicare potuisse, ut in Joannem ipsum Synodum congregaret, si inferior Theophilus Joanne fuisset. Sed quod alia jura nova deficerent, ipse Joannes ad antiquum canonem Nicæni Concilii provocat, quo limites Ecclesiarum fuerant definiti: ut plane intelligas, nullam penitus penes Joannem Chrysostomum fuisse canonis illius cognitionem, sed per imposturam addítum.

XVI.

Antequam autem reliquas in ea Synodo res gestas in medium adducamus, dicendum cur locum illum trans pontum ad Synodum celebrandam delegerint Episcopi adversarii. In promptu quidem ratio illa est, ob evitandas scilicet Constantinopolitani populi turbas. Probe enim sciebant, illum suo Episcopo addictissimum, nec ullo pacto laturum Joannem e sede deponi: qui nec tamdiu tardaret tumultuari, nisi ab exercitu Imperatoris in officio contineretur. Sed haud his valuit omnino cohiberi, cum quæ in Joannem in Synodo decreta essent, certo postea nuncio accepissent. At de his suo loco dicendum. Dum autem Synodus in Quercu ab Episcopis ageretur, populus pro suo Episcopo die noctuque vigilans solicite agit excubias; plures enim illud insumpsit dies judicium Synodale. Cum inter hæc ipse Sanctus Joannes Chrysostomus ex more haud desisteret ad populum concionari, quem cernebat frequentissimum confluxisse. Tunc enim egregiam illam habuit orationem, qua summam in rebus adversis constantiam præseferens, ita est exorditus: (c) *Multi quidem fluctus, & undæ immanes: sed submergi non vereor; quia super petram sto. Insaniat licet mare, petram non potest commovere: insurgant quantumlibet fluctus, navis Jesu obrui non potest, &c.* Par esset illam integram hic describere, ac ne apicem quidem unum prætermittere, immo & eamdem sæpius lectitare, atque memoriæ commendare; utpote quæ non solum invicti roboris animi, infractique sacerdotalis vigoris constantiam repræsentet, sed quæ omnibus persecutionem patientibus habeat paratum antidotum: ut nemo sit inveniri adeo oppressus animo ac mœrore penitus consternatus, quin una ejus inspectione non erigatur: sed quod præ manibus inter alia ejus scripta habeatur, nimiæ prolixitatis causa vitandæ desistimus. Reddemus hic tantum quæ de populi totius erga eum affectione & studiis ad finem sic habet: *Ecce quot dies sunt, quod vigilatis, & nullum vestrum somnus inclinavit, nec temporis spatium frangit: nullum timor, nullum minæ deterrent; sed terror eorum fortiores vos reddit. Video enim vos, quod semper optavi: ideo quod contempsistis mundi negotia, renunciastis omnibus: nihil jam de terra, neque de terrenis actionibus cogitatis. Ad cœlestia vos migrasse jam cerno: absoluti estis vinculis corporis, ad beatam illam & cœlestem contenditis philosophiam. Hoc mihi sufficit vidisse de vobis; hæc mea consolatio; ista me in agonibus meis velut unguenta quædam corroborant, & fortiorem me agonibus reddunt.* Hæc ipse Chrysostomus, quod videret populum pastori suo posthabere, bona omnia, relinquere opifices officinas, rusticos deserere agros, navigia nautas, lucrum existimantes temporalium rerum jacturam, & mori vivere, si daretur pro sacro Antistite caroque parente vitam quoque profundere.

Joannes concionatur ad populum in Ecclesia.

(c) *Chrys. homil. de expulsione sui ipsius tom. 3.*

XVII. Acta Synodi ad Quercum habitæ.

Sed jam Acta Synodi, quæ licuit reperire, reddamus: ac primum calumniarum in Joannem Chrysostomum congestarum acervum hic revolvamus, quas ejus adversarii mentitis coloribus verisimiles reddiderunt. Extant apud Photium in Bibliotheca, a meo autem Federico Metio intimo amico translata: a quo integrum ipsum Photium Latinitati jam redditum, magno desiderio expectamus edendum: sunt autem hæc verba Photii: *Legimus Conciliabulum, in quo adversus Sanctum Joannem Chrysostomum convenerunt Theophilus Alexandrinus, Acacius Berœensis, Antiochus Ptolemaidis, Severianus Gabalarum, Cyrinus Chalcedonensis Episcopi, & alii. In quo accusatores iidem testes & judices erant. Hæc autem commentariis tredecim gesta sunt, duodecim adversus S. Joannem, tertiusdecimus vero est contra Heraclidem ab ipso in Ephesiorum Episcopum ordinatum, cujus condemnationem & privationem neque perficere potuerunt: nam alii quidam obstiterunt. Accusator quidem*

He-

Heraclidis fuit Macarius Episcopus Magnesiorum: Joannis vero Chrysostomi fuit apertus inimicus & primus ejus accusator Joannes ejus diaconus. Accusabat autem primo Chrysostomum, quod ipsum injuria affecit, eum excommunicando, quia filium suum Eulalium verberavit.

Accusationes XXIX. contra Jo. Chrysostomum.

Secundo quod Joannes quidam monachus mandato Chrysostomi fuit verberatus, & protractus, & instar obsessi a dæmone ferrea catena vinctus.

Tertio, quod margaritas multas vendidit.

Quarto, quod marmara S. Anastasiæ, quæ Nectarius ad exornandam Ecclesiam reliquerat, ipse vendiderit.

Quinto, quod clericos dicebat nullo honore dignos, corruptos, inutiles, vel qui abusibus delectabantur, & aliis præterea contumeliis afficiebat.

Sexto, quod S. Epiphanium nugacem & dæmoniacum dictitabat.

Septimo, quod adversus Severianum commenta & insidias struxit, irritans adversus eum Decanos.

Octavo, quod adversus clerum sycophantiis & calumniis plenum librum condidit.

Nono, quod cum congregasset Concilium totius cleri, tres diaconos sistit Acacium, Edaphium, Joannem, accusans eos, quod suum pallium furati essent, dicens: Quis novit an ad alium usum aliquo pacto illud acceperint.

Decimo, quod Antonium, qui convictus esset sepulcrorum effossor, Episcopum ordinaverat.

Undecimo, quod Joannem Comitem in seditione militum ipse denunciavit.

Duodecimo, quod neque procedens in Ecclesiam, neque exiens orabat.

Decimotertio, quod non in Ecclesia, ut par est, ordinavit diaconos & presbyteros.

Decimo quarto, quod in una ordinatione quatuor Episcopos ordinavit.

Decimoquinto, quod recepit mulieres, solus cum solis agendo, omnes alios rejiciendo foras.

Decimosexto, quod hæreditatem a Thecla relictam emit per Theodolum.

Decimoseptimo, quod de redditibus Ecclesiæ quid agatur, sciat nemo.

Decimooctavo, quod Serapionem accusatum, presbyterum ordinavit.

Decimonono, quod communionem amantes totius universi, ut illi lubet clausos & in carcere mortuos neglexit, & neque deducere, & prosequi eos ad eorum tentoria, & tabernacula dignatus est.

Vigesimo, quod sanctissimum Acacium injuria affecit, neque illum loqui sivit, vel reddere rationem.

Vigesimoprimo, quod Venerium presbyterum tractavit cum multa contumelia.

Vigesimo secundo, quod Porphyrium Presbyterum tradidit Eutropio, ut ejiceretur in exilium.

Vigesimotertio, quod illi soli præsto asset balneum; & postquam lotus fuerit, Serapion prohiberet introitum, ut nullus alius lavaretur.

Vigesimo quarto, quod multos absque testibus ordinavit.

Vigesimoquinto, quod solus comedit, agens vitam Cyclopis turpiter & voluptuose.

Vigesimosexto, quod ipse accusat, ipseque testimonium perhibet, & ipse judicat: idque patere dicunt ex iis quæ adversus Martyrium protodiaconum, & Proeresium Lyciæ Episcopum patravit.

Vigesimoseptimo, quod pugno percussit Memnonem in Ecclesia Apostolorum; & profluente sanguine ex ore ejus, nihilominus obtulit sacra mysteria, & Eucharistiam.

Vigesimooctavo, quod in throno exuitur & induitur, & pastillum comedit.

Vigesimonono, quod pecuniam etiam largitur Episcopis ab ipso ordinatis, ut clero suppeditet. Capita quidem hæc sunt. Ipse vero quatuor vicibus vocatus non accessit, respondens illis qui convocabant: Si apertos hostes ab ordine judicum segregetis, præsto sum accedere, & causam tueri meam: sin minus id vultis facere, quoties mittetis, nihil inane fiet.

XVIII.

Examinarunt & perpenderunt primum & secundum caput istorum. Deinde cœperunt de Heraclide & Palladio Helenopolis Episcopis agere. Et iterum dedit libellum Joannes monachus, cujus diaconus Joannes in accusationibus adversus Chrysostomum mentionem facit, accusans Heraclidem, quod sit Origenista, & quod fur sit deprehensus in Cæsarea Palæstinæ, vestes diaconi Aquilini furatus; & quod quamvis talem, Joannes tamen Episcopum in Episcopatu Ephesi ordinavit. Accusabat etiam Chrysostomum, quod multa mala passus a Serapione propter Origenistas, illum nihilominus lubenti animo dimisit.

XIX. De accusationibus Acacii adversus Joannem.

Deinde his examinatis novum caput fuit perpensum & discussum accusationum viginti novem. Deinde iterum accusavit Acacius Episcopum Heraclidem, ut Origenistam, & qui abstinuit a sanctissimo Epiphanio Episcopo, neque in oratione communicavit illi, neque in convictu. Dedit etiam idem Acacius libellum adversus Chrysostomum talia continentem:

Primo de sæpe dicto Joanne monacho quod vapulavit propter Origenistas, & quod ferreis catenis fuit obstrictus.

Secundo, quod B. Epiphanius propter Origenistas Ammonium, Eutychium, Eusebium, & Heraclidem, & Palladium, noluit cum Chrysostomo communicare.

Tertio, quod hospitalitatem deseruit, solus studens comedere.

Quarto, quod adversus Ecclesiam loquitur, illius altare furiarum plenum appellans.

Quinto, quod gloriatur adversus Ecclesiam, dicens: Amore pereo, & insanio. Et quod debet declarare, quænam sint furiæ, & quid significet, Amore pereo, & insanio: Ecclesia enim haud novit talia.

Sexto, quod aditum aperit peccatoribus, dicens: Si iterum pecces, iterum pœnitentiam facito: & quoties peccaveris, accede, ad me, & ego te curabo.

Septimo, quod blasphemias conversus ad Ecclesiam profert, dicens, quod Christus orans non fuit exauditus, quod non bene oravit.

Octavo, quod populum seducit, ut seditio fiat adversus Synodum.

Nono, quod Ethnicos, qui Christianos male tractaverint, suscipit, & habet in Ecclesia, & illis præest.

Decimo, quod invadit alienas parochias & Episcopos ordinat.

Undecimo, quod clericos inauditos injuriis afficit & contumeliis.

Duodecimo, quod depositum alienum vi rapuit.

Decimotertio, quod absque consessu, & Synodo, & inconsulto clero, præter mentem cleri ordinationem facit.

Decimoquarto, quod Origenistas suscipit; & eos qui cum Ecclesiis communicant, & venerunt cum litteris commendatitiis, in carcerem detrusos non curavit, sed in ipso mortuos, neque omnino respexit.

Decimoquinto, quod alienos servos nondum libertate donatos, sed delictis obnoxios & accusatos, Episcopos ordinavit.

Decimosexto, quod Isacium contigit multa mala pati ab hujusmodi facinorosis hominibus.

Arsacius Archipresbyter, qui ipsi successit, & Atticus presbyter testimonium dixerunt contra Chrysostomum. Sententiam primo dixit Gymnasius Episcopus, postremo Theophilus Alexandrinus, omnes numero quadragintaquinque. Scriptæ sunt Synodicæ ad clerum Constantinopolitanum de facta depositione Chrysostomi. Missa quoque est relatio ad Reges. Traditi illis etiam libelli tres a Gerontio, Faustino, & Eunomio, quibus querebantur, se injuste a Joanne depositos. Facta etiam fuit responsio Imperatoris ad Synodum. Sunt ibidem actiones de Heraclide Episcopo. Hucusque Photius de Synodo habita apud Quercum.

XX. Suspicio de impostura.

Sed subiit interdum animum meum haud levis suspicio de Actis istis, quod spuria sint, & ab adversariis S. Joannis Chrysostomi post ejus obitum conficta. Quandoquidem in eis desiderari videntur, (licet tam multa habeant) quæ in se ab illis objecta fuisse, ipsemet Chrysostomus tradit. Nam ad Cyriacum Episcopum scribens, cum a sede dejectus est, hæc habet: *Multa quidem adversus me confinxerunt, & dixerunt quod ad communionem non jejunos receperim. Et si quidem hoc feci, expungatur nomen meum ex albo Episcoporum, & non scribatur in libro Orthodoxæ fidei. Quoniam ecce si tale quid admisi, abjiciat me etiam Christus a regno suo. Sin autem pergunt hoc mihi objicere, & contendere; deponant & Paulum, qui postquam cœnavit, totam domum baptizavit: deponant & Christum ipsum, qui postquam cœnatum est, Apostolis communionem dedit. Dicunt, quod cum muliere dormierim. Exuite me, & invenietis membrorum meorum mortificationem. Sed hæc omnia per invidiam excogitarunt.* Hactenus de his Chrysostomus. Quod igitur quæ hic recenset maxima omnium esse videbantur accusationum capita: cum inter quadraginta illa sex enumerata minime reperiantur; ut de fide Actorum illorum dubitem, justa ratio persuadet; cum & ab aliis alia ejusdem Synodi Actorum addantur capita, quæ in eisdem Photii Actis minime sit reperire.

XXI. (a) Sozom. l.8. c.18.

Monachi Origenistæ pœnitentes recepti.

Sed quænam hæc sint, adjiciamus. Ait enim Sozomenus (a): *Hoc loco Theophilus una cum cæteris Episcopis conveniens, de libris Origenis nullam quidem mentionem fecit: sed Scetenses istos monachos ad pœnitentiam invitavit, pollicitus se neque injuriæ acceptæ fore memorem, neque mali quicquam esse facturum. Cum igitur suis clamoribus illos urgerent fautores Theophili, ut veniam peterent, & interim simularent Synodum pro ipsis supplicare: monachi perturbati, atque hoc plane fieri oportere rati, multis Episcopis præsidentibus, illud scilicet quod illis dicere solemne est: Etiam si injuriam fecerimus, ignosce, inquiunt. Theophilo igitur illos prompte in gratiam simul & in communionem recipiente, soluta est cognitio, quæ adversus Scetenses istos instituta fuerat. Quod opinor non ita successisset, si una cum reliquis monachis Dioscorus & Ammonius adfuissent. Nam Dioscorus jam ante mortuus, in templo Mocii martyris est sepultus: Ammonius autem modo, cum Synodus convocaretur, corpore languere cœpit; & postquam ad Quercum trajecisset, morbo gravius correptus fuit, & non multo post finivit vitam, & apud vicinos monachos, ubi etiam jacet, splendidam sepulturam sortitus fuit.* Hæc Sozomenus.

XXII. Palladius plus satis suis favit.

At cum de his agit Palladius, tantum tribuit suis Origenistis, ut sanctitatis culmen eos attigisse, atque etiam miracula edidisse falso testetur: Testis domesticus, satis est. Sed pergit Sozomenus: *Theophilus tandem, ubi id intellexisset, illacrymasse fertur, ac dixisse, quod inter universos monachos suos talis non esset,* qua-

qualis fuisset Ammonius, etiam si ipse turbarum extitisset auctor. Processerat interim illi & hoc ex sententia. Hactenus Ipse. Sed in his nihil prorsus apud Acta a Photio summatim collecta, quorum tamen primo loco fuerat mentio habenda: nulla præterea memoria de his quæ sunt ab eadem Synodo acta adversus Episcopos a Joanne missos suæ defensionis causa, de quibus ista Palladius (*a*): *Ad hæc illis Episcopis captis, alium ceciderunt, alium conciderunt, alii ferrum collo imposuerunt, quod sancto viro præparaverant; ut ita injectus in navim, in loca mitteretur ignota; dæmone illos, leonum instar in ferociam excitante.* Hæc de his quæ spectant ad Synodum.

(a) Pallad. dialog.

XXIII. Sententia fertur contra Joannem Chrysostomum.

Subdit vero Palladius: *Comperta illorum immani impudentia, sanctus se ipsum cohibuit. Fortissimi autem illi viri, contextis commentariolis, quæ aranearum telis infirmiora ad probationem erant, contra sanctum sententiam proferunt, cujus neque faciem viderant, neque audierant vocem, die una conficientes nequitiam, quam longe ante texuerant. Neque enim cohibere potest diabolicus impetus, consilii semper & morarum impatiens. Missaque relatio est ad Imperatorem ita exordiens:*

XXIV. Relatio ad Arcadium de damnato Joanne Chrysostomo.

Quoniam accusatus Joannes quorundam criminum, consciusque ad ea diluenda occurrere noluit: hujusmodi vero deponunt leges; id quod & passus est. Continent autem libelli & læsæ majestatis crimen. Jubeat hunc pietas vestra expelli, vel invitum daturum tanti criminis pœnas: nobis enim ista non licet inquirere. Hactenus relatio: sed exclamat Palladius: *O infelicissimi, quæ sentitis & facitis, ea erubescitis facere: non Deum plane, sed homines reveremini, sive metuitis. Erat autem id crimen maledictum in Reginam, quam (ut illi detulerunt) Jezabel appellaverat. At boni viri illi, ferro cædi sanctum videre cupientes, ita detulere. Deus autem & eorum penitus insitam nequitiam patefecit, & Principum corda mollivit, sicut Danieli (b) dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in mansuetudinem conversi, homines vero efferati sunt, non parentes Prophetæ; corripuitque Deus eos qui præter naturam efferati erant, his contra naturam in mansuetudinem versis. In hunc modum Joannes Ecclesia pellitur, misso ad id Comite cum auxilio militum, non secus quam ad barbaricum prælium. Pulsus autem, agellos ad Bithyniæ Prenetum occupat.* Ista de Joannis expulsione Palladius.

(b) Dan. 6.

XXV.

Porro exturbationem Joannis Chrysostomi profundo jam vespere factam, perque milites perductum ad navim, secutumque immensum totius populi lamentum, idem ipse Joannes docet epistola, quam sequenti anno ad Innocentium Papam scripsit; eam suo loco reddemus. Arguendus ex his, qui id meridie esse factum, Socrates (*c*) narrat, dum ait: *Joannes triduo post ejus abdicationem, circiter meridiem, adversariorum manibus clam multitudine se ipsum ultro obtulit: cavebat enim ne propter ipsum tumultus concitaretur. Sic igitur abducitur. In populo autem immensa seditionis flamma incenditur: atque ut in hujusmodi tumultibus usu evenire solet, complures qui erga illum ante infenso & inimico animo fuerant, tum quasi mutata sententia, eum commiserari cœperunt: & qui paulo ante eum abdicatum videre cupiebant, tum falsis criminibus circumventum prædicarunt. Itaque complures tum contra Imperatorem, tum contra Concilium Episcoporum vociferati sunt, contraque Theophilum potissimum, quem criminationis in Joannem confictæ auctorem existimarunt: nam insidiæ, quas Joanni paraverant, amplius in obscuro latere non poterant. Et quamquam multis aliis argumentis perspicue deprehendebantur, tamen vel maxime ex eo, quod cum Dioscoro & ejus fratribus, qui Longi dicebantur, statim post Joannis abdicationem communicavit.* Sed id antea factum diximus ex Sozomeno. Subdit vero Socrates quæ sequuntur:

Joannes Chrysostomus pellitur in exilium.

(c) Socrat. l. 6. c. 14.

Tum Severianus in ecclesia docens, tempus sibi oblatum putavit, quo in Joannem opportune inveheretur; & ob eam causam palam dixit, illum, licet nullius alterius criminis esset convictus, jure tamen propter insolentes & superbos mores abdicatum esse: Omnia enim peccata hominibus condonari, sed Deum (ut sacræ Scripturæ docent) superbis resistere. Quæ cum dixisset, multitudo fuit ad graviorem seditionem concitata. Qua de causa sine mora Imperator Joannem Chrysostomum revocandum curavit. Idcirco Briso Imperatricis eunuchus, eam ob causam missus, in Preneto (est hoc quidem emporium e regione Nicomediæ situm) eum offendit, reducitque Constantinopolim. Hæc Socrates. Porro quod ipse ait, commotione illa populi adductum esse Imperatorem, ut eum Constantinopolim postliminio revocarit; terræmotum quoque factum esse, quo cubilis Imperatoris pars collapsa est, Leo Imperator in encomio de Chrysostomo asseverat. Sed de eo hæc tantum Palladius (*d*): *Media vero transierat dies, cum motum quemdam fieri in suburbio contigit. Perterriti ex hoc, Joannem, misso Notario, revocant: ut plane accideret propter justum suum (e) Dominum commovisse terram.* At Theodoretus (*f*) ejus veritatis firmior atque certior adstipulator hæc ait: *Cum vero noctu terræmotus factus esset, & terror inde Imperatrici incussus, Constantinopoli urbi Maria* (sic dicta, quod dicata illi fuis-

XXVI. Quid Severianus in Joannem Chrysostomum.

Terræmotu agitatur civitas post discessum Joannis.

(d) Pallad. in dialog.

(e) Agg. 2.

(f) Theod. l. 5. c. 33.

fuisset) *præmittuntur prima luce legati ad Joannem exulem, oratum, ut quamprimum ad urbem redeat, periculumque ei impendens depellat. Post quos alii mittuntur legati: post illos etiam alii: adeo ut Bosphorus refertus esset legatorum turba. Ubi vero fidelissimus populus illud intellexit, ostium Propontidis navigiis operuere: omnes namque cum cereis accensis ei obviam fiunt. Atque pro eo quidem tempore hostium illius conjurata manus dissipata est.* Hactenus de his Theodoretus. Addit autem hæc Socrates (*a*):

(*a*) Socr. l.6. c.14.

XXVII. Jo. Chrysostomus introducitur in Civitatem.

Verum quamvis hoc modo esset revocatus; non tamen prius in urbem ingredi, quam coram majoribus judicibus innocens probatus esset; sed in suburbio, quod Marianæ dicitur, ad tempus permanere constituit. Cum autem moram faceret, nec ad civitatem vellet redire: multitudo indigne & graviter ferens, protinus eos, penes quos imperium erat, maledictis vexavit. Quapropter necessitate adductus, ad urbem revertitur. Multitudo prodit illi obviam, eumque summa reverentia ad ecclesiam recta deducit: orat ut sedem Episcopalem capessat, moreque consueto populo pacem precetur. Cum ille recusasset, diceretque hoc non ante faciendum esse, quam cum causa ejus esset judicio disceptata; tum hi qui ipsum condemnarant, mutata sententia, absolverent: magis incendi cœpit: tanta enim cupiditas eum cum in sede collocatum videndi, tum de integro concionantem audiendi illam incesserat. Itaque populi impulsu res sic confecta est. Cum Joannes esset in sede Episcopali locatus, & de more pacem populo precatus fuisset, coactus etiam necessitate concionatus est. Quæ res adversariis alterius criminationis materiam suppeditavit; verum ad tempus illam consopitam jacere passi sunt. Hactenus Socrates: sed adjungit ista Sozomenus (*b*): *Coactus itaque extemporalem quandam orationem habuit: & ex venustissima similitudine argumento sumpto subindicavit, Theophilum cœpisse contumeliam facere Ecclesiæ sibi commissæ, ut & Regem Ægyptium uxori Abrahami* (*c*) *Patriarchæ, quemadmodum referunt libri Hebræorum. Cumque populum (uti par erit) ob propensum animum, Imperatores ob benevolentiam erga se collaudasset: in multos opplausus ac benedictiones Imperatoris ejusque conjugis vulgus excitavit, adeo ut semiplenam orationem abrumpere cogeretur.* Hucusque Sozomenus.

(*b*) Sozom. l.8. c.18.

(*c*) Genes. 22.

XXVIII. Quanta lætitia exceptus Joannes a populo.

At non extat ipsa quidem oratio, neglecta fortasse quod imperfecta relicta fuerit; vel periit una cum aliis multis. Sed adhuc alia reliqua est, habita eodem quoque tempore, cum ab hoc priori exilio reversus est, cujus est exordium (*d*): *Quid dicam? quid loquar? Benedictus Deus. Hunc egrediens dixi sermonem: hunc iteravi revertens: & illic constitutus hunc in ore volvebam, &c.* Sed & de frequentia populi ejusque incomparabili lætitia hæc post multa subjecit: *Ante hoc quidem ecclesia replebatur: sed & nunc in plateis Ecclesiæ factæ sunt. Et unanimes & conjuncti psallentes Dei in vos provocatis aspectum: voces vestræ cæli secreta penetrarunt, ut omnis ætas vestras psalmodias miraretur attenta. Cursus equorum hodie, & pauci illuc, immo cuncti in ecclesia, quasi torrens quidam, ac fluvius vestra facta est multitudo. Voces vestræ elevantur ad cælum, amorem qui ad patrem est ostendentes: orationes vestræ meum coronaverunt caput &c.* Deinde vero de immenso, quo erga pastorem suum flagrabant studio, ista subdit: *O rem inauditam! Pastor quiescit, & oves luporum rabiem abegerunt, insidias vulpium oppresserunt. O ovium sapientia! o filiorum affectus! o discipulorum charitas! o pulchritudo sponsæ! absente viro abegit adulteros: ostensæ sunt ejus divitiæ, apparuit pulchritudo: latrones confusi abierunt, & aufugerunt. Dicete mihi, quomodo persecuti estis lupos? quomodo pepulistis latrones? Frequenti (inquit) oratione ad Deum. Quomodo despexistis adulteros? Continuis (inquit) lacrymis, & desiderio viri. Non accepi arma, non sumpsi lanceas, non arripui scutum: solummodo ostendi eis pulchritudinem meam; qua perspecta, vulnerati fugerunt. Ubi nunc illi? proculdubio in confusione. Ubi nos? in lætitia. Ubi nunc illi? conscientiæ suæ malo tabescunt. Ubi vero nos? in magna exultatione glorificamus Deum, &c.* Hæc & alia plura Chrysostomus in commendationem populi erga suum Episcopum charitatis.

(*d*) Extat tom.5.

XXIX. Clerici & Episcopi restituti.

Restituto in Episcopatum suum Joanne Chrysostomo, Imperator, qui ab adversariis in Ecclesiis fuerant subrogati, clericos abire jussit, & pristinos ante pulsos sua loca recipere voluit; idemque fecit de Episcopis, qui ejusdem Joannis causa a persequentibus facti erant extorres, quos ad proprias sedes voluit remeasse. Ipse vero Joannes adiens Imperatorem, petiit ab eo suam causam tractari in legitima Synodo; cujus rei agendæ causa ab ipso imploravit auxilium: hæc omnia habet ipse Chrysostomus in epistola ad Innocentium Romanum Pontificem suo loco reddenda. Ad hæc autem Sozomenus (*e*) ista addit: *Porro Joannes Constantinopolim reversus, magis etiamnum gratus populo apparuit. Et cum eo tempore convenissent Constantinopolim circiter sexaginta Episcopi, decretum per eos est, ut & irrita haberentur ea quæ ad Quercum acta fuerant, & ut Joannes Episcopatum retineret.* ista ipse. At vero hæc ex his quæ Palladius scribit, improbantur, dum ait, Theophilum cano-

(*e*) Sozom. l.8. c.19.

ne

ne Antiochenæ Synodi egisse adversus Joannem, quo jubebatur, ut a Synodo depositus Episcopus non alio modo nisi ab alia Synodo majori Episcoporum numero posset restitui. Quod si verum esset, restitutum fuisse Joannem a Synodo sexaginta Episcoporum; nullus poterat esse locus objectioni a Theophilo factæ. Cæterum ipse Joannes in dicta epistola ad Innocentium, de his agens, tradit expetitam a se Synodum, quæsitamque magno studio ab Imperatore: quam futuram timens Theophilus, fugam cum suis arripuit, rediens Alexandriam: qui licet vocatus litteris Imperatoris, venire contempsit, plebis furorem, quam timeret, prætexens excusationis loco. Et quamvis ipse Joannes laboraverit de parando legitimo Synodali judicio; numquam tamen voti compos effici valuit, ut ipse testatur iisdem ad Innocentium litteris; quibus pariter declaratur, ipsum restitutum in Ecclesiam sedisse usque ad anni sequentis magnum sabbatum, qua die iterum expelli contigit; quanam vero occasione, suo loco dicendum. Hæc quidem gesta sunt hoc anno; ipsam autem Synodum ad Quercum habitam circa mensem Julii, Palladii (a) testificatione, qui tunc cum Joanne aderat Constantinopoli, affirmari posse videtur. Etenim cum dicat, novem vel decem mensium spatium interfluxisse a dicta Synodo celebrata hoc anno ad Quercum, usque ad sequentis anni Quadragesimæ tempus, in cujus fine tunc (ut idem etiam tradit Joannes) ipso magno sabbato iterum expelli contigit: plane opus est dicere, hoc anno circa Julii mensem Synodum illam a Theophilo esse habitam, Joannemque a sede expulsum.

Tempus Synodi ad Quercum habitæ.

(a) Pallad. in dialog.

XXX. Ad postremum vero ad res hoc anno per Theophilum Constantinopoli gestas Socrates (b) ejusmodi addidit appendicem: *His (inquit) rebus gestis, Theophilus in omnem offensionem incurrit. Odium contra illum inde etiam crevit, quod libros Origenis studiose legere non vereretur. Rogatus igitur a quodam, cur libros, quos condemnaverat, de integro amplexaretur? respondit, libros Origenis similes esse prato omnibus florum generibus referto: Idcirco (inquit) si quid reperio in illis boni, illud decerpo; sin spinosi quicquam, hoc utpote aculeis pungens, missum facio. Hoc respondit Theophilus, non complexus animo illud Salomonis (c): quod verba sapientum sint tamquam stimuli; & qui præceptis in illis comprehensis pungnntur, non debent ex adverso calcitrare.* Hæc Socrates, sed qui plane haud assecutus sit sensa verborum Theophili; vel quod qui semel in eum dicere cœperat, omnia ab ipso dicta vel facta æque redarguere prosecutus est.

(b) Socr. l.2. c.15.

Theophilus in quo commendandus.

(c) Eccl. 12.

XXXI. Cæterum Theophili dicto nihil sapientius, utpote qui ostenderit errores tantum Origenis sibi displicuisse, atque damnasse, nec rejecisse ob aliquot in eis aspersas hæreses omnia ejus scripta, quæ legere consuevit, atque laudare. Id quidem Theophilus plane ex totius Ecclesiæ Catholicæ sententia, quæ (ut pluribus dictum est) ita legit Origenis commentarios, ut ab ejus erroribus esse cavendum admoneat: eamdemque fuisse S. Hieronymi quoque sententiam, demonstravimus superius ex ejus epistola ad Tranquillum. Porro & diffamata ea tunc fuit calumnia in Theophilum, quod Origenis quos damnasset antea libros, recepisset; quodque cum jam damnatos a se antea monachos in amicitiam revocasset, quasi ipse Origenis sectator effectus esset. Cæterum & hos recepit pœnitentes (ut vidimus) & libros sic legendos accepit Origenis, ut tamen abstinendum diceret ab aspersis in eis hæresibus. Quod autem eodem quo a principio fuit animo, in damnandis Origenis erroribus ipse Theophilus perseverarit, duæ reliquæ Paschales epistolæ, quarum alteram hoc anno, alteram vero sequenti datam diximus, apertissimam fidem faciunt. Felix ipse (iterum dicam) Theophilus, si in prosequendo causam adversus Origenistas, dignum plane opus tanto Episcopo, non admiscuisset illis privatas affectiones, in Joannem Chrysostomum ab exordio ejus sedis jam male conceptas.

XXXII. Quid autem acciderit eidem Theophilo hoc anno Alexandriam redeunti, Sozomenus (d) ita narrat: *Theophilus etiam statim nihil cunctatus (quamquam jam hiems ingrueret) fugiens una cum Isacio monacho, Alexandriam adnavigavit. Sed cum tempestas maris urgeret, appulit Geras, quæ est Civitas pusilla, plus minus quinquaginta stadiis a Pelusio distans. Hujus urbis Episcopo tum vita defuncto cives (ut accepi) elegerunt Ecclesiæ suæ Antistitem Nilammonem, virum bonum, & qui ad monasticæ vitæ fastigium conscendisset. Is habitabat ante Civitatem in domuncula, in quam se ipse concluserat, janua lapidibus obturata, eo proposito, ut sacerdotium aversaretur. Theophilus itaque veniens, hortabatur, ut ordinationem a se oblatam acciperet. Apud quem ille quamvis frequenter se excusans, nihil obtinuit. Tandem instanti: Cras (inquit) ita facias, si placet, o Pater, ut ego hodie res meas ante disponam. At cum Theophilus postridie ex condicto venisset atque eum fores aperire jussisset: Age vero (inquit Nilammon) oremus primum: Quo laudato, Theophilus quidem oravit, sed Nilammon inter orandum hanc vitam reliquit. Hoc autem & Theophilo primum, & iis etiam qui cum illo foris sta-*

(d) Sozom. l.8. c.19.

Nilammon potius delegit mori quam fieri Episcopus.

stabant, ignotum erat. Verum cum paulatim tereretur dies, quia sæpenumero intentius evocantes non audiret, dejectis, qui ad januam erant, lapidibus, repererunt hominem mortuum. Involutum igitur quibus oportebat, publica sepultura dignati sunt; ac templum etiam supra illius sepulcrum indigenæ construxerunt, & summa cum solemnitate adhuc diem mortis ejus celebrant. At Nilammon quidem ad hunc modum mortuus est: si tamen mortem dicere oportet, quam ille subire maluit, quam Episcopatum suscipere, quo se indignum esse ob ingenii modestiam censuit. Hucusque Sozomenus. Porro non apud Geras tantum, sed in universa Catholica Ecclesia natalis Nilammonis publicis consignatus monumentis viridi memoriæ perseverat. Voluit Deus ejusmodi exemplo tum omnibus significare, quam periculosa esset Episcopalis præfectura, ut præstet interdum mori, quam in maximum discrimen adduci: tum etiam Theophilum magis sobrium reddi, ut animo volveret quod viderat; consideraretque si parvæ civitatulæ præficiendus Episcopus a Deo expetierit ante mori quam munus suscipere; quanti esset periculi, præesse Alexandrinæ Ecclesiæ Orientalium omnium maximæ, omnibusque simul Ægypti provinciis, atque aliis adjacentibus regionibus. Sed nihil penitus eo exemplo profecisse ipsum quidem, quæ anno sequenti de ipso dicenda erunt, ostendent.

Ecclesia erecta Nilammoni & dies festus statutus.

XXXIII. Julia Manichæa seducit Gazenses.

Hoc eodem tempore (post annum videlicet a demolitione famosissimi templi Gazensis, in cujus locum ecclesiam Eudoxia Augusta ædificandam curavit) contigit Gazæ publica disputatio inter S. Porphyrium Gazensis civitatis Episcopum, & Juliam Antiochenam clarissimam feminam, quæ illuc advenerat, ut Gentiles, quos audierat ad Christi fidem conversos, ad sectam Manichæorum pelliceret. At quoniam in ea prodigium memoriæ dignum accidit, dignum putamus, ut rei gestæ narratio a Marco Gazensi diacono litteris quam fidelissime commendata hic describatur. Sic enim se habet (a): *Illo autem tempore* (nempe anno sequenti a ruina Marnei templi) *venit in civitatem mulier quædam Antiochena, quæ vocabatur Julia: erat vero ex execranda hæresi eorum qui dicuntur Manichæi. Cumque cognovisset aliquos esse recens illuminatos, & in sancta fide nondum stabilitos, in eorum irrumpens animos, eos corrumpebat per doctrinam suam, oculos perstringentem & incantantem, sed multo magis per pecuniæ erogationem.* Et post nonnulla de impiis Manichæorum erroribus, rursum inchoatam prosequitur orationem: *Cum* (inquit) *illic versaretur pestifera mulier, quidam fallaci illius doctrinæ sunt seducti. Post aliquot vero dies cum id cognovisset a quibusdam Fidelibus S. Porphyrius Gazensis Episcopus, eam accersitam interrogavit, quænam, & unde esset, & quamnam haberet opinionem. Illa autem & patriam, & se Manichæam esse, confessa est. Iis autem qui erant apud ipsum, ira motis (erant enim quidam pii) eos rogabat beatus, ne irascerentur, sed patienter eam admoneant & semel & bis, servans id quod dictum est a S. Apostolo (b). Deinde dicit mulieri: Abstine, o soror, ab hac mala opinione: est enim satanica. Illa autem respondit: Dic, & audi: & aut persuadebis, aut persuaderis. Sanctus vero dixit: Para te in crastinum diem & veni huc. Illa autem eum valere cum jussisset, est egressa.*

(a) Apud Metaph. die 26. Feb. vertat Lipo. & Sur. ea die.

(b) Tit. 3.

XXXIV. Disputatio Porphyrii cum Julia Manichæa.

Beatus vero cum jejunasset, & Christum multum rogasset ut diabolum pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Advocavit autem quosdam ex piis clericis & laicis ad disputationem suam & mulieris. Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros, & totidem mulieres, quæ erant juniores & formosæ, omnes vero pallidæ: Julia autem erat provecta ætate. Ducebatur autem tota eorum disputatio a scriptis, & orationibus mundanæ disciplinæ, multo vero magis Juliæ. Erat autem humilis eorum habitus, & modesti mores, & (quod dicitur c) extrinsecus oves, intrinsecus vero lupi rapaces, & venenata animalia: omnia enim dicunt & faciunt cum simulatione. Deinde jussi sedere, disputabant, & inquirebant. Sanctus autem Porphyrius ferens sancta Evangelia, cum fecisset signum Crucis in ore suo, cœpit eam rogare, ut diceret suam opinionem. Illa vero cœpit. Frater autem Cornelius diaconus, qui fuit paulo ante nominatus, sciens notis scribere, quibus utuntur in jure, jussus a beatissimo Episcopo, notabat omnia quæ dicebantur & opponebantur, me & fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea quod sit magna, ut qui velim compendio hoc scriptum mandare litteris: eam vero in alio libro exposui iis qui volunt scire sapientiam a Deo datam sanctissimo Porphyrio, & aniles fabulas quae effutiit prodigiosa loquens & venefica Julia. Quam quidem cita est persecuta divina justitia. Postquam enim multa pluribus horis esset fabulata, & consuetas dixisset blasphemias in Dominum & Deum universorum: motus divino zelo sanctus Porphyrius, videns eum qui omnes fines continet, tam qui cadunt sub aspectum, quam qui non cadunt, blasphemiis & maledictis incessi a muliere, in qua operabatur diabolus, & quæ se submittebat illius voluntati; in eam tulit sententiam, dicens: Deus qui fecit omnia, qui est solus æternus, nec habens principium, neque finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam

(c) Matth. 7.

per-

percutiat linguam, & obstruat os tuum, ne loquatur blasphema. Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Julia, & mutari vultu, & manens in extasi longam tempus non loquebatur, sed erat muta & immobilis, habens apertos oculos, & intuentes sanctissimum Episcopum. Qui vero cum ea erant, cum aspexissent ea quæ sustinebat, magno timore affecti sunt. Eam autem consolabantur, & carmina cantabant ad ejus aures; sed non erat vox, neque auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras, quas in honore habuerat (secundum Manichæorum disciplinam) *eam lucem esse arbitrans, convenienter Scripturæ, quæ dicit* (a): *Væ iis qui faciunt id quod est dulce amarum, & quod amarum dulce, & ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. Jussit autem sanctus componi ejus corpus, & tradi sepulturæ, misertus humanæ naturæ; erat enim summe clemens & misericors. Quicumque vero audierunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati, non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant duo viri ac mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes procidérant ad pedes beatissimi Episcopi, dicentes: Erravimus: & petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes anathematizare Manetem auctorem eorum hæresis, ex quo etiam appellati sunt Manichæi: & cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam Catholicam Ecclesiam. Occasione autem illorum, & alii quoque ex aliis gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.* Hactenus de his Marcus diaconus. At jam res Occidentales invisamus.

Julia Manichæa divinitus percussa obiit.

(a) *Isai.* 5.

XXXV. Concilium generale Carthaginense.

Hoc eodem anno, iisdemque Consulibus, octavo Kalendas Septembris, celebratum est in Africa Concilium Carthaginense, Generale dictum, quod ex omnibus Africæ provinciis legationes in eo affuerint, nimirum ex provincia Bizacena, Mauritania Sitifensi, & Mauritania Cæsariensi: ex Numidia vero legati mitti minime potuerunt ob tumultuantes tyrones, ut excusavit Alypius Episcopus Tagastensis, qui interfuit cum Augustino Hipponensi Episcopo, atque Possidio Calamensi: sed ex provincia Tripolitana missa est legatio, prout ejusdem Concilii, quæ extant Acta (b) declarant.

(b) *Tom. 2. Conc. & in Conc. Afr. c. 57. 58.*

XXXVI.

Quid est autem quod Alypius sic excusat, legationem ex Numidia ob tyrones mitti minime potuisse? ait enim (c): *Nos quidem de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus, & Possidius; sed de Numidia legati mitti non potuerunt, quod adhuc tumultu tyronum Episcopi propriis necessitatibus in Civitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt, &c.* Et rursum inferius iterum de impedimento tyronum meminit. Quantum enim ex quatuor rescriptis datis hoc anno sub iisdem Consulibus Theodosio & Romorodio colligi posse videtur: tyrones in Africa desertores militiæ facti, longe lateque per provincias grassati sunt more prædonum: quos Imperator, quatuor illis hoc anno datis rescriptis ad Hadrianum Præfectum prætorio, compescendos curavit. Nam sexto Nonas Octobris hæc post alia antea edita ita statuit (d): *Opprimendorum desertorum facultatem provincialibus jure permittimus: qui si resistere ausi fuerint, velox ubicumque jubemus esse supplicium. Cuncti etenim adversus latrones publicos desertoresque militiæ jus sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum. Hac tamen conditione servata, ut ab his junioribus, qui proxima indictione præstanti tempore conferuntur, supplicia temperetur, quos per provinciales intra præscriptum legibus tempus ad ea signa, quibus destinati fuerant, redhibendi sunt, ac possessores redhibitionis damna percellant, propter eos qui acdum pene inspirate militiam fugerunt. Sed ut in his patientiam tenemus, ita omnes, qui ultra memoratum indictionem & nostra beneficia sanctionis castra & militiam deseruere, condemnationibus obnoxios esse præcipimus, &c.* Plane hos sollicita cura compressos fuisse, quod de his nulla amplius mentio habeatur, possumus existimare. Sed ad res Concilii revertamur.

(c) *Aug. cont. Cresc. l. 3. c. 46.*

De Tyronibus tumultuantibus.

(d) *l. 11. 12. 13. 14. de desertorib. C. Thc.*

XXXVII.

Hujus autem totius Africæ Generalis celebrandi conventus digna illa causa intercessit, ut in eo ageretur de invitando ad unitatem Catholicæ Ecclesiæ Donatistas in Africa consistentes. Meminisse debemus, jam elapso anno, cum Anastasius Romanus Pontifex Romanæ Eccle-

fiæ

PAGIUS V. *Synodus Carthaginensis adversus Donatistas celebratur.*

A num. XXXV. ad L. Theodosio & Rumorido Coss. *VIII. Kal. Septemb.* habitum Carthaginense Concilium, & octo capitula in eo condita, inter quæ illud fuit, ut solemni instrumento provocarentur Donatistæ ad reddendam in publica collatione suæ defectionis rationem: sed hanc conditionem communi consilio indignis modis Donatistæ recusarunt. Quare Augustinus Epistolam LXXVI. quæ alias erat CLXXI. laicis ejusdem Sectæ scripsit, ut ex hac suorum Episcoporum declinatione suspectam causæ suæ justitiam tandem habere discerent. Sed hic non stetere Donatistæ; *Crispinus* enim Calamensis Episcopus *Possidium* ejusdem civitatis catholicum Episcopum sic insectatus est, ut is vix fuga saluti suæ consulere potuerit. Ob hæc & alia facinora *Crispinus* in judicium vocatus mulctatus est a Proconsule, qui rogatu Possidii mulcta remissa, Imperatorem appellavit, qui eandem mulctam ipsi cæterisque Donatistis clericis inflixit, ut pluribus narrat Baronius ex Augustino lib. 3. contra Cresconium cap. 46. & ex Possidio in vita Augustini cap. 11.

ſum præeſſet, hæc agitari cœpta, dum idem Pontifex (ut ſuo loco dictum eſt ſuperius) ad hoc ſuis litteris excitavit Epiſcopos Africanos: quibus (ut vidimus) in unum coeuntibus, quid facto opus eſſet, ut quem optarent omnes, res conſecutura eſſet effectum; decreta inter alia in eo Concilio fuit legatio ad ipſum Romanum Pontificem pro indulgentia aſſequenda, qua liceret Donatiſtis ad Catholicam Eccleſiam revertentibus, eamdem quam apud ſuos accepiſſent, dignitatem retinere.

XXXVIII. Conceſſit hoc ipſe Romanus Pontifex: ſed paulo poſt ex hac vita ſublato, & novo ſubrogato Epiſcopo Innocentio, in præſentem annum dilatum eſt ipſum hac de re congregandum Carthagine Generale Concilium, in quo legati Roma reverſi, quæ ab ipſo Romano Pontifice obtinuiſſent, coram omnibus ſignificarunt: id enim ex verbis Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi ſatis accipi poteſt, ubi inter alia quæ in Synodo præfatus eſt, hæc habet: (a) *Jamdudum enim (ſicut veſtra ſanctitas recordatur) habito Concilio, deſtinavimus fratres noſtros ad tranſmarina legatos, quos oportuit in cœtu ſanctitatis veſtræ perfunctæ legationis curſum narrare.* Ita ipſe.

(a) Concil. Carth. ſub Innocent. praef. & Conc. Afr. c. 57.

XXXIX. Pro unitate vero Eccleſiæ componenda, Donatiſtiſque pacis fœdere conciliandis, quid in hoc ipſo Concilio decretum fuerit, idem Aurelius docet his verbis: (b) *Profeſſio veſtrum omnium hoc deprompſit, debere unumquemque noſtrum in civitate ſua per ſe convenire Donatiſtarum præpoſitos, aut adjungere ſibi vicinum unum collegam; ut pariter eos in ſingulis quibuſque Civitatibus vel locis per magiſtratus, vel ſeniores locorum conveniant.* Decretum poſt hæc, ut de his ex Synodo ad Judices litteræ ſcriberentur: necnon tunc exarata eſt forma conventionis, qua iidem Donatiſtæ cum Catholicis convenirent, ab omnibus ſervanda, ibi in Synodo recitanda. Quod & factum eſt, lectis in primis litteris miſſis ab ampliſſima (ut ibi dicitur,) ſede, nempe Apoſtolica orbis Romæ, quibus quæ ab ea fuerant impetrata, nota fierent. Recitata pariter & juſſione, qua quid ſinguli acturi eſſent innoteſceret, ipſa demum conventionis forma præſcripta ibidem publicata eſt, qua ipſi convenire deberent Donatiſtas: quæ in hunc modum ſe habet (c):

(b) Apud Conc. Afr. c. 58.

De unitate procuranda cum Donatiſtis.

(c) Ibid. c. 59.

XL. *Convenimus vos ex Concilii noſtri Catholica auctoritate miſſi, de veſtra correctione gaudere cupientes, conſiderantes Domini charitatem, qui dixit (d): Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: & admonuit per Prophetam (e) etiam his qui dicunt ſe fratres noſtros non eſſe; dicere nos debere, Fratres noſtri eſtis. Hanc ergo pacificam ex charitate venientem communionem noſtram contemnere non debetis; ut ſi quid veritatis habere vos arbitramini, non dubitetis aſſerere. Ideſt, ut congregato veſtro Concilio delegatis ex vobis quibus cauſam aſſertionis veſtræ committatis, ut nos poſſimus hoc facere: ut etiam de noſtro Concilio deligantur, qui cum his quos delegeritis conſtituto loco & tempore, quicquid quæſtionis eſt, quod veſtram a nobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiant: ut tandem aliquando, adjuvante Deo noſtro, finem veternoſus error accipiat: ne propter animoſitatem hominum infirmi noſtri & ignari populi ſacrilega diſſenſione diſpereant. Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile diluceſcet. Si autem hoc facere nolueritis, diffidentia veſtra facile innoteſcet.* Hactenus forma, quam dicunt, conventionis.

(d) Matt. 5.

(e) Iſai. 66. ſecundum lxx.

Forma conveniendi Donatiſtas.

XLI. Hujus plane Concilii, & decreti in eo de conventione ſtatuti, viſus eſt meminiſſe Sanctus Auguſtinus qui interfuit, ubi agens contra Creſconium hæc ait (f): *Et quia multi erroris eorum laqueis implicati, cum quibus, ut inde liberarentur, agebamus, reſpondebant nobis, hoc nos cum Epiſcopis ſuis agere debere, collationemque noſtram ſe vehementer optare, ubi poſſent videre, quibus aſſerentibus ſuperaret veritas falſitatem: in Carthaginenſi totius Africæ Concilio nobis placuit, ut adhibita etiam publicorum teſtificatione Geſtorum, quo poſſemus eis qui hoc flagitabant, probare deſiderio eorum nos minime defuiſſe; veſtri pacifice convenirentur Epiſcopi, quiſquis ab eo noſtrum, qui eodem loco, in quo ille, conſiſteret: ut per collationem noſtram errore ſublato, Chriſtiana & fraterna ſocietate, unitate, charitate, pace frueremur: id intuentes, quia ſi hoc fieri vellent, adjuvante miſericordia Dei, faciliime poterat, quicquid in cauſa noſtra eſſet, agnoſci: ſi autem recuſarent, ſaltem diffidentia eorum non fruſtra illis, qui hoc a nobis popoſcerant, appareret.* Hæc ipſe. Sed quæ conſecuta hæc fuerint, mox ſubdit his verbis:

Ratio conveniendi Donatiſtas.

(f) Aug. cont. Creſ. l. 3. c. 45.

XLII. *Factum eſt; conventi ſunt; recuſarunt: quibus verbis, quo dolo, maledictione, amaritudine pleni, nunc longum eſt demonſtrare.* Verum quid acciderit Poſſidio convenienti Criſpinum ejuſdem civitatis, cujus ipſe erat, partis tamen Donatiſtarum Epiſcopum, ex quo pariter quid reliquis Catholicis reſponſum a Donatiſtis Epiſcopis fuerit, poſſumus intelligere, a S. Auguſtino accipe. Ait igitur (g): *Interea Criſpinus Calamenſis veſter Epiſcopus a Poſſidio collega meo in eadem civitate apud Acta conventus, ad Concilium veſtrum primo diſtulerat, pollicens cum collegis ſuis ibi ſe viſurum, quid reſpondere*

Conventus a Poſſidio Criſpinus quid dixerit.

(g) Aug. cont. Creſ. l. 3. c. 46.

dese deberes. Deinde post non parvum tempus, repetita conventione, rursum apud Acta respondit, ista scilicet. *Verba viri (a) peccatoris ne timueris. Et iterum: In aures imprudentis cave ne quicquam dixeris: ne, cum audierit, irrideat sensatos sermones tuos: Postremo hanc responsionem meam Patriarchali sermone definio: (b) Recedant a me impie: vias eorum nosse nolo.* Hactenus recitata ab Augustino verba Crispini, apud Acta Proconsularia scripta; quam vero turgida, & quam inflato corde, animoque tumenti prolata! Unde idem S. Augustinus: *Hanc* (inquit) *ejus responsionem cum docti indoctique viderent, quippe hominis dicentis verba viri peccatoris se non timere, cui respondere minime auderet &c.* expendit ejus responsionis sententias singulas, quas in omnibus ostendit prorsus fatuo esse homine dignas.

(a) Matt. 2.

(b) Prov. 13.

XLIII. Sed qui verbis causam agere diffideret Crispinus Episcopus Donatista, armis eam prosequi satius judicavit. Sed quonam modo per alios id perfecerit, ita subdit Augustinus (c): *Cum ergo ista responsio a multis intelligeretur, multis etiam demonstraretur quantum inanis esset, quantum attinebat ad causam; quam vero amara & maledica, quod non pertinebat ad causam: atque ita ejus, sicut apud vos habetur, doctissima annositas, hesterno contra stante tyrone, nihil adversum veritatem posse videretur: subito post paucos dies iter agenti Possidio, alius Crispinus ejus presbyter, & (ut perhibetur) propinquus, tetendit insidias armatorum: in quos pene jam noster inciderat, nisi eis prospectis atque nuntiatis, ad quemdam fundum fugiens, divertisset; ubi ille nihil auderet, vel non prævaleret; vel si quid etiam fecisset, negare non posset. Quo comperto, continuo consecutus est tanta cæcus insania, ut jam latere, turpe arbitraretur. Tunc domum, in qua cum suis se Possidius incluserat, sepire armatis, lapidibus circumtundere, ambire flammis, aditum ex omni parte moliri. Quæ vero aderat incolentium multitudo, memor periculi sui, si se eo loco aggressum tantum facinus impleretur: partim illum deprecabatur, ut parceret, quem resistendo non audebat offendere; partim vero ignes suppositos extinguebat: cum ille nihilo segnius septis fervidus atque succensus instaret. Cessit aliquando ictibus janua: ingressi sunt, sauciatisque cæde jumentis quæ in inferiore domus parte compererant, de superioribus Episcopum deposuerunt, afficientes plagis & contumeliis. Ubi ne gravius sævirent, intercessit ipse Crispinus velut aliis rogantibus flexus, quorum non tam videbatur in ira sua curare deprecationem, quam in facinore testimonium formidare.*

(c) Aug. cont. Cresc. l.3. c.46.

Quid Possidius a Crispino passus.

XLIV. Damnatus Crispinus appellat Impp.

Hæc postquam nota facta sunt in oppido Calamensi, expectabatur Crispinus Episcopus vester, quemadmodum in suum presbyterum vindicaret. Accessit etiam protestatio municipalibus Gestis expressa, cujus vel timore vel pudore cogeretur exercere Ecclesiasticam vindictam. Quod cum omnino contemneret, tantusque fieret vestrorum tumultus, ut quia veritati prædicandæ respondere non poterant, itinera clausuri putarentur, immo vero etiam cernerentur: leges, quæ non deerant, sed quasi deessent, in nostris manibus quiescebant, adversus Crispinum Episcopum vestrum commotæ sunt, magis ut nostra mansuetudo demonstraretur, quam ut illorum puniretur audacia. Neque enim aliter innotesceret, quid adjutorio Christi Ecclesia in suos inimicos posset, & nollet; non secundum hæreticam præsumptionem privato favore Circumcellionibus sævientibus, sed secundum propheticam veritatem jugo Domini Dei subditis Regibus. Exhibitus igitur Crispinus, & quod se esse Proconsuli quærenti negaverat, facillime convictus hæreticus, decem tamen libras auri, quam mulctam in omnes hæreticos Imp. Major Theodosius constituerat, intercedente Possidio, non est compulsus exolvere. Qua mitissima sententia non contentus, nescio quo consilio, quod displicuisse vestris omnibus dicebatur, ad ejusdem Theodosii filios provocandum putavit. Acceptatum est: Rescriptum est: quid aliud, nisi quod pars Donati jam sciret se ad illam pœnam aurariam cum cæteris hæreticis pertinere? cum quibus propter communionem talis persecutionis aut communem se deputes habere justitiam; aut si non deputat, non se ideo jactet justam, quia ea pœna coercetur, qua coerceri & eas hæreses videt, quas concedat injustas. Hæc Augustinus, qui subdit de aliis ab Imperatoribus datis in eosdem legibus, de quibus suo loco agemus.

XLV. Vides ex his omnibus, quam præter expectationem acciderit, ut Donatistæ, qui publicis Actis ad ineundam pacem atque concordiam per Catholicos Episcopos vocarentur, non tantum non consenserint, sed acerbius exasperati longius resilierint. Verum neque propterea pro ipsorum salute agere prætermisere Catholici: sed ad mutuam collationem legibus Imperatoris compelli eos, apud eosdem Principes procurarunt, impetraruntque: quando autem id factum sit, suo tempore dicturi sumus. Agit de iisdem jussionibus S. Augustinus (d) in epistola ad eundem Crispinum data, cum ille jactaret, se velle de summa quæstionis cum ipso Augustino disserere: idemque hæc eadem de Possidio recenset (e) in epistola ad Donatistas. Narrat eadem & ipse Possidius (f) in Vita Sancti Augustini, ubi & subdit de habita cum Crispino pu-

(d) Aug. epist. 172.

(e) Aug. ep. 68. 166.

(f) Possid. in Vita Aug. c. 12.

blica disputatione ad convincendum eum esse hæreticum: ait enim:

XLVI. Disputatio Possidii cum Crispino.

Memorabili Augustino Antistite omnimodis instante, ad controversiam ambo ipsi Calamenses Episcopi venerunt, & de ipsa diversa communione tertio conflictu secum egerunt, magna populorum Christianorum multitudine causæ exitum apud Carthaginem & per totam Africam expectante. Atque ille Crispinus Proconsulari & libellari sententia est pronunciatus hæreticus. Proque illo apud Cognitorem Catholicus Episcopus intercessit, ne auraria mulcta exigeretur: et est beneficium impetratum. Unde cum ingratus ad piissimum principem provocasset: ab Imperatore relationi debitum est responsum solutum, & consecutum præceptum, nullo prorsus loco Donatistas hæreticos esse debere, & eos ad jura legum omnium contra hæreticos lataarum ubique teneri debere. Ex quo & Judex propter Officium, & idem Crispinus, quod minime fuerit exactus, præcepti sunt denas auri libras Fisci juribus inferre. Sed protinus opera data est per Catholicos Episcopos, præcipue per sanctæ memoriæ Augustinum, ut illa omnium condemnatio, Principis dimitteretur indulgentia: &, Domino adjuvante, perfectum est: qua diligentia & sancto studio multum crevit sancta Ecclesia. Hucusque Possidius: in quibus quidem enarrandis, summæ animi moderationis, & Christianæ modestiæ specimen edidit; tum quidem primo cum de molitionibus Donatistarum in Augustinum, deque ipso Crispino Calamensi Episcopo sermonem texens; de his quæ ipse ab eo passus sit, cum rem gestam recenseat, nomen tamen suum silentio penitus (ne sua facta prædicare videretur) obvolutum reliquit: tum etiam quod agens de publica disputatione triduana, qua Crispinus est convictus hæreticus, nomen suum pariter prorsus reticet; adeo quod nisi S. Augustinus suis scriptis aperuisset, id præstitum a Possidio, penitus remansisset obscurum.

Possidii modestia.

XLVII. De Crispino rursum illa est Augustini (*a*) querela, quod in fundo ad Imperatores pertinente rebaptizasset invitas octoginta ad fundum ipsum spectantes personas Catholicæ communionis. Porro causam istam Crispini ad annum post sequentem perductam esse, certo argumento est rescriptum adversus ipsum Crispinum & alios Donatistas ut hæreticos auraria mulcta obstrictos: quod datum habetur sub Consulatu secundo Stilichonis cum Anthemio, sicque se habet (*b*):

(*a*) Aug. cont. litt. Petil. l. 2. c. 88. & ep. 173.

(*b*) l. 39. de hæret. C. Theod.

Donatistæ superstitionis hæreticos quocumque loci vel fatentes vel convictos legis tenore servato, pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Dat. VI. Id. Decembris, Raven. Stilich. II. & Anthemio Coss. Quid præterea humanitatis a Catholicis Episcopis per publicam legationem tunc declaratum fuerit, S. Augustinus in epistola ad Januarium post recensita hæc de Crispino & mulctam in Donatistas tamquam hæreticos ab Imperatore decretam, ad postremum addit (*c*): *Ex Concilio autem nostri Episcopi legatos ad Comitatum miserunt; qui impetrarent, ut non omnes Episcopi & clerici partis vestræ ad eamdem condemnationem decem librarum auri, quæ in omnes hæreticos constituta est, tenerentur; sed hi soli, in quorum locis aliquas a vestris violentias Ecclesia Catholica pateretur. Sed cum legati Romam venerunt, jam cicatrices Episcopi Catholici Vagitani* horrenda, & recentissimæ Imperatorem commoverunt, ut leges tales mitterentur, quales miserunt, &c.* Sed quoniam post sequentem annum hæc contigisse probantur; quomodo se habuerint, suo loco dicturi sumus; hæc modo satis de his quæ spectant ad Crispini causam, qui a Possidio hujus auctoritate Concilii conventus est.

Episcopi Catholici intercedunt pro Donatistis.

(*c*) Aug. ep. 68.

* Bagitani.

XLVIII. Sed & tunc qui Hippone regio erat Proculianus Donatistarum Episcopus, eadem item ex causa a S. Augustino conventus est, ut ipse testatur epistola clericorum Hipponensium ad Januarium, cum de eodem hoc ipso Concilio his verbis (*d*) agit: *Nec tamen de his injuriis, & persecutionibus, quas Ecclesia Catholica in regione nostra tunc pertulit* (quas superius recensuimus) *Imperatoribus conquestus est Episcopus noster. Sed facto Concilio, placuit ut pacifice conveniremini; quo, si fieri posset, haberetis inter nos collationem, & errore sublato, fraterna charitas pacis in vinculo lætaretur. Et in ipsa conventione quid Proculianus primo responderit, quod Concilium facturi essetis, & alias, & illic visuri quid respondere deberetis: deinde quid postea, cum propter suam promissionem denuo conventus esset, Actis expresserit, refutans pacificam collationem, ipsa Gesta instruunt gravitatem tuam.* Hæc clerici Hipponenses. Extat epistola (*e*) ipsius Augustini ad eumdem Proculianum ad eamdem pacificam collationem pluribus invitantis: quam vero blandis ad durissimum quoque cor emolliendum compositis verbis usus fuerit, ipsa epistola indicat, cui hujusmodi titulum affixit: *Domino honorabili & dilectissimo Proculiano.*

XLVIII. De Proculiano convento ab Augustino.

(*d*) Aug. epist. 68.

(*e*) Aug. epist. 147.

XLIX. At quid de cæteris? Sane quidem sicut Crispinus Possidium, & Augustinum Proculianus, ita reliqui Donatistarum Episcopi invitantes ad mutuam collationem pacificamque conventionem Catholicos Episcopos contempserunt. Nam ad eos scribens ipse, hæc in eosdem exprobrat (*f*): *Vestri Episcopi convocati a nobis, numquam nobiscum pacifice conferre voluerunt, quasi fugitantes cum peccatori-*

XLIX. Conventi alii Donatistæ resilierunt.

(*f*) Aug. epist. 166.

bus

bus loqui. Quis ferat istam superbiam? quasi Paulus Apostolus non contulerit cum peccatoribus & cum valde sacrilegis. Sed & eosdem addidisse minas, idem ibi superius tradit, ubi ait: *Manducaverunt nobis quidam presbyteri partis vestræ, dicentes: Recedite a plebibus nostris, si non vultis ut interficiamus vos.* Cavebant enim ne Catholici Episcopi miscerent cum plebe sermones, quam sciebant ejusmodi collationem vehementer exoptare. De his enim illa sunt ejusdem Augustini verba: *Quam multi vestrum, & forte omnes aut pene omnes dicere soletis: O si in unum locum convenirent, ut illis disputationibus veritas appareret, &c.* Sed quod ad eos convertendos ad Ecclesiæ veritatem via hæc interclusa esset, litteris tum privatis, tum publicis ad eos alliciendos Augustinus egit, quæ hactenus extant (*u*). At de his modo satis.

(*u*) *Aug. epist. 166. & 171.*

L. Bellum adversus Alaricum.

Jam postremum ad res Romanas oculos convertamus. Hoc ipso anno, qui præcessit sextum Honorii Consulatum, Alaricus Rex Gothorum magno comparato exercitu descendens in Italiam, apud Pollentiam vincitur a Stilichone; id quidem hoc anno accidisse colligitur ex Claudiano & aliis, ut inferius patebit. Ex quibus corrigendum sit Cassiodori Chronicon, ubi anno superiori ponitur, & inversa sententia, Stilicho habetur a Gothis fuisse superatus. Æstuabat Alaricus desiderio potiundæ Urbis, semper id animo & ore versans. Quamobrem justo timore perculsi Honorius, & qui in Urbe erant Senatores, ad avertendam imminentem cladem, novis mœniis Romam circumdant: de quibus Claudianus his versibus (*b*):

(*b*) *Claud. de sexto Honor. Consul.*

— Addebant pulchrum nova mœnia vultum,
Audito perfecta recens rumore Getarum.
Perfecitque opifex decori timor; & vice mira
Quam pax intulerat, bello discussa senectus.
Erexit subitas turres, cinctosque coegit
Septem continuo montes juvenescere muro.

Muri urbis instaurantur.

Extat de ejusmodi erectione murorum vetus inscriptio super Portuensem portam Transtiberim, quæ sic se habet (*c*),

(*c*) *Apud Smet. pag. 8. n. 1.*

S. P. Q. R.
IMPP. CÆSS. DD. NN. INVICTISSIMIS. PRINCIPIBUS. ARCADIO ET.
HONORIO. VICTORIBUS. ET. TRIUMPHATORIBUS. SEMPER. AUGG.
OB. INSTAURATOS. URBI. ÆTERNÆ. MUROS. PORTAS. AC. TURRES.
EGESTIS. IMMENSIS. RUDERIBUS. EX. SUGGESTIONE. V. C. ET.
INLUSTRIS.
MILITIS. ET. MAGISTRI. UTRIUSQ. MILITIÆ. STILICHONIS. AD. PERPETUITATEM. NOMINIS. EORUM. SIMULACRA. CONSTITUIT
CURANTE. FL. MACROBIO. LONGINIANO. V. C. PRÆF. URBIS
D. N. M. Q. EORUM.

Nomina vero Stilichonis & Fl. Macrobii abrasa extant: ita tamen ut legi possint? cur autem id acciderit, dicemus suo loco.

PAGIUS VI.

Alaricus Anno CCCC. in Italiam instravit.

Ad n. L. & seq. Jornandes lib. de Rebus Gethicis, postquam narravit, Gothos Alaricum Regem sibi constituisse, ait: *Mox ut ergo antefatus Alaricus creatus est Rex, cum suis deliberans, suasit eos suo labore quærere regna, quam alienis per otium subjacere: & sumto exercitu, per Pannonias, Stilichone & Aureliano Coss. & per Sirmium dextro latere, quasi viris vacuam, intravit Italiam. nullo penitus obsistente ad pontem applicuit Candiniani, qui tertio milliario ab urbe erat regia Ravennate.* Ubi Jornandes uno tenore refert, quæ ab anno CCCLXXXII. quo *Alaricus* dictus est Rex, usque ad annum CCCC. inter Gothos gesta sunt. Hæc brevius narrant Prosper & Cassiodorus in Chronicis ad Consulatum Stiliconis & Aureliani anno CCCC. gestum. Tum ad Consulatum Arcadii V. & Honorii V. seu ad annum CCCCII. Prosper scribit: *Adversus Gothos vehementer utriusque potentia partis clade pugnatum est.* Idem ad eum annum referunt Cassiodorus & Jornandes citatus, qui ajunt, pugnam habitam esse *ad Pollentiam*, quod oppidum erat Liguriæ apud Tanarum fluvium; nunc excisum. Sed genti suæ uterque nimium favens Gothos victores extitisse scribunt. Pugnatum fuisse die Paschatis, qui anno elapso in diem VI. Aprilis incidit, Orosius lib. 7. cap. 23. insinuat, dum ait: *Taceo de infelicibus illis apud Pollentiam gestis cum barbaro & pagano Duce, hoc est, Saule, cui summa belli commissa est, cujus improbitate reverendissimi dies, & sanctum Pascha violatum est: cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret, exortum est,* &c. Alia postea prælia habita tam *Hasta*, quæ urbs est Liguriæ, quam *Verona*, ut prodit Claudianus in sexto Consulatu Honorii, imo & in aliis oppidis, ut tradit Jornandes citatus. Ad hoc bellum refert Gothofredus legem 15. Cod. Theod. *de Tyronibus*, qua honorarii tyrones indicti fuere. Quæ lex anno superiori emissa. Refert etiam ad hanc Gothorum irruptionem leges ejusdem Codicis 11. 12. 13. & 14. *de desertoribus* datas, partim ut latrociniis Honorius Imp. occurreret, partim adversus Gothorum irruptionem, quemadmodum & legem 13. ejusdem

LI. Ad hujusmodi quidem murorum Urbis constructionem allusisse videtur S. Paulinus Nolanus in Natali octavo S. Felicis, quod hoc anno ex more cecinit: ubi imminens universæ Italiæ ex barbaris periculum invocatione ejusdem sancti antevertere conatus, ita de muris.

Ad novos urbis muros Paulini allusio.

——— Fidant legionibus illi,
Perfugioque parent reparatis mœnia muris,
Nulla salutiferi quibus est fiducia Christi.
Nos Crucis invictæ signum & confessio munit.

& paulo post;

Nunc opus adjutore Deo; solusque timendus,
Quo sine & arma cadunt, per quem firmantur & arma.
Ipse intra muros turris tibi, qui sine muris
Murus erit, &c.

Subditque exemplum de Hierico Civitate, quæ licet fortissimis undique cincta muris esset, sonitu tantum tubarum absque aliis armis ipsi solo tenus prostrati sunt. Quod igitur reliquæ Civitates Italiæ, ac potissimum quæ vicinæ Urbi essent in Campania, & inter alias Nola, viderent ipsam Urbem timore concussam, cum nova mœnia fabricaret, vehementiori formidine tenebantur. Quamobrem idem S. Paulinus illud occinens in Natali S. Felicis carmen, in Deo habendam esse fiduciam (sic erigens Civium animos) hortatus est, dum illi mæsto vultu festum agerent diem: cum alioqui doceat, nec quidem si captivi a barbaris tenerentur, cessandum esse a sanctorum martyrum celebratione festorum; nam ait;

Hunc ego, si Geticis agerem male subditus armis,
Inter & immites celebrarem latus Alanos.
Et si multijugæ premerent mea colla catenæ,
Captivis animum membris non jungeret hostis.

paulo vero post:

Nunc igitur quamvis varias vaga fama per oras
Terrificis pavidas feriat rumoribus aures:
Nos tamen in Domino stabilis fiducia Christo
Roboret, & recto fixis pede mentibus armet:
Nec pavor ater in hanc obducat nubila lucem,
Quam Deus æthereo Felicis honore serenat:

Sed hæc ipse pluribus: tu eum consule, ut discas quanta sancti essent alacritate ad celebrandos festos dies sanctorum martyrum ea antiquo Catholicæ Ecclesiæ institu-

PAGIUS dem Cod. *de agentibus in rebus*, latam ad tyronum indictionem. Quæ omnes leges hoc anno emisse indicant currenti anno Bellum adhuc durasse.

VII. *Pugna habita ad Pollentiam anno CCCCII.*

Baronius num. L. ut hanc irruptionem ad hunc annum referret, motus est his versibus Claudiani de bello Getico num. 485. ubi unum ex Alarici ducibus ita loquentem inducit:

Si numero non fallor ait, tricesima currit
Bruma fere, rapidum postquam tranavimus Istrum,
Romanamque manum tantis eludimus annis.

quibus indicari arbitratur Baronius, nondum fuisse annos triginta ab egressu Gothorum, quem contigisse putat anno Christi CCCLXXVI. Addit, Ammianum lib. 30. scribere Gothos transmisso Istro invasisse Thracias anno CCCLXXIII. & si addantur triginta, plenum hunc ipsum annorum numerum a Claudiano signatum inveniri. Verum Claudianus annos illos triginta, ab anno CCCLXXIII. deducit, eosque utrinque incompletos intelligit, quod ut magis exprimat, ait: *Tricesima currit bruma fere*. Infra vero num. 630. adverbium illud omittit,

Unoque die Romana rependit
Quidquid ter denis acies amisimus annis.
O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis!

Idem habet Prudentius adversus Symmachum agens,

Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannonia pœnas tandem deleta rependit.

Gothi itaque Danubium primum trajecere anno Christi CCCLXXIII. ut eo anno ostendimus, & ex laudatis Claudiani, ac Prudentii versibus confirmatur. Ab eo autem Christi anno ad CCCCII. anni triginta nondum completi fluxere, ideoque uterque Poeta confirmat quod Cassiodorus & Prosper citati tradidere, anno scilicet superiori Gothos inter & Romanos ad Pollentiam pugnatum.

VIII. *Romani anno CCCC. nova mœnia ædificant.*

Alterum argumentum deducit Baronius ex erectione murorum urbis Romæ ad avertendam imminentem cladem Alarici, de quibus novis mœniis loquitur Claudianus *de sexto Consulatu Honorii*, extatque Romæ vetus inscriptio recitata a Baronio, in qua dicitur eam murorum instaurationem factam esse *Curante Fl. Macrobio Longiniano V. C. Præf. Urbis*. Ait denique Baronius, Sanctum Paulinum in Natali VIII. Sancti Felicis alludere ad hanc murorum urbis constructionem; quod quidem verum est; cum Paulinus inter alia de Deo scribat:

Ipse intra muros turris tibi, qui sine muris
Murus erit.

Et

ftituto, quamque iidem fiduciam iu imminentibus periculis concipere foierent de fanctorum aaxilio. Sed jam cœptam profequamur hiftoriam.

LII. Tempus Belli Pollentini.

Qui autem tanti hujus belli hiftoriam fuerit profecutus, præter Claudianum, invenimas neminem: ipfe enim quarto libro de Bello Getico victoriam Stilichonis contra Alaricum hoc anno partam egregie profecutus eft. Obtinait eam Stilicho in agro Pollentino, cum ille formidolofo exercitu aggreffurus Urbem, fe immitteret in Italiam. ☞ Nondum trigefimas agebatur nnnus, ex quo idem Alaricus cum Gothis fais tranfierat Iftrum, nc poft diverfarum provincinrum clades invaferat Græcias, & ad Illyricum ufque defcenderat: fed audens majora, inhiabat in Urbem ipfam. De tempore idem Claadianus ex ipfias verbis his verfibas (a):

(a) Claud. de bell. Getic. l. 4.

Si numera noa fallor, ait trigefima currit
Bruma fere, rupidum poftquam tranfactimus Iftrum,
Ramanamque manum tantis cladimus annis.

☞ Dixit Claudianas: *Trigefima currit bruma fere*: fatis indicans, nondum fuiffe annos triginta ab egreffu Gothorum: quem cum contigiffe dixerimus fub Confulatu Valentis quinti, & Valentiniani Junioris, anno Chrifti trecentefimo feptuagefimofexto; hic annus namerandus erit vigefimusfeptimus ab eorum ingreffa ☜.

LIII.

At qaod ad Alaricam fpectat, diu multumque barbarus Romam iovadere conceperat animo: nam & apad eumdem idem Alaricus (b):

(b) Claud. de Bello Getic. l. 4.

Alaricus inhiabat urbi.

Quid mibi neftio quam proprio cum Tibride Romam
Semper in ore geris?

& inferius idem:

Rumpe omnes, Alarice, moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.

Occurrente autem illi cum Romano exercitu Stilichone, certatam npud Pollentiam in Liguria Civitatem, ubi Gothoram exercitus a Romanis victas eft, fuga iapfo cum fuis Comitibus Alarico: de qua victoria idem Claudianus his verfibas:

Victoria apud Pollentiam.

——— *unoque die Ramaan repeadit,*
Quicquid terdenis acies amifimus annis.
O celebranda mibi cunctis Pallentia fæclis:
O meritum nomen felicibas apta triumphis.

Cæterum præviis Crucium fignis tantam partam fuiffe Chrifti ope victoriam, Pruden-

PAGIUS

Et certe illud Natalitium in medio belli tumultu, & incurfionum Barbarorum, & nominatim *Gothorum* metu confcriptum effe, ejus lectio manifefte oftendit. Sed cum primum carmen Natalitium Paulioi ad annum trecentefimum oonagefimum quartum pertineat, ut jam fuo loco diximus; Natalitium carmen VIII. fcriptum eft die XIV. Januarii fefto Sancti Felicis facra anni quadringentefimi primi; ideoque Gothorum irruptio & murorum urbis Romæ inftauratio pertinent ad annum quadringentefimum. Immo ex hoc Natalitio carmine, quod a præfato anno removeri non poteft, liquet primum cum anno trecentefimo nonagefimo quarto alligandum effe. Si enim conveniret in annum CCCXCIII. ut contendit Baronius anno CCCXCVII. num. XIV. & alibi, octavum cecinifset Paulinus menfe Januario anni quadringentefimi, ficque Romani anno CCCXCIX. fibi ab Alarico timuiffent, & ad eum reprimendum nova mœnia conftruxiffent; cum tamen eo anno nondum Romani fibi non metuerent ab eo. Ex octavo itaque Sancti Felicis Natalitio aliorum chronotaxis pendet, pateique Baronium contra principium a fe ftatutum hoc Carmen in præfentem annum diftuliffe.

IX. Gothica irruptionis meminit Paulinus in Natalitio VIII. Sancti Felicis.

In eo terrore alii in legionibus confidebant, inquit Paulinus in illo Carmine VIII. alii vero in civitatum arcibus, quarum expedite reædificati erant muri, cum ipfe ad defenfionem fignum Crucis & Sancti Felicis tutelam folum afcifcebat. Itaque bellum quod omnes formidabant, nihil Paulino obfuit, quin folito more hujus fancti Confefforis feftum, ficut pacis ac lætitiæ diem celebraret; tantommodo orationi ferveotius quam tranquillo tempore vacavit.

Credite, non armis, neque viribus effe timendos
Allophylum populos; quos propter crimina noftra
Offenfi movet ira Dei, ut formidine mortis
Excitet ad curam vitæ torpentia corda.

X. Paulinus fit Epifc. Nolanus

Hoc vel fequenti anno idem *Paulinus* Epifcopus Nolanus renuntiatus eft; Epiftolam enim XXXVII. alias XXVII. anno fequenti dedit ad *Victricium* Epifcopum Rotomagenfem, cujus epigraphe eft: *Victricio unanimo fratri Paulinus*, ut in codicibus tam editis quam MS. legi afferit Le-Brunus in Vita Sancti Paulini cap. 30. Quod fi Paulinus Epifcopus tunc non fuiffet, *Victricium* fratrem non appellaffet. Præterea Pelagius Hærefiarcha apud Auguftinum lib. de Gratia Chrifti cap. 35. ubi recitatur fragmentum ejus Epiftolæ ad Innocentium Papam initio anni CCCCXVII. datæ ait: *Legant illam Epiftolam, quam ad Sanctum virum Paulinum Epifcopum ante duodecim fere annos fcripfimus*. Ubi fi Pelagius annos illos completos numeret, Epiftola illa ad Paulinum anno CCCCV. fcripta. Ante præfentem annum Paulinus Epifcopus effe non potuit; cum certum fit, *Paulum* ejus decefforem annis CCCCII. & CCCCIII. Ecclefiam Nolanam rexiffe. Paulinus enim in Epiftola XXXII. alias XII. ad Severum data Bafilicam recens conditam Sancti Felicis confefforis Nolani defcribit, & epigrammata eidem a fe infcripta mittit. In uno vero illorum num. XV. recitato, canit,

dentius advarsus Symmachum agens, ita cecinit (*a*):

(*a*) *Prud. l. 2. adv. Sym.*

——— Dux agminis, Imperiique
Christipotens nobis juvenis fuit, & Comes ejus
Atque parens Stilicho: Deus unus Christus utrique.
Hujus adoratis altaribus, & Cruce fronti
Inscripta, cecinere tuba: prima hasta draconis
*Præcurrit, quæ Christi apicem ☧ sublimior effert *.*
Illic terdenis gens exitiabilis annis
*Pannoniæ pœnas tandem deleta rependit *.*
Corpora famosis olim ditata rapinis
In

* sublimiter offert.

* pependit.

PAGIUS

Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula,
Paulus Apostolico quam temperat ore Sacerdos.

Quare *Paulus*, quem Paulinus *Sacerdotem*, ut Episcopi tunc nominabantur, & quem mox vocat *Antistitem*,

Paulus in æternos, Antistes dedicat usus,

Nolanam Ecclesiam administrabat, quando Basilica illa ædificata, & a Paulo dedicata. Eam vero dedicationem, vel anno CCCCII. vel currenti peractam, eodemque eam Epistolam ad Severum datam, demonstrat Carmen Natalitium X. de Sancto Felice, die XIV. hujus anni a Paulino scriptum, cum versu 185. hæc habeat.

Namque hodie bis eam geminata novatio comit,
Dum gemina Antistes gerit illic munera Christi:
In geminos aditum venerabile dedicat usus. [1]

XI. *Rejicitur Sententia Chiffletii.*

Chifflatius in Paulino Illustrato part. 2. cap. 12 & seqq. contendit, *Paulinum* vergente anno CCCXCVI. aut ineunte CCCXCVII. Nolanis Episcopum datum fuisse, & hujus dignitatis vestigium extare in Natali IV. Sancti Felicis anno CCCXCVII. a Paulino edito.

Annua vota mihi remeant, simul annua lingua
Debita, natalis tuus, o charissime Christo
Felix, natalis proprio mihi carior, in quo
Quamlibet innumeris sint gaudia publica turbis,
Est aliquid speciale tuis; quod nos tibi Christus
Esse dedit, vilis cara largitus amico.

Quos versus Chiffletius de Paulini in Episcopum Nolanum assumptione interpretatur. At versibus immediate sequentibus Paulinus ita evidenter exponit, se loqui de Natali suo genuino a Romanis celebrari solito, ut inde liqueat tunc illum nondum Episcopum fuisse.

Non quia tu dignus famulis tam vilibus esses,
Æternis dignate Deo comes ire triumphis;
Sed quia nos inopes justi, indignosque salutis
Sic voluit ditare Pater bonus, at male dites
Criminibus versa in melius vice divitiarum,
Pro cunctis opibus, cunctisque affectibus, & pro
Nobilibus titulis & honoribus omnia vanis,
Felicem superemus opes, patriamque, domumque.
Tu

NOTÆ

[1] SEntentiam PP. Benedictinorum & Cl. Le-Brun, Muratorius tum in Anecdotis t. 5. cum in novissima Operum S. Paulini editione Veronensi anno 1736. propugnavit, & ea illo PP. Bollandiani in supplemento ad Acta SS. Junii, qui omnes invictis argumentis demonstrant, ante annum 409. ad Episcopalem cathedram S. Paulinum promotum non fuisse. Primo enim, in Natali XIII. scripto pro anno 406. (quem integrum idem Muratorius vulgavit) miraculum narratur S. Felicis, recens proculdubio & anno superiori editum (cum recentia semper in carminibus quotannis a S. Vate solutis in honorem S. Felicis referantur) hos versus in rem nostram legas:

..... Canctos transmittit Episcopus
Ad nos Presbyteros. His......
......fabra manus spectantibus instat
Jussa Sacerdotis facere.

Ex his patet S. Paulinum in Presbyterorum tantummodo ordine anno 405. fuisse. Insuper in eodem Natali dignitates suas percensens S. Paulinus nihil de Episcopali commemorat. Nec anno igitur 406. ineunte sacrum munus obibat. Deinceps vero sequentibus annis usque ad 409. nihil occurrit, quod ante illum annum sacram ejus ordinationem anticipari suadeat.

Nec satis convincit argumentum Pagii, ex eo deductum, quod in Epistola scripta anno 404. Victricium Rothomagensem fratris nomine compellarit. Nam ea plane ratione fratris nomine salutare Episcopum Presbyter potuit, ac S. Augustinus jam Episcopus Paulinum Presbyterum fratris titulo decoravit. Vide Epistolam ejusdem S. Augustini ad Paulinum & Therasiam inter Opera S. Paulini *novæ editionis col.* 32. Insuper anno 408. S. Paulinus Epistolam scribens ad S. Augustinum, ubi in laudes Melaniæ Senioris & Publicolæ ejus filii excurrit, hoc titulo illum salutat: *Venerabili Patri fratri, magistro*; ex quo conficitur vel tunc pariter Episcopalem dignitatem non obtinuisse Paulinum, eo quod Episcopum patrem appellarit; vel quod fratris nomen dare Presbyter Episcopo non renuebat, quæ nostra est opinio. Denique epistolam illam ad Victricium, quæ in nova Operum S. Paulini editione est XXXVII. anno 404. scriptam fuisse, quamvis id operose a nupero Editore adstruitur, non satis perspicuum est. Licet enim constet ex epistola Innocentii I. ad illum (Victricium nempe) data, anno circiter 404. Romam venisse, & de hac ejus profectione ad Urbem loquitur in eadem Epistola sua Paulinus, modeste Amicum coarguens, quod ad se ea occasione non diverterit: non tamen perinde constat, statim a reditu suo in Patriam a Victricio missum fuisse Candidianum Diaconum, quantum arbitror, suum ad eumdem Paulinum cum Epistola, cui idem Paulinus alia epistola respondit. Forte enim id post nonnullos a reditu Victricii annos contigit. Quod si admittatur, deductum e titulo Epistolæ illius argumentum ad oppugnandam ordinationem S. Paulini anno 409. nihil urget.

In cumulos congesta jacent: mirabere seris
Posteritas saclis inhumata cadavera late,
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Hæc Prudentius, quem post hæc libros illos adversus Symmachum elaborasse, exploratum omnino redditur.

LIV. Sed plane justa post detectos dolos & insidias Stilichonis fuit omnium illius temporis scriptorum querela; nimirum proditione ipsius, Alaricum Romano vallatum exercitu, permissum tunc abire liberum, resumere vires, & iterum adversus Romanos pugnare, & vincere. At qui Christi nomine invictus erat exercitus, præposito postea illi Duce Ethnico, turpiter est paulo post superatus, ut Orosius his verbis insinuavit (a): *Taceo* (inquit) *de Alarico Rege cum Gothis suis sæpe victo, sæpeque concluso, semperque di-*

Ingens proditio Stilichonis.

(a) Oros. l. 7. c. 37.

PAGIUS

Tu pater, & patria, & domus, & substantia nobis,
In gremium translata tuum cunabula nostra,
Et tuus est nobis nido sinus, &c.

Ubi Paulinus dicit, se a sua nativitate non nisi male divitem factum esse, & accepisse tantum nobiles titulos, vanosque honores, quod de natali die sui Episcopatus scribere non potuit. Secundo, Chiffletius affert Epistolam Paulini XIII. alias XXXVII. ad Pammachium, ubi ait: *Sceptis sancti viri fratris nostri Episcopi Olympii, communes unanimi, nuper accepi*, &c. Verum licet præcedentes editiones Operum Paulini habeant illam vocem *Episcopi*, ultima tamen, omnium accuratior, ex MS. Regio habet tantum, *Sancti viri fratris nostri Olympii*, rejecta scilicet *Episcopi* voce, ab aliquo sciolo intrusa.

XII. *Eadem sententia magis refellitur.* Conatur Chiffletius se se ab hoc nodo, quem non parum intricatum fatetur, expedire. Paulinus in Epistola XX. alias XVI. ad Delphinum data, de Anastasio Papa scribit: *postea quoque, interposito tempore etiam ad natalem suum (quod Consacerdotibus suis tantum deferre solet) invitare dignatus est nec offensus est excusatione nostra; sed officium sermonis nostri, quod in vicem præsentia reddideramus, acceptans, animo nos paterno & absentes recepit*. Scribebat hæc Paulinus anno CCCXCIX. jam exacta die anniversaria ordinationis Anastasii Papæ; eo igitur anno jam Paulinus Episcopus erat. Ita Chiffletius. Verum verba immediate præcedentia, quæ Vir doctissimus tacet, consequentiam, quam ex illis deducit, plane evertunt. Erat Delphinus Episcopus Burdigalensis, cui hæc significat Paulinus: *Sciat Veneratio tua, sanctum fratrem tuum Papam Urbis Anastasium amantissimum esse humilitatis nostræ*, ubi Paulinus non dicit *fratrem meum*, vel *fratrem nostrum*, argumento manifesto, eum tunc non fuisse Episcopum, sicut Delphinus. Addit Paulinus: *Nam brevi post ordinationem suam Epistolas de nomine nostro, plenas & religionis, & pietatis, & pacis, ad Episcopos Campaniæ misit, quibus & suum declararet affectum, & aliis benignitatis suæ præberet exemplum*. Quod si Paulinus tunc Episcopus fuisset, non scripsisset, *ad Episcopos Campaniæ misit*, sed *ad Coepiscopos Campaniæ misit*. Pergit Sanctus Antistes: *postea quoque interposito tempore etiam ad natalem suum, quod Consacerdotibus suis tantum deferre solet, invitare dignatus est*. Quæ verba suam sententiam confirmare Chiffletius arbitratur. At Paulinus Consacerdotum Papæ nomine non intelligit solos Episcopos, qui Pontifici Romano immediate suberant, ut Provinciæ Romanæ Metropolitano, sicuti eum interpretatur Chiffletius. Secundo, verum etiam non est, quod tamen ipse existimavit, Campaniam, ubi Paulini Episcopi sedes Nola posita erat, fuisse extra Provinciam Romanam; cum pleræque S. Paulini literæ indicent, Campaniam inspectioni speciali Pontificis Romani subjectam fuisse. Denique si *Paulinus*, quando eam ad *Delphinum* Epistolam dedit, Episcopus fuisset, *Anastasius* Papa, cum illum ad Natale suum invitavit, insignes amoris sui notas & indicia eidem non præbuisset, quod tamen ex ejus literis colligit Paulinus, qui hunc honorem recusavit, *nec offensus est excusatione nostra*, inquit Sanctus Præsul, qui ideo hunc honorem recusavit, quia *non erat de Consacerdotibus ejus*. Quare tantum abest, ut hæc ejus Epistola sententiæ Chiffletii suffragetur, ut ei plane adversetur.

XIII. *Alia sententia de anno Episcopatus Paulini rejecta.* Patres Benedictini in digerendis Sancti Augustini Epistolis, & Le-Brunus in vita Sancti Paulini cap. 50. & alibi aliam viam iniere; existimarunt enim *Paulinum* ad Episcopatum Nolanum promotum esse exeunte anno CCCCIX. quod Augustinus lib. 1. de Civit. Dei cap. 10. loquens de accessu *Alarici* Gothorum Regis, ad Nolam civitatem, Paulinum Episcopum Nolanum appellet, & in Epistolis suis ad Paulinum circa annum CCCCXIII. datis, ac in posterioribus aliis operibus, eum semper vocet *Episcopum*, nulla de *Therasia* ejus uxore, mentione facta; unde eam jam vita functam omnino probabile censent. Verum *Therasiam* piissimam matronam, quæ cum Paulino Episcopo tanquam cum fratre vixit, & cui non minus, quam eidem Epistolas suas Augustinus inscripsit, mortuam tunc fuisse certo inde deducitur; quod Augustinus ejus nomen in suarum ad Paulinum literarum post annum CCCCXIII. ad eum datarum inscriptione, non prætermisisset. Inde etiam manifestum fit, Paulini Episcopatum nullam cum hujusmodi inscriptionibus connexionem habere; Epistola enim XCV. alias CCL. Augustini inscripta: *Dominis carissimis & sincerissimis, sanctis & desiderabilibus & venerabilibus fratribus, sub magistro Domino Jesu condiscipulis Paulino & Therasiæ Augustinus in domino salutem*, ea, inquam, Epistola data est hyeme ineunte anni CCCCX. vel insequentis anni initio, ut anno CCCCIX. n. IX. & CCCCX. num. XXIV. demonstravi. Ex quo proinde sequeretur, *Paulinum* tunc tantum Presbyterum fuisse; quamvis Augustinus in lib. 1. de Civit. citato, eum ante finem anni CCCCIX. Episcopum fuisse insinuet. Ex hujusmodi itaque literarum *Augustini* inscriptionibus solum confici potest, *Therasiam*, cum illæ datæ sunt, adhuc in vivis fuisse, ideoque & eam ad Deum migrasse ante finem anni CCCCXIV, quo Augustinus Paulinum nulla uxoris ejus mentione facta in Epistola ad eum data memorat. Cum autem *Rufinus* in Epistola nuncupatoria secundi libri de *Benedictionibus Patriarcharum*, Paulinum, non Episcopum, sed *fratrem* appellet, liquet, hoc opus a Rufino elucubratum ante annum CCCCV. & Epistolam Paulini XLIII. alias XXXV. quæ explicationem Benedictionum Patriarcharum, quam ab

dimisso: taceo de infelicibus illis apud Pollentiam gestis. Cum barbaro & Pagano duci, hoc est, Sauli summa belli commissa est, cujus improbitate reverendissimi dies & sanctum Pascha violatum est, cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret extortum est. Cum quidem ostendente in brevi judicio Dei, & quid favor ejus posset, & quid ultio exigeret, pugnantes vicimus, victores victi sumus:

Et inferius (a) de Stilichone proditore iterum: *Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima, & quibuscumque sedibus suppliciter & simpliciter orantem, occulto fœdere fovens, publice autem & belli & pacis copia negata, ad terendum terrendamque Rempublicam reservavit.* Hæc Orosius. Sed jam sequentis anni res gestas prosequamur.

(a) Idem Oros. l.7. c.38.

Qua-

PAGIUS

ab ipso petierat, ad illum rejicit; Epistolam XLVI. alias XLVII. Paulini ad Rufinum, qua postulat, ut sibi exponat caput XLIX. Genesis, *quo Judas a Jacob benedicitur*; & denique Epistolam XLVII. alias XLVIII. Paulini ad Rufinum, qua post expositam circa personam Judæ prophetiam, exposcit, ut *Benedictiones duodecim Patriarcharum* interpretetur, ante eumdem etiam Christi annum datas esse, non vero annis CCCCVI. CCCCVIII, & CCCCIX. quibus eas affixit *Le-Brunus*.

XIV. *Floret S. Asterius Amasea Metropolita.*

Florebat hoc tempore Sanctus *Asterius* Amaseæ in Ponto Metropolita, ut colligitur ex Oratione *de Kalendis* ab eo recitata anno quadringentesimo, proximo scilicet post Consulatum Eutropii eunuchi, cujus casum memorat, qui anno CCCXCIX. acciderat; extant varia ejus Opuscula diversis temporibus a viris doctis publicata, de quibus legendus Oudinus in supplemento de script. Ecclesiast.

XV. *Marina filia Arcadii nascitur.*

Auctor Chronici Alexandrini ad Consulatum Theodosii Jun. & Rumoridi scribit: *His Coss. nata est nobilissima Marina mense Peritio IV. Idus Februarii*. Idem habet Marcellinus, nisi quod loco *IV. Idus Februarii* in eo legitur *III. Idus Februarii*. Pulcheria duas sorores suas *Arcadiam & Marinam in virginitatis proposito permanere docuit*, inquit Theophanes, cum de morte Arcadii harum virginum patris sermonem habet,

JESU CHRISTI ANNUS 404.	INNOCENTII PAP. ANNUS 3.	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS 10.

I. Ludi sæculares restituti.

QUadringentesimus quartos sequitur Christi anous, titulo Consulatus Sexti Honorii Imperatoris, & Aristæneti publicis Fastis adscriptus: quo pariter Sæculares ludi a superstitione introducti Gentilium, Constantioi vero religione neglecti atque penitus prætermissi, non sine dedecore Christiani nominis editi sunt: de quibus Claudianus in carmine de eodem sexto Honorii Consulatu hos habet versus (a):

(a) Claud. de sex. Consul. Honor.

——— Jam flavescentia centum
Messibus æstivæ detundent Gargara falces,
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenos sæcula Consul, &c.

Male persuasus Honorius, quod hos fatales esse perpetuitatis Urbis, & felicis ejus status conciliatores Gentiles di-

Ann. Eccl. Tom. VI. Iii ce-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5897.

SÆC. V. ☉ 21. CB. ☽ 6. P. 27. April. Indict. 2.

Anno Eræ Hispan. CCCCXLII. JESU CHRISTI 404.

INNOCENTII PAPÆ 4.

A.C. 404. ARCADII IMP. 22. & 10.

HONORII IMP. 12. & 10.

THEODOSII JUN. 3.

I. [1] COss. *Honorius* Aug. VI. & *Aristænetus*; hic in Oriente creatus, ut liquet ex Epistola CXXXII. Synesii, ille in Occidente; & quidem propter *Decennalia* Imperii post Theodosii patris mortem suscepti. Hæc solemnia *Honorius* Romæ exhibuit, annoque elapso exeunte Ravenna digressus, itinere ducto per totum littus maris Adriatici, per Fanum Fortunæ, Metauro transito, Petra Pertusa, Jovis del bro, per Apenninum, Clitumnum, & Narniam Romam venit, ibique Kalendis Januariis Consulatum iniit, ut docet Claudianus in Panegyrico de VI. *Consulatu Honorii*, ubi num. 405. ejus iter describit. Incidunt etiam in hunc annum *Decennalia* Arcadii post patris mortem imperantis.

Decennalia Arcadii & Honorii.

II. A num. I. ad III. Reprehendit *Honorium* Baronius, quod ludos *Seculares* edi permiserit, ac exhiberi gladiatorum cruenta munera, tot Christianorum Imperatorum legibus vetita. Verum Ho-

NOTÆ [1] COss. *Honorius Aug. VI. & Aristænetus*. Lapis christianus in ædibus Capitolinis

DEPOSITA COSTANTIA. VI. KA
L. JULIAS. HONORIO. AUG. VI.
CONSULE. DIE DOMINI
A QUÆ VIXIT ANNOS PL
US MINUS SEXAGINTA BE
NEMERENTI IN PACE.

Inventus est autem lapis ad Appiam viam In vinea prope Basilicam S. Sebastiani c. A. D. 1730. Eum primus vulgavit Antonius Maria Lupus in dissertatione ad Epitaphium S. Severæ Martyris pag. 22. qui docet, chronologicos characteres in lapide expressos apprime convenire A. D. 404. quo littera dominicalis fuit C. B. & *VI. Kal. Julias* fuit *dominica dies*.

Inscriptiones Basilicæ S. Pauli, pag. IV. n. 95.

DEP......CONSULATU D̄N̄. HONOR.
AUG. VI.
.....PTIM. V. IDUS. JUNIAS.

Item n. 393.

DEPOSITUS. D. VIIII. KAL. SEPTEMBR....
DOMINI. N. HONORI. AUG. VI. COSS.

Fleetvvod pag. 393.

DEPOSITUS. D. VIIII. KAL. SEPTEMBR.
DOMINI HONORI. AUG. VI. COSS.

Reines. cl. XX. pag. 965. eandem inscriptionem refert ex Aringhio lib. III. cap. III. pag. 427. Synesius epist. XXXII. *Nudius tertius, novis consulibus, quorum alter est Aristænetus: collegam enim ignoro*. Quod consulum alter Romæ, alter Bizantii creabatur, ut ex Procopio Histor. Arcanæ cap. XXVI.

Corrupte in vulgatis Fastis legitur: *Honorio IV. Honorio VI. Honorio VII. & Aristone*, & *Aristaneto*. Prosperi chronicon editum & MS. *Honorio VI. & Aristeneto*, Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Honorio A. VI.* omissa collega.

cerent, eorumdem consilio, & suasione inductus, & seductus est, ut quos despexerat Constantinus ille Magnus, ipse imprudens restitueret. Accidisse enim videtur, ut recentis adversus Alaricum apud Pollentiam obtentæ victoriæ, & decreti sibi a Senatu triumphi elatus gloria, quid peteretur, quidve concesserit, minime cogitarit. Gentiles itaque quod in his putarent Urbis æternitatem faustis auspiciis consecrari; qui nuper timore descendentis in Italiam Alarici perterrefacti, novis cinxerant Urbem mœniis, eam patria quoque putarunt religione fore muniendam: cum perinde ac Zosimus (a), licentius effutirent, ob neglectos superioris sæculi ludos in hæc mala incidisse, ut a barbaris devastaretur Romanum Imperium, & ipsa Roma in discrimine posita esset: quibus inductus Honorius, eisdem summa Imperii jactura assensum præbuit: nam eo scelere ad excidium Urbis Deum solicitavit. Cum alioqui satis experimento esse debuisset, omnia hæc inaniter fieri: quod sub Constantino, qui eos prætermisit ludos, Romanum Imperium, extinctis tyrannis, & debellatis barbaris, omni ex parte florentissimum visum est. Sed damno suo atque jactura ipsius Urbis, cujus æternitati male superstitione consulebatur, expertus est, quantum ex perperam facto justam Dei vindictam commoverit; qui paucos post annos, eam quam prævio Christi nomine liberaverat, eisdem Gothis, eodem Alarico duce, dederit capiendam atque prædandam.

Gravi jactura Deus facinus vindicavit.

(a) *Zosim. l. 2.*

II. Scimus Honorium excusari, quod etsi Romanis Gentilibus concessit Sæculares celebrari ludos, voluisse tamen haud ritibus

PAGIUS

Ludi Seculares ab Honorio non restituti.

Honorius non solum ludos illos non restituit, sed etiam primus ex Imperatoribus fuit, qui Ludos gladiatorios, & quidem hoc anno, Romæ sustulit, ut ostendi in Dissert. Hypatica cart. 4. cap. 10. num. 7. & 8. & in Prolegomenis ejusdem dissert. num. II. & 12. qui error vulgaris hic iterum convellendus, & ad Baronii argumenta respondendum. Ludos Seculares hoc anno celebratos, deduci existimat Baronius ex his Claudiani laudati versibus num. 390.

Jam flavescentia centum
Messibus æstiva detondent Gargara falces,
Spectandosque iterum nulli celebrantia ludos,
Circumflexa rapit centenus secula Consul.
His annis, qui lustra mihi bis dena recensent,
Nostra ter Augustos intra pomœria vidi
Temporibus variis.

At Claudianus, seu Roma, quam is loquentem inducit, tantum denotat, jam seculum præteriisse, ex quo Imperatores ab urbe abessent, & per illius decursum rarius illos in ea visos fuisse, ut anno CCCXCV. jam exposui. Centum autem illos annos duplici periphrasi Claudianus exprimit; quarum alteram a centum messibus, alteram ab evoluto spatio ludorum Secularium desumit: quæ repetitio, loquendique modus, cum de annis, ac temporum intervallis agitur, apud Poetas sæpe occurrit. Deducit autem *Claudianus* secundam periphrasim a ludis Secularibus, quia hic annus centesimus est, Honoriusque centenus Consul, post annum CCCIV. quo juxta antiquam ordinationem repræsentari debuissent. Hujus vero formulæ, qua proclamabantur, *Spectandos iterum nulli*, vestigium extat apud Herodianum lib. 3. cap. 8. ubi de ludis Secularibus sub Severo Imp. anno CCIV. actis sermonem habens, inquit: *Siquidem Urbe tota, atque Italia præcones ibant convocatum omnes ad ludos, quos nec vidissent hactenus, nec visuri postmodum forent*, quia scilicet vita humana ultra centesimum annum non propagatur. Argute autem Claudianus dicit; *Spectandos iterum nulli*, quia nec ultimo seculo anno CCCIV. in quem incidebant, visi fuerant, nec imposterum celebrandi erant. Heinsius ex fide unius codicis MS. Medicei loco, *spectandosque*, quod omnes veteres editiones & alia MSS. habent, reposuit, *spectatosque*. Sed nec ex illa, nec ex vulgari lectione inferri potest, Ludos Seculares hos anno peractos; cum tantum Claudianus, ut jam dixi, insinuet vix Imperatores Romæ visos toto intervallo, quod inter duos Ludos Seculares a nemine iterum videndos, vel visos intercurrit. Quod si illos *Honorius* restituisset, cum jam ab anno Christi CCXLVIII. quo uterque Philippus eos repræsentavit, editi non fuissent, Claudianus in illo Panegyrico non ita leviter strictimque eosdem attigisset, neque hujus temporis Scriptores omnes rem adeo memorabilem silentio præteriissent. Immunis itaque *Honorius* ab illa labe, quam nullus ex Antiquis ei adscripsit.

III. Gothofredus, qui in Commentario Legis Cod. Theod. 17. *de Judæis* hoc anno datæ, in vulgarem illam sententiam abiit, in commentario tamen legis I. ejusdem Cod. *de Gladiatoribus*, a Constantino Magno anno CCCXXV. emissæ, docte ostendit, *Constantinum* primum quidem ex Imperatoribus fuisse, qui Ludum gladiatorium in Oriente prohibuerit, sed illum alibi deinceps post Constantinum fuisse usurpatum usque ad *Honorium* Imper. qui omnino illum sustulit. Et quidem Libanius, qui Valente imperante floruit, in libro de vita sua ludorum gladiatoriorum meminit, quibus ipse quindecim annos natos, anno scilicet Christi CCCXXVIII. spectandis Antiochiæ nuntium remiserit cum omnium admiratione; additque hos ludos ab avunculo suo editos. Docet etiam Ambrosius lib. 2. Offic. cap. 21. eos in Italia actos; imo & Romæ quoque gladiatorium deinceps munus stetisse, ludione pœnam, exerte docent Constantius & Honorius; ille leg. 2. Cod. Theod. *de Gladiatoribus*, hic leg. III. Quod & discimus etiam ex lege 8. & 11. *de Pœnis* a Valentiniano datis, & in eodem Codice relatis. Denique idem testantur Symmachus non uno loco, inter cætera lib. 2. Epist. 48. Prudentius lib. 2. adversus Symmachum, & Augustinus lib. 2. Confess. cap. 8. ubi *Alypium gladiatorii spectaculi inhiatu incredibiliter abreptum* scribit.

Honorius Ludos gladiatorum abolevit.

IV. Roma ut cæteroquin veteris moris retinentior fuit, ita contumaciorem se se hac quoque in parte præbuit: & modum tantum quendam huic rei adhibuere Christiani Principes; quibus alioquin gladiatorium nomen detestandum erat: & in his *Constantius & Valentinianus* senior prohibito duntaxat certo hominum genere in ludum gladiatorium auctorari damnarive, puta Christianis & Palatinis, ut habetur in legibus mox laudatis. Quapropter *Prudentius*

Eos Romæ tolli Prudentius ab Honorio petiit.

tibus illis Gentiliciis ipsos agi: sed indulsisse tantum, ut Theatrales atque Circenses ludi exhiberentur. At quæ sine superstitione spectacula? aut quis putat occini prætermissos a pueris & puellis Sibyllina illa carmina in his edendis ludis solemnia? Certe quidem revocata tot Christianorum Imperatorum legibus vetita gladiatorum munera his temporibus sub Honorio rursum exhibita, locuples testis est Prudentius (a), qui post decantatam Pollentinam victoriam haud pridem Christi virtute partam, ad finem hæc habet, cum hortatur ut gladiatorios ludos penitus vetet:

(a) Prud. adv. Sym. l. 2.

Arripe dilatam tua Dux in tempora famam:
Quodque patris superest, successor laudis habeto.
Ille Urbem vetuit taurorum sanguine tingi:
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari:
Nullus in Urbe cadat, cujus sit pœna voluptas &c.

Grande sane piaculum, ut quæ tot legibus Christianorum Principum prohibita erant cruenta gladiatorum spectacula, & quæ (ut vidimus) ne fierent, redempta fue-

Ludus Gladiatorius restitutus.

PAGIUS

tius citatus Honorium Romæ hoc anno positum cohortatur ad ludos gladiatorios Romæ penitus tollendos, votumque & preces pro iis tollendis apud Principem interponit. Sic enim de Virginibus agens scribit:

Quod genus ut sceleris jam nesciat aurea Roma
Te precor Ausonii Dux augustissime regni,
Et tam triste sacrum jubeas ut cetera tolli.
Perspice: nonne vacat meriti locus iste paterni?
Quem tibi supplendum Deus, & genitoris amica
Servavit pietas: solusne præmia tanta
Virtutis caperet, partem tibi nate reservo
Dixit, & integrum decus intaclumque reliquit.
Arripe dilatam tua dux in tempora famam:
Quodque patri superest laudis successor habeto.
Ille urbem vetuit taurorum sanguine tingi,
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litare:
Nullus in urbe cadat cujus sit pœna voluptas. &c.

V.
Qua occasione sublati.

Ex quibus, inquit Gothofredus, liquet Baronium anno CCCXCV. num. XIX. & seq. non bene scripsisse, primo Gladiatores a Constantino Magno sublatos; cum post illum adhuc Romæ viguerint. Secundo, eos Romæ non recruduisse, seu reditum fuisse ad gladiatorum munera post *Constantinum*, qui ea tantum prohibuerat in Oriente, ut ostendi anno CCCXXV. Tertio aliquem Imperatorum post Constantinum ante *Honorium* Gladiatorios ludos Romæ legibus vetuisse. Proinde quarto *Theodosium Magnum* ludos Gladiatorios Romæ sustulisse; ac per consequens (quod quintum) recruduisse Romæ sub Honorio antea sublatos. Hæc itaque laus Honorio debita, ut Theodoretus lib. 5. cap. 24. literis mandavit: *Honorius qui Europæ partes regendas susceperat, Gladiatorum spectacula olim Romæ fieri solita sustulit ex hujusmodi occasione. Erat quidem Telemachus Monastica vita deditus: hic ab Orientis partibus profectus, ejusque rei causa Romam ingressus, cum detestandum, illud spectaculum ederetur, ipse quoque in amphitheatrum venit, & in arenam descendens, Gladiatores qui inter se pugnabant, compescere conabatur. Sed cruentæ cædis spectatores eam rem ægre ferentes, & dæmonis qui eos sanguine oblectabatur, furorem animis suis concipientes, pacis auctorem lapidibus obruerunt. Quo cognito admirandus Impera-tor hunc quidem invictissimorum Martyrum numero adscripsit: tetrum vero illud spectaculum penitus abolevit.* Hinc quæ habet Claudianus in Panegyri de sexto Consulatu Honorii num. 620. non de simulacris tantum ludorum Gladiatoriorum exhibitis explicanda; sed de ipsis ludis Gladiatoriis, ut ex laudati Theodoreti verbis intelligimus. Ludos enim illos hoc anno ab Honorio abolitos, dubitandum non videtur.

VI.
A Theodosio Magno aboliti non fuerant.

Baronius loco mox laudato, ut probet Gladiatores a Theodosio M. sublatos, ex Martyrologio Romano notat *de Almachio occiso a Gladiatoribus*, atque adeo Martyre sub *Alypio* Præfecto Urbi, eo quod Gentiles moneret, ut cessarent a superstitionibus Idolorum, & a sacrificiis pollutis, concluditque Theodoretum perperam scribere hæc Honorii tempore accidisse; cum verius sub Theodosio contigisse videantur; & eundem appellare *Telemachum*, quem Latini *Almachium* vocant; & ubi Theodoretus discrepat a Martyrologio, ubi dicitur *Almachius* a gladiatoribus necatus, hallucinari. Verum vana illa Baronii conjectura; *Almachius* enim diversus a *Telemacho*, ludique Gladiatorii a *Theodosio Magno* minime vetiti, ut Prudentii versus supra recitati certum & indubitatum reddunt. Duas itaque Honorius in *Gladiatores* constitutiones tulit; alteram, quæ secunda est Cod. Theod. *de Gladiatoribus*, datam anno CCCXCVII. qua vetat, ne Senatorum servitio se addicant, iisque formidandum populo famulatum præbeant: alteram qua Ludos Gladiatorios penitus antiquavit, quæ est illa Constitutio, cujus meminit Theodoretus laudatus, & ex eo Auctor Tripartitæ lib. 10. cap. 2. quæ ad nos non pervenit, quamque Romæ tum agens emisit. Verum quidem est, *Petitum* observat. 3. cap. 7. ludorum Gladiatoriorum ab Honorio factam prohibitionem referre ad annum CCCXCVII. quod Tripartitæ Auctor id factum indicet ante *Nectarii* obitum, qui eo anno contigit. Verum, male huic ratio temporum constare solet, & *Prudentius* laudatus diserte docet, post Pollentinam de Gothis victoriam eos editos fuisse, ac Theodosium locum istum meriti vacuum filio reliquisse. Cum porro Gothofredus in Comment. leg. 3. *de Gladiatoribus* scribat constitutionem, qua *Honorius* Gladiatores in totum Roma pepulit, eam esse quam memorat Theodoretus, cujus verba retulimus, non debuit in Chronologia Cod. Theodosiani *Claudianum* explicare de simulactis tantum ludorum Gladiatoriorum exhibitis; cum versus Claudiani de his ludis obscuri sint, ideoque ex Theodoreto citato, qui plane & aperte loquitur, explicandi veniant.

A num.

fuerant sanguine martyris, essent iterum restituta ab ipsis Gentilibus, & quidem solemni ritu, ad quæ spectanda prodirent (ut Prudentius ait) cum pompa Virgines Vestales. Quæ facinora digna Dei vindicta, Romano sanguine per Gothorum gladium Deus voluit expiari: sed de his suo loco. Jam vero Ecclesiam Orientis perturbatam invisamus.

III. Hoc eodem anno, iisdem Consulibus Honorio sextum & Aristæneto, S. Joannes Chrysostomus factione seditiosorum Episcoporum, urgente Eudoxia Augusta, sedu pellitur, atque exul relegatur in Cucusum. Quænam autem causæ turbarum præcesserint, ut qui jubente Arcadio Imperatore, annuentibus quoque Episcopis, tanta gloria fuerat restitutus, fugamque arripientibus adversariis, summa tranquillitate sederit, tandem post spatium decem ferme mensium iterum in eum Principum animi adeo commoti fuerint, ut a quibus deponendus esset, magna celeritate Episcopos Constantinopolim accersiverint, dicendum per singula quam exactissime. Accidit namque (ut auctor est Marcellinus (a)) ut his Consulibus Eudoxiæ Augustæ statua argentea erigeretur super columnam porphyreticam apud ecclesiam; de qua Socrates (b): *Hæc in edita basi, neque valde prope ecclesiam, quæ Sapientia dicitur, neque longe admodum collocata: sed inter ecclesiam & statuam platea solum media interjecta fuit. Ibi ludi populares (ut moris est) celebrari cœpti sunt.* De quibus Sozomenus (c): *Applausus ob id ac publica saltatorum & histrionum spectacula ibi edebantur, sicut moris fuit in regiarum imaginum dedicatione:* Hæc ipse.

Dedicatio argenteæ statuæ Eudoxiæ.

(a) Marcel. in Chron. hoc anno.

(b) Socr. l.6. c.16.

(c) Sozom. l.8. c.20.

IV. At qui legitimus esset cultus adhibendus in Imperatorum simulacrorum erectione, Theodosius Imperator ejusmodi edita functione antea definierat, ad Ætium Præfectum Prætorio ita rescribens (d):

Joannes declamat in profanos ritus.

(d) l.1. de imag. Imp. C. Theod.

Si quando nostræ statuæ vel imagines erigantur, seu diebus (ut assolet) festis, sive communibus: adsit Judex sine adorationis ambitioso fastigio: at ornamentum diei, vel loco, & nostræ recordationi sui probet accessisse præsentiam. Ludis quoque simulacra proposita, tantum in animis concurrentum, mentisque secretis nostrum numen, & laudes vigere demonstrent. Excedens cultura hominum dignitatem superno numini reservetur. Dat. &c. Hæc Theodosius. Cum vero S. Joannes Chrysostomus dicatur factam dedicationem statuæ Eudoxiæ, habita ad populum concione, reprehendisse (tradunt enim id Socrates (e), Sozomenus (f), & alii) aliquid in ea admissum putatur, quod & modestiæ pii Principis legi, & religioni Christianæ adversaretur: perfacile enim est in hujusmodi rebus in Idololatriæ scelus incurrere, cum effrenis populi adulatio nesciat æqui limitibus coerceri; cujus causa opus fuerit pietatis acerrimo vindici ad populum declamare. Sive quod prætexunt alii, quod ludi præ Ecclesiæ foribus agerentur non sine magna Ecclesiæ contumelia, quæ clamoribus theatricis confusa resonans, haud concinnum psallentium cantum, vocemque concionantis Episcopi facile admittebat: juste commotus S. Joannes, vehementi invectiva jure ejusmodi fuit spectacula insectatus: cum alioqui sciamus ipsum, absque ulla recens accedente occasione, adversus spectacula ac spectatores acerrime invehi ac vehementer declamare consuevisse. Sed illa verior atque justior causa intercessit, ut Joannes Chrysostomus in Eudoxiam commoveretur, qua etiam scimus perturbatum nonnihil fuisse Honorium Imp. cum audivit: quo nomine etiam reprehendit fratrem Arcadium, qui adeo nefanda æquo animo pertulisset, dum scilicet non modo Constantinopoli venerationi simulacrum Eudoxiæ expositum esset, sed idem per provincias quoque deferretur, non secus ac olim Cybeles circumferre solerent Ethnici simulacrum, ut appuret ex Luciano, Apulejo, & aliis. At litteras de his Honorii expostulantis secundo dstas suo loco inferius recitabimus. Quam justis-

(e) Socr. l.6. c.16.

(f) Sozom. l.8. c.20.

PAGIUS VII.

Statua Eudoxiæ Augustæ erecta.

A num. III. ad XLVI. Divus Chrysostomus *Honorio VI. & Aristæneto* Coss. ut testatur Socrates lib.6. cap.18. currenti scilicet anno, iterum in Synodo Constantinopolitana depositus est. Marcellinus quidem in Chronico ejus depositionem anno superiori recitat, quia nempe uno tenore, quæ in ejus causa acta sunt, refert. Scribit ibidem Marcellinus: *Eudoxiæ Arcadii uxoris super Porphyreticam columnam argentea statua juxta Ecclesiam posita hactenus sistit*, & postea narrat ejus exilium, *in Cucusum Armeniæ oppidum*. Baronius in mendosum Marcellini Codicem inciderat; cum num. III. tradat hæc referre Marcellinum sub hujus anni Coss. ea enim Marcellinus gesta dicit *Theodosio Jun. & Rumorido* Coss. ideoque anno superiori, quo quidem illa statua in honorem Eudoxiæ posita, ut etiam ibidem Prosper narrat. Imo & Socrates lib.6. cap.18. relata prima Divi Chrysostomi damnatione, ait: *cum natalis dies Servatoris illuxisset, Imperator ad Ecclesiam, sicut consueverat, non processit: sed Joanni mandavit, se non prius communicaturum cum illo, quam illata sibi crimina diluisset*, quæ asserit accidisse, postquam argentea statua Eudoxiæ supra columnam purpuream erecta fuerat, & Joannes celebrem illam in Ecclesia habuisset Orationem, cujus initium est: *Rursus Herodias furit*, quæ adhuc inter ejus Opera legitur; Socrates postea scribit, Chrysostomum ante Pascha fuisse depositum. Præterea Sozomenus lib.8. cap.20. & Theophanes in Chronico testantur, illam statuam post primam Synodum Constantinopolitanam, & ante secundam erectam fuisse, ideoque Prospero & Socrati favent; præsertim Sozomenus, qui tradit eam statuam ante Natale Christi fuisse dedicatam.

Pot-

ſtiſſima igitur impulir cauſa Chryſoſtomum adverſus hujuſmodl impium idololatriæ ſcelus vehemeutius declamaadi.

V. Eudoxia furit in Joannem.

Hæc autem in deteriorem partem accepta ab iis qui ſagaci ſtudio quamlibet venabantur occaſionem, qua ſancto iterum negotium faceſſerent, & in crimen adducerent, deferuat Eudoxiæ, eam uimirum verborum jaculis a Joanne iterum acrius uppeti, atque pro concione protciadi. Cum illa, quæ priſtinum iu eum conflatum odium perterrefácta vi uuminis remiſiſſet potius quam dimiſiſſet omnino; veluti œſtro percita, atque furiis agitata, minatur noa depoſitionem tantum, ſed necem, apperens caput viri, cujus liugua gravius quam lancea feriretur. At aec iſta quidem verbis taatum more débacchantium feminarum jactabat inani ſtudio, ſed opere ut implerentur, totis conteadit nervis, litteras ad Epiſcopos ſcribens per veredarios, ut quam citiſſime perferreutur; ſolicite curans, ut quamprimum omnes Coaſtantinopolim veniant, aate omnes autem Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, quem experta erat in hujuſmodi rebus curaudis ſolerriſſimum.

VI. Joannes quid in Eudoxiam concionatus.

Cum autem hæc haud ſecretis aunciis agerentur, ſed horum cauſa ſuſdeque omnia miſcerentur, jactarenturque ore multorum diſſipata ſemel la vulgus; S. Joannes cadeat qua ſemper la adverſis infracta conſtantia iutrepidus ſteterat, populo ex more in Eccleſiam convocato, graviſſimam illam orationem habuit, qua ita exorſus eſt: *Rurſum Herodias furit, rurſum turbatur, rurſum ab Herode caput Joannis injuria petit abſcindi, rurſum Jezabel Nabuthe vineam eripere pertentat, ac ſanctum Eliam ad montes perſequendo compellere*, &c. extat ipſa quidem integra oratio, quam ex veiuſtiſſimo codice erutam noſtrum Antonium Agellium clericum regularem, his diebus digae creatum Epiſcopum Acerheaſem, una cum aliis pluribus ejuſdem ſanctiſſimi Patris ex ſcriniis Vaticanis deprompris, atque Latiuitati a ſe redditis, quamprimum editurum ſperamus. Porro eadem ipſa eſt ex illis, quæ ex variis Matthæl locis ejuſdem Chryſoſtomi editæ fuat, excuſæ Pariſiis, homilia decimaquiata: quæ tamen (ueſcimus quomodo) veluti capite detruacata, ejuſmodi dicto caret exordio, cujus loco illa habentur præpoſita verba: *Heu me, quid agam? unde ſermonis exordium faciam? quid dicam? & quid taceam?* reliqua vero eadem prorſus, niſi quod illa tranſlata ab Agellio ad finem amplius haber viglati circiter verſus la commeadatioaem ſanctarum feminarum novl Teſtamenti.

VII. Summa celeritas in colligendo Concilio in Joannem.

His autem, veluti flagraatl igneis globis lacendio vehementiori addito venro, Eudoxiæ magis magiſque animus conciratur: adeo ut de convocandis adverſus Joanaem Epiſcopis quælibet ſolicita feſtinatio, & omui arte procurata celeritas, longiores illi viſæ ſint moræ atque ſera cunctatio. Pertraxit illa ad ſua vota Imp. Arcadium, quem reddidir ſuis votis in omnibus aaauentem: qui magna cautela primum omnium cavendum duait, ne cum populo Joaani ſtudente magiſtratus jungerentur una cum his qui ipſis magiſtratibus apparebanr; ne viribus populus pollens, Epiſcoporuai diſſenſioaes iu bellum civile couverterer: quamobrem Arcadius anni hujus exordio, nempe menſe Jaauarii, ad Anthemium Magiſtrum Officiorum iſta reſcripſit (*a*):

(*a*) l. 4. de his qui pro religione contendunt.

VIII.

Cuncta Officia moneantur a tumultuoſis ſe conventiculis abſtinere: & qui ſacrilego animo auctoritatem noſtri numinis auſi fuerint expugnare, privati cingulo, bonorum proſcriptione mulctentur. Dat. 4. Kal. Febr. Conſtantinop. Honorio VI. & Ariſtaeneto Conſs. Quæ autem mox fuerint coaſecuta antequam dicamus, de tempore rerum geſtarum tario ineunda eſt. Veritati quidem eſt conſonum, quod Metaphraſtes air (*b*), integrum fluxiſſe aanum ab expulſione Joaauis uſque ad poſteriorem ipſius coademnatioaem: aec aliter videtur ſenſiſſe Palladius, dum aovem vel decem menſes inter apſos eſſe teſtatur a priorl reſtitutione uſque ad Quadrageſimæ tempus, ut ſic aaaus ferme

(*b*) Metap. in Vita S. Jo. Chryſ.

PAGIUS VIII. *Statuæ & imagines Auguſtæ erigi ſolitæ.*

Porro hoc ſeculo ſtatuas Imperatoribus, in Oriente maxime, ingenti paſſim & ſumptu & adulatione erigi ſolitas, oſtendit Gothofredus in Comm. leg. I. Cod. Theod. *de imaginibus Imperialibus*. Is ſtatuarum uſus immodicus Conſtantinopoli non conſtitit; verum & Provincias pervagatus eſt, eoque iaſania proceſſit, ut cum adorationis faſtigio erigerentur & exciperentur, quod prohibet ea Lege Theodoſius Junior, de qua anno CCCCXXV. quo data fuit. Theophanes, de ſtatua Eudoxiæ loquens ait, eam *ad Sanctæ Irenes templum, loco qui Pittacia dicitur*,. Imperatricis juſſu collocatam fuiſſe: *Præfectus autem Urbi Manichæorum hæreſi vitiatus, & adhuc Gentilium ritibus addictus, ex plauſibus, choreis, & ſaltationibus ibidem loci aſſidue tumultum & ſtrepitum ciens immodicum, Pontificem angebat, nec patate & cum animi quiete, cantoribus frequenter interruptis, Divina myſteria eum permittebat celebrare. Quare ſacer Joannes verbis in ipſum vehementer invectus eſt: is autem Eudoxiam in Joannem quaſi ejus imaginem communi populi cultu honorari indignaretur, commovit. Inde rurſus odia in Joannem, inde rurſus ira. Ipſe pariter ſubinde Orationem habuit, cujus Principium, Rurſus Herodias furit.*

IX. *Arcadius prohibet conventus Joannitarum.*

Timens Imperator, ne populus, qui favebat *Chryſoſtomo*, tumultus excitaret, ſi de Sede Epiſcopali deturbaretur, dedit legem 4. Cod. Theod. *de his, qui ſuper religione contendunt*, & quidem *IV. Kalend. Februar.* quam dixexit Anthemio Magiſtro Officiorum, qua tumultuoſi conven-

me integer conficiatur usque ad Pascha, quo tempore secundo ipsum expelli contigit: cum tamen totius hujus temporis duos tantum menses Joannem pacifice egisse tradat, qui rem gestam, cui præsens fuit, ita describit (a): *Post duos iterum a plaga inflicta modice respirantes, secundo adversus Joannem fremunt: initiumque probabile minime invenientes, Alexandriam ad hujusmodi rerum peritissimum sophistam mittunt, ita suggerentes,* Theophilo scilicet: *Aut iterum veni dux noster adversus Joannem futurus; aut si hoc populi causa vereris, modum aliquem suggere, ex quo sumamus initium.*

(a) Pallad. in dialog.

IX. Theophilus quid moliatur contra Joannem.

Acceptis Theophilus litteris, ipse quidem venire noluit, sciens quo pacto effugisset. Misit autem tres illos Episcopos Paulum, & Pemenem, & alium nuper ordinatum; mittens una & canones quosdam ab Arianis contra beatissimum Athanasium factos, quibus utentes Joanni calumniam struerent: quod scilicet post depositionem suam sine Episcopali decreto redire ausus esset. Actum est superius de ejusmodi canone re vera ab Arianis in Concilio Antiocheno in Encæniis celebrato. Subdit vero Palladius: *Faciunt illi quod admoniti fuerant, illius consuetudinem non ignorantes: accersitisque ex Syria, & Cappadocia, & Ponto, & Phrygia Metropolitis & Episcopis omnibus, Constantinopolim convenere: advenientes autem, juxta canonis seriem Joanni communicarunt, ne eadem quæ prius incurrerent.* Ad hoc scilicet, quod ea ex causa ipse Joannes excusarat, nolle adesse judicio, in quo præsideret Theophilus inimicus ex eo declaratus, quod veniens Constantinopolim, secum noluerat communicare. Sed pergit Palladius: *Ea re vero comperta, Principes ægre tulerunt: & Theodorus quidem Tyanæus vir summæ gravitatis, ubi ex his quæ venerant ad aures ejus, quid ageretur, advertit, ne Theophili temeritatem sequeretur, relictis omnibus, ad suam remeavit Ecclesiam, valefaciens Comitatui,*

Studia diversa Episcoporum.

suamque provinciam vallans pietatis muro, & ad finem usque in communione persistens fidelium Romanorum, de quibus Paulus (b) testatur & dicit: Fides vestra annunciatur in universo mundo. Faretrius vero Cæsareæ, quæ Argeo adjacet, Præsul, nimium formidans, non secus atque infantes larvas, neque urbe egressus sua, per litteras consensit adversariis, & quidem non vocatus in medium, imperite omnino, quippe qui esset omnino rusticus ac stultus.

(b) Rom. 1.

X. Addit his Socrates (c): *Paulo post Episcopi advenerunt, Leontius * Episcopus Ancyræ, quæ est in Parva Galatia, Ammonius Laodiceæ, quæ est in Pisidia, Briso Philipporum, quæ Civitas est in Thracia, & Acacius Berϫæ, quæ est in Syria, & alii nonnulli. Coram istis accusatores, qui dudum Joannem in judicium vocaverant, de integro producuntur. Joannes istorum Episcoporum æquitate fretus, postulat ut de criminibus quæratur. Cum jam Natalis dies Salvatoris celebraretur, Imperator (ut assolet) ad Ecclesiam non accessit; sed Joanni significavit, se non prius cum eo communicaturum, quam crimina ei illata diluisset. Cumque accusatores propter Joannis animi confidentiam animis cadere viderentur: Episcopi qui aderant, non de alio crimine quæri, sed hoc solum in judicium adduci oportere, dixerunt, nimirum quod post abdicationem, absque Concilii sententia, se ipse in sede Episcopali collocaverat. Ubi Joannes respondet, quinquaginta * Episcopos qui cum ipso communicaverant, ei in ea re suffragatos fuisse. Leontius contra: At plures (inquit) tibi in Concilio refragati sunt.* Sed mendaciter id quidem, cum narrent in Synodo ad quercum habita S. Joannem non amplius quam a trigintasex condemnatum, quod habet Theodorus in Actis Innocentii Papæ, ut inferius dicemus. Porro Leontium ac collegas, de quibus ante aliquid boni ob initam communicationem

(c) Socr. l. 6. c. 16.

* Leontinus.

Joannes se purgare jubetur.

* quadraginta.

PAGIUS

venticuli prohibentur, Joannitarum scilicet, qui tamen in ea lege non nominantur. Et quia *Officia*, quæ sub Magistro Officiorum CP. erant, Palatina scilicet, id est, scholæ Clibaniorum, qui erant cataphracti equites, Clibano seu thorace tecti, Gentilium armaturarum & aliorum plurimum fovendis istis conventiculis conferre poterant, utpote quorum est numerus magnus & ad arma tractanda idoneus esset, prohibita ista *Officia* istis se se conventiculis miscere, sub exauctorationis & bonorum proscriptionis pœna, ut eam legem explicat Gothofredus in illius Commentario, non vero, ut explicat Baronius, ipsi Magistratus urbis Constantinopolitanæ prohibiti, ne cum populo jungerentur; quod inscriptio legis *ad Magistrum Officiorum* dici non posse ostendit.

X. In Synodo adversus Chrysostomum congregata lectus est Canon IV. Concilii Antiocheni anno CCCXLI. celebrati, quem Theophilus Episcopus Alexandrinus præcipuus Chrysostomi adversarius miserat, in quo legebatur: *Si quis Episcopus aut Presbyter injuste sive juste depositus, ea se ipse absque Synodo in Ecclesiam redierit: hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur*, ut refert Palladius in Dialogo; cum tamen Canon Concilii Antiocheni anno superiori a nobis recitatus adverbium illud *injuste* non contineat, Chrysostomus duplici responso usus est; ac primo quidem conatus est, ostendere se se Canoni Antiocheno satisfecisse: deinde cum nec sic quidem adversariorum calumniam effugeret, respondit, objectum Canonem non ad Ecclesiam Catholicorum, sed ad Ecclesiam Arianorum pertinere. Verum, ut observat Schelstratius in dissert. 5. de isto Concilio cap. 6. ne ex his quisquam existimet, Chrysostomum sibi ipsi contrarium fuisse in admittendo

Synodus adversus Chrysostomum Constantinopoli cogitur.

nem sperare posse videbatur, & ipsos quoque promissionibus adversariorum in transversum actos testatur Palladius, qui aliorum Episcoporum naufragia recensens, hos illis adnumerans subdit: *Leontius autem Ancyræ Galatiæ, Ammonio Laodiceæ Adustæ adjunctus, adustam fecerunt Ecclesiam, non modo victi Principum minis, sed contra spe munerum seducti regalium, in sancta Synodo sententiam nequissimam una cum Acacio, & Antiocho ferunt, obtinere sancientes Theophili indiscretum judicium, ut locus purgandi se Joanni nullus omnino daretur, vigore scilicet canonum eorum, quos Theophilus miserat a quadraginta complicibus Arii editos, atque ista continentes:*

XI. *Si quis Episcopus, aut presbyter, injuste sive juste depositus, ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit: hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur.* Est hæc quidem sententia canonis Antiocheni (*a*) Concilii, quem ab Arianis in Athanasii odium sancitum esse, suo loco diximus: *Et ista quidem regula* (subdit Palladius) *ut nequam & a nequissimis edita, in Sardicense Concilio a Romanis & Italis, Illyrisque & Macedonibus & Græcis (ut ipse melius nosti, optime Theodore) eliminata est, quando Liberius aut Julius sub Constantis Imperio Athanasium, & Marcellum Galatam admisit ad communionem, quorum causa canon ille fuerat editus.* Hæc ipse. At quomodo a Synodo Sardicensi derogatum est canoni illi? cum videlicet in ea decretum (*b*) fuit, ut si damnatus appellaverit ad Romanum Pontificem, id observandum esset, quod ipsi libuisset. Pergit vero Palladius:

(a) Concil. Antioch. cap. 15.

(b) Concil. Sardic. c. 3.

XII. Quæstio de canone Concilii Antiocheni.

Duo illi quidem Ammonius, & Leontius conjuncti Acacio, & Antiocho, & Cyrino Chalcedonensi, ac Severiano, ingressi ad Regem, dicebant, decem Episcopos ex parte Joannis evocandos (erant enim plures quadraginta) pro canonum auctoritate statuenda; aliis asserentibus eos a Catholicis editos, aliis contra dicentibus ab Arianis fuisse compositos. Ingressus autem Elpidius Laodiceæ Syriæ Episcopus, vir vitæ merito, & canitie ipsa venerandus, una cum Tranquillo suadebant Regi, non oportere Joannem irrationabiliter ejici: neque enim prius depositus, sed pulsus a Comite fuerat; neque a se ipso remearat, sed ex præcepto pietatis suæ, Notario ad hoc misso. Præterea quos proferrent canones, hæreticorum esse; quod apertis indiciis ostendi posset. Cum vero persisterent Joannis adversarii indisciplinate contendere, & alii quidem clamosa voce perstreperent, alii vero improbis gestibus, præsente Imperatore, tumido pectore & spiritu turgido insanire viderentur: Elpidius canonum scientissimus, modeste modica impetrato silentio, sic Regem alloquitur: non diutius mansuetudinem tuam vexemus, Imperator: sed istud fiat: Subscribant fratres nostri Acacius & Antiochus & cæteri, se illorum esse fidei, qui illos exposuerunt canones, quos ipsi obtendunt; & soluta controversia est.

XIII. Episcopi dilemmate arctati.

Imperator ubi simplicitatem propositionis advertit, subridens dixit Antiocho: Nihil afferri utilius potest. Erat autem in omnibus quæ fiebant, Imperator innocens, aliis quæ bene fuerant instituta mutantibus. Anxii igitur atque ancipites Severianus & socii, & in se ipsos instar aquæ inconstantes, remeantes ad id quod fuerat prudenter objectum, & ad Regis judicium nihil respondere poterant, facie tota in livorem transeunte; loci tamen angustiis deprehensi, inviti licet, se subscribere pollicentur. Ita egressi, promissionem quidem utpote inconsulte factam implere detrectant, convinci metuentes. Consultabant autem, quomodo Joannes expelleretur

PAGIUS do & rejiciendo uno eodemque Canone Antiocheno, notandum quomodo cum objectis Canonibus egerit Chrysostomus. *Theophilus* ab adversariis Chrysostomi rogatur, ut ad secundam Synodum Constantinopolitanam adveniat, aut certe modum suggerat, quo Chrysostomus throno suo ejici possit. Mittit Theophilus Canones quosdam, & inter eos unum de non ascendendo throno sine novæ Synodi judicio. Reposuit primum, teste Georgio Alexandrino in ejus Vita, Chrysostomus: *se minime judicio contendisse, non item exaudisse tabellas adversum se scriptas; non etiam sibi factam potestatem pro se respondendi: me præsens quidem, inquit, condemnatus sum, sed jussu Imperatoris in exilium relegatus sum, rursus ejusdem præcepto sum revocatus, quemadmodum & veritas rerum gestarum luculenter ostendit.* Quare non putavit Chrysostomus se se Canoni Antiocheno contravenisse.

XI. Addidit quidem ulterius *Chrysostomus*, Canonem a Theophilo transmissum non esse Catholicorum; sed hac in re a se ipso non dissensit. Nam alius omnino erat Canon a Theophilo productus, quam quartus aut duodecimus Antiochenus: Canon enim Theophili, *Palladio & Georgio Alexandrino* testibus, tanquam pessimus & a nequissimis Eusebianis editus rejectus fuit a Sacro Sardicensi Concilio. Canon autem quartus admissus fuit a Chalcedonensi Synodo, tanquam sacra Patrum regula, & Canon XII. etiam in auctoritatem receptus fuit a Sede Apostolica, & cum cæteris Antiochenis ab universa Ecclesia. Canon Chrysostomo objectus supradictis verbis conceptus erat, ut præter Palladium citatum docent Georgius Alexandrinus & Metaphraste in Vita Chrysostomi. Cum itaque Canonem a *Theophilo* transmissum Arianorum fuisse dixit Chrysostomus, non rejecit quod ante in auctoritatem admiserat; cum juxta Canones Antiochenos se se omnia fecisse aut saltem eosdem se non fuisse transgressum, usque ad finem sustinuerit. At ubi adversarii in-

Canon IV. Concilii Antiocheni Chrysostomo non adversabatur.

tur. Dum hæc aguntur, & alii sic & alii aliter sentiunt, novem aut decem fluxere menses, cum Episcopus Joannes adjunctis sibi quadraginta duobus Episcopis, ageret in dies quæ Dei sunt, & populi magna cum jucunditate ipsius doctrina fruerentur. Solet enim animus a vanitate gloriæ remotus, inter casus varios gratius atque potentius Dei verba profundere.

XIV. Arcadius agit ut expellatur Chrysostom.

Interea advenit Quadragesimale jejunium, quod annis singulis instar Veris efflores. Ingressi rursus Antiochus & socii seorsum ad Regem, persuadebant, ut Joannem quasi convictum, imminente Pascha, juberet expelli. Imperator eorum improbitate fatigatus, velati Episcopis credidit: qui enim veraciter aut presbyter, aut Episcopus est, mendacium nescit: hæc quippe nomina de supernis derivantur. Sed ista quidem ad excusationem Imperatoris Palladius modeste affert, qui & subdit: *Mandat itaque Joanni, ut Ecclesia exeat. Et Joannes ita respondit: Ego a Deo Salvatore nostro hanc suscepi Ecclesiam, ut salutem populi curem diligenter: neque illam deserere possum. Quod si fieri id omnino vis, quia civitas dissentit a me; vi mecum age, ut excusationem habeam, quod auctoritate tua pulsus reliquerim ordinem meum. Ita cum quadam verecundia mittentes ex Palatio depulerant illum, mandantes, ut interim in Episcopatus habitatione moraretur; expectantes simul aliquod divinæ indignationis judicium; ut si quid illius adversariis, aut sibi triste contingeret; maturato illum in Ecclesiam reducentes, Deum reconciliarent sibi; alioqui illi rursus insidiarentur ut Pharao Moysi.*

XV. Adversarii Joannis incitant Arcadium.

Inter hæc advenit magni sabbati dies, in qua crucifixus Salvator spoliavit infernum. Rursus ille mandat, ut Ecclesia exeat. Quibus ille juxta respondit. Veritus itaque Rex diei sanctitatem & commotionem civitatis, accitos Acacium & Antiochum alloquitur, dicens: Quid facimus? Videte ne forte non recte consulueritis. Tunc fortissimi illi & nimium magnanimi dixerunt Regi: Super caput nostrum sit, Imperator, Joannis depositio. Quod reliquum erat auxilii, hi qui cum Joanne aderant Episcopi, sacri jejunii numero æquales (nempe quadraginta) *Regem & Reginam adeunt in Martyriis, orantes cum lacrymis, ut Christi Ecclesiæ parcerent, maxime propter imminens Pascha, & eos qui renovandi erant jam plene eruditos, eique redderent sacerdotem. Sed auditi illi non sunt: ita ut Sanctus Paulus Episcopus imperterritus, plenusque fiducia Eudoxiæ diceret: Deum time, filiisque tuis miserere, neque sanguinis effusione sanctam Christi violes solemnitatem.*

XVI. Adversarii Joannis curant exturbari fideles per milites.

Reversi autem Episcopi, vigilias intra sua diversoria celebrarunt, alii fundentes perpetuas lacrymas, alii dolore detenti, atque alii mente ferme in stuporem versi, prout singulis passio dictabat. Joannis autem presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico Baptisterio, quod Constantinianum appellatur, coactis populis, vigilias inchoarunt, partim divina eloquia legentes, partim eos, qui instructi erant in fide, baptizantes, ut est moris in Pascha. Hæc ipsa Antiochus, Severianus, & Acacius perditæ mentis homines, & antiqui seductores suis præceptoribus referunt, orantes ut populi impedirentur, nec in eo loco fierent Collectæ. Repulit eos qui tunc erat Magister militum, & ait: Nox est, & turbæ multæ convenerunt: ne quid impedimenti oriatur, caute providendum est. Illi ad hæc respondent. Nemo in ecclesiis remansit, verendumque ne ingressus ecclesiam Imperator, & neminem inveniens consideret populi erga Joannem benevolentiam, nosque jam invidiæ denotet, & fraudis accuset; maxime cum illi dixerimus, neminem omnino superesse, qui illum diligat, utpote seductorem.

XVII. Grassatio militum in collectos ad vigilias fideles.

Ita Magister militum contestatus eis quæ ventura erant, tradit illis Lucium quemdam Tribunum militum Gentilem (ut dicebant) mandans ut honeste pergens, populum in ecclesiam revocaret. Profectus ille, cum minime auditus esset, ad Acacium redit, vires ac frequentiam populi nuncians. Post hæc illum suppliciter orant, aures verbis deprecantes, & spe ac promissione majoris gradus provocantes, ut impediret Domini gloriam; mandantes ei, ut vel oratione persuasos abduceret in ecclesiam

PAGIUS

instabant cum Canone a *Theophilo* transmisso, hunc Arianorum commentum fuisse contendit; & recte quidem, cum Canon ille non sit ex Antiochenis post Chrysostomum in Ecclesia receptis, sed unus ex illis, qui post Synodum Antiochenam a solis Eusebianis constituti erant in odium Divi Athanasii. Hujus rei testes sunt *Palladius & Georgius* Alexandrinus, qui fatentur Canonem a *Theophilo* transmissum a quadraginta Arii complicibus fuisse editum, non ab integro Concilio, cui omnes Antiqui XC. aut plures Episcopos interfuisse scribunt. Jam vero quartum illum Canonem post Synodum ab Arianis fuisse conditum ex eo liquet, quod Socrate & Sozomeno testibus *Athanasius* damnatus sit juxta regulam tunc constitutam, quartam scilicet, vetantem depositum Episcopum aliquid ministerii attingere, & duodecimam, nisi majoris Synodi judicio fuerit restitutus, ex quibus in odium Athanasii conflata fuit unica per Eusebianos regula, *ut sive quis juste sive injuste a Synodo depositus sit Episcopus, si per se absque Synodo redierit, omni restitutionis spe destituatur, & in exilium mittatur, necesse sit.*

XII. Verum hæc regula nullibi inter Canones Antiochenos reperitur, & si ex iis ab Eusebianis desumpta fuit, in eo penitus deviat, quod velit etiam injuste a Synodo depositum Episcopum illi

clesiam populos, aut ira & vi militum perturbaret, & Collectæ tantæ celebritatis imponeret finem. Qui evestigio sumptis secum partis Acacii clericis, secunda vigilia noctis pergit exequi quod ei fuerat injunctum (excubat enim populus in partibus nostris ad primum usque galli cantum) secum habens nuper ad militiam electos districtis gladiis Thraces, instar Esau, quadringentos omnino impudentes. Insilitque noctu, subitoque una cum Acacii clericis, & militibus in Dominicum gregem, velut lupus, fulgente ferro sibi iter faciens, ac populos dirimens. Concessit autem intra beatas aquas (nempe baptismales) *ut eos qui initiabantur, prohiberet: ac diacono quidem procaciter imminens, veneranda mysteria, quæ ille tenebat, manibus fudit: presbyteros vero jam & ætate & ordine, æqualesque suos fustibus in capite feriens, lavacrum cruore perfudit.*

XVIII. Sacrilegia sceleratorum.

Videre erat, tunc illam angelicam noctem, in qua etiam dæmones corruerunt supplices, in labyrinthum fuisse conversum, nempe maximam confusionem. *Nudæ enim mulieres una cum viris fugæ sese committebant, metu cædis, aut inhonestæ fœditatis, fœdum hunc cursum captantes. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem conscissam vulneribus trahebat. Omnes ad prædandum conversi, ornamenta & recondita omnia sibi applicabant. Ita presbyteri quidam ac diaconi, qui fuissent comprehensi, in carcerem conjiciebantur: qui autem ex populo alicujus erant dignitatis, urbe pellebantur. Edicta repetitis vicibus per loca ponebantur variis minas continentia, nisi quis Joannis communionem abnegasset. Cum tamen ista fierent, & plura etiam hi qui dicebantur Episcopi molirentur, Collecta tamen doctrinæ cælestis imma divinæ gratiæ studiosis non evacuabatur; sed juxta illud Exodi* (a): *Quanto illos occidebant, tanto plures fiebant.*

(a) Exod. 1.

XIX. Milites irruunt in Neophytos.

In crastinum autem ingressus Imperator in adjacentem campum, exercitii gratia, videt humum non satam ad quintum ferme lapidem candore vestitam (illorum nempe hominum repletam, qui ea nocte baptizati candida acceperant indumenta) *Stupefactus ad speciem & gratiam floris nuperrime baptizatorum (erant enim ad tria millia) satellites interrogat, quænam esset acies illuc concurrentium. Illi gratis mentiri, ut furorem Regis excitarent, dicunt esse alterius sectæ homines. Ea re cognita auctores negotii & invidiæ præceptores, atrociores quasque ex sequentibus mittunt, ut auditores dissiparent, doctores comprehenderent. Profecti illi, paucos ex clericis, plures ex laicis tenent.* Et paulo post subdit: *Cum his igitur clericis, & laicis qui detenti fuere, comprehensæ sunt & virorum nobilium conjuges. Quibusdam ex his maphoria* (est genus veli) *quoque abstulerunt, aliis inaures cum aurium extremitate detraxere. Ea re conspecta Eleutheri cujusdam uxor opulentissima, pallio relicto, ancillæque habitu assumpto, cursu civitatem ingressa est, ut pudorem servare inviolatum posset: erat enim in flore ætatis formosa nimium, & incredibili decore vestita. Hunc igitur in modum impleti magistratuum ferme omnium carceres, in ecclesiæ faciem transiere. Et hymni quidem & oblationes mysteriorum in custodiis agebantur; flagra vera & tormenta & juramenta terribilia in ecclesiis resonabant, cum ad execrationem Joannis singuli impellerentur, qui usque ad mortem nequitiæ diaboli adversatus obstiterat.* Hæc Palladius.

PAGIUS

Adversarii Chrysostomi Canonem Eusebianorum in medium protulere.

illi constitutioni obnoxium esse. Unde Georgius Patriarcha Alexandrinus vocat Canones a Theophilo transmissos, *adulterinas & falsi nominis scripturas*: nullibi namque in Canonibus Antiochenis invenies injuste depositum Episcopum non posse ad thronum Episcopalem redire, quin potius depositum Synodico judicio Episcopum id per se facere non posse. Synodicum autem judicium intelligitur legitime habitum, non vero quod illegitimum fuit & se ipso invalidum, quale prætendebat suum fuisse Chrysostomus. Hæc & plura hac de re Schelstratius laudatus.

XIII. *Dum Chrysostomus in exilium ducitur, ignis in magnam Ecclesiam immittitur.*

Ante ipsa festa Paschalia Chrysostomus sede dejectus, *festo Pascha die appropinquante*, inquit Socrates lib. 6. cap. 18. qui addit; *Joannes vero bimestri spatio in publicum non processit, donec Imperatoris præcepto jussus est in exilium duci. Et ille quidem ab Ecclesia abstractus, procul abducebatur. Quidam autem ex Joannitis eo ipso die Ecclesiam incenderant. Qua dum arderet, subsolano vento vehementius flante, Curia etiam in qua Senatus haberi solet, conflagravit. Id accidit XII. die Kalend. Julii, Honorio VI. & Aristæneto Coss.* Auctor Chronici Alexandrini sub iisdem Coss. scribit: *His Coss. ejectus est Joannes Episcopus Constantinopolitanus & repente conflagravit magna Ecclesia cum loco dicto Senatus, incensa ab iis qui templum tenebant, Xylocercetis dictis, feria II, hora VI. Creatusque est Ursacius* (legendum Arsacius) *Episcopus in ædo Apostolorum mense Desio, VI. Kalendas Julias, feria secunda.* Chrysostomus itaque festo Paschæ die appropinquante damnatus, post menses duos in exilium missus est, nempe XX. mensis Junii, in quam feria secunda incidebat, quavo magna Ecclesia & Curia incensæ sunt. *Arsacius* vero ordinatus est die XXVI. ejusdem mensis, in quem Dominica incidebat, quo die ordinationes Episcoporum Constantinopolitanorum fieri solitæ erant. Quare in Chronico Alexandrino loco ἡμέρα δευτέρα, legendum ἡμέρα πρώτη, idest, *feria prima*, quæ hoc anno cum die XXVI. Junii concurrit.

XIV. *Ea Ecclesia a Constantino M. fuerat ædificata.*

Porro Magna Ecclesia, quæ tunc conflagravit, a *Constantino Magno* fuerat ædificata, & postea a *Constantio* ejus filio ad majorem amplitudinem perducta. Theophanes in Chronico, quemadmodum & Socrates citatus, *Joannitas*, qui ignem in ædem illam immisere, *Xylocercetas* appellat, quod cum primo in Con-

XX. Appellat Joannes Innocentium PP.

Cum autem hæc accepisset S. Joannes Chrysostomus, nullamque spem reliquam esse cognosceret, ut meliori statu res collocarentur, sed certo jam intelligeret omnia in deterius prolapsura: haud diutius dissimulandum ratus, ad unicum sibi relictum confugium convolat, nimirum ad Romanam Ecclesiam, Apostolicam sedem, quam sciret omnibus esse prælatam, & perperam facta Pontificum posse corrigere. Sic igitur datis ad ejus Episcopum Innocentium litteris, ipsum adversus tot nefaria Orientalium & Ægyptiorum Episcoporum apellat. Id quidem hoc ipso anno, immo & statim post Pascha factum esse, Joannis ipsius ad eumdem Innocentium datæ litteræ, perspicuæ indices sunt. Dum enim cunctas res gestas ordine temporis dispositas narrat, orationemque ad ea quæ in magno sabbato acta sunt perducit; sed de aliis quæ postea gravissima contigerunt, nequicquam scribat; plane declarat, eo tempore illam se dedisse epistolam, quo contigerunt ea quæ novissime in ipsa litteris commendavit.

XXI. Theophilus antevertit legationem Chrysost.

Veritus autem Theophilus, ne in caput suum contra Joannem talia tantaque præsumpsisset, ad idem supremum Ecclesiæ Catholicæ tribunal, ipsam Apostolicam sedem, Romanam Ecclesiam, legationem mittit, scribens litteras ad eumdem Innocentium Romanum Pontificem, de his quæ a Synodo in Joannem facta essent. Sed & ipse Joannes tanta calumniose injusteque passus, ad eumdem Romanum Pontificem legatos misit, ipsum (ut dictum est) appellans adversus judicium Theophili & aliorum Episcoporum contra se latum. Haud hæc quidem absque Dei providentia gesta sunt. Sivit enim Deus hæc inter tantos Episcopos agitari, ut certo exploratoque judicio significaretur, redderetur que exploratum posteris, quinam in Ecclesia Catholica principem locum teneant, quemque tam Judices judicantes, quam rei damnati pariter inspicere debeant; illi quod scirent majus & eminentius supra se stare tribunal, quod omnia præjudicata iterum judicaret; isti magno solatio intelligerent, aliquod reliquum esse confugium, quod iniquam sententiam passi securi peterent, nempe judicium quærere & implorare auctoritatem Romani Pontificis. De hujusmodi autem legationibus tum a Theophilo, tum a S. Joanne Chrysostomo Romam ad Innocentium missis, locuples testis est Theodotus tunc temporis Romanæ Ecclesiæ diaconus, qui eadem præsens cuncta cognovit, atque plus satis perspecta habuit; cujus hæc sunt verba (a);

(a) Apud Pallad. dialog.

XXII. Legati Theophili & Chrysostomi Romam veniunt.

Primus omnium (inquit) profectus est ad nos Alexandrinæ Ecclesiæ lector cum Papæ Theophili litteris, quibus indicabat; Joannem a se fuisse depositum. Eas litteras cum legisset beatissimus Innocentius Romanæ sedis Antistes, inhorruit temeritatem fastumque Theophili; ægre ferens, & quod solus scripserat, & quod rei totius seriem referre omiserat; cujus scilicet rei gratia, quibusve adjunctis sibi sociis, illum deponere ausus fuisset. Inter hæc mansit admirans, nihilque rescribere voluit, rei indignitate commotus. Dum Eusebius quidam diaconus Constantinopolitanæ Ecclesiæ, qui tunc Romæ erat Ecclesiasticæ utilitatis gratia, Innocentium adiit, libellisque traditis adjuravit, sustineret ut modicum temporis: fore enim brevi, ut sibi totius scenæ facies patesceret. Post triduum advenerunt Episcopi quatuor a Joanne missi reverendissimi profecto viri, Pausophius Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ Secundæ, Eugenius Phrygiæ, tres epistolas Innocentio deferentes, unam quidem Joannis Episcopi, secundam vero Episcoporum quadraginta de communione Joannis, reliquam scripserat Joannis clerus, omnes indisciplinatum tumultum & seditionem pariter significantes. Erat autem epistola Joannis hujusmodi series:

XXIII.

Domino venerabili ac beatissimo Episcopo Innocentio Joannes in Domino salutem. Vides ipsius Chrysostomi verecundiam

PAGIUS

stantini Balneis conventus separatim agere cœpissent, postea Ξυλοκίρκῳ, seu in Circo ligneo, quem *Constantinus* postquam Byzantium adornasset, asseribus & lignis compactum extra urbem statuerat, ut auctor est Sozomenus lib. 8. cap. 21. Collectas egerunt. Non desunt tamen, qui a nemine ignem, sed divinitus immissum tradant, ut exerte Palladius, cujus verba recitat Baronius num. XLIII. & Historia Conciliabuli excitati contra Chrysostomum testantur. Restaurata postmodum Ecclesia a *Theodosio Juniore* stetit usque ad annum DXXXI. quo in seditione, quam *Victoriatorum* vocant, deleta est, ut suo loco videbimus. Secta vero *Xylocercetarum*, seu Joannitarum perstitit usque ad Consulatum XVI. Theodosii, usque ad annum nempe Christi CCCCXXXVIII. ut prodit Socrates lib. 7. cap. 45. quo *Proclus* Episcopus CP. eos ad concordiam reduxit, ut legitur in Annalibus.

XV. *Post discessum Chrysostomi tumultus augentur.*

Tumultus post discessum Sancti *Chrysostomi* ejusque exilium, magis aucti sunt. Idacius enim in Fastis sub hujus anni Coss. scribit: *Bellum civile fuit ex III. Kal. Septemb.* Cœpit itaque tumultus illi die tricesima mensis Augusti; pridie cujus diei *Arcadius* emisit legem 27. Cod. Theod. *de Episcopis*, quæ dicitur data *IV. Kal. Septemb.* Cum enim diræ quæstiones ob incendium illud haberentur, *Studius* Præfectus Urbi ad quem ea directa, videtur apud Imperatorem intercessisse, ne eæ ulterius grassarentur. Baronius num. LIV. ubi eam legem recitat, *Studium* Præfectum Prætorio perperam appellat, cum in fronte ejusdem legis legatur P. U. idest, *Præfecto Urbis*, & lex 5. ejusdem Cod. Theod. *de his qui super religione contendunt*

diam, animique demissionem laude dignam, cum etsi sciret se injuste depositum, tamen abstinet a titulo sedis suæ, quousque causa legitime cognita, sedem cum titulo reciperet suam: sed quæ sequitur epistola, sic se habet, ut cunctarum rerum gestarum, quæ superius sunt enarratæ, breve compendium reddat his verbis:

XXIV. *Et ante litteras nostras ad aures pietatis vestræ pervenisse putamus præsumptum hic facinus. Quippe magnitudo sceleris fecit, ut nulla Orbis pars reliqua sit, quam non hujus horrendæ cladis rumor impleverit *: immo ad ipsa quoque extrema terræ gestorum fama pertingens, ingentem ubique gemitum luctumque excitavit. Verum quia ista non modo lugere & planctibus prosequi, sed emendare pro viribus convenit, & caute prospicere quomodo hæc sævissima Ecclesiæ procella sopiatur: necessarium existimavimus, dominos meos honoratissimos ac reverendissimos Præsules, Demetrium, Pansophium, Pappum, & Eugenium hortari, dimissis ut Ecclesiis suis, sese pelago traderent, & emensa peregrinatione longinqua, ad vestram currerent charitatem; omnibusque lucide expositis, maturæ tantæ cladis remedium duri salubre postularent. Quibus etiam carissimos diaconos Paulum & Cyriacum itineris comites dedimus, qui & ipsi vice epistolæ charitatem vestram, quæ hic gesta fuere, docebunt.*

* impulerit.

Epistola Joannis Chrysostomi ad Innocentium.

XXV. *Theophilus enim Alexandrinæ Ecclesiæ Præsul, cum a quibusdam apud piissimum Imperatorem insimularetur, solus ad crimina diluenda venire jussus, magna Ægyptiorum multitudine sociatus advenit, id ferme initio docere volens, ad bellum se ac prælium instructum advenisse. Inde regiam ingressus urbem, non ad ecclesiam ex more & antiqua consuetudine venit, non congressus est nobis, non verbum nobiscum fecit, non simul oravit, non communicavit: sed ubi navi descenderat, valvis ecclesiæ prætermissis, extra urbem morabatur: & cum multis precibus ageremus ut apud nos tam ipse, quam hi qui cum eo advenerant, hospitarentur (omnia enim præparata erant & diversoria, & quæcumque necessaria) neque ipse, neque illi acquieverunt. Nos ubi ista comperimus, magna admiratione tenebamur, nullam hujusce simultatis causam probabilem invenientes. Nostrarum tamen partium munus implere curabamus, id facere instituentes, quod esset conveniens nobis; ipsumque jugiter orantes, ut nobiscum colloqui vellet; & cujus rei causa ab ipsis exordiis tam apertas inimicitias præferret, tantamque urbem scandalizaret, exponere.*

XXVI. *Cum vero ne sic quidem causam eloqui vellet, accusatoresque illius vehementer instarent; accersitis nobis piissimus Imperator jussit, ubi ille morabatur, ire, atque illic quæ contra illum dicerentur, audire: nam & seditiones, & cædes, & alia illi objiciebantur innumera. Verum nos & Patrum decreta veriti, & virum honorare cupientes, cum ipsius quoque litteras teneremus, quibus cavetur non oportere judicia extra terminos fieri, sed in suis quæque provinciis judicari; nequaquam acquievimus, sed vehementer obstitimus. At vero ille, quasi aliqua priora nostra crimina præcessissent, advocata archidiacono meo, nimia cum auctoritate, veluti jam profecto Ecclesia vidua esset, neque haberet Episcopum, per illum ad se omnem clerum transtulit. Desertæ itidem fiebant ecclesiæ, dum unuscujusque clerici abducerentur, & libellos adversus nos dare, & in accusationem nostri nominis conspirare inducerentur.*

XXVII. *His itaque gestis, mittit, & nos ad judicium advocat, qui necdum proposita contra se crimina diluisset: quod contra canones & præter omnes leges fieri, nullus ignorat. Enim vero nos rebus certis admoniti quod non ad judicem evocaremur (alioquin millies ivissemus) sed ad*

PAGIUS dunt, relata a Baronio num. LV. quæ & ipsa ad Joannitas pertinet, inscribatur etiam *Studio P. U.* Meminit & Studii Præfecti Urbi Theodorus Diaconus apud Palladium in Dial. de Joanne Chrysostomo, cujus verba ipsemet Baronius num. LXXVIII. refert. Et Gothofredus in comment. præfatæ leg. 37. *de Episcopis* ubi hæc observavit, addit ipsum argumentum ejusque causam hanc ad Præfectum Urbi pertinuisse. *Arcadius* hanc legem 37. *de Episcopis* emisit, cum res ad apertam seditionem eruptura videretur, eaque prohibuit, ne quis Episcopos vel clericos peregrinos aut cives clericos *nova & tumultuosa conventicula extra Ecclesiam* celebrantes susciperet: *Ad observandas siquidem*, inquit, *seditionis aditus, id nostro sedet arbitrio, ut omnes Episcopi & clerici & peregrini ab hac sacratissima Urbe pellantur*. Cujus legis occasione bellum illud civile forsan ortum.

XVI. *Chrysostomus de priori judicio adversus se lato sedem Apostolicam appellavit.*

Chrysostomum postquam sede dejectus est, ad Innocentium Papam appellasse, constat ex Epistola Honorii Imp. ad Arcadium in Oriente imperantem, recitata a Baronio num. LXXX. & seqq. ubi refert, tum Chrysostomum, tum Theophilum ipsum legatos ad Innocentium misisse, qui ejus super judicio in Chrysostomum lato sententiam dicerent: *Missi*, inquit, *ad Sacerdotes Urbis æternæ, atque Italiæ, utraque ex parte legati. Expectabatur ex omnium auctoritate sententia informatura regulam disciplinæ. Integrum nempe esse debuerat, nec quidquam novari, dum definitio deliberata procederet; cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut non expectatis literis sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exilium traderentur Antistites, animadversioni prius addicti, quam sententiam judicii Episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probavit. Namque hi quorum*

inimicum atque hostem, sicut priora & posteriora testantur; misimus ad illum Demetrium Pisinuntis, Eleusium Apameæ, Lupicianum Apsariæ Episcopos, Presbyteros vero Germanum & Severum; respondimusque modeste ex nostro instituto, dicentes, nos non declinare judicium, sed apertum hostem & inimicum manifestum. Qui enim libellis nondum susceptis initio statim talia gessisset, & se ipsum ab Ecclesia & communione segregasset, accusatores parans, & clerum ad se transferens, ecclesiasque desertas constituens, hic qua ratione Judicis sedem nihil ad se pertinentem ascendere dignus censeatur? Neque enim consentaneum rationi esse, ut Ægypto præfectus Thraciæ causas cognosceret, ipse criminibus obnoxius, & inimicus & hostis. His ille nihil mitior factus, nihilque veritus, & quod instituerat perficere cupiens; nobis asserentibus, paratos esse præsentibus & coram & mille Episcopis crimina objecta refellere, munditiamque nostram asserere, sicuti sumus profecto mundi; passus non est. Sed absentibus nobis, & Synodum convocare volentibus, judiciumque flagitantibus, neque cognitionem causæ fugientibus, sed inimicitias manifestas: accusatores tamen admittebat; & quos ipse ligaveram, solvebat; quique crimina sibi objecta necdum diluisset, eorum libellos accipiens, commentaria scribebat. Quæ præter jus fasque omnia in injuriam sanctorum canonum fiebant.

XXVIII. *Et quid me multis immorari necesse est? Non destitit omnia & facere & moliri, quoad nos per summam vim, nimia auctoritate & urbe, & Ecclesia deturbavit. Et profundo jam vespere, cum plebs omnis nos lamentatione miserabili prosequeretur; tractus in medio Civitatis, & violenter abductus, injectusque in navim, noctu navigabam, quia Synodum ad istud judicium vocare volueram. Quis ista sine lacrymis audire possit, quantumlibet sit lapidei cordis? Sed enim quia (ut diximus) ista non modo deflere, verum & corrigere oportet: charitatem vestram precor, ut excitetur, atque condoleat, & omnia faciat, ut hujusmodi calamitatibus tandem sit finis. Non hactenus perit iniquitas, sed prioribus quoque nova succedunt. Nam ubi piissimus Imperator injuste & imprudenter ingressor Ecclesia expulit; plurimique Episcoporum iniquitate illorum cognita, ad Ecclesias suas redierunt, furorem illorum atque impetum veluti flammam cuncta vastantem fugientes: nos in urbem rursus evocati sumus, Ecclesiæque restituti, de qua injuste fueramus ejecti. Cum vero triginta nos Episcopi, & clementissimi Imperatoris Notarius ad hoc missus reduxissent: ingressi ad Regem, oravimus, ut ad ulciscenda facinora Synodum cogeret. Quod ille (* nempe Theophilus *) ubi comperit, fugæ præsidium sumpsit: veritusque judicium, cum jam regiæ litteræ ubique disseminatæ, omnes omnibus ex partibus evocarent, noctis medio fragili se cymbæ commisit; atque ita fugiens, suos omnes secum duxit.*

XXIX. *Nos conscientia nostræ fiducia nihilo segnius institimus apud piissimum Imperatorem, ut Concilium congregaret. Qui sua pietati consona faciens, rursum ad illum misit, mandans uti ad se tam ipse, quam omnes qui cum illo fuerant, ex Ægypto ascendere maturarent, rationem facti sui redditurì: neque arbitrarentur, quæ adeo nequiter ex una tantum parte & absentibus nobis præter Patrum canones gesta fuissent, sibi ad excusationem quicquam suffragari posse. At vero ille sic quoque regiis contentus litteris, obtemperare non ausus, se continuit domi, seditionem plebis allegans. Agebat id de quorumdam sibi faventium consilio, & certe cum his ipse populus ante has Imperatoris litteras innumeris eum maledictis aspergeret. Sed non ista modo discutimus.* Hæc

PAGIUS *expectabatur auctoritas (* nempe Pontificis Romani & ejus assessorum *) pacifica Joanni communione permissa, faciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante judicium consortio expellendum.* Sententiam vero depositionis a Theophilo Alexandrino, ejusque consortibus latam rescidisse, & in irritum misisse Innocentium I. liquet tum Palladii, tum Innocentii ipsius testimonio. Et Palladius quidem in dialog. de vita S. Joannis Chrysostomi, scribit: *Ad hæc rescripsit beatus Innocentius Papa, communioneque utriusque partis admissa, Theophili judicium cassum atque irritum esse decrevit, dicens, oportere constitui aliam irreprehensibilem Synodum Occidentalium & Orientalium sacerdotum, cedentibus Concilio amicis primum, deinde inimicis, neutrarum quippe partium ut plurimum rectum esse judicium.* Innocentius vero Epist. XXXI. ad Theophilum, quam idem Palladius recitat; *Frater Theophile, inquit, nos & te, & fratrem nostrum Joannem, communionis nostræ esse decrevimus, sicuti & in prioribus literis aperte satis expressimus, & nunc in sententia nostra, & voluntate perdurantes, rursus eadem scribimus. Et quotiescumque scripseris, nisi debitum sequatur, conveniensque judicium, propter ea quæ magno cum dedecore gesta sunt, possibile non est nos a Joannis communione discedere.*

XVII. *Appellavit & de secunda judicio.* Nec de judicio tantum Theophili ad Romanum Pontificem appellavit *Chrysostomus*; sed etiam de judicio, quod alii Episcopi, incentore *Theophilo*, in illum currenti anno tulerunt. Cum enim Episcopi Chrysostomi hostes XII. Canonem Antiocheni Concilii in Chrysostomi perniciem intorsissent, eumque damnassent iterum, ille Innocentii tribunal iterum appellavit, ut significant illa ejus verba, in Epistula ad Innocentium, prout refertur a Palladio: *Scribite, precor, & auctoritate vestra decernite, hujusmodi inique gesta, nobis absentibus, & judicium non de-*

Hæc tantum idcirco diximus, ut ostendamus quæ esset viri modestia.

XXX. *Verum nos ne postea quidem quievimus, sed instabamus jugiter orantes judicium fieri, in quo audiri judicarique possemus. Parati enim eramus nos ipsos docere insontes, illos e contra nocentissimos, & magni in nos sceleris reos. Erant autem & ex Syria quidam, qui illis tunc semper astiterant, & cum illo communiter omnia gesserant. Adversus istos quoque parati eramus subire judicium: sæpiusque importune rogavimus, aut commentaria, aut accusatorum libellos nobis tradi, aut criminum naturas aperiri nobis, aut certe accusatores ipsos in conspectu dari. Nihilque ex his consequi meruimus, sed rursum pulsi Ecclesia sumus.*

XXXI. De grassatione militum in Ecclesia.

Quomodo jam quæ sequuntur exponam omnem excedentia tragœdiam? quis sermo ad ea explicanda sufficiet? quænam auris absque horrore percipiet? Nobis enim hæc ipsa, quæ antea dixi, prætendentibus, repente multitudo militum ipso magno sabbato, cum jam in vesperam vergeret dies, Ecclesias ingressi, clerum omnem qui nobiscum erat per vim ejecerunt, armisque veneranda obsidebantur altaria. Mulieres, quæ intra Ecclesiam, ut baptizarentur, sese veste nudaverant, per id temporis nudæ fugiebant, metu hujus acerbissimæ commotionis impulsæ, neque sexus verecundiæ, neque honestati permittebantur præ pavore consulere: plurimæ tunc acceptis vulneribus ejectæ. Ita cruore Baptisterium replebatur, atque ex hujusmodi vulneribus sacri latices colore mutato in ruborem transibant. Neque hactenus stetere clades: sed ubi sancta condita servabantur, ingressi milites, ex quibus (ut postea didicimus) quidam necdum initiati erant, omnia spectabant intus recondita; sanctissimusque Christi sanguis in tanto tumultu in militum vestimenta fusus est; omniaque non secus quam in captivitate, barbarica facinora passim admissa.

XXXII. Sed hic, lector, considera, quam procul abhorreant a Patrum traditione, usuque Catholicæ Ecclesiæ, qui nostro tempore hæretici negant asservandam esse sacratissimam Eucharistiam, quam videmus non sub specie panis tantum, sed etiam sub specie vini olim consuevisse recondi. Habes id quoque probatum auctoritate S. Gregorii Romani Pontificis, dum ait (a) in navi portasse navigantes Christi Corpus & Sanguinem. Cæterum eadem ratione qua Ecclesia Catholica laicis usum ademit calicis, eadem quoque ex causa Eucharistiam nonnisi sub una tantum specie, nempe panis, asservare consuevit. Sed quæ reliqua sunt epistolæ Chrysostomi, recitemus: *Populus in solitudinem migrare, plebsque omnis extra urbem excubare cogebatur: vacuæ Fidelibus Ecclesiæ in tanta solemnitate relictæ: plures quam quadraginta Episcopi communionis nostræ cum populo frustra & sine causa pulsi. Ululatus & gemitus, ejulatus item & lamenta, & lacrymarum fontes plateas, & domos, & deserta ipsa compleverant, & planctu cuncta resonabant; nullaque urbis pars hujusce calamitatis vacua relinquebatur.*

Eucharistia sub utraque specie olim asservari solita.

(a) Greg. dialog. l. 3. c. 36.

XXXIII. *Fecerat enim calamitatis magnitudo, ut non modo qui patiebantur, verum ipsi quoque qui nihil hujusmodi perpessi erant, una nobiscum lamentarentur: neque Catholici modo, sed ipsi quoque hæretici & Judæi ac Gentiles vices dolerent nostras. Et uti civitas per vim in deditionem hostium venisset, ita tumultu ac perturbatione, & ejulatu plena erant omnia. Porro ista, ignorante piissimo Imperatore, noctis initio, Episcoporum factione gerebantur: qui exercitus duces, diaconorum vice, secum habere prævios non erubescebant. Ubi vero illuxerat dies, civitas omnis extra urbis mœnia migrarat, sub arboribus & frondibus, veluti dispersæ oves, festivitatem* (nempe Paschatis) *celebrantes. Hinc jam potestis cætera æstimare. Neque enim fas est omnia prosequi (ut ante jam dixi) neque per singula contingere. Nempe id acerbissimum est, quod tanta incommoda, tot clades finem necdum acceperunt, nullaque spes quietis superest. Verum in dies augetur pestis; factique sumus in derisum multis; immo*

PAGIUS *declinantibus, nullius esse roboris. Porro qui talia gessere, eos Ecclesiæ censura subjicite. Nos autem insontes, neque convictos, neque deprehensos, neque ullius criminis reos comprobatos, Ecclesiis nostris jubete restitui, ut charitate frui, & pace cum fratribus nostris consueta possimus.* Porro sententiam in hoc secundo judicio adversus Chrysostomum latam æque rescidisse Innocentium, his rationibus demonstrat Natalis Alexander in parte II. Seculi IV. Dissert. XXVII. In dialogo Palladii Theodorus Romanæ Diaconus Ecclesiæ refert verba Commonitorii ab Innocentio dati Legatis, quos a suo Latere misit Constantinopolim, ut adessent Synodo, quam ad istius causæ pleniorem disceptationem, & ultimam definitionem fieri peroptabat. In hoc enim Commonitorio hæc inter alia leguntur: *Non oportere Joannem judicium aggredi, nisi ille prius Ecclesia, communioque redderetur, ut omnis dilationis occasione sublata, sua sponte Concilium ingredi posset.*

Præterea Theodoretus lib. 5. cap. 34. *Episcopi Occidentes, inquit, non prius cum Episcopis Ægypti, & Orientis & Bosphori, atque Thraciæ communicare voluerunt, quam nomen illius sanctissimi Viri in tabulas, in quibus nomina Episcoporum mortuorum continebantur, retulissent; atque Arsacium ejus successorem ne salutare quidem dignati sunt.* At decernere non potuit Innocentius, ut nomen Chrysostomi decreto Concilii Otientelis ex tabulis Ecclesiæ expunctum eisdem restitueretur, nisi rescissa sententia, quæ in illum

XVIII. Quod pluribus probatur.

immo videt quidem nullus, quantumlibet perditus sit moribus, sed ploratu prosequuntur (ut dixi) malorum omnium culmen, novam hanc iniquitatem & facinus execrandum.

XXXIV. *Quis vero reliquarum Ecclesiarum perturbationes ac pressuras eloqui possit? Neque enim hic modo invaluit lues, verum ad Orientalem quoque pervenit Ecclesiam. Quemadmodum enim a capite dum noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur: ita nunc quoque postquam ex hac urbe magnifica, velut ex fonte quodam, incommoda fluxere, cœperunt turbæ, ac tumultus occupant omnia, & ubique dominantur; omnibusque ferme in locis clerici contra Episcopos insurgunt; populi passim abscissi sunt ab Ecclesiæ corpore, partim præcidendi expectantur. Ubique pestis hæc pullulat, & Orbis universus evertitur. Hæc igitur omnia cogitantes, domini beatissimi ac reverendissimi, dignum vestra constantia & congruum robur ac studium sumite; & hanc perniciem, quæ invasit Ecclesias, oramus, avertite. Nam si hæc invaluerit consuetudo, & licitum fuerit cuique ex adeo remotis partibus alienas provincias, prout voluerit, ingredi, & ejicere quoscumque libuerit, & pro voluntate omnia gerere: non ignoratis mature cuncta peritura, bellumque sævissimum occupaturum Orbem universum, omnibus lacessentibus invicem.*

XXXV. *Ne igitur immanis ista confusio cuncta percurrat, & ubique dominetur: scribite, precor, & auctoritate vestra decernite hujusmodi iniqua gesta, nobis absentibus & judicium non declinantibus, nullius esse roboris, sicut per suam naturam sunt profecto & irrita, & nulla. Porro qui talia gessere, eos Ecclesiæ censuræ subjicite: nos autem insonter, neque convictos, neque deprehensos, neque ullius criminis reos comprobatos, Ecclesiis nostris jubete restitui, ut charitate frui & pace cum fratribus nostris consueta possimus. Quod si modo quoque voluerint auctores sceleris aperire crimina, quorum gratia nos injuste ejecerunt: dentur nobis commentaria, libelli proferantur in medium, veniant accusatores mei, sedeat incorruptum intemeratumque judicium: non recuso, non renuo, immo & constanter hoc expeto. Judicemur: crimina profecto diluemus, nosque ostendemus innocentes, neque criminibus ullis objectis obnoxios. Nam quæ ab eis modo gesta sunt, omni prorsus ratione carent; extra omnem ordinem, omnemque legem & regulam Ecclesiasticam sunt: numquam id facinus, ne extremis quidem judiciis, immo neque apud barbaros ipsos admissum est. Non Scythæ, non Sarmatæ umquam una ex parte judicarunt; absente reo, neque judicium, sed odium & apertam simultatem declinante, ac mille appellante judices, & se ipsum innocentem asseverante, & paratum, præsente Orbe universo, quæque objecta diluere, ac se omnibus insontem declarare. Hæc ergo cuncta cogitantes, & a dominis meis reverendis Episcopis manifestius planiusque cuncta discentes: quod est partium vestrarum munus, studium vestrum & operam & diligentiam, quæso, inferre dignemini. Ita enim non nobis tantum, sed Ecclesiis quoque universis gratificabimini, & a Deo mercedem accipietis, qui ob Ecclesiarum pacem semper omnia facit. Scripsimus ista & ad Venerium Mediolanensem, & ad Chromatium Aquilejensem Episcopum. Vale in Domino.* Hactenus Chrysostomi ad Innocentium Papam litteræ.

XXXVI. Subdit autem his hæc Theodorus Romanus diaconus (a): *Ad hæc rescripsit beatus Innocentius Papa; communioque utriusque partis admissa, Theophili judicium cassum atque irritum esse decrevit, dicens oportere constari aliam irreprehensibilem Synodum Occidentalium & Orientalium sacerdotum, cedentibus Concilio amicis primum, deinde inimicis: neutrarum quippe partium ut plurimum rectum esse judicium. Paucis post diebus advenit Petrus quidam Theophili presbyter una cum Martyrio Ecclesiæ Constantinopolitanæ diacono, ipsius epistolas deferens, & quædam simul commentariola, in quibus apparebat Joannem a triginta sex damnatum Episcopis, ex quibus vigintinovem Ægyptii, septem reliqui ex aliis regionibus erant.*

(a) *Apud Pallad. in dial.*

Innocentius Papa quid in causa Joannis.

Ea

PAGIUS lom lata fuerat. Hinc *Innocentius* Alexandrum Antiochenum Patriarcham, & *Acacium* Beroeensem Episcopum, Apostolica communione prius non donavit, quam memoriæ Chrysostomi fecissent satis, ejusque nomen in Sacra Diptycha retulissent, ut patet ex Epistola Innocentii XVII, non vero XVIII. ad Alexandrum, recitata a Baronio anno CCCCVIII. num. XXXV. & seqq. qui & eodem anno num. XXXVIII. refert Epistolam XIX. non vero XXII. uti apud Baronium Innocentii ad *Acacium* Beroensem Episcopum idem decernentis. Hinc *Gelasius* Papa *ad Episcopos Dardaniæ* scribens, Epistola XIII. Chrysostomum solius Sedis Apostolicæ judicio absolutum testatus, absque ulla Synodo. Denique

a Facundus lib. 6. docet *Chrysostomi* damnationem ab Innocentio fuisse rescissam. Quæ probatio ex appellatione *Chrysostomi* deprompta, eo majoris est roboris ad probandum appellationum usum post Concilium Sardicense, quod ejus causa non esset fidei, sed meræ disciplinæ. Quare non admittenda distinctio, quam aliqui viri Eruditi excogitarunt inter causas fidei & Ecclesiasticæ disciplinæ; dum priores ad Sedem Apostolicam semper deferri potuisse per appellationem Episcoporum dejectorum confessi sunt; non autem posteriores. Hunc enim usum invaluisse in Ecclesia tam Orientali, quam Occidentali pluribus post Concilium Sardicense seculis, demonstrat Natalis Alexander laudatus.

Ea commentaria cum legisset Papa Innocentius, comperissetque neque culpas esse graves, neque præsentem Joannem fuisse, neque in faciem reprehensum; insaniam Theophili magis ac magis exhorruit, quod contra absentem adeo sævam immitemque sententiam evomuisset. His igitur a se dimissis cum litteris gravibus temeritatem illius lacessentibus, sese ad orationis studium contulit; indictoque Ecclesiæ jejunio, cum lacrymis divinam precabatur clementiam, ut hujusmodi seditiones & scandala scissuræque tollerentur, & pacis ac fraternitatis amor integra membrorum compage redderetur. Fuit autem epistolæ ista sententia:

XXXVII. Quid Innocentius Papa ad Theophilum.

Frater Theophile, nos & te & fratrem nostrum Joannem communionis nostræ esse decrevimus, sicuti & in prioribus litteris aperte satis expressimus: & nunc in nostra sententia & voluntate perdurantes, rursum eadem scribimus. Et quotiescumque scripseris, nisi debitum sequatur conveniensque judicium, propter ea quæ magno cum dedecore sunt gesta, possibile non est nos a Joannis communione discedere. Itaque si conscientiæ confidis, tu quoque judicio accurre ad Synodum proxime in Christo celebrandam, & illic juxta Nicæni Concilii canones & decreta contende: alios (ab his scilicet diversos) *Romana non admittit Ecclesia. Quod si obtinueris, evidens & irrefragabilis erit ratio tua.* Hucusque ad Theophilum Innocentius: quas autem ad Joannem Chrysostomum dedit litteras, non extant. Ipse quidem affirmat Palladius (*a*), Demetrium Episcopum, unum ex legatis a Chrysostomo missis, litteras ab Innocentio scriptas vulgasse magno præconio per Orientales Ecclesias: sunt hæc verba Palladii, cum agit de ejusdem Demetrii secundo adventu Romam: *Post istos venit secundo Demetrius Episcopus Pessinuntis, qui peragrato Oriente prædicaverat communionem Ecclesiæ Romanæ cum Episcopo Joanne, testibus Papæ Innocentii litteris, &c.* Vides quanti momenti habita fuerit communicatio cum Romana Ecclesia, & quantæ auctoritatis litteræ essent ipsius Romani Pontificis: adeo ut plane significaretur omnibus, illis esse communicandum, quibus cum Romana communicaret Ecclesia, ac proinde Joanni Chrysostomo inhærendum: id jure quidem; sed vis tyrannica in omnes jus fasque insurrexit armata.

(*a*) Pallad. in dialog.

XXXVIII. Sicarii in S. Joannem Chrysostomum immittuntur.

Quid vero interea acciderit ipsi Joanni Chrysostomo Constantinopoli commoranti, in diesque ad expulsionem suam satellites expectanti, jam videamus. Qui canones hæreticorum in ipsum primum omnium adduxere, quique Imperatorem in eumdem concitavere, impulerunt Augustam, atque milites immiserunt; nefas aggrediuntur horrendum, dum & in necem ipsius sanctissimi viri Joannis sicarios mercede conducunt. Quomodo autem id factum sit, Sozomenus ita describit (*b*): *Eadem tempestate, vir quidam dæmonis agitatus, seu agitari creditus, gladiolum habens, & velut ad cædem Joannis instructus, sed facinus nondum aggressus, deprehenditur, & a multitudine, tamquam pretio ad faciendas insidias conductus esset, captus ad Hyparchum adducitur: quem tamen Joannes, missis aliquot Episcopis secum versantibus, liberavit, antequam supplicio afficeretur.*

(*b*) Sozom. l. 8. c. 21.

XXXIX. De Sicario Elpidii famulo.

Postea vero & Elpidii presbyteri (*qui quidem diaconi manifestus hostis erat*) *servus in Episcopales ædes effuso cursu irrupit. Eum agnitum quidam ex iis qui forte aderant, e cursu remoratus est, & causam cursus inquisivit. Ille vero nihil respondens, confestim cultello hominem pungit, & post eum etiam alterum, qui ad hujus cædem exclamaverat; quinetiam præter hos tertium vulnerat. Tumultuantibus igitur cum clamore his qui aderant, conversus aufugit: & cum hi qui eum persequebantur, eos qui procul erant, adhortarentur ut fugientem comprehenderent: ex balneo quidam accurrens, ex quo recens lotus progrediebatur, illum apprehendit, ac lethaliter ab illo percussus mortuus extenditur. Tandem vero cum a multitudine undique cinctus, ac vix demum comprehensus esset, adducunt eum ad Palatium; & ibi tum hostium Joannis insidias, tum hunc ipsum homicidam, tum & hujus facinoris instructores contestati, supplicio afficiendos esse, vociferantur. Itaque Hyparchus, ut iram populi mitigaret, illum tantum supplicio affecturum accepit:* cæterum ab adversariis Joannis fuisse liberatum, testatur Palladius, dum ita ait: (*c*) *Elpidii presbyteri famulus, quinquaginta* (*ut ajunt*) *numismatibus, ut Joannem dolo interficeret, mercede conductus, deprehensusque qui tres haberet gladios, eos qui se deprehenderent, septem singulatim percussit: ex his quatuor continuo sepulti sunt; tres diutissime curati, sanati sunt, homicida illo absoluto:* hæc Palladius; subdit vero Sozomenus (*d*): *Ex eo tempore Joannem custodierunt qui in populo ferventiores erant, noctu juxta & interdiu vicissim domum Episcopalem circumsidentes.* Hæc ipse. At quæ ista paulo post secuta sint, Palladius ita narrat (*e*):

(*c*) Pallad. in dial. g.

(*d*) Sozom. l. 8. c. 22.

(*e*) Pallad. in dialog.

XL. Joannes jubetur recedere.

Completa vero Quinquagesima, post divinum diem ingressi Acacius & Severianus Antiochusque atque Cyrinus ad Imperatorem Arcadium, dicunt ei: Rex in a Deo nobis datus es, nemini subditus, omnibus dominans: licet tibi, quodcumque vis facere. Noli esse presbyteris mitior,

rior, & Episcopis sanctior. Diximus tibi, præsentibus omnibus: Super caput nostrum sit Joannis depositio: Nolè igitur nos hominum parcere in perniciem omnium nostrum. Judaicis saue & verbis & rebus persuadentes Regi. Misso itaque Rex Patricio Notario suo, ista Joanni mandat: Acacius & Antiochus & Severianus atque Cyrinus damnationem tuam super caput suum posuerunt. Te ipsum ergo commendans Deo, ecclesia egredere. Ita Episcopus Joannes post apertam nihilque obumbratam jussionem Episcopio discedens una cum Episcopis, dixit omnibus: Venite oremus, & in angulo ecclesiæ congrediamur: lætus quidem de se, sed de populi mærore & afflictione subtristis. Protinus quidam ex primariis civitatis vir fidelis Joanni significat: Quoniam Lucius vir audax, & facie impudens, paratus est in lavacro publico cum militibus suis, si forte contradicas aut differas, etiam invitum trahere & expellere. Fit autem magna in plebe commotio: Festina clam egredi, ne in tuum auxilium confluens populus bellum cum militibus conserat.

XLI. Salutat suos Joannes discessurus.

Tum vero Joannes osculatus cum lacrymis ex Episcopis quosdam (cæteros enim osculari non sinebat ingens miserationis affectus) oravit; reliquis qui erant intus in Sacrario, dicens: Manete hic interim, ut profectus modicum requiescam. Ingressus autem Baptisterium, Olympiadem vocat, quæ ab ecclesia non discedebat una cum Pentadia & Procula diaconissis, Salvinam quoque beati Nebridii conjugem, quæ viduitatem suam præcipua virtute & honestate decorabot (clarissimæ erant hæ feminæ nobilitate & virtute præstantissimæ, de quibus superius pluribus dictum est) dixitque eis: Venite huc filiæ, audite me. Quæ de me sunt (ut video) finem habent: cursum meum consummavi, neque ultra forte videbitis faciem meam: hoc unum rogo, hoc deprecor, ne qua ex vobis solitam benevolentiam deserat: & quicumque non sponte fuerit ordinatus, neque id ullo quæsierit ambitu, de consensu omnium, ei caput vestrum inclinate, ut Joanni, per omnia: non enim esse Ecclesia sine Episcopo potest. Atque ita misereminі mei, & in orationibus vestris semper memineritis mei. Ad hæc illæ profusæ cum gemitu, & ejulatu ante sacra ejus vestigia volutabantur. Tunc ille cuidam ex honestioribus presbyteris annuens. Tollite (inquit) eas hinc, ne multitudinem perturbent. Sic ergo impedita modicum, locum illi dedere abeundi.

XLII.

Ita demum egressus est ad Orientalem partem (nihil enim apud illum occidentale erat) jumentum, cui sedere consueverat, stare ante Occidentalem portam jubens, ubi atrium erat; ut ita ab se amoveret populos, ea ex parte eum profecturum præstolantes. Egressus est cum illo Angelus quoque Ecclesiæ, ipsius solitudinem non ferens, quam principatus mali atque potestates effecerant, theatri facie profecto rebus imposita. Erat enim theatri in morem clamor & impiorum lascivientium sibilus, dum eos culparent omnes, & Judæi ipsi atque Gentiles exhorrescerent. Nam velut in carcere, plagæ illic ac viscerum cruciatus a militibus inferebantur, deficientibus omnibus animæ viribus, tum ob magistri amissionem, tum ob blasphemiam in Deum. Ubi enim peccatorum solet esse remissio, ibi sanguinis erat effusio. Quam autem celso animo fuerit ista perferens Joannes, testis quidem est epistola ab ipso paulo post ad Cyriacum (a) data, qua etiam quæ hoc tempore suæ fuerint cogitationes, his verbis significat: Etenim ego cum e Civitate fugarer, nihil horum curabam, sed dicebam intra memetipsum: Si quidem vult me Regina exulem; agat in exilium: Domini est terra, & plenitudo ejus. Et si vult secare; secet: idem passus est Isaias, subscribat illi. Si vult in pelagus mittere; Jonæ recordabor. Si vult in caminum injicere: idem passi sunt tres illi pueri. Si me feris vult objicere; objiciat: Danielis in lacum leonibus objecti recordabor. Si me lapidare vult; lapidet me: Stephanum habeo primum martyrem socium. Si & caput tollere vult; tollat: habeo socium Joannem Baptistam. Et si substantiam auferre; auferat: Nudus (b) exivi de utero matris meæ; & nudus revertar illuc, &c. Ita plane contigit ei juxta illud divinum oraculum (c): Justus confidit ut leo. Quid autem post Joannis egressum acciderit Constantinopoli de basilicæ incendio, Palladius ita subdit:

Jo. Chrysostomus recedit ab Ecclesia.

(a) Chrys. ep. 3. ad Cyriac. t. 5.

Joannis intrepidus animus.

(b) Job. 1.

(c) Prov. 28.

XLIII. Conflagratio Ecclesiæ.

Post ineffabiles illas tenebras, immensamque caliginem, flamma de medio throno, in quo Joannes sedere consueverat, & velut medio in corpore positum cor, eloquium Domini cæteris membris exponere; repente prosiliens verbi Dei doctorem requirebat: quem ubi non invenit, sedem totam depascebatur, ac speciem arboris præferens, & per catenas in sublime se porrigens, ad tectum usque serpebat, atque viperæ in morem, ventre exeso, in dorsa tectorum Ecclesiæ ferebatur, Deo mercedem injustitiæ jam hinc velut destinatam hujus auctoribus sceleris pœnam reddente; ad eorum correptionem esse emendationem, qui ex hujusmodi prodigiorum facie corripi nesciunt: neque ob id solum, verum ut esset feralis illius Synodi perpetuum monumentum. Nec mirum de Ecclesia, cum Senatus quoque ipsius sedem e regione licet Ecclesiæ sitam, multis tamen disjunctam passibus, die media, ignis ille interjectam populi mul-

multitudinem, pontis instar, per medium innoxie transiliens, attigerit, atque violaverit, non prius partem Ecclesiæ propinquam, ne hujusmodi casum propinquitati adscribamus, sed partem aulæ regiæ proximam, ut miraculum divinitus illatum per id ambigeret nemo. Vidisses inter duos ignium montes vulgus innocuum ad sua ministeria pertransire. In hunc modum ignis ille circumvolans, & tanquam mare inundans Austrinis flatibus concitatum, veluti condicto quodam pergebat, adjacentia tecta demolitus; solique pepercit ædiculæ, in qua sacrorum vasorum multitudo fuerat condita, non auri & argenti materiam reveritus, sed ne obtrectatoribus præberet mendacii locum, ut sanctum insimulare virum possent, quod pretiosa supellectilis aliquid asportasset. Ita ignis impetu in anteriora cohibito, retro redire incepit, eorum ferme invidiam inquirens, qui id scelus admiserant, ad insaniam Theophili perpetuo dedecore notandam, qui illum, ob asportata pretiosa quæque, Ecclesia ejectum autumat. Nulla ignis illo impetu animæ amissio contigit, non hominum, non brutorum: cæterum sordes illic scelerate conversantium vis illa incendii diluebat, ab hora sexta usque ad nonam igne dominante, ita tribus horis tanti operis moles absumpta est. Hactenus de incendio ex Palladio, cunctarum rerum præsente inspectore.

XLIV. Contigit autem hujusmodi incendium eodem plane tempore, quo egressus est Joannes ab Ecclesia in exilium deportandus: prodigiosum quidem fuisse & haud humana opera excitatum, post Palladium Marcellinus, & complures (*a*) alii affirmarunt. Porro ea de re conflictatum est inter utramque partem, altera alteri illud contentiose impingente. De quibus controversiis ita Sozomenus (*b*): *Hujus* (inquit) *rei causam sibi vicissim ac mutuo impingebant. Atque hostes quidem Joannis, ejus fautores insimulabant, ideo hoc fecisse, quod ob Synodi suffragium indignarentur. Hi vero, se calumniis illorum circumveniri, ajebant, & ab illis ipsorum facta sibi imputari, qui se una cum Ecclesia ipsa exurere voluerint.* Quippe quod (ut idem ait) qui intus erant, clausis januis, diu obnisi fuerant, ne adversarii ingrederentur. Tribuit id ipsum Socrates (*c*) Joannis fautoribus: credidit hoc itidem Zosimus publica quadam fama sparsum ex habitis de Joannis sectatoribus publicis quæstionibus, cum de incendiariis exactissima quæstio haberetur. Sed quod nemo inventus sit, qui de perpetrato scelere, vel levissimam suspicionem fecerit: plane ad alios prorsus, si non ad miraculum ob numen offensum, pertinere perpetratum facinus docuere. At cum in eodem incendio plura sit considerare miracula; de primo dubitandum non esse videtur. Quomodo enim incendium in thronum in medio Ecclesiæ situm, ubi concionari Joannes solebat, ubi frequentissimus populus aderat, secreto absque multis arbitris immitti potuit? Vel quonam pacto, uno deorsum in terra sito ambone, in quo Joannes concionari consueverat, conflagrante, tam cito in sublime, ut nemo prohibere valuerit, elati sunt flammarum globi, ut altissimæ basilicæ tectum pervaserint? Vel rursus (quod omnes admirati sunt) quænam tanta potentia, ut interstitio plateæ sepositas Senatus ædes, idem pertingendi & assumendi habuerit incendium facultatem? Hæc quidem quisque considerans privatis affectibus liber, non puto hominis studio, sed divino illud adscripturum esse prodigio. At Zosimus (*d*) Ethnicus sicut deplorat tunc in Senatoria domo incensa simulacra Musarum, quæ Helicone illuc translata sub Constantino fuerant; ita mirifice exultavit de simulacris Jovis atque Minervæ pro foribus positis absque læsione repertis, multa delirans. De quæstionibus autem a Præfectis ejusdem incendii causa dire habitis, paulo inferius dicturi sumus.

(*a*) Leo in encomio de reb. Joann. Chrysost. Metaphr. in Vit. Jo. & alii.
(*b*) Sozom. l. 8. c. 21.

De causa incendii diversorum sententiæ.

(*c*) Socr. l. 6. c. 16.

(*d*) Zosim. l. 5.

XLV. Sic igitur abducto S. Joanne, plane illud accidit, quod Dominus dixerat (*e*): *Percutiam pastorem, & dispergentur oves:* ad mare aliis (ut ait Sozomenus *f*) properantibus, prosecuturis Joannis vestigia, tamquam eum intercepturis; aliis fugam ea timore ingruentis militiæ arripientibus. De Episcopis vero eidem Joanni faventibus ista Palladius (*g*): *Episcopi partim quidem inclusi tenebantur, partim trahebantur ad custodias, partim etiam delitescebant. Joannes autem una cum Cyriaco & Eulysio a Præfecto militibus vincti in Bithyniam ducebantur, non sine comminatione supplicii, quod Ecclesia fuisset incensa. Postea vero Cyriacus & Eulysius cum reliquis clericis vincti adducti, atque innocentes comprobati dimissi sunt. Joannes vero beatissimus ad reliquam fiduciam postremum hoc addidit constantiæ documentum, scribens illis in hunc modum: Etsi in aliis locus respondendi mihi datus non est: vel saltem in facto Ecclesiæ audiam, si quid (ut dicitis) auctor incendii fui. Ne in hoc quidem auditus, a militibus in Armeniæ oppidum remotissimum ducitur, ut ab Isauris, qui noctu, & interdiu illud obsidebant, necaretur: Cucusus id appellatur.* Sed de migratione Cucusum postea.

(*e*) Marc. 14.
(*f*) Sozom. l. 8. c. 22.
(*g*) Pallad. dialog.

Jo. Chrysostomi deportatio.

XLVI. Hæc quidem gesta esse hoc anno sub Consulatu sexto Honorii Augusti & Aristeneti, Socrates (*h*) auctor est. Sed quoniam hæc omnia a Marcellino sub anni superioris Consulibus referri videntur: ad omnem tollendam de hoc dubitatio-

(*h*) Socr. l. 6. c. 15.

De tempore posterioris exilii Joannis Chrysostomi.

(a) l. 16. de his qui pro relig. cont. C. Theod.

(b) Pallad. dialog.

nem, ex eo etiam id exploratissimum redditur, quod de Arsacio Joannis successore jam creato habetur mentio in rescripto Imperatoris Arcadii dato (a) hoc anno sub hujus anni Consulibus, decimoquarto Kal. Decembris; adeo ut non potuerit subrogatus esse anno superiori: nam cum Palladius (b) eum sedisse dicat annum unum & menses tantum duos, ad dictum tempus anni hujus minime potuit pervenisse: unde & dicimus, affirmare necesse esse, hoc anno depositum S. Joannem Chrysostomum, in locumque ejus subrogatum esse Arsacium. Magno quidem & occulto Dei judicio, & incomprehensibili plane accidit, ut in locum eloquentissimi viri succederet homo penitus infantissimus, decrepitus senex, & spiritualis exercitationis ignarus: talem plane fuisse ferunt Arsacium. Accidit nunc idem, quod ante sub Theodosio Majore itidem Constantinopoli evenisse vidimus; nempe in sedem Magni Gregorii cognomento Theologi suffectum fuisse hominem catechumenum, factotum dogmatum penitus imperitum, eumdemque ejusdem Arsacii germanum. Sicque duos amplissimos viros, quorum numquam pares visa est Catholica Ecclesia habuisse, tales post se & ab se longe dissimiles consecutos esse Episcopos successores.

XLVII. Arsacius creatus Episcopus Constantinopolitanus.

At quod ad Arsacii electionem pertinet; mature quidem Joannis adversarii eam perficere conati sunt, quo omnem spem auferrent eidem Joanni, atque ejus sectatoribus, denuo fore amplius in sedem restituendum, longeque aliter eventurum sciret, atque antea contigisset. Sicque cum de substituendo aliquem in locum ejus ab adversariis solerti studio agitur; itur in eam sententiam, ut Arsacius ejus Ecclesiæ presbyter eligeretur Constantinopolitanæ sedis Antistes; de quo ista Palladius (c): *Arsacius autem beati Nectarii frater, Joannis viri per omnia probati disertique substituitur loco: homo, quem pisces facundia, & cantu * ranæ superarent (interdum enim & actio loquitur, maxime cum bona & honesta fuerit) qui cum anno uno & duobus mensibus vixisset, mortuus est: ipsa Dei Evangelia in fine vitæ contestatus, se fratri Nectario sub jurejurando fuisse pollicitum, numquam ordinationem Episcopatus admissurum, cum illi exprobraret, quod voluisset Tarsensi Ecclesiæ præfici. Fuit illi perjurii causa primum quidem vanitas sua, per quam despondebat sibi, ut sic dicam, uxorem fratris sui: deinde confusio quoque, cum frater suus hac de re quodammodo prophetice illum arguisset.* Hæc de Arsacio Palladius.

(c) Pallad. in dialog.

* actu.

XLVIII. Via credi potest, quanto mœrore affecti sint pii omnes veritatis amantes, Joannis Chrysostomi studiosi, cum viderent adeo disparem in sede ejus sedere Antistitem: quod quidem intolerabile plane visum est cum cæteris omnibus; tum magnæ illi Olympiadi, cujus consolandi causa binas illas prolixiores Joannes ad eam epistolas dedit, in quarum priori inter alia (quod ad hæc spectat) sic ait (d): *Quid autem eo nomine perturbatione afficeris, animumque dejicis, quod ille ejectus sit, ille contra introductus? Christus in Crucem agebatur (e) ac Barabbas latro poscebatur; atque corruptum vulgus sicarium potius, quam salutis vindicem, ac tot beneficiorum auctorem, conservandum esse clamabat*, &c. Agit de his quidem pluribus: & posteriori epistola (f) eadem refricans, addit: Cum *ad te* (inquit) *allatum fuerit, Ecclesiarum aliam pessumisse, aliam tempestatu jactari, aliam sævis fluctibus obrui, alias etiam gravissimis cladibus affici, quippe quæ vel partim lupum pro pastore, vel prædonem pro gubernatore, vel carnificem pro medico acceperint; doleas quidem licet (neque enim hæc sine doloris sensu ferre oportet) verum ita doleas, ut dolori modum imponas.* Hæc ipse.

Mœror piorum ob Arsacium substitutum.

(d) Chrys. ep. 1.

(e) Matt. 27.

(f) Chrys. epist. 2.

XLIX. Luctus Civium Constantinopolitanorum.

Porro ordinato Arsacio, videre erat pastorem, seu dicam mercenarium, immo æquius furem ascendentem aliunde in ovile ovium, ab omnibus deseri, agere solitarium, ac sine populo non audiente vocem alienorum. Et licet interdum Augusti & Augustæ satellites, aliique pauci ea clero vel populo Joannis adversarii in ecclesia cum illo coirent; scœnæ potius ac fictæ fabulæ reddebat ea res speciem, quam Fidelium cœtus divino afflante Spiritu congregati. Quod si interdum magno fastu, cum sæculari apparitura anteambulonibus præeuntibus; Arsacius per urbis vias perambularet: averso vultu alii eum inspicere, terga verrere alii, ne conspicerent, voce vero omnes eum execrari, atque penitus abominari, Joannis vero nomen commemorare, gemitibusque invocare non cessabant. Joannes unus in ore, in votis & expectatione cunctis erat: hunc suspiriis ac fletibus compellabant. Jugis & dulcis memoria ejus charitatis, qua oves sibi creditas divino jugiter pascebat eloquio. Et qui peritiores & divinarum Scripturarum scientia aliqua imbuti essent, ex Hieremiæ Threnis opportune aliquid lugubre occinere non desinebant, atque illud frequentius ingeminare gementes: (g) *Cecidit corona capitis nostri: propterea mæstum factum est cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri.*

(g) Thren. 5.

Sed hæc haud diu permissa sunt publice ferri, & ore libero jactitari. Fecit enim sævitia magistratuum, ut grassantibus per urbem ubique militibus, hos

Joannis nomen ab omnibus piis invita Eudoxia prædicatur.

credentibus, illos in carcerem trahentibus, omnibus vero minas acerbissimas inferentibus; jam vel nomine tenus recoluisse Joannem, loco magni criminis esset. Videre erat miserabile absque spectaculum, duci ad tribunal Episcopos atque clericos, trahi perinde ac ab hostibus captas clarissimas feminas, opificesque, quos sciebant Joannis esse studiosos, & communionem Arsacii execrari: facies urbis mœrens, omniqae ex parte lugubris, non secus ac si dedita esset in manus hostium. Nam cum non communicantes cum Arsacio, perduelles haberentur Imperii: hi omnes veluti majestatis criminis rei deferebantur. Haud enim exatiari potuit Eudoxiæ animus Joannis expulsione & exilio: æstuabat furore, fremebat spiritu: cum quem Cucusum relegari mandarat, audiret in animis civium jugiter vivere, ac majori gloria ferri per urbem, ceu coronatum athletam, ac jam martyrii candidatum, qui post se triumphantem exercitum duceret, illorum nimirum qui gloriarentur ob justitiam persecutionem pati, sponteque ac magna alacritate ad carceres pergerent, trahentes a quibus vincti perducebantur, summam in his singulis præseferentes animi constantiam; rediisse dicentes, magna invidia persecutorum, fertile tempus captandi martyrium, comparandi coronas, ad qaas lucrandas tam opportana bene utendum esse dicebant occasione, quam majores magno pretio redemissent. Quidnam faceret debilis, languens, & enervata malitia, jam non habet: arctatur atque comprimitur inter angustias. Si feriat, perpetua feritur infamia, indelebilique macula persecutionis aspergitur: quod sævire in Christianos, idem sit atque Neronem repræsentare. Si parcat, victam se ab adversariis erubescat, quos jam vicisse putabat. Sed qaod animus, quem semel prava infecit affectio, in id quod deterius est, propensior esse soleat: solutis omnibus immo ruptis rationis habenis, furore percitus fertur in præceps: nihil non agit, nec qaicquam prætermittit intactum, quo omnes ad communicandum Arsacio vi metuque perducat, abstrahatque omnes a communicatione Joannis, quos opprobrii causa, non Christianos, sed Joannitas nuncapat; quos veluti sacrilegos, notatos infamia, perinde ac monstram exhorrescit.

LI. Quid passi externi Episcopi in suis Ecclesiis.

At nequaquam angustiæ unius urbis, licet amplissimæ, finibus tanta crudelitas arctabatur, sed longe lateque per totam Orientem furentius grassabatur. Quidnam autem inhumanitatis in alios absentes Episcopos Joanni communicantes, qui erant ex Theophilo, exercuerint, Palladius subdit his verbis (a):

(a) Pallad. dialog.

In tantam vero acerbitatis insaniam Episcopi omnes de communione Theophili per totum Orientem (sicut monachus rediens retulit) devenerunt, ut ex his plerique non modo debitam humanitatem non exhiberent; verum milites, datis muneribus, inducerent, ut eos ocyus Civitatibus pellerent. Sunt autem qui ista gessere, Tarsensis, & Antiochenus, & Cæsariensis, & ante omnes Ancyranus, & Pelusiensis Episcopi, partim donis, partim etiam minis militum animos contra eos ita efferantes, ut ne laicos quidem eos hospitio excipere cupientes permitterent. sicut in epistolis canonicis Cajo contra Episcopum quemdam scribit beatus Joannes: & post hæc: *Laudabat autem atque mirabatur Secundæ Cappadociæ Episcopos, ut qui actis in exilium Episcopis magnum ostendissent miserationis affectum; & in primis Theodorum Tyanæum mitissimum virum, Bosphoriumque Coloniæ, qui quadragesimum in Episcopatu agebat annum* (ad quem extant epistolæ Gregorii Nazianzeni officii plenæ) *& Serapionem Ostracinæ quadragesimum & quintum annum in pastorali officio prætergressum.* Sic vides, paucis exceptis, a reliquis improbum esse conflatum schisma, at ne ad laicam quidem communionem acciperent eos, quos scirent Joannis Chrysostomi, tanti Patris studiosos: hos enim quasi a Catholica Ecclesia alienos, Joannitas improperii causa dictos, execrabantur; at per eos non steterit, quo minus universa toto Orbe diffusa Ecclesia fuerit nefario schismate ubique conscissa.

LII. Diræ quæstiones ob incendium habitæ.

At parum fuit ipsos horum exhortuisse consortium; quinetiam ad mortem usque, cum licuit, iidem eos fuerunt insecuti: declararunt id quidem Constantinopoli, ubi pro arbitrio magistratuum Officiis, annuente Principe & uxore ejus Eudoxia, uterentur. Qaænam autem adversus eos qui Joannis partis dicerentur, exhibitæ fuerint prætextu incendii quæstiones, jam dicere aggrediamur. Mirabecis plane, lector, sub Christiano, eodemque Catholico Imperatore, pristina adversus pios esse revocata martyria. Præteriisse hæc silentio Socrates (b) voluit, ubi post incendium recensitum, hæc addit: *Quibus autem incommodis Optatus urbis Constantinopolis Præfectus, religionis professione Gentilis, & propterea Christianis infestus, Joannis amicos affecerit, & quam gravia supplicia quampluribus illorum irrogarit, silentio prætereundum censeo.* Exhorruit plane homo quantumlibet Novatianæ sectæ errore a nobis divisus, adeo crudelia in Catholicos per magistratus exhibita cruciamenta recensere. Sozomenus vero unius Eutropii tantum meminit, atque paucis quidem his verbis (c):

(b) Socr. l.6. c.16.

(c) Sozom. l.8. c.24.

LIII. Eutropii martyrium.

Eodem tempore & Eutropius quidam lector productus, ut eos indicaret, qui templo ignem injecissent: quamvis illi & loris & fustibus, & ungulis latera genæque discerperentur; quamvis insuper faces ardentes corpore sustineret, & quidem juvenis & tenellæ cutis existens, nihil tamen se scire confessus est. Qui quidem post ea tormenta includitur in carcerem, in quo non multo post moritur. Hæc ipse, multa de eo prætereiens, quæ ex Palladio (a) reddenda putamus; ait enim: *Eutropius beatissimus, virgo purus, cantor, cæsus, & latera & frontem usque adeo sectus, ut supercilia quoque vellerentur; lapidibus postremo ad latera, ossibus jam nudatis, utrinque admotis, in ligno moritur. Media quoque nocte, clam ab his qui hoc egerant, sacerdotalis ordinis viris sepelitur, Deo illius morti dignum testimonium perhibente, quod passionem Redemptoris esset imitatus: audita enim psallentium cælitum vox Angelicas patefecit excubias.* Hæc Palladius. Hujus dies natalis, reddita Ecclesiæ pace, non Constantinopolitanæ tantum Ecclesiæ, sed toto Christiano Orbe anniversaria memoria celebrandus, publicis Ecclesiæ adnotatus est tabulis (b), una cum Tigrio presbytero eodem tempore martyrio coronato: de quo ista (c) Sozomenus: *Eadem occasione etiam Tigrius presbyter vestibus exutus, flagris in tergum cæsus, manibus ac pedibus vinctus, & extensus, membris dissolutus fuit. Erat hic natione barbarus, & eunuchus, sed non a nativitate.* Cæterum adeo vehemens ista fuit de incendiariis inquisitio, ut etiam clarissimæ feminæ ea de causa adductæ fuerint in quæstionem, ut inter alias nobilissimæ Olympias, & Pentadia diaconissæ, de quibus paulo post dicturi sumus.

(a) Pallad. in dialog.

(b) Mart. Rom. 12. Januar.

(c) Sozom. l. 8. c. 24.

Tigrii Presbyteri martyrium.

LIV. Ne autem quæstiones ob incendium ulterius grassarentur, Studius Præfectus Prætorio intercessisse videtur apud Imperatorem, ut ab ipso datum ad eum rescriptum significare videtur, quod sic se habet (d):

(d) l. 37. de episc. & cler. C. Th.

Quoniam personæ ad inquisitionem perpetrati incendii (ut tui culminis suggestio patefecit) nequeunt inveniri: clericos custodia relaxamus; ita ut navibus impositi, ad lares proprios revertantur. Nec proscriptionis periculo domus careant, quas Episcopos vel clericos peregrinos post publicationem edictorum & nostræ serenitatis afflatus probabitur suscepisse. Pari forma servanda, si quæ domus Cives clericos nova, & tumultuosa conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperint. Ad observandos * *siquidem seditionis aditus, id nostro sedit arbitrio, ut omnes Episcopi & clerici peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur. Dat. quarto Kalend. Septembris, Constantinopoli, Honorio sextum & Aristeneto Consulibus.* Paulo post autem, nempe sequenti mense, idem Imperator ad eumdem Præfectum Prætorio pro stabilienda quoque pace (ut sibi videbatur) de cohibendis servis a conventiculis ista rescripsit (e):

Inquisitio incendiariorum cohibita.

Episcopi & Clerici peregrini expulsi.

* obserandos.

(e) l. 5. de his qui pro relig. contend. C. Theod.

LV. *Si quis servos in hac sacratissima urbe possideat, eos a tumultuosis conventiculis faciat temperare: sciens se pro singulis, servis, qui interesse coeuntibus interdictis fuerint comprehensi, trium librarum auri dispendio feriendum, servis videlicet puniendis.* Subdit & de collegiis opificum, quæ corpora nominabant, eadem prohibitio his verbis: *Quam formam in nummulariis, cæterisque hujus almæ urbis Corporibus volumus sub pœna graviore servari: ut unumquodque Corpus probis, qui de suo numero conventus celebrare illicitos detegerentur, ad quinquaginta pondo auri solutionem mulctæ nomine adstringatur. Dat. tertio Idus Septembris, Constantinopoli, Honorio A. sextum & Aristeneto Coss.* Sed mense Novembris hujus quoque anni idem Arcadius ad Eutychianum rescripsit (f) de his, quæ foris agenda essent. Quod enim qui prohibiti erant seorsum convenire Constantinopoli, iidem extra urbem in provinciis, eos qui Theophili communicationis erant & Arsacii aversantes, in unum convenire cœperunt, vitantes omnes Joannis Chrysostomi adversarios: adversus eos hæc idem Arcadius Imperator rescripsit:

Adversus conventus & collegia sancitæ pœnæ.

(f) l. 6. de his qui pro relig. contend. Cod. Theod.

LVI. *Rectores provinciarum moneantur, ut conventus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione suffulti, spretis sacrosanctis Ecclesiis, alio convenire conantur: His qui ab Arsacii, Theophili, Porphyrii*

Quorum communio comprobetur.

PAGIUS XIX. *In Provincias Orientis propagantur.*

A num. LVI. ad LXIII. Arcadius die *XIV. Kalend. Decemb.* emisit legem 6. Cod. Theod. *De his, qui super religione contendunt;* Eutychiano Præfecto Prætorio, Orientis scilicet, inscriptam, qua jubet ab Ecclesia repelli, qui ab Arsacii, Theophili, & Porphyrii communione dissentiunt. *Joannitæ* enim non tantum intra Urbem Constantinopolitanam; verum etiam per Provincias Orientis, per Ægyptum ac Syriam nominatim, ubi Antiochia sita, suos extra Ecclesiam conventus habuere, & ab Arsacii Constantinopolitani, Theophili Alexandrini, & Porphyrii Antiocheni Episcoporum communione discessere. Quare hac lege ab Ecclesia repelluntur, & Schismatici haberi jubentur, nisi ad communionem prædictorum Episcoporum redeant. Hujus constitutionis meminit Sozomenus lib. 8. cap. 24. ex eaque intelligimus, *Flavianum* Episcopum Antiochenum, hoc anno vita functum esse. Anno CCCLXXXI. Meletio successerat, & juxta Nicephorum in Chronico & Tabulas Theophanis annos XXII. Episcopatum gessit. Post eum *Porphyrius* hoc anno Episcopatum Antiochenum suscepit; *nam quo tempore Joannes*

Porphyrii reverendissimorum sacræ legis Antistitum communione dissentiant, ab Ecclesia proculdubio repellendos. Dat. XIV. Kal. Decembris, Constantinopoli, Honorio A. VI. & Aristeneto Coss.

LVII. Quisnam autem fuerit Porphyrius iste, cujus communicatio commendatur, jam dicendum est. Fuit iste Antiochenus Episcopus, hoc anno, quo Joannes Chrysostomus in Armeniam deportatur, in locum Flaviani subrogatus. Hoc nempe anno defunctum esse Flavianum, cum sedisset annos vigintitres, auctor est Palladius (a), dum agit de subrogatione Porphyrii. At qualis hic fuerit, suis idem auctor pingit coloribus, cum hæc ait: *Porphyrius iste in Ecclesia diutius versatus, & diaconi & sacerdotis perfunctus officio est: sed plane nihil habuit in moribus gravitatis, & in nullo unquam Ecclesiæ spiritualiter contulit. Cæterum vicinis, & religiosis Episcopis infestus jugiter, quod ex maxima esset Civitate, & amicos haberet Principes, judicia intrabat, honestisque ordinationibus insidias tendens, morum asta, versutiaque tempestive Episcopis subrepebat, fautores quoque (ut ita dixerim) ad leves ordinationes ac novas trahens:* Et paulo post: *Castimonia itaque & adversus carnis voluptates continentia inimicus est, non secus ac vultur unguentis; adeo ut etiam Sodomitico criminis obnoxium fama vulgaverit:* & inferius: *Magorum & aurigarum, & eorum qui veteres fabulas inhonesto motu & obverso crure præferrent, principem ac socium esse. Magis namque opem ferre, atque amice congredi, usque adeo non declinavit, ut etiam in commentariis variorum magistratuum hoc illi crimini datum sit:* ac deinde: *Ajunt illum præter cætera scelera, sacra quoque vasa post ordinationem suam conflasse, Principibusque largitum aurum: ut plane perspicuum sit, eum non ratione, sed tyrannide obtinuisse eos, qui infelici sorte sibi sunt subditi.*

(a) Pallad. in dial.

Porphyrii presbyteri Antiocheni probrosa vita.

LVIII. *Nam quo tempore Joannes in Armeniam extorris actus, Flavianus quoque Antiochenus Episcopus migravit ad Christum: animadvertit Porphyrius populum omnem in Constantium diaconum conjecisse oculos, virosque & mulieres ex eo pendere, qui a teneris (ut ajunt) unguiculis servierat Ecclesiæ, vir (juxta historiam Judicum) ambidexter; quippe qua putabatur illius læva, dexteram aliorum facile superabat. Fuerat enim is primum ab epistolis: quo munere perfunctus absque turpis lucri suspicione ulla, lector deinde, ac postmodum diaconus est ordinatus.* Ac rursum inferius: *Est quippe Constantius ipse supra cæteros mitis actu, ac contemplatione singularis, celeriter conspicatur omnia, magna cum gravitate exercet, sapiens, strenuus, misericors, cupiditatis inimicus, in judicio justus, ad injurias patiens, in persuadendo potens: qui ut afflictos liberet, jejuniis sæpius ad vesperam usque persistit, honestatem ipsa facie præseferens, severus aspectu, maturus incessu, virgo purissimus, & qui florem, & gratiam vultus in ipsis quoque infirmitatibus servet. Hunc igitur tanti meriti virum pecuniis hoc modo fugandum curat.*

Constantii Diaconi Antiocheni vita laudata.

LIX. *Scripsit ad Principes: eumque ut novarum rerum & seditionis auctorem, obtinuit in Cusum * exilio relegari. Hoc ille ubi didicit, amicorum auxilio Cyprum contendit, ibique servatus est. Ipse vero Porphyrius Cyriacum & Diophantum presbyteros & clericos cæteros vexans, observabat tempus, in quo Civitas omnis ad suburbana procederet (erant secum Acacius, Severianus, & Antiochus, & eorum complices, in abdito tamen). Agebatur tunc celebritas Gentilium, insignis certaminibus Herculis, quæ Olympia appellant, in qua mulieres quoque cum turbis populorum Daphnem ad certamina spectanda properabant. In hac solitudine Civitatis Ecclesiam Porphyrius una cum memoratis Episcopis & clericis paucis irrum-*

* Cassium

Porphyrius invadit sedem Antiochenam.

PAGIUS *tus in Armeniam extorris actus, Flavianus quoque Antiochenus Episcopus migravit ad Christum,* inquit Palladius in Dial. ideoque annos fere XXIII. Ecclesiam Antiochenam rexerat. Ei successit *Porphyrius*, cujus vitia ibidem Palladius recenset. Hæc de eo Sozomenus lib. 8. cap. 24. *Antiochiæ mortuus est Flavianus, qui Joannis depositioni haudquaquam consenserat. Cujus loco Porphyrius Antiochensis Ecclesiæ Sacerdotium suscepit. Qui cum condemnationi Joannis subscripsisset, multi in Syria ab Ecclesiæ illius communione se se abruperunt: & seorsum Collecta celebrantes, multas ærumnas ac molestias perpessi sunt.*

XX. Theodoretus lib. 5. cap. 34. postquam exilium & mortem Chrysostomi narravit, ait: *Porro quot Episcopi ejus causa pulsi sint Ecclesiis, & in extremos Romani imperii fines deportati; quot item Monachi eandem calamitatem perpessi sint, superfluum arbitror commemorare, & prolixam Histo-*

riam texere: præsertim cum ea quæ tristia sunt, contegenda esse censeam & Auctorum qui ejusdem nobiscum sunt fidei, errata obtegenda. Plerique certe eorum qui injurias fecerant, pœnas dederunt, & per ea quæ passi sunt, emolumentum aliis attulerunt. Cæterum hanc injustitiam præcipue detestati sunt Episcopi Europæ. A communione enim eorum qui hæc fecerant, se ipsos separarunt. Illyriciani quoque omnes, eorum partibus se se adjunxerunt. Orientalium vero urbium quamplurimæ, communionem quidem sceleris refugerunt: corpus tamen Ecclesiæ haudquaquam discesserunt. Et post mortem magni Doctoris Orbis terrarum, Occidentales Episcopi, Episcoporum Ægypti & Orientis & Bosphori ac Thraciæ communionem non prius admiserunt, quam divini illius Viri nomen una cum reliquis fato functis Episcopis consignassent. Et Arsacium quidem, qui post illum ordinatus est, ne salutare quidem dignati sunt. At-

ticum

Ex Chrysostomi exilio magna in Ecclesia dissensio exorta.

rumpens, ordinator clam, januis clausis, adeo raptim, ut metu ne deprehenderentur, nec orationem quidem perficere quiverint. Hujusmodi quippe adulterii natura gignit, & facit. Porro Severianus & socii, accepto pretio, per montes & invia fugere, humanum quidem effugientes metum, sed divinam plane indignationem divini timoris ignari incurrentes.

LX. *Ubi vero soluto spectaculo, populisque in urbem regressis, quod factum fuisset, annunciatum est: summo dolore concitati, die illa (quod jam in vesperam declinasset) quieverunt. In crastinum vero, accepta tam immani clade, confluxere simul omnes, ignem ac stipulam ferentes, ut Porphyrium una cum domo ejus incenderent. At vero Porphyrius non ignorans quam esset exosus omnibus, relicto Deo, sese ad ducem exercitus contulit: implensque illi manus, contra Salvatoris discipulos in aciem ducit aversum ab Isauricis bellis. Atque Isauri quidem ferocissimi Russum Seleuciamque vastabant: Porphyrius vero & Valentinianus Comes cum exercitu Ecclesiam Catholicam prædabantur, Crucis signum venerabile, quod illi ferentes in humeris, Litaniae in campo agebant, pedibus suis conculcantes. Modicum fluxerat tempus, cum ille ad exercitum solicite mittit, agitque apud ducem, ut suus quidem senex atrox perversisque moribus nocturnis præficeretur excubiis, ut licentius bonos quosque ac fideles vexans caperet Civitatem, alius profecto Nero, cujus & mores imitari studebat. Non enim novit ille persuadere dictione, sed summa vi & iniquitate vexare: qui Deo minime placere intendens, non errantes ad illum animas revocare, sed serpentis implere ventrem supra pectus gradientis curat. Pergunt igitur vel inviti populi, metuque verberum videntur ad Ecclesiam, re autem vera vitam suam execrantes, a Deo patientiæ suæ præmia se percepturos sperant:* Et inferius: *Clerus itaque Antiochenæ Ecclesiæ insignior occulte conveniens, ne ipsis quidem Ecclesiæ parietibus propinquat: una & illustrium matronarum multitudo clam convenit, &c.* Porro huic adulterino nec legitime electo Episcopo Innocentium Romanum Pontificem numquam communicare voluisse, Theodorus diaconus apud eumdem Palladium fidem facit.

Porphyrius armis defendit arreptam sedem.

LXI. Sed (proh pudor!) sic a pravis hominibus & dierum malorum inveteratis Episcopis seducitur Arcadius Imperator, ut cui nec sanior pars cleri Antiocheni, nec nobiliores matronæ communicarent, quem nec Romanus Pontifex recepisset, adeo fœdatum moribus, corruptum turpitudinibus, omnique ex parte inquinatum senem, hunc ipsum, tamquam Orientalis columnam Ecclesiæ publica edita sanctione, quam nuper retulimus, celebrarit. Sed & aliam superaddidit legem, quam Theodorus Romanæ Ecclesiæ diaconus apud Palladium recitat, quæ sic se habet (a):

LXII. *Si quis non communicat Theophilo, Arsacio, & Porphyrio: hic Episcopatu quidem arceatur: amittat vero, si quam videtur habere substantiam pecuniarum, sive prædiorum.* Ita edictum, cujus exemplar Romam allatum est a Cyriaco Episcopo, ut paulo post dicturi sumus. Quarum vigore legum in Orientali Ecclesia ubique gentium Episcoporum proscriptio facta est. Testatur & idem Theodorus, edictum insuper promulgatum fuisse adversus eos qui clericum vel Episcopum occultassent; quod suo loco descripsimus.

Porphyrii communio Imp. edicto commendata.

LXIII. Quot autem quantaque harum vigore legum fuerint immania scelera perpetrata, quis digne oratione assequi se posse confidat? Præter illa enim quæ superius enarrata sunt, quænam passi sint Constantinopoli, qui cum Arsacio communicare renuerunt, Sozomenus ita docet (b): *Etenim cum vel cum illo, vel cum familiaribus illius communicare ac precari, tutum non esse arbitrarentur; ob id quod his intermixti semper essent Joannis hostes, ac proinde (ut dictum est) seorsum in extremis urbis recessibus congregarentur: ad Imperatorem rei cognitio refertur. Jussus igitur cohortium dux una cum militibus in congregatos impetum facere, multitudinem ipsam fustibus ac saxis feriens in fugam vertit: at eos qui manifestius ac pro-*

Grassatio facta a militibus in Joannis studiosos.

(a) *Pallad. dialog. & l. 6. de his qui pro relig. sont. C. Theod.*

(b) *Sozom. l. 8. c. 23.*

PAGIUS *tirum vero Arsacii successorem, qui multas ad ipsos legationes miserat, & pacem cum ipsis habere postulaverat, tandem susceperunt, postquam is nomen illius in Sacros Tabulas retulisset.* Quare communio Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali suspensa fuit & formatarum literarum interturbatum commercium, sed ad schisma dissensio non processit, indeque Occidentales toto dissensionis illius tempore cum iis communionem foverunt, qui Orientalibus erant communione conjuncti; atque ita mediate cum istis communicarunt.

XXI. Certe Innocentius Papa toto istius dissensionis tempore Theophilum Alexandrinum *Fratrem* vocavit, seque communionem cum illo non abrumpere diserte significavit, cum ad illum his verbis scripserit: *Frater Theophile, nos & te, & Fratrem nostrum Joannem, communionis nostra esse decrevimus: sicuti & in prioribus literis satis aperte expressimus.* Ad hæc sola missione Legatorum & Formatarum literarum redintegrata communio est Orientales inter & Occidentales, ut colligitur ex Epistola XIX. Innocentii I. ad Acacium Berœensem data: *Unde has ad præstantissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tua transmisimus unanimitati, videlicet ut si omnes inimicitia, omnis æmulatio, tam de nomine S. Joannis mirandi Episcopi, quam de omnibus ejusdem commu-nio-*

Ea usque ad schisma non processit.

pensius Joannis partes agebant, in vincula conjicit. Hic autem (ut fieri consuevit, ubi militibus ferocire permittitur) mulierculas ornatu suo per vim spoliant: & alii monilia, zonas aureas, collaria ac fibulas deprædantur; alii cum ipsis auriculis inaures detrahunt. Contigerunt hæc post creationem Arsacii, haud plane dissimilia illis, quæ, sedente adhuc Joanne, iidem milites perpetrarunt adversus neophytos in albis adhuc agentes, Sed subdit Sozomenus:

LXIV.

Et quamquam tumultus ac luctus maximus per urbem accidisset: tamen ne sic quidem de amore erga Joannem concepto remiserunt. Itaque ad Ecclesiam publicam non amplius conveniebant; ac multi ne in forum quidem, neque in balnea ventitabant. Immo quibusdam ne domi quidem manere, tutum fuit: quare & exilio sibi ipsis injuncto, Civitate excesserunt, cum alii multi viri honesti ac mulieres probæ, tum etiam Nicerate * *Bithyna apud Nicomedienses inter nobiles genere illustris, ac perenni virginitate præstantiaque vitæ celebris. Modestissimam inter laudatas feminas, quas nos meminimus, hanc cognovi, cum & moribus, & verbis, & vitæ genere concinna fuerit, ac res divinas usque ad mortem humanis præposuerit, ac tum fortitudine, tum prudentia adversus impendentes adversarum rerum casus sustinendos sese corroborarit: adeo ut neque amplissimis bonis injuste spoliata stomacharetur: & ex paucis quæ reliqua erant, prudentissima dispensationis ratione, & quidem ad senium provecta, tum ipsa cum familiaribus ea quæ necessaria erant haberet, tum aliis largiter suppeditaret. Quin & pro humanitatis alacritate rerum honestarum studiosa existens, omnis generis remedia præparabat in pauperum ægrotantium usum, quibus ex amicis suis sane multis frequenter opem tulit, nihil adjuvantibus eos medicis consuetis: nam divino quodam nutu, quicquid inceperat, ad felicem exitum perducebat. Atque ut summatim dicam, inter nostræ memoriæ feminas laude dignas aliam nullam cognovi, quæ ad tantam probitatem ac gravitatem & reliquam virtutem conscenderit. Sed hæc quidem tametsi talis esset, vulgus tamen latuit: siquidem ob modestiam ingenii ac sapientiæ studium perpetuo latere voluit: ita ut neque ipsa studeret ad ministræ dignitatem ascendere; neque Joanne sæpius exhortante, umquam virginum Ecclesiasticarum primatum susceperit.* Hactenus Sozomenus, Meminisse ejusdem Niceratis ipse Joannes Chrysostomus (*a*) visus est in epistola ad Olympiadem scripta ex Arabisso posterioris exilii loco, cum ait, se misso ab ea pharmaco a morbo stomachi liberatum, his verbis: *Paucis ante diebus cum ob acris stu'um proclivis nobis ad vomitus stomachus esset, atque & aliis curationis generibus, & pharmaco eo, quod a domina mea lectissima, & ornatissima Senatrice missum est, usi essemus, ut nec ultra tres dies illud adhibere nobis necesse fuisset, ipsius imbecillitatem correximus. Itaque te quoque hortor atque oro ut his utaris, desque operam, ut hujusmodi medicamentum ad nos rursum mittatur.* Hæc Chrysostomus plane consententia iis quæ ex Sozomeno recitavimus. Porro ob egregium specimen sanctitatis, quod vivens edidisset, factum est, ut post mortem inter sanctas virgines relata habeatur, cujus diei natalis celebritas VI. Kal. Januarii annis singulis repetitur (*b*).

* Nicarete.

Nicerate virgo Sanctissima quæ passa ob Joannis communionem.

(*a*) *Jo. Chry. ep. 4.*

(*b*) *Rom. Martyr. die 27. decem.*

LVI.

Olympiadis Diaconissæ præclarum certamen.

Sed prosequamur post Niceraten, quæ aliæ clarissimæ feminæ & pietate præstantissimæ, hoc eodem tempore, causa Joannis Chrysostomi, cui addictissimæ erant, passæ sint, incipientes ab illa magna Olympiade, de qua sæpe superius honestissima mentio facta est. Qualis namque quantaque illa fuerit, ex epistolis ejusdem Chrysostomi ad eam scriptis pensate licet: sed quibus ab hoc turbine fuerit exagitata procellis, Sozomenus ita narrat (*c*): *Jam & Olympias illa Ecclesiæ diaconissa harum calamitatum perferendarum fortitudine sese conspicuam reddidit. Nam cum ob eamdem hanc causam ad tribunal esset pertracta: quærenti Præfecto, ut quid Ecclesiam succendisset? Illa respondit: Non hoc est institutum vitæ meæ; Quin ego facultates meas, quæ amplæ fuerunt, in reparationem Dei templorum expendi. Illo tum se vitam ejus exploratam habere dicente, subjecit: Itaque tu in accusatorum locum transito, & alius de nobis judicet. Et cum accusatio testibus care-*

(*c*) *Sozom. l. 8. c. 24.*

PAGIUS

nionis participibus, a tua animositate discessit, has nostra societatis recipias literas, Frater Charissime. Denique Theophili, Arsacii, aliorumque nomina ex Sacris Diptychis expungi non jussit Apostolica Sedes. Qui tamen Sancti Chrysostomi defensionem susceperant, ipsique ut Episcopo communicabant Antistites, & plebs Constantinopolitana, *Attici* qui Arsacio successit, communionem ita aversati sunt, ut parum abfuerit, quin dissensio in schisma erumperet: *Substituitur Arsacio Atticus*, inquit Palladius in Dialog. *totius contra Joannem machinationis urbitectus. Qui cum animadverteret, Orientalium sibi Episcoporum communicare neminem, neque ipsius civitatis populum, propter ea quo adeo injuste ac nefarie admissa fuerant, agit divinarum Scripturarum imperitus, ut qui non communicarent, rescripti* (nempe Imperatoris Arcadii) *conventi cogerentur. Habebat autem rescriptum adversus Episcopos hujuscemodi minas: Si quis Episcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat, Ecclesia pellatur, & a suis facultatibus projiciatur.* Cæterum nullum schisma inter utrosque factum.

veret: Præfectus nihil habens quod jure culparet, paulo moderatius ad aliud crimen sese convertit, ac veluti consultando, tum huic ipsi, tum cæteris mulieribus stultitiam exprobrat, quod Episcopi communionem (nempe Arsacii) *aversarentur, cum resipiscere atque illis molestiis extricari possent. Ac cæteræ quidem Præfecto hac præcipiente propter metum cedunt. Olympias vero: Non est æquum (inquit) me, quæ in multitudine per calumniam capta sum, & in foro nullius objecti criminis convicta sum, ad defensionem trubi expostulationum ejusmodi, quæ in judicium non veniunt. Concede igitur mihi, ut ad priorem actionem defensores adhibeam. Quamvis enim præter leges illi communicare rogar, cui non oportet: non factum tamen id quod piis facere nefas est. Ille itaque cum non posset illam inducere ut Arsacio communicaret, in præsenti dimittit, quasi advocatos instructuram. Altero vero die rursus adductam magna vi auri multavit: putabat enim se illam eu ratione a sententia sua deducturum. Sed illa pecuniam negligens, nihil cessit: ac relicta Constantinopoli, Cyzici* (in Hellesponto civitate) *habitavit*. Hactenus de Olympiade Sozomenus.

LXVI. Chrysostomus hortatur Olympiadem.

Porro cum S. Joannes Chrysostomus ipsam istæc magna gloria passam accepisset, scripta ad eam epistola, consolatus est, atque inter alia multa hæc habuit: (a) *At minime propterea commoveri ac perturbari debetis, verum hoc ipso potissimum nomine lætari & exultare, coronisque caput redimire, ac choros agitare. Nam nisi mortiferas prius diabolo plagas intulissetis, non usque adeo fureret hæc bellua, ut ultra progredi auderet. Quamobrem tum vestræ fortitudinis & victoriæ, tum ingentis illius cladis hoc est argumentum, quod ille acrius nunc in vos impetum facit atque insultat, majorisque impudentiæ documentum edit, ac profusius venenum effundit*. Et post multa: *Tum tibi ipsi, tum iis quæ tecum hoc præclarum certamen obeunt, occinens, da operam ut omnium animos erigas, tuamque aciem instruas, quo tibi duplex & triplex, & multo etiam copiosior virtutis corona comparetur, tam per ea quæ ipsa perpeteris, quam quia alios ad eadem subeunda impulisti, eisque adducis ut leniter ac placide omnia ferant, & umbras contemnunt, atque in somniorum imposturam aspernentur, ac lutum proculcent, nullamque fumi rationem habeant, nec aranearum telas molestiæ quicquam nobis afferre existimant, fœnumque putredini obnoxium prætereunt*. Hæc & alia Chrysostomus ad Olympiadem.

(a) Chrys. epist. 3.

LXVII. Olympias exilium constanter passa.

Præstitit ipsa quidem quæ præstari ab ea Chrysostomus litteris admonuerat; dum ad tribunal rursus adducta, egregio summæ constantiæ specimine edito, exilio damnata est: cum tanta hæc passa, nihilominus se nullius frugi esse, ad eum scribens significasset: ad quam ipsam idem Joannes eam dedit epistolam, cujus tantum hic intexemus exordium (b): *Quid ais? Trophæum non erexisti, nec præclaram victoriam obtinuisti, nec perpetuo virentem coronam adepta es? An non hoc universus Orbis affirmat, qui ubique terrarum tua recte facta decantat? Quamquam enim & palestræ & certamina in uno loco sita sunt, & cursuum tuorum spatia, & concertationis tuæ sudoris loco, sanguine referta illic extiterunt: at earum tamen rerum gloria & commendatio extremos terræ fines occupavit. Tu vero ea auctiora reddere ac palmas amplificare studens, eas quoque quas animi submissio parit, coronas ipsis adjunxisti, dum te tantum ab hisce trophæis abesse asseris, quantum mortui a vivis remoti sunt. Num quod hæc verba ab animi submissione profecta sint, ex iis ipsis potius quæ contigerunt, planum facere conabor. Patria pulsa es, domo, amicis, cognatis; in exilium missa es: quovis die mori non desiisti, &c.* totus deinde in eo est, ut doceat, eos lugendos potius esse qui persecutionem inferunt, lætandum vero de his qui illatam celso animo perferunt.

(b) Chrys. epist. 7.

LXVIII. Pentadiæ Diaconissæ certamen & victoria.

Sed de pugna Olympiadis transeamus ad certamen Pentadiæ æque diaconissæ, æque nobilis, utpote quæ Timasi Consulis uxor fuit, & vidua relicta, sese Ecclesiæ ministerio mancipavit; de qua & superius dictum est. Quæ autem ista passa fuerit, & quanta animi constantia adversus improbos Judices steterit, cum ejusdem incendii causa in quæstionem esset adducta, etsi ab hujus temporis scriptoribus nequicquam memoriæ commendatum accipere liceat; ex litteris tamen ipsius Joannis Chrysostomi ad eam scriptis, titulos saltem gloriosæ ipsius confessionis licet inspicere. In priori enim ad eam data epistola hæc leguntur (c): *Gaudeo & exulto, maximamque etiam in tam deserto loco degens consolationem mihi positam esse duco in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, constanti sententia, ingenti prudentia, linguæ libertate ac sublimi fiducia, per quam & adversarios ignominia perfudisti, & mortiferam diabolo plagam inflixisti; & eos qui pro veritate decertabant, tamquam unguento delibutos, paratiores ad dimicandum reddidisti; ac fortissimi militis instar, præclarum in bello trophæum erexisti, luculentamque victoriam adepta es: neque etiam tanta voluptate complevisti, ut ne in aliena quidem & peregrina regione, nec in solitudine, verum istic vobiscum me esse existimem, summamque ex animi tui virtute*

(c) Chrys. epist. 94.

tute voluptatem capiam. Quamobrem gaude & lætare, quod hujusmodi victoriam assecuta sis, atque hujusmodi belluarum ora facili negotio compresseris, impudentesque eorum linguas, & rabida ora obstruxeris. Veritas enim, cum qua pugnasti, & pro qua jugulata es, hanc vim habet, ut paucis sæpe verbis de sycophantis triumphet: quemadmodum contra, mendacium etiam si infiniti sermonum artificiis obvolvatur, facile tamen diffluit & collabitur, araneaque telam imbecillitate superat. Gaude igitur & lætare (neque enim hæc verba subinde repetere desinam) viriliter age & confortare, omnesque ab ipsis tibi comparatas insidias irride: at quænam istæ? ostendit his verbis inferius:

LXIX. Quæ passa Pentadia.

Et quodnam (inquit) *insidiarum genus prætermiserunt? & quod machinarum genus non moverunt, dum solida tua ac Deo fideli generosæque ac fortissima anima insidias struere conantur? In forum te, quæ præter Ecclesiam & cubiculum nihil noras, pertraxerunt, a foro ad tribunalia, a tribunalibus ad carcerem. Falsorum testium linguas acuerunt, calumnias concinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora consumpserunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt; nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigerent, ut iis quæ videras, contraria diceres. At tu instar aquilæ sublime volantis, eorum retibus fractis, ad libertatis fastigium virtuti tuæ consentaneum ascendisti, sic videlicet te comparans, ut ab ipsis minime circumscriberetis: immo etiam quantum ad hujus incendii crimen attinebat, cujus nomine miseri atque infelices homines præsertim gloriari videbantur, eos calumniæ convinceres*, &c.

LXX.

Rursum vero ipsam cogitantem recedere Constantinopoli, ne id faceret, idem Chrysostomus datis ad eam litteris antevertit, quibus plane qualis quantaque hæc esset femina declaratur. Est enim ejus epistolæ ejusmodi exordium (*a*):

(*a*) *Chrys. epist. 104.*

Qualis Pentadia.

Coronarum nomine, quas tibi conciliasti, beatam te duco: & paulo post: *Quoniam autem intellexi te de discessu cogitare, atque istinc migrare velle accepi: peto abs te ne quicquam hujusmodi cogites, atque ob animum proponas. Primum ob hoc ipsum, quod Civibus tuis subsidium es, amplissimusque portus, & adminiculum ac tutus murus iis, qui laboribus & ærumnis conficiuntur. Quare noli committere, ut tantum quæstum de manibus ejicias: noli, inquam, committere, ut tantum lucrum abjicias, cum tantos quotidie thesauros ex tua præsentia colligas: nam qui tua præclara facinora cernunt, vel auditione accipiunt, non parum hinc lucri consequuntur*, &c. Porro tum Pentadiæ, tum etiam Olympiadis & aliarum clarissimarum feminarum coram Præfecto (erat is Optatus Gentilis homo) causæ prosecutio relata in Acta publica fuit; quibus declaratur, non ob incendii causam tantum, sed etiam quod Arsacio communicare nollent, tam gravia passas esse. Meminit eorumdem Actorum Theodorus Romanus diaconus, dum Romani Pontificis studium ad hos omnes liberandos recenset, ubi ait (*b*):

(*b*) *Apud Pallad. dialog.*

LXXI.

*Post hos omnes venit Romam ad Innocentium Papam Domitianus sacerdos, Constantinopolitanæ Dispensator Ecclesiæ, & Vallagas quidam Nisibius * presbyter, exponens monasteriorum Mesopotamiæ gemitum & ejulatum. Simul & commentaria Optati cujusdam Præfecti reddiderunt: ubi honestæ mulieres ex genere Consulari publice ad eum adductæ memorantur, Constantinopolitanæ Ecclesiæ diaconissæ; ita ut cogerentur aut Arsacio communicare, aut Fisco ducentas auri libras applicare.* Hæc ipse. O si semel illata hujusmodi publica commentaria in archiva Romanæ Ecclesiæ, hactenus asservata fuissent: quam in his versans deliciis stylus noster afflueret! non quidem nobis opus fuisset in summa paupertate hinc inde mendicare fragmenta.

* Nisibenus.

LXXII.

Subdit ex eorum testificatione idem Theodorus: *Quid autem de monachis, & virginibus dicere oportet? ostendebat secta in ligno latera, terga cæde conscissa*, &c. Testatur quidem Zosimus (*c*), ingentem monachorum numerum & alios id genus homines captos, & dira eamdem ob causam passos esse. Quomodo autem his omnibus acceptis Romæ Innocentius Papa, quamprimum valuit, his occurrere conatus est, idem Theodorus enarrat, qui etiam singulas legationes tum ab ipso Joanne, tum a clero Constantinopolitano, & aliis ad ipsum Romam hoc anno post expulsum Joannem missas recenset, nosque eodem quoque ordine referemus. Post primam illam legationem ab ipso Chrysostomo missam hoc anno post Pascha, cum adhuc ipse in sede ageret; postque epistolam ipsam ad eumdem Innocentium Papam datam, quam suo loco superius recitavimus: post ipsum exturbatum, qui ex quadraginta illis Episcopis circiter vigintiquinque tantum supererant, convenientes in unum, decernunt legationem ad Innocentium Romanum Pontificem, quam & aliæ postea secutæ fuerunt: de quibus omnibus ita Theodorus diaconus apud Palladium (*d*):

(*c*) *Zosim. l. 5.*

Secunda legatio Constantinopoli ad Innocentium.

(*d*) *Apud Pallad. dialog.*

LXXIII.

Modicum temporis fluxerat, cum Theotecnus Constantinopolitanus presbyter Romam venit, litteras Concilii Joannis vigintiquinque Episcoporum aut paulo plu- ri-

vium fecerus: quibus dicebant, Joannem militum vi urbe expulsum, & Cucusum in exilium missum, Ecclesiamque incensam fuisse. Cui & ipsi communionis litteras & ad Episcopum Joannem, & ad omnes communicantes sibi Episcopos tradens, orabat cum lacrymis, ut patienter tolerarent, cum opem ipse ferre non posset, eo quod nonnulli obsisterent potentes adversarii Ecclesiasticæ pacis inimici.

LXXIV. Legatio ab adversariis Joannis.

Post paululum rursus applicuit homunculus aspectu fœdus, animo perditus, Paternus nomine, Constantinopolitanæ Ecclesiæ se presbyterum dicens: qui & ipse totus elatus, & fastu turgidus, & ipso gestu inimicitias præferens, plurima contra Joannem Episcopum maledicta vomebat. Hic litteras paucorum Episcoporum, Acacii, Pauli, Antiochi, Cyrini, Severiani, & aliorum quorumdam Innocentio reddidit: quibus Joannem calumniabantur, quasi incendisset Ecclesiam. Mendacium aperte deprehensum est, cum ejus rei, quippe quæ non fuisset objecta, mentionem in Synodo nullam fecisset Joannes. Eum Innocentius cum indignatione abjiciens, nec rescribere quidem voluit.

LXXV. Romani Pontificis auctoritas in Ecclesia.

Quidnam est, rogo, quod Joannis adversarii post ipsum damnatum legationem mittunt ad Romanum Pontificem: nisi ut ab eis in ipsum lata sententia, rata ab Ecclesiæ Romanæ Præsule habeatur, cujus esse arbitrii optime scirent, eamdem irritam cassamque reddere? Et quid contraria legatione a parte Joannis missa actitatum est; nisi ut sententia inique lata, ab eodem Apostolicæ sedis Antistite revocaretur? Sed secundæ addidere Joannis amici tertiam legationem, de qua mox idem Theodorus dicturus hæc præmittit de Cyriaco Episcopo fuga lapso Romam adveniente.

LXXVI. Tertia legatio a parte Joannis.

Paucis post diebus advenit Episcopus Cyriacus nullas quidem habens litteras, sed is plane, cui fides merito habenda videbatur, eadem prosequens, quæ ab Episcopis de Synodo Joannis fuerant scripta. Ajebat enim se fugisse propter communicationem regalis edicti (quod haud pridem a nobis est recitatum) *Cavebatur enim eo, ut Episcopus non communicans cum Arsacio, ab Episcopatu arceretur. Post Cyriacum venit Eulysius Apameæ Bithyniæ Episcopus, afferens litteras a quindecim Episcopis de Joannis Concilio, & a præclaro sene Anysio Thessalonicensi Episcopo: in quibus illi quidem & præcedentem, & quæ tum erat, Constantinopoleos totius deprædationem vastitatemque signabant: Anysius vero Romanæ Ecclesiæ judicium sequi fatebatur. Porro Eulysius ipse consona Cyriaco per omnia dixit.*

LXXVII. Palladius Episcopus fuga lapsus se Romam confert.

Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos absque litteris venit, qui & ipse dicebat se fugisse vesaniam Principum, expressius autem ac signantius enarravit omnia, ipsumque edictum protulit in hanc sententiam: Quicumque occultasset Episcopum ac clericum, sive in sua domo susciperet, qui Joanni communicaret, ejus domum publicandum. At quid, rogo, extorres Episcopi & fuga lapsi non ad aliam se conferunt Ecclesiam, quam ad Romanam sedem? utique (si verum fateri licebat) tamquam ad matrem omnium Ecclesiarum, majorum exemplis admoniti, cum regnante persecutore Constantio (ut antiquiora tempora prætermittamus) Catholici Episcopi ab Oriente fugati, omnes ad Julium Romanum Pontificem (ut vidimus late superius) se contulerunt. Veniens Romam Palladius una cum pluribus aliis, susceptum se fuisse hospitio a Piniano marito sanctæ Melaniæ Junioris, genero autem Melaniæ Senioris, testatur ipse scribens ad Lausum de iisdem his verbis: *Nec nobis quidem & certe cum plurimi essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Joannem perrexeramus, exigua præstiterunt, sed cum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumptibus, cum exinde proficisceremur, honoraverunt.* Hæc ipse Palladius. Sed quæ post hæc secuta est alia publica legatio, Theodorus narrat his verbis:

LXXVIII. Quarta legatio Constantinopoli missa.

Post Palladium Germanus presbyter, Cassianusque diaconus Joannis, viri magnæ religionis, litteras ab omni clero Joannis attulerunt, continentes Ecclesiam suam tyrannidem perpessam fuisse, Episcopo per vim militum ejecto, & in exilium misso, agentibus id Acacio Berœensi, Antiocho Ptolemaidis, Severiano Gabalensi, Theophilo Alexandrino. Ostenderunt & Breviculum memorati viri, ubi ornamenta sub judicibus & testibus tradunt, subscriptum manu Studii Præfecti Urbis, Eutychiani Prætoris, Joannis Comitis Thesaurorum, &

PAGIUS XXII. *Cassianus ex Oriente Romam mittitur.*

Ad num. LXXVIII. Quatuor legationes Romam ad *Innocentium Papam* missæ, quibus certior fieret de tyrannide, quam Ecclesia Constantinopolitana perpessa esset. Quartam obiere *Germanus* Presbyter & *Cassianus* Diaconus Chrysostomi, *viri magnæ religionis*, ut narrat Theodorus Romanus Diaconus apud Palladium in Dialog. *Cassianus* iste ille est, cujus sunt *Collationes Patrum*, ut recte Baronius habet. Magna inter Eruditos de ejus patria versatur controversia. Lambecius in lib. 4. Biblioth. Cæs. pag. 166. refert in ea extare librum hoc titulo prænotatum, Ἀββᾶ Κασιανοῦ τοῦ ῥωμαίου πρὸς Λεόντιον πάπαν λόγος περὶ τῶν κατὰ τὴν Σκῆτιν πατέρων, idest, *Abbatis Cassiani Romani ad Leontium Episcopum libellus Asceticus de Sanctis Patribus in Schete*. Est epitome septem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Schetensium. Addit Lambecius in eodem Bibliotheca extare alia *Cassiani* opuscula e Græco in Latinum versa,

De Cassiano legato.

& Eustachii Quastoris ac Tabularii in auro & argento & vasis, ut Joannis Episcopi calumniam dilucreut, Sed antequam ad sequentem legationem enarrandam progrediamur, ut de legatorum altero, Cassiano diacono nuncupato, agamus, argumentum exposcit. Est mentio de eodem Cassiano in litteris Innocentii Papæ ad clericos Constantinopolitanos (*a*): quem quidem Cassianum illum putamus, cujus sunt Collationes Patrum: nam & Gennadius hunc eumdem a Joanne Chrysostomo diaconum ordinatum tradit: adeo ut qui negare velit hunc Cassianum diversum ab illo esse, duos necesse habeat ut affirmet Joannis Chrysostomi ejusmodi nominis & muneris fuisse discipulos, nomine Cassianos, eosdemque diaconos. Porro hic, de quo agitur, usitatius cognomine, qnam nomine a majoribus vocitari solitus fuit: nam idem Gennadius (*b*), necnon Cassiodorus (*c*) nonnisi Cassianum eum nominant: cum tamen, auctore Prospero (*d*), sciamus appellatum esse Joannem, cognomento vero Cassianum. Sed hic adverte, errore quidem, mea sententia, lapsos, qui tradunt (*e*), hunc ipsum a Joanne Chrysostomo diaconum ordinatum, atque post aliqnot annos ab eodem expulsum, Massiliam profectum, illic ordinatum esse presbyterum. Sed dicant, velim, quando hunc expelli ab eo contigit, qui etiam post ejus exilium in ipsius Joannis obseqnio perseverasse cognoscitur, & pro eo functus legatione ad Innocentium? Sed puto occasionem errandi inde manasse, ut qui pro Joanne Chrysostomo, sicut alii ejus Ecclesiæ clerici, esse reperitur expulsus, eumdem per Joannem ipsum ejectum existimarint: nam non ab ipso, sed ejus caussa tunc contigit cum reliquis extorrem fieri. Cæterum antiquorum nullus hujusmodi notam Cassiano inussisse legitur. Verum ipse Cassianus in libris quos de Christi Incarnatione conscripsit, erga memoriam ejusdem Joannis Chrysostomi satis videtur esse propensus, & gratus, utpote qui sæpe eum laudibus haud vulgaribus celebret: & quod majus videri debet, quicquid ipse sciret, liberaliter eidem acceptum refert: nam inter alia (*f*): *Ille* (inquit) *deaique ipse vobis, etiam hac qua a me scripta sunt, commendet: quia hac qua ego scripsi, ille me docuit; ac per hoc non tam meam hoc quam illius esse credite: quia rivus ex fonte constat; & quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri convenit magistri.* Hæc & alia ad Constantinopolitanos de Joanne summa cum laude Cassianus; sicque compellans eos, specimen in omnibus edidit amantissimi Joannis discipuli, de qno & post exilium, immo & post mortem, adeo benemereri studuerit, ut nec vel tenuis nævus in ipso penitus dignosci possit alicnjus simultatis assertæ. Cæterum post hæc Cassianus profectus in Ægyptum, ibi monasticam vitam excolere cœpit, indeque scribendi Collationes Patrum hausit argumentum. Extat Isidori Pelusiotæ (*g*) ad Cassianum epistola, cum aggressus esset vitam monasticam profiteri, qua eum in primis sibi coercendam esse linguam admonuit. Sed jam ad nuncios Romam ad Innocentium Papam missos, vel sponte se illuc conferentes, redeamus.

(*a*) *Apud Sozom. l. 8. c. 26.*

(*b*) *Genn. de vir. illus. c. 61.*

(*c*) *Cassiod. de Instit. divin. lect.*

(*d*) *Prosp. in Chron.*

(*e*) *Tritem. in Catalog. vir. illust. & alii post eum.*

Joannes Cassianus semper addictus Chrysostomo.

(*f*) *Cassian. de Incarnatione adversus Nestorium l. 7. in fin.*

(*g*) *Sozom. l. 8. c. 26.*

LXXIX. *Demetrii secundus Romam adventus.*

Post legationem Germani, & Cassiani, de adventu Demetrii Episcopi Romam Theodorus hæc subdit: *Post istos venit secando Demetrius Episcopus Pisinuntis; qui peragrato Oriente, prædicaverat communioaem Ecclesia Romana cam Episcopo Joaane, testibus Papa Innocentii litteris, afferens epistolas ab Episcopis Caria, in qaibus Joaanis amplectuntur communionem: ab Antiochena itidem Ecclesia presbyteris, ubi Romanorum seqaantar disciplinam, laadantes integritatem judicii, & ordinatioaem apud se factam de Porphyrio ut illicitam ac nefariam execrantes.* Hæc Theodorus. Constat quidem, his acceptis legationibns, Innocentium Romanum Pontificem statuisse una cum Episcopis Italiæ, communicandum cum Joanne Chrysostomo, non autem cum Arsacio & Porphyrio intrusis; donec ea de causa, congregatis utriusque partis Episcopis, Synodus haberetur, in qua quæ essent alterutrius potiora jura, judicium agitaretur: Interea autem jure cum Joanne communicandum, quod violenter esset ejectus. Hæc quidem omnia ex epistola Honorii Imperatoris ad Arcadium satis explorata redduntur, qua omnia quæ hactenus impie gesta essent, exprobrans, commemorat: est autem hujusmodi ejus inscriptio: [1]

LXXX.

Exemplum (b) Sacra Honorii Aug. missa ad Priacipem Orientis Arcadium.

Quamvis super imagiae mulcebri, novo exemplo per provincias circamlata, & diffusa per universum mundum obtrectantium

(*b*) *Ex C. Vatic. ep. Rom. Pont. extat cusa tom. 1. ep. Rom. Pont.*

PAGIUS sa, ia quorum titulis, uti in laudata epitome, Cassianus semper vocatur *Romanus*; ac Photium in sua Bibliotheca Cod. CXCVII. eorum meminisse; iis se usum fuisse ostendere, indeque cognomen τῦ ῥωμαίυ, idest, *Romani* paraphrastice reddidisse ῥωμὴν λάχοντα πατρίδα, hoc est *Romam*

NOTÆ [1] HAac Epistolam ad annum 405. & quidem jam labentem referendam esse putat Coustantius in notis pag. 801. Verbum *circumlata* intelligendum esse censet idem Coustantius, de imagine Eudoxiæ *erecta*, *collocata*, & *dedicata*, non per provincias *circumlata*.

Epistola Honorii Imp. ad Arcadium.

*tium fama litteris aliis commonuerim; ut taliter facti pœnitentia, & intermissione propositi rumor æmulus consenescat, & quod in moribus temporum carpit, publica lingua non habeat. Quamvis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu, esse nobis dolori, cur ista vos detrimenta Reipublicæ nolueritis agnoscere, & aliis potius indicibus, quam pietatis vestræ litteris fuerint nunciata; tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus divinis non sine publici discriminis metu nuperrime contigisse, cita semperque malorum annunciatrix fama non tacuit: & ut natura fert hominum, quæ ad obtrectandum novis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi, malitiam suam in tempora studio sævæ * loquacitatis exercet.*

* sceve.

LXXXI. Scelera patrata Constantinopoli.

Est enim nuper proditum, apud Constantinopolim, sacratissimo Paschæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum urbium populos religio castigatiore sub præsentia Principum ritu celebranda collegerat, clausas subito Catholicas Ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes: scilicet, ut eo potissimum tempore, quo, indulgentia Principali, tristia noxiorum claustra reserantur, piæ legis & piros ministros sævus carcer includeret: omniaque bellicum in modum turbata mysteria, nonnullos in ipsis Ecclesiæ sacrariis interemptos, tantamque circa altaria vim sævisse, ut & venerabiles Episcopi in exilium truderentur, & sanguis humanus (quod dictu nefas est) cælestia sacramenta perfunderet.

LXXXII.

*His repente compertis, turbatos esse nos fateor. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offensum? aut quo pacto extra summum Romani orbis omniumque mortalium putaret esse discrimen? cum ipse auctor nostri Imperii, & Reipublicæ, quam nobis credidit, gubernator omnipotens Deus funestis admodum execrabilibusque commissis crederetur irasci, domini sancti, frater, nepósque Augusti venerabiles: cum & si quid de causa religionis inter Antistites ageretur, Episcopale oportuerit esse judicium: ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. Sed esto sibi de mysticis, & Catholicis quæstionibus amplius aliquid Principalis cura præsumpserit: ita ne usque ad exilia sacerdotum, usque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, ut ubi castæ preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius haud facile etiam in jugulum noxiorum distringendus exereret? Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit divina majestas. Primum quidem hoc præsentis commotionis judicium * fuit, atque utinam solum. Facit enim humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, ut gravius aliquid (quod avertat omnipotens Deus) post terribilis ultionis experimenta metuamus.*

Justæ Honorii querelæ in Arcadium.

* indicium.

LXXXIII. De incendio basilicæ.

Audio Ecclesiam sacrosanctam tot Imperatorum opibus expositam, pretiosis cultibus nobilem, tanta supplicantium Principum oratione augustissimam flagrasse, & illud Constantinopolitanæ urbis Ecclesiæ unicum lumen in favillas dilapsum, Deo non vetante, fumasse (execrari enim videtur inquinata mysteria, & avertisse oculos ab eo loco, quem jam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem cælestem sub cruentis posset altaribus) ædificia quoque divina non minore splendore

PAGIUS

mam sortiti patriam. Quorum codicum testimonio & Photii auctoritate Vir doctissimus existimat, *Cassianum* revera Romæ natum; amore autem vitæ Asceticæ inde a pueritia in Palæstinam atque Ægyptum se se contulisse, & præcipue apud Schetensis *eremi* Anachoretas in studio perfectionis plurimum profecisse; ideoque corrigendum esse Gennadium Massiliensem, qui cap. 61. de Script. Ecclesiast. *Schetem* Ægypti eremum cum Scythia confundens, falso tradit Cassianum fuisse natione *Scytham*: similiter quoque in ipsa præfatione Cassiani ad Leontium, loco horum verborum: *In eremo Scythia, seu in eremo Scythica*, sine ulla controversia scribendum esse *in eremo Scheti*, seu in eremo Schetica, hoc est, ut in versione Græca recte legitur, ἐν τῆς ΣΚΗΤΕΩΣ.

XXIII. *Fuit natione Gallo Provincialis.*

Hæc ultima Lambecii observatio verissima. At *Cassianum* in Gallo-provincia natum esse, longe probabilius antea censuerat Holstenius ejusdem Lambecii avunculus, cap. 3. Præfationis ad Regulas veterum Monachorum; quod probat non tantum ex stylo Cassiani hujus ætatis Scriptoribus familiari; verum etiam ex ejusdem Asceticis Commentariis. Is enim Collat. 24. cap. 1. ait: *Quia ad repetendam Provinciam nostram, atque ad revisendos parentes quotidianis aestibus urgebamur.* Quibus verbis provinciam Provinciæ palam a Cassiano designatam Holstenius putat. Præterea hoc de sua Patria Cassianus subjicit, *ipsorum locorum situs, in quibus erat a Majoribus nostris avita possessio, ipsarumque amœnitas jucunda regionum ante oculos pingebatur; quam grata & congrua solitudinis spatiis tenderentur, ita ut non solum delectare Monachum possent secreta sylvarum; sed etiam magna victus præbere compendia.* Quæ Scythicorum desertorum squalori, ac Caucaseis rigoribus minime convenire possunt.

XXIV. *Quod magis probatur.*

Hanc de patria Cassiani sententiam novis argumentis confirmavit Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 1. Cum Germanus ac Cassianus Abrahamo Ægyptio monacho desiderium repetendæ patriæ, quo æstuabant, aperuissent, tale responsum tulere: *Vos qui summos animi & corporis usu in hac regione duntaxat, quasi naturam patriæ vestræ in multis impugnare conamini, diligenter expendite, utrum in illis torpidis, ut fama est, regionibus, & velut frigore nimia infidelitatis obstrictis, hanc, ut ita dixerim, nuditatem sustentare possitis*, ut legitur Collat. 24. cap. 8. At idem Cassianus Collat. 2. in Præfatione scribit, Eucherium Lugdunensem postea Episcopum in Ægyptum pergere voluisse, ut

re nobilia ex concitatione sævientis incendii, flamma se latius effundente, consumpta; & quæ publicam faciem elaborata a majoribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam urbis funere concremata. Hæc ergo quamvis crebrius injuriis lacessitus tacere debuerim, nec conjunctissimum fratrem, regnique consortem tam fideliter admonere; tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens, hortor atque suadeo, ut hæc (si fieri potest) emendatis in posterum moribus corrigantur; ac divina iracundia, quantum re proditur, excitata, votorum sedulitate placetur.

LXXXIV. Pia admonitio Honorii Imp.

Accipite a me summum simplicitatis indicium. Idcirco hoc clementiæ vestræ insinuandum putavi, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemque taciturnitas ipsa suspectum: neve quis crederet, me talibus factis præbere consensum, & qui sæpe ne acciderent, commonuerim, posteaquam commissa sunt, non dolerem. Nam quis posset expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem Catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare? Erat inter Episcopos causa, quæ collato contractoque Concilio, deberet absolvi: missis ad sacerdotes urbis æternæ atque Italiæ utraque ex parte legatis, expectabatur ex omnium auctoritate sententia, informatura regulam disciplinæ: integrum nempe esse debuerat, neque quicquam novari, dum definitio deliberata procederet: cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut non expectatis litteris sacerdotum, qui fuerunt mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exilium truderentur Antistites, animadversioni prius addicti, quam sententiam judicii Episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probavit. Namque ii quorum expectabatur auctoritas, pacifica Joanni Episcopo communione præmissa, sanciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante judicium consortio repellendum.

LXXXV. Digna correctio Honorii Imp.

Quid nunc aliud superest, quam ut Catholicam fidem schismata in diversum dissociata dilacerent? quam ut hæreses communioni semper inimicæ ex tanta gestarum rerum varietate nascantur? ut jam populo non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diversitate discedat: cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit præmissa, & fomes quidam nutriendæ seditionis animatus. Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, ut ad humanas prolapsiones patiens Deus rem male gestam prosperet ac secundet. Nam quantum in nobis est, possumus timere quod gestum est: quantum ad pietatem semper placabilis Dei, non erit meriti impunitas indulta, sed veniæ. Hactenus Honorii epistola ad Arcadium ex bibliotheca Vaticana descripta, atque una cum Romanorum Pontificum litteris jam excusa: quo autem animo hæc Arcadius Imperator acceperit, licet nemo prodat; tamen ex his quæ postea subsecuta sunt, infensum plane hæc legisse, satis intelligi potest. Nam tantum abest ut male facta correxerit, ut etiam his deteriora (si pejora excogitari possunt) addiderit.

LXXXVI.

At quænam ipse Innocentius Papa tum ad clerum Constantinopolitanum partis Joannis, tum ad ipsum Joannem hoc tempore scripserit, videamus: in his enim percensendis epistolis animus plurimum voluptatis capere potest, tum ex historiæ epistolaris sincera veritate testata, tum etiam quod ex eisdem animi quoque affectus intrinsecus contemplari posse conceditur. Prior igitur ad clerum data epistola sic se habet (a):

(a) Epist. Rom. Pont. Innoc. 15.

LXXXVII. Innocentii Papæ epistola ad clerum Constantinopolitanum.

Innocentius Episcopus presbyteris ac diaconis, universoque clero ac populo Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui subditi sunt Episcopo Joanni, dilectis fratribus salutem.

Ex litteris charitatis vestræ, quas per Germanum presbyterum, & Cassianum diaconum misistis, tragœdiam malorum, quam ob oculos posuistis, anxia sollicitudine cogno-

PAGIUS

ut hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem Provinciam derelinquens, ad illas, quas Sol justitiæ proximus respicit terras, maturis virtutum frugibus redundantes velut turtur castissimus transvolaret. Ita utrobique Provincia, in qua ortus Cassianus fuit, *frigore torpida* describitur. Præterea Cassianus ac Germanus Anachoreticam vitam instituere se velle dicebant, nullo visitantium subinde monachorum adventu turbatam, cui tranquillitati minus aptas esse credebant Ægypti eremos, *quod*, aiebant, *interdum a fratribus frequentari jugi secreto, ac diuturno silentio secundum desiderium nostrum nequaquam possumus inhærere*, &c. *Quod sine dubio nullatenus in nostra Provincia credimos eventurum, in qua aut nullum, aut certe rarissimum professionis hujus virum invenire possibile est.* Idem vero in Præfatione Collat. 18. Anachoreticam vitam *incognitam fere in hac regione*, nempe Gallicana pronunciavit, ubi laudans Minervium, Leontium ac Theodorum, queis Collationes illas nuncupat, ait: *Anachoreticam sitire sublimitatem vestris institutionibus provocastis.* Quare cum Cassianus juvenis in Ægypto degebat, incognita fere Galliis erat Anachoreseos disciplina.

XXV. Cassianus dictus Romanus, quod esset Scriptor Latinus.

Neque huic opinioni laudati Cassiani Librorum tituli, in quibus is dicitur *Romanus*, officiunt. Scriptores enim Græci Auctores Latinos sæpe *Romanos* appellant. Eusebius lib. 2. Hist. cap. 25. locum citans Tertulliani, in quo scribit Neronem primum Imperatorum Romanorum fuisse, qui hostis Christianæ religionis fuerit, inquit, *τούτου δὲ πολλὰ ὁ ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς ὧδέ πως λέγων μνημονεύει*; quæ verba recte a Christophorsono sic

LIII. Eutropii martyrium.

Eodem tempore & Eutropius quidam lector productus, ut eos indicaret, qui templo ignem injecissent: quamvis illi & loris & fustibus, & ungulis latera genaeque discerperentur; quamvis insuper faces ardentes corpore sustineret, & quidem juvenis & tenellæ cutis existens, nihil tamen se scire confessus est. Qui quidem post ea tormenta includitur in carcerem, in quo non multo post moritur. Hæc ipse, multa de eo præteriens, quæ ex Palladio (a) reddenda putamus; ait enim: *Eutropius beatissimus, virgo purus, cantor, cæsus, & latera & frontem usque adeo sectus, ut supercilia quoque vellerentur; lapidibus postremo ad latera, ossibus jam nudatis, utrisque admotis, in ligno moritur. Media quoque nocte, clam ab his qui hoc egerant, sacerdotalis ordinis viris sepelitur, Deo illius morti dignum testimonium perhibente, quod passionem Redemptoris esset imitatus: audita enim psallentium cælitum vox Angelicas patefecit excubias.* Hæc Palladius. Hujus dies natalis, reddita Ecclesiæ pace, non Constantinopolitanæ tantum Ecclesiæ, sed toto Christiano Orbe anniversaria memoria celebrandus, publicis Ecclesiæ adnotatus est tabulis (b), una cum Tigrio presbytero eodem tempore martyrio coronato: de quo ista (c) Sozomenus: *Eadem occasione etiam Tigrius presbyter vestibus exutus, flagris in tergum cæsus, manibus ac pedibus vinctus, & extensus, membris dissolutus fuit. Erat hic natione barbarus, & eunuchus, sed non a nativitate.* Cæterum adeo vehemens ista fuit de Incendiariis inquisitio, ut etiam clarissimæ feminæ ea de causa adductæ fuerint in quæstionem, ut inter alias nobilissimæ Olympias, & Pentadia diaconissæ, de quibus paulo post dicturi sumus.

(a) Pallad. in dialog.

(b) Mart. Rom. 12. Januar.

(c) Sozom. l. 8. c. 24.

Tigrii Presbyteri martyrium.

LIV. Ne autem quæstiones ob incendium ulterius grassarentur, Studius Præfectus Prætorio intercessisse videtur apud Imperatorem, ut ab ipso datum ad eum rescriptum significare videtur, quod sic se habet (d):

(d) l. 37. de episc. & cler. C. Th.

*Quoniam personæ ad inquisitionem perpetrati incendii (ut tui culminis suggestio patefecit) nequeunt inveniri: clericos custodia relaxamus; ita ut navibus impositi, ad lares proprios revertantur. Nec proscriptionis periculo domus careant, quæ Episcopos vel clericos peregrinos post publicationem edictorum & nostræ serenitatis affatus probabitur suscepisse. Pari forma servanda, si quæ domus Cives clericos nova, & tumultuosa conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperint. Ad observandos * siquidem seditionis aditus, ad nostro sedit arbitrio, ut omnes Episcopi & clerici peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur. Dat. quarto Kalend. Septembris, Constantinopoli, Honorio sextum & Aristeneto Consulibus.* Paulo post autem, nempe sequenti mense, idem Imperator ad eumdem Præfectum Prætorio pro stabilienda quoque pace (ut sibi videbatur) de cohibendis servis a conventiculis ista rescripsit (e):

Inquisitio incendiariorum cohibita.

Episcopi & Clerici peregrini expulsi.

* obserandos.

(e) l. 3. de his qui pro relig. contend. C. Theod.

LV. *Si quis servos in hac sacratissima urbe possideat, eos a tumultuosis conventiculis faciat temperare: sciens se pro singulis, servis, qui interesse conventibus interdictis fuerint comprehensi, trium librarum auri dispendio feriendum, servis videlicet puniendis.* Subdit & de collegiis opificum, quæ corpora nominabant, eadem prohibitio his verbis: *Quam formam in nummulariis, cæterisque hujus almæ urbis Corporibus volumus sub pœna graviore servari: ut unumquodque Corpus probis, qui de suo numero conventus celebrare illicitos detegerentur, ad quinquaginta pondo auri solutionem mulctæ nomine adstringatur. Dat. tertio Idus Septembris, Constantinopoli, Honorio A. sextum & Aristeneto Coss.* Sed mense Novembris hujus quoque anni idem Arcadius ad Eutychianum rescripsit (f) de his, quæ foris agenda essent. Quod enim qui prohibiti erant seorsum convenire Constantinopoli, iidem extra urbem in provinciis, eos qui Theophili communicationis erant & Arsacii aversantes, in unum convenire cœperunt, vitantes omnes Joannis Chrysostomi adversarios: adversus eos hæc idem Arcadius Imperator rescripsit:

Adversus conventus & collegia sancitæ pœnæ.

(f) l. 6. de his qui pro relig. contend. Cod. Theod.

LVI. *Rectores provinciarum moneantur, ut conventus eorum arceantur illiciti, qui orthodoxorum religione suffulti, spretis sacrosanctis Ecclesiis, alio convenire conantur: His qui ab Arsacii, Theophili, Porphyrii*

Quorum communio comprobetur.

PAGIUS XIX. In Provincias Orientis propagantur.

A num. LVI. ad LXIII. Arcadius die XIV. Kalend. Decemb. emisit legem 6. Cod. Theod. *De his, qui super religione contendunt;* Eutychiano Præfecto Prætorio, Orientis scilicet, inscriptam, qua jubet ab Ecclesia repelli, qui ab Arsacii, Theophili, & Porphyrii communione dissentiunt. *Joannitæ* enim non tantum intra Urbem Constantinopolitanam; verum etiam per Provincias Orientis, per Ægyptum ac Syriam nominatim, ubi Antiochia sita, suos extra Ecclesiam conventus habuere, & ab Arsacii Constantinopolitani, Theophili Alexandrini, & Porphyrii Antiocheni Episcoporum communione discessere. Quare hac lege ab Ecclesia repelluntur, & Schismatici haberi jubentur, nisi ad communionem prædictorum Episcoporum redeant. Hujus constitutionis meminit Sozomenus lib. 8. cap. 24. ex eaque intelligimus, *Flavianum* Episcopum Antiochenum, hoc anno vita functum esse. Anno CCCLXXXI. Meletio successerat, & juxta Nicephorum in Chronico & Tabulas Theophanis annos XXII. Episcopatum gessit. Post eum *Porphyrius* hoc anno Episcopatum Antiochenum suscepit; *nam quo tempore Joannes*

Porphyrii reverendissimorum sacræ legis Antistitum communione dissentiunt, ab Ecclesia proculdubio repellendos. Dat. XIV. Kal. Decembris, Constantinopoli, Honorio A. VI. & Aristeneto Conss.

LVII. Quisnam autem fuerit Porphyrius iste, cujus communicatio commendatur, jam dicendum est. Fuit iste Antiochenus Episcopus, hoc anno, quo Joannes Chrysostomus in Armeniam deportatus, in locum Flaviani subrogatus. Hoc nempe anno defunctum esse Flavianum, cum sedisset annos vigintitres, auctor est Palladius (a), dum agit de subrogatione Porphyrii. At qualis hic fuerit, suis idem auctor pingit coloribus, cum hæc ait: *Porphyrius iste in Ecclesia diutius versatus, & diaconi & sacerdotis perfunctus officia est: sed plane nihil habuit in moribus gravitatis, & in nullo unquam Ecclesiæ spiritualiter contulit. Cæterum viciuis, & religiosis Episcopis infestus jugiter, quod ex maxima esset Civitate, & amicos haberet Principes, judicia intrabat, honestisque ordinationibus insidias tendens, morum astu, versutiaque tempestive Episcopis subrepebat, invitos quoque (ut ita dixerim) ad leves ordinationes ac novas trahens:* Et paulo post: *Castimoniæ itaque & adversus carnis voluptates continentiæ inimicus est, non secus ac vultur unguenti; adeo ut etiam Sodomitico crimini obnoxium fama vulgaverit:* & inferius: *Magorum & aurigarum, & eorum qui veteres fabulas inhonesto motu & obverso crure præferrent, principem ac socium esse. Magis namque opem ferre, atque amice congredi, usque adeo non declinavit, ut etiam in commentariis variorum magistratuum hoc illi crimini datum sit:* ac deinde: *Ajunt illum præter cætera scelera, sacra quoque vasa post ordinationem suam conflasse, Principibusque largitum aurum: ut plane perspicuum sit, eum non ratione, sed tyrannide obtinuisse eos, qui infelici sorte sibi sunt subditi.*

(a) Pallad. in dial.

Porphyrii presbyteri Antiocheni probrosa vita.

Nam quo tempore Joannes in Armeniam extorris actus, Flavianus quoque Antiochenus Episcopus migravit ad Christum: animadvertit Porphyrius populum omnem in Constantium diaconum conjecisse oculos, virosque & mulieres ex eo pendere, qui a teneris (ut ajunt) unguiculis servierat Ecclesiæ, vir (juxta historiam Judicum) ambidexter; quippe quæ putabatur illius læva, dexteram aliarum facile superabat. Fuerat enim is primum ab epistolis: quo munere perfunctus absque turpis lucri suspicione ulla, lector deinde, ac postmodum diaconus est ordinatus. Ac rursum inferius: *Est quippe Constantius ipse supra cæteros mitis actu, ac contemplatione singularis, celeriter conspicatur animo, magna cum gravitate exercet, sapiens, strenuus, misericors, cupiditatis inimicus, in judicio justus, ad injurias patiens, in persuadendo potens: qui ut afflictos liberet, jejunus sæpius ad vesperam usque persistit, honestatem ipsa facie præseferens, severus aspectu, maturus incessu, virgo purissimus, & qui florem, & gratiam vultus in ipsis quoque infirmitatibus servet. Hunc igitur tanti meriti virum pecuniis hoc modo fugandum curat.*

LVIII. Constantii Diaconi Antiocheni vita laudata.

*Scripsit ad Principes: cumque ut novarum rerum & seditionis auctorem, obtinuit in Casum * exilio relegari. Hoc illo ubi didicit, amicorum auxilio Cyprum contendit, ibique servatus est. Ipse vero Porphyrius Cyriacum & Diophantum presbyteros & clericos cæteros vexans, observabat tempus, in quo Civitas omnis ad suburbana procederet (erant secum Acacius, Severianus, & Antiochus, & eorum complices, in abdito tamen). Agebatur tunc celebritas Gentilium, insignis certaminibus Herculis, quæ Olympia appellant, in qua mulieres quoque cum turbis populorum Daphnem ad certamina spectanda properabant. In hac solitudine Civitatis Ecclesiam Porphyrius una cum memoratis Episcopis & clericis paucis irrum-*

LIX. * Cassium Porphyrius invadit sedem Antiochenam.

PAGIUS *nes in Armeniam extorris actus, Flavianus quoque Antiochenus Episcopus migravit ad Christum,* inquit Palladius in Dial. ideoque annos fere XXIII. Ecclesiam Antiochenam rexerat. Ei successit *Porphyrius*, cujus vitia ibidem Palladius recenset. Hæc de eo Sozomenus lib. 8. cap. 24. *Antiochiæ mortuus est Flavianus, qui Joannis depositioni haud quaquam consenserat. Cujus loco Porphyrius Antiochenæ Ecclesiæ Sacerdotium suscepit. Qui cum condemnationi Joannis subscripsisset, multi in Syria ab Ecclesia illius communione se se abrupuerunt: & seorsum Collecta celebrantes, multas ærumnas ac molestias perpessi sunt.*

XX. Theodoretus lib. 5. cap. 34. postquam exilium & mortem Chrysostomi narravit, ait: *Porro quot Episcopi ejus causa pulsi sint Ecclesiis, & in extremas Romani imperii fines deportati; quot item Monachi eandem calamitatem perpessi sint, supervacuum arbitror commemorare, & prolixam Historiam texere: præsertim cum ea quæ tristia sunt, contrahenda esse censeam & Auctorum qui ejusdem nobiscum sunt fidei, errata obtegenda. Plerique certe eorum qui injurias fecerunt, pœnas dederunt, & per ea quæ passi sunt, emolumentum aliis attulerunt. Cæterum hanc injustitiam præcipue detestati sunt Episcopi Europæ. A communione enim eorum qui hæc fecerant, se ipsos separarunt. Illyricani quoque omnes, eorum partibus se se adjunxerunt. Orientalium vero urbium quamplurimi, communionem quidem sceleris refugerant: corpus tamen Ecclesiæ haud quaquam discinderunt. Et post mortem magni Doctoris Orbis terrarum, Occidentales Episcopi, Episcoporum Ægypti & Orientis & Bosphori ac Thraciæ communionem non prius admiserunt, quam divini illius Viri nomen una cum reliquis fato functis Episcopis consignassent. Et Arsacium quidem, qui post illum ordinatus est, ne salutare quidem dignati sunt. Atticum*

Ex Chrysostomi exilio magna in Ecclesia dissensio exorta.

rumpens, ordinator clam, januis clausis, adeo raptim, ut metu ne deprehenderentur, nec orationem quidem perficere quiverint. Hujusmodi quippe adulterii natura gignit, & facit. Porro Severianus & socii, accepto pretio, per montes & invia fugere, humanum quidem effugientes metum, sed divinam plane indignationem divini timoris ignari incurrentes.

LX.

Ubi vero soluto spectaculo, populisque in urbem regressis, quid factum fuisset, annunciatum est: summo dolore concitati, die illa (quod jam in vesperam declinasset) quieverunt. In crastinum vero, accepta tam immani clade, confluxere simul omnes, equem ac stipulam ferentes, ut Porphyrium una cum domo ejus incenderent. At vero Porphyrius non ignorans quam esset exosus omnibus, relicto Deo, sese ad ducem exercitus contulit: implensque illi manus, contra Salvatoris discipulos in aciem ducit aversum ab Isauricis bellis. Atque Isauri quidem ferocissimi Rœssum Seleuciamque vastabant: Porphyrius vero & Valentinianus Comes cum exercitu Ecclesiam Catholicam prædabantur, Crucis signum venerabile, quod illi ferentes in humeris, Litanias in campo agebant, pedibus suis conculcantes. Modicum fluxerat tempus, cum ille ad exercitum solicite mittit, agitque apud ducem, ut sunt quidem senex atrox perversisque moribus nocturnis præficeretur excubiis, ut licentius bonos quosque ac fideles vexans caperet Civitatem, alius profecto Nero, cujus & mores imitari studebat. Non enim novit ille persuadere dictione, sed summa vi & iniquitate vexare: qui Deo minime placere intendens, non errantes ad illum animas revocare, sed serpentis implere ventrem supra pectus gradientis curat. Pergunt igitur vel inviti populi, metuque verberum videntur ad Ecclesiam, re autem vera vitam suam execrantes, a Deo patientiæ suæ præmia se percepturos sperant: Et inferius: *Clerus itaque Antiochenæ Ecclesiæ insignior occulte conveniens, ne ipsis quidem Ecclesiæ parietibus propinquat: una & illustrium matronarum multitudo clam convenit, &c.* Porro huic adulterino nec legitime electo Episcopo Innocentium Romanum Pontificem numquam communicare voluisse, Theodorus diaconus apud eumdem Palladium fidem facit.

Porphyrius armis defendit arreptam sedem.

LXI.

Sed (proh pudor !) sic a pravis hominibus & dierum malorum inveteratis Episcopis seducitur Arcadius Imperator, ut cui nec sanior pars cleri Antiocheni, nec nobiliores matronæ communicarent, quem nec Romanus Pontifex recepisset, adeo fœdatum moribus, corruptum turpitudinibus, omnique ex parte inquinatum senem, hunc ipsum, tamquam Orientalis columnam Ecclesiæ publica edita sanctione, quam nuper retulimus, celebrarit. Sed & aliam superaddidit legem, quam Theodorus Romanæ Ecclesiæ diaconus apud Palladium recitat, quæ sic se habet (*a*):

(a) Pallad. dialog. & l. 6. de his qui pro relig. cont. C. Theod.

LXII.

Si quis non communicat Theophilo, Arsacio, & Porphyrio: hic Episcopatu quidem arceatur: amittat vero, si quam videtur habere substantiam pecuniarum, sive prædiorum. Ita edictum, cujus exemplar Romam allatum est a Cyriaco Episcopo, ut paulo post dicturi sumus. Quarum vigore legum in Orientali Ecclesia ubique gentium Episcoporum proscriptio facta est. Testatur & idem Theodorus, edictum insuper promulgatum fuisse adversus eos qui clericum vel Episcopum occultassent; quod suo loco descripsimus.

Porphyrii communio Imp. edicto commendata.

LXIII.

Quot autem quantaque harum vigore legum fuerint immania scelera perpetrata, quis digne oratione assequi se posse con'dat? Præter illa enim quæ superius enarrata sunt, quænam passi sint Constantinopoli, qui eum Arsacio communicare renuerunt, Sozomenus ita docet (*b*): *Etenim cum vel cum illo, vel cum familiaribus illius communicare ac precari, tutum non esse arbitrarentur; ob id quod his intermixti semper essent Joannis hostes, ac proinde (ut dictum est) seorsum in extremis urbis recessibus congregarentur: ad Imperatorem rei cognitio refertur. Jussus igitur cohortium dux una cum militibus in congregatos impetum facere, multitudinem ipsam fustibus ac saxis ferens in fugam vertit: at eos qui manifestius ac propen-*

Grassatio facta a militibus in Joannis studiosos.

(b) Sozom. l. 8. c. 23.

PAGIUS

tium vero Arsacii successorem, qui multas ad ipsos legationes miserat, & pacem cum ipsis habere postulaverat, tandem suscperunt, postquam is nomen illius in Sacras Tabulas retulisset. Quare communio Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali suspensa fuit & formatarum literarum interturbatum commercium, sed ad schisma dissensio non processit, indeque Occidentales toto dissensionis illius tempore cum iis communionem foverunt, qui Orientalibus erant communione conjuncti; atque ita mediate cum istis communicarunt.

XXI.

Certe Innocentius Papa toto istius dissensionis tempore Theophilum Alexandrinum *Fratrem* vocavit, seque communionem cum illo non abrumpere diserte significavit, cum ad illum his verbis scripserit: *Frater Theophile, nos & te, & Fratrem nostrum Joannem, communionis nostra esse decrevimus: sicuti & in prioribus literis satis aperte expressimus.* Ad hæc sola missione Legatorum & Formatarum literarum redintegrata communio est Orientales inter & Occidentales, ut colligitur ex Epistola XIX. Innocentii I. ad Acacium Berœensem data: *Unde has ad præstantissimum fratrem & Coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tua transmisimus unanimitati, videlicet ut si omnes inimicitia, omnis æmulatio, tam de nomine S. Joannis miranda Episcopi, quam de omnibus ejusdem communio-*

Ea usque ad schisma non processit.

pensius Joannis partes agebant, in vincula conjicit. Hic autem (ut fieri consuevit, ubi militibus ferocire permittitur) mulierculas ornatu suo per vim spoliant: & alii monilia, zonas aureas, collaria ac fibulas deprædantur: alii cum ipsis auriculis inaures detrahunt. Contigerunt hæc post creationem Arsacii, haud plane dissimilia illis, quæ, sedente adhuc Joanne, iidem milites perpetrarunt adversus neophytos in albis adhuc agentes. Sed subdit Sozomenus:

LXIV.

*Et quamquam tumultus ac luctus maximus per urbem accidisset: tamen ne sic quidem de amore erga Joannem concepto remiserunt. Itaque ad Ecclesiam publicam non amplius conveniebant; ac multi ne in forum quidem, neque in balnea ventitabant. Immo quibusdam ne domi quidem manere, tutum fuit: quare & exilio sibi ipsis injuncto, Civitate excesserunt, cum alii multi viri honesti ac mulieres probæ, tum etiam Nicerate * Bithyna apud Nicomedienses inter nobiles genere illustris, ac perenni virginitate præstantique vitæ celebris. Modestissimam inter laudatas feminas, quas nos meminimus, hanc cognovi, eum & moribus, & verbis, & vitæ genere concinna fuerit, ac res divinas usque ad mortem humanis præposuerit, ac tum fortitudine, tum prudentia adversus impendentes adversarum rerum casus sustinendos sese corroborarit: adeo ut neque amplissimis bonis injuste spoliata stomacharetur; & ex paucis quæ reliqua erant, prudentissima dispensationis ratione, & quidem ad senium provecta, tum ipsa cum familiaribus ea quæ necessaria erant haberet, tum aliis largiter suppeditaret. Quin & pro humanitatis alacritate rerum honestarum studiosa existens, omnis generis remedia præparabat in pauperum ægrotantium usum, quibus ex amicis suis sane multis frequenter opem tulit, nihil adjuvantibus eos medicis consuetis: nam divino quodam nutu, quicquid inceperat, ad felicem exitum perducebat. Atque ut summatim dicam, inter nostræ memoriæ feminas laude dignas aliam nullam cognovi, quæ ad tantam probitatem ac gravitatem & reliquam virtutem conscenderit. Sed hæc quidem tametsi talis esset, vulgus tamen latuit: siquidem ob modestiam ingenii ac sapientiæ studium perpetuo latere voluit: ita ut neque ipsa studeret ad ministræ dignitatem ascendere; neque Joanne sæpius exhortante, umquam virginum Ecclesiasticarum primatum susceperit.* Hactenus Sozomenus. Meminisse ejusdem Niceratæ ipse Joannes Chrysostomus (a) visus est in epistola ad Olympiadem scripta ex Arabisso posterioris exilii loco, cum ait, se misso ob ea pharmaco a morbo stomachi liberatum, his verbis: *Paucis ante diebus cum ob aeris statum proclivis nobis ad vomitus stomachus esset, atque & aliis curationis generibus, & pharmaco eo, quod a domina mea lectissima, & ornatissima Senatrice missum est, usi essemus, ut nec ultra tres dies illud adhibere nobis necesse fuisset, ipsius imbecillitatem correximus. Itaque te quoque hortor atque oro ut his utaris, desque operam, ut hujusmodi medicamentum ad nos rursum mittatur.* Hæc Chrysostomus plane consentientia iis quæ ex Sozomeno recitavimus. Porro ob egregium specimen sanctitatis, quod vivens edidisset, factum est, ut post mortem inter sanctas virgines relata habeatur, cujus diei natalis celebritas VI. Kal. Januarii annis singulis repetitur (b).

* Nicarete.

Nicerate virgo Sanctissima quæ passa ob Joannis communionem.

(a) Jo. Chry. ep. 4.

(b) Rom. Martyr. die 27. decem.

LVI. Olympiadis Diaconissæ præclarum certamen.

Sed prosequamur post Niceraten, quæ aliæ clarissimæ feminæ & pietate præstantissimæ, hoc eodem tempore, causa Joannis Chrysostomi, cui addictissimæ erant, passæ sint, incipientes ab illa magna Olympiade, de qua sæpe superius honestissima mentio facta est. Qualis namque quantaque illa fuerit, ex epistolis ejusdem Chrysostomi ad eam scriptis pensare licet: sed quibus ab hoc turbine fuerit exagitata procellis, Sozomenus ita narrat (c): *Jam & Olympias illa Ecclesiæ diaconissa harum calamitatum perferendarum fortitudine sese conspicuam reddidit. Nam cum ob eamdem hanc causam ad tribunal esset pertracta: quærente Præfecto, ut quid Ecclesiam succendisset? Illa respondet: Non hoc est institutum vitæ meæ: Quin ego facultates meas, quæ amplæ fuerunt, in reparationem Dei templorum expendi. Illo tum se vitam ejus exploratam habere dicente, subjecit: Itaque tu in accusatorum locum transito, & alius de nobis judicet. Et cum accusatio testibus careret*

(c) Sozom. l. 8. c. 24.

PAGIUS

nionis participibus, a tua animositate discessit, has nostra societatis recipiat literas, Frater Charissime. Denique Theophili, Arsacii, aliorumque nomina ex Sacris Diptychis expungi non jussit Apostolica Sedes. Qui tamen Sancti Chrysostomi defensionem susceperant, ipsique ut Episcopo communicabant Antistites, & plebs Constantinopolitana, *Attici* qui Arsacio successit, communionem ita aversati sunt, ut parum abfuerit, quin dissensio in schisma erumperet: *Substituitur Arsacio Atticus*, inquit Palladius in Dialog. *totius contra Joannem machinationis architectus. Qui cum animadverteret, Orientalium sibi Episcoporum communicare neminem, neque ipsius civitatis populum, propter ea quæ adeo injuste ac nefarie admissa fuerant, urget divinarum Scripturarum imperitus, ut qui non communicarent, rescripti* (nempe Imperatoris Arcadii) *conventi cogerentur. Habebat autem rescriptum adversus Episcopos hujuscemodi minas: Si quis Episcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat, Ecclesia pellatur, & a suis facultatibus projiciatur.* Cæterum nullum schisma inter utrosque factum.

veret: Præfectus nihil habens quod jure culparet, paulo moderatius ad aliud crimen sese convertit, ac veluti consultando, tum huic ipsi, tum cæteris mulieribus stultitiam exprobrat, quod Episcopi communionem (nempe Arsacii) *aversarentur, cum resipiscere atque illis molestiis extricari possent. Ac cæteræ quidem Præfecto hæc præcipiente propter metum cedunt. Olympias vero: Non est æquum* (inquit) *me, quæ in multitudine per calumniam capta sum, & in foro nullius objecti criminis convicta sum, ad defensionem trahi expostulationum ejusmodi, quæ in judicium non veniunt. Concede igitur mihi, ut ad priorem actionem defensores adhibeam. Quamvis enim præter leges illi communicare cogar, cui non oportet: non faciam tamen id quod piis facere nefas est. Ille itaque cum non posset illam inducere ut Arsacio communicaret, in præsenti dimittit, quasi advocatos instructuram. Altero vero die rursus adductam magna vi auri multavit: putabat enim se illam ea ratione a sententia sua deducturum. Sed illa pecuniam negligens, nihil cessit: ac relicta Constantinopoli, Cyzici* (in Hellesponto civitate) *habitavit.* Hactenus de Olympiade Sozomenus.

LXVI. Porro cum S. Joannes Chrysostomus ipsam istæc magna gloria passam accepisset, scripta ad eam epistola, consolatus est, atque inter alia multa hæc habuit: (*a*) *At minime propterea commoveri ac perturbari debetis, verum hoc ipso potissimum nomine lætari & exultare, coronisque caput redimire, ac choros agitare. Nam nisi mortiferas prius diabolo plagas intulissetis, non usque adeo fureret hæc bellua, ut ultra progredi auderet. Quamobrem tum vestræ fortitudinis & victoriæ, tum ingentis illius cladis hoc est argumentum, quod ille acrius nunc in vos impetum facit atque insultat, majorisque impudentiæ documentum edit, ac profusius venenum effundit.* Et post multa: *Tum tibi ipsi, tum iis quæ tecum hoc præclarum certamen obeunt, occinens, da operam ut omnium animos erigas, tuamque aciem instruas, quo tibi duplex & triplex, & multo etiam copiosior virtutis corona comparetur, tam per ea quæ ipsa perpeteris, quam quia alios ad eadem subeunda impellis, eisque adducis ut leniter ac placide omnia ferant, & umbras contemnant, atque in somniorum imposturam aspernentur, ac lutum proculcent, nullamque fumi rationem habeant, nec aranearum telas molestiæ quicquam nobis afferre existiment, fœnumque putredini obnoxium prætereant.* Hæc & alia Chrysostomus ad Olympiadem.

(a) Chrys. epist. 3.

Chrysostomus hortatur Olympiadem.

LXVII. Præstitit ipsa quidem quæ præstari ab ea Chrysostomus litteris admonuerat; dum ad tribunal rursus adducta, egregio summæ constantiæ specimine edito, exilio damnata est: cum tanta hæc passa, nihilominus se nullius frugi esse, ad eum scribens significasset: ad quam ipsam idem Joannes eam dedit epistolam, cujus tantum hic intexemus exordium (*b*): *Quid ais? Trophæum non erexisti, nec præclaram victoriam obtinuisti, nec perpetuo virentem coronam adepta es? An non hoc universus Orbis affirmat, qui ubique terrarum tua recte facta decantat? Quamquam enim & palæstra & certamina in uno loco sita sunt, & cursuum tuorum spatia, & concertationis tuæ sudoris loco, sanguine referta illic extiterunt: at earum tamen rerum gloria & commendatio extremos terræ fines occupavit. Tu vero ea auctiora reddere ac palmas amplificare studens, eas quoque quas animi submissio parit, coronas ipsis adjunxisti, dum te tantum ab hisce trophæis abesse asseris, quantum mortui a vivis remoti sunt. Nam quod hæc verba ab animi submissione profecta sint, ex iis ipsis potius quæ contigerunt, planum facere conabor. Patria pulsa es, domo, amicis, cognatis; in exilium missa es: quovis die mori non desiisti, &c.* totus deinde in eo est, ut doceat, eos lugendos potius esse qui persecutionem inferunt, lætandum vero de his qui illatam celso animo perferunt.

Olympias exilium constanter passa.

(b) Chrys. epist. 7.

LXVIII. Sed de pugna Olympiadis transeamus ad certamen Pentadiæ æque diaconissæ, æque nobilis, utpote quæ Timasii Consulis uxor fuit, & vidua relicta, sese Ecclesiæ ministerio mancipavit; de qua & superius dictum est. Quæ autem ista passa fuerit, & quanta animi constantia adversus improbos Judices steterit, cum ejusdem incendii causa in quæstionem esset adducta, etsi ab hujus temporis scriptoribus nequicquam memoriæ commendatum accipere liceat; ex litteris tamen ipsius Joannis Chrysostomi ad eam scriptis, titulos saltem gloriosæ ipsius confessionis licet inspicere. In priori enim ad eam data epistola hæc leguntur (*c*): *Gaudeo & exulto, maximamque etiam in tam deserto loco degens consolationem mihi positam esse duco in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, constanti sententia, ingenti prudentia, linguæ libertate ac sublimi fiducia, per quam & adversarios ignominia perfudisti, & mortiferam diabolo plagam inflixisti; & eos qui pro veritate decertabant, tamquam unguento delibutos, paratiores ad dimicandum reddidisti; ac fortissimi militis instar, præclarum in bello trophæum erexisti, luculentamque victoriam adepta es: neque etiam tanta voluptate complevisti, ut ne in aliena quidem & peregrina regione, nec in solitudine, verum istic vobiscum me esse existimem, summamque ex animi tui virtute*

Pentadiæ Diaconissæ certamen & victoria.

(c) Chrys. epist. 94.

tute voluptatem capiam. Quamobrem gaude & lætare, quod hujusmodi victoriam assecuta sis, atque hujusmodi belluarum ora facili negotio compresseris, impudentesque eorum linguas, & rabida ora obstruxeris. Veritas enim, cum qua pugnasti, & pro qua jugulata es, hanc vim habet, ut paucis sæpe verbis de sycophantis triumphet: quemadmodum contra, mendacium etiam si infinitis sermonum artificiis obvolvatur, facile tamen diffluit & collabitur, araneæque telam imbecillitate superat. Gaude igitur & lætare (neque enim hæc verba subinde repetere desinam) viriliter age & confortare, omnesque ab ipsis tibi comparatas insidias irride: at quænam istæ? ostendit his verbis inferius:

LXIX. Quæ passa Pentadia.

Et quodnam (inquit) *insidiarum genus prætermiserunt? & quod machinarum genus non moverunt, dum solidæ tuæ ac Deo fideli generosæque ac fortissimæ animæ insidias struere conantur? In forum te, quæ præter Ecclesiam & cubiculum nihil noras, pertraxerunt, a foro ad tribunalia, a tribunalibus ad carcerem. Falsorum testium linguas acuerunt, columnias concinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora consumpserunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt; nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigerent, ut eis quæ videras, contraria diceres. At tu instar aquilæ sublime volantis, eorum retibus fractis, ad libertatis fastigium virtuti tuæ consentaneum ascendisti, sic videlicet te comparans, ut ab ipsis minime circumscriberis: immo etiam quantum ad hujus incendii crimen attinebat, cujus nomine miseri atque infelices homines præsertim gloriari videbantur, eos calumniæ convinceres*, &c.

LXX.

Rursum vero ipsam cogitantem recedere Constantinopoli, ne id faceret, idem Chrysostomus datis ad eam litteris antevertit, quibus plane qualis quantaque hæc esset femina declaratur. Est enim ejus epistolæ ejusmodi exordium (*a*):

(*a*) *Chrys. epist. 104.*

Qualis Pentadia.

Coronarum nomine, quas tibi conciliasti, beatam te duco: & paulo post: *Quoniam autem intellexi te de discessu cogitare, atque istuc migrare velle accepi: peto abs te ne quicquam hujusmodi cogites, atque ob animum proponas. Primum ob hoc ipsum, quod Civibus tuis subsidium es, amplissimusque portus, & adminiculum ac tutus murus sis, qui laboribus & ærumnis conficiuntur. Quare noli committere, ut tantum quæstum de manibus ejicias: noli, inquam, committere, ut tantum lucrum abjicias, cum tantos quotidie thesauros ex tua præsentia colligas: nam qui tua præclara facinora cernunt, vel auditione accipiunt, non parum hinc lucri consequuntur*, &c. Porro tum Pentadiæ, tum etiam Olympiadis & aliarum clarissimarum feminarum coram Præfecto (erat is Optatus Gentilis homo) causæ prosecutio relata in Acta publica fuit; quibus declaratur, non ob incendii causam tantum, sed etiam quod Arsacio communicare nollent, tam gravia passas esse. Meminit eorumdem Actorum Theodorus Romanus diaconus, dum Romani Pontificis studium ad hos omnes liberandos recenset, ubi ait (*b*):

(*b*) *Apud Pallad. dialog.*

LXXI.

*Post hoc omnes venit Romam ad Innocentium Papam Domitianus sacerdos, Constantinopolitanæ Dispensator Ecclesiæ, & Vallagas quidam Nisibius * presbyter, exponens monasteriorum Mesopotamiæ gemitum & ejulatum. Simul & commentaria Optati cujusdam Præfecti reddiderunt: ubi honestæ mulieres ex genere Consulari publice ad eum adductæ memorantur, Constantinopolitanæ Ecclesiæ diaconissæ; ita ut cogerentur aut Arsacio communicare, aut Fisco ducentas auri libras applicare.* Hæc ipse. O si semel illata hujusmodi publica commentaria in archiva Romanæ Ecclesiæ, hactenus asservata fuissent: quam in his versans deliciis stylus noster afflueret! non quidem nobis opus fuisset in summa paupertate hinc inde mendicare fragmenta.

* Nisibenus.

LXXII.

Subdit ex eorum testificatione idem Theodorus: *Quid autem de monachis, & virginibus dicere oportet? ostendebat secta in ligno latera, terga cæde confessa*, &c. Testatur quidem Zosimus (*c*), ingentem monachorum numerum & alios id genus homines captos, & dira eamdem ob causam passos esse. Quomodo autem his omnibus acceptis Romæ Innocentius Papa, quamprimum valuit, his occurrere conatus est, idem Theodorus enarrat, qui etiam singulas legationes tum ab ipso Joanne, tum a clero Constantinopolitano, & aliis ad ipsum Romam hoc anno post expulsum Joannem missas recenset, nosque eodem quoque ordine referemus. Post primam illam legationem ab ipso Chrysostomo missam hoc anno post Pascha, cum adhuc ipse in sede ageret; postque epistolam ipsam ad eumdem Innocentium Papam datam, quam suo loco superius recitavimus: post ipsum exturbatum, qui ex quadraginta illis Episcopis circiter vigintiquinque tantum supererant, convenientes in unum, decernunt legationem ad Innocentium Romanum Pontificem, quam & aliæ postea secutæ fuerunt: de quibus omnibus ita Theodorus diaconus apud Palladium (*d*):

(*c*) *Zosim. l. 5.*

Secunda legatio Constantinopoli ad Innocentium.

(*d*) *Apud Pallad. dialog.*

LXXIII.

Modicum temporis fluxerat, cum Theotecnus Constantinopolitanus presbyter Romam venit, litteras Consilii Joannis vigintiquinque Episcoporum aut paulo plu-

vium ferens: quibus dicebant, Joannem militum vi urbe expulsum, & Cucusum in exilium missum, Ecclesiamque incensum fuisse. Cui & ipsi communionis litteras & ad Episcopum Joannem, & ad omnes communicantes sibi Episcopos tradens, orabat cum lacrymis, ut patienter tolerarent, cum opem ipse ferre non posset, eo quod nonnulli obsisterent potentes adversarii Ecclesiasticæ pacis inimici.

LXXIV. Legatio ab adversariis Joannis.

Post paululum rursus applicuit homunculus aspectu fudus, animo perditus, Paternus nomine, Constantinopolitanæ Ecclesiæ se presbyterum dicens: qui & ipse totus elatus, & fastu turgidus, & ipso gestu inimicitias præferens, plurima contra Joannem Episcopum maledicta vomebat. Hic litteras paucorum Episcoporum, Acacii, Pauli, Antiochi, Cyrini, Severiani, & aliorum quorumdam Innocentio reddidit: quibus Joannem calumniabantur, quasi incendisset Ecclesiam. Mendacium aperte deprebensum est, cum ejus rei, quippe quæ non fuisset objecta, mentionem in Synodo nullam fecisset Joannes. Eum Innocentius cum indignatione abjiciens, nec rescribere quidem voluit.

LXXV. Romani Pontificis auctoritas in Ecclesia.

Quidnam est, rogo, quod Joannis adversarii post ipsum damnatum legationem mittunt ad Romanum Pontificem: nisi ut ab eis in ipsum lata sententia, rata ab Ecclesiæ Romanæ Præsule habeatur, cujus esse arbitrii optime scirent, eamdem irritam cassamque reddere? Et quid contraria legatione a parte Joannis missa actitatum est; nisi ut sententia inique lata, ab eodem Apostolicæ sedis Antistite revocaretur? Sed secundæ addidere Joannis amici tertiam legationem, de qua mox idem Theodorus dicturus hæc præmittit de Cyriaco Episcopo fuga lapso Romam adveniente.

LXXVI. Tertia legatio a parte Joannis.

Paucis post diebus advenit Episcopus Cyriacus nullas quidem habens litteras, sed is plane, cui fides merito habenda videbatur, eadem prosequens, quæ ab Episcopis de Synodo Joannis fuerant scripta. Ajebat enim se fugisse propter comminationem regalis edicti (quod haud pridem a nobis est recitatum) *Cavebatur enim eo, ut Episcopus non communicans cum Arsacio, ab Episcopatu arceretur. Post Cyriacum venit Eulysius Apameæ Bithyniæ Episcopus, afferens litteras a quindecim Episcopis de Joannis Concilio, & a præclaro seno Anysio Thessalonicensi Episcopo: in quibus illi quidem & præcedentem, & quæ tum erat, Constantinopoleos totius deprædationem vastitatemque signabant: Anysius vero Romanæ Ecclesiæ judicium sequi fatebatur. Porro Eulysius ipse consona Cyriaco per omnia dixit.*

LXXVII. Palladius Episcopus fuga lapsus se Romam confert.

Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos absque litteris venit, qui & ipse dicebat se fugisse vesaniam Principum, expressius autem ac signantius enarravit omnia, ipsumque edictum protulit in hanc sententiam: Quicumque occultasset Episcopum ac clericum, sive in sua domo suscepisset, qui Joanni communicaret, ejus domum publicandam. At quid, rogo, extorres Episcopi & fuga lapsi non ad aliam se conferunt Ecclesiam, quam ad Romanam sedem? utique (si verum fateri licebat) tamquam ad matrem omnium Ecclesiarum, majorum exemplis admoniti, cum regnante persecutore Constantio (ut antiquiora tempora prætermittamus) Catholici Episcopi ab Oriente fugati, omnes ad Julium Romanum Pontificem (ut vidimus late superius) se contulerunt. Veniens Romam Palladius una cum pluribus aliis, susceptum se fuisse hospitio a Piniano marito sanctæ Melaniæ Junioris, genero autem Melaniæ Senioris, testatur ipse scribens ad Lausum de iisdem his verbis: *Nec nobis quidem & certe cum plurimi essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Joannem perrexeramus, exigua præstiterunt, sed cum in illis partibus degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisque sumptibus, cum exinde proficisceremur, honoraverunt.* Hæc ipse Palladius. Sed quæ post hæc secuta est alia publica legatio, Theodorus narrat his verbis:

LXXVIII. Quarta legatio Constantinopoli missa.

Post Palladium Germanus presbyter, Cassianusque diaconus Joannis, viri magnæ religionis, litteras ab omni clero Joannis attulerunt, continentes Ecclesiam suam tyrannidem perpessam fuisse, Episcopo per vim militum ejecto, & in exilium misso, agentibus id Acacio Berœensi, Antiocho Ptolemaidis, Severiano Gabalensi, Theophilo Alexandrino. Ostenderunt & Breviculum memorati viri, ubi ornamenta sub judicibus & testibus tradunt, subscriptum manu Studii Præfecti Urbis, Eutychiani Prætoris, Joannis Comitis Thesaurorum, &

PAGIUS XXII. *Cassianus ex Oriente Romam mittitur.*

Ad num. LXXVIII. Quatuor legationes Romam ad *Innocentium Papam* missæ, quibus certior fieret de tyrannide, quam Ecclesia Constantinopolitana perpessa esset. Quartam obiere *Germanus* Presbyter & *Cassianus* Diaconus Chrysostomi, *viri magnæ religionis*, ut narrat Theodorus Romanus Diaconus apud Palladium in Dialog. *Cassianus* iste ille est, cujus sunt *Collationes Patrum*, ut recte Baronius habet. Magna inter Eruditos de ejus patria versatur controversia. Lambecius in lib. 4. Biblioth. Cæs. pag. 166. refert in ea extare librum hoc titulo prænotatum, Αββᾶ Κασιάνου τοῦ ῥωμαίου πρὸς πάπαν Λεόντιον περὶ τῶν κατὰ τὴν Σκῆτιν πατέρων, idest, *Abbatis Cassiani Romani ad Leontium Episcopum libellus Asceticus de Sanctis Patribus in Scheti.* Est epitome septem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Scheteosium. Addit Lambecius in eadem Bibliotheca extare alia *Cassiani* opuscula e Græco in Latinum versa,

De Cassiano legato.

& Eustachii Quæstoris ac Tabularii in auro & argento & vasis, ut Joannis Episcopi calumniam diluerent. Sed antequam ad sequentem legationem enarrandam progrediamur, ut de legatorum altero, Cassiano diacono nuncupato, agamus, argumentum exposcit. Est mentio de eodem Cassiano in litteris Innocentii Papæ ad clericos Constantinopolitanos (*a*): quem quidem Cassianum illum putamus, cujus sunt Collationes Patrum: nam & Gennadius hunc eumdem a Joanne Chrysostomo diaconum ordinatum tradit: adeo ut qui negare volit hunc Cassianum diversum ab illo esse, duos necesse habeat ut affirmet Joannis Chrysostomi ejusmodi nominis & muneris fuisse discipulos, nomine Cassianos, eosdemque diaconos. Porro hic, de quo agitur, usitatius cognomine, quam nomine a majoribus vocitari solitus fuit: nam idem Gennadius (*b*), necnon Cassiodorus (*c*) nonnisi Cassianum eum nominant: cum tamen auctore Prospero (*d*), sciamus appellatum esse Joannem, cognomento vero Cassianum. Sed hic adverte, errore quidem, mea sententia, lapsos, qui tradunt (*e*), hunc ipsum a Joanne Chrysostomo diaconum ordinatum, atque post aliquot annos ab eodem expulsum, Massiliam profectum, illic ordinatum esse presbyterum. Sed dicant, velim, quando hunc expelli ab eo contigit, qui etiam post ejus exilium in ipsius Joannis obsequio perseverasse cognoscitur, & pro eo functus legatione ad Innocentium? Sed puto occasionem errandi inde manasse, ut qui pro Joanne Chrysostomo, sicut alii ejus Ecclesiæ clerici, esse reperitur expulsus, eumdem per Joannem ipsum ejectum existimarint: nam non ab ipso, sed ejus causa tunc contigit cum reliquis extorrem fieri. Cæterum antiquorum nullus hujusmodi notam Cassiano inussisse legitur. Verum ipse Cassianus in libris quos de Christi Incarnatione conscripsit, erga memoriam ejusdem Joannis Chrysostomi satis videtur esse propensus, & gratus, utpote qui sæpe eum laudibus haud vulgaribus celebret: & quod majus videri debet, quicquid ipse sciret, liberaliter eidem acceptum refert: nam inter alia (*f*): *Ille* (inquit) *denique ipse vobis, etiam hæc quæ a me scripta sunt, commendet: quia hæc quæ ego scripsi, ille me docuit; ac per hoc non tam meum hoc quam illius esse credite: quia rivus ex fonte constat;*

(*a*) Apud Sozom. l. 8. c. 26.

(*b*) Genn. de vir. illust. c. 61.
(*c*) Cassiod. de Instit. divin. lect.
(*d*) Prosp. in Chron.
(*e*) Tritem. in Catalog. vir. illust. & alii post eum.

Joannes Cassianus semper addictus Chrysostomo.

(*f*) Cassian. de Incarnatione adversus Nestorium l. 7. in fin.

& quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri convenit magistri. Hæc & alia ad Constantinopolitanos de Joanne summa cum laude Cassianus; sicque compellans eos, specimen in omnibus edidit amantissimi Joannis discipuli, de quo & post exilium, immo & post mortem, adeo benemereri studuerit, ut nec vel tenuis nævus in ipso penitus dignosci possit alicujus simultatis assertæ. Cæterum post hæc Cassianus profectus in Ægyptum, ibi monasticam vitam excolere cœpit, indeque scribendi Collationes Patrum hausit argumentum. Extat Isidori Pelusiotæ (*g*) ad Cassianum epistola, cum aggressus esset vitam monasticam profiteri, qua eum in primis sibi coercendam esse linguam admonuit. Sed jam ad nuncios Romam ad Innocentium Papam missos, vel sponte se illuc conferentes, redeamus.

(*g*) Sozom. l. 8. c. 26.

LXXIX. Demetrii secundus Romam adventus.

Post legationem Germani, & Cassiani, de adventu Demetrii Episcopi Romam Theodorus hæc subdit: *Post istos venit secundo Demetrius Episcopus Pessinuntis; qui peragrato Oriente, prædicaverat communionem Ecclesiæ Romanæ cum Episcopo Joanne, testibus Papæ Innocentii litteris, afferens epistolas ab Episcopis Curiæ, in quibus Joannis amplectuntur communionem: ab Antiochena itidem Ecclesiæ presbyteris, ubi Romanorum sequuntur disciplinam, laudantes integritatem judicii, & ordinationem apud se factam de Porphyrio ut illicitam ac nefariam execrantes*. Hæc Theodorus. Constat quidem, his acceptis legationibus, Innocentium Romanum Pontificem statuisse una cum Episcopis Italiæ, communicandum cum Joanne Chrysostomo, non autem cum Arsacio & Porphyrio intrusis; donec ea de causa, congregatis utriusque partis Episcopis, Synodus haberetur, in qua quæ essent alterutrius potiora jura, judicium agitaretur: Interea autem jure cum Joanne communicandum, quod violenter esset ejectus. Hæc quidem omnia ex epistola Honorii Imperatoris ad Arcadium satis explorata redduntur, qua omnia quæ hactenus impie gesta essent, exprobrans, commemorat: est autem hujusmodi ejus inscriptio: [1]

LXXX.

Exemplum (*h*) *Sacræ Honorii Aug. missæ ad Principem Orientis Arcadium*.

Quamvis super imagine muliebri, novo exemplo per provincias circumlata, & diffusa per universum mundum obtrectantium

(*h*) Ex C. Vatic. ep. Rom. Pont. extat cusa tom. 1. ep. Rom. Pont.

PAGIUS sa, in quorum titulis, uti in laudata epitome, Cassianus semper vocatus *Romanus*; ac Photium in sua Bibliotheca Cod. CXCVII. eorum meminisse; iis se usum fuisse ostendere, indeque cognomen τῶ ῥωμαίω, idest, *Romani* paraphrastice reddidisse ῥωμαίων λαχόντας πατρίδα, hoc est *Romanam*

NOTÆ [1] HAnc Epistolam ad annum 405. & quidem jam labentem referendam esse putat Coustantius in notis pag. 801. Verbum *circumlata* intelligendum esse censet idem Coustantius, de imagine Eudoxiæ *erecta*, *collocata*, & *dedicata*, non per provincias *circumlata*.

Epistola Honorii Imp. ad Arcadium.

*tium fama litteris aliis commonuerim; ut talis facti pœnitentia, & intermissione propositi rumor æmulus consuescat, & quod in moribus temporum carpat, publica lingua non habeat. Quamvis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu, esse nobis dolori, cur ista vos detrimenta Reipublicæ nolueritis agnoscere, & aliis potius indicibus, quam pietatis vestræ litteris fuerint nunciata; tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus divinis non sine publici discriminis metu nuperrime contigisse, cita semperque malarum annunciatrix fama non tacuit: & ut natura fert hominum, quæ ad obtrectandum novis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi, malitiam suam in tempora studio sævæ * loquacitatis exercet.*

* scevæ.

LXXXI. Scelera patrata Constantinopoli.

Est enim nuper proditum, apud Constantinopolim, sacratissimo Paschæ venerabilis die, cum omnes pene in eumdem locum vicinarum urbium populos religio castigatiore sub præsentia Principum ritu celebranda collegerat, clausas subito Catholicas Ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes: scilicet, ut eo potissimum tempore, quo, indulgentia Principali, tristia noxiorum claustra reserantur, piæ legis & pietis ministros sævus carcer includeret: omniaque bellicum in modum turbata mysteria, nonnullos in ipsis Ecclesiæ sacrariis interemptos, tantamque circa altaria vim sævisse, ut & venerabiles Episcopi in exilium truderentur, & sanguis humanus (quod dictu nefas est) cœlestia sacramenta perfunderet.

LXXXII.

*His repente compertis, turbatos esse nos fatear. Quis enim in facinore tam cruento Dei omnipotentis non timeret offensam? aut quo pacto extra summum Romani orbis omniumque mortalium putaret esse discrimen? cum ipse auctor nostri Imperii, & Reipublicæ, quam nobis credidit, gubernator omnipotens Deus funestis admodum execrabilibusque commissis crederetur irasci, domini sancti, frater, neposque Augusti venerabiles: cum & si quid de causa religionis inter Antistites ageretur, Episcopale oportuerit esse judicium: ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. Sed esto sibi de mysticis, & Catholicis quæstionibus amplius aliquid Principalis cura præsumpserit: ita ne usque ad exilia sacerdotum, usque ad hominum cædes debuit indignatio concitata procedere, ut ubi castæ preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius haud facile etiam in jugulum noxiorum distringendus exereret? Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit divina majestas. Primum quidem hoc præsentis commotionis judicium * fuit, atque utinam solum. Facit enim humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, ut gravius aliquid (quod avertat omnipotens Deus) post terribilis ultionis experimenta metuamus.*

Justæ Honorii querelæ in Arcadium.

* indicium.

LXXXIII. De incendio basilicæ.

Audio Ecclesiam sacrosanctam tot Imperatorum opibus expositam, pretiosis cultibus nobilem, tanta supplicantium Principum oratione augustissimam flagrasse, & illud Constantinopolitanæ urbis Ecclesiæ unicum lumen in favillas dilapsum, Deo non vetante, fumasse (execrari enim videtur inquinata mysteria, & avertisse oculos ab eo loco, quem jam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem cœlestem sub cruentis posset altaribus) ædificia quoque divina non minore splendo- re

PAGIUS

mam sortiti patriam. Quorum codicum testimonio & Photii auctoritate Vir doctissimus existimat, *Cassianum* revera Romæ natum; amore autem vitæ Asceticæ inde a pueritia in Palæstinam atque Ægyptum se se contulisse, & præcipue apud Schetensis eremi Anachoretas in studio perfectionis plurimum profecisse; ideoque corrigendum esse Gennadium Massiliensem, qui cap. 61. de Script. Ecclesiast. *Schetem Ægypti* eremum cum Scythia confondens, falso tradit Cassianum fuisse natione *Scytham*: similiter quoque in ipsa præfatione Cassiani ad Leontium, loco horum verborum: *In eremo Scythia, seu in eremo Scythica*, sine ulla controversia scribendum esse *in eremo Scheti*, seu in eremo Schetica, hoc est, ut in versione Græca recte legitur, ἐν τῆς ΣΚΗΤΕΩΣ.

XXIII. *Fuit natione Gallo Provincialis.*

Hæc ultima Lambecii observatio verissima. At *Cassianum* in Gallo-provincia natum esse, longe probabilius antea censuerat Holstenius ejusdem Lambecii avunculus, cap. 3. Præfationis ad Regulas veterum Monachorum; quod probat non tantum ex stylo Cassiani hujus ætatis Scriptoribus familiari; verum etiam ex ejusdem Asceticis Commentariis. Is enim Collat. 24. cap. 1. ait: *Quia ad repetendam Provinciam nostram, atque ad revisendos parentes quotidianis aestibus urgebamur.* Quibus verbis provinciam Provinciæ palam a Cassiano designatam Holstenius putat. Præterea hoc de sua Patria Cassianus subjicit, *ipsorum locorum situs, in quibus erat a Majoribus nostris avita possessio, ipsarumque amœnitas jucunda regionum ante oculos pingebatur; quam grata & congrua solitudinis spatiis tenderentur, ita ut non solum delectare Monachum possent secreta sylvarum; sed etiam magna victus præbere compendia.* Quæ Scythicorum desertorum squalori, ac Caucaseis rigoribus minime convenire possunt.

XXIV. *Quod magis probatur.*

Hanc de patria Cassiani sententiam novis argumentis confirmavit Emin. Card. Norisius lib. 2. Hist. Peleg. cap. I. Cum Germanus ac Cassianus Abrahamo Ægyptio monacho desiderium repetendæ patriæ, quo æstuabant, aperuissent, tale responsum tulere: *Vos qui summo animi & corporis nisu in hac regione dumtaxat, quasi naturam patriæ vestræ in multis impugnare conamini, diligenter expendite, utrum in illis torpidis, ut fama est, regionibus, & velut frigore nimia infidelitatis obstrictis, hanc, ut ita dixerim, nuditatem sustentare possitis*, ut legitur Collat. 24. cap. 8. At idem Cassianus Collat. 1. in Præfatione scribit, Eucherium Lugdunensem postea Episcopum in Ægyptum pergere voluisse,

ut

re nobilia ex concitatione sævientis incendii, flamma se latius effundente, consumpta; & quæ publicam faciem elaborata a majoribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam urbis funere concremata. Hæc ergo quamvis crebrius injuriis lacessitus tacere debuerim, nec conjunctissimum fratrem, regnique consortem tam fideliter admonere; tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens, hortor atque suadeo, ut hæc (si fieri potest) emendatis in posterum moribus corrigantur; ac divina iracundia, quantum re proditur, excitata, votorum sedulitate placetur.

LXXXIV. Pia admonitio Honorii Imp.

Accipite a me summum simplicitatis indicium. Idcirco hoc clementiæ vestræ insinuandum putavi, ne me velut gratulatione occulta faceret apud quemque taciturnitas ipsa suspectum: neve quis crederet, me talibus factis præbere consensum, & qui sæpe ne acciderent, commonuerim, posteaquam commissa sunt, non dolerem. Nam quis posset expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem Catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare? Erat inter Episcopos causa, quæ collato contractoque Concilio, deberet absolvi: missis ad sacerdotes urbis æternæ atque Italiæ utraque ex parte legatis, expectabatur ex omnium auctoritate sententia, conformatura regulam disciplinæ: integrum nempe esse debuerat, neque quicquam novari, dum definitio deliberata procederet: cum interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut non expectatis litteris sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exilium truderentur Antistites, animadversioni prius addicti, quam sententiam judicis Episcopalis experti. Denique quam immatura illa damnatio fuerit, res probavit. Namque ii quorum expectabatur auctoritas, pacifica Joanni Episcopo communione præmissa, sanciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putarunt ante judicium consortio repellendum.

LXXXV. Digna correctio Honorii Imp.

Quid nunc aliud superest, quam ut Catholicam fidem schismata in diversum dissociata dilacerent? quam ut hæreses communioni semper inimicæ ex tanta gestarum rerum varietate nascantur? ut jam populo non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diversitate discedat: cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit præmissa, & fomes quidam nutrienda seditionis animatus. Quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, ut ad humanas prolapsiones patiens Deus rem male gestam prosperet ac secundet. Nam quantum in nobis est, possumus timere quod gestum est: quantum ad pietatem semper placabilis Dei, non erit meriti impunitas indulta, sed veniæ. Hactenus Honorii epistola ad Arcadium ex bibliotheca Vaticana descripta, atque una cum Romanorum Pontificum litteris jam excusa: quo autem animo hæc Arcadius Imperator acceperit, licet nemo prodat; tamen ex his quæ postea subsecuta sunt, infensum plane hæc legisse, satis intelligi potest. Nam tantum abest ut male facta correxerit, ut etiam his deteriora (si pejora excogitari possunt) addiderit.

LXXXVI.

At quænam ipse Innocentius Papa tum ad clerum Constantinopolitanum partis Joannis, tum ad ipsum Joannem hoc tempore scripserit, videamus: in his enim percensendis epistolis animus plurimum voluptatis capere potest, tum ex historiæ epistolaris sincera veritate testata, tum etiam quod ex eisdem animi quoque affectus intrinsecus contemplari posse conceditur. Prior igitur ad clerum data epistola sic se habet (a):

(a) Epist. Rom. Pont. Innoc. 15.

LXXXVII. Innocentii Papæ epistola ad clerum Constantinopolitanum.

Innocentius Episcopus presbyteris ac diaconis, universoque clero ac populo Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui subditi sunt Episcopo Joanni, dilectis fratribus salutem.

Ex litteris charitatis vestræ, quas per Germanum presbyterum, & Cassianum diaconum misistis, tragœdiam malorum, quam ob oculos posuistis, anxia sollicitudine co-

gno-

PAGIUS

ut hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem Provinciam derelinquens, ad illas, quas Sol justitiæ proximus respicit terras, maturis virtutum frugibus redundantes velut turtur castissimus transvolaret. Ita utrobique Provincia, in qua ortus Cassianus fuit, *frigore torpida* describitur. Præterea Cassianus ac Germanus Anachoreticam vitam instituere se velle dicebant, nullo visitantium subinde monachorum adventu turbatam, cui tranquillitati minus aptas esse credebant Ægypti eremos, quod, aiebant, *interdum a fratribus frequentata jugi ferveret, ac diuturno silentio fecundam desiderium nostrum nequaquam possumus inhærere*, &c. *Quod sine dubio nullatenus in nostra Provincia credimus eventurum, in qua aut nullum, aut certe rarissimum professionis hujus virum invenire possibile est.* Idem vero in Præfatione Collat. 18. Anachoreticam vitam *incognitam fere in hac regione*, nempe Gallicana pronunciavit, ubi laudans Minervium, Leontium ac Theodorum, queis Collationes illas nuncupat, ait: *Anachoreticam istare sublimitatem vestris institutionibus provocastis.* Quare cum Cassianus juvenis in Ægypto degebat, incognita fere Galliis erat Anachoreseos disciplina.

XXV. *Cassianus dictus Romanus, quod esset Scriptor Latinus.*

Neque huic opinioni laudati Cassiani Librorum tituli, in quibus is dicitur *Romanus*, officiunt. Scriptores enim Græci Auctores Latinos sæpe *Romanos* appellant. Eusebius lib. 2. Hist. cap. 25. locum citans Tertulliani, in quo scribit Neronem primum Imperatorum Romanorum fuisse, qui hostis Christianæ religionis fuerit, inquit, τοῦτο δὲ πολλὰ ὁ ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς ὧδέ πως λέγων μνημονεύει; quæ verba recte a Christophorsono

sic

gnovi, quantisque miseriis ac difficultatibus istic labores fides, lectione sæpius repetita, perspexi; quam quidem rem unica patientiæ consolatio sanat. Dabit enim brevi Deus noster tantis tribulationibus finem, & hæc olim meminisse juvabit. At vero vos quidem uti necessariam consolationem istam, quam in exordio epistolæ vestræ proponitis, approbamus; ita & intelligentiam charitatis vestræ agnovimus, quæ multa patientiæ testimonia complectitur. Etenim nostram consolationem, quam litteris afferre vobis debebamus, scriptis vestris vos ipsi prævenistis. Hanc autem tolerantiam Dominus noster laborantibus præstare solet, ut etiam in ipsis tribulationibus constituti servi Christi se ipsos consolentur, reputantes secum, & antea sanctis accidisse eadem, quæ nunc patiuntur ipsi.

LXXXVIII. *Itaque nos jam vel ex litteris vestris depromere consolationem possumus, neque enim tam alieni sumus a vobis, ut non condoleamus, cum & nos in vobis cruciemur. Etenim quis ferre poterit eorum delicta, quos vel præcipuos esse fautores tranquillitatis ac pacis & concordiæ decebat? Atqui nunc præpostero modo de primatu Ecclesiarum suarum deturbantur sacerdotes insontes: quo quidem primus, frater noster, & in Ecclesiastico munere socius, Joannes Episcopus vester injuste appressus est; cui ne id quidem contigit, ut se defensurus audiretur: nullum crimen objicitur, nullum auditur. Quod igitur hoc commentum est vel deploratum, ut ne vel suppetat, vel quæratur occasio judicii, in locum sacerdotum viventium alii substituantur? quasi illi qui per hujusmodi perversitatem irrepunt, vel habere ipsi, vel gerere quicquam recti, a quoquam judicari possint. Neque enim umquam a patribus nostris talia fuisse patrata cognovimus; sed interdictum potius fuisse decreto, quo cavebatur, ne cui fieret copia, quo in viventis locum enauctoraretur. Nec enim reproba ordinatio sacerdotis dignitatem auferre potest: quando nec Episcopus quidem potest esse ille, qui injuste subrogatur. Nos enim, quantum ad canonum observantiam attinet, illis obsequendum esse scribimus, qui Nicææ determinati sunt, quibus solis obtemperare, & suum suffragium addere Ecclesia Catholica debet.*

LXXXIX. *Si qui vero & alii quibusdam proferantur, qui a canonibus Nicænis discrepant, & ab hæreticis compositi deprehenduntur, hi vero ab Episcopis Catholicis rescinduntur: hæreticorum enim commenta Catholicis canonibus assuere non licet: semper enim vel per contraria, vel per illicita labefactare voluntatem student Concilii Nicæni. Non solum igitur his non obtemperandum esse dicimus, sed ipsa potius una cum hæreticis & schismaticis dogmatibus esse condemnanda: quomodo, & antea in Sardicensi Synodo ab Episcopis prædecessoribus nostris factum est. Nam sane longe præstiterit, vel ea condemnari (fratres carissimi) quæ recte facta sunt, quam ea robur ullum sortiri, quæ adversus ipsos canones acta sunt. Sed quodnam remedium hisce rebus in præsenti afferemus? Necessaria erit Synodalis cognitio, quam etiam multo jam antea congregandam diximus: ea quippe sola est, quæ hujusmodi procellarum impetus retundere potest. Quam quidem donec consequamur, expedit medelam calamitatis hujus committere voluntati magni Dei, & Christi ejus Domini nostri. Illa universis, quæ nunc per invidiam diaboli ad examen Fidelium perturbata sunt, tranquillitatem dabit. Nihil autem desperare debemus, freti nostra in Deum fide. Ac nos quidem multum deliberamus, quonam modo Synodus œcumenica congregari possit, per quam divina voluntate turbulenti isti motus consopiri possint. Expectemus itaque tantisper, ac valla patientiæ communiti, speremus auxilio Dei cuncta nobis esse restituenda. Universa vero, quæ vos ibi sufferre dixistis, jam antea a Coepiscopis vestris, qui Romam, licet diversis temporibus, convenerunt, Demetrio videlicet, Cyriaco, Eulisio, & Palladio, qui nobiscum sunt, diligenti inquisitione habita, cognovimus.* Hactenus epistula Innocentii Papæ ad clerum Constantinopolitanum. Qui autem post Demetrium Constantinopoli Romam venerunt (ut reddamus temporibus tempora) dicemus anno sequenti: cum alioqui & Demetrii adventum sequenti potius anno accidisse, dicendum sit; quippe qui post Paschale tempus, hoc anno, primo cum collegis legatis Episcopis Romam advenerit, & inde rediens cum litteris Innocentii communicatoriis ad

PAGIUS sic in Latinum versa: *Cujus Tertullianus Latinus Scriptor sic fere mentionem facit*; ubi Eusebius, *Romani* voce *Latinum* intelligit. Valesius in Notis ad Eusebium, licet omisso & *Romani* & *Latini* nomine, sic ea verba reddat: *Cujus rei gratia etiam Tertullianus meminit*; nihilominus in Notis ad lib. 2. cap. 2. explicans sequentem Eusebii locum, *ταῦτα Τερτυλλιανὸς τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκὼς ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν*, sic illum Latine reddit: *Hæc Tertullianus, vir legum Romanarum peritissimus, & inter Latinos Scriptores celeberrimus*, licet utrobique Eusebius voce *Romani* utatur. Recteque addit Valesius, solitum esse Eusebium *Romanorum* vocabulo designare, non ipsos Romanæ Urbis indigenas ac cives, sed Latinos & Occidentales. Neque Græcorum solus est Eusebius, qui eum loquendi modum usurpet. Auctor Chronici Alexandrini ad annum XXI. Tiberii Imp. Tertullianum his verbis citat

ad Joannem, per Orientis Ecclesias prædicaverit Romanum Pontificem Joannis communionem amplecti, & post hæc rursus Romam sese contulerit: adeo ut cum ad talia tantaque perficienda unius anni terminus videretur angustus, in annum sequentem posterior sit rejiciendus adventus.

XC. Quæ autem post primam illam legationem Orientalium Innocentius ad Joannem Chrysostomum scripserit, incertum est, quod litteræ ipsæ non extent: sed eodem argumento, quo ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ clericos scripsit, ad Joannem itidem dedisse litteras, par est existimare, nempe de futura indicenda ob eam causam Synodo œcumenica. Extat autem perbrevis tantum ejusdem Innocentii epistola ad Chrysostomum, quam recitat Sozomenus, datamque refert post alias litteras Cyriaco diacono ad eumdem in Orientem missas: ea vero sic se habet (a):

(a) Apud Sozom. l.8. c.16.

XCI. Epistola Innocentii ad Joannem Chrysostomum.

Quamquam insontem omnia expectare bona, & a Deo misericordiam petere conveniat: sunt tamen & a nobis, qui patientiam suademus, competentes litteræ per Cyriacum diaconum missæ, ut contumelia plus posse non debeat in bona conscientia proterenda, quam spes in eadem erigenda. Neque enim tu docendus es, tot populorum doctor & pastor, optimos quosque semper, & continue probari, velint ne in vigore tolerantiæ persistere, ac nullius afflictionis molestiæ succumbere. Etenim conscientia bona firmum re vera munimentum est adversus omnes casus immeritos: quos quidem qui tolerantia non superat, is vere sinistræ suspicionis argumentum de se ipse præbet. Omnia enim sufferre debet, quisquis primum Deo, deinde conscientia sua nititur. Siquidem ad patientiam exerceri potest, ut quam maxime vir bonus & honestus: vinci tamen non potest: quandoquidem conservant ejus animum Scripturæ divinæ, & exemplis eumdem communiunt lectiones sacræ, quas populo proponimus, quæ quidem universos pene sanctos variis modis & continenter exercitatos, ac veluti in examine quodam explorator fuisse, atque ita ad patientiæ coronam pervenisse docent. Hæc igitur ipsa conscientia charitatem tuam consoletur, honorandissime frater: quo pacto in tribulationibus ex virtute consolationem habebis. Inspectante enim Domino nostro Jesu Christo, in tranquillitatis portum conscientia mundata sistetur. Hactenus ad Joannem Innocentii epistola.

XCII. Agitur ab Innocentio Papa & Honorio Imp. de cogenda œcumenica Synodo.

Porro ipse hoc anno laborasse videtur pro Synodo universali cogenda; quod gravissima causa esset; timendumque admodum, ne si absque omnium consensu Episcoporum rescinderetur Theophili & collegarum Orientalium Episcoporum in Joannem prolata sententia, schisma conflaretur; quod perfacile accidere potuisset, cum & adversariis Chrysostomi faverent Arcadius Imperator una cum omnibus magistratibus, ac major pars Orientalium Episcoporum. Quæ autem hæc secuta sunt, dicemus anno sequenti. Consentiunt his quæ narrat Theodorus apud Palladium; dum ait (ut superius diximus) quod cum ad Innocentium Papam venisset Romam Domitianus Oeconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ una cum Vallago presbytero Nisibeno, secumque tulisset Acta publica redempta magna vi auri, quibus carnificinæ exhibitæ superius recensitæ adversus Joannis communicatores continebantur: *Hæc acceptis Innocentius Papa, indignatione* (inquit) *summa permotus, scripsit ad Honorium Imperatorem: cum motus ille litteris Innocentii, præcepit Synodum Occidentalium Episcoporum cogi.* Hæc quidem Theodorus: porro de Synodo agendum suo loco. Inter hæc autem ipse Honorius ad Arcadium fratrem pro Joanne dedit litteras, aliasque postea adjunxit: tertias vero (ut dicemus) adjecit anno sequenti.

XCIII. Sed jam ad ipsum S. Joannem Chrysostomum revertamur, quem reliquimus a militibus ab Ecclesia divulsum in exilium deportandum. Affectemur igitur ejus iter, & quæ in eo dirissima a militibus passus sit, recenseamus, sociique nos compassione saltem exulanti ipsi jun-

ga-

PAGIUS tat, ὡς ἱστορεῖ Τερτυλλιανὸς ὁ Ῥωμαῖος, idest, sicut Raderus vertit: *Ut Tertullianus Latinus litteris prodidit*. Locus, quem ibidem laudat Auctor illius Chronici, alius non est, quam qui citatur ab Eusebio lib.2. cap. 2. in quo nempe Tertullianus ait, Tiberium, cum vellet Christum in Deorum numerum referre, & Senatus respuisset, comminatum fuisse periculum accusatoribus Christianorum. Si itaque Tertullianus, quem Africanum fuisse nullus dubitare potest, cum ipsemet in Apologetico cap.9. illud indicet, ab Eusebio & Auctore Chronici Alexandrini vocetur *Romanus*, quid mirum si Operum Cassiani Latini scriptoris interpretes Græci eum *Romanum* appellarint, ut scilicet ostenderent eum non Græce, sed Latine scripsisse? Quoad *Photium*, is vel ex *Romani* nomine errandi ansam sumsit, vel potius eo tantum denotare voluit eum in Occidente natum. *Similis* loquendi modus habetur in Act. I. Concilii Oecumenici Nicæni II. ubi pag.79. legitur locus Rufini sub hac Epigraphe: Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης, idest, de *Historia Ecclesiastica Rufini Presbyteri Romæ*, idest, Romani; quem tamen Presbyterum Aquilejensem & in territorio illius orbis natum, certum est. Quo anno *Cassianus* apud Massiliam cœnobium construxerit, incompertum; verosimile tamen non multo post hunc annum hujus Monasterii, quod adhuc extat, fundamenta jecisse.

gamur. Sunt quidem hæc ejus generis, quæ via siccis oculis commemorari vel audiri queant. Cucusum namque oppidum in Armenia fuisse ab Eudoxia præscriptum illi locum exilii, ipse testatur: erat plane omnium aspersimus, nobilitatus tamen ante exilio sanctissimi viri Pauli Episcopi Constantinopolitani, & martyris sub Constantio. Cæterum quod omnes ferme in Armenia locum illum constituant; Chrysostomus tamen ipse in epistola ad Cyriacum (a) in Cilicia situm ponit; ubi ait: *Atque hæc tibi e Cucuso, quod Ciliciæ oppidum est, scripsi: quo videlicet Imperatrix ablegari me jussit. Multæ porro mihi in via calamitates contigerunt: verum nihil hujusmodi mihi curæ fuit.* Qui vero eum ducendi Cucusum suscepit provinciam, Theodorus fuit Præfectus militum, ut ipse Joannes testatur (b): a quo quidem benigne habitum, & humaniter se pertractatum, fertur in epistola ad Olympiadem, qua etiam, quo mense & die Nicæa Bithyniæ recesserit, docet, dum de his ita scribit (c): *Ii, a quibus in exilium avehimur, curam omnem, & studium etiam supra quam volumus, adhibent, ut nos recreent & reficiant, pene ut nihil aliud operæ habere videantur. Cum autem Nicæa discessurus essem, hanc epistolam ad te dedi, tertia die Julii.* Hæc ad Olympiadem.

Cucusum oppidum locus exilii Joannis Chrysost.

(a) Chrys. ep. 4. vet. edit. & ep. 125. nov. edit. Nov. vol.

(b) Chrys. epist. 125.

(c) Chrys. epist. 10.

XCIV. Proficiscenti igitur Joanni in exilium, ex diversis provinciis agmina piorum virorum eidem in occursum properant, lacrymarum imbres præ dolore fundentes: de quibus idem his verbis ad eamdem Olympiadem (d): *Scilicet hos fato eram, ut ne tum quidem, cum ab urbe secessissem, iis qui animum nostrum frangunt ac debilitant, liberarer. Nam qui mihi in via obviam fiunt, partim ab Oriente, partim ab Armenia, partim ex alia quadam Orbis parte, lacrymarum fontes profundunt, cum nos intuentur, & gemitus edunt, ac toto itinere lamentis nos prosequuntur. Hæc autem a me idcirco commemorata sunt, ut intelligatis nos multos habere, qui in eodem quo vos, dolore versentur. Hoc enim ad leniendum dolorem non parum momenti affert:* Et alia rursus ad eamdem epistola: (e) *Cum viros ac feminas magno agmine per vias, per vicos, per urbes sese effundentes, atque ad nostri aspectum collacrymantes intueor, quo in statu ipsi sitis, animadverto. Nam cum ii, qui primum nos viderunt, mœrore ita frangantur ac debilitentur, ut ne emergere quidem facile possint; verum cum eos rogamus & obsecramus, & admonemus, calentiores lacrymarum fontes profundant: dubium profecto non est, quin apud vos gravior tempestas grassetur.* Adde his itidem, quæ in epistola ad Cyriacum his verbis explicatius habet (f): *Ut autem in Cappadociam, atque etiam in Taurosiciam venimus, magno agmine functi Patres, & monachi, & virgines obviam nobis prodibant, infinitam lacrymarum vim profundentes. Cumque nos in exilium abeuntes cernerent, in fletus prorumpebant, hisque inter se verbis utebantur: Satius fuisset Solem radios suos subtrahere, quam Joannis os conticere. Hæc me perturbabant ac premebant; quoniam omnes mea causa plorantes intuebar. Nam cætera omnia, quæ mihi oborta fuerunt, nulla me cura affecerunt:* ad quænam isthæc? dicemus.

(d) Chrys. epist. 8.

Populi occurrunt Chrysostomo lacrymantes.

(e) Chrys. epist. 9.

(f) Chrys. epist. 125.

XCV. Cum enim in exilium a militibus deportaretur Joannes, ægra valetudine toto itinere laboravit, continuis febribus, & stomachi solutione: testatur id ipse in primis ad Theodorum scribens, ubi ait: (g) *Confecti atque consumpti sumus, sexcenta mortis genera oppetimus. Idque accuratius ac certius narrare poterunt, qui has litteras tibi reddent, quamvis aliqui perexiguo temporis puncto mecum fuerint: quibuscum etiam ne tantillum quidem colloqui potui, continuis nimirum febribus dejectus, & consternatus: quibus cum tenerer, dies noctesque iter facere cogebar: sic videlicet, ut & æstu opprimerer, & vigiliis conficerer, & rerum necessariarum penuria, eorumque qui mei curam agere possent, inopia perdite conflictarer. Siquidem iis qui ad metalla damnati sunt, & in vinculis tenentur, graviora atrocioraque pertulimus, atque etiamnum perferimus. Tandem autem aliquando & ægre Cæsaream perveni, perinde atque a tempestate ad littus appulsus.* Et ad ipsam Olympiadem: (h) *Triginta enim propemodum dies, aut etiam amplius, cum acerbissimis febribus colluctari non destiti, atque ita longum ac molestum iter agebam, aliisque etiam stomachi gravissimis morbis obsessus. Jam quæ sequuntur, considera, nempe cum nec medici præsto essent, nec balnea, nec res necessariæ, nec aliæ animi levationes, atque præterea metus Isaurorum nos undique premeret, aliaque mala quæ ex itinerum difficultate nasci consueverunt. &c.* Post tot tantasque afflictiones cum Cæsaream pervenit, recreari aliquantulum visus est: nam in eadem epistola ad Theodorum sic habet: *Cæsaream ingressus, animum aliquantulum resumpsi: quoniam purum aquam bibi, panemque minime fœtidum ac prædurum comedi: quoniam in doliorum fragmentis minime corpus lavi, verum balneum qualecumque tandem nactus sum: quoniam denique potestas mihi lecto inhærendi facta est.* Hæc ibi. Cæterum majores postea molestiæ successerunt.

Chrysostomus gravibus in via laborat morbis.

(g) Chrys. epist. 230.

(h) Chrys. epist. 14.

XCVI. At quænam hæc fuerint, quæ Joanni Chrysostomo Cæsareæ contigerunt, idem ipse pluribus ad Olympiadem epistola ita nar-

(a) Chrys. epist. 14. — Chrysostomus Cæsaream pervenit.

narrat (a): *Postquam autem tandem aliquando Cæsaream ingressus sum, labore ac macie confectus, in ipso febris ardore positus languens, atque extremos dolores perpetiens, hospitium in ultimo urbis recessu situm nactus sum. Dabamque operam, ut medicos convenirem, ac fornacem illam extinguerem: erat enim in ipsa febris tertianæ flamma: quo etiam accedebat itineris ærumna & fatigatio, corporis contritio, eorum a quibus curarer inopia, rerum necessariarum penuria; illudque item, quod nullum medicum præsto haberem, quodque & labore & lassitudine & caloris æstu, & vigiliis diu vexarer, ac denique pene exanimis in urbem ingressus essem. Tum vero mihi clerici omnes, monachi, monachæ, medici affuerunt, a quibus perquam officiose atque humaniter acceptus sum, omnibus omnia mihi subministrantibus. Nihilominus tamen ingenti flammæ ardore deflagrans, in extremo periculo versabar. Ad extremum autem paulatim remittere ac sedari morbus cœpit. At interim nusquam Pharetrius Episcopus illius Civitatis: verum discessum nostrum expectabat: quod quamobrem ipsi ita visum fuerit, haud scio.* Hic namque ille Pharetrius Cæsareæ Episcopus, de quo ex Palladio superius dictum est; qui timore adversariorum ignavus homo percuisus, adversus Joannem scriptis calculum dedit. Fefellit plane opinionem populi Cæsariensis & finitimorum hominum ejus illiberalitas, cum omnes animo concepissent, diffamassentque fore ut Pharatrius ipse successor Basilii indignissimus obviam proditurus esset Joanni: sed se continuit, ac ne verbo quidem voluit communicare cum eo, cum ex ea causa clerici Chrysostomo communicantes, ab adversariorum communione discesserunt; quod idem sanctus Joannes eadem ad eamdem (b) epistola attestatur, cum ista ait: *Significavit mihi dominus meus, Pæanius, ipsius quoque Pharetrii presbyteros illic adesse, qui affirmarint se nobiscum communicare, nec cum adversariis commune quicquam habere, nec cum illis versari, nec commercium ullum iniisse. Ne igitur eos contumbemus, cave ne quisquam hæc sciat.* Hæc ipse.

(b) Idem ead. ep. 14.

XCVII. (c) Chrys. epist. 14. — Monachi scelestissimi pellunt Chrysostomum a Civitate.

Sed pergit suum iter relegere idem Chrysostomus: (c) *Cum igitur morbum sensim remissum & sedatam esse vidissem, jam de discessu meo cum ipse agitabam, ut Cucusum pervenirem, atque ab itineris calamitatibus nonnihil conquiescerem. Cum hoc statu res nostræ essent; subito ad nos affertur, Isauros cum infinita hominum manu Cæsariensem regionem populari, ac ingens quoddam oppidum incendisse, atque omni bello clade pervastasse. Qua re audita, Tribunus acceptis his militibus, quos habebat, ex urbe excessit. Timebant enim ne urbem quoque adorirentur: atque omnes in metu & trepidatione erant, de ipso quoque patrio solo periclitantes, adeo ut senes etiam ipsi murorum custodiam susciperent. Cum res eo loco essent; repente sub aurora monachorum torrens (liceat enim mihi ad eorum furorem exprimendum hoc vocabulo uti) ad hanc domum, in qua eramus, accesserunt; eam incensuros, nobisque extrema quæque mala illaturos minitantes, nisi abscederemus. At nec Isaurorum metus, nec morbus tam vehementer nos premeret, nec aliud quicquam humaniores eos ac moderatiores effecit. Verum instabant, atque urgebant, tantum furorem spirantes, ut etiam ipsi Prætores metu afficerentur: nam ipsi plagas denunciabant, eoque nomine gloriabantur, quod multos Prætores fœde verberassent. His verbis auditis, Prætores ad nos confugerunt, meque rogarunt, atque obsecrarunt, ut etiamsi in Isaurorum manus nobis veniendum esset, tamen eos his belluis liberarem. Quod cum ad urbis Præfectum allatum esset; ipse quoque domum, ut nobis opitularetur, accurrit. Verum ne ipsius quidem precibus monachi permoti sunt: verum ipse quoque elanguit.*

XCVIII. Pharetrius Architectus malorum omnium.

Cum igitur nullum rei exitum perspiceret, nec nobis ad perspicuam cædem exeundi auctor esset; nec rursus ob tantum illorum furorem, intra urbem ut maneremus, suadere auderet: ad Pharetrium ejus Civitatis Episcopum misit, precibus ab eo contendens, ut tum ob morbum quo conflictabar, tum ob impendens periculum paucos aliquot dies nobis concederet. Nec tamen hoc quicquam profectum est: immo acriori etiam postea impetu affuerunt, nec presbyterorum ullus opem nobis atque auxilium ferre audebat; verum rubore suffusi ac pudore affecti (nam hæc de Pharetrii voluntate ac sententia fieri dicebant) sese abdebant & occultabant; nec cum a nobis accerserentur, obtemperabant. Quid longa oratione opus est? Quamvis tot terrores imminerent, morsque pene certa, & ante oculos posita esset, febrisque me conficeret (necdum enim his malis liberatus sum) hora ipsa meridiana in lecticam me conjiciens, illinc excessi, universa plebe lamentante, ejulante, harum rerum auctorem execrante, ac diris devovente, omnibusque plorantibus ac lugentibus.

XCIX. Joannes Chrysostomus recedens Cæsarea, in quæ mala incidit.

Posteaquam autem ex urbe excessi, quidam etiam clerici venientes, lento gradu, ac mœsto & lugenti animo nos prosequebantur. Cumque nonnulli dicerent: Quoniam eum ad perspicuam mortem abducitis? alter ex iis, qui nos plurimum amabant, ad me dicebat: Abi, obsecro: in Isauros etiam incide: modo nobis defungaris. Nos quocumque incideris, tu-

in incides; dummodo manus nostras effugiat. Hæc audiens ac perspiciens egregia matrona Seleucia, domini mei Ruffini uxor (nam ea perquam studiose atque officiose nos coluit) precibus mecum egit, ut in ipsius villam, quæ quinque passuum millibus ab urbe distabat, hospitii causa me conferrem: certosque homines nobiscum misit, cum quibus illuc profecti sumus. At ne illic quidem hæ adversum nos comparatæ insidiæ finem habituræ erant. Ubi enim Pharetrius hæc rescivit, multas ipsi (ut dicebat) minas intentavit. Cum autem me in villam suam excepisset, nihil quidem ipse harum rerum sciebam: nam ipsa ad nos egressa, de his nos celavit: procuratori autem suo, qui illic erat, ea exposuit, ipsique mandavit, ut nobis omne officii genus impertiret; ac si qui monachi venirent ut nos contumeliis incesserent, aut vulneribus afficerent, ex aliis villis suis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum consereret. Quin me quoque rogabat, ut in domum suam, quæ arcem habebat, nec ullis viribus expugnari poterat, confugerem, ut ex Episcopi & monachorum manibus elaberer. At ut id facerem, adduci non potui: verum in villa eram, horum omnium ignarus, quæ postea in me comparabantur. Ne hoc quidem ipsis ad comprimendum suum adversum nos furorem satis fuit. Postea enim media nocte, me nihil horum sciente (acriter enim instabat Pharetrius, graves in eam, ut aiunt, minas jactans, eamque cogens atque impellens, ut me etiam e villa ejiceret) hominis importunitatem non ferens mulier, insciente me, barbaros adesse significavit; quod scilicet vim eam, quam patiebatur, dicere præ pudore minime sustineret. Atque intempesta nocte ingressus Evethius presbyter, meque somno excitans, magno cum clamore hæc dicebat: Surge, obsecro: adventant barbari, nec longe absunt. Hic tecum reputes velim, quonam animo eram, cum hæc audirem. Cum autem ex ipso, quidnam facto opus esset, quæsivissem, neque enim nos in urbem confugere posse, ne graviora illic perpeteremur, quam quæ nobis Isauri illaturi essent; exire nos coegit. Nox illunis erat, nox media, caliginosa, tetra: id quod etiam nos in summam consilii inopiam conjiciebat. Nec quisquam nobis præsto erat qui opem ferret: omnes enim nos reliquerant. Metu tamen compulsus, ac jam jam mortem expectans, ærumnis confectus surrexi, ac lucernas accendi jussi. Verum has quoque presbyter extingui jussit, hac videlicet de causa (ut ipse inquiebat) ne barbari lucis splendore exciti, in nos impetum facerent.

Joannes Chrysostomus in villam Ruffinæ divertens fugere cogitur.

C. Miserandus casus Joannis.

Extinctis itaque lucernis, equus qui lecticam nostram gestabat (aspera enim admodum & ardua ac petrosa via erat) in genu lapsus, me, qui lectica inclusus eram, humi prostravit, parumque abfuit quin interirem. Deinde exurgens, tractim ambulabam, Evethio presbytero, qui etiam ipse ex equo desilierat, manibus me tenente: atque ita manu ductus, vel (ut rectius loquar) pertractus, reptabam: neque enim in tanta loci difficultate, periculosisque montibus, media nocte, incedere poteram. Cogita, quæso, quid hic mihi animi esset, cum tantis malis constrictus tenerer, ac febris vigeret; nec eorum, quæ in me structa fuerant, quicquam nossem; verum barbaros timerem ac perhorrescerem, nihilque aliud expectarem, quam ut in eorum manus inciderem. An non existimas, vel has solas calamitates, etsi nihil aliud accidisset, multa nobis peccata oblitterare, atque ingentem mihi gloriæ materiam suppeditare posse?

Harum autem calamitatum (ni me opinio fallit) hæc causa extitit. Cum primum Cæsaream ingressus sum, omnes qui magistratu fungebantur, Legati, Præfecti, sophistæ, philosophi, plebeji omnes, singulis diebus me visebant, colebant, in oculis ferebant. Hæc credo, Pharetrium pupugerunt: nec invidia ea, quæ nos Constantinopoli pepulit, hic quoque a nobis abscessit, ut quidem opinione assequor: neque enim affirmo & assevero, sed conjicio. Hæc ibi. Sed & alia epistola ad eamdem scribens, quanta ei præstiterint viri quique præclarissimi, ostendit his verbis (a): *Ex ipsa Cæsarea hæc ad te scripsi, in qua multis mihi adhibitis remediis, melius habui, celeberrimos præstantissimosque medicos nactus, a quibus non tam artis subsidiis, quam commiseratione ac benevolentia curabar: quorum etiam unus nobiscum una simul se profecturum spopondit, atque etiam alii complures ex iis qui dignitatibus præditi sunt.* Hæc plane fuere, quæ adversariorum animos exulcerarunt, ut non potuerint pati eum diutius commorari Cæsareæ. Sed rursus ipse in superiori epistola ad Olympiadem cætera ita prosequitur:

CI. Invidiam passus in Cæsarea Cappadociæ.

(a) Ep. 12.

Et quis tandem alia, quæ nobis in via perferenda fuerunt, oratione complecti queat? mortes, pericula? Quæ quidem ipse quoque recordans, animoque circumferens, præ lætitia volito & exulto, velut ingentem thesaurum reconditum habens. Nam hoc animo atque hoc affectu præditus sum; ob idque te obsecro, ut hoc nomine læteris, gaudeas, exultes. Deumque, cujus beneficio hoc consecutus sum, ut tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Atque apud te velim hæc contineas, nec cuiquam enunties: etiam si alioqui Prætores potissimum harum rerum fama universam urbem implere possint, ut qui etiam ipsi in summum vitæ periculum venerint. Cæterum ex te nemo id resciscat; immo etiam eos qui id nar-

CII. Magna Joannis animi demissio in gloria contemnenda.

narrabunt, comprime, &c. Hæc ipse: ea quibus magnam intueris ejus animi celsitudinem tum in difficillima quæque alacriter patiendo, tum etiam in contemnendo illam, quam ea rebus præclare gestis solent homines captare gloriolam. Facta sunt hæc isto anno, mense Augusti, ut ea ejus scriptis datur colligere: qui enim tertia Julii Nicæa recessit, & triginta diebus in itinere positus febre laborans, Cæsaream pervenit, ibique morbi curandi causa aliquantisper substitit, utique dicto mense hæc a Pharetrio esse passum oportuit.

CIII.

Accidit autem, ut cum etiam adhuc Cæsareæ Chrysostomus moraretur, a Dioscoro quodam Cucusi agente viro præclaro, & ab aliis legationes acceperit, quibus ipsum quisque rogabat, ut Cucusum cum pervenisset, non apud alium, quam apud se commorari dignaretur. Quænam autem quantaque ipse, cum pervenisset Cucusum, piorum parata officia nactus fuerit, alia epistola ad Olympiadem tunc scripta declarat his verbis (a):

(a) Chrys. epist. 13.

CIV. Quanta Cucusi exhibita Joanni officia.

Tandem aliquando respiravimus, cum Cucusum venimus, unde etiam has litteras scribimus. Tandem aliquando a fumo, & variis malorum eorum, quæ nos in via invaserunt, nebulis, lucem conspeximus. Nunc enim, postquam ea quæ dolorem nobis afferebant, effluxerunt, jam tibi ea exponimus. Et paulo post: *Ut enim Cucusum venimus, tum morbum una cum reliquiis abjecimus, integerrimaque valetudine fruimur: tum Isaurorum metu defuncti sumus; quippe cum multi hic milites sint, & quidem paratissimo animo ut cum ipsis confligant. Quia rerum quoque necessariarum copia nobis undique affluit, omnibus nimirum summa cum benevolentia nos excipientibus: etiam si alioqui desertissimus omnino hic locus sit. At casu quodam dominus meus Dioscorus hic erat, qui etiam famulum dedita opera Cæsaream misit, rogatum atque obsecratum, ne domui suæ alteram anteferrem, aliique etiam plures idem fecerunt. Verum hanc aliis præferendum necessario mihi existimavi. Itaque apud eum divertimus, atque ipse nobis quidvis est: ita ut ob ingentem ipsius liberalitatem, & largitatem, qua erga nos uti cupit, perpetuo cum eo expostulemus. Quippe nostra causa etiam ex ædibus suis alio migravit, ut nos omni officii genere complecteretur. Atque insuper domum nobis ad tolerandam hiemem idoneam extruxit, pro eaque re nihil non agit ac molitur. Denique nullum omnino officii erga nos genus ab eo prætermissum est.* Hæc quidem de Dioscoro. De Episcopo vero loci illius hæc idem ad Cyriacum Episcopum scribit ad finem epistolæ ad eum scriptæ (b):

(b) Chrys. epist. 124.

CV.

Episcopus autem loci hujusce me quam humaniter excepit, multumque in nos declaravit charitatem; atque adeo, si licuisset, sede sua nobis cessisset, ni nos a Patribus præscriptam legem observassemus. Hæc ad Cyriacum. Sed & ad Olympiadem eadem qua supra epistola de ambobus hæc ait (c): *Quamquam enim nec forum nec venale quicquam hæc urbs habeat: nihil tamen istud mea interest: mihi quippe omnia tamquam e fonte affluunt: siquidem, & dominum meum hujus loci Episcopum, & dominum meum Dioscorum habeo, qui nihil aliud muneris, & operæ videntur habere, quam ut me recreent atque reficiant.* Ex his habes quod corrigas in his qui scripsere Vitam S. Joannis Chrysostomi, dum tradunt, ipsum Cucusi mansisse apud Episcopum loci illius, nomine Adelphium, seu Philadelphium: cum se apud Dioscorum mansisse jugiter, ipse testetur. Rursum vero idem Joannes, item ad Olympiadem scribens, superiori (d) epistola de aliorum erga se exhibitis officiis ista habet:

(c) Chrys. epist. 14.

(d) Chrys. epist. 13.

CVI. Joannes ne Cucuso removeatur rogat.

Ad hæc plerique alii procuratores, & rerum administratores, dominis id ipsum illis per litteras imperantibus, subinde huc accedunt, parati quavis ratione nos reficere & recreare. Hæc autem omnia idcirco commemoravi, atque alia quidem (hoc est priora) deflevi, alia autem (hoc est læta, & jucunda) tibi exposui, ut ne quis temere nos hinc amoveant. Nam si ii, qui nos beneficio afficere cupiunt, arbitrii hoc nostri faciant, ut quo loco velimus, nobis esse liceat, nec rursum nobis alterum locum arbitratu libituque suo assignaturi sint; hoc beneficium accipe: sin autem nos hinc amotos in alterum locum ablegaturi sunt, nobisque iterum iter subire ac peregrinari necesse est; mihi sane longe hoc gravius acerbiusque fuerit. Primum enim illud metuendum est, ne nos in longinquiorem, aut in asperiorem locum ducant. Deinde itineris molestiam sexcentis exiliis graviorem esse duco. Siquidem peregrinationis hujusce difficultas ad ipsas portas mortis nos detulit: nuncque Cucusi degentes, perpetua sessione ac quiete nosmet recreamus, atque coortæ nobis in tam diuturno tempore ærumnæ, confractisque nostris ossibus & fatigatæ carni, quietis ope ac subsidio medemur. Hæc idcirco de Cucusi commoratione adeo Joannes inculcat, quod Olympias plurimum laboraverat apud Imperatorem, ut exilium Cucusi in aliam mansionem transferretur, ut ejus epistolæ exordio ipse testatur. At quid post hæc de clarissima femina Sabiniana his addat, accipe:

CVII. Sabiniana Diaconissa affectatur Jo. Chrysostomi vestigia.

Affluit etiam domina mea Sabiniana diaconissa eodem ipso die quo venimus, fracta quidem ipsa & abjecta, ærumnisque affecta, utpote ea jam ætate in qua mo-

veri quoque difficile est; caeterum juvenili animi promptitudine atque alacritate prædita, nihilque adversarum rerum persentiens. Paratam enim se esse dixit, etiam in Scythiam proficisci: quandoquidem constans hic rumor erat, fore ut illuc deportarer. Certum est autem ei (ut ait) non jam ad suos, reverti; verum illic, ubi fuerimus, commorari. Atque hanc etiam perquam humane ac studiose magnaque cum benevolentia Ecclesiæ alumni exceperant. Mirus plane in femina animi vigor, at exilium spontaneum, Sanctum Joannem exulem sequendo, elegerit, cum jam efficere etiam senectutis esset, unde & ipsi aucta est confidentia, quod ejus ætatis esset, cujus causa nec adversariis aliqua, vel levis de ea potuisset oboriri suspicio.

CVIII. Constantius prævenit adventum Jo. Cucusum.

Cum igitur jam de loco certo, sedeque firma exilii Joannis innotuisset: confluere ad eum cœperant, quibus hoc concessum erat, amici: absentes vero eumdem legationibus ac litteris frequentare; sed hos omnes prævenerat, immo ipsum Joannis adventum anteverterat Constantius presbyter, de quo eadem epistola hæc ipse Joannes: *Quin dominus quoque meus Constantius religiosissimus presbyter jampridem hic erat. Nam & mecum per litteras egerat, ut ipsi huc veniendi potestatem facerem: neque enim se citra voluntatem meam atque sententiam id facere audere, quamvis alioqui magna hujus rei cupiditate flagrantem. Addebat etiam, se nec illic quidem manere posse: tantis enim malis premi atque urgeri, ut latebras quærere ac se occultare cogatur.* Hæc de Constantio, cui & conjunctus est alius presbyter nomine Evethius, ut in epistola ad Elpidium (a) docet. Sed & Seleucum quoque Episcopum itidem Cucusum profectum esse ut inviseret ipsum S. Joannem Chrysostomum, idem ipse ita testatur in epistola (b) ad Tranquillinam: * *Seleucum, ut relicta domo huc se conferret, nostri desiderium ad nos excitavit.* Domnum vero Episcopum misisse ad eum invisendum suum presbyterum, idem affirmat in epistola ad ipsum Domnum conscripta. Accesserunt illac & alii, alii vero suos ad eum legatos miserunt, de quibus dicemus anno sequenti. Anno enim eum commoratum esse Cucusi, Palladius tradit.

(a) Ep. 14.

(b) Epist. 36.

* Tranquillinum.

CIX.

Quod autem ad Isaurorum incursiones spectat, eorumque grassationes in Pamphiliam atque Ciliciam Zosimus (c) meminit ac Marcellinus (d). At quamvis duces cum exercitu ad eos conficiendos missi fuerint; quoniam iidem recessus habebant in locis ferme penitus inaccessis, annis pluribus eadem dira clades in perniciem adjacentium provinciarum perduravit: cujus quidem rei index est rescriptum Theodosii Junioris ad Anthemium datum post annos quatuor, ubi ista leguntur (e):

(c) Zosim. l. 5.

(d) Marc. in Chron.

(e) l. ult. de quæstio. C. Theod.

CX. Isaurorum incursio formidolosa.

Provinciarum Judices moneantur, ut in Isaurorum latronum quæstionibus nullum Quadragesimæ vel venerabilem Paschalium diem existiment excipiendum; ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est. Cum facillime in hoc summi numinis speratur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Datum quinto Kal. Maji, Constantinopoli, Basso & Philippo Consulibus. Est is annus Domini quadringentesimus octavus: de eadem quoque grassatione mentio est apud Theodoretum (f) ubi agit de S. Jacobo anachoreta, cum Isaurorum mentita specie dæmones illum perterrefacere conati sunt: rem enim gestam sic narrat:

(f) Theod. l. sanct. Patr. c. 21.

CXI. Sub specie Isaurorum dæmones perterrent S. Jacobum.

Dicebat autem, se etiam tempore perniciosorum illorum latronum, quando ex Isauria profecti maximam partem Orientis urentes, prædas egerunt, valde extimuisse, non ne occideretur (neque enim tenebatur tanto amore corporis) sed ne raperetur in servitutem, & captivus fieret, impietatisque & iniquitatis videret spectaculum. Hunc metum cum sensisset diabolus (sæpe enim audierat, cum hoc motus suos aperiret) imitatur noctu ululatum mulierum: Ego autem (inquit) *videbar* an-

PAGIUS XXVI. Isauri Imperium Orientale devastant.

Ad num. CIX. & seq. Isaurorum grassationes, quæ initio Imperii Theodosii adhuc durabant, ut liquet ex leg. 7. Cod. Theod. de *Quæstionibus* a Baronio recitata hoc anno cœptæ, ut ex his Zosimi lib 5. pag. 802. verbis liquet: *Allatus est Palatinis nuncius* (postquam scilicet Magna Ecclesia CP. conflagravit) *magnam Isaurorum multitudinem, qua supra Pamphyliam, Ciliciamque posita semper in asperrimis & inaccessis Tauri montibus degit, in latronum manipulos divisam regionem subjectam invadere: ac oppida quidem munita tentare non poterant, vicos autem muribus destitutos, & obvia quævis, irruendo vexabant: quos incursus id ipsis faciliores reddebat, quod ista regio paulo ante fuisset ab hostibus capta, Tribigildo cum Barbaris suis rebellionem molito. Huc nunciatis Arbazacius Dux mittitur, qui laborantibus Pamphyliæ rebus succurreret. Is, ubi copias idoneas accepisset, & latrones fuga dilapsos intra montes persecutus fuisset, complures eorum villas cepit, & virorum multitudinem non exiguam interfecit: adeoque prorsus eos in potestatem facillime redegisset, & incolis oppidorum securitatem solidam parasset: nisi deliciis & fœdis voluptatibus deditus, multum de vigore suo remisisset; ac pecuniæ manus porrigens, bona publica divitiis prætulisset. Quapropter ob hanc prævaricationem ad aulam revocatus, nihil expectabat aliud, quam uti judicio sisteretur. Sed parte illorum quæ ab Isauris acceperat, Augustæ oblata; tum examen effugit, tum opes istas in voluptates urbanas impendit. Enim vero molitiones Isaurorum adhuc intra clandestina se latrocinia continebant, necdum illis aperte gentes proximas aggressi.*

De

audire quod venirent hostes, quodque vicis ignem injicerent. Statim ergo cum capillos in duas partes discriminassem, & partim quidem a dextris, partim a sinistris ad pectus transtulissem, parabam collum, ut id ensis amputaret facilius, & brevi plaga accepta, ab illo abominanda liberarer spectaculo. Cum sic totam illam noctem transegissem, & assidue incursionem illorum expectarem: cum fuisset dies, & quidam venissent, rogavi quidnam audissent de Isauris. Illi autem dixerunt, se nihil nosse illis diebus. Et sic agnovi (inquit) *diabolicam illam fuisse visionem*. Hæc de illo Theodoretus: ut non mireris, si hos ingruentes latrones pertimuerit etiam ipse Joannes Chrysostomus. Atque satis ad insinuandum quam formidolosa esset sanctis quoque viris magnoque animo præditis, horum incursio. Equidem Cucusus, ubi Joannes agebat, si qui locus alius ejusmodi Isaurorum periculo subjacebat: nam ad Diogenem ipse scribens, ita ait: (*a*) *Desertus quidem locus est Cucusus, atque etiam alioqui ad habitandum periculosus, ut qui perpetuo latronum metu infestus sit*. Sed unde ipsi modo securitas? audi quid scribat ad Olympiadem (*b*): *De Isauris omni metu te libero. Etenim recesserunt, ortaque hieme, domi se incluserunt, nescia an post Pentecosten egressuri*. Hæc ipse.

(a) Chrys. epist. 114.

(b) Chrys. epist. 14.

CXII. Quas Joannes epistolas hoc anno exul conscripsit.

Porro ab eo tempore quo abductus a sua Ecclesia Joannes in exilium ducebatur, semper cum facultas daretur, ad suos scribere consuevit epistolas; suos inquam, qui ejus causa plurima passi essent. Et ut quam breviter agamus de singulis datis ab eo litteris: in primis illæ tres primæ scriptæ videntur epistolæ ad Olympiadem clarissimam feminam, de qua superius: quæ nimio quodam ob expulsionem Chrysostomi absorta mœrore erat, quibus ipse eam mirifice consolatus est. In quo genere versatus, cum nihil intactum reliquerit, unde argumentum deduceret ejus animi erigendi, illud non prætermisit ex spe concepta: fore namque ut perbrevi ipsa eum redeuntem visura esset, quod his verbis inculcat (*c*): *Quod si doctrinam nostram viva voce etiam audire cupis: futurum hoc quoque continget: ut nos rursus, permittente Deo, visura es: immo vero non fortasse, sed certo: cave ne dubites*. Hæc quidem ipse, quod ita speraret: nec vero levitatis ob id arguendus, si minime evenerit quod prædixerat; excusandusque, sicut & se Paulus excusat, cum suum Corinthiis spopondisset adventum, quem non præstitit; ubi ait (*d*): *Cum hoc voluissem, numquid levitate usus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est, & non?* quibus sane & legitime Chrysostomus sit excusandus. Adjecit idem quintam ad eam eodem argumento conscriptam, cum eadem ex causa ipsam ægrotasse percepisset: addidit vero septimam, cum eam exilio pulsam audisset. Nicæa autem prope discessurus, decimam ordine collocatam ad eamdem dedit epistolam; atque in itinere, antequam Cæsaream perveniret, octavam & nonam, præpostero ordine positas: magna sane opus est diligentia, ut quæque suo reddantur, quo scriptæ sunt, tempori.

(c) Chrys. epist. 1.

(d) 2. Cor. 1.

CXIII.

Cum vero Cæsaream pervenisset, ad eamdem Olympiadem undecimam dedit, ac duodecimam: ad Theodorum vero aliam (*e*). Rursum idem Chrysostomus, Cucusum cum pervenisset, ad eamdem Olympiadem duas (*f*) dedisse reperitur epistolas ante hiemem: quæ quam sint efficacissimæ, ipsæ declarant litteræ, vere Chrysostomo dignæ: habent autem eam energiam, ut quisque perlegens, non tantum ingentem vim illam dicendi admiretur, sed obstupescat ad ejus celsitudinem animi; dum, innumeris licet atque adeo immensis vallaretur, immo obrueretur angustiis, ipse tamen omnibus superior, tantum abfuit ut aliena indigeret consolatione, ut potius omnes diversis attritos molestiis, & jam pene mersos persecutionis undis, elevet in sublime, & in portu consolationis collocet, cum hos mœrore depressos, illos proscriptos, exulantes alios & extorres, ita consoletur, ut majora subeundi tormenta immen-

(e) Chrys. epist. 120.

(f) Epist. 13. 14.

Chrysostomi celsus animus in adversis.

PAGIUS XXVII. *Isauri D. Chrysostomo formidabiles*.

De his *Isaurorum* grassationibus legendus etiam Philostorgius lib. 11. cap. 8. & Marcellinus in Chronico ad Consulatum anni sequentis. Hæc gens ab antiquo Latrociniis semper infamis fuit, Strabone lib. 12. Dione lib. 55. Eutropio lib. 6. Floro lib. 14. Trebellio Pollione in Trebelliano Tyranno, & Vopisco in Vita Probi Imp. testibus. Pollio, qui Diocletiano Imp. & Constantio Cæsare Romanum Imperium regentibus floruit, testatur Isauros *ad æqualitatem perduci quavis Principum humanitate* non potuisse, idest ad vitam civilem & pacatam, ideoque regionem eorum, etsi in medio Imperio Romano sitam, novo tamen custodiarum genere, non aliter ac limitem Imperio inclusam. Quod & sequentia tempora, quibus Imperatores Christiani Romanam Rempublicam administrarunt, etiam contigisse ostendit Gothofredus in Commentario laudatæ legis Cod. Theod. Divus Chrysostomus, cum in exilium iret, Cæsareæque esset, mox & exilii sui Cucusi tempore, quam formidabiles illi fuerint, & quot mala patrarint, ostendit in Epist. 13. & 14. ad Olympiadem, Epist. 114. ad Diogenem, in Epist. ad Gemellum, Epist. ad *Theodoretum ex Consularibus*, Epist. ad Theodotum Lectorem, & Epist. ad Theodotum Diaconum, quas fere omnes Baronius hoc anno recitat. Joannes inquit Sozomenus lib. 8. cap. 27. *cum pecuniis abundaret, quas cum alii multi adferebant, tum Olympias Diaconissa ad eum mittebat, plurimos captivos ab Isauris redemit, ac suis restituit. Multis etiam egentibus necessaria subministrabat*.

mensum injiceret desiderium: ejusdem plane generis illa, cujus est inscriptio ad Cyriacum Episcopom exulem; sed rectius ipsios exulis ad Cyriacum: nam nihil de Cyriaci exilio in ea epistola, sed tantum de suo Joannes meminit: Cyriaci vero exilium longe post contigit, ut suo loco dicemus. Sed agedum, unam saltem ex his, illam videlicet quam ad Episcopos, & presbyteros detentos in carcere dedit, hic reddamus; unde intelligatur qua fuerint & ipsi animi præstantia præditi in patiendo, & adversariorum in persequendo crudelitas innotescat. Est vero hujusmodi (*a*):

(a) *Chrys. ep. 4. ex septem.*

CXIV. Epistola S. Jo. Chrys. ad Episcopos detentos in carcere.

Beati vos ob carcerem, ob catenas, ob injecta vincula: beati, inquam, & ter beati, immo sæpius. Totum Orbem vobis conciliastis: etiam longe absentes amicos vobis fecistis: ubique terrarum, & marium canuntur vestra præclara facinora, fortitudo, constans sententia, animusque minime servilis. Nihil quod aliis videtur grave, vos deseruit, non tribunal, non carnifex, non tormentorum concervationes, non minæ, quæ innumeras mortes nunciabant; non Judex, qui ignem ab ore flabat; non adversarie, qui frendebant dentibus, & innumeris aliis insultandi modis gestiebant; non tantæ calumniæ, non impudentissimæ accusationes, non mors ante oculos quotidie proposita: sed hæc omnia vobis uberem potius ac sufficientem consolationis materiam præstitere. Et idcirco clari quidem vos, & celebrant & prædicant vos omnes, non amici solum, sed & inimici ipsi, qui hæc effecerunt. Eorum si quis introspiciat conscientiam, licet non manifeste fateantur, inveniet etiam apud ipsos vestrum miraculum magnificari. Tanta res est virtus, ut etiam illam impugnantes admirentur. Tanta res est malitia, ut etiam ii qui eam operantur, condemnent. Et ita in hac vita res vestræ se habent. Quæ autem in cælis sunt, quis sermo digne explicabit? Inscripta sunt nomina vestra in libro vitæ; cum sanctis martyribus connumerati estis. Scio hæc ego certo; non quod in cælum transcenderim; sed a divinis oraculis didici.

CXV. *Nam si Joannes ille infœcundæ fructus, & eremi Civis, nuptiis, in quas peccabatur, patrocinatus est, & cum prævaricationem corrigere non posset, arguit tamen; & propterea in carcerem conjectus & decollatus, martyr, & martyrum primus est: Vos, qui legibus & constitutionibus Patrum, quas transgrediuntur aliqui, & sacerdotia, quod invadunt & contaminant, patrocinamini, & propter veritatem hæc patimini, ut essent impudentes calumniæ: cogitate qualem accepturi sitis mercedem. Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui: dixit fortis, & sublimis ille, satisque ei fuit ad recentem arguendi libertatem. Locuti estis & vos: exposita sunt etiam corpora vestra pœnis, & suppliciis, tormentis: nondum decapitati estis, sed longe acerbiora tulistis. Non enim idem est brevi temporis momento caput amittere, & tanto tempore cum talibus luctari doloribus, terroribus, minis, vinculis, abductionibus ad tribunal, carnificum manibus, sycophantarum impudentissimis linguis, conviciis, salibus & dicacitatibus. Nam & hoc maximum certaminis genus, poniturque a beato Paulo in magnorum certaminum ordine, cum sic ait: (b) Recordamini dies pristinos, in quibus illuminati, magnum certamen afflictionum, sustinuistis. Deinde certamen narrans, ipsum ponit, sic dicendo: Partim opprobriis, & afflictionibus spectaculo estis, partim communicantes his qui sic affliguntur. Si ergo qui communicant, certant: multo magis qui sustinent.*

(b) *Hebr. 10.*

CXVI. *Non enim unam, aut duas, aut tres, sed longe plures sustinuistis mortes; & si non experientia, certum tamen, quod animo. Gaudete igitur & plaudite. Dominus cælorum jussit non solum non dolere, vel frangi animo, vel decidere, sed gaudere & exultare, quando nomen vestrum tamquam malum ejicient. Quod si in sycophantiis gaudendum: quando his accedunt calumniæ, verbera, tormenta, gladii acuti, vincula, catenæ, abductiones, traductiones, inimicorum atroces caterva; cogitate qualis merces, quam coacervatæ erunt retributiones. Gaudete igitur & exultate, viriles estote, corroboramini: cogitate quot vestro exemplo ad certamina armatis, quantos fluctuabundos confirmatis, quantos spiritus resuscitatis. Nam afflictionibus vestris multum profuturi estis non solum præsentibus, sed & absentibus, nec his solum qui vident, sed & his qui audiunt. Continue versetur in ore vestro illud Apostolicum dictum (c): Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Expectate: brevi tentationum finis erit, liberatioque perfecta. Et orate etiam jugiter pro nobis. Nam etsi viarum prolixitate longe diversis locis habitamus, multoque tempore a vobis segregati sumus: attamen vos ut præsentes, & conviventes nobis amamus, vestrum amicum caput exosculamur, coronatos vos expansis manibus excipimus. Expectate etiam vos ex mutua erga nos charitate lucrum vestrum maximum. Nam si magnam mercedem expectare licet his qui vos amant: cogitate, quales vos, qui tantis claretis virtutibus, maneant retributiones.* Hæc Joannes, & alia plura id genus ad illos: perinde ac si certantibus athletis, in theatri ipse sedilibus securus spectans, acclamationibus faveret,

(c) *Rom. 8.*

at-

atque in bello pugnantes alios tubæ sonitu seorsum positus vehementius excitaret: cum alioqui ipse cæteris laboriosius dimicaret. Sunt & aliæ plures ad diversos datæ eodem argumento literæ, quas singulas perlegendo, magnam lector capiet cum lucro animi voluptatem.

CXVII. Scripsit & tunc temporis ad diversos Episcopos, commendans Dei Ecclesiam adversariorum factione conscissam, & inter alios (ut vidimus) ad Romanum Pontificem Innocentium, necnon ad (a) Joannem Hierosolymorum Episcopum, & ad alios plurimos, qui adhuc suis liberi agerent in Ecclesiis: Cum interea & ad Episcopos illos, quibus, quod manifeste aversarentur Arsacii communionem, & Chrysostomo firmiter inhærescerent, carcer æstuabat, scripsit etiam ista Chrysostomus (b): *Carcerem incolitis, & catena vincti estis, & cum squalidis, & sordidis inclusi. Ecquid tandem hoc nomine beatius vobis fingi queat? Quid enim tale habet aurea corona caput cingens, quale catena manum propter Deum circumdans? Quid tale ingentes & splendidæ domus, quale carcer caliginis ac sordium atque ingentis fœtoris, & calamitatis plenus Dei causa? Quæ cum ita sint, gaudete & exultate, coronis caput cingite, tripudiate, quod molestiæ, in quas incidistis, magnam vobis commodorum materiam comparent. Hoc nimirum semen est, messem omni sermone sublimiorem prænuncians: hoc luctæ, victoriam & palmas afferentes: hoc navigatia, amplum & uberem quæstum conciliuns. Hæc igitur omnia cum animis vestris repetentes, præstantissimi ac religiosissimi domini mei, gaudete & lætamini, nec tempus ullum intermittite, quin Deum in omnibus rebus collaudetis, ac mortiferus diabolo plagas inferatis, ingentemque vobis ipsis in cælis mercedem recondatis. Non enim sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Ad nos autem quam sæpissime scribite. A vobis enim, qui Dei causa vincti estis, litteræ, quæ afflictiones vestras exponant, magnopere accipere cupimus; hincque ingentem, etiam in extrema terra degentes, consolationem capiemus.* Hæc ad Episcopos & presbyteros in vincula agentes Chrysostomus, aliaque plura ipso digna, quæ brevitatis causa prætermittimus.

(a) Chrys. ep. 118.

(b) Idem ib.

Joannes Chrysostomus consolatus Episcopos in carcere positos.

CXVIII. At respexit tandem Dominus super castra Philistinorum, & intonuit fragore magno super eos, cum Joannis adversarios, calumniarum ministros, schismatisque architectos diversis eisdemque prodigiosis exagitavit ærumnis: ut palam omnibus fieret, vindicta divina eos esse percussos, qui tot innoxios per sæculi judices adeo afflixissent, intelligerentque omnes iram Dei, præjudicium futurorum malorum, in ultionem sceleratorum haud sero excitatam fuisse. At quinam isti fuerint, quæve perpessi, Palladius hisce verbis enarrat (c): *Hinc enim quorumdam corpora Episcoporum & laicorum morbus assumens, variis cruciatibus agitat, lenta febre intestina depascens, pruritusque intolerabilis totam superficiem unguibus lanians, longi quoque intestini perpetui dolores, & colica passio. Cujusdam pedes, intercutanei morbi instar, nimia inflatione turgescunt. Alteri nimia humoris redundantia ad manus usque derivans, eos qui male subscripsere, digitos mixto frigori incendio cruciat. Alium Aqualiculi tumor & putredo ex secretiore parte corporis in longum se extendens, & vermes gignens, acriter vexat. Ad hoc respirandi difficultas, omnium intensio membrorum, imaginesque nocturnæ in canes rabiosos, & districtis gladiis barbaros, & vocem horrendum transeuntes, insomnem somnum plerisque faciunt. Alius equo lapsus, dextero fracto crure, continuo moritur. Alius amissa voce, octo mensibus jam marcescit in lecto, qui nec manus ad os apponere potest. Alius vivens crura sensim usque ad genua per triennium uritur, erysipelis molestia fatigatus. Alius inflata (ut ajunt) lingua cum febre vehementi, nec valens eam intra præstitutum a natura locum continere, in pugillari scribens, confitebatur scelus suum. Erat itaque videre divinitus illatam iram variis in auctores mali sævire modis. Qui enim animarum medicum irritaverunt, ejusque discipulum de salutis officina projecerunt, corporum medicis ad incendendum ac cædem tradebantur: qui dolorem quidem solemnibus medicamentis arcebant, salutem vero nullam penitus præstare poterant. Et merito sane. Quis enim eum sanabit, qui a Deo cruciatur? sicut Propheta ait (d): Numquid medici resuscitabunt, & confitebuntur tibi? In hunc modum omnes Ecclesiasticæ pacis adversarii peribant.* Hucusque de his Palladius, a quo & casus Cyrini Episcopi Chalcedonensis, inter antesignanos adversariorum Joannis adnumerandi, prætermissus videtur: de quo ista Socrates (e):

(c) Pallad. dialog.

Persecutores Joannis Chrysostomi male pereunt.

(d) Psal. 87.

Maruthas Episcopus Mesopotamiæ invito sane animo, pedem Cyrini, presso forte vestigio, allisit. Unde Cyrinus acerbe excruciatus, cum cæteris Episcopis Constantinopolim proficisci non potuit, sed mansit Chalcedoni: Et post multa (f): *Adeo ex infortunio male affectus afflictusque fuit, ut pes ejus putresceret, & propterea necessitate adductus, eum a corpore abscinderet: neque sectionem semel passus est, sed sæpius: nam mali contagio per universum corpus serpsit: adeo ut alter*

(e) Socr. l.6. c.14.

CXIX. Cyrinus Episcopus divinam iram expertus.

(f) Socr. l.6. c.17.

ter pes ea infectus similiter amputaretur. Hujus rei propterea feci mentionem, quod erat multis in ore, Cyrinum ista perpessum, quod Joannem conviciis exagitaverat, atque eum contumacem (ut a me dictum est ante) sæpius vocaverat. Hæc Socrates, eadem quoque Sozomenus (*a*).

(a) Sozom. l. 8. c. 16.

CXX. Sed majora his accipe prodigia de cælo sursum, & offensi numinis signa in terra deorsum. At quænam ista? Audi Socratem (*b*) res ingentes paucis tamen complectentem: *Porro cum grando magnitudine inusitata in suburbiis Constantinopoli forte decideret, (accidit hoc quidem pridie Kalendas Octobris, eisdem Consulibus paulo ante citatis;* nempe Honorio & Aristæneto) *percrebuit sermo, istud, Deo irato, propter Joannem in dicta causa abdicatum contigisse. Hunc sermonem Imperatricis mors, quæ illico insecuta est, vehementer auxit: nam quatriduo post delapsam grandinem e vita decessit.* Hæc Socrates, cui æque assentitur S. Prosper (*c*), dum affirmat, hoc eodem anno, sub dictis nimirum Consulibus Eudoxiam Augustam extremum clausisse diem, quod tradit etiam Marcellinus (*d*); Cedrenus (*e*) autem genus mortis ejus ita describit: *Cum (inquit) uterum ferret, jamque partui esset vicina, fœtus in utero extinctus est: ac cum eum vellet eniti, id frustra fuit: totosque dies quatuor mortuus fœtus in utero retentus computruit, atque uteri quoque abscessum effecit. Cumque neque exiret fœtus, & dolorum finis non esset: quidam ei litteras magicas superposuit: quare & statim ejecit mortuum fœtum, & simul animam miserrime efflavit.* Hæc Cedrenus, qui & enumerat editos ante filios, Pulcheriam, Plecillam *, Arcadiam, Marinam, ac Theodosium ultimo loco natum: cæterum Marcellinus novissime editam tradit Marinam. De Eudoxiæ vero sepulcro hæc Nicephorus (*f*):

(b) Socr. l. 6. c. 17.

Grando divinitus immissa ob scelus patratum.

(c) Prosp. in Chron.

(d) Marcel. in Chron. Zonar. Annal. 3. part.

(e) Cedren. in Compend.

Eudoxiæ infelix exitus.

* Placillam.

(f) Niceph. l. 13. c. 36.

CXXI. *Urnam, cui imposita est, moveri cernere erat, Deo videlicet eum, qui per illam concitatus fuerat, in Ecclesia motum ostendente.* Porro nec Arcadius, quamvis junioris esset ætatis, diu superstes fuit, vixque ad quadriennium vitam propagavit: ut plane ulciscente numine, palam factum sit, quanto periculo Principes eos insequantur, de quibus illata terribilis præcessit comminatio Christi (*g*): *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei:* & : *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Hæc autem omnia divinitus immissa in Eudoxiam ob patratorum in S. Joannem Chrysostomum scelerum ultionem, nemo est qui jure dubitare possit.

De sepulcro Eudoxiæ.

(g) Matt. 18. Marc. 9. & Luc. 17.

CXXII. Quod autem in controversiam adduci potest, illud est, num re vera hoc anno (ut citati auctores testantur) contigerit Eudoxiæ obitus: siquidem supervixisse etiam post biennium, a Græcis omnibus qui Vitam conscripsere S. Joannis Chrysostomi, ac pariter recentioribus item Græcis historicis affirmatur: ita quidem Leo Augustus, Metaphrastes, Nicephorus, Cedrenus, Zonaras, Glicas, & alii absque dubitatione testantur: & quod majus omnibus his testimonium, immo testimonia videri debent, cum Innocentii Papæ litteræ ad Arcadium Imp. post obitum Joannis Chrysostomi datæ, tum Arcadii ad eum redditæ, adhuc eo tempore Eudoxiam superstitem fuisse, significant, quam idem qui supra auctores, ut Zonaras, & alii eam secuti, tres menses ab obitu Joannis supervixisse tradunt.

De tempore obitus Eudoxiæ.

His

PAGIUS XXVIII. *Eudoxia Augusta obitus.*

A num. CXX. ad CXXIII. *Eudoxiam* Arcadii Imperatoris conjugem, quæ Divum Chrysostomum jam dire persecuta est, hoc anno e vivis excessisse, præter Auctores a Baronio citatos ac Theophanem in Chronico testatur Eunapius, qui continuationem Annalium Dexippi anno quo Chrysostomus in exilium missus, & Eudoxia demortua, absolvit, apud Photium in Biblioth. Cod. LXXVII. ubi Photius ait: *Historia sua terminum ponit, quando Arsacius, Joanne Chrysostomo exterminato, solium Episcopi occupavit, Arcadiique Imperatoris uxor gravida, & mox abortiens vita decessit.* Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. ejus mortis diem ac mensem his verbis notavit. *Mortua est Eudoxia Augusta mense Hyperberetæo, pridie Non. Octob. feria V. & humata est in Ecclesia SS. Apostolorum, Hyperberetæo mense, IV. Id. Octob. feria IV.* Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui Eudoxiam post Chrysostomum mortuam tradit, & quo innixus Baronius mortem ejus usque ad annum CCCCVII. differt, scriptor est in Historia futilissimus & mendacissimus, quibus illum coloribus Photius in Bibliotheca Auctor acerrimi judicii depingit, & aliquot exemplis Petavius lib. II. de Doct. Temp. cap. 47. complurimus vero Blondellus lib. contra Primatum Ecclesiæ pag. 1229. & seqq. demonstrant, ostenduntque eum Auctores, quos citat, sæpissime corrupisse, multaque in Historia commentum esse. Ad aliud Baronii fundamentum ex Epistolis Innocentii Papæ deductum præfato anno respondebimus. Porro Zonaras, aliique quidam ideo *Eudoxiam* tribus a Chrysostomi obitu mensibus elapsis periisse scribunt, quia tribus post exilium Chrysostomi mensibus extincta est. Is error irrepsit in Breviarium Romanum ac lectiones Officii S. Chrysostomi. Eudoxia longe *a viri desidia ac socordia distabat. Inerat enim ei nonnihil Barbaricæ audaciæ*, inquit Philostorgius lib. II. cap. 6. religionem tamen Christianam summopere coluit, hinc Zosimus pag. 800. & alibi varias calumnias in eam comminiscitur, quod Gentilium templa evertenda curasset.

XXIX. *Ab hoc anno removeri non debet.*

Quia vero Zosimus, ut mox vidimus, scribit, cum de ædificiis Constantinopoleos flammis absumptis instaurandis cogitaretur, *Isaurorum* incursiones in ea Urbe nunciatas, Arbazaciumque Ducem, qui laborantibus Pamphyliæ rebus succurreret missum, Spondanus in Epitome conten-

His'adde : Si verum est, eam hoc anno adeo prodigioso interitu extremum elausisse diem ; quomodo Palladius, unus ex Joannis fautoribus, cum recenset feriatim omnes qui ob persecutionem illatam Chrysostomo a Deo male multati sunt, de malis illatis Eudoxiæ ne verbum quidem, quæ ante omnia fuerant recensenda ? plane significans ea nondum hoc tempore facta esse : sed de his modo hactenus. Quæ aotem post hæc acciderunt, sequenti anno dicturi sumus.

CXXIII. Concilium Carthaginense. (a) Apud Concil. Africa. 60.

At res Occidentales jam ad se evocant orationem. Hoc enim anno, iisdem Consolibus Honorio sextum & Aristeneto, VI. Kalendas Julias, habita est Carthagine Synodus, ex qua (a) decreta est legatio ad Honorium Imperatorem contra Donatistas, ut Imperatoria cogerentur auctoritate pacifice agere, qui fraterna conventione, qua ad pacem & concordiam fuerant invitati, contempta, in eos convenientes Episcopos armata manu (ut plaribus diximus) grassati essent. Porro cjusmodi ab Imperatore exigendæ petisionis quæ causa præcesserit, diximus anno superiori. Sic itaque delecti sunt, ad hæc peragenda duo legati Episcopi Theasius & Evodius ; quibus, quid agendum esset, scriptis data est admonitio, in hæc verba :

Legatio ex Concilio Carthaginensi ad Honorium Imperatorem.

CXXIV. *Commonitorium fratribus Theasio & Evodio legatis ex Carthaginensi Concilio ad gloriosissimos religiosissimosque Principes missis.*

Cum Domini auxilio pissimos Imperatores adierint ; eis insinuent, quemadmodum plena fiducia, secundum superioris anni Concilium, Donatistarum præpositi Actis municipalibus sunt conventi ; ut si confiderent de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent, & mansuetudine Christiano, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare ; quo ita sinceritas Catholica, quæ jampridem superioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam, vel pertinaciam resistentibus innotesceret. Sed quia diffidentia premebantur, nihil pene ausi sunt respondere. Unde quia impletum est erga eos Episcopale ac pacificum officium ; & illi qui veritati respondere nequiverunt, ad immanes violentias sunt conversi, ita ut multos Episcopos, multosque clericos (ut de laicis taceamus) insidiis oppresserint, ecclesias etiam aliquas invaserint, aliquas invadere pertentarint : ipsorum jam clementiæ est consulere, ut Ecclesia Catholica, quæ eos religioso utero genuit, & fidei firmitate nutrivit, eorum etiam prospectione muniatur : ne temerarii homines religiosis temporibus infirmos populos terrendo, prævaleant ; quoniam secundum leges depravare non possunt. Nota est enim, & sæpe legibus conclamata Circumcellionum, qua furiunt, detestabilis manus : quæ etiam ipsorum religiosissimorum supra Principum sequentibus sanctionibus condemnata est : adversus quorum furorem possemus non insolita, nec a Scripturis sanctis aliena impetrare subsidia ; quando Apostolus Paulus (sicut in Apostolorum Actibus fidelibus notum est) factiosorum conspirationem militari etiam submovit auxilio. Sed nos illud poscimus ut Catholicis Ecclesiis ordinet per civitates singulas, & vicinorum quorumque possessorum, per diversa loca sine ulla dissimulatione tuitio præbeatur.

Quæ ab Imperatore Honorio petituri essent Legati Episcopi.

CXXV. Lex de auraria multa renovanda.

Simul etiam petendum, ut illam legem, quæ a religiosa memoria, eorum patre Theodosio, de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores (ubi eorum congregatio deprehenditur) promulgata est : ita deinceps confirmari præcipiant, ut in eos valeat, contra quos propter eorum insidias Catholici provocati contestationem deposuerunt ; ut hoc saltem tenore a schismatica vel hæretica pravitate desistant, qui consideratione æterni supplicii emendari corrigique dissimulant.

CXXVI. *Petendum etiam, ut lex, quæ hæreticis vel ex donationibus, vel ex testamentis aliquid capiendi vel relinquendi denegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi vel sumendi jus adimant, qui pertina-*

PAGIUS

tendit, *Eudoxia* mortem hoc anno non contigisse. Verum cum incendium die vicesima Junii contigerit, & *Eudoxia* mors die sexta mensis Octobris occidisse dicatur, potuit *Arbazacius* intra intervallum illud & Isauros comprimere, & prædam ad Augustam mittere, imo & deliciis indolgere, & res captas eidem offerre, postquam revocatus est ; Pamphylia enim ab Urbe Constantinopolitana parum dissita, & *Arbazacius* bellum illud non confecit, sed alius in ejus locum missus, licet id Zosimus non dicat. Fateor enim post *Arbazacii* discessum *Isauros* nondum aperte gentes proximas aggressos esse, & Palladius in vita Chrysostomi docet, Valentinianum Comitem contra Isauros missum.

XXX. A num. CXXIII. ad CXXX. *Honorio Aug. VI. Cos. Kalendas Julias Carthagine* Concilium Carthaginense celebratum refertur a Collectoribus Canonum Africanorum, quod legationem adversum Donatistas tractatum respoentes misit ad Honorium Imp. cum Commonitorio, quo rogant Episcopi tuitionem pro Catholicis contra Donatistas & Circumcelliones, ac leges renovari de mulcta pecuniaria, aliisque. *Honorio Aug. sextum Consule, VII. Idus Decemb. & pridie Iduum Decembrium*, habita est publice in Hipponensi Ecclesia Notariis excipientibus Disputatio inter Augustinum & Felicem Manichæum, qui post secundam vel tertiam collationem *ad nostram conversus est fidem atque Ecclesiam*, ut inquit Possidius in Augostini vita cap. 16. Refertur ea Disputatio Tom. VIII. Operum Divi Augustini juxta recentem editionem a Patribus Benedictinis curatam, liquetque, quod non semel ob-

Legatio Episcoporum Africanorum ad Honorium Imp.

ciæ furore cæcati in Donatistarum errore perseverare voluerint: cæterum illis, qui consideratione unitatis & pacis se corrigere voluerint, absque interdicto hujus legis capiendæ hæreditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis aliquid ante donationis vel hæreditatis obvenit: his sane exceptis, qui lite pulsati, putaverint ad Catholicam transeundum: quia de talibus credibile est, non metu cælestis judicii potius, quam terreni commodi aviditate, unitatem Catholicam præoptasse.

Ad hæc autem officia præsidio opus est potestatum suarum quarumcumque provinciarum. Sane pro utilitatibus Ecclesiæ quicquid intellexerint prodesse, agendi & impetrandi liberam decernimus legationem. Hæc sunt quæ per legatos decrevit S. Synodus ab Honorio petenda esse.

CXXVII. Interea vero, ut, dum iidem redirent legati, consultum esset Catholicorum securitati, ex eadem Synodo litteræ datæ sunt ad Judices, ut patrocinium susciperent Catholicorum: additæque legatis litteræ commendatitiæ ad Romanum Pontificem, vel alios Episcopos in locis illis, ubi Imperatorem morari contigisset. Annuit his omnibus Imperator Honorius, ut ex ejus rescriptis anno sequenti datis intelligi potest: ad illud enim usque tempus ejusmodi negotiam perductum est. Meminit hujus ex Concilio decretæ legationis S. Augustinus in epistola ad Bonifacium (a), & aliis in locis anno superiori recensitis, ubi occasione Generalis Concilii hujuscemodi historiæ tractationem fusius prosecuti fuimas: reliqua vero anno sequenti.

(a) Aug. ep. 50.

CXXVIII. Disputatio Felicis Manichæi cum S. August.

Quod rursum ad Africanæ Ecclesiæ res gestas pertinet: hoc ipso anno, sub iisdem Consulibus (ut Acta publica a Notariis excepta docent) S. Augustinus Hippone regio in ecclesia coram populo cum Felice Manichæo, qui ad hoc ipsum (ut idem Augustinus testatur) illac venerat, ut errores Manichæorum disseminaret, biduo disputavit: cujus quidem disceptationis Possidius (b) meminit. Felicissimum sane ejusdem Felicis conversione ad Catholicam veritatem nacta est hæc disputatio finem; cum alioqui hic versutior Fortunato fuisset hæreticus, & plane audacissimus ausus sit in ecclesia sua sanctum Augustinum agentem appetere. Sed reddamus hic ad finem diei secundæ disputationis positam, a Notariis exceptam, ipsius Felicis damnationem hæresis, ac veræ fidei confessionem; sic enim ſe habet: *Cum eamdem chartam Augustinus Felici dedisset, etiam ille manu sua hæc verba scripsit (c): Ego Felix, qui Manichæo credideram, nunc anathematizo eum, & doctrinam ipsius, & spiritum seductorem, qui in illo fuit: qui dixit, Deum partem suam genti tenebrarum misisse, & eam tam turpiter liberare, ut virtutes suas transfiguraret in feminas contra masculina, & ipsas iterum in masculos contra feminina dæmonia, ita ut postea reliquias ipsius suæ partis configat in æternum globo tenebrarum. Has omnes & cæteras blasphemias Manichæi anathematizo:* & ad postremum apposita est iisdem Actis utriusque subscriptio in hæc verba:

(b) Possid. in Vit. August. c. 16.

(c) Aug. contr. Felicem Manich. l. 2. in fin.

Felix Manichæus a S. Augustino conversus ad fidem Catholicam.

Augustinus Episcopus his in Ecclesia coram populo gestis subscripsi.

Felix his gestis subscripsi.

☞ Post hanc Felicis subscriptionem subjicienda sunt ista, quæ inter cætera antiqua monumenta a Nicolao Fabro Parisiis accepta, ea Bibliotheca Colon. Gervasiani descripta, in cujus codice in fine libri S. Augustini de hæresibus ad Quodvultdeum, hæc posita leguntur: *Ego C. unus ex Manichæis scripsi, quia si discessero unquam gesta subscribantur, sic sum habendus, ac si Manichæum non anathematizaverim. Felix conversus ex Manichæis dixi sub testificatione Dei me omnia vera confiteri, de quo scio esse Manichæos vel Manichæas in partes Cæsariensis Mariam & Lampadiam uxorem Mercurii Argentarii: cum quibus etiam apud Electum Eucharistum pariter oravimus, Cæsariam & Lucillum filiam suam, Candidam quæ commoratur Thipasæ, Victorinam Hispanam, Simplicianum Antonini patrem, Paulam & so-*

PAGIUS

servavimus, annis *Decennalibus* & id genus festis addictis publicas de fide *Collationes* de more habitas & legationes ad Imperatores missas, ad Edicta adversus hæreticos ab eisdem petenda.

XXXI. Disputat Augustinus cum Felice Manichæo.

Hinc Epistola Divi Augustini LXXVI. quæ veteri ordine est CLXXI. hoc anno videtur scripta, at in eadem Operum Divi Augustini editione notatum. Ex Augustino enim constat, cum ex decreto Generalis totius Africæ Concilii anno præcedenti habiti facta fuisset Donatistarum Episcopis, per quemque Catholicum Episcopum in sua diœcesi, citatio publicorum Actorum forma, ut ad pacificam collationem venire non cunctarentur, respondisse illos, *verbis dolo, maledictione, amaritudine plenis*, ex lib. 3. contra Cresconium cap. 45. Ipse etiam *Proculeianus* Donatistarum Episcopus apud Hipponem ab Augustino interpellatus, primo quidem respondit, suæ partis Episcopos Concilium habituros, & illic deliberaturos, quod responsum redderent. Tum denuo pulsatus, Collationem aperte recusavit ex Epistola Augustini LXXXVIII. num. VII. quæ in vulgatis editionibus est LXVIII. Quapropter ipsos eorum Laicos, Epistola LXXVI. quæ alias erat CLXXI. ad Donatistas inscripta, hujus anni initio interpellandos censuit Augustinus: *vel vobis Laici*, inquit num. IV. *ad ista respondeant Episcopi vestri, si nobiscum loqui nolunt*, &c. *Si lupi Concilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant, quare oves consilium perdiderunt, ut ad luporum speluncas accedant?*

sororem suam, qui sunt Hippone, quas etiam per Mariam & Lampadium scivi esse Manichæas: hoc tantum scio: quod si aliud inventum fuerit me scire supra quam dixi, me reum ego ipse confiteor: subjiciebatur his præterea ejusdem S. Augustini admonitio de recipiendis Manichæis, novem complectens anathematismos, quam Commonitorium nominat: atque sic se habet:

S. Augustini commonitorium de recipiendis Manichæis pœnitentibus.

Commonitorium S. Augustini Episcopi Ecclesiæ Catholicæ quomodo sit agendum cum Manichæis, qui convertuntur, & quos pœnitet hujus nefandi erroris.

Cum anathematizaverint eamdem hæresim Manichæorum secundum formam infrascriptam, libellumque dederit unusquisque eorum confessionis & pœnitentiæ suæ, atque anathematis eorum, petens in Ecclesia vel catechumeni vel pœnitentis locum, si libellus ejus Episcopo placuerit, eumque susceperit, det ei epistolam cum die & Consule, ut nullam de superiore tempore molestiam, vel de publicis legibus, vel de disciplina Ecclesiastica patiatur: & post ipsum diem si aliquibus indiciis Manichæus apparuerit, sentiat justitiæ severitatem, quæ talibus rebus adhibenda est, id est, ut ab ejus consortio vel amicitia, vel quacumque societate Christiani se abstineant, secundum Apostolicam disciplinam. Commendentur autem qui epistolas ab Episcopo acceperint, religiosis Catholicis viris, vel cohabitatoribus suis sive clericis sive laicis, per quorum erga se curam frequentent ad audientiam sermonis Dei, & quorum testimonio possint innotescere, ne facile admittantur ad Baptismum si catechumeni sint, nec ad reconciliationem, si pœnitentiæ locum acceperint, nisi periculo mortis urgente, vel si eos aliquanto tempore probatos esse cognoverint Episcopi per eorum testimonium, quibus fuerint commendati. Formam ergo secundum quam debent hanc hæresim qui corriguntur anathematizare, ista est.

Forma Anathematizandi hæresim Manich.

Qui credit duas esse naturas diversis principiis existentes, unam bonam, quod est Deus, alteram malam, quam non creavit Deus, habentem principes suos, & mala sua, quæ non creavit Deus: Anathema sit.

Qui credit duas naturas bellum inter se gessisse, & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuisse permixtam, & ab eis teneri colligatam, oppressam, inquinatam, per quod & credi facit Dei naturam esse mutabilem & coinquinabilem: Anathema sit.

Qui credit partem Dei ligatam & inquinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, fruticumque generibus, & per escas Manichæorum electorum solvi atque purgari, ut credatur pars Dei polluta te-

neri in cucumeribus & melonibus & radiculis & porris & quibusque vilissimis herbulis, & eis subveniri, cum ab Electis Manichæorum ista comeduntur: Anathema sit.

Qui credit hominem primum, qui est appellatus Adam, non a Deo factum, sed a principibus tenebrarum genitum, ut pars Dei quæ in eorum membris captiva tenebatur, copiosius & abundantius in terra teneretur, & isto modo creatum, cum masculi & feminæ principes tenebrarum concubuissent, & fœtus suos majori principi tenebrarum dedissent, & ille omnes comedisset, & cum sua conjuge concubuisset, atque ita ex illa Adam generasset, ligans in illo magnam partem Dei quæ ligata fuerat in omnibus fœtibus principum tenebrarum, quos ei manducandos dederunt: Anathema sit.

Qui credit principes tenebrarum ligatos esse in cælo, habentes in se colligatam in angustiis atque angoribus vitalem substantiam, hoc est partem Dei, & eo modo liberari de membris eorum, cum beatus Pater qui lucidas naves habet, diversoria & habitacula, id est solem & lunam, virtutes suas transfigurat in feminas pulchras, quas opponit concupiscendas masculis principibus tenebrarum, & in masculos pulchros quos opponit concupiscendas feminis principibus tenebrarum, ut per ipsam concupiscentiam solvatur ex eis vitalis substantia, id est pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur: Anathema sit.

Qui credit partem Dei, quæ de commixtione gentis tenebrarum non potuerit liberari atque purgari, damnari eam & in æterno affligi horribili globo, in quo globo includitur gens tenebrarum: Anathema sit.

Qui credit legem, quæ data est per Moysem, non esse a bono & vero Deo datum, nec Spiritu Dei boni & veri locutos Prophetas qui fuerunt in populo Israel, & in Canone Scripturarum divinarum habentur apud Catholicam Ecclesiam: Anathema sit.

Qui credit non habuisse veram carnem Filium Dei D. N. JESUM Christum, nec natum esse de Virgine Maria, neque veram carne mortem fuisse perpessum, & a mortuis revixisse, sed tantummodo spiritum fuisse sine carne; sic autem apparere voluisse, ut & caro putaretur, quæ non erat, atque hoc modo contradicit Evangelio, ubi legitur Domino ipso dicente: Videte manus meas & pedes meos, palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Qui ergo sic confitetur Christum Dominum, ut verum & integrum etiam hominem neget: Anathema sit.

Qui credit Manem sive Manichæum, qui suprascripta omnia quæ anathemate & dam-

natione sunt dictu digna, prædicavit & docuit, Spiritum sanctum habuisse paraclitum; cum ea omnia docere non potuit Spiritus veritatis, sed spiritus falsitatis, Anathema sit: & præcipue ipse Manes sive Manichæus, qui omnes suprascriptas impietates & alias sacrilegas & damnabiles fabulas docuit & conscripsit & credendas miseris persuasit, attendens spiritibus seductoribus & doctrinis dæmoniorum mendaciloquorum, Anathema sit: his subjiciuntur ista:

Item forma epistolæ quam dat Episcopus converso, ista est:

Forma Epistolæ quam dat Episcopus Manichæo converso.

Quoniam te Manichæorum Auditorem novimus fuisse, ut ipse confessus es, anathema dicens blasphemiis, & impiissimæ atque immundissimæ hæresi eorum, ex qua te nonnisi Fides Catholica salvum fecit, habebis hanc epistolam adversus eos qui tibi temporis præteriti errorem, quantum ad istam nefariam pertinet sectam, objiciendum putaverint, quæ scripta est die illo & Consule illo.

Electis vero Manichæorum, qui se converti dicunt ad Catholicam Fidem, etiamsi & ipsi secundum superiorem formam eumdem hæresim anathematizaverint, non facile dandæ sunt litteræ, sed cum Dei servis esse debebunt, sive clericis sive laicis in monasterio vel xenodochio, donec appareant penitus ipsa superstitione caruisse, & tunc vel baptizentur, si non fuerint baptizati, vel reconcilientur, si pœnitentiæ locum acceperint; ne acceptis cito litteris, loca in quibus fuerant commendati deserant.

Commonitorium B. Augustini Episcopi de hæresi Manichæorum sub execratione anathematis explicit ☞.

CXXIX.

Felice igitur ad Catholicam fidem converso, jam hæresis ipsa Manichæorum, etsi non prorsus extincta, sane quidem enervata atque debilitata penitus fuit, ut nullus posthac inventus sit, qui publice ejus patrocinium suscipere ausus fuerit, jam ante Fausto inde submoto. Nam cum Imperatorum legibus Manichæi in Africa exagitati fuerint; ipse erroris convictus in judicio, a Præside fuerat in insulam relegatus, ut idem sanctus Augustinus (a) testatur, qui adversus eum commentarios elaboravit, ubi ait: *Faustus autem convictus, vel confessus quod Manichæus esset, cum aliis nonnullis secum ad judicium Proconsulare perductis, eis ipsis Christianis, a quibus perducti sunt, intercedentibus, levissima pœna (si tamen pœna dicenda est) in insulam relegatus est: quod sua sponte quotidie servi Dei faciunt, se a turbulento strepitu populorum removere cupientes, & unde publica terrenorum Principum vota per indulgentiam solent relaxare damnatos. Denique non multo post inde omnes eadem solemni forte dimissi sunt.* Hæc Augustinus de Fausto Manichæorum Episcopo, commendans in his mansuetudinem Catholicorum. Porro adversus ejus scripta idem Augustinus triginta libris quam fortissime disputavit.

(a) *Aug. contra Faust. l. 5. c. 8.*

Faustus Manichæus damnatus & restitutus.

CXXX.

Hoc item anno, iisdem Consulibus, Innocentius Papa decretalem epistolam dedit ad S. Victricium Rothomagensem Epi-

PAGIUS XXXII. *Decreta ab Innocentio PP. ad S. Victricium missa.*

Ad num. CXXX. & seq. Hoc anno *Innocentius* Papa decretalem Epistolam misit ad Sanctum *Victricium* Rotomagensem Episcopum, qua eum monet, ut illam Episcopis suffraganeis & vicinis Ecclesiis notam faciat, ut cognoscatur quæ sit Ecclesiæ Romanæ praxis. Innocentius Epistolam illam *Librum Regularem* appellat, qui alius esse non videtur ab iis decretis, quæ adeo Epistolæ ipsi conjuncta sunt, ut illius partem constituere videantur. Duo ultima sunt, *eas, quæ Christo spiritaliter nupserunt, & velari a Sacerdote meruerunt, si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint, non admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se junxerunt, de seculo recesserit, & eas quæ vivente adhuc viro alteri nupserint, haberi adulteras, nec eis concedendam esse agendæ pœnitentiæ licentiam, nisi unus ex eis fuerit defunctus.* Statuit decretum XIII. ac postremum, *pœnitentiam aliquanto tempore iis esse agendam, quæ nupserint, postquam in proposito virginitatis semper manere promiserant, etiamsi velatæ non fuerint.* Hi duo articuli citantur ex Epistola Innocentii I. ad Victricium Rotomagensem in Concilio Turonensi II. & ibi approbantur. Quare male Heterodoxi utuntur iis articulis, ut eam Innocentii Epistolam sugillent, vel etiam penitus rejiciant, quia de verbo ad verbum *Siricii* Epistolam complectitur; cum tamen id melius præstare non potuerit *Innocentius*, quam majorum instituta tradendo. Quam ob rem, inquit Editor Operum Divi Paulini in dissert. IV. *de Sancto Victricio* cap. 4. nemo jure dubitaverit de Epistola Siricii a Concilio Teleptensi & a Ferrando laudata, neque de decretali Epistola Innocentii, quam Dionysius Exiguus inseruit integram in codice Ecclesiæ Romanæ. Ea Epistola dicitur data *XV. Kalend. Martias, Honorio Aug. VI. & Aristæneto Coss.* Sed cum hæc subscriptio absit a manuscripto, quo Justellus usus est, & satis cohærere non possit cum profectione Romana *Victricii* hoc anno suscepta, non dubito, quin ea additilia sit.

XXXIII. *Virtutes Sancti Victricii Episc. Rotomagensis.*

Sancti *Victricii* mors non multo post accidit; cum nulla amplius de eo in antiquis monumentis mentio occurrat. Colitur die VII. mensis Augusti. Militiam primum professus est, sed amore Christi succensus eandem postea respuit. Quo in furias concitato Tribuno, in verbera *Victricius* districtus est, & morti damnatus, a qua nonnisi per miraculum liberatus, ut narrat Paulinus in Epistola XVIII. alias XXVIII. ad eum data. Quod Baronius anno CCCLXII. num. CCLXIV. existimat contigisse, dum *Julianus* imperaret. Victricius postea ante annum CCCXC. octavus Rotomagensis Episcopus creatus est, ejusque studiis & cura Rotomagus, in longinquis Provinciis innotuit: *Nunc Rotomagum & vicinis ante regionibus tenui nomine pervulgatum, in longinquis etiam Provinciis nominari venerabiliter audimus, & inter urbes sacratis locis nobiles cum divina laude numerari,* inquit Paulinus in laudata Epistola num. V. qui antea di-

Sanctissimi Episcopi soliti consulere Apostolicam sedem.

Episcopum, quam ipse expetiisset, ut in his quæ spectant ad Ecclesiasticam disciplinam, normam ab ipsa Apostolica sede acciperet. Hic namque ille magnus Victricius ætate longævus, jam olim Juliani Apostatæ temporibus miles, Christi confessor, miraculis egregie nobilitatus: cujus præclarum certamen ex S. Paulino Nolano Episcopo, suo loco, quarto tomo a nobis recitatum est. Vides pios, & doctrina spectatos sanctissimos Episcopos, quantumlibet satis ipsi sibi ad informandam plebem fidelem Ecclesiasticis institutis esse videri possent, ex fonte tamen solitos originario haurire aquas; quod nimirum majoria scirent roboris esse, & majori suscipi reverentia, quod ab Apostolica sede constaret esse petitum. Porro quod hoc anno Victricius egit, id ipsum præstitit sequenti anno S. Exuperius Episcopus Tolosanus, & alii aliis temporibus semper: ut appareat, sanctos quosque Dei amicitia conjunctos, gratiaque miraculorum pollentes, ad sedis Apostolicæ doctrinam, tamquam ad divinum semper in Petro loquens oraculum, convenire solitos; illud firmum solidumque existimantes, quod tantæ sedis auctoritate intelligerent comprobatum. Ut plane perspicias, quales habendi sint, qui ejus refugiant disciplinam, ac potestatem divinitus in Petro a Christo impertitam contemnant.

CXXXI. Redarguuntur Novatores de epistola Innocentii Papæ.

☞ Quod vero Novatores dictam Innocentii Papæ fugiiicnt epistolam, dum ipse negat recipiendam esse pœnitentiam sacræ virginis lapsæ, nisi defuncto viro, cui se titulo nuptiarum conjunxerat; objicientes inique actum differendo lapsæ pœnitentiam in obitum adulteri. Sed nihil æquius atque sanctius valuit decreto Romani Pontificis definiri, quam ut rejiciatur prætensa lapsæ virginis pœnitentia, quæ titulo nuptiarum cum adultero tamquam legitimo viro cohabitare delegit. Ita plane a S. Victricio Episcopo Rothomagensi causam esse propositam, quæ idem Innocentius Papa præfatur in ea quam ad ipsum reddit epistola, intelligi potest, dum ait: *Quosdam enim asseris extitisse, qui statuta majorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumptione violant, populi favorem sequentes, & Dei judicium non timentes:* quod dicerent nuptias jure civili tantummodo contrahendas, contractasque ratas esse habendas, nec ulterius solvendas. Præsumptivas has nuptias Gilda hujus temporis scriptor nominat, ubi lugens hæc ait: (a) *Spernuntur namque primæ post monachi votum irritum, illicitæ licet, tamen propriæ conjugis præsumptivæ nuptiæ, alia viri viventis non externi, sed fratris filii adamata &c.* Qui igitur in ejusmodi nuptiis perseverare decernerent, plane inhabiles penitus reddebantur, quibus pœnitentiæ remedio posset Ecclesia subvenire, nisi adultero conjugis loco habito morte sublato. Quam autem pronus ad indulgentiam, facilisque ad veniam impertiendam Innocentius Papa esset, quæ idem ipse scribit ad S. Exuperium Episcopum Tolosanum declarant. Sunt pleraque alia, quæ in ejusdem Innocentii Papæ epistolis esse nævos iidem Novatores obtrectant: quæ cum ab Apostolicis traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina, usu Ecclesiæ sibi vendicent auctoritatem, gemmas potius esse, quam nævos, nisi limis oculis aspexissent, satis intelligere ac perspicue cognoscere potuissent ☜.

(a) *Gild. de excid. Britan.*

CXXXII. Obitus Paulæ.

Iisdem hujus anni Consulibus, Honorio sextum & Aristeneto, S. Hieronymus obitum S. Paulæ consignat, ubi ait: (b) *Dormivit sancta & beata Paula septimo Kalendas Februarii, tertia sabbati, post Solis occubitum: sepulta est quinta*

(b) *Hier. epist. 27.*

PAGIUS

xerat, *Morinos & Nervios* in Belgio *tenui jam spiritu* fidem veritatis afflasse, sed Pastorum negligentia & frequenti Barbarorum incursu eam incrementum non fecisse, ideoque *Victricium* in vas electionis Deum excerpsisse, in quo sanctificaret illic nomen suum. Legenda citata Dissertatio, in qua quæ ad Victricium pertinent, examinantur, & præterea quæ de eo habet Baronius anno CCCXCVI. num. XV.

XXXIV. Moritur S. Paula.

Ad num. CXXXII. & seq. Sancta *Paula* vidua Romana, quæ institutionem monasticam valde promovit, obiit Bethlehemi in Judæa, ut docet Sanctus Hieronymus in Epistola XXVII. ad Eustochium Virginem ejus filiam data, quæ Paulæ vitam complectitur. In ejus Epitaphio ibidem recitato dicitur, obiisse *septimo Kalend. Febr. tertia Sabbati, post Solis occubitum: sepulta V. Kalend. earumdem, Honorio Aug. sexies & Aristaneto Coss.* vixisse in sancto proposito *Romæ annos V. Bethlehem annos XX.* & omne vitæ tempus implesse *annis LVI. mensibus VIII. diebus XXI.* Quare nata erat mense Maio anni CCCXLVII. vixitque Romæ vidua ab an. Christi CCCLXXIX. in Bethlehem vero ab anno CCCLXXXIV. Ibi extruxit cellulas ac monasteria, in quorum altero viri habitabant, uti Divus Hieronymus, & Sanctus Eusebius Cremonensis, in altero autem ipsa degebat, *habitu a matronis ceteris separato religiosior*, ut in vita Sanctæ Blæsillæ dicitur. Sanctam *Paulam*, filiamque *Eustochium* ad studium sanctimoniæ induxerat Sanctus Hieronymus, ideoque ingens odium sibi conciverat apud Romanos, nec sine suspicione, quod eas turpiter amaret, ut ipsemet Hieronymus Epist. XCIX. ad Asellam docet. *Toxotio* marito quinque liberos Paula peperit, Sanctam *Blæsillam* nuptam, sed mox viduam, quæ die XXII. Januarii colitur, sanctam *Eustochium*, cui sacer est dies XXVIII. Septembris, *Paulinam*, *Rufinam*, & *Toxotium* filium, de quibus Baronius anno CCCLXXXII. num. XL. & seqq. Colitur sancta *Paula* die XXVI. Januarii, & in aliquibus Martyrologiis die XXVII. ejusdem

10 Kalend. earumdem, Honorio Augusto sextum & Aristeneto (sic restituendum pro Aristenio) *Consulibus. Vixit in sancto proposito Romæ annis quinque, Bethlehem annos viginti: omne vitæ tempus implevit annis quinquaginta sex, mensibus octo, diebus viginti & uno.* Hæc ipse ad finem epistolæ ad Eustochium, qua ejusdem clarissimæ atque sanctissimæ feminæ res gestas prosecutus est. Sed cujus nos hic obitum ex ratione temporis ponimus, ejusdem prosequamur & funus: quo veteres pariter mores Ecclesiæ referentur. Ait enim S. Hieronymus:

CXXXIII. Funus ejusdem.

Exhinc non ululatus, non planctus, ut inter sæculi homines fieri solet; sed psalmorum linguis diversis examina concrepabant. Translataque Episcoporum manibus, & cervicem feretro subjicientibus. Ita quidem more majorum, quo transferri consuevisse sacras sanctorum reliquias, alibi adnotavimus; Sed pergit: *Cum alii Pontifices lampades cereosque præferrent, alii choros psallentium ducerent, in media Ecclesia speluncæ Salvatoris est posita. Tota ad funus ejus Palæstinarum urbium turba convenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula sua tenuit? Quam virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegum putabant, qui non tali feminæ ultimum reddidisset officium. Viduæ & pauperes, in exemplum Dorcadis* (a), *vestes ab ea præbitas ostendebant: omnis inopum multitudo matrem, & nutritiam se perdidisse clamabat. Quodque mirum sit, nihil pallor mutaverat faciem: sed ita dignitas quædam, & gravitas ora compleverat, ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo, donec subter Ecclesiam & juxta specum Domini conderetur, sed per omnem hebdomadam; cunctis qui venerant, suum funus, & proprias credentibus lacrymas.* Hæc de funere: pergit jam dicere de Eustochio matri carissimæ extrema persolventi: cui nec nummum quidem tradit a matre esse relictum, sed magnum æs alienum, & curam fratrum ac sororum, nempe monachorum, & monacharum, quorum illa construxerat monasteria. Hæc vero una cum Paula nepte, Toxotii fratris filia, ibidem ad obitum usque digno sanctitatis perseveravit exemplo: sed de ea rursum inferius.

(a) Act. 9.

CXXXIV.

Hoc anno idem S. Hieronymus editam a Theophilo novissimam Paschalem epistolam, sicut de aliis antea fecerat, in Latinum transtulit. Testatur id quidem ipse in epistola hoc ipso anno ad eundem Theophilum scripta, in qua de Sanctæ Paulæ obitu meminit, deque afflictione quam ipse ob Ecclesiæ turbines pateretur, significans plane turbas Ecclesiæ Constantinopolitanæ ob expulsum a sede Chrysostomum ejus Episcopum, ait enim (b): *Ex eo tempore, quo beatitudinis tuæ accepi epistulas juncto Paschali libro, usque ad præsentem diem, ita mærore, luctu, & sollicitudine, ac diversis super statu Ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, ut vix volumen tuum potuerim in Latinum sermonem vertere:* & ad postea.

(b) Hier. epist. 32.

PAGIUS

dem mensis, ut videre est apud Bollandum, qui pluribus vitam ejus illustrat.

XXXV. Tertia Epistola Paschalis Theophili.

[1] Ad num. CXXXIV. & seq. Edita hoc anno a *Theophilo* Patriarcha Alexandrino tertia Epistola Paschalis, qua Pascha *die XXII. Pharmuthi*, seu die XVII. Aprilis nostri, celebrandum indicit. Hanc eodem etiam anno Divus Hieronymus in Linguam Latinam statim vertit, ut recte Baronius in Annalibus habet. Sed quod subdit ex conjectura, concitatas scilicet a Theophilo adversus Chrysostomum turbas ægerrime tulisse Hieronymum, stare non potest, cum, ut observat Doctissimus Præsul Huetius lib. 2. Origenian. cap. 4. sect. 2. num. 29. Hieronymus ejus expulsionem & exilium Theophilo per Epistolam gratulatus sit: *Unde & nos*, inquit, *Joannem, qui dudum Constantinopolitanam rexit ecclesiam, Deo placere semper optavimus, & causas perditionis ejus, in quas ferebatur improvidus, nequaquam credere voluimus*, & cætera anno CCCCII. a nobis relata.

XXXVI. Leges tres de Judæis hoc anno datæ.

Extant constitutiones tres *de Judæis* in Codice Theodosiano hoc anno datæ, quarum Baronius non meminit. Prima est ordine 15. qua *Arcadius* Imp. Privilegia Patriarcharum Judæorum, eorumque qui ab eis præpositi, confirmavit. Duæ aliæ nempe 16. & 17. ab *Honorio* Imp. Romæ datæ, quarum priore *Judæos & Samaritanos* omni militia privavit. Sparsi erant *Samaritani* per Occidentem, quo pertinet hæc lex, imo & Romæ fuere deinceps Theodorici Italiæ Regis ævo, teste Cassiodoro lib. 3. Epist. 45. Altera *Honorius* Apostolatus seu auri coronarii ex Occidente in Orientem mittendi facultatem restituit, abrogata lege sua *de Judæis* ante

NOTÆ

[1] Huic Baronii conjecturæ accidit opportuna solers doctissimi Hieronymianorum operum editoris nuper conjectura. Observat enim ille epistolam, quæ hucusque unico contextu in præcedentibus editionibus descripta fuerat, ex duobus fragmentis geminarum epistolarum constari. Prius fragmentum exhibet epistolam Theophili ad S. Hieronymum, ab eodem S. Doctore latine redditam, ut ipse in secundo fragmento alterius Epistolæ perspicue docet. Alterum fragmentum est ex Epistola ejusdem S. Hieronymi ad eundem Theophilum responsiva. Porro prius fragmentum continet sententiam illam adversus S. Joannem Chrysostomum. Ex quo demum intelligimus optime suspicatum fuisse Baronium, quod S. Hieronymo ægerrime acciderit expulsio S. Patriarchæ a Theophilo procurata; neque enim in suo ad eundem Theophilum fragmento quidquam scribit in laudem ejus rei, quam Theophilus molitus fuit.

ſtremum hæc de S. Paula : *Ita enim ſanctæ & venerabilis Paulæ confectus ſum dormitione, ut abſque tranſlatione hujus libri uſque in præſentiarum nihil aliud divini operis ſtrepſerim. Perdidimus enim (ut ipſe noſti) repente ſolatium, quod (ut conſcientiæ noſtræ teſtis eſt Dominus) non ad proprias ducimus neceſſitates, ſed ad ſanctorum refrigeria, quibus illa ſolicite ſerviebat.* Sic igitur videas, hoc anno, quo S. Paula obit, S. Hieronymum laboraſſe in reddenda Latinitati ultima Theophili epiſtola: quam illam ipſum eſſe, quæ tertio loco ponitur, ex argumento ejus ab eodem Hieronymo eadem epiſtola ſummatim complexo, ſatis intelligi poteſt, cujus eſt exordium; *Nunc quoque Dei vivi Sapientia*: in qua ex more, poſt nonnulla de jejunio & Quadrageſima, in Origenis errores invehitur,

CXXXV. Hieronymus in quibus jungeretur Theophilo.

Junctus quippe erat S. Hieronymus Theophilo in diſſipandis Origeniſtis, deſtruendiſque erroribus Origenis, non autem in perſecutione ab eo adverſus Joannem Chryſoſtomum excitata, quod deteſtandum videbatur: laude quidem dignum illud, Origeniſtis atque erroribus Origenis reſiſtere: quibus ad perdendam Catholicam veritatem a nonnullis janua jam uperta erat. Cæterum ipſum Hieronymum Chryſoſtomi caſu maximo fuiſſe dolore affectum, adeo ut etiam in febrim inciderit, ipſe ſuæ epiſtolæ exordio tradit, licet eum non nominet: nam de aliis Eccleſiarum turbis nihil eſt quod poſſit intelligi, cum non eſſent alibi alia de re tunc concitati tumultus. Si enim in his conſpiraſſet S. Hieronymus cum Theophilo; certe quidem ſibi gaudendum, illique gratulandum fuiſſet, quod ſcilicet res ex ſententia eveniſſet. Rurſum vero eodem Paulæ obitus tempore, ſe quoque in Latinum vertiſſe Regulas monachorum a S. Pachomio, Orieſio, & Theodoro ſcriptas, ipſe in præfatione illis affixa teſtatur: extant ipſæ in appendice ad Caſſianum Romæ cuſum, & doctis notis viri inſigniter eruditi Petri Ciacconii Toletani egregie illuſtratum. Meminit ſcriptorum Pachomii, Orieſii, atque Theodori Gennadius (*a*) agens de Viris illuſtribus. Vides quanta reverentia proſecuti ſint ſanctiſſimi ac doctiſſimi Patres inſtituta monachorum; quæ Sanctus Hieronymus, hac ex parte etiam commendandus profuturus (ut ipſe teſtatur) Latinis ſuis, in Latinum convertit. Sed jam ad res geſtas ſequentis anni progrediamur.

Hieronymus vertit in latinum Pachomii regulas.

(*a*) Genn. de vir. illuſ. c. 7. 8. 9.

Quin-

PAGIUS

ante quinquennium, anno ſc. CCCXCIX. emiſſa. Quibus ex legibus liquet, Imperatores in Decennalibus & hujuſmodi feſtis Privilegia dare ſolitos, vel eadem revocare.

XXXVII. S. Delphini Epiſc. Burdigalenſis obitus.

Edidit Sanctus *Paulinus* die XIV. Januarii Carmen Natalitium XI. *de Sancto Felice* Presbytero Nolano, cujus pauca ſuperſunt fragmenta, in quibus agitur de ſanctorum Reliquiis, quas Deus per Orbem iis veluti expiandum diſperſit. [1] In ejus carmine 76. dicitur,

Gallia Martinum, Delphinum Aquitania ſumſit.

Quare Sanctus *Delphinus* Epiſcopus Burdigalenſis, qui adfuit Concilio Cæſaraugustæ celebrato CCCLXXXI, & cujus crebra in Annalibus mentio, ante præſentem annum obiit. Extant quinque ad eum Sancti *Paulini* Epiſtolæ, & Eccleſiæ faſtis inſertus eſt ad diem XXIII. menſis Decembris. Eum excepit Sanctus *Amandus* Presbyter Burdigalenſis, vir ſacris literis enutritus, qui a pueritia Chriſto militavit, & innocentiam baptiſmalem conſervavit, ut inquit Sanctus Paulinus in Epiſtola XII. alias XXI. ad eum ſcripta. Dedit etiam ad *Amandum* Presbyterum Epiſtolam II. alias XXIII. & Epiſtolam IX. alias XXII. in quibus per Amandum ſe in Chriſto natum Paulinus recognoſcit, & ſe ejus in Chriſto plantationem dicit.

NOTÆ [1] CArmen iſtud S. Paulini, ex Ambroſianæ Bibliothecæ pluteis erutum, integrum vulgavit Cl. Muratorius Anecdot. to. I.

JESU CHRISTI ANNUS	INNOCENTII PAP. ANNUS	ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS
405.	4.	11.

I. Anthemii Consulis pietas egregia.

QUinto supra quadringentesimum anno, Stilicho secundum & Anthemius Consules creati sunt, in Occidente ille, iste autem in Oriente. Porro Anthemii insignis pietas a Patribus dignis elogiis prædicatur. Ad eum enim, simulac auditum est Consulem creatum esse, S. Joannes Chrysostomus Cucuso ista scripsit (a):

(a) Chrys. epist. 147.

Alii tibi Consulatus atque Imperii nomine gratulantur: ego autem magnificentiæ tuæ causa ipsis quoque majestatibus Imperiisque gratulor: neque enim te ornarunt, verum abs te ornata sunt: quandoquidem etiam ea virtutis natura est, ut honores non aliunde mutuetur, verum ipsa eos in sese circumferat, nimirum hisce dignitatibus honorem præbens, non autem ipsa ab illis accipiens. Eaque de causa ne amori quidem erga te nostro quicquam nunc adjunximus: nihil enim tibi amplius accessit: nec nos Præfectum atque Consulem amamus, sed dominum meum suavissimum Anthemium, cum magna prudentia atque ingenii acumine, tum etiam ingenti philosophia refertum. Ac proinde te quoque beatum prædicamus; non quod ad hunc thronum evectus sis; sed quia uberiorem prudentiæ tuæ atque humanitatis demonstrandæ materiam accepisti. Atque iis omnibus, quibus injuria fit, gratulamur: latum scilicet animæ tuæ portum intuentes, eam vim habentem, ut innumera naufragia depellere queas, atque efficere, ut ii qui in atrocissimam tempestatem inciderunt, ex animi sententia navigent. Ac propterea exultamus, & lætitia diffundimur; Imperium tuum, commune eorum qui injuria afficiuntur, factum esse existimantes: quo etiam nunc ipsi fruimur, ut qui ex virtutum tuarum magnitudine propriam nobis voluptatem fingamus. Hactenus ad Anthemium novum hujus anni Consulem Chrysostomus. Addamus & his quæ inter ipsum Anthemium & S. Aphraatem transacta sunt.

II. Quæ transacta inter Anthemium & Aphraatem.

Coluisse hunc quidem viros pios sanctosque monachos, argumento sunt quæ de eodem Anthemio Theodoretus in Aphraate (de quo nos plura superius) ita scribit (b): *Ajunt autem, Anthemium, qui postea fuit & Præfectus, & Consul, cum electus Legatus profectus est ad Persas, ad eum* (nempe Aphraatem) *attulisse tunicam apud Persas contextam, & dixisse: Cum scirem unicuique suam dulcem esse patriam, & quæ illic nascuntur fructus esse jucundissimos; hanc ex patria ad te attuli tunicam, rogoque, ut eam accipias, ego*

(b) Theod. hist. sanct. Patr. c. 8.

PAGIUS SÆC. V. Olymp. 296. Anno Eræ Hispan. CCCC-XLIII. A.C. 405.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5898.

☉ 22. A. ☽ 7. P. 0. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 405.

INNOCENTII PAPÆ 5.

ARCADII IMP. 23. & 11.

HONORII IMP. 13. & 11.

THEODOSII JUN. 4.

I. Consules.

[1] COss. *Fl. Stilicho II. & Anthemius*: ille in Occidente, hic in Oriente, quem post mortem Arcadii Orientalis Imperii regimen sub Theodosio Principe suscepisse, Baronius num. III. scribit. Plura num. I. & II. de ejus virtutibus habentur.

NOTÆ [1] COss. *Fl. Stilicho II. & Anthemius.* Gruter. pag. MLV. 5.

STILICONIS. CONS. II.

Fabrettus pag. 734. n. 458.

IIII. NON. DECE. STILLICONE
CONS. II.

Vetus inscriptio apud Boissardum P. III. pag. 138. in qua *Stiliconis* nomen erasum est.

....
VIRO. BIS. CONSULI. ORDINARIO
MAGISTRO. UTRIUSQUE. MILITIÆ
&c.

Lapis item in ædibus Capitolinis.

CONS. FL. STILICHONIS. II.

Fasti Idatii & Prosper editus & MS. *Stilichone* II. & *Anthemio*. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Fl. Stilichone*, sine nota geminati consulatus.

ego vero sim tuæ benedictionis particeps. Is autem eam quidem primum jussit poni in subsellio. Deinde cum multi fuissent interjecti sermones, dixit se angi animo, utpote quod sit in duas partes divisa cogitatio. Illo autem rogante causam: Semper (inquit) constitui habere unum solum, qui mecum habitaret: mihique ipsi hanc legem præscripsi, ut mihi omnino denegetur duorum simul habitatio. Cum ergo unus mecum jam sexdecim annis habitasset, & esset mihi cordi: accessit quidam meus contribulis, volens mecum habitare, & rogans ut hoc sibi liceat: hoc mihi mentem distrahit: duos enim simul habere non patiar; contribulem enim amplector ut contribulem: priorem autem, ut qui mihi cordi fuerit, expellere & grave & iniquum existimo. Anthemius vero: Merito (inquit) o Pater: neque enim fas est, ut eum, qui tibi plurimo tempore inservivit, amandes, tamquam non aptum; eum autem, cujus morum nondum fecisti periculum, propter solam admittas patriam. Ad hæc divinus Aphraates: Non *accipiam ergo (inquit) o vir admirande, hanc tunicam; duas enim habere non patiar. Est enim hæc mea quidem sententia jucundior, tua autem melior ea quæ mihi tanto tempore inservivit.* Sic ergo sanctus evitavit, quod instituto suo obstare sciret munus Anthemii.

III. Anthemii fidelitas.

Qui quidem pietatis ac fidelitatis eximium postea specimen edidit, cum defuncto Arcadio Imperatore, pro Theodosio puero regimen suscipiens totius Imperii, eidem ipsum integrum illibatumque servavit. Sic igitur eximiis illustris virtutibus Anthemius, haud majorum suorum voluit offundi tenebris, & perperam gestis infamari; cum illius Philippi nepos fuisse dicatur, qui Arianorum nequissimus S. Paulum Episcopum Constantinopolitanum a throno expulit, & strangulandum curavit (*a*). At de Consule hactenus, nec nos purpura diutius detineat: invisamus potius exulem Joannem Chrysostomum Cucusi commorantem. Qui quidem rigore asperrimæ hiemis ita morbo confectus est, ut pene ex hac vita decesserit: testatur id ipse quidem in epistola ad Olympiadem scripta, cum jam convaluisset, veris tempore: ubi ait (*b*):

(*a*) Socr. l. 7. c. 1.

(*b*) Chrys. epist. 6.

IV. Quæ in hieme passus S. Jo. Chrys.

Ab ipsis mortis januis revocatus, hæc ad te scribo: Et paulo post: *Hiems enim gravior quam solebat, exorta, graviorem quoque nobis stomachi hiemem invexit: nihiloque melius ac commodius, quam qui mortem obierunt, immo etiam, gravius hos duos menses confeci. Hactenus enim lucis hujus usura fruebar, ut malorum, quibus andique cingebar, sensu afficerer. Omniaque mihi noctis instar erant, hoc est tam dies, quam diluculum, atque ipsa meridies: totosque dies lecto affixus exigebam. Cumque innumeras rationes comminiscerer, contractum tamen ex acerrimo frigore detrimentum haudquaquam excutere poteram. Quamvis enim ignem etiam accenderem, & gravissimum fumum perferrem, & cubiculo inclusus tenerer, sexcentisque vestibus memet obvolverem, ac ne limine quidem pedem efferre auderem: nihilominus tamen extremos cruciatus patiebar: quippe cum vomitus subinde orirentur, capitis dolores, cibi fastidia, perpetuæque vigiliæ: siquidem noctis pelagus usque adeo longum insomnis exigebam.* Hæc quidem se perpessum esse ad veris usque tempus ibidem tradit; eademque rursus ad eamdem ipse conscripsit (*c*): quibus & addit: *Hic enim non modo necessariorum medicamentorum penuria est, cæterarumque rerum quibus ægrum ac dolore confectum corpus relevari potest; verum etiam fames, & pestis imminent. Atque hæc omnia mala perpetuus latronum impetus jam parturit, qui quam longissime grassantes, atque omnes undique vias intercludentes, hinc quoque non parvum iis qui iter faciunt periculum creant.* Hæc ipse. Adveniente enim vere, solutaque hieme, Isauri hactenus inclusi domibus, audaciori furore progressi, cuncta deprædatione atque strage miscebant; de quibus frequens est ejusdem Chrysostomi querela ad suos diversos amicos scribentis.

(*c*) Chrys. epist. 15.

V. Jo. Chrysostomi excelsus animus.

Quam autem celso animo ista ipse perferret, & mente superior his omnibus esset, audi ipsum inter alia ad Antiochenos presbyteros ista scribentem (*d*): *Hoc habetote, nos stomachi imbecillitate liberatos esse, commodeque valere, ac nec obsidione, nec latronum incursionibus, nec loci solitudine, nec sexcentorum adversorum casuum turba, nec denique ullo alio hujusmodi incommodo dejici ac conturbari, verum ingenti securitate, otio, & quiete frui, ac singulis diebus de rerum vestrarum statu in cura esse, &c.* Verum cum adeo in dies magis magisque increbrescerent Isaurorum incursus: factum est, ut quibus custodia Joannis mandata erat, rati minus tutum locum esse Cucusum; cum exegisset (ut ait Palladius *e*) ibi annum, in Arabissum magis munitum Armeniæ oppidum, ipsum non sine magno periculo transferrent: cujus quidem peregrinationis periodum ex verbis ejusdem Chrysostomi hæc ipsa scribentis ad Elpidium (*f*) Episcopum hic reddamus:

(*d*) Chrys. epist. 130.

(*e*) Pallad. dialog. de reb. Jo. Chrys.

(*f*) Chrys. epist. 131.

VI. Peregrinatio Joan. Chrys.

Neque enim (inquit) *certo ullo loco defixi sumus; verum nunc Cucusum, nunc Arabissum, nunc voragines, atque deserta loca circuimus. Usque adeo cuncta tumultibus ac perturbatione plena sunt, flammaque & ferrum tam corpora, quam ædificia omnia conficit. Ac jam etiam urbes una cum viris omnibus funditus excisæ atque eversæ sunt; novisque quotidie rumoribus perculsi, sedes mutamus; grave* quod-

quoddam ac novum exilii genus perpetientes, mortemque in dies expectantes. Nam ne castello quidem perinde atque carcere nunc inclusi, fidenti animo esse possumus; propterea quod Isauri hujusmodi arces obsidere non dubitent. Ad quas molestiae etiam gravis morbus accessit: cujus nunc ægre acerbitate depulsa, reliquias adhuc circumferimus. Hæc ad Elpidium. Quibus conjunge quæ ad Theodorum diaconum idem in hæc verba conscripsit (*a*): *Obsidio nostra in dies ingravescit; atque in hac arce, tamquam in laqueo, desidemus. Quippe jam etiam intempesta nocte, præter spem omnem & expectationem, trecentorum Isaurorum agmen oppidum percursavit, peneque nos cœpit. Verum Dei manus confestim eos, nobis etiam nihil tale sentientibus, hinc avertit: ita ut non modo periculo, sed periculi metu vacui essemus: ortaque die tum denique quod contigerat, rescciverimus.* Hæc ibi: sed & ad Nicolaum presbyterum, quæ Arabissi pateretur, pluribus narrat (*b*). Scripsit inde & ad alios amicos; prollatiorem vero epistolam (*c*) ad Olympiadem, ubi & ad finem hæc de Pelagio recens emergente hæresiarcha:

(*a*) Idem epist. 135.
(*b*) Chrys. epist. 69.
(*c*) Idem epist. 4.

VII. Pelagius Monachus hæresiarcha detegitur.

De Pelagio monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur, quot quantisque coronis digni sint qui forti animo in acie steterunt; cum viros tam pie ac sanctæ tantaque cum tolerantia viventes, abripi, atque in fraudem impelli videamus. Ex his quidem probe intelligere possumus, hoc potissimum anno Pelagium in Oriente diu in vestitu ovinæ pellis delitescentem, velatumque hypocrisi, jam qualis intus erat, ab aliquibus lupum fuisse detectum: cum tamen ipse versipellis, instar Protei, ne qualis esset, impius deprehendi posset, diversas sæpe ex pietate formas compositas superinduceret. Innotuit autem in primis nonnullis Ægypti monachis, penes quos diutius versatus est. Ad hunc Isidorus (*d*) Pelusiota jam factum instabilem, & instar Cain vagum super terram ista conscripsit:

(*d*) Isid. l. 1. ep. 314.

VIII.

Cani (*e*) *effusi sunt in Ephraim, & ipse ignoravit: vitiosis nimirum affectionibus juvenescens. Eodem modo tibi quoque ingens annorum turba canitiem invexit; & tamen rigidum atque inflexum animum habes, ex alio monasterio ad aliud subinde migrans, atque omnium mensas perscrutans & explorans. Quamobrem si tibi carnium nidor, atque obsoniorum condimentum curæ est: iis qui magistratus gerunt, potius blandire, atque urbium caminos vestiga. Neque enim homines eremitæ facultates eas habent, ut te, quemadmodum tibi gratum est, excipere valeant.* Hæc ad Pelagium monachum vagum Isidorus. At vagationis Pelagii haud putamus causam fuisse popinas absumendi, sed pateram venenatæ hæresis propinandi: sed de eo suo loco pluribus: hæc autem occasione Chrysostomi epistolæ hoc anno Arabissi datæ, obiter meminisse satis. Jam vero ad ipsum Joannem ibidem agentem exulem redeamus.

(*e*) Osea 7.

Pelagius senex, & vagus Monachus.

IX. Ultima lucubratio Jo. Chrysostomi.

Scribens ad Olympiadem, mittere se ait lucubrationem a se elaboratam Chrysostomus; quo ipsius in afflictione positus animus non obruatur molestiis, sed desuper tamquam pennis quibusdam extollatur, & optimum inde sibi ipsa remedium parare queat: ait enim (*f*): *Mitto ad te, id quod nunc litteris mandavi, nempe: Eum qui se ipsum non læserit, a nemine alio lædi posse. Hoc quippe contendit, atque in eo versatur ea oratio, quam nunc ad te mitto: quare fac eam assidue pervolvas, immo etiam, si per valetudinem licet, recites. Id enim pharmacum (si quidem volueris) tibi sufficiet.* Hæc ipse. Est autem ea scriptio, tractatus ille Chrysostomi, cujus est titulus (*g*): *Quod nemo læditur, nisi a se ipso*: cui inconsulte præfigitur inscriptio Homiliæ: cum nequaquam ea tractatio in ecclesia ad populum habita sit, sed opus in cubiculo elaboratum, ac posteris scriptorum monumentis traditum: & quidem hujusmodi, ut ipsum solum satis esse possit ad absolutissimum philosophum efforman-

(*f*) Chrys. epist. 4.
(*g*) Extat tom. 5.

PAGIUS II. *Pelagius hæresiarcha diversus a Pelagio, cujus meminit S. Chrysostomus.*

Ad num. VII. & seq. Divus *Chrysostomus*, quem custodes ob Isaurorum incursus transtulerant in *Arabissum*, Armeniæ minoris oppidum magis munitum, ut habet Palladius in Dialog. ad Olympiadem Diaconissam scripsit Epistolam, in qua meminit *Pelagii Monachi*, quem Baronius Pelagium hæresiarcham fuisse putat, ex eaque deducit, eum in Oriente diu delituisse. Eodem modo Chrysostomum interpretati sunt Ussérius lib. de Britannicarum Eccles. Primatu cap. 8. & Vossius in Historia Pelagiana. Verum Emin. Card. Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. 3. & Garnerius in Appendice posteriori ad partem primam Operum Marii Mercatoris Dissert. 1. cap. 4. ostendunt eos nominis similitudine deceptos, & *Pelagium* illum, ad quem etiam scripsit Isidorus Pelusiota, alium esse a Pelagio hæresiarcha, quod eo tempore, quo Chrysostomus exulabat, *Pelagius hæresiarcha* Romæ integer famæ, & purus suspicionis degeret, imo *Sanctus* audiret, *& non parvo profectu Christianus*, ut inquit Augustinus lib. 3. de Peccat. Merit. Cap. 1. & 3. & diligeretur a viris sanctissimis, Hieronymo, Paulino Nolano, aliisque. Certe hæresiarcham hoc anno Romæ moratum esse, constat ea ejus ad Innocentium Papam Epistola, recitata a Garnerio Tom. I. Oper. Marii Mercatoris pag. 380. scriptaque anno quadringentesimo decimo septimo, in qua est: *Legant Epistolam, quam ad Sanctum virum Paulinum Episcopum, ante duodecim fere annos scripsimus, quæ nihil aliud quam Dei gratiam & auxilium confitetur.* Scripta itaque ea ad Paulinum Epistola hoc circiter anno, & quidem ea Urbe, ubi eum diutius moratum esse, ibique in colloquiis ac disputationibus hæretica semper dogmata sparsisse,

au-

mandum: novissimus sane tanti Patris partus, quem dolore conceptum, morte etiam nobili consecravit: unde eum jure quis appellet *Benoni*(a) filium nempe doloris; sed ipse Beniamin magis proprie dicendum putavit, videlicet dexteræ filium; utpote qui efficacissimus sit, quemlibet afflictionum abysso summersum consolatione erigere, atque spirituali lætitia super cœlos efferre; ac proinde dignissimus qui semper præ manibus habeatur, utpote dulcissima tanti Patris ultima verba.

(a) Genes. 35.

X. Jo. Chrysostomus curam gerit Phœnicum, & Gothorum.

Qui igitur pro ratione scriptorum, quibus alios ad sublimem philosophiæ verticem elevavit, se ipsum ad numeros eosdem composuit, licet innumeris premi videretur angustiis: his omnibus eminentius evolans, aliorum longe licet obscentium prospiciebat incommodis. Hinc enim Arabisso contemplatur eam, quæ in Phœnicio erat Ecclesia, ex Gentilibus ad fidem haud pridem collecta, de qua superius mentio facta est. Ei enim ministris indigenti ac sumptibus, datis ad amicos litteris, consulere in omnibus, quibus opus haberet non prætermisit. Ad hæc namque spectant diversæ ipsius epistolæ (b) ad diversos datæ, quas hic tantum tibi notasse satis: si velis, perlegere ipse poteris: ea quidem curat (ut ipse testatur (c)) cum Cucusi moraretur, & cum postea Arabissum translatus est.

(b) Chrys. ep. 51. 53. 54. 55. 69. 123. 126.
(c) Chrys. epist. 123.

XI.

Sed & Gothorum Ecclesiæ viduatæ pastore propensiorem tunc curam gerebat: de qua inter alia ad Olympiadem ista habet (d): *Narraverunt mihi Marsi & Gothi monachi, apud quos Serapion Episcopus perpetuo delitescebat, Moduarium diaconum venisse, illud afferentem, eximium illum virum Uvilam, quem non ita pridem Episcopum creavi, atque in Gothiam misi, multis ac magnis rebus gestis, diem suum extremum clausisse; ac Regis Gothorum litteras attulisse, quibus, ut ad eos Episcopus mittatur, petit, &c.* rogat ipse ut curet differri negotium, ne per adversarios id fieret, quos sciret illis fore præfecturos immeritum penitus hominem, & multorum criminum reum; sperans, si liberaretur opportunitati illorum se optime consulturum. Vides plane (non ut plerique tradunt, adversus quos superius disseruimus) neutiquam Gothorum Ecclesiam omnem Arianorum esse labe fœdatam. Constat sane Gothos illos extitisse Catholicos, qui a Joanne Chrysostomo & peterent, & acciperent sacratos Antistites.

(d) Chrys. epist. 69.

De Gothorum Ecclesia.

XII.

Sed & prospexisse ipsum indigentium egestati, quamvis exul esset & peregrinus, auctor est Sozomenus, dum ait (e): *Joannes porro postquam in exilium ejectus fuit, etiamnum clarior evasit. Nam cum pecuniarum haberet copiam, quas & alii multi afferebant, & Olympias illa ministra mittebat; multos captivos ab Isauris redimebat, ac suis restituebat; multisque egenis necessaria suppeditabat. Quibus autem pecuniis opus non erat, eos oratione sibi conciliabat: eratque perquam carus Armenis, apud quos agebat, & eorum finitimis: ac multi tum Antiochia, tum ex reliqua Syria ad ipsum frequentabant.* Hæc Sozomenus.

(e) Sozom. l. 8. c. 27.

Jo. Chrysostomus redimit captivos, & pauperes alit.

XIII.

At quid Romæ hoc anno in causa ipsius Joannis actum sit, hæc tantum habes ex Theodoro Romanæ Ecclesiæ diacono (f): *Congregati Italiæ Episcopi Imperatorem orant, ut scriberet Arcadio fratri suo, ut juberet Thessalonicæ Concilium fieri, quo facilius possent una utræque partes Orientis Occidentisque concurrere: addentes, perfectam Synodum non numeri quantitate, sed qualitate certam & irrefragabilem laturam forte sententiam*

(f) Apud Pallad. dialog.

Romanum Concilium.

PAGIUS auctor est Augustinus lib. 2. de Pecc. Orig. cap. 21. *Alia quoque ipsius*, inquit, *in urbe Roma, ubi diutissime vixerat, atque in his fuerat prius sermonibus, contentionibusque versatus*, &c. Passim enim peccatum originale elevabat, & altius pro libero arbitrio contra divinam Gratiam loquebatur. Augustinus in Epist. CLXXXVI. alias CVI. dicit num. primo, se hujusce hæresiarchæ Epistolas ad Paulinum misisse, in quibus se satis Gratiam agnoscere aiebat *Pelagius*, quod a Deo nobis insitam esse voluntatem, liberumque arbitrium fateretur. Eadem est, ut existimat Editor Operum Sancti Paulini in ejus vita cap. 46. Epistola ad Paulinum longa trecentas circiter lineas, ut numerat ipse Augustinus lib. de Gratia cap. 35. quam *Pelagius* afferebat anno CCCCXVII. ut fidem suam probaret sinceram & orthodoxam. Augustinus non dicit, in ea Epistola aliquid absolute malum fuisse; at eum de Gratia non nisi remisso admodum, vixque sustinendo modo in ea scripsisse contendit.

III.

Jam Romæ Pelagius erat anno CCCXCIX. Nam Marius Mercator in Præfatione libri Subnotationum loquens de mortalitate Adami, ait: *Hanc ineptam & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem, sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice, Rufinus quidam natione Syrus Romam primus invexit, & ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, & per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum Monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit, atque instituit vanitatem.* Loquitur de Rufino Aquilejensi, quem quia diu in Syria manserat, natione Syrum credidit. Imo *Pelagius* e Britannia Romam venit sedente Damaso, quod ex eo conficit Garnerius citatus, quod in Urbe usus sit familiariter Hieronymo, qui inde tamen in Orientem secessit statim post *Damasi* obitum, ut Cleri Romani invidiam in se concitatam vitaret. Hanc autem Pelagii cum Hieronymo familiaritatem extitisse, testatur Hieronymus ipse Præfatione in 4. lib. Comment. in Hieremiam, cum de Pelagio scriberet, tacito nomine in hæc verba: *Hæresis reviviscere cœpit, & non solum in Occidentis, sed in Orientis partibus sibilare*, &c. Et postea: *Illi publicum fugiant, & susurrant in angulis perditorum*, &c.

Pelagius hæresiarcha diu Romæ moratus est.

cum-

tentiam. His inflammatus Imperator Episcopo quidem Romano scribit, ut mittat Episcopos quinque, presbyteros duos Romanæ Ecclesiæ, diaconum unum, qui ipsius ad fratrem Arcadium epistolas ferrent. Erat autem hic tenor epistolæ:

XIV. Epistola Honorii ad Arcadium.

Tertio jam scribo ad mansuetudinem tuam, orans ut quæ contra Joannem Episcopum Constantinopolitanum maligne gesta essent, corrigeret. Verum id hactenus (ut video) factum non est. Quocirca rursum per sanctos Episcopos, & presbyteros scribo, pacis Ecclesiasticæ avidus, & ingenti cura solicitus (pacatis enim Ecclesiis, Imperio quoque nostro pax provenit) ut Episcopos Orientales jubeas Thessalonicæ convenire. Nosti quippe, quod Occidentales Episcopi electos viros miserunt severa constantia, & qui neutram in partem inclinentur amore vel odio, Episcopos quinque, presbyteros Romanæ Ecclesiæ duos, unumque diaconum. Quos ut cum omni honore suscipias, quæso. Ut, si quidem illis persuasum fuerit, Joannem juste fuisse expulsum; doceant me ab ejus communione discedere. Sin autem deprehenderint, sponte malignatos Orientis Episcopos; ab illorum insteidem communione secernant. Quænam vero sit Occidentalium de Episcopo Joanne sententia, ex omnibus ferme epistolis constat, quas ad me frequentes dederunt. Ex his duas, idem continentes quod reliquæ, subdidi, scilicet Romani, & Aquilejensis Episcopi. Hoc autem ante omnia de tua mansuetudine postulo, ut Theophilum Alexandrinum, invitum etiam adesse præcipias; per hunc enim mala omnia emersisse memorantur: ut advenientium Episcoporum Synodus, in nullo impedita, congruam temporibus nostris afferat pacem. Hactenus epistola Honorii ad Arcadium. Subdit his vero Theodorus:

XV. Legatio ex Romano Concilio Constantinopolim.

Acceptis igitur sancti viri Æmilius, & Cytbegius, & Gaudentius Episcopi una cum Valentiniano Bonifacioque presbyteris, Imperatoris Honorii, & Papæ Innocentii, & Italiæ Episcoporum Chromatii Aquilejensis, & Venerii Mediolanensis ac reliquorum Episcoporum epistolis, una & commonitorio Concilii totius Occidentis, conditionibus publicis Constantinopolim concessere. Erat commonitorium hujusmodi: Non oportere Joannem judicium aggredi, nisi prius Ecclesia communioque redderetur; ut omni delationis occasione sublata, sua sponte Concilium ingredi posset. Hæc Theodorus. Quid autem acciderit legatis his post hæc in via, vel cum Constantinopolim pervenerunt: quoniam adventus illorum contigit, postquam Arsacio pseudoepiscopo defuncto, suffectus est in locum ipsius Atticus; de eo suo loco dicturi sumus. Quarumnam autem Civitatum legati missi Episcopi fuerint, non exprimitur; verum apud Metaphrastem Æmilius dicitur Beneventanus Antilles. Cæterum etsi hoc anno, ex consulto Patrum, legatio ad Orientem decreta est: haud tamen missa, nisi transacta hieme, cum jam (ut diximus) non amplius Arsacium, sed Atticum ejue successorem invenerunt eidem substitutum.

XVI.

Quod vero Theodorus affirmat, eosdem legatos a Romano Concilio missos, non solum Innocentii Papæ & Honorii Imperatoris, sed aliarum sedium in Italia Episcoporum secum litteras attulisse: constat quidem eosdem omnes non pacificis tantum litteris, sed etiam communicatoriis, vel formatis, cum Joanne Chrysostomo communicasse: quæ quidem litteræ minime reperiuntur: sed id intelligitur ex his, quæ ad hos ipsos datæ extant, epistolis S. Joannis Chryso-

sto-

PAGIUS

cumque generaliter adversum vitia quid & hæreticos diximus, se petí queruntur, malumque conscientiæ dissimulata diu indignatione pronunciant: quod si cavendum nobis est, ne veterem lædere videamur necessitudinem, si superbissimam hæresim spirituali mucrone truncemus: ergo sustinenda eruet nobis cruces prodita fides, &c. Ubi enim conjuncta est Pelagium inter ac Hieronymum vetus necessitudo, nisi quo in loco potuit esse familiaritas; aut quo alio in loco potuit esse familiaritas inter præsentes, quam in Urbe? Cum *Pelagius* nunquam in Oriente versatus sit ante annum CCCCXII. nec Hierunymur in Occidente post annum CCCXCIV. & ambo in Urbe commorari potuerint; mutuoque aspectu frui, eo quo diximus tempore; siquidem Romæ Pelagius *diutissime* vixerit, ut scribit Augustinus ritatur.

IV. *Pelagius varios libros scripsit.*

Sed quia Baronius de *Pelagio* Britanno ante annum CCCCX. sermonem non resumit, libri ab eo ante editi hic nobis memorandi. Cum adhuc esset integræ famæ, quam occupabatur, videtur scripsisse tres, quos Gennadius commemorat lib. de Script. Eccles. cap. 4. *de Trinitate* libros, ad ostendendam fidem suam, quantumque abhorreret ab Arianis, quæ fuit illius temporis præcipua nota orthodoxiæ. Ex illis libris nihil superest. Scripsit etiam librum unum vel alterum *ad Viduam* consolatorium atque exhortatorium, cujus fragmentum recitat Garnerius pag. 373. Hujus operis meminit Hieronymus Dialogo tertio, Augustinus lib. de Gestis Palæstinis, cap. 6. num. XIX. & Mercator in Commonitorio cap. 4. ubi eam viduam *Livaniam* vocat. Libellos tamen iste scriptus videtur post annum CCCCX. cum ibidem Augustinus, qui librum illum *de Gestis Pelagii* anno CCCCXVI. scripsit, asserat factum se a Sanctis quibusdam viris certiorem, apud se esse libros exhortatorios, vel consolatorios ad quandam viduam, cujus nomen ibi desiderabatur, conscriptos, quos illi *ante quatuor ferme annos se istos tanquam Pelagii libros habere cœpisse, nec unquam utrum ejus essent ab aliquo se audisse dubitari* affirmabant.

Ve

stomi, ut inter alios ad Chromatium Episcopum (a) Aquilejæ, quibus gratias agit pro sedulo ac diuturno in causa sua ipsius impenso officio. Desiderabatur vero inter Chrysostomi epistolas ea tunc temporis ab ipso ad Venerium Mediolanensem Episcopum scripta: quam nos ex codice Vaticano acceptam a piæ memoriæ Guiglielmo Syrleto Cardinali Bibliothecario (quod nondum typis tradita habeatur) hic tibi reddendam curavimus: sic vero se habet ipsius titulus:

(a) *Chrys. epist. 155.*

XVII.

Sancti Patris nostri Joannis Archiepiscopi Constantinopolis Chrysostomi epistola ad Venerium Episcopum Mediolanensem.

Jo. Chrysostomi epistola ad Venerium Episcopum Mediolanensem.

Fortem vestrum & virilem animum, ètemque & veritatis vindicandæ fiduciam, & prædicandæ libertatem, tametsi vel antea cuncti cognoverant: fecit tamen temporum conditio, ut ipsa quoque appareat summa fraterna benevolentia, & charitas, & pietas, ac frequens commiseratio, & diligens denique procuratio vestra Ecclesiarum. Nimirum uti vel in mari gubernatorem, qui sit optimus, magnæ tempestates, vel in corporibus peritissimum medicum morbi difficillimi ostendunt: ita qui ad stadium pietatis vitam omnem compararit, quique animi magnitudine præcellat, facile rerum declarant asperitates & temporum. Quod sane cum accidit jam vobis, tum vero pro parte vestra probe omnia directa, nec quicquam prætermissum. Sed quoniam homines, qui istas & pariunt perturbationes, & pepererunt, eo pervenerunt pravitatis, ut non modo non defungi prioribus, sed certare etiam cum iis conentur: moneo vos atque hortor universos, ut prompte animum valentissimum adhibeatis, neque istud dissolvi tantum studium patiamini. Quin intendite magis, etiam si mille accidant difficultates. Etenim qui sudoribus atque ærumnis pluribus magnum aliquid & homine generoso dignum obierint, majora ii præmia consequentur, quam qui facile & nullo negotio idem confecerint. Siquidem unusquisque (quod beatus inquit Paulus) tantum mercedis accipiet, quantum laboris exantlarit. Quamobrem minime ista vobis diutinas fatigatio causam afferat desperandi; verum potius ipsum decus excitet. Nam quo gravior ad tentationem fit accessio, eo auctior erit ad coronas adjunctio, affluentque amplius vobis debita certaminum præmia honestorum. Hactenus Chrysostomi epistola ad Venerium. Extant, & aliæ complures ad Occidentales Episcopos datæ a Joanne litteræ, quin etiam & ad Aurelium Episcopum Carthaginensem (b), cui cum Catholica Ecclesia communicationis fœdere jungebatur: sunt illæ quidem perbreves, & memoria utriusque dignæ quæ hic describantur:

(b) *Chrys. epist. 149.*

XVIII. Jo. Chrysostomi epistola ad Aurelium Episcopum Carthag.

Papæ! quanta res est generosus animus atque charitatis ac pietatis fructibus abundans! Quippe cum ipse tanto itineris intervallo a nobis dissitus, tanquam præsens ac nobiscum degens, nos ceperis, tibique devinxeris. Siquidem charitatis tuæ ardor, eaque odoris suavitas, quæ ex tua loquendi libertate ac pietate manat, ad nos usque, qui in extremo Orbis recessu collocati sumus penetravit. Ac propterea ingentes tibi gratias agimus. Propterea, inquam, te beatum prædicamus, quod tam magnum laborem ac sudorem pro omnibus orbis terræ Ecclesiis susceperis, maximas tibi apud benignum Deum coronas condidisti. Teque hortamur atque obse-

PAGIUS V.

Cœlestius Pelagii discipulus.

Vehementibus suis atque ardentibus exhortationibus, ut ait Augustinus citatus cap. 25. multos quidem, sed *Cælestium* imprimis auditorialem Scholasticum e foro ad altiorem vitam traxit, simulque infecit errore, quem e Rufino exceperat: *Huic Pelagio adhæsit Cælestius*, ut ait Mercator loco laudato, *Nobilis natu quidem, & illius temporis auditorialis Scholasticus, sed naturæ vitio eunuchus matris utero editus*, ubi de Cælestio tria tradit, quæ fuerant huc usque incognita, quod nempe nobilis natu fuerit; quod auditorialis Scholasticus, id est, Advocatus publicarum causarum, Ecclesiarum & civitatum, ac eunuchus naturæ vitio; quod forsan intellexit Vincentius Lirinensis in Commonitorio, ubi ab eo vocatur *prodigiosus*. Edidit etiam Romæ *Pelagius* brevissimos in Pauli Epistolas Commentarios, quorum meminit Augustinus lib. de Peccatorum meritis & remissione, lib. de Gestis Pelagii cap. 16. & lib. de Pec. origin. cap. 16. de quibus Mercator in libello supplici ad Theodosium Imp. ait: *Ut autem & Pelagius cum isto pariter damnaretur, istud in causa est. Ausus est memoratus ante vastationem Urbis Romæ in Apostolum Paulum Commentarios condere, & his edere de quorum amicitia præsumebat.* Quare ante annum CCCCIX. quo Roma a Gothis, capta, Commentarii illi elucubrati, cum Romæ apud Rufinum Magistrum degeret.

VI. *Pelagius Auctor Commentariorum in Epistolas D. Pauli.*

Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 4. valde eo inclinavit, ut putaret hos *Pelagii* Commentarios eos ipsos esse, qui libris Hieronymi vulgo subjungi solent, quod citra dubium Jansenius Iprensis Episcopus postea asseveravit, & Em. Card. Norisius citatus egregie probavit ex Mario Mercatore, qui in præfato supplici libello hæc scribit de Pelagio: *In Epistola igitur, quæ est ad Romanos, cum ad illa loca venisset,*
„ *ubi vas electionis ita loquitur*: Propterea sicut per unum hominem in hunc Mundum
„ peccatum intravit, & per peccatum mors, ita
„ in omnes homines mors pertransiit, (Rom. 5.)
hactenus credidit exponendum, quem librum ejus habemus & proferimus ad convincendum inimicum ejus errorem. Verba Pelagii: Et in omnes homines mors pertransiit, cum sic, inquit, qui peccant, similiter moriuntur, neque enim aut in Abraham, aut Isaac, aut Jacob mors pertransiit, de quibus Dominus ait, &c. Quæ quidem verba & sequentia leguntur in Commentariis Hieronymi libris annexis, ut patet ex cap. 5. ad Rom. ad illa: *Et ita in omnes homines mors pertransiit*, quæ ita ibidem exponuntur: *Dum ita peccant, & similiter moriun-*

secramus, ut in hoc praeclaro certamine perseveres. Neque enim te fugit, quænam hinc præmia oriantur. Nam si quispiam unum aliquem injuria affectum, ac præter jus læsum sublevans, mercedem sermone præstantiorem a Deo obtinet: cogites velim, quantum ipse præmium accepturus sis, qui tot Ecclesias perturbatas per egregium hujusmodi studium ac diligentiam tumultibus ac perturbatione liberes, atque in tranquillum pacis portum appellere studeas. Hucusque epistola ad Aurelium: omittimus referre alias ejusdem ferme argumenti ad alios Occidentales Episcopos ab ipso Joanne conscriptas.

XIX. Imminens periculum universalis schismatis.

Ex his perspicuum est, una cum Romano Pontifice Occidentalis Ecclesiæ Episcopos omnes, etiam transmarinos, pro restitutione Joannis Chrysostomi laborasse; Orientales vero, exceptis illis qui erant communicationis Joannis, contrario plane studio obnisos esse: adeo ut in magno periculo Catholica Ecclesia versaretur, ne schismate Oriens dirimeretur ab Occidente. Id quidem est, quod ipse scribit Chrysostomus ad Arabiam (*a*): *Scitis enim* (perspicue inquam scitis) *omnia tumultibus ac perturbatione plena esse, nec pro Constantinopolitana tantum urbe, sed pro universo terrarum orbe preces fundendas esse: quandoquidem malum initio hinc ducto, pestifert cujusdam proluvii instar effusum, per universum terrarum orbem Ecclesias pervastat.* Hæc ipse. Inter Orientales autem qui Joannis causam amplexati essent, Anysius erat Thessalonicensis Episcopus, & alii Antistites Macedoniæ, qui Occidentalibus ad patrocinium ipsius Chrysostomi se conjunxerunt: ad quos extat ejusdem Joannis epistola (*b*). His quoque pro eodem Joanne junctus erat Alexander Corinthiorum Episcopus, ut ad eam ejusdem Chrisostomi datæ litteræ (*c*) fidem faciant.

(a) Chrys. epist. 121.

(b) Chrys. epist. 163.

(c) Chrys. epist. 164.

XX. Arsacii obitus.

Dum hæc igitur agerentur, contigit intrusum pseudoepiscopum, inveteratum dierum malorum, Arsacium hac vita defungi: mortuum quidem illum hoc anno, tertio Idus Novembris, cum annos vitæ exegisset octoginta & unum, auctor est Socrates (*d*), cum hæc ait: *Arsacius non diu illum gessit Episcopatum: nam sequenti anno ad secundum Consulatum Stilichonis & Anthemii* (est hic præsens annus) *tertio Idus Novembris mortem obiit.* Vacavit autem ea sedes usque ad sequentem annum, cum creatus est Atticus, de quo suo loco dicendum.

(d) Socr. l. 6. c. 18.

XXI.

Jam vero ad res Africanæ Ecclesiæ hoc anno gestas stylum admoveamus. Vidimus anno superiori legationem ad Honorium Imperatorem ex concilio Carthaginensi fuisse decretam, qua rogarunt, legibus a Theodosio ante sancitis cohiberi debere per-

PAGIUS

riuntur. Non enim in Abraham & Isaac & Jacob mors pertransiit, de quibus dicit Dominus, &c. Præterea Augustinus lib. de Gestis Pelagii cap. 16. inquit: *sunt quædam Expositiones Epistolæ Pauli, quam scribit ad Romanos, quæ ipsius Pelagii esse dicuntur, ubi hoc quod scriptum est*: Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, *non ex persona Pauli asserit dictum, sed eum voce interrogantis & redarguentis usum fuisse, cum hoc diceret, tanquam hoc utique dici non deberet*. At in memoratis Commentariis illi prorsus sinistro interpretamento laudata Apostoli sententia subjicitur; ibi enim post nonnulla Pelagius concludit: *Unde intelligitur, quia hic interrogantis voce utitur & redarguentis potius, quam negantis*. Sed plura hac de re Em. Cardin. Norisius.

VII. Ex Pelagii Expositiones erroribus purgatæ.

Auctor Prædestinati hæresi LXXXVIII. & Cassiodorus de Divin. Lect. cap. 8. Opus illud Pelagio etiam tribuerunt tanquam indubitato parenti, quod nunc extra controversiam versatur, inquit Garnerius, qui in cap. 2. ad Commonitorium Mercatoris ex Cassiodoro deducit, Primum eas Pelagii Expositiones, in multorum manibus fuisse tunc temporis propter brevitatem & subtilitatem. II. tributas esse Sancto Gelasio Papæ. III. ab ipsomet Cassiodoro ab erroris Pelagiani veneno purgatas, quæ sunt in Epistola ad Romanos, ut reliquas corrigendi exemplum suis præberet, qui utrum id præstiterit, incertum. IV. frustra requiri in editionibus vulgatis, quæ Pelagiani erroris plena referuntur ab Augustino, Mercatore, & Auctore Prædestinati, si quidem credibile est, vulgatas editiones ab iis exemplaribus acceptas, quæ suis Monachis *Cassiodorus*, Monachi illi suis posteris tradiderunt. *Primasium* ex hoc Commentario non pauca desumsisse, fonte unde illa duceret, non indicato, a viris eruditis etiam observatum. Fusius infra de *Pelagio* agemus.

VIII. Moritur Arsacius Episc. CP.

Ad num. XX. Socrates lib. 6. cap. 20. scribit *Arsacium*, qui in locum divi Chrysostomi subrogatus fuerat, obiisse sub hujus anni Coss. *die tertio Idus Novembris*, die nempe XI. ejusdem mensis. Quare cum anno superiori die XXVI. mensis Junii ordinatus fuerit, si Socrates non fallitur, sedit annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius in Dialogo ei attribuit annum unum & menses duos, quod etiam legitur in editione Græca, quam Emericus Bigotius publicavit, *διαμείνας δὲ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ διαστήματα, ἀποθνήσκει*, id est, *ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset, mortuus est*; quod si error in numeros non irrepsit, non dubium, quin Palladio tunc viventi, & de rebus Chrysostomi optime edocto major fides adhibenda sit quam Socrati. Sub sequentis anni Coss. Atticus *vir religiosus* in locum Arsacii suffectus est, ut ibidem Socrates habet. Sozomenus vero lib. 8. cap. 27. ait: *quarto post illius* (sc. Arsacii) *mense ordinatus est Atticus*. Baronius anno CCCCVI. num. X. dicit, ejus ordinationem peractam III. *Idus Mart.* die sc. XIII. Martii. Sed præterquam quod Sozomenus loquitur numero rotundo, anno sequenti feria III. incidit in diem XIII. Martii; cum tamen diebus Dominicalibus Episcoporum ordinationes fieri solitæ essent. Quare *Atticus*, mense Februario aut Martio die incerto, consecratus est.

IX.

A num. XXI. ad XLIII. Baronius num. XXVIII. refert legem 30. Cod. Theod. *de hæreticis*, his verbis conceptam; *Donatistæ superstitio-*

perfidos Donatistas, qui publicis conventionibus a Catholicis Episcopis invitati ad conferendum de rebus inter se olim antiquis quæstionibus agitatis, non tantum resilierint, sed diversas clades adversus plerosque Catholicos Episcopos atque eorum Ecclesias intulissent: Porro in præsentem annum legatorum ad Comitatum profectio dilata est: sed antequam iidem Imperatorem adierint, privatæ Episcoporum querelæ præcurrerant, & inter alias Maximiani Bagajensis Episcopi Catholicæ communicationis. Quænam hæ fuerint, S. Augustinus in epistola ad Bonifacium declarat his verbis (a):

(a) *Aug. epist. 50.*

XXII. Maximianus Vagiensis Episcopus quanta passus a Donatistis.

*Jam enim nos prævenerant ex aliis locis quædam Episcoporum querelæ gravissimæ, qui mala fuerant ab ipsis multa perpessi, & a suis sedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes Maximiani Episcopi Catholici Ecclesiæ Vagiensis * effecit, ut nostra legatio jam quid ageret, non haberet. Jam enim lex fuerat promulgata, ut tantæ immanitatis hæresis Donatistarum, cui crudelius parci videbatur, quam ipsa sæviebat, non tantum violenta esse, sed omnino esse non sineretur impune: non tamen supplicio capitali, propter servandam etiam circa indignos mansuetudinem Christianam, sed pecuniariis damnis propositis, & in Episcopos, vel ministros eorum exilio constituto. Supradictum quippe Episcopum Vagiensem *, quoniam apud ordinarium Judicem, dicta inter partes sententia, obtinuerat basilicam, quam illi, cum Catholica esset, invaserunt; stantem ad altare, irruentes horrendo impetu & furore crudeli, fustibus, & hujuscemodi telis, lignis denique ejusdem altaris effractæ, immaniter ceciderunt; pugione etiam percusserunt in inguine: quo vulnere sanguis effluens eum exanimem redderet, nisi ei ad vitam major sævitia eorum profuisset.*

* Bagajensis.

* Bagajensem.

XXIII. *Nam cum graviter sauciatum per terram insuper traherent, exundante vena pulvis obstrusus sanguinem obtinuit, cujus effusione ibat in mortem. Deinde cum ab eis tandem relictum nostri cum psalmis auferre tentarent: illi ira ardentiore succensi, eum de portantium manibus abstulerunt, male mulctatis fugatisque Catholicis, quos ingenti multitudine superabant, & facile sæviendo terrebant. Inde in quamdam turrem levatum, jam defecisse arbitrantes, cum ille adhuc viveret, abjecerunt. Sed quodam molli aggere exceptus, & a quibusdam nocte transeuntibus per lucernam conspectus agnitus, atque collectus, & ad religiosam domum apportatus, adhibita magna cura, post multos dies, cum ab illa desperatione recreatus esset, occisum eum tamen fama sterlere Donatistarum etiam trans mare nunciaverat. Quo postquam venit, & vita ejus inopinatissima apparuit, cicatricibus suis tam multis, tamque ingentibus, tam recentibus, non frustra fama mortuum se nunciasse monstravit. Auxilium ergo petivit ab Imperatore Christiano, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendæ Ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda.* Hactenus de Maximiano Augustinus ad Bonifacium: agit de his etiam alibi sæpius: nam & in Collatione diei tertiæ (b) dixisse tunc Catholicos tradit, in eadem Bagajensi Civitate basilicam a Donatistis incensam fuisse & in ignem injectos esse sacros codices. Eadem quoque de Maximiano refricat idem Augustinus, cum contra Cresconium agit, ubi & in memoriam revocat aliud facinus Donatistarum: quibus omnibus Honorium nova edita sanctione ipsos Donatistas exagitasse tradit, dum ait (c):

Maximianus ad Honorium Imp. se confert.

(b) *Aug. in Brevic. collat. diei 3. c. 11.*

(c) *Aug. cont. Crescon. l. 3. c. 43.*

XXIV. Servus Episcopus quæ passus a Donatistis.

Omitto, ante quanta commiserunt, quibus easdem leges adversus errorem vestrum constitui coegerunt, magis Christiana mansuetudine temperatas, quam in tam magna scelera vi congrua vigoris exertas. Episcopus Catholicus a Thuburficubure, Servus nomine, cum invasum a vestris locum repeteret, & utriusque partis procuratores Proconsulare præstolarentur examen: repente sibi in oppido memorato, vestris armatis irruentibus, vix vivus aufugit. A quibus pater ejus presbyter ætate & moribus gravis, ea cæde, qua vehementer afflictus est, post dies paucos excessit e vita. Hæc Augustinus. Ista autem omnia perlata sunt ad Imperatorem, antequam legati a Concilio missi ad ipsum Honorium perveni-

rent

PAGIUS

Honorius infestatur hæreticos Africæ.

tionis hæreticos, quocumque loci vel fatentes, vel convictos legis tenore servato, pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Dat. VI. Id. Decemb. Raven. Stilichone & Anthemio Coss. Patres Africani anno superiori in Concilio Carthaginensi decreverant, petendum esse ob Honorio Imp. ut *mulcta auraria violentis tantum Donatistis & Circumcellionibus imponeretur.* Verum & *Crispini* provocatio & cicatrices *Maximiani* Episcopi Vagitani, de quibus Baronius num. XXII. & seqq. id apud *Honorium* effecere, ut omnibus Donatistarum Clericis & Ministris fatentibus aut convictis pœnam aurariam imponeret. Jam hoc ipso anno ante hanc legem, septem mensibus post legationem Patrum Africanorum, Honorius severiorem longe pœnam Donatistis rebaptizantibus imposuerat, sc. bonorum proscriptionem, lege Cod. Theod. *ne Sanctum Baptisma*, 4. & 5. quarum prior refertur a Baronio num. XXV. & seq. Porro mulcta auraria *decem Auri librarum Clericis*, hæreticorum Ministris a Theodosio Magno imposita, anno CCCXCII. lege Cod. Theod. 21. *de hæreticis*, hic Honorii constitutione ad Donatistas hæreticos porrigitur.

rent, ut idem S. Augustinus in dicta epistola ad Bonifacium tradit, testaturque in litteris ad Januarium his verbis: (a) *Ex Concilio autem nostri Episcopi legatos ad Comitatum miserunt, qui impetrarent, ut non omnes Episcopi & clerici partis vestræ eadem condemnatione decem librarum auri, quæ in omnes hæreticos constituta est, tenerentur; sed hi soli, quorum in locis aliquas a vestris violentias Ecclesia Catholica pateretur. Sed cum legati Romam venerunt, jam cicatrices Episcopi Catholici Vagitani.* horrendæ ac recentissimæ Imperatorem commoverant, ut leges tales mitterentur, quales & missæ sunt.* At quænam istæ? illud in primis accipe, secundum diversa libelli accusationis capita diversas ab eodem Imperatore editas sanctiones.

(a) Aug. epist. 4.

* Bagaitani.

XXV. Quoniam vero (uti vidimus ante superiorem annum) datum crimini Crispino Donatistarum Calamensi Episcopo fuit, quod rebaptizasset, vi adhibita, colonos agri Fiscalis: adversus hujusmodi scelus Imperator generalem ejusmodi edidit sanctionem, quam mendosam nonnihil habet Codex Theodosianus, datam hoc anno, die duodecima Februarii, quæ sic se habet ad Hadrianum P. P. (b):

(b) l. 4. ne sanct. bapt. iter. Cod. Theod.

Diversæ leges latæ ab Honorio Imp. contra Donatistas.

*Adversarios Catholicæ fidei extirpare hujus decreti auctoritate prospeximus: ideoque interdicendam specialiter eam sectam, nova constitutione censuimus, quæ eum hæresis vocaretur, appellationis schismatis præferebat. In tantum enim sceleris progressi dicuntur ii, quos Donatistas vocant; ut baptisma sacrosanctum, mysteriis recalcatis, temeritate noxia iterent; & homines semel (ut traditum est) munere divinitatis ablutos, contagione profanæ repetitionis infecerint. Ita contigit ut hæresis ex schismate nasceretur. Inde male credulas mentes ad spem secundæ indulgentiæ blandus error invitat. Facile est enim persuadere peccantibus veniam prius præstitam denuo posse præstari: quæ si concedi iterum eodem modo potest, non intelligimus cur tertio denegetur. Hi vero & servos vel homines juri proprio subditos iterati baptismatis polluunt sacrilegio. Quare hac lege sancimus, ut quisquis post hæc fuerit rebaptizasse detectus, judici, qui provinciæ præsidet, offeratur; ut facultatum omnium publicatione mulctatus, inopiæ pœnam, qua in perpetuum afficiatur, expendat. Ita ut filiis eorum, si a paternæ societatis pravitate dissentiunt, ea quæ fuerint paterna, non pereant; ut si ipsos forsitan sævitas paternæ pravitatis injudicantis ac reverentiæ * ad Catholicam religionem malum *, adipiscendorum his bonorum copia non negetur.*

XXVI. *Ea præterea loca, seu prædia, quæ feralibus sacrilegiis deinceps constiterit præbuisse secretum, Fisci viribus applicentur; si tamen dominus aut domina, aut præsens forte fuisse, aut consensum præstitisse probetur, quos quidem justa* etiam præsentiam notabit infamia. Si vero his nesciis, per conductorem procuratoremve eorum in domo agitatum hujusmodi facinus comprobatur; præjudicio a prædiorum publicatione suspenso, impliciti sceleris auctores coerciti plumbo, exilium, in quo omnis vitæ suæ tempore afficiantur, accipient. Ac ne forsitan sit liberum, conscientiam piacularis perpetrati intra domesticos parietes silentio celare secreto: his qui forsitan ad rebaptizandum coguntur, refugiendi ad Ecclesiam Catholicam sit facultas: ut ejus præsidio adversus hujus criminis, & societatis auctores attributa libertatis præsidio defendantur: liceatque his sub hac conditione fidem tueri, quam extorquere ab invitis domini tentaverint: nec adsertores dogmatis Catholici, ea quæ cæteros qui in potestate sunt positi, oportet ad facinus lege constringi; & maxime convenit, omnes homines sine ullo discrimine conditionis aut status infusæ cœlitus sanctitatis esse custodes: Sciant ii vero qui a supradictis iterare baptisma non timuerint, aut qui consentiendo hoc facinus propria hujus societatis permixtione damnaverint, non solum testandi sibi, verum adipiscendi aliquid sub specie donationis, vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, nisi pravæ mentis errorem revertendo adversus fidem consilio emendatio correxerit. Illos quoque par nihilominus pœna constringet, qui memoratorum interdictis cœtibus, seu ministeriis præbuerint conniventiam: ita ut Moderatores provinciarum, si in contemptum sanctionis hujusmodi consensum putaverint commodandum, sciant se viginti libris auri mulctandos: Officia etiam sua simili condemnatione subjuganda: Principales vel Defensores Civitatum, nisi id quod præcipimus, fuerint executi, vel his præsentibus Ecclesiæ Catholicæ vis fuerit illata, eadem mulcta se noverint adstringendos. Dat. prid. Idus Feb. Ravennæ, Stilichone II. & Anthemio Conss.* Hactenus sanctio ad prohibendum scelus a Crispino Calamensi perpetratum (ut vidimus) in colonos.

* juxta.

Sancita contra Donatistas.

XXVII. Qua die hæc etiam tam adversus Manichæos, quam Donatistas, ab eodem Imp. sancita habentur (c): *Nemo Manichæum, nemo Donatistam, qui præcipue (ut comperimus) furere non desistunt, in memoriam revocet. Una sit Catholica veneratio: una salus sit: Trinitatis par sibi congruens sanctitas expetatur. Quod si quis audeat interdictis sese illicitisque miscere; & præteritorum innumerabilium* con-

(c) l. 38. de hæret. Cod. Theod.

constitutorum, & legis nuper a mansuetudine nostra prolatæ, laqueos non evadat. Et si turbæ forte convenerint seditionis concitatos aculeos acrioris commotionis non dubitet exerendos. Dat. prid. Idus Feb. Rav. Stilichone II. & Anthemio Coss. Præcessisse hanc putamus illam speciatim de auraria mulcta inferenda, de qua superius S. Augustinus meminit. Existimamus, ante has omnes, de judicio Episcoporum Christiano Imperatore dignam eumdem Honorium edidisse sanctionem, qua vetuit ne judicio Episcoporum damnati Episcopi turbas misceant: hæc namque ipse prid. Non. Februarii: mense vero Martii hæc rescripsisse hoc anno ad Diotimium Proconsulem Africæ reperitur (a):

(a) l. 2. de religion. C. Theod.

Edictum, quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa proponi volumus: ut omnibus innotescat, Dei omnipotentis unam & veram fidem Catholicam, quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. Dat. III. Non. Martii, Raven. Stilichone II. & Anthemio Coss. Rursum vero ad eumdem Proconsulem hæc mense Decembris (b):

(b) l. 39. de her. t. Cod. Theod.

XXVIII. Donatistæ qui incorrigibiles.

Donatistæ superstitionis hæreticos, quocumque loci, vel fatentes, vel convictos, legis tenore servato, pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Dat. VI. Idus Decemb. Raven. Stilichone & Anthemio Coss. Porro illa sanctio de expressa mulcta auraria decem librarum persolvenda desideratur. Certe quidem his legibus (ut videmus) vetitum fuisse Donatistas testamento vel donatione accipere, contractusque emptionis & venditionis celebrare, atque exilium eisdem fuisse indictum, S. Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam ostendit, cum ait:

XXIX. Querela Augustini de legibus Impp. a Donatistis spretis.

Ita sane huic provisioni contradicere debui, ac vos, quas dicitis vestras, perderetis, & securi Christum proscriberetis: ut jure Romano testamenta conderetis; & jure divino patribus conditum testamentum, ubi scriptum est (c): In semine tuo benedicentur omnes Gentes, calumniosis criminationibus rumperetis: Ut in emptionibus & venditionibus liberos contractus haberetis, & vobis dividere, quod Christus emit venditas, auderetis: Ut quod quisque vestrum cuiquam donasset, & quod donavit Deus deorum a Solis ortu usque ad occasum, vocatis filiis non valeret: Ut de terra corporis vestri in exilium non mitteremini, &c. Hæc de legibus Augustinus, utilitatem earum exprobrans illis.

(c) Genes. 29.

XXX. Unitas ex legibus secuta.

Secuta quidem est ex sententia unitas; non ita tamen, ut Donatistæ omnes ad Catholicam sint reversi Ecclesiam, remanentibus eorum aliquibus obstinatioribus, quos nec ratio, nec metus correxit; de quibus merito illud dicendum fuit (d): *Nemo corriget, quem Deus despexerit*; reliquis tamen ad Catholicam communionem legum timore se conferentibus. Quantum autem emolumenti Catholicæ unitati istarum severitas legum attulerit, ex S. Augustini diversis locis satis compertum redditur, potissimum vero in epistola ad Vincentium (e) ubi pluribus disputat, bene consuli schismaticis & hæreticis, si legum severitate ad Catholicam Ecclesiam redire compellantur: atque in primis hæc ait: *De multorum jam correctione gaudemus, qui tam veraciter unitatem Catholicam teneant atque defendunt, & a pristino errore se liberatos esse lætantur; ut eos cum magna gratulatione miremur, qui tamen nescio qua vi consuetudinis, nullo modo mutari in melius cogitarent; nisi hoc terrore perculsi, sollicitam mentem ad considerationem veritatis intenderent*: & inferius:

(d) Eccl. 7.

(e) Aug. epist. 48.

XXXI. Quamplurimi hæretici & schismatici legibus Impp. coercentur.

O si possem tibi ostendere ex ipsis Circumcellionibus quam multos jam Catholicos manifestos habeamus, damnantes suam pristinam vitam & miserabilem errorem, quo se arbitrabantur pro Ecclesia Dei facere quicquid inquieta temeritate faciebant: qui tamen ad hanc sanitatem non perducerentur; nisi legum istarum, quæ sibi displicent, vinculis tamquam phrenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi gravissime eorum, qui turbulentam quidem audaciam non habebant, sed quadam vetusta socordia premebantur, dicentes nobis: Verum quidem dicitis: non est quod respondeatur: sed durum est nobis, traditionem parentum relinquere. Nonne salubriter regula temporali molestiarum excitandi erant, ut tamquam de somno

PAGIUS X. Honorius legem adversus hæreticos latam ad Donatistas extendit.

Baronius num. XXVIII. sanctionem illam de expressa mulcta auraria decem librarum datam a Theodosio Magno & ab Honorio renovatam, cujus meminit Augustinus Epist. LXXXVIII. ad Januarium, quæ alias erat LXVIII. & Epist. CLXXXV. ad Bonifacium, alias L. desiderari arbitrabatur. Verum, ut observavit Gothofredus in Commentario laudatæ legis XXXIX. *de hæreticis*, ea alia non est quam lex Honoriana ab ipsomet recitata, quod indicatur his verbis, *legis tenore servato*, legis nempe Theodosianæ. Quod & ostendit Possidius in Vita Sancti Augustini cap. 12. ubi loquens de Crispino pronunciato hæretico ait: *Proque illo apud Cognitorem catholicus Episcopus intercessit, ne auraria mulcta exigeretur: ei & beneficium impetratum. Unde cum ingratus ad piissimum Imper. provocasset, ab Imperatore relationi, debitum est responsum solutum: & consequenter præceptum nullo prorsus loco Donatistas Hæreticos esse, & ad gnea legum omnium contra hæreticos latarum ubique teneri decreto. Ex quo & Judex propter Officium, & idem Crispinus quod minime fuerat exceptus, præcepti sunt denas libras auri fisci Juribus inferri.* Qui locus hujus legis sententiam, & verba prope ipsa expri-

ne letargico emergerent, & in salutem unitatis evigilarent? Quam multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes, pristinum pondus perniciosi sui operis accusant, & fatentur nos sibi molestos esse debuisse; ac tamquam mortifero somno, ita morbo veternosæ consuetudinis interirent. Et post nonnulla (a) quæ Catholicorum Episcoporum fuerit sententia, dum de his in Synodo ageretur, subdit his verbis:

(a) Aug. ib.

XXXII.

His ego exemplis a collegis meis mihi propositis cessi. Nam mea quidem primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum; verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum; ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noveramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur Civitas mea, quæ cum tota esset in parte Donati, ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium conversa est; quam nunc videmus ita hujus vestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur: ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est (b): Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Quam multi enim (quod certo scimus) jam volebant esse Catholici, manifestissima veritate commoti; & offensionem suorum reverendo, quotidie differebant. Quam multos non veritas (in qua numquam præsumpsistis) sed obduratæ consuetudinis grave vinculum colligabat; ut in eis compleretur divina illa sententia (c): Verbis non emendabitur servus durus: si enim & intellexerit, non obediet. Quam multi propterea veram putabant Ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendum Catholicam veritatem securitas torpidos, fastidiosos, pigrosque faciebat. Quam multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in altare Dei ponere jactitabant. Quam multi nihil interesse credentes in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant,

(b) Prov. 9.

Quibus detinebantur Donatistæ prætextibus.

(c) Prov. 29.

& eos inde discedere, atque ad Catholicam nemo transire cogebat.

XXXIII. Donatistæ redeuntes ad Ecclesiam gratias agunt.

His omnibus harum legum terror (quibus promulgandis Reges serviunt Domino in timore) ita profuit, ut nunc alii dicant: Jam hoc volebamus: Sed Deo gratias, qui nobis occasionem præbuit, jamque faciendi & dilationum morulas amputavit. Alii dicant: Hoc esse verum jam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur: Gratias Domino, qui vincula nostra dirupit, & nos ad pacis vincula transtulit. Alii dicant: Nesciebamus hic esse veritatem, nec eam discere volebamus; sed nos ad eam cognoscendam metus fecit intentos, quo timuimus, ne forte sine ullo rerum æternarum lucro damno rerum temporalium feriremur: Gratias Domino, qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit; ut saltem solliciti quæreremus, quod securi numquam nosse curavimus. Alii dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, si non intraremus; nec intraremus, nisi cogeremur: Gratias Domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit, quam vana & inania de Ecclesia sua mendax fama jactaverit. Hinc jam credimus, & illa falsa esse, quæ auctores hujus hæresis criminati sunt: quando posteri eorum tam falsa & pejora finxerunt. Alii dicant: Putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus: Sed gratias Domino, qui nos a divisione collegit; & hoc uni Deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit. Hæc Augustinus.

XXXIV. Aliud Concilium Carthaginense tempore unitatis.

Qualis autem quantaque facta fuerit ex Donatistis accessio ad Catholicam unitatem, ex ipsis Actis Carthaginensis Synodi hoc anno habitæ possumus intelligere. Iisdem enim Consulibus Stilichone secundum & Anthemio, decimo Kal. Septemb. habita est Synodus Carthaginensis, in qua nihil præterea actum reperitur, nisi ut quæ reliqua essent ad perfectam unitatem pertinentia, per legatos quam primum perficerentur; agereturque publice legatione gratiarum actio de illis, qui relicto schismate ad Catholicam Eccle-

PAGIUS

primit. Ait Possidius *Donatistas hæreticos esse*; lex ipsa habet: *Donatistæ superstitionis hæreticos.* Ait, *nullo prorsus loco*; Lex vero Honoriana, *quocunque loci*. Ait Possidius: *Ad jura Legum omnium contra hæreticos latarum ubique teneri debere*: lex vero, *legis tenore servato*. Denique scribit Possidius: *præcepit quod minime fuerant exacti denas libras auri fisci Juribus inferre*: in ipsa lege dicit Honorius: *pœnam debitam absque dilatione persolvere decernimus*. Itaque jam dubium nullum, hanc illam esse Honorii legem de mulcta decem librarum auri Donatistis hæreticis imposita; *hæreticis* inquam, Donatistis. Qua unica in voce *Honorius* indicat rationem hujus legis, & cur mulctam a Theodosio Magno patre in hæreticos generaliter latam, in Donatistas quoque proroget, quod & ipsi *hæretici* sint. Quod etiam ipsum indicat Augustinus in Epistola citata ad Bonifacium.

XI. *Honorius Edictum Unitatis emittit.*

Idem Honorius dedit legem Cod. Theod. 38. *de hæreticis, prid. Idus Februarii*, quam recitat Baronius num. XXVII. Ea Manichæorum & Donatistarum spiritus furor & error, cœtusque seditiosi retunduntur, pœnis severissimis propositis, atque ad unitatem omnibus invitatis. De hac lege accipiendum quod hoc anno scribit Idacius in Fastis: *His Coss. inter Catholicos & Donatistas unitas facta*, id est, Unitatis Edictum seu Henoticum factum. Hujusmodi enim edicta Græci ἑνωτικὰ vocant; quale etiam Zenonem Imper.

clesiam rediissent; hæc enim habent ejus Acta reposita in Concilio Africano (*a*) his verbis:

(*a*) *Conc. Afr. c. 61.*

XXXV. Quid actum in Synodo Carthaginensi.

Ut libera legatio ab omnibus provinciis ad Concilium dirigatur: ad Myzonium legati, & litteræ propter liberam dirigendam legationem, destinari præcepti sunt. Ut quia apud Carthaginem tantum unitas facta est: dentur etiam litteræ ad Judices, ut & in aliis provinciis, & civitatibus operam impendi jubeant unitati: ut gratiarum actiones de Carthaginensi Ecclesia pro universa Africa de exclusione Donatistarum cum Episcoporum litteris ad Comitatum mittantur. Ista quidem cum in Synodo agitarentur: *Recitatæ sunt* (inquiunt Acta) *litteræ Papæ Innocentii, ut Episcopi ad transmarina pergere facile non debeant: quod hoc ipsum Episcoporum sententiis confirmatur.* Hæc ibi. Videsne, quantum detulerit Synodus Carthaginensis Romano Pontifici, ut statim revocarint, quod de Episcopis ad Comitatum legandis statutum erat, generali una admonitione ex Innocentii Papæ litteris? Quamobrem priori revocato decreto, hæc statuunt: *Ut propter gratiarum actionem, & exclusionem Donatistarum, duo clerici Ecclesiæ Carthaginensis ad Comitatum mittantur.* Quanta autem Deus contulerit Honorio Imperatori, qui tam pia sollicitudine, quæ ad Ecclesiæ unitatem spectabant, curavit, dicemus anno sequenti.

XXXVI.

Magni quidem momenti unitas ista fuit, cujus causa ad Imperatorem pro gratiarum actione in Synodo decreta legatio est. De qua etiam quæ S. Augustinus scribat ad Bonifacium, audiamus (*b*): *Jam vero* (inquit) *cum ipsæ leges venissent in Africam, præcipue illi qui quærebant occasionem, aut sævitiam furentium metuebant, aut suos verecundabantur offendere, ad Ecclesiam continuo transierunt. Multi etiam, qui sola illic a parentibus tradita consuetudine tenebantur; qualem vero causam ipsa hæresis haberet, numquam antea cogitaverant, numquam quærere & considerare voluerant: mox ubi*

(*b*) *Aug. epist. 50.*

Unitas plurimorum Donatistarum ad Catholicam Ecclesiam.

cœperunt advertere, & nihil in ea dignum invenire, propter quod tanta damna paterentur, sine ulla difficultate Catholici facti sunt. Docuit enim eos sollicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Istorum autem omnium præcedentium auctoritatem & persuasionem secuti sunt multi, qui minus idonei erant per se ipsos intelligere quid distaret inter Donatistarum errorem, & catholicam veritatem. Ita cum magna agmina populorum vera mater in sinum gaudens reciperet; remanserunt turbæ duræ, & in illa peste infelici animositate sistentes. Ex his quoque plurimi simulando communicaverant, alii paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant, paulatim assuescendo, & prædicationem veritatis audiendo, maxime post collationem & disputationem, quæ inter nos & Episcopos eorum apud Carthaginem fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdam vero locis, ubi pertinacior, & impacatior prævaluit multitudo, cui resistere non poterant pauciores, quorum erat melior de communione sententia, aut turba auctoritati paucorum potentiorum subdita in malam partem obtemperarunt; aliquanto diutius laboratum est.

XXXVII. Donatistarum quorumdam sævitia.

Ex his sunt in quibus adhuc laboratur: in quo labore multi Catholici, & maxime Episcopi & clerici, horrenda & dura perpessi sunt, quæ commemorare longum est: quando quorumdam & oculi extincti sunt, & cujusdam Episcopi manus & lingua præcisa est, nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas cædes, & domorum deprædationes per nocturnas aggressiones, & incendia non solum privatorum habitaculorum, verum etiam Ecclesiarum: in quas flammas non defuerunt qui & codices Dominicos mitterent. Sed nos hujusmodi afflictos malis consequens consolatus est fructus. Nam ubicumque a perditis ista commissa sunt, ibi ferventius atque perfectius unitas Christiana profecit, & uberius laudatur Dominus, qui donare dignatus est, ut servi ejus passionibus suis lucrarentur fratres suos, & oves ejus, mortifero errore dispersas, in pacem salu-

PAGIUS

per, postea initisse memorat Victor Tunnunensis in Chronico. Hujus Unitatis Edicti meminit ipse Honorius leg. 2. Cod. Theod. *de Religione*, proximo sequente mense data, & ibidem a Baronio recitata. Meminere & Patres Africani triennio post in Concilio Carthaginensi anno CCCCVII. celebrato Canone XCIX. Cod. Africani: *una sit Catholica veneratio: una salus sit Trinitatis par sibi congruens Sanctitas expetatur.* Causam huic Edicto præbuere tum Patres Africani anno superiori congregati, tum ea quæ exinde a parte Donatistarum secuta sunt. Patres nempe Africani, cum Donatistarum & Circumcellionum, quos ad amicabilem de Religione collationem antea invitaverant, furorem viderent, legatione ad Honorium missa, & unitatis studium commendarunt, & pœnas adversus Donatistas sanciri expetiverunt, ut plenissime Canone XCIII. Codicis Africani continetur. His addendæ & querelæ etiam privatæ Episcoporum, & in his *Maximiani* Episcopi Bagaiensis, quæ ad Honorium Imper. eodem tempore perlatæ, de quibus Augustinus Epist. CLXXXV. alias L. & Epist. XCIII. ad Vincentium, alias XLVIII. & lib. 3. contra Cresconium cap. 43. lib. 3. contra Julianum cap. I. in Breviculo Collationis diei 3. cap. II. ut videre est apud Baronium a num. XXII. ad XXV. & a num. XXX. & seq. Hinc igitur Honorius, quod ipsemet hoc Edicto profitetur: *qui præcipue, ut comperimus, furere non desistunt*, hoc Edictum promulgavit: ut furorem & errorem Donatistarum cohiberet, ut seditionibus occurreret, quod pluribus ostendit Gothofredus in Comment. legis 38. *de hæreticis*.

tis æterna suo sanguine congregarent. Hæc Augustinus de unitate hoc anno cœpta, & majoribus in dies incrementis propagata. De crudelitate autem illorum Donatistarum, qui resipiscere noluerunt, agit idem Augustinus in epistola ad Januarium & aliis in locis: nos vero de illis suo loco inferius.

XXXVIII. Pammachii studium pro conversione Donatistarum.

Enituit in hujusmodi unitate facienda etiam studium Pammachii Romani Civis ac Senatoris amplissimi, qui possidens in Numidia latifundium, in quo cum essent coloni omnes Donatistæ, iidemque pertinacissimi; ita operatus est, ut cunctos reddiderit, relicto schismate, Orthodoxos, cujus magni lucri causa S. Augustinus illi gratulans, egregium scripsit epistolam, in qua hæc inter alia (a): *In cujus charitate* (Christi nimirum) *nisi radicatus esses, non tibi tam dilecta Catholica unitas foret; nec colonos tuos Afros, eo terrarum, unde Donatistarum furor exortus est, hoc est in medio Consulari Numidiæ constitutos, tali admoneres alloquio, tanto fervore spiritus animares, ut devotione promptissima ad sequendum eligerent, quod te talem & tantum virum nonnisi agnita veritate sequi cogitarent; & tam longe a te locorum intervallis remoti, irent sub idem caput, atque in ejus membris in æternum tecum deputarentur, cujus præcepto tibi temporaliter serviunt. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens, exultavi, ut gratularer tibi in Christo Jesu Domino nostro, tibique has gratulatorias litteras mitterem*. Et post hæc: *O quam multorum tecum pariter Senatorum, pariterque sanctæ Ecclesiæ filiorum tale opus desideramus in Africo, de quali tuo lætamur! Sed illos periculosum est exhortari, tibi securum est gratulari*. Hæc & alia Augustinus ad Pammachium in epistola (ut in fine ait) fratribus Romam legatis data. Porro hunc illum esse Pammachium clarissimum Senatorem putamus, cui cum S. Hieronymo a prima ætate magna familiaritas ac necessitudo & amicitiæ usus intercessit, de quo plura superius.

(a) Aug. epist. 134.

XXXIX. Donatistæ contra Catholicos armis, & scriptis agunt.

Qui autem ad unitatem vocati resilierunt, eorum alii armis in Catholicos desperatione adacti (ut dictum est) grassari cœperunt; alii vero, qui modestiores esse viderentur, scriptis egere, expostulantes nimirum adversus Catholicos, quod egerint legibus Imperatorum, ut nolentes licet, pertraherentur ad unitatem. Inter alios autem qui ista jactarent, fuit Vincentius Donatista, qui eo argumento ad S. Augustinum epistolam scripsit. Sed fortiorem ipse Augustinus reddidit Apologiam (b), egitque de his ad diversos scribens, & inter alios ad Januarium (c), & Bonifacium; (d) ad quem post multa eo argumento disputata, calumniam illam confutat; qua iidem Donatistæ more suo proscindebant optimam famam Orthodoxorum, dicentes inhiare ipsos bonis eorum. Sed in illos hæc Augustinus argute quidem: (e) *Quod autem nobis objiciunt, quod res eorum concupiscamus & auferamus; Utinam Catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Usque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quæ loquuntur. Ipsi certe dicunt, & invidiosissime sibi conqueri videntur, quod eos in nostram communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus, desiderat habere consortem?* Hæc idcirco, quod ex indulgentia (ut dictum est) Romani Pontificis, Donatistarum Episcopi, qui redire vellent, sinerentur Episcopi perseverare, bonisque suis & Ecclesiæ Catholicæ perfrui.

(b) Aug. epist. 48.
(c) Aug. epist. 68.
(d) Aug. epist. 50.
(e) Aug. epist. 50.

XL. Augustino data occasio scribendi contra Cresconium.

Sed & haud post multum temporis eumdem factum Augustinum compulsum esse scribere adversus Cresconium grammaticum, Donatistarum acerrimum defensorem, indicat illis verbis, quibus de Crispino Episcopo Calamensi Donatistarum agens addit (f): *Et nunc inter ipsas etiam recentissimas leges proscriptionem vestris Episcopis comminantes in re propria securus sedeat*, &c. De Cresconio autem sic ipse (g): *Grammaticus, etiam quidam Donatista Cresconius, cum invenisset epistolam meam, qua primas partes, quæ in manus nostras tunc venerant, epistolæ Petiliani redargui: putavit mihi esse respondendum, & hoc ipsum scripsit ad me. Cui operi ejus libris quatuor respondi, ita sane, ut tribus peragerem quod universa responsio flagitabat. Sed cum viderem de sola Maximianensium causa, quod suos schismaticos damnaverant, & eorum aliquos rursus in suis honoribus receperunt, baptismumque ab eis extra suam communionem datum non repetiverunt; responderi posse ad cuncta quæ scripsit: etiam quartum librum addidi, in quo id ipsum (quantum potui) diligenter atque evidenter ostendi. Hos autem quatuor libros quando scripsi, jam contra Donatistas leges dederat Honorius Imperator*. Hactenus Augustinus: quibus plane intelligas, id ipsum quarto potissimum libro contra Cresconium S. Augustinum conatum esse, quod sue Honorius sanctione; nimirum omnibus reddere exploratum, ipsos Donatistas suis ipsorum tum factis, tum scriptis prorsus convinci, dum quod in aliis, nempe Catholicis, ipsi redarguissent

(f) Aug. cont. Cresc. l. 3. c. 47.
(g) Aug. retract. l. 2. c. 26.

sent, idem ipsi vehementiori studio perpetrassent.

XLI. Prædicatione Augustini Donatistæ complures conversi.

(a) Aug. cont. Cresc. l. 2. c. 3.

Quod autem ex Catholicorum profectu Cresconius ipse tabesceret, indigne ferens complures Donatistarum tum ex prædicatione, tum etiam ex Augustini scriptis in dies resipiscere; inde ille hæc in eum mira temeritate scriptis effutiit, quæ Augustinus (a) refert his verbis: *Dicis, quod intoleranda arrogantia credam, me solum terminare posse, quod aliis velut inexpugnabile visum, atque judici Deo dimissum est: cum paulo superius dixeris, hoc me velle finire post tot annos, post tot judices & arbitros, quod apud Principes, tot disceptantibus litteratis, ab utriusque partis Episcopis finiri non potuit.* Ad hæc Augustinus respondet inter alia, jam ante causam definitam fuisse judicio Ecclesiastico, Episcoporum vero Orthodoxorum esse studiose invigilare, quo ad rectam viam devii perducantur: quantum autem ipsi prædicatione profecerint, declarat his verbis (b): *Neque* (inquit) *hoc fit sine fructu, ut existimas. Nam si posses videre quam longe lateque per Africam error ille pervaserit, & quam pauca ejus remanserint, quæque nondum in pacem Catholicam correcta transierunt: nullo modo assertorum Christianæ pacis & unitatis infructuosam & inanem arbitrareris instantiam.* Hæc ipse.

(b) Ibid. c. 5.

XLII. Cresconius grammaticus altercatur de nominis derivatione.

Cum igitur haud ignoraret Cresconius, Augustini opera, impium schisma grave in dies magis in suis dispendiam pati: quod non esset quid in ejusdem Augustini scriptis ea de re pervulgatis jure carpere potuisset: dum idem ipse haud animo indagandæ veritatis, sed adversandi prurigine contrariis scriptis altercari niteretur; eo se miser convertit (quod risu dignum est) homo grammaticus, ut de grammaticalibus regulis Augustino faceret quæstionem: sed quænam hæc fuerit, ipsam attende ista dicentem (c): *Audi ergo Cresconi, dum breviter & hoc demonstro, nihil te dixisse per totam epistolam tuam, quo refelleres meam: nisi forte quod me nomina derivare vel declinare docuisti; ut a Donato, Donatianos, potius quam Donatistas dicerem: quam tamen Græcam solitam declinationem esse concedis, videlicet, quod ita Donatistæ a Donato, ut Evangelistæ ab Evangelio, nominentur: quo te delectari dicis; et vestris Evangelium prædicantibus, a simili mutata sit vocabuli declinatio.* Hæc inter alia in suum Orbilium infligentem pueris verbera Augustinus: cum graviora ipsi infligi a Demosthene doceat, dum addit: *Si enim Demosthenes clarissimus oratorum, quibus verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris: cum tamen ei nonnullam locutionis insolentiam objecisset Æschines; negavit ille, in eo positas esse fortunas Græciæ, illo ne an illo verbo usus fuerit, & an huc an illuc manus porrexerit: quanto minus nos laborare debemus de regulis derivandorum nominum, quando sive hoc, sive illud dicatur, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus, quorum non in expositione sermonis, sed in demonstratione veritatis est major intentio?* Hæc ipse, intorquenda in sciolos nostri temporis, a quibus hæreses manavere, nimirum a collegis Cresconii, verborum vitia sugillantibus, Novatoribus hæreticis, sine Scriptura divina Theologis, Apostolis sine miraculis, absque vera fide religiosis, ex grammaticis factis statim Evangelii interpretibus, ministris Ecclesiam destruentibus, censoribus Orbis, orbatis mentis oculis. Sed missis his, ad reliquas hujus anni res gestas revocemus orationem.

(c) Aug. cont. Cresc. l. 2. c. 2.

XLIII.

Hoc anno celebrata est prima Synodus Toletana, cui ejusmodi titulus præfixus habetur (d): *Concilium Toletanum primum novendecim Episcoporum, tempore Honorii & Arcadii, Stilichone Consule,*

(d) Extat t. 2. Conc.

Pa-

XII. Epocha Concilii Toletani primi.

A num. XLIII. ad LXII. Concilium Toletanum *primum* vulgo appellatum, in variis MSS. Codicibus *Stilichone Consule* dicitur celebratum; cumque Stilicho anno CCCC. priorem Consulatum, & CCCCV. secundum gesserit, inde factum, ut Baronius in priori editione Annalium illud cum posteriori Stilichonis Consulatu copularit; quod adhuc extet Epistola Innocentii Papæ ad Toletanam Synodum data, ordine XXIII. anno autem CCCC. *Anastasius* Papa adhuc in vivis fuerit. Postea, ut videre est num. XLIII. illam sententiam retractavit, & Concilium istud in Consulatum primum Stilichonis, annumque Christi CCCC. contulit, Epistolam vero illam Innocentii ad Synodum aliam Toletanam Innocentio sedente habitam pertinere recte vidit. In vulgatis quidem editionibus ea Epistola dicitur data *ad Episcopos Synodi Tolosana*; sed Sirmondus ex capite sexto illius Epistolæ demonstravit, eam ad Synodum Toletanam, cujus Acta non extant, missam. Cæterum licet tituli Conciliis præfixi plerumque a Librariis additi fuerint, ex Idacio tamen, cujus verba mox referam, liquet Toletanum I. ab anno CCCC. removendum non esse. In exemplari Professionum fidei contra sectam Priscillianistarum editarum legitur: *post habitum jam Concilium Kalend. Septemb. III. Non. Septemb. post diversas cognitiones tunc habitas, sub die VIII. Iduum Septembrium excerpta sunt de plenariis gestis Professiones Domini Symphosii, & Domini Dictinii sanctæ memoriæ Episcoporum*, &c. Sed, ut statim ostendam, istæ fidei Professiones pertinent ad aliud Concilium Leone Magno Romanum Pontificatum gerente coactum.

XIII.

Dictinius Episcopus filius fuit Symphosii Episcopi, ut patet ex his verbis ab eo in fidei Professione prolatis: *Sequor sententiam domini mei, & patris mei & genitoris & doctoris mei Symphosii*: ab eo Priscillianæ hæresis venenum hau-

Concilium Toletanum primum.

Patrono Episcopo praesidente, sub die septimo Idus Septembris. Quod vero ad posteriorem potius Consulatum Stilichonis, quam ad priorem, atque sub hoc anno eamdem Synodum celebratam esse dicamus; illud magnopere persuadet, quod si sub priore Stilichonis Consulatu hanc habitam esse diceremus, ad tempora usque Anastasii Papæ referenda ipsa esset; quam tamen constat coactam esse sub Innocentio Romano Pontifice, cujus ad Synodum Toletanam data adhuc extat epistola (*a*). Nec alia quidem sub ipso Innocentio acta Toleti Synodus reperitur, ad quam idem Romanus Pontifex eam epistolam dedisse potuerit. Ita quidem nobis necessario sentiendum fuit, antequam comperta habuerimus quæ ex antiquo scripto codice edidit Acta Synodi Toletanæ Ambrosius Morales, vir cum primis doctus & de Ecclesiasticis antiquitatibus rerum Hispanicarum optime meritus; quibus plane innotescit, superstite adhuc S. Simpliciano Mediolanensi Episcopo, primum Concilium Toletanum esse celebratum Era quadringentesima trigesima octava, ac proinde illud ipsum ad Priorem Stilichonis Consulatum esse referendum, ut ea de re dubitatio nulla supersit. Veruntamen eidem, vel eruditio viro res Hispanicas accuratissime prosequenti Joanni Marianæ in eo minime assentiri valeamus, dum Concilium primum Toletanum, quod sub Anastasio Papa habitum consitentur, idem esse cum eo, ad quod extant dictæ litteræ Innocentii, existimant, easdemque ab ipso datas in ipso sui Pontificatus ingressu, cum S. Anastasio Papæ successit: decepti ambo aliorum errore, ex falsa chronographia annorum sedis Pontificatus Anastasii, qua tradunt eodem anno primi Consulatus Stilichonis dictum Concilium celebratum, Anastasiumque defunctum, atque Innocentium subrogatum: Cum tamen certa testificatione majorum, & ex rerum gestarum necessaria deducta temporis ratione superius sit demonstratum, non eo anno sub priore Consulatu Stilichonis, anno Domini quadringentesimo defunctum esse Anastasium, anno sui Pontificatus tertio, sed ad quintum pervenisse, suffectumque in ejus locum Innocentium anno salutis quadringentesimo secundo. Hæc igitur cum satis comperta & explorata se habeant; quæ ratio patitur, ut unum idemque dicamus esse Concilium Toletanum quod anno tertio Anastasii est celebratum, cum eo ad quod Innocentius Papa decretalem epistolam dedit; quam etsi diximus datam esse anno primo ejus Pontificatus, tamen a primo Concilio Toletano anno tertio Anastasii celebrato duorum ferme annorum spatia intercurrunt, cum & certo sciamus ex præscripto sacrorum canonum, quorum sæpe superius mentio facta est, bis in anno ad provinciale Concilium Episcopos coire consuevisse; nec sit exemplum, unum idemque provinciale Concilium in annum sequentem esse propagatum.

(*a*) Tom. 2. Conc. ep. 24.

XLIV.

Duo Concilia Toletana.

Neque est etiam quod dici possit Concilium Toletanum sub Innocentio idem esse cum illo sub Anastasio celebrato, ex eo quod in ipso quoque de perperam factis ordinationibus actum sit: nam & longe ante primum Concilium Toletanum de iisdem tractatum est a Siricio Papa in litteris ab eo datis ad Himerium Tarraconensem Episcopum: diu enim multumque ejusmodi in sacris ordinibus corruptio disciplinæ exagitavit Hispaniarum Ecclesias; adeo ut in schisma ulcus erupetit tempore primi Concilii Toletani, ut verbis istis Patronus Episcopus præfatus est, dicens: *Quoniam singuli cœpimus in Ecclesiis nostris facere diversa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perveniunt, &c.* Ea quibus etiam potest intelligi, longe post primum Concilium Toletanum aliud esse celebratum sub Innocentio, cum jam longe lateque tunc obortum schisma diffusum magis magisque Hispaniarum Ecclesias infestaret: nam Innocentius in sua epistola ad Episcopos in Toletana Synodo constitutos ista præfatur: *Sæpe me & nimium cum teneret cura solicitum super dissensione*

PAGIUS

Actum in eo de Dictinio & Symphosio hæresi Priscillianæ infectis.

hauserat, de qua uterque infamatus fuit in Synodo Cæsaraugustana anno CCCLXXXI. adversus *Priscillianum* coacta; cujus judicium declinasse dicitur *Symphosius* in sententia Toletanæ I. Synodo se subducens. Unde postmodum cum pacem sibi reddi cum aliis postularet, vix obtinuit, ut audiretur, nisi intercessisset literis suis Sanctus *Ambrosius* tam pro *Symphosio* Episcopo, & *Dictinio* Presbytero, quam pro cæteris de eodem errore accusatis. Sed cum neuter certas pacis conditiones sibi impositas implevisset, & in sententia diu perseverassent, atque Symphosius *Dictinium* Episcopum consecrasset, uterque ab Hispaniarum Episcopis ad Concilium Toletanum evocatus est; sed illius Concilii judicium subterfugere, nec nisi Concilio Toletano anno CCCC. celebrato se repræsentarunt, in quo Priscillianum ultro damnarunt. Hujus Concilii indulgentia in Sede uterque sua consistere permissus est; suspensa tamen communione, prius eis non impertienda, quam in Romani & Mediolanensis Antistitum communionem recepti esse per illorum literas probarentur. Hæc summarie descripta ex exemplari *definitivæ sententiæ*, quæ in hoc Concilio Toletano I. recitatur.

XIV.

Uterque abjurata hæresi in communionem receptus est.

Loquitur de hoc Concilio Idacius in Chronico anno Abrahami 2416. qui Kalend. Septemb. anni Christi CCCXCIX. inchoatur, & certos nos facit, *Stilichone primum Consule* congregatum fuisse. Hæc ejus verba: *In Provincia Carthaginiensi in civitate Toleto Synodus Episcoporum contrahitur, in qua quod gestis continetur, Symphosius, & Dictinius, & alii cum his Gallæcia*

nis schismate Ecclesiarum, quod malum per Hispanias in dies separationis gradu incedere fama ipsa loquitur: ut plane appareat, non statim ut subrogatus est Innocentius in locum Anastasii, sed cum plures sedisset annos, eas ab ipso litteras esse conscriptas: quod si ipso sedis suæ exordio ad primum Concilium Toletanum eam Innocentius dedisset epistolam, utique de restituenda pœnitentibus communicatione (quod requirebatur, & expectabatur ab ipsis) ab eo scribendum fuisset.

XLV. His igitur de duabus Synodis Toletanis inter se invicem distinctis elucidatis, Acta ipsa ad priorem Synodum sub Anastasio celebratam spectantia hic reddenda putamus, quod plura in eis sint quæ ad rerum gestarum cognitionem ac temporum rationem pertineant, confirmentque superius a nobis asserta de tempore Concilii Cæsaraugustani, multa præterea habeant quæ Hispaniæ Episcoporum erga Romanum Pontificem insinuent cultum & observantiam: continent autem in primis pœnitentiam Episcoporum palinodiam de Priscilliana hæresi aliquando recepta recantantium: sic enim se habent:

INCIPIUNT EXEMPLARIA PROFESSIONUM IN CONCILIO TOLETANO CONTRA SECTAM PRISCILLIANI, ERA CCCCXXXVIII. est hic annus Domini quadringentesimus, quo notatur in Consularibus Fastis Stilichonis cum Aureliano Consulatus.

Post habitum jam Concilium Kalendis Septembribus, tertio Nonas Septembres post diversas cognitiones tunc habitas, sub die octavo Iduum Septembrium excerptæ sunt de plenariis Gestis professiones domni Simphosii, & domni Dictinii sanctæ memoriæ Episcoporum, & domni sanctæ memoriæ Comasii tunc presbyteri, quas inter reliquos habuerunt in Concilio Toletano de damnatione Priscilliani, vel sectæ ejus, in hunc modum:

XLVI. Professio Dictinii Episcopi. *Post aliquanta & inter aliquanta eodem tempore Acta, Dictinius Episcopus dixit: Audite me, optimi Sacerdotes: Corrigite omnia, quia vobis correctio data est: scriptum est enim: Vobis datæ sunt claves Regni cælorum. Sed peto a vobis, ut claves nobis Regni, non portæ aperiantur inferni. Hæc, si dignamini, omnia ante oculos pono: Hoc enim in me reprehendo, quod dixerim unam Dei & hominis esse naturam. Item dixit: Ego non solum correctionem vestrum rogo, sed & omnem præsumptionem meam de scriptis meis arguo atque condemno. Item dixit: Sic sensi: testis est Deus. Si erravi, corrigite. Item dixit: Et paulo ante dixi, & nunc iterum repeto: In priori comprehensione mea, & in principiis conversionis meæ quæcumque conscripsi, omnia me toto corde respuere. Item dixit: Excepto nomine Dei, omnia anathemo. Item dixit: Omnia quæ inveniuntur contra fidem, cum ipso auctore condemno.*

XLVII. Professio Simphosii Episcopi. *Simphosius Episcopus dixit: Juxta quod paulo ante lectum est in membrana nescio qua, in qua dicebatur Filius innascibilis: hanc ego doctrinam, quæ aut duo principia dicit, aut Filium innascibilem, cum ipso auctore damno qui scripsit. Item dixit: Ego sectam, quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Ego sectam malam, quæ recitata est, damno cum auctore. Item dixit: Date mihi chartulam, ipsis verbis condemno. Et cum accepisset chartulam, de scripto recitavit omnes libros hæreticos, & maxime Priscil-*

PAGIUS *laciæ provinciæ Episcopi, Priscilliani sectatores hæresim ejus blasphemissimam cum adsertore eodem Professionis suæ subscriptione condemnant. Statuuntur quædam etiam servanda de Ecclesiæ disciplina communicante in eodem Concilio Ortigio Episcopo, qui Celenis fuerat ordinatus, sed agentibus Priscillianistis pro fide Catholica pulsis factionibus exulabat.*

XV. *Duo Dictinii & duo Symphosii distinguendi.* Quesnellus in notis ad Epistolam XV. Sancti Leonis Magni, alias XCIV. ad Turribium Asturicensem Episcopum, sit, quod dicitur de *Dictinio* in Concilio Toletano I. nimirum suam illi sedem servatam fuisse post ejuratam Priscilliani sectam, vix conciliari posse cum his quæ refert Idacius, a quo hæc verba citat: *Dictinius Asturicensis Episcopus, qui ob Priscilliani hæresim, quam profitebatur, ejecto, cum alias ejusdem secta Episcopis, successit Turribius.* Verum ea verba in Idacii Chronico edito a Sirmondo non reperiuntur, neque verum est aliquem Episcopum eo in Concilio e sede sua pulsum fuisse; imo cuncti sectam *Priscilliani* ejurarunt, ut asserit Idacius, ideoque & cuncti in communionem recepti. Quesnellus ibidem suspicatur, *Symphosium* & *Dictinium* Innocentii primi temporibus sedibus suis fuisse restitutos; sed id gratis asseritur. In Chronico Idacii anno Abrahami 2440. qui Kalend. Octobris anni Christi CCCCXXXII. inchoatur, dicitur *Symphosium* Episcopum legatum missum ab *Hermerico* Suevorum Rege ad Imperatorem. Verum *Symphosius* ille a patre *Dictinii* diversus fuit; cum vir adeo senex hujusmodi legationi obeundæ vix par fuisset. Anno Abrahami 2479. meminit *Dictinii* in Galicia proditoris, quem Episcopum non appellat; sed is anno Christi CCCCLXII. quo annus ille Abrahami inchoatur, potuit quidem adhuc vivere, at non potest esse *Dictinius* relapsus, cui *Turribius*, ad quem laudatam Epistolam Sanctus Leo Papa dedit anno CCCCXLVII. successit. De illo eo anno agemus.

XVI. *Regula fidei Concilio Toletano I. perperam attributa.* In isto Concilio Toletano conditi viginti Canones pro disciplina Ecclesiastica, ut in eo legere est; sed Regula fidei, quæ Canonibus subjicitur, pertinet ad aliud Concilium Turibio Ecclesiam Asturicensem regente celebratum anno CCCCXLVII. ut ibidem Baronius num. XVI. suspicatus est, & ostendit Quesnellus laudatus dissert. XIV. de libellis in Codice Ecclesiæ Roma-

stilliani doctrinam, juxta quod hodie lectum est: Ubi innascibilem Filium, scripsisse dicitur, cum ipso auctore damno.

XLVIII. Professio Comasii presbyteri.

*Comasius presbyter dixit: Nemo dubitet me cum domno meo Episcopo sentire, & omnia damnare, quæ damnavit; & nihil ejus præferre sapientiæ, nisi solum Deum. Atque ideo nolo me, dubitetis, aliud esse facturum, aliterve sensurum, quam quod professus est. Ac proinde quomodo dixit Episcopus meus, quem sequor: quicquid ille damnabit *, & ego damno.*

* damnavit.

Era qua supra, sub diem septimum Iduum Septembrium professiones sanctæ memoriæ Episcoporum domni Simphosii & domni Dictinii, & sanctæ memoriæ Comasii tunc presbyteri.

Secunda professio lapsorum.

Comasius presbyter dixit: Non timeo frequenter dicere, quod semel dixissem, ut gaudeam. Sequor auctoritatem Episcopi mei Simphosii: sequor sapientiam senis; sentio quod dixi. Si jubetis, ex chartula relegam. Omnes id sequantur, qui voluerint vestro adhærere consortio. Et Comasius presbyter ex chartula legit: Cum Catholicam & Nicænam fidem sequamur omnes; & scriptura recitata sit, quam Donatus presbyter, ut legitur, ingessit, ubi Priscillianus innascibilem esse Filium dixit: constat hoc contra Nicænam fidem esse dictum. Atque ideo Priscillianum hujus dicti auctorem cum ipsius dicti perversitate, & quos male condidit libros cum ipso auctore condemno.

Simphosius Episcopus dixit: Si quos male condidit libros, cum ipso auctore condemno.

Dictinius Episcopus dixit: Sequor sententiam domni mei, & patris mei & genitoris & doctoris .... Quæcumque locutus est, loquor. Nam scriptum legimus: Si quis vobis aliter evangelizaverit, præter quam quod evangelizatum est vobis, anathema sit. Et idcirco omnia quæ Priscillianus aut male docuit, aut male scripsit, cum ipso auctore condemno. Hactenus lapsorum professiones. Quid autem de his decreverit sancta Synodus, Acta quæ sequuntur, ita declarant:

L.

*Die qua supra. Exemplar diffinitivæ sententiæ translatæ de Gestis. Episcopi dixerunt: Legatur scriptura sententiæ. Et legit. Etsi diu deliberantibus verum post Cæsaraugustanum Concilium, in quo sententia in certos quosque dicta fuerat; sola tamen una die, præsente Simphosio, qui postmodum declinando sententiam præsens audire contempserat; arduum nobis esset audire jam dictos: litteris tamen sanctæ memoriæ Ambrosii, quas post illud Concilium ad nos miserat, ut si condemnassent quæ perperam egerant, & implessent conditiones quas præscriptas litteræ continebant, reverterentur ad pacem (adde, quæ sanctæ memoriæ Siricius Papa suasisset) magnam nos constat præstitisse patientiam: Et si prius indictum in Toletana urbe Concilium declinarant, ad quod illos evocaveramus; & audissemus cur non implessent conditiones, quas sibi ipsi, sancto Ambrosio præsente & audiente, posuissent: patuit respondisse Simphosium, se a recitatione eorum quæ * dicebant martyres recessisse.* Erant hi quos a Maximo necatos diximus Imperatore, Priscillianus ipse ac socii, quos Priscillianistæ colebant ut martyres. Sed pergunt Acta: *Ac dehinc deceptum, tentumque per plurimos, sicut aliqua gessisse reperimus, nullis libris apocryphis, aut novis scientiis, quas Priscillianus composuerat, involutum. Dictinium epistolis aliquantis pene lapsum, quas omnes sua professione condemnans, correctionem petens, veniam postularet. Quem constat (ut Simphosius fecit) quæcumque contra fidem Catholicam Priscillianus scripserat, cum ipso auctore damnasse.*

* qui dicebantur.

LI.

Cæterum extortum sibi de multitudine plebis probaret esse Simphosium, ut ordinaret Dictinium Episcopum, quem sanctus Ambrosius decrevisset bono pacis locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum. Confitentur etiam illud, quod alios per diversas Ecclesias ordinassent, quibus deerant sacerdotes; habentes hanc fiduciam, quod cum illis propemodum totius Gallecia sentiret plebium multitudo: ex

PAGIUS

manæ contentis num. VIII. In editione enim hujus Concilii Toletani I. a Garsia Loaysa curata dicitur, post Canones Toletanæ I. Synodi hæc verba legi: *Explicit constitutio Toletani Concilii*, tum refertur hæc Epigraphe seu annotatio libelli fidei: *Incipit Regula fidei Catholicæ contra omnes hæreses, & quam maxime contra Priscillianos, quam Episcopi Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitani & Bætici fecerunt, & cum præcepto Papæ urbis Romæ Leonis ad Balconium Episcopum Galleciæ transmiserunt. Ipsi etiam & supra scripta viginti Canonum capitula statuerunt in Concilio Toletano.* Suffragatur Concilium Bracarense primum anno DLX. celebratum, ubi Lucretius Episcopus in hæc verba Synodum alloquitur: *Credo autem Vestra Beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandissima Priscilliana secta venena serpebant, Beatissimus Papa urbis Romæ Leo ... ad Synodum Galleciæ scripta sua direxit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque & Bætici facto inter se Concilio Regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes ad Balconium tunc hujus Bracarensis Ecclesiæ Præsulem direxerunt.* Quæ Regula seu confessio fidei, quæ legitur post Canones XX. in Synodo Toletana I. statutos, condita est in alia Synodo incerto loco celebrata tempore Leonis Magni, relectaque postea in Synodo Bracarensi prima.

Exem-

ex quibus ordinatus est Paternus Bracarensis Ecclesiæ Episcopus: in hanc vocem confessionis primus erupit. Et sectam Priscilliani se scisse, sed factum Episcopum liberatum se ab ea lectione librorum sancti Ambrosii esse, juraret. Item Isonius nuper baptizatum se a Simphosio, & Episcopum factum se hoc tenere, quod in præsenti Concilio Simphosius professus est, respondit.

LII. De perfidia Herenæ Episcopi & suorum.

Vegetinus vero olim ante Cæsaraugustanum Concilium Episcopus factus, similiter libros Priscilliani cum auctore damnaverat, ut de ceteris Acta testantur: de quibus qui consuluntur Episcopi judicabunt. Herenas clericos suos sequi maluerat, qui sponte, nec interrogati, Priscillianum Catholicum, sanctum martyrem clamassent, atque ipse usque ad finem Catholicum hunc esse dixisset, persecutionem ab Episcopis passum. Quo dicto, omnes sanctos, jam plurimos quiescentes, aliquos in hac luce durantes, suo judicio deduxerit in reatum. Hunc cum his omnibus tam suis clericis, quam diversis Episcopis, hoc est, Donato, Acurio, Æmilio, qui ab eorum professionibus recedentes maluissent sequi consortium perditorum, decernimus ab sacerdotio submovendum: quem constaret etiam de reliquis verbis suis convictum per tres Episcopos, multos quoque presbyteros, sive diaconos, cum perjuria fuisse mentitum.

Vegetinum autem, in quem nulla specialiter dicta fuerat ante sententia, data professione, quam Synodus accepit, statuimus communioni nostræ esse reddendum.

Paternum, licet pro Catholicæ fidei veritate & publicata hæresis errore libenter amplexi, Ecclesiam, in qua fuerat Episcopus constitutus, tenere permisimus: recepturi etiam in nostram communionem, cum sedes Apostolica rescripserit. Vides ex his, neminem ante communicare cum lapso, nisi prius illi pœnitenti sedes Apostolica communicaret. Sed subdunt Acta de aliis.

LIII.

Reliqui, qui ex provincia Gallæcia ad Concilium convenerant, & in Simphosii semper communione duraverant, accepta forma a Concilio missa, si subscripserint, etiam ipsi in cælestis pacis contemplatione consistant, expectantes pari exemplo, quid Papa qui nunc est, quid sanctus Simplicianus Mediolanensis Episcopus, reliquique Ecclesiarum rescribant Sacerdotes. Si autem subscriptionem formæ, quam misimus, non dederint; Ecclesias quas detinent, non retineant; neque his communicent, qui reversi de Synodo, datis professionibus, ad suas Ecclesias reverterunt.

LIV.

Sane Vegetinum solum cum Paterno communicare decrevimus. Simphosius autem senex religiosus, qui quæ egerit, suprascripsimus, in Ecclesia sua consistat, circumspectior circa eos, quos ei reddemus, futurus: inde expectabit communionem, unde prius spem futuræ pacis acceperat: quod observandum etiam Dictinio & Anterio esse decrevimus. Constituimus autem, ut priusquam illis per Papam, vel per S. Simplicianum communio redditur, non Episcopos, non Presbyteros, non Diaconos ab illis ordinandos: ut sciamus si vel nunc sciant, sub hac conditione remissi, tandem Synodicæ sententiæ præstare reverentiam. Hic observa veterem nomenclaturam esse, ut per Papam antonomastice intelligatur, secundum ea quæ dicta sunt, Romanæ sedis Episcopus. Sed pergunt: *Meminerint autem fratres & coepiscopi nostri, enixe excubandum, ne quis communione depulsus collectiones faciat per mulierum domos, & apocrypha quæ damnata sunt, legant; ne communicantes his, pari societate teneantur: quoniam quicumque has susceperint, certum est, eos etiam graviori sententia retinendos esse. Fratri autem nostro Ortygio Ecclesias, de quibus pulsus fuerat, pronunciavimus esse reddendas.* Hactenus Acta in scripto codice, qui asservatur in Regia bibliotheca S. Laurentii, exarata.

LV.

At quid, inquies, causa Priscillianistarum, Hispaniarum Ecclesias infestantium, ad S. Ambrosium pertinebat, ut ejusdem litterarum præscripto lapsis pax impertiretur ab Hispaniarum Episcopis? Et quid insuper est, quod iidem Hispaniarum Episcopi profitentur se non communicaturos

PAGIUS XVII. *Exemplaria professionum fidei non sunt hujus Concilii.*

Exemplaria istius *Regulæ fidei* tam in MSS. Codicibus, quam in editis sunt valde diversa; in aliquibus duodecim tantum habentur anathematismi, inter Opera vero Sancti Augustini duodecim illis adduntur alii quatuordecim. Quare recte judicavit Quesnellus citatus eam fuisse temporum progressu interpolatam; quod ex eo manifeste liquet, quod non solum inter Sancti Augustini Opera & inter Acta Concilii Toletani I. habeatur auctior; sed ex mentione Processionis Spiritus Sancti *ex Patre Filioque*; quæ verba recentiorem manum prodere, non est qui dubitare possit. Quod vero addit Quesnellus, hanc fidei confessionem Hispanos Episcopos accepisse a Leone e Codice Romano, aut ad eos a Sancto Augustino missam fuisse, id omne frivolum & sine fundamento excogitatum, illudque tantum verum, hanc fidei confessionem pertinere ad Divi Leonis Papæ tempora. Denique exemplaria Professionum fidei, quarum initium supra relatum, *post habitum jam Concilium Kalend. Septemb.* &c. quæ referuntur a Baronio a num. XLVI. ad LV. non possunt esse hujus Concilii; cum in iis *Symphosius & Dictinius* dicantur Episcopi *sanctæ memoriæ*, et si confictæ non sint, ut suspicatur Quesnellus in Notis ad Epistolam XV. Sancti Leonis, editæ sunt in alio Concilio sub Leone Magno congregato.

ros lapsis pœnitentibus ad Ecclesias suas revocatis, nisi rescriberet id Romanus Pontifex, vel S. Simplicianus, & alii Ecclesiarum Episcopi? Numquid parem ob id quis arguet potestatem fuisse Mediolanensis Episcopi, atque Romani Pontificis? Habes eamdem loquendi formam usurpatam in Concilio Taurinensi (*a*) in eadem (ut diximus) Priscillianistarum causa, verbis illis: *Juxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis*. At non sunt hæc tanta, quæ in discrimen possint veritatem adducere. Etenim hæc omnia acta esse per sanctos Mediolanenses Episcopos mandato Papæ Siricii, cujus in ejusmodi causa iidem legatione fungerentur, plura sunt quæ demonstrent: ac primum quod hæc ipsa Acta recitata superius referunt, dum de S. Ambrosii litteris agentes Episcopi, ab ipso ea scripta subdunt, *quæ* (inquiunt) *sanctæ memoriæ Siricius Papa suasisset*: ut plane appareat, illa a S. Ambrosio esse conscripta, quæ a Papa Siricio antea accepisset. Hæc quidem necessario ita esse intelligenda, quæ in causa Joviniani hæresiarchæ & ejusdem impietatis collegarum inter S. Ambrosium & Siricium transacta sunt, admonent.

(*a*) Concil. Taurin. c. 3.

LVI. Infestabant ejusmodi pestes tunc temporis Mediolanensem Ecclesiam: resistebat illis S. Ambrosius: tamen quod non esset tantæ auctoritatis Antistes, ut hæreticos recens emergentes damnare posset: ut primo Romæ a Siricio iidem damnarentur, curatum fuit; inde vero ut id ipsum Mediolani, convocato Concilio gereretur, missis ab Apostolica sede legatis tribus, per eumdem Siricium procuratum est: quorum auctoritate eosdem hæreticos e Mediolanensi pulsos urbe S. Ambrosius & collegæ Episcopi, qui Synodo interfuerunt, Synodali epistola ad Siricium scripta testati sunt, professi iidem secundum judicium Papæ Siricii eosdem se hæreticos condemnasse. Habes igitur ex his quæ tunc gesta sunt, quæ in pari causa geri potuerint, immo & gesta esse, valeas intelligere: nimirum (quod dicti nuper Episcopi Toletani Concilii publice tradiderunt) suadente Siricio Papa, ea per sanctum Ambrosium scripta esse: quod etiam de ejus successore Simpliciano dicendum est, in quem concessa sancto Ambrosio auctoritas per eumdem Siricium & ejus successorem Anastasium propagata cognoscitur. Jam enim temporibus Damasi Papæ in eadem causa (ut dictum est) sanctus Ambrosius se judicium Damasi sequi professus fuit, dum quos inauditos atque rejectos a Damaso audivit Ambrosius Priscillianum ac socios, ipse æque eosdem Mediolanum se conferentes audire penitus recusavit; ob idque dignus est habitus, cui in eadem causa tractanda Romani Pontifices suam vicem delegare voluerint; ita tamen, ut quid agendum esset (ut vidimus) præmonuerint.

LVII. Quod vero spectat ad Dictinium, qui in hac Synodo Toletana priore sub Anastasio Papa recantavit palinodiam; constat fuisse Episcopum Asturicensem, & claruisse egregia sanctitate, cujus memoria anniversaria natali die in Hispania colitur. Simphosiumque qui dicitur pater ejus, constat tempore Concilii Cæsaraugustani una cum Catholicis Episcopis adversus Priscillianistas hæreticos convenisse, ut quæ extant ejus Synodi fragmenta declarant.

LVIII. De Olympio Hispano Episcopo. At de hac Synodo Toletana illud minime prætereundum est, reperiri ei subscriptum cum aliis Episcopis Olympium, fama celebrem, & clarum inter scriptores Ecclesiasticos hujus temporis; licet cujus Ecclesiæ Episcopus fuerit, non dicatur, sicut alii ibidem nominari Antistites. De Olympio enim Episcopo his temporibus in Hispania florente, hæc Gennadius (*b*): *Olympius, natione Hispanus, Episcopus, scripsit librum Fidei adversus eos qui naturam & non arbitrium in culpam vocant, ostendens non creatione, sed inobedientia insertum naturæ malum*. Hæc ipse: illud quidem opus ab eo scriptum patet adversus Manichæos, dicentes carnem a malo esse principe tenebrarum. Citat ejusdem scripta S. Augustinus (*c*), sed vide quanto præconio: *Olympius Hispanus Episcopus, vir magnæ in Ecclesia & in Christo gloriæ, in quodam sermone Ecclesiastico: Si fides*, inquit, &c. & inferius: *S. Olympius dicit*: adducit enim in testimonium adversus Pelagianos, originale peccatum negantes, cujus Olympius esset constans assertor. Sed revocari in dubium posset, num idem sit ille, quem Augustinus citat Olympium, cum eo de quo Gennadius, qui & in Concilio Toletano subscriptus habetur: siquidem ipsum quater citans S. Augustinus simul cum aliis sanctissimis Patribus, semper S. Hilario illum præponit, hoc ordine dicens (*d*): *Cyprianus, Rheticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Joannes, Basilius, quibus addo presbyterum (velis nolis) Hieronymum*. Verum cum de opere ipso constet, atque recenseat eum Gennadius inter hujus temporis scriptores, nequaquam putamus ætate Hilarium præcessisse, sicut nec fuisse post Joannem Basilium patet.

(*b*) Genn. de Vir. illust. c. 24.

(*c*) Aug. contra Jul. l. 1. c. 3. & c. 7.

(*d*) Aug. contra Jul. l. 2. c. 10. ter. & l. 3. c. 17.

LIX. Quod rursum ad Toletanam Synodum spectat: qui in ejus appendice habetur canon vigesimusprimus, haud hujus Synodi est dicendus; quippe pertinere cognoscitur ad tempora S. Leonis: agemus de eo suo tempore. Porro ipsum Toletanum Concilium multa habet ad recte

com-

componendam Ecclesiasticam disciplinam accommodata, viginti regulis definita: in quarum decimaseptima quod ponitur de concubina, intellige secundum ea quæ S. Augustinus babet libro de Bono conjugali, capite quinto.

LX. Quod autem pertinet ad Innocentii dictam epistolam; ipse irritam reddidit sententiam illam, qua dicebatur, conjugium ante baptismum initum, sic per baptismum, quod ad bigamiam constituendam obliterari, ut ducens aliam post baptismum, bigamus minime efficeretur. Quod sensit aliquando S. Hieronymus in epistola ad Oceanum (a) in causa Carterii Episcopi in Hispania, defendens eam opinionem Romæ cum esset, qui postea in dicta epistola id ipsum præstitit cumulatius: licet in Apologia contra Ruffinum, cum ea de re a Chrysogono in crimen vocaretur, se excuset his verbis (b): *Hæc dicimus, non quod ipsi propitio Christo hac quæstione tenemur. Sed interrogati a fratribus, quid nobis videretur, respondimus, nulli præjudicantes sequi quod velit, nec alterius decretum nostra sententia subvertentes.* Hæc ipse: quibus intelligas Ecclesiæ doctoris modestiam, cum sententiæ, quam defendit atque corroborat, fulcitque irrefragabilibus propemodum rationibus, neminem cogit invitum adstipulari.

(a) *Hier. ep. 83.*

(b) *Hier. Apol. l. 2. in fin.*

LXI. Porro Carterium illum Hispanum Episcopum, cujus meminit S. Hieronymus in dicta epistola ad Oceanum, eumque ætate & sacerdotio veterem nominat, non alium fuisse puto, quam illum qui cum aliis Orthodoxis Episcopis interfuit Concilio Cæsaraugustano, & *Cutorius*, pro *Carterius*, scriptus mendose legitur: nisi potius qui dicendus sit Caterius, Carterius apud S. Hieronymum depravato textu excusus babetur. Vides igitur haud levioris momenti fuisse ejusmodi controversias de ordinarionibus perperam factis, quarum causa Hispaniarum Ecclesiæ schismate scissæ essent, cum ejusmodi bigamis ordinatis reliqui minime communicarent Episcopi: quorum quidem immensum fuisse numerum, non unum Carterium, S. Hieronymus indicat illis verbis (c): *Miror autem te unum*, Carterium scilicet, *protraxisse in medium, cum omnis mundus his ordinationibus plenus sit, non dico de presbyteris, non de inferiori gradu: ad Episcopos venio, quos si sigillatim voluero nominare, tantus numerus congregabitur, ut Ariminensis Synodi multitudo superetur.* Hæc S. Hieronymus: quibus etiam intelligere valeas haud leve periculum impendisse, ne hujusmodi causa obortum in Hispania schisma in universam diffunderetur Ecclesiam, cum præsertim ejusmodi ordinati Episcopi habuerint S. Hieronymum defensorem.

(c) *Hier. epist. 83.*

LXII. *De epistola Innocentii ad Exuperium.* Scripsit & hoc ipso anno idem Innocentius Romanus Episcopus de nonnullis Ecclesiasticis rebus ad S. Exuperium Episcopum Tolosanum, cum ille consuluisset de dubiis quibusdam ipsum Romanum Pontificem: hunc autem Exuperium eumdem fuisse, quem Ausonium Burdigalensem dicit, & clarum inter ejus temporis oratores adnumerat, in Notis diximus: eumdem namque post Præfecturam Hispaniarum ad tranquillitatis portum secessisse, idem Ausonius tradit, constatque in Ecclesia Burdigalensi meruisse presbyterum, ut ex Paulino (d) potest intelligi in epistola ad Amantium. At vero factus Episcopus, qualis quantusve extiterit, egregia vitæ sanctitate conspicuus, ex S. Hieronymo (e) audi, dum hæc de ipso in primis haber, scribens ad Rusticum: *Sanctus Exuperius Tolosæ Episcopus, viduæ (f) Sareptensis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente jejuniis fame torquetur alienæ, omnemque substantiam Christi visceribus erogavit. Nihil illo ditius qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro: qui avaritiam ejecit e templo; qui* abs-

(d) *Paulin. epist. 20.*

(e) *Hier. epist. 4.*

(f) *3. Reg. 17.*

Laudes Exuperii ex S. Hieronymo.

PAGIUS XVIII. *Floret S. Exuperius Episcopus Tolosanus.*

Ad num. LXII. & seq. Epistola Innocentii Papæ ad *Exuperium* Episcopum Tolosanum, data *X. Kalend. Martias, Stilichone II. & Anthemio VI. CC. Coss.* responsoria est ad ejus literas, quibus eum de multis consuluerat. Numeratur *Exuperius* inter illustres Præsules, qui hoc tempore in Galliis floruere, a Gregorio Turonensi lib. 2. c. 13. ex fragmento Epistolæ S. Paulini Nolani: *Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tolosa, vel Simplicium Vienna, vel Amandum Burdegala, vel Diogenianum Albiga, vel Dynamium Engolisma, vel Venerandum Arvernis, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pegasium Petragoriis, utcumque se habent seculi mala, videbis profecto dignissimos totius fidei Religionisque custodes.* Multa de Sancto *Exuperio* Baronius hoc & sequenti anno habet ex Hieronymo; sed quod ait, eum Presbyterum fuisse in Ecclesia Burdigalensi, intelligi ex Paulino in Epistola ad Amantium, seu verius Amandum, quæ novo ordine est XXXVI. id in ea Epistola non legitur, neque in ea ulla, sicuti nec in aliis Paulini Epistolis, præterquam in laudato fragmento, *Exuperii* mentio. Præterea Baronius hunc *Exuperium* eumdem cum Burdegalensi ab Ausonio tantopere laudato existimavit. Verum Scaliger in Notis ad lib. I. Ausonii cap. 14. recte duos Tolosæ Exuperios celebres fuisse dicit, alterum Rhetorem, de quo Ausonius in Professoribus Carm. 18. alterum Episcopum Tolosanum. Neque enim Rhetor idem potuit esse cum Episcopo; cum ille ætate Constantini Magni, Dalmatii filios antequam Cæsares nuncuparentur, instituerit, & Dalmatius filius Dalmatii anno CCCXXXV. *Cæsar*, Hannibalianus vero hujus frater *Rex Ponti* nuncupati fuerint, ut eo anno ostendi. Colitur Sanctus *Exuperius* Episcopus Tolosanus in Martyrologiis Usuardi & Romano die XXVIII. Septemb. Vivebat adhuc anno CCCCIX. ut liquet ex

absque funiculo & increpatione cathedras vendentium columbas, id est dona sancti Spiritus, mensasque subvertit mammonæ, (a) Matt. 21. *(a) & nummulariorum æra dispersit; ut domus Dei, domus vocetur orationis, & non latronum spelunca. Hujus tu e vicino sectare vestigia.* Hæc ipse. Et ad Ageruchiam (b) Hier. epist. 11. (b): *Non possum* (inquit) *absque lacrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt.* Et ad Furiam: (c) Hier. epist. 10. (c) *Habes* (inquit) *sanctum Exuperium probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.* Sed de ipso modo hactenus, dicturi de eo alia occasione anno sequenti. Jam vero ad dictam ab Innocentio Papa ad ipsum scriptam epistolam redeamus.

LXII. Inter alia autem, quæ S. Exuperius ab Innocentio Romano Pontifice exquisierat, de continentia clericorum, & pœnitentiis quibus delinquentes coercerentur, atque aliis, doceri quoque petiit sacrorum librorum catalogum: quod idem Innocentius præstitit ad finem suæ decretalis epistolæ, canonicorum librorum seriem texens: quam & in Romano Concilio (ut dictum est) Damasus promulgarat: præstitit id ipsum Gelasius Pontifex, sed antea S. Augustinus, atque Ruffinus, postea vero Alcimus Avitus heroico carmine, Cassiodorus, & Isidorus, ut taceamus de recentioribus: Græcorum autem Concilii Nicæni canon qui excidit, & si altius repetendum putes, canon qui dicitur Apostolorum, Concilium Laodicenum, S. Athanasius, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Cyrillus Hierosolymitanus, postea Joannes Damascenus, & alii recentiores in aliquibus inter se diversi. Subjecit autem Innocentius & quæ Exuperius cavere deberet apocrypha. Sed de his nos superius fusius egimus primo tomo. — De serie librorum sacrorum tum a Latinis tum a Græcis scripta.

A Chri-

PAGIUS XIX. Floret Prudentius poeta.

ex Epistola Hieronymi ad Ageruchiam data.

Florebat hoc tempore Aurelius *Prudentius* Clemens, natione Hispanus, Poeta Christianus, quem ex Operum ejus lectione Palatinum militem fuisse agnovit Gennadius cap. 13. sui Catalogi. Scripsit ille inter alia a Labbeo in dissert. de Script. Ecclesiast. enumerata libros duos contra Symmachum Urbi Romanæ Præfectum, *qui pro Ara Victoria ac veteri Deorum cultu disseruerat, & Cathemerinon*, sive diurnarum rerum opus, in quo canis natum se *Philippo & Salia Coss.* & in Præfatione testatur se Stilichone & Anthemio COSS. attigisse annum ætatis LVII. Quandiu postea vixerit, incompertum.

Radagaisus Scytha hoc anno interiit, ut sequenti videbimus.

I. Rhadagaysus bellum parat adversus Honorium Imp.

A Christo nato jam annus agitur quadringentesimus sextus auspiciis novorum Consulum Arcadii Augusti sextum & Anicii Probi: *Quo* (inquit Marcellinus) *Theodosius Junior Quinquennalia edidit: & Rhadagaysus Paganus, natione Scytha, cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundavit. Cum Huldin & Saurus* * *Hunnorum Gothorumque Reges Rhadagaysum continuo confecerunt, ipsius capite amputato, captivos ejus singulis aureis distrahentes.* Hæc ipse, & quidem paucis & obscure. At res tanta digna quidem est, quæ omni ex parte elucidetur, ac fusius explicetur. Atque in primis quod ad rei gestæ tempus spectat: scimus S. Prosperum in Chronico, hæc accidisse affirmare anno superiori, sub Consulatu Stilichonis secundo & Anthemii. Ut autem Marcellino potius assentiamur, Honorii Imperatoris rescripta hoc anno ad Provinciales data persuadent. Etenim ob ingruens tanti belli periculum jubet etiam armari servos (*a*). Sed & iterato rursum edicto, ingenuis militantibus stipendium auxit, cum ita ad Provinciales rescripsit (*b*):

* Sarus.

(a) l. 16. de tyron. C. Theod.
(b) l. 17. de tyron. Cod. Theod.

II. Honorius ad bellum futurum stipendium auget.

Provinciales pro imminentibus necessitatibus omnes invitamus edicto, quos erigit ad militiam innata libertas. Ingenui igitur, qui militia obtenta arma capiunt amore pacis & patriæ, sciant se denos solidos paratis * *rebus de nostro perceptaros ærario; quibus tamen ternos ex summa supradicta jam nunc solidos præberi mandavimus. Nam optimos futuros confidimus, quos virtus & utilitas publica necessitatibus obtulit. Dat. XIII. Kal. Maji, Ravennæ, Arcadio A. VI. & Probo Coss.* Cum igitur tanta necessitas hoc anno Imperatorem coegerit armare servitia, atque triplicare stipendia militantibus, nec alia præter illam Rhadagaysi his temporibus contigisse legatur barbarorum irruptio, cujus causa tanta oportuerit in expeditione præliari: plane affirmandum esse videtur, hoc ipso anno, quo edicta illa promulgata sunt, formidolosum Rhadagaysi in Italiam adventum accidisse. Hæc in his quæ ad tempus spectant. At rem gestam ab (*c*) Orosio hujus temporis scriptore petamus, quem tamen hæc summatim strictimque scribendo, prætermisisse multa oportuit. Ait igitur:

* pacatis.

(c) Oros. l. 7. c. 37.

III. Gentiles in Christum fremunt.

Taceo de ipsorum inter se barbarorum crebris dilacerationibus, cum se invicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Hunni variis cædibus populabantur. Rhadagaysus omnium antiquorum præsentiumque hostium longe immanissimus, repentino impetu totam inundavit Italiam: nam fuisse in populo ejus plus quam ducenta millia Gothorum, ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque virtutem

PAGIUS	Anno Periodi Græco-Romanæ 5899.
SÆC. V.	☉ 23. G. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 4.
Anno Eræ Hispan. CCCC. XLIV.	Jesu Christi 406.
	Innocentii Papæ 6.
	Arcadii Imp. 24. & 12.
A. C. 406.	Honorii Imp. 14. & 12.
	Theodosii Jun. 5.

I. [r] COSS. *Arcadius* Aug. VI. & *Anicius Probus*, in Occidente creatus; jam enim in priori hujus Criticæ Tomo anno CCCXCV. num. II. ostendi Sextum Anicium Petronium Probum anno CCCLXXI. Consulem ordinarium patrem extitisse trium Consulum ordinariorum, Anicii scilicet Probini, Anicii Hermogeniani Olybrii, qui anno CCCXCV. Consules processere, & Anicii Probi, qui hoc anno Fastis nomen dedit. Arcadius propter quinta Quinquennalia Imperii vivente patre initi Consulatum suscepit.

Quinta Quinquennalia Arcadii.

II. *Radagaisi Gothorum Regis interitus.*

A num. I. ad X. *Radagaisus* anno superiori in Italia occisus, non vero currenti, ut habet Baronius ex Marcellino in Chronico, ubi perperam etiam scribit, Theodosium Jun. *Quinquennalia* edidisse. Prosper enim in Chronico Stilichone & Anthemio COSS. anno scilicet superiori, scribit: *Radagaisus in Tuscia, multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilichone, superatus & captus est*. Secundo, Isidorus in Chronico Gothorum habet: *era CCCCXLIII. anno imperii Honorii & Arcadii X. Rex Go-*

NOTÆ [r] COss. *Arcadius Aug. VI. & Anicius Probus*. Inscriptiones Basilicæ S. Pauli a. 260.

DIE IDUM. OCTOB.
Dn. Arcadio Aug. VI. ET. PETRO
NIO. PROBO. V. C. COSS.

Fasti Idatii, Prosper, & Marcellinus: *Arcadio VI. & Probo*. Item Socrates, lib. VI. cap. XX. & Zosimus lib. VI. Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Arcadio VI. & Probo*. Deest in vetustis monumentis, *Probi* prænomen; cætera nomina sunt *Anicius Petronius*.

tem Paganus & Scytha erat. Qui (ut mos est barbaris hujusmodi gentibus) omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare devoverat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, fit omnium Paganorum in Urbe concursus: Hostem esse cum utique virium copia, tum maxime præsidio deorum potentem: Urbem autem ideo destitutam, & mature perituram, quia deos & sacra perdiderit. Magnis querelis ubique agitur; & continuo de repetendis sacris celebrandisque tractatur. Fervent tota Urbe blasphemiæ: vulgo nomen Christi tamquam lues aliqua præsentium temporum probris ingravatur. Cum hæc scribat Orosius, puto quidem tunc usurpasse sibi Gentiles annonam illam quæ persolvebatur antea deorum templis, ablatam (ut vidimus) ab Imperatore Gratiano; quam iterum post sequentem annum ab iis vendicari, & dari militibus, Honorius Imperator jussit (a), ut suo loco dicemus. Sed pergit rem gestam Orosius:

(a) l. 19. de Pagan. C. Theod.

IV. Cur non expugnata Roma a Rhadagayso pagano Rege.

Itaque inevitabili judicio Dei factum est, uti quoniam in permixto populo piis gratia, impiis pœna debebatur; oportebatque permitti hostes, qui insuadibilem in plurimis, & contradicentem civitatem severioribus solito flagris coarguerent; non tamen eos, qui indiscrete cunctos intemperata cæde delerent; duo tunc populi Gothorum cum duobus potentissimis Regibus suis per Romanas provincias bacchabentur; quorum unus Christianus, propiorque Romano, & (ut res docuit) timore Dei mitis in cæde; alius Paganus, barbarus, & vere Scytha: qui non tantum gloriam, aut prædam, quantum inexaturabili crudelitate ipsam cædem amaret in cæde. Et hic jam receptas sinu Italiæ, Romam e proximo tremendo terrore quassabat. Itaque si huic ultionis potestas permitteretur, quem Romani ob hoc præcipue tremendum arbitrabantur, quia favorem deorum sacrificiorum obsequiis invitaret; & immoderatior cæde sine fructu emendationis arsisset, & error novissimus pejor priore crevisset. Quandoquidem in Pagani & Idololatræ manus incidisse, non solum Paganis residuis de instaurando cultu idolorum esset indubitata persuasio, sed etiam Christianis periculosa confusio, cum & hi terrerentur præjudicio, & illi confirmarentur exemplo. Quamobrem justus dispensator humani generis Deus perire Paganum hostem voluit, & Christianum prævalere permisit; ut Pagani, blasphemantesque Romani & illo confunderentur perdito, & hoc punirentur immisso; maxime cum Imperatoris Honorii admiranda in Rege continentia, & sanctissima fides non parum divina misericordiæ mereretur. Hæc Orosius, demonstrans, in ignominiam atque detrimentum Gentilium deos colentium factum a Deo esse, ne Rex Scytha Paganus Romam invaderet, eamdem vero postea in horum ultionem caperet Christianus. Sed de bello inito subdit:

V. Ingens Victoria de Rhadagayso.

Conceduntur quidem adversus immanissimum illum hostem Rhadagaysum, aliorum hostium cum copiis suis inclinare ad auxilium animi. Adsunt Huldin & Sarus Hunnorum, & Gothorum duces præsidio Romanorum. Sed non sinit Deus rem potentiæ suæ virtutem hominum & maxime hostium videri. Conterritum divinitus Rhadagaysum in Fesulanos montes cogit: ejusque (secundum eos qui parcissime referunt) ducenta millia hominum, inopum consilii & cibi, in arido, & aspero montis jugo, urgente undique timore, concludit: agminaque, quibus dudum angusta videbatur Italia, latendi spe in unum ac parvum verticem trudit. Quid multis morer? Non disposita in bellum acies fuit, non furor timorque incerta pugnæ prætulit; non cædes acta, non sanguis effusus est; non postremo (quod felicitatis loco deputari solet) damna pugnæ eventu compensata victoriæ: edentibus, bibentibus ludentibusque nostris, tanti illi, tamque immanes hostes esurientes & sitientes languentesque confecti sunt. Parum hoc est, nisi captum & catenatum ac subjugatum sciant, quem timuere Romani: illumque Idololatram suum, cujus sacrificia se magis pertimescere quam arma fingebant, sive prælio victum ac vinctum sub jugo catenisque despiciant. Igi-

PAGIUS *Gothorum Radagaisus, genere Scytha, cultui idololatriæ deditus, barbarica immanitatis feritate sævissimus cum CC. armatis Sarmatarum millibus Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, spondens in contemptum Christi, Romanorum sanguinem Diis suis libare si vinceret. Cujus exercitus ab Stilichone Duce Romano in montuosis Tusciæ locis circumclusus, fame potius quam ferro consumptus: ipse postremum Rex captus & interfectus est.* Era enim CCCCXLIII. cum præcedenti Christi anno concurrit. Nec curandum de anno X. Honorii & Arcadii ab Isidoro memorato, quia is in annis Imperatorum cum annis eræ conjungendis plerumque peccat. Tertio, Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali anno X. Imperii Honorii Imp. ait: *Radagaisus Rex Gothorum Italiæ limitem vastaturus transgreditur.* Tum anno XI. ejusdem Imperatoris: *Multis ante vastatis urbibus Radagaisus occubuit,* &c. Quare Radagaisus, quem hic Auctor *Radagajum* corrupte vocat, anno CCCCIV. in Italiam ingressus, anno CCCCV. cæsus & profligatus est, ut Baronius ex Orosio lib. 7. cap. 37. pluribus narrat. Denique Paulinus Carmen Natalitium XIII. de Sancto Felice scripsit die decima quarta mensis Januarii anni currentis, cujus titulus apud Dongalium, qui hujus Natalis XIII. fragmentum nobis conservavit, his verbis conceptus est: *De Gothorum exercitus cum suo Rege interitu.* Quare mense Januario

Igitur Rex Rhadagaysus, solus spem fugæ sumens, clam suos deserens, atque in nostros incidit; a quibus captus, ac paulisper retentus, deinde interfectus est.

VI. Vili pretio venditi Barbari, iidemque cito defuncti.

Tanta vero multitudo captivorum Gothorum fuisse fertur, ut vilissimarum pecudum modo, singulis aureis passim greges hominum venderentur. Sed nihil superesse Deus de eodem populo sivit. Nam ellico cunctis qui emebantur morientibus, quod improbi emptores eorum non impenderunt turpiter pretiis, expenderunt misericorditer sepulturis. Igitur ingrata Roma, quæ sicut nunc sentit, non ad remittendam, sed ad reprimendam idololatriæ præsumptionem, judicis Dei aliquam misericordiam, ita continuo propter vivorum mortuorumque sanctorum piam recordationem, Dei iram passura non plenam, si forte confusa pœniteat, ut per experientiam fidem discat, ab incursu Alarici Regis & hostis, sed Christiani, aliquantulo ad tempus spatio differtur. Hucusque Orosius.

VII. S Ambrosii virtute Rhadagaysus vincitur.

At res tanta nihil est ut humanis quiverit perfici viribus: quod cum omnes intellexerint divina id factum esse virtute: haud tamen omnes æque noverunt quis apud Deum rem tantam promeruerit obtinere. Fuit enim ista operans, ille magnus tyrannorum vindex & debellator S. Ambrosius, qui rem tantam haud obscuris signis declaravit suis hospitibus Florentinis: quod Paulinus (a) his verbis significat: *Tempore quo Rhadagaysus supradictam Florentinam Civitatem obsidebat; cum jam de se penitus desperassent viri Civitatis, per visum S. Ambrosius cuidam apparuit, & promisit alio die salutem illis affuturam. Quo referente, Civium animi sunt erecti. Nam altero die, adveniente Stilichone tunc Comite cum exercitu, facta est de hoste victoria. Hæc Pansophia religiosa femina, matre pueri Pansophii, referente, cognovimus.* Hæc Paulinus. ☞ Sanctus vero Paulinus ille Nolanus Episcopus tribuit tanta ista Apostolorum principibus Petro, & Paulo Urbisque martyribus, cujus hos versus ex Natali XII. sancti Felicis recitat Dungalus scribens contra Claudium Taurinensem cum hoc titulo:

(a) Paul. in Vit. S. Amb. in fin.

De exercitus Gothorum cum suo Rege interitu.

Pluribus hæc etenim causa est curata patronis,
Ut Romana salus, & publica vita maneret.
Hic Petrus, hic Paulus Proceres, hic Martyres omnes,
Quos simul innumeros magnæ tenet ambitus Urbis,
Quosque per innumeras diffuso limite gentes
Intra Romuleos veneratur Ecclesia fines,
Sollicitas simul impenso duxere precatu
Excubias: felix mens his velut una eorum
In precibus pars magna fuit, sed summa petiti
Muneris ad cunctos nulli privata, refertur.

hucusque de his Paulinus ☜.

VIII. Quæ Gentiles effutirent in Christianos.

Sed de tanta victoria divinitus impartita, S. Augustini audiamus elogia, qui pro concione hæc ad populum obiter: (b) *Mementote, fratres, mementote: non est longum, pauci anni sunt; recordamini. Eversis in urbe Roma omnibus simulacris, Rhadagaysus Rex Gothorum cum ingenti exercitu, multo numerosiore quam Alarici fuit, venit. Paganus homo erat Rhadagaysus, Jovi sacrificabat quotidie: nunciabatur ubique, quod a sacrificiis non desisteret Rhadagaysus. Tunc omnes isti* (Pagani scilicet) *Ecce nos non sacrificamus, ille sacrificat: vinci habeamus*

(b) Aug. ser. 29. in Luc.

PAGIUS

rio hujus anni jam cæsus erat *Radagaisus*, ejusque exercitus deletus, *cum* Paulinus Sancto Felici Natalem XIII. *caneret*. Sed secundum Baronium, qui fragmentum illud recitat num. VII. Natalis ille ad annum Christi CCCCV. ineuntem pertinuit: unde consequens esset, victoriam de Gothis *reportatam*, ad annum CCCCIV. referri debuisse, quod veterum Scriptorum nemo asseruit, *ut recte* Chifletius part. 2. Paulini Illustrati cap. 9. observavit. Paulinus in eo Carmine Petro, Paulo, *martyribus* omnibus, & Felici in particulari hanc victoriam, quæ Dei in Imperium ac religionem Christianam tutelæ indicium semper habita est, attribuit.

III. Baronius, ut *ostendat Radagaisi* in Italiam irruptionem & interitum ad hunc annum pertinere, *in medium* adducit legem Cod. Theod. 17. *de Tyronibus*, qua ingenui ad belli apparatum excitantur ab Honorio Imp. præmio decem solidorum. Gothofredus vero idem cum Baronio sentiens affert legem 16. *de tyronibus*, qua servi ad militiam invitantur, idque præmio libertatis eis propositum. Neque tantum Romanorum, sed & *Fœderatorum*, ut & *Dedititiorum*. Erant Dedititii Barbari, qui alias Gentiles vocabantur, quique, ut auctor est Ammianus lib. 20. relictis laribus suis ad Romanos transibant, & voluntarii Barbari militares erant. Quam utramque legem Gothofredus ad bellum Scythicum adversus Radagaisum gestum refert, Verum vana hæc explicatio; *Honorius* enim bellum Illyricianum meditabatur, & ob illud *Alaricus* in Epiris hærebat, ubi, ut Zosimus lib. 5. pag. 802. scribit, *rem cum Stilichone compositam expectabat: quæ hujusmodi erat. Cum Stilicho videret eos, qui Arcadianum imperium administrabant, animis erga se infestos esse; adjuncto sibi Alarico socio, cunctas in Illyrii nationes Honorii*

Stilicho se accingit ad expeditionem Illyricianam.

mus a sacrificante, quibus non licet sacrificare. Deus ostendens, quia non in istis sacrificiis est ipsa temporalis salus, ipsa regna terrena: victus est Rhadagaysus, adjuvante Domino, miro modo. Postea venerunt Gothi, &c. & In libris de Civitate Dei (a): *Quod tamen (inquit) nostra memoria, recentissimo tempore, Deus mirabiliter & misericorditer fecit, non cum gratiarum actione commemorant,* Gentiles scilicet; *sed quantum in ipsis est, omnium (si fieri potest) hominum oblivione sepelire conantur: quod a nobis, si tacebitur, similiter erimus ingrati. Cum Rhadagaysus Rex Gothorum agmine ingenti, & immani, jam in Urbis vicinia constitutus Romanis cervicibus immineret, una die tanto celeritate sic victus est, ut ne uno quidem non dicam extincto, sed nec vulnerato Romanorum, multo amplius quam centum millium prosterneretur ejus exercitus, atque ipse cum filiis mox captus pœna debita necaretur. Nam si ille tam impius, cum tantis, & tam impiis copiis Romam fuisset ingressus; cui pepercisset? quibus honorem locis martyrum detulisset? in qua persona Deum timeret? cujus non sanguinem effusum, cujus pudicitiam vellet intactam? Quas autem isti pro diis suis voces haberent? quanta insultatione jactarent, quod idro ille vicisset, ideo tanta potuisset, quia quotidianis sacrificiis placabat atque invitabat deos? quod Romanos facere, Christiana religio non sinebat. Nam appropinquante jam illo his locis, ubi nutu summæ majestatis oppressus est; cum ejus fama ubique crebresceret, nobis apud Carthaginem dicebatur, hoc credere, spargere, jactare Paganos, quod ille diis amicis protegentibus, & opitulantibus, quibus immolare quotidie ferebatur, vinci omnino non posset ab eis, qui talia diis Romanis sacra non facerent, nec fieri a quoquam permitterent. Et non agunt miseri gratias tanta misericordiæ Dei; qui cum statuisset irruptione barbarica graviore dignos mores hominum castigare, indignationem suam tamen mansuetudine temperavit, ut illum primo faceret mirabiliter vinci; ne ad infirmorum animos evertendos, gloria daretur dæmonibus, quibus eum supplicare constabat.* Hæc S. Augustinus.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 23.

Magna Dei providentia Rhadagaysus victus.

IX. De numero hostium & errore Zosimi.

Quod vero ad numerum exercitus Rhadagaysi divinitus superati pertinet, modestius agere visus est Augustinus, ne fidem minime posteris facturus loqui videretur hyperboles, dum ait multo amplius quam centum millium fuisse numerum barbarorum: quos tamen Orosius ad minus ducentos mille fuisse tradit: pariterque Zosimus historicus & quidem Paganus (ne quis invidiose Orosium mentitum putet) quadringenta barbarorum millia fuisse testatur, qui hoc in bello sub Rhadagayso militarunt, collecti omnes (ut ait) ex trans-Istranis, trans-Rhenanis, Celticis, & Germanicis nationibus. Sed plane, ut Paganus, rem tantam perfide obscurare conatus, ait, trans Istrum, antequam cum copiis in regiones Romani Imperii subditas Rhadagaysus se inferret, a Stilichone imparatum offensum, ac superatum: cum, testibus Prospero & Cassiodoro, jam ante quinque annos sub Consulatu primo Stilichonis, & Aureliani iidem descenderint in Italiam; & Paulino, Orosio, Augustino, atque Prospero auctoribus, idem Rhadagaysus fuerit divina virtute in Tuscia superatus, captus, atque necatus. Hæc autem cum omnes una sententia testentur tot tantique gravissimi scriptores, rerum sui temporis singuli assertores: portentosi plane mendacii Zosimus redarguitur.

X.

Sed jam ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ hujus anni res gestas convertamus orationem. *Hoc namque anno* (inquit Socrates b) *Arcadio sextum Consule & Probo primum, Atticus vir pietate eximius, in Sebastia Armeniæ oriundus monasticam vitam genus ob ineunte adolescentia excolens, doctrina sane mediocri, sed prudentia naturaliter insita magis valens, Episcopus Constantinopolitanus creatus est:* de quo cum Sozomenus (c) dicat quartum post mensem ab obitu Arsacii creatum esse, quem diximus diem obiisse tertio Idus Novembris; æque dicendum est, tertio Idus Martias esse in locum Arsacii Atticum substitutum. Ait autem de eo Sozome-

(b) Socr. l. 6. c. 18.

(c) Sozom. l. 8. c. 27.

Atticus Episcopus Constantinopolitanus creatur.

PAGIUS

rii regno cogitabat adjicere. Qua de re cum Alarico pactus, occasionem expectabat, ut reapse quam primum hunc conatum exequeretur. Dum Alaricus in hoc intentus esset, ut imperatis obtemperaret, Radagaisus cu Transistranis & Transrhenanis, Celticis, Germanicisque nationibus collectis hominum quadringentis millibus, ad transeundum in Italiam se parat. Qua re nunciata, cunctos mirifice prima fama percussit. Cumque desperassent Urbes, & ipsa Roma jam in extremo periculo turbata esset; Stilicho, sumtis secum universis copiis, Ticino Liguriæ impositis (erant autem numeri militum triginta) cum aliis sociorum auxiliis, quæ ab Alanis & Hunnis impetrare potuerat, hostium adventu non expectato, cum omni exercitu Istrum (legendum, Arnum) *ipse transjecit; & Barbaros nec opinantes adgressus, universas hostium copias ad internecionem cecidit: adeo quidem, ut horum prope nullus incolumis evaderet; exceptis paucissimis, quos ipse Romanis auxiliis adscripsit. Ob hanc victoriam Stilicho non abs re magnos animos gerens, cum exercitu ab omnibus propemodum coronatus redibat; cum præter omnem spem formidatis periculis Italiam liberasset.* Quæ quidem victoria anno superiori, uti jam dixi, ab Stilichone reportata. Verum Sti-

zomenus: *Quarto post obitum illius mense, ordinatur Atticus Constantinopolitani cleri presbyter, unus ex insidiatoribus Joannis. Hic quidem natione erat ex Sebastia Armeniæ, sed a puero ad religionem institutus per monachos hæresis Macedonianæ sectatores, qui tum temporis Sebastiæ in hujus sapientiæ studio clarebant ex schola Eustathii progressi:* sed & paulo post: *Hic autem cum ad virilem ætatem pervenisset, ad Catholicam Ecclesiam transiit. Et quoniam natura magis quam doctrina prudens erat, rerum agendarum insidiator fuit, ut qui ad struendas insidias, & ad easdem evitandas sufficeret, ingenio pellaci, ita ut multis gratus esset. In concionibus Ecclesiasticis mediocris, ut hæ neque scripto dignæ viderentur auditoribus, neque eruditionis prorsus expertes. Nam cum affectatus esset; si quando occasionem nactus erat, præcipuos quoque Græcos scriptores lectitabat: & eo ipso quod indoctus haberetur, dum de hisce dissereret, etiam doctos sæpenumero latebat. Ferebatur autem erga suæ opinionis homines industrius, adversus diversa sentientes formidabilis, & facile his ipsis, quoties vellet incutere metum, & mox mutatus apparere mansuetus. Atque hunc quidem talem fuisse ajunt illi qui hominem norant.* Hactenus de Attico Sozomenus, modoque satis de ejus electione hæc dicta sunto.

XI. Interea autem, cum Roma in Orientem legati missi, Constantinopolim properant: ea de re certior redditus S. Joannes Chrysostomus, his eos putavit præveniendos esse litteris (a):

(a) *Chrys. epist. 165.*

Epistola S. Jo. Chrysostomi ad Legatos.

Pristinam quidem vestram animi promptitudinem, atque studium, quod pro Ecclesiarum commodis præ vobis tulistis, admirati sumus. Postquam autem tam longam peregrinationem insuper adjecistis, omnique cunctatione abjecta, fortis, ut vos decebat, animo tam longum iter suscepistis; non vulgariter hoc quoque nomine vos suscipimus, nec vobis tum nunc per litteras, tum citra litteras gratias agere desinimus. Nec vero nos dunta-

xat, sed etiam Orientales omnes admiratione afficiuntur, vestræque firmitatis atque constantiæ, ferventisque charitatis, & immotæ sententiæ præcones se præbent. Ac jam nec itineris longinquitatem, nec peregrinationis ærumnam ullo modo gravem & molestam esse ducunt, ut ad eos excurrant, ac tot vestra præclara facta conspiciant. Eoque etiam nomine carissimus & insigni pietate præditus dominus meus presbyter, etiam si alioqui parum firmo corpore præditus, nihil non sibi perferendum putavit, ut ad vos se conferret, vestroque conspectu atque congressu frueretur. Postquam igitur ipsum (ut vestra charitas postulat) exceperitis: illud a vobis petimus, ut etiam si mala ingravescant, vos tamen iis medicinam afferre ne gravemini, verum parem initiis finem imponatis: scitis enim quantam vobis Deus pro sua benignitate mercedem relaturus sit, si pro tot Ecclesiis perturbatis laboretis, nihilque omittatis, quo eos ad tranquillum portum appellatis. Hucusque ad legatos Chrysostomi litteræ: immo & duplices dedit, alias nimirum ad eos eodem argumento conscriptos (b).

(b) *Chrys. epist. 166.*

XII. Sed quid meditata est scelerata perfidia? Quod enim adversarii Joannis scirent, si iidem legati Constantinopolim se conferrent, fore, ut populus pro Joanne sollicitus cum eisdem legatis pro ipsius Joannis restitutione conspiraturus esset, & turbas quoque, si res ex sententia non eveniret, excitaturus: consilium illud inierunt scelestum admodum, nimirum ne legatos finerent ingredi Constantinopolim: quomodo autem id moliti sint, jam dicturi sumus.

XIII. Legati, quæ in via passi contra jus gentium.

Ac primum omnium, quod ad tempus spectat, decretam in Synodo Romæ habita anno superiori legationem, hoc vero anno missam, non pervenisse Constantinopolim, nisi postquam Atticus suffectus Arsacio, hoc anno (ut dictum est) sedere cœpit: ipsæ res gestæ declarant. Contigit itaque legatos talia tantaque pati, quæ neque perpeti contigisset apud feros barbaros, & quasvis agre-

PAGIUS Stilicho Magister militum Honorii Illyricum Orientale sub hujus Imperatoris ditionem redigere cogitabat, ut universum Illyricum Occidentali Imperio subjiceretur, quemadmodum olim subditum fuerat. Hoc enim in mente habuisse *Stilichonem*, præter Zosimum laudatum, docet etiam Sozomenus lib. 8. cap. 25. quid mirum igitur, si hoc anno in imperio Occidentali milites coacti fuerint; cum Stilicho decrevisset anno sequenti, ut ibidem videbimus, Illyricum Orientale invadere?

IV. Porro Prosper in Chronico ad annum CCCC. magno errore scripsit: *Gothi Italiam Alarico & Radagaiso ducibus ingressi.* Duo enim isti Gothorum Reges *ad tentandas quasque regiones Italiæ* divisi erant, inquit Isidorus in Chron. Gothorum, *sed diversis temporibus in Italiam irrupere. Alaricus* quidem Gothorum Rex anno CCCC. Pannoniam reliquit, annoque CCCCII. a Stilichone Honorii Imp. duce superatus est: *Radagaisus* vero anno tantum CCCCIV. Italiam ingressus est, annoque insequenti a Stilichone deletus, eo scilicet tempore quo *Alaricus* procul ab Italia erat. Quare Zosimus loco citato, Marcellinus in Chronico ad hujus anni Consules, Jornandes de Reg. Success. cap. 95. & Orosius lib. 7. cap. 26. quando de *Radagaisi* in Italiam introitu, ejusque cæde mentionem faciunt, de Alarico tacentes, manifeste ostendunt, ejus irruptionem nihil commune habuisse cum irruptione Alarici.

Radagaisus & Alaricus eadem habuere consilia, sed ab invicem divisi erant.

agrestes ac rationis penitus expertes immanes gentes: siquidem non Christianæ pietatis tantum leges sunt ignominiosissime proculcatæ, sed ipsum jus gentium scelestissime violatum. At quænam fuerint ista, iidem ipsi legati cum re infecta reversi sunt, palam fecere. Accepit ab ipsis rem cunctis notissimam ipse qui refert Theodorus Ecclesiæ Romanæ diaconus, qui apud Palladium singula verbis ipsorum legatorum recenset, atque ait (a):

(a) *Apud Pallad. dialog.*

XIV.

Profecti igitur legati Constantinopolim, post quatuor menses redierunt, narrantes nobis Babylonias res. Cum autem (ajebant ipsi) prænavigaremus Græcias, detenti sumus Athenis ab infesto quodam Tribuno militum; qui idem nobis Centurionem adjecit unum, qui Thessalonicæ appropinquare minime permitteret. Illic enim intendebamus primum Anysio Episcopo Thessalonicæ litteras reddere: jungebatur hic una cum aliis Macedoniæ Episcopis religionis fœdere cum Occidentalibus pro Joanne, ut superius dictum est. Veruit ergo Tribunus ne ii simul adversus Joannis impugnatores unirentur. Sed pergit Theodorus relationem reddere legatorum: *Injectos igitur nos Tribunus in duo navigia misit. Irruente autem Austro vehementi, tribus diebus absque cibo Ægeum pelagus, & Augusta trajecimus. Tertia tandem die, hora duodecima, ante urbem appulimus prope Victoris suburbana. Quo in loco detenti ab his qui observabant portus, retro repulsi sumus; cujus id jussione pateremur, ignorantes. Conclusique intra castellum Thraciæ maritimum, quod Athyram vocant; illicque cruciati, atque ab invicem divisi, Romani quidem in cellula una, Cyriacus vero, & qui cum illo erant, in pluribus morabantur, ne uno quidem puero nobis in ministerio relicto.*

XV.
Litteræ per vim extortæ a Legatis male habitis.

Cumque ut litteras daremus, exigeretur a nobis; non acquievimus, dicentes minime esse conveniens; sed ut qui ferebamus, ipsi Imperatori Imperatoris itidem litteras Episcoporumque redderemus. Cum igitur obstinate recusaremus, neque advenienti ad nos Patricio Notario, neque aliis quibusdam, qui ad hoc venerant, eas dare vellemus: postremo accessit ex Cappadocia quidam Tribunus militum, Valerianus nomine; perfractoque Episcopi Mariani pollice, per vim abstulit signatam Regis epistolam cum litteris reliquis. Postridie vero miserunt ad nos sive Regis aulici, sive Atticus, nescimus (ipse enim ferebatur Ecclesiæ invasisse thronum) qui tria millia numismatum darent, orantes, ut communicaremus cum Attico, & de Joannis judicio omnino taceremus; quibus minime obtemperare voluimus. Permanserunt igitur orantes, ut quandoquidem nihil pacificum peragere possemus, tuto saltem redire ad Ecclesias nostras permitteremur. Movebat enim nos nimia immanitas hominum.

XVI.
Legati ante divinitus præmoniti.

Hoc & Salvator noster variis revelationibus nobis ante monstraverat: adeo ut & diacono S. Emmelii Paulo viro mitissimo, & pudicissimo in navi apparuerit Apostolus Paulus, dicens ille (b): Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, quoniam dies mali sunt. Significante somnio multiplicem fallaciam, quæ ad eversionem veritatis nobis insidiaretur donis atque blanditiis. Assistens igitur idem ipse Tribunus Valerianus injecit nos in navim vetustam & putrem: datoque (ut ferebatur) pretio nauclero, ut perderet navigantes, & simul adjectis militibus viginti ex ordinibus variis, continuo Athyris expulit. Emensis igitur stadiis plurimis, cum jam perituri videremur, appulimus Lampsaco. Inde mutata navi, vigesima tandem die ad Calabriæ Hydruntem pervenimus. Neque nobis ultra dicere potuerunt de beato Joanne aliquid certius, neque ubi modo sint Demetrius, Cyriacus, Eulysius, & Palladius, qui cum nostris epistolis legati fuerant missi, & Athyris (ut ante jam diximus) detenti. Hactenus ex relatione legatorum Theodorus. Quæ eadem omnia, qui res Joannis Chrysostomi prosecuti sunt, cum dicant facta esse ante Eudoxiæ Augustæ obitum, diversam secuti sunt sententiam ab iis qui dixerunt eam anno superiori defunctam.

(b) *Ephes. 5.*

XVII.

Ad ipsos autem legatos hac legatione perfunctos S. Joannes Chrysostomus has litteras dedit (c):

(c) *Chrys. epist. 167.*

Jo. Chrysost. epistola ad Legatos.

Amplissimas vobis ob tantam animi firmitatem, ac studium, & curam, laboresque & sudores, ac denique ob longam hanc peregrinationem, quam utilitatis Ecclesiarum causa suscepistis, gratias agimus. Etenim quanto gravius eos, qui omnia perturbant, judicium manet, tanto quoque majus ubériusque vobis præmium expectandum est, qui ad ea quæ ab aliis scelerate ac nefarie admissa sunt, corrigenda, tantum patientiæ studiique adhibuistis. Atque utinam coram quoque vobiscum congredi possemus. Quod quoniam nobis exilii necessitas ademit: tandem aliquando atque ægre amantissimum ac religiosissimum dominum meum presbyterum ad vos proficiscentem nacti, has litteras misimus, quibus debitum vobis salutationis munus pendimus; ac tum pro præsentibus vestris officiis, tum pro eo, quo flagratis, sarciendorum incommodorum zelo gratias agimus. Nam etsi nihilo meliore statu res est; tamen ipsi, quod muneris vestri erat, præstitistis: eoque omnino plena, numerisque omnibus absoluta merces a benigno Deo vobis constituta est; ut qui ad medicinam admissis sceleribus afferendam tanto stu-

studio, tantaque animi alacritate perpetuo usi sitis. Hæc ad legatos Chrysostomus.

XVIII. Legati Orientales quam male mulctati.

At quid post hæc actum sit de Episcopis Orientalibus, quos primum legatos Romam missos diximus, deinde e Concilio Roma in Orientem cum eodem munere redditos, quos & secutos legatos in Athyra castello seorsum singulos inclusos reliquimus; jam dicendum est. Palladius enim, quid de illis utque aliis factum sit, ita describit (a): *Episcopi (ut initio quidem fama vulgavit) in mare præcipitati; ut autem veritas continet, in exilium ad remotiora, & barbara loca ducti sunt; ibique a satellitibus nunc usque servantur. Reversus enim diaconus quidam, itineris ipsorum comes, retulit, Cyriacum quidem Emisenum Episcopum octingentis millibus passuum Palmyram Persarum oppidum adductum esse; Eulisium vero Bostræ Arabum, in castellum quod Nupsas appellatur, Saracenis adjaceat, relegatum; Palladium Blemmiorum, sive Æthiopum Episcopum servari prope locum, qui Syene vocatur, in Ægypti regione; Demetrium intus in Oasim Mazicis proximam: sunt enim & aliæ Oases.* Hi sunt quatuor illi legati ab Oriente Romam Episcopi, reversique cum legatis Roma missis in Orientem, & Athyræ in carcere custoditi.

(a) Pallad. in dialog.

XIX.

Ad hos autem quatuor Episcopos Cyriacum, Demetrium, Palladium, & Eulisium exules extat S. Joannis Chrysostomi epistola scripta tunc quidem, cum exilio eos esse damnatos accepisset: digna sane quæ istiusmodi Actis interseratur; est vero hujusmodi (b):

(b) Chrys. ep. 148.

Litteræ Jo. Chrysost. ad Episcopos Romæ agentes.

Beati vos, ac ter beati, sæpiusque beati ob præclaros hos sudores, & certamina, & ærumnas, ac labores, & pericula, quæ pro omnibus orbis terræ Ecclesiis subiistis. Hincque tum in terra, tum in mari, tum in Cælis gloriam, & splendorem consecuti estis. Siquidem homines omnes, qui quidem mentis compotes sunt, vos prædicant, ac coronis cingunt, animi vestri robur, fortitudinem, tolerantiam, atque constantiam ad stuporem usque mirantes. Benignus autem Deus, qui laboribus longe ampliora præmia semper constituit, tot tantaque bona vobis rependet, quot quantaque iis a Deo rependi par est, qui pro universi Orbis pace tam strenue ac fortiter dimicant. Ac propterea nos quoque beatos vos prædicare non desinimus, incredibilem quamdam voluptatem ex vestri recordatione perpetuo capientes, vosque etiamsi alioqui longo itineris intervallo a vobis disjuncti simus, animo circumferentes. Ac quidem Cerecus carissimus diaconus nunc navigare minime potuit, propterea quod multo labore confectus erat. At vero domini mei, religiosissimus presbyter Joannes, & carissimus diaconus Paulus, cum undique exagitarentur ac vexarentur, nec usquam consistendi ac delitescendi potestas esset, hoc sibi necessario faciendum existimarunt, ut ad charitatem vestram sese conferrent, istic que vobiscum essent. Quamobrem ipsos cum charitate excipite; eamque quam par est, benevolentiam ipsis exhibete. Hucusque epistola. Sed quæ de aliis exulibus & extorribus Palladius subdit, hic reddamus:

XX. Joanni communicantes quanta passi.

Serapionem autem post innumeras absque alla probatione calumnias, cum atrocitate judicium violassent, in patriam (ut fama est) propriam relegarunt. Helarius vir sanctus & senex, post plagas non a Judicibus sibi, sed Aero impositas, in interiorem Pontum missus est: qui decem & octo annis panem non gustavit, solaque olera vel legumina ad cibum habuit. Antonius intra Palæstinæ speluncas se inclusit: Timotheus Maroniæ & Joannes Lydiæ Episcopi in Macedonia esse memorantur: Rhodon Asiaticus Mitylenem profectus est: Gregorius Lydius esse in Phrygia dicitur: Brisso Palladii frater, Ecclesia sua sponte derelicta, in agello suo degit, terram propriis manibus fodiens: Lampetius vero (ut ajunt) in agro Lydiæ a quodam fovetur Eleutherio, lectionibus vacans: Eugenius in patria est: Elpidius magnus ille Laodiceæ Syriæ Episcopus una cum Pappo, tres anni sunt, ex quo gradus domus numquam descenderunt, orationibus insistentes: Heraclidas Ephesius quadriennium jam Nicomediæ carceri inclusus est.

XXI. Diversorum diversæ ærumnæ.

Reliqui de communione Joannis partim quidem Attico communicarunt necessitate compulsi, & in alias regiones Thraciæ, translati, partim nescimus ubi sint. Ajunt Anatolium in Gallias concessisse. Presbyteri vero in Arabiam & Palæstinam exularunt: Tigrius in Mesopotamiam relegatus est: Philippus fugiens in Ponto diem obiit: Theophilus in Paphlagonia versatur: Joannes Æthrius Cæsareæ construxit monasterium: Stephanum in Arabiam relegatum, a carnificibus Isauri abstractum, in Taurum dimisere: Sallustium Cretæ immorari fama est: Philippum monachum atque presbyterum Scholarum audivi infirmari in Campania: Sophronius diaconus Thebaidæ servatur in custodia: Paulus diaconus Dispensatoris adjutor in Africum profectus memoratur: alius Paulus Hierosolymis est: Elladius Palatii presbyter Bithyniæ in agello proprio degit. Plurimi Constantinopoli delitescunt: alii vero in sua quisque discessere. Silvanus autem sanctus Episcopus Troade piscatu sibi victum quærit: pergit dicere de Stephano monacho, Eutropio, & aliis, de quibus superius mentio facta est. Sed quid ipsis Episcopis contigerit, cum in exilium deportarentur, Palladius ista subdit:

XXII. Quæ in itinere passi sunt exules.

Retulit autem is qui ab Episcopis venerat diaconus, eos a ductoribus suis, immissione quorumdam, ita tantum vexatos, ut taderet etiam vivere, mortemque sibi imprecarentur omnes. Nam pecunias in sumptus necessarias eis auferentes, inter se partiti sunt; nudisque imponentes jumentis, biduum iter una conficiebant die, profunda jam nocte divertentes, & nocturnis item tenebris ad iter exurgentes, ut neque infelices escas continere stomachus posset. Turpibus præterea obscœnisque sermonibus impetere illos non desistebant. Palladio autem etiam servum tulerunt, cogentes ipsum litteras quoque dare quas habebat. Demetrium unus ex militibus adeo afflixit, ut profunda jam vespera illum etiam perurgeret vomere: qui continuo corruens expiravit, multis doloribus macerratus. Prædixerat enim Palladius (ut ex commilitone veniente didicimus) Aliud iter non conficies, sed miserabiliter morieris. Ecclesiæ namque omnino appropinquare non sinebant, hospitantes aut in stabulis, ubi scortorum erat multitudo, aut in Samaritanorum vel Judæorum synagogis: quibus illi angustiis pressi, nova semper animo versare coepebantur. Dixit autem unus ex Episcopis: Quid de diversoriis querimur? Num enim in nobis est, morari uspiam, ut voluntate propria & electione lascivientes pœnas expendamus? An ignoratis hæc omnia & contigisse prius, & futura etiam postmodum, per quæ omnia glorificatur Deus? Quam multæ istiusmodi meretrices, quæ vel oblivionem Dei ceperant, vel illum semper ignoraverant, conspectis nobis, in timorem Dei cognitionemque venerunt, fortassis in melius convertendæ, sive certe ad deteriora non prolapsuræ. Non parum autem est rationali animæ, quæ a perturbatione vexatur, respirare vel modicum, quod est pudoris fomentum: adeo ut dixerit, qui hæc sustinuit magister Gentium Paulus (a): Christi bonus odor sumus his qui salvantur, & his qui pereunt: eo quod (b) spectaculum facti sumus Angelis & hominibus.

(a) 2. Cor. 2.
(b) 1. Cor. 4.

XXIII. Persecutores acerbiores numerantur.

In tantam vero acerbitatis insaniam Episcopi omnes de communicatione Theophili per totum Orientem (sicuti monachus rediens retulit) devenerant, ut ex his plerique non modo debitam humanitatem non exhiberent; verum milites, datis muneribus, inducerent, ut eos ocyus e civitatibus expellerent. Sunt autem qui ista gessere, Tarsensis, & Antiochenus, & Cæsariensis, atque ante omnes Ancyranus, & Pelusiensis Episcopi, partim donis, partim etiam minis melitum animos contra eos ita offerantes, ut ne laicos quidem eos excipere hospitio cupientes permitterent, sicut in epistolis canonicis Cajo contra Episcopum quemdam scribit beatus Joannes (c): & post aliqua: *Laudabat autem idem monachus, atque admirabatur Secundæ Cappadociæ Episcopos, ut qui actis in exilium Episcopis magnum ostendissent miserationis affectum; & in primis Theodorum Tyanæum mitissimum virum, Bosphoriumque Coloniæ, qui quadragesimum in Episcopatu agebat annum, & Serapionem Ostracinæ quadragesimum & quintum annum in Episcopali officio supergressum.* Hæc Palladius de exulibus Episcopis, & eorum peregrinatione. Quod ad Bosphorium spectat; hic sane ille (ut suo loco dictum est) qui ante annos quadraginta, nempe a Christo nato trecentesimo sexagesimosexto, S. Gregorio Nazianzeno suasit, ac pene coegit suscipere, munus Ecclesiæ Nazianzenæ.

(c) Joan. 3.

A quibus bene habiti Episcopi exules.

XXIV.

Sed jam tandem ipsum S. Joannem Chrysostomum in exilio Arabissi agentem invisamus. Hoc quidem ipso anno, absolutis exilii annorum duorum periodis, tertium inchoavit mensa Julii; quando mittens Romam Joannem presbyterum & Paulum diaconum, has ad Innocentium Romanum Pontificem litteras dedit, quibus in primis pro sedulo & indefesso in sua causa exhibito studio ingentes gratias agit: inde vero pro persecutoribus rogat, suadens mitius agere adversus canonum proculcatores, ne eos excommunicet, ob periculum universalis in universo Orbe conflandi schismatis; sed ut expectet orat, si forte resipiscant. Sic enim ipsæ se habent novissimæ ad Innocentium scriptæ (d) litteræ tanti viri memoria suavissimæ atque dulcissimæ: [1]

(d) Chrys. epist. 2. ex septem.

XXV. Epistola ultima Chrysostomi ad Innocentium Papam.

Corpus quidem nostrum uno eodemque loco tenetur & stabilitum est; animus autem charitatis ala in universo Orbe circumvolitat. Proinde licet tanta itineris intercapedine separati simus, a pietate tamen vestra non absumus, sed quotidie vobis præsentes sumus. Animi enim oculis videmus vestram illam fortitudinem & sinceram affectionem, constantiamque non mutabilem, & quod vos consolari nos plurimum & perpetuo cupiatis. Quanto enim fluctus extolluntur sublimius, & plures latent scopuli, vehementioresque venti sunt, & tempestates: tanto & vigilantia vestra augetur: neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum temporis intervallum, neque causarum difficultates segniores reddidit; sed perseveranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maxime vigiles sunt, quando elevari fluctus, & mare intumescere

NOTÆ [1] Epistolam Chrysostomi ad Innocentium Papam, scriptam esse *tertio ejus exilii anno*, adeoque A. D. 407. ante mensem Julium opinatur Coustantius in notis pag. 809.

ferre, & multas aquas in navim inundare, gravissimamque interdiu noctem ingruere vident. Ea propter & gratias vobis habemus multas, & desideramus quidem ad vos dare crebrius litteras; id quod nobis maximo foret solatio. Verum quia solitudo hujus loci in tantum vos a nobis separat, neque facile ad vos pervenire valent hi qui nobiscum agunt, vel etiam qui in vicino habitant, tum quod in extremis finibus locus ille situs est, tum quod latrones vias illas undique obsident: precamur ut diuturnum nostrum silentium efficiat, quod magis condoleatis, quam quod nos vestri putetis negligentiæ: neque enim contemptus est in causa, quod tacuimus.

XXVI. Joannes & Paulus legati ad Innocentium Papam.

Nunc enim multo tempore venerabilem & dilectum Joannem presbyterum & Paulum diaconum in hoc tenuimus, ut scriberemus. Perpetuas enim vobis gratias agimus, quod paternam erga nos benevolentiam declarastis. Nam quantum in vestra pietate situm fuit; jam res omnes sedatæ & emendatæ, atque sublata omnia scandala fuissent, gauderentque Ecclesiæ tranquilla ac sincera pace, & essent plane secunda omnia, neque contemptæ leges neque violatæ Patrum constitutiones forent. At illi in suis impiis operibus pergunt; & quasi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recentibus vincere certant. Nolo autem omnia quæ interim gesta sunt, singulatim recensere; quandoquidem non solum epistolæ, sed & historiæ modum transcenderet narratio.

XXVII.

Cæterum vestram oro vigilantiam, quod licet illi omnia tumultibus repleverint, laboraverintque morbis incurabilibus & pœnitentiæ non capacibus; si tamen curari morbos voluerint, ne affligantur, neque in catu abjiciantur, considerata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud ferme totius Orbis est, Ecclesiæ usque ad genua humiliatæ sunt, populi dispersi, clerus divexatus, Episcopi exules, constitutiones Patrum violatæ. Et ideirco iterum atque iterum & sæpius vestram oro diligentiam, ut quanto major est tempestas, tanto majus adhibeatur studium. Expecto quidem futurum, ut aliquanto amplius corrigantur. Quod si minus fiet: vos vestram coronam paratam apud misericordem Deum habetis; & hi qui injuria afficiuntur; consolationem ex incremento charitatis vestræ non mediocrem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio versamur, expositi pesti, fami, bellis, continuis obsidionibus, solitudini indicibili, quotidianæ morti, & Isauricis gladiis: & non mediocriter nos consolantur solida vestra fides & charitas, quæ se in me tam tenui ac simplici oblectant: Hic noster murus, hæc securitas, hic portus absque fluctibus, hic multorum bonorum thesaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis causa est. Et si in desolatiorem quam iste est, locum iterum abigemur; non parvam hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem, abimus. Hactenus Joannis Chrysostomi epistula Romam missa per Joannem & Paulum: quos apud sanctas feminas, easdemque genere clarissimas Romæ voluit hospitari, sicuti alios qui ab Oriente a se missi erant: haud enim hos apud Innocentium, qui interpellabatur Judex, decebat defensores causæ Chrysostomi hospitari; ne idem qui Judex, æque esse patronus censeretur. Extant Joannis ipsius ad eas datæ litteræ. Quales autem quantæque essent istæ extorrium ac profugorum legatorumque hospitæ Proba ac Juliana, memoria repete quæ de utrisque a nobis dicta sunt supra ad finem quarti Annalium tomi. Quarum commendandi studii causa, hic perbreves binas scriptas ad eas epistolas ipsius Joannis opportune reddemus. Ad Probam enim data epistola sic se habet, cum eosdem missos legatos commendat Joannem & Paulum (a):

(a) Chrys. ep. 168.

XXVIII. Joannis Chrysostomi epistola ad Probam.

Etsi longo itineris spatio abs te disjunctus sum; tamen sinceram ac ferventem tuam charitatem non secus ac si coram essem, tuaque omnia cernerem, certo expertus sum: iis nimirum, qui istinc ad nos veniunt, ea de te afferentibus, quæ audire cupiebam. Eaque de causa multas atque ingentes tibi gratias habeo, atque ob istum tuum animum glorior, meque effero: virosque mihi carissimos, religiosissimumque presbyterum Joannem, & ornatissimum diaconum Paulum tibi commendo; utque ad tuas manus, velut ad portum transmitto. Abs te igitur, lectissima ac nobilissima domina mea, peto, ut, quemadmodum humanitas tua poscit, ipsos videas: nec enim te fallit, quantam hujusce comitatis mercedem relatura sis. At quam sæpissime licebit, de tua valetudine, de qua ut nobis vehementer cara, aliquid intelligere, vehementer aveo, fac me certiorem. Hactenus ad Probam. Ad Julianam vero sanctissimam æque viduam ejus filiam ista habet (b):

(b) Chrys. epist. 169.

XXIX. Ejusdem epistola ad Julianam.

Quo graviore pœna mulctati sunt, qui tot scelera perpetrarunt: eo quoque vobis, qui tot scelera tollere ac delere studuistis, tantumque laboris & ærumnæ suscepistis, amplior merces futura est. Neque enim nobis obscura fuit ea beneficentia, idque studium, quod & in negotio de quo agitur, & in excipiendis benigneque complectendis iis quos istuc misimus, præbuistis. Eoque nomine gratias vobis habemus; vosque rogamus & obsecramus, ut in eodem studio & alacritate permaneatis, ac firmius etiam ac valentius animi robur, ac fortitudinem adhibeatis. Neque enim vos fugit, quanta hujusce præclari facti magnitudo sit, quantamque mercedem per-

ce-

ceptaræ sitis; tantos motus, ac tam sævos fluctus, quantum in vobis est, compescentes; eamque quam par est, acceptis incommodis, medicinam afferentes. Hæc ad Julianam, non solum (ut vides) hospitem legatorum, sed & causæ Joannis diligentissimam patronam. Extat ejusdem Joannis eodem argumento alia epistola ad Italicam (*a*), æque clarissimam feminam, ad quam etiam datæ S. Augustini duæ epistolæ habentur (*b*).

(*a*) Chrys. epist. 153. (*b*) Aug. epist. 6. & 233.

XXX. Consilium adversariorum de necando Joanne.

Cum autem ad calcem recitatæ nuper epistolæ ad Innocentium Papam Joannes dicat, in aliam se forte locum ablegandam fore; odoratus esse videtur, quod adversarii in ipsum molirentur, conantes sic eum frequentibus atterere peregrinationibus per loca aspera & difficillima, quousque nimia ex itineribus afflictatus molestia, cogeretur ad postremum etiam ex hac vita migrare. Quod enim ejus causa totam scirent adversarii esse Occidentem commotum, Romanumque Pontificem etiam & alios ejusdem orbis Episcopos exasperatos, quin & ipsum Honorium Imperatorem, ob violatum in contumeliis legatorum jus gentium, haud mediocriter perturbatum, concitatumque ad facinoris ultionem: nihil consultius agi sibi visum, quam si ipse Joannes de medio tolleretur; sic rati omnem cum illo finem consecuturum esse quod fervebat Ecclesiasticum bellum. Sed quod perficere illud gladio nimis tyrannicum haberetur, & invidiosum: id quod diximus, excogitarunt, ita nimirum eum ærumnis conficere, ut penitus deficere & exhalare animam cogeretur; quod quidem, & impie perpetratum, & expletum est, ut quæ paulo inferius de ejus ad Deum migratione dicturi sumus, facile demonstrabunt.

XXXI.

At licet (ut vidimus) Joannes Chrysostomus suis litteris rogasset Innocentium Romanum Pontificem, ne a cœtu Fidelium excommunicatione eos ejiceret, qui legatos Apostolicos adeo turpiter ejecissent, maleque habuissent: constat tamen tam ipsum Innocentium, tum reliquos Occidentalis Ecclesiæ Episcopos Atticum pseudoepiscopum, veluti tanti sceleris architectum, a communione Fidelium extorrem penitus declarasse: cum ipse Atticus, ne Orientis populi a se dilaberentur, ejusmodi (ut ait Palladius *c*) edictum elicuit ab Arcadio, quo Cives, & peregrinos, sive provinciales sibi cogeret communicare: edictum autem sic se habuit:

(*c*) Pallad. in dial.

XXXII. Atticus persequitur Joannis participes.

Si quis Episcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat; Ecclesia pellatur, & a suis facultatibus prorsus projiciatur. Hæc summa edicti, potius quam ipsum integrum. *Hinc jam alii* (subdit Palladius) *plus æquo gravati pondere, inviti quoque communicant. At vero pauperiores quique & in fide sua imbecilliores muneribus quibusdam ad communicandum attrahuntur. Qui vero genus & patriam, & corruptibilem gloriam, corporumque pressuram contempserunt, fuga ingenuitatem animi servavere, Evangelicum* (*d*) *illud crebra memoria repetentes: Si vos in una Civitate persecuti fuerint, fugite in aliam: & Proverbiorum* (*e*) *illud sibimet dicentes: Non proderunt substantiæ in die iræ. Profecti autem sunt alii quidem Romam, alii ad montes, alii in monasteriis servorum Dei a Judaica iniquitate servabantur. Continebat autem rescriptum contra laicos, qui in dignitate erant constituti, ut magistratu & dignitate omni privarentur; milites ut baltheum amitterent; populares, & artifices reliqui persoluto gravi auri pondere, subjicerentur exilio. Verum dum ista geruntur, preces a fidelioribus quibusque sub dio magna cum afflictione sua quotidie fiebant.* Hæc Palladius.

(*d*) Mat. 10. (*e*) Prov. 11.

XXXIII.

Quid autem offensus Innocentius Romanus Pontifex, necnon Honorius Imperator in Arcadium post hujusmodi scelus plane execrandum adversus legatos perpetratum egerint; ignoratur quidem: tamen ex aliis litteris Honorii superius recitatis, quas hoc tempore Honorius scripserit, satis conjici potest. Res namque jam eo perducta videri poterat, ut ipsi Honorio nihil reliquum esset, nisi cum Arcadio armis decernere: sed barbarorum assidui tumores, & detecta infidelitas Stilichonis (ut dicemus) animum ejus avertit. Innocentius autem haud potuit rem tantam dissimulare, atque adeo execrandum facinus inultum relinquere; licet aliquid severitatis Ecclesiasticæ censuræ remittere, ne major in Ecclesia scissura fieret, ratio temporis persuaserit. Quamobrem ab Ecclesiastica Romanæ Ecclesiæ communione abstinuit tum Atticum Constantinopolitanum intrusum Episcopum, tum etiam Theophilum Alexandrinum, ut ex iis quæ dicentur inferius perspicue apparebit: hucusque in eos progressa est censura Ecclesiastica, conjunctaque cum miseratione severitas disciplinæ.

XXXIV.

Porro autem ipse Joannes Chrysostomus, qui primo anno Cucusi (ut diximus ex Palladio) & sequenti usque in præsens Arabissi Armeniæ Civitatis exulavit, ubi (ut ipse testatur *f*) erat Episcopus vir sanctissimus Trejus: in hoc usque tempus haud privatus est commercio litterarum, quas mutuo acciperet atque redderet. Sed quod nullæ amplius litteræ datæ legantur, perpetuumque appareat ad obitum usque servatum esse silentium; adversariorum invidia interceptus creditur commeatus; ipseque ne quid scriberet, custoditus; obstructumque peni-

(*f*) Chrys. ep. 126.

nitus creditur os illud aureum, gemmeusque stylus e manu ejus abstractus, atque perfractus ingenii jactura totius Ecclesiæ.

XXXV. S. Hieronymi lucubrationes anni hujus.

Sed ne penitus consistere videamur absque sanctorum virorum consortio solitarii: age modo conveniamus S. Hieronymum in Ecclesia operosum; qui hoc anno in Zachariam, Oseam, Joelem, Amos, & Malachiam Prophetas commentarios digestos elaboravit: audi vero ipsum ad Pammachium ista scribentem (*a*): *Præsenti anno, qui sexti Consulatus Arcadii Augusti, & Anicii Probi Fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesiæ Pontifici Zachariam, & ejusdem urbis Minerio, & Alexandro monachis Malachiam Prophetam interpretatus sum; statimque recurrens ad principium voluminis Osee, & Joel, & Amos, tibi negare non potui.* Hæc quidem ipse (ut ibi ait) cum de gravissima convaluisset infirmitate, ac trementibus digitorum articulis, jam scribere non valeret, utpote senex; qui & de commodis & incommodis senectutis ad eumdem Pammachium (*b*) tunc disseruit. Sed unde scribendi commentarios in Zachariam ad S. Exuperium Episcopum Tolosanum occasio data est, præstat hic recensere. Hoc enim anno idem vir maxime pius, erga pauperes largitionibus effusissimus, quod tantæ ejus liberalitati angustæ Galliæ viderentur, legavit Sisinnium monachum integerrimis vitæ moribus præditum in Orientem cum ingenti pecunia, ut Palæstinæ monachis ad vitam subsidia ministraret, inde vero se in Ægyptum conferret, idem muneris Ægyptiis monachis expleturus. Cum autem idem S. Hieronymus ex eodem Sisinnio, qualis quantusque esset vir eximius Exuperius didicisset: eidem, ob ejus egregiam sanctitudinem, libros in Zachariam Prophetam, quos elucubrabat, dedicandos existimavit, a quo litteras per eumdem monachum accepisset, necnon ad alendos monachos eleemosynam, prout in præfatione ipse testatur his verbis (*c*):

(*a*) Hier. præf. in l. 3. in Amos.

(*b*) Hier. præf. in l. 3. in Amos.

S. Hieronymus Exuperio dicat libros.

(*c*) Hier. præf. in l. 1. in Zach.

XXXVI.

Ultimo jam autumni tempore frater noster, filius tuus Sisinnius monachus tuæ mihi dignationis epistolam reddidit: qua lecta, gavisus sum, esse te sospitem & memorem mei, omniumque fratrum qui in sanctis locis Domino serviunt, in quorum refrigeriis facis tibi amicos de iniquo mammona: Et paulo inferius de ipso etiam Exuperio: *Audio te in valle lacrymarum, in loco quem Deus posuit ad certamen, ut vincentibus coronam daret, ascensiones in tuo corde disponere, & ire de virtute in virtutem, & imitari Domini paupertatem, ut cum illo dives fiat, & in eo reclinet caput, & per singulos dies suscipiatur, visitetur, alatur, vestiatur; & præcipue in sanctarum Scripturarum lectione fervere, &c.*

XXXVII. Sisinnii profectio in Ægyptum.

Quod vero festinaret Sisinnius eleemosynas ferre ad Ægyptios monachos, impolita se mittere excusat; nam cum ad Epiphaniorum usque diem in Palæstina permansurum esse putarat (*d*): qui quominus id præstiterit, sed profectionem accelerarit, ut perferret eleemosynas ad monachos in Ægypto agentes, causa præcessit, quod auditum esset, ejus provinciæ monachos ob penuriam anni hujus alimentorum, alimonia admodum laborare. Unde ait ipse Hieronymus: *Cumque eum rogarem, ut differret iter, libere mihi cœpit famem obtendere monasteriorum, Ægypti necessitates, Nili non plenas aquas, multorum inediam: ut prope esset in Dominum offensa, illum ultra velle retinere:* ac rursum (*e*): *Frater Sisinnius in Ægyptum iter festinat, ut odorem bonæ fragrantiæ, qui a te missus est fratribus, illuc quoque perferat; & nequaquam Æthiopiæ fluminis, sed Galliarum largissimis aquis rigentur arva sitientia:* ac iterum de eodem (*f*): *Ipse tua festinat sanctis ara dividere, & nos non patitur nostra tibi ara numerare.* Equidem puto, divino Spiritu S. Exuperium prænovisse proxime venturum Galliarum excidium, dedendamque tandem Tolosam barbaris; ob idque magna celeritate festinasse conferre in sanctos, quod auferrent paulo post barbari, nisi ante caveret. Ultimo siquidem hujus anni die (ut proxime dicturi sumus) Wandali & Alani cum aliis barbaris, trans Rhenum copias ad Gallias depopulandas perduxere: ac post excidium plurimarum civitatum, & ipsa Tolosa capta est, ut suo loco narrabimus.

(*d*) Hier. ep. 152.

(*e*) Hier. præf. comment. in Zach. l. 2.

(*f*) Idem præf. comment. in Zacchar. l. 3.

XXXVIII.

Sed ad eamdem legationem Sisinnii redeamus. Non Exuperii unius, sed & Minerii * & Alexandri litteras detulit, quibus illi eumdem S. Hieronymum variis pulsarunt quæstionibus; sed & litteras aliorum plurium tum virorum, tum feminarum de diversis Scripturæ locis eumdem interrogantium dedit: *Multas enim* (ait ipse) *sanctorum fratrum ac sororum de vestra provincia ad me detulit quæstiones:* quænam fuerint, nihil præterea compertum habetur, quam quod S. Hieronymus ad redditam per eumdem Sisinnium epistolam ad Minerium (*g*) & Alexandrum rescribens pertractat; ad quos etiam destinavit dictum elucubratum a se hoc anno commentarium in Malachiam.

* Minervii.

Crebræ consultationes ex Galliis ad S. Hieronymum.

(*g*) Hier. epist. 152.

XXXIX.

Quo item anno, per eumdem Sisinnium monachum in Ægyptum properantem, idem

PAGIUS V.

A num. XXXIX. ad LIII. Cum *Vigilantius* in Sanctorum Martyrum Reliquias & Sacerdotum castitatem debacchari cœpisset, Divus Hieronymus brevem tractatum adversus eum scripsit, qui Tomo II. ejus Operum legitur: quem hoc anno Hieronymum edidisse liquet ex iis quæ Baro-

Vigilantius natione Gallus fuit.

excepturæ sitis; tantos motus, ac tam sævos fluctus, quantum in vobis est, compescentes; eamque quam par est, acceptis incommodis, medicinam afferentes. Hæc ad Julianam, non solum (ut vides) hospitem legatorum, sed & causæ Joannis diligentissimam patronam. Extat ejusdem Joannis eodem argumento alia epistola ad Italicam (*a*), æque clarissimam feminam, ad quam etiam datæ S. Augustini duæ epistolæ habentur (*b*).

(*a*) *Chrys. epist. 153.* (*b*) *Aug. epist. 6. & 233.*

XXX. Consilium adversariorum de necando Joanne.

Cum autem ad calcem recitatæ nuper epistolæ ad Innocentium Papam Joannes dicat, in aliam se forte locum ablegandum fore; odoratus esse videtur, quod adversarii in ipsum molirentur, conantes sic eum frequentibus atterere peregrinationibus per loca aspera & difficillima, quousque nimia ex itineribus afflictatus molestia, cogeretur ad postremum etiam ex hac vita migrare. Quod enim ejus causa totum scirent adversarii esse Occidentem commotum, Romanumque Pontificem etiam & alios ejusdem orbis Episcopos exasperatos, quin & ipsum Honorium Imperatorem, ob violatam in contumeliis legatorum jus gentium, haud mediocriter perturbatum, concitatumque ad facinoris ultionem: nihil consultius agi sibi visum, quam si ipse Joannes de medio tolleretur; sic rati omnem cum illo finem consecuturum esse quod fervebat Ecclesiasticum bellum. Sed quod perficere istud gladio nimis tyrannicum haberetur, & invidiosum: id quod diximus, excogitarunt, ita nimirum eum ærumnis conficere, ut penitus deficere & exhalare animam cogeretur; quod quidem, & impie perpetratum & expletum est, ut quæ paulo inferius de ejus ad Deum migratione dicturi sumus, facile demonstrabunt.

XXXI.

At licet (ut vidimus) Joannes Chrysostomus suis litteris rogasset Innocentium Romanum Pontificem, ne a cœtu Fidelium excommunicatione eos ejiceret, qui legatos Apostolicos adeo turpiter ejecissent, maleque habuissent: constat tamen tum ipsum Innocentium, tum reliquos Occidentalis Ecclesiæ Episcopos Atticum pseudoepiscopum, veluti tanti sceleris architectum, a communione Fidelium extorrem penitus declarasse: cum ipse Atticus, ne Orientis populi a se dilaberentur, ejusmodi (*ut ait Palladius c*) edictum elicuit ab Arcadio, quo Cives, & peregrinos, sive provinciales sibi cogeret communicare: edictum autem sic se habuit:

(*c*) *Pallad. in dial.*

XXXII. Atticus persequitur Joannis participes.

Si quis Episcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico non communicat; Ecclesia pellatur, & a suis facultatibus prorsus projiciatur. Hæc summa edicti, potius quam ipsum integrum. *Hinc jam alii* (subdit Palladius) *plus æquo gravati pondere, inviti quoque communicant. At vero pauperiores quique & in fide sua imbecilliores muneribus quibusdam ad communicandum attrahuntur. Qui vero genus & patriam, & corruptibilem gloriam, corporumque pressuram contempserunt, fuga ingenuitatem animi servavere, Evangelicum (d) illud crebra memoria repetentes: Si vos in una Civitate persecuti fuerint, fugite in aliam: & Proverbiorum (e) illud sibimet dicentes: Non proderunt substantiæ in die iræ. Profecti autem sunt alii quidem Romam, alii ad montes, alii in monasteriis servorum Dei a Judaica iniquitate servabantur. Continebat autem rescriptum contra laicos, qui in dignitate erant constitutis, ut magistratu & dignitate omni privarentur; milites ut balthem amitterent; populares, & artifices reliqui persoluto gravi auri pondere, subjicerentur exilio. Verum dum ista geruntur, preces a fidelioribus quibusque sub diu magna cum afflictione sua quotidie fiebant.* Hæc Palladius.

(*d*) *Mat. 10.* (*e*) *Prov. 11.*

XXXIII.

Quid autem offensus Innocentius Romanus Pontifex, necnon Honorius Imperator in Arcadium post hujusmodi scelus plane execrandum adversus legatos perpetratum egerint; ignoratur quidem: tamen ex aliis litteris Honorii superius recitatis, quæ hoc tempore Honorius scripserit, satis conjici potest. Res namque jam eo perducta videri poterat, ut ipsi Honorio nihil reliquum esset, nisi cum Arcadio armis decernere: sed barbarorum assidui rumores, & detecta infidelitas Stilichonis (ut dicemus) animum ejus avertit. Innocentius autem haud potuit rem tantam dissimulare, atque adeo execrandum facinus inultum relinquere; licet aliquid severitatis Ecclesiasticæ censuræ remittere, ne major in Ecclesia scissura fieret, ratio temporis persuaserit. Quamobrem ab Ecclesiastica Romanæ Ecclesiæ communione abstinuit tum Atticum Constantinopolitanum intrusum Episcopum, tum etiam Theophilum Alexandrinum, ut ex iis quæ dicentur inferius perspicue apparebit: hucusque in eos progressa est censura Ecclesiastica, conjunctaque cum miseratione severitas disciplinæ.

XXXIV.

Porro autem ipse Joannes Chrysostomus, qui primo anno Cucusi (ut diximus ex Palladio) & sequenti usque in præsens Arabissi Armeniæ Civitatis exulavit, ubi (ut ipse testatur *f*) erat Episcopus vir sanctissimus Trejus: in hoc usque tempus haud privatus est commercio litterarum, quas mutuo acciperet atque redderet. Sed quod nullæ amplius litteræ datæ legantur, perpetuumque appareat ad obitum usque servatam esse silentium; adversariorum invidia interceptus creditur commeatus; ipseque ne quid scriberet, custoditus; obstructumque peni-

(*f*) *Chrys. ep. 126.*

nitus creditur os illud aureum, gemmeusque stylus e manu ejus abstractus, atque perfractus ingenti jactura totius Ecclesiæ.

XXXV. S. Hieronymi lucubrationes anni hujus.

Sed ne penitus consistere videamur absque sanctorum virorum consortio solitarii: age modo conveniamus S. Hieronymum in Ecclesia operosum; qui hoc anno in Zachariam, Oseam, Joelem, Amos, & Malachiam Prophetas commentarios disertos elaboravit: audi vero ipsum ad Pammachium ista scribentem (a): *Præsenti anno, qui sexti Consulatus Arcadii Augusti, & Anicii Probi Fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ Ecclesiæ Pontifici Zachariam, & ejusdem urbis Minerio, & Alexandro monachis Malachiam Prophetam interpretatus sum; statimque recurrens ad principium voluminis Osee, & Joel, & Amos, tibi negare non potui.* Hæc quidem ipse (ut ibi ait) cum de gravissima convaluisset infirmitate, ac trementibus digitorum articulis, jam scribere non valeret, utpote senex; qui & de commodis & incommodis senectutis ad eumdem Pammachium (b) tunc disseruit. Sed unde scribendi commentarios in Zachariam ad S. Exuperium Episcopum Tolosanum occasio data est, præstat hic recensere. Hoc enim anno idem vir maxime pius, erga pauperes largitionibus effusissimus, quod tantæ ejus liberalitati angustæ Galliæ viderentur, legavit Sisinnium monachum integerrimis vitæ moribus præditum in Orientem cum ingenti pecunia, ut Palæstinæ monachis ad vitam subsidia ministraret, inde vero se in Ægyptum conferret, idem muneris Ægyptiis monachis expleturus. Cum autem idem S. Hieronymus ex eodem Sisinnio, qualis quantusque esset vir eximius Exuperius didicisset: eidem, ob ejus egregiam sanctitudinem, libros in Zachariam Prophetam, quos elucubrabat, dedicandos existimavit, a quo litteras per eumdem monachum accepisset, necnon ad alendos monachos eleemosynam, prout in præfatione ipse testatur his verbis (c):

(a) Hier. præf. in l. 3. in Amos.

(b) Hier. præf. in l. 3. in Amos.

S. Hieronymus Exuperio dicat libros.

(c) Hier. præf. in l. 1. in Zach.

XXXVI.

Ultimo jam autumni tempore frater noster, filius tuus Sisinnius monachus tuæ mihi dignationis epistolam reddidit: qua lecta, gavisus sum, esse te sospitem & memorem mei, omniumque fratrum qui in sanctis locis Domino serviunt, in quorum refrigeriis facis tibi amicos de iniquo mammona: Et paulo inferius de ipso etiam Exuperio: *Audio te in valle lacrymarum, in loco quem Deus posuit ad certamen, ut vincentibus coronam daret, ascensiones in tuo corde disponere, & ire de virtute in virtutem, & imitari Domini paupertatem, ut cum illo dives fiat, & in te reclinet caput, & per singulos dies suscipiatur, visitetur, alatur, vestiatur; & præcipue in sanctarum Scripturarum lectione fervere, &c.*

XXXVII. Sisinnii profectio in Ægyptum.

Quod vero festinaret Sisinnius eleemosynas ferre ad Ægyptios monachos, impolita se mittere excusat; nam eum ad Epiphaniorum usque diem in Palæstina permansurum esse putarat (d): qui quo minus id præstiterit, sed profectionem accelerarit, ut perferret eleemosynas ad monachos in Ægypto agentes, causa præcessit, quod auditum esset, ejus provinciæ monachos ob penuriam anni hujus alimentorum, alimoniis admodum laborare. Unde ait ipse Hieronymus: *Cumque eum rogarem, ut differret iter; libere mihi cœpit famem obtendere monasteriorum, Ægypti necessitates, Nili non plenas aquas, multorum inediam: ut prope esset in Dominum offensa, illum ultra velle retinere:* ac rursum (e): *Frater Sisinnius in Ægyptum iter festinat, ut odorem bonæ fragrantiæ, qui a te missus est fratribus, illuc quoque perferat; & nequaquam Æthiopiæ flumine, sed Galliarum largissimis aquis rigentur arva sitientia:* ac iterum de eodem (f): *Ipse tua festinat sanctis æra dividere, & nos non patitur nostra tibi ara numerare.* Equidem puto, divino Spiritu S. Exuperium prænovisse proxime venturum Galliarum excidium, dedendamque tandem Tolosam barbaris; ob idque magna celeritate festinasse conferre in sanctos, quod auferrent paulo post barbari, nisi ante caveret. Ultimo siquidem hujus anni die (ut proxime dicturi sumus) Wandali & Alani cum aliis barbaris, trans Rhenum copias ad Gallias depopulandas perduxere: ac post excidium plurimarum civitatum, & ipsa Tolosa capta est, ut suo loco narrabimus.

(d) Hier. ep. 152.

(e) Hier. præf. comment. in Zach. l. 2.

(f) Idem præf. comment. in Zachar. l. 3.

XXXVIII.

Sed ad eamdem legationem Sisinnii redeamus. Non Exuperii unius, sed & Minerii * & Alexandri litteras detulit, quibus illi eumdem S. Hieronymum variis pulsarunt quæstionibus; sed & litteras aliorum plurium tum virorum, tum feminarum de diversis Scripturæ locis eumdem interrogantium dedit: *Multas enim* (ait ipse) *sanctorum fratrum ac sororum de vestra provincia ad me detulit quæstiones:* quænam fuerint, nihil præterea compertum habetur, quam quod S. Hieronymus ad redditam per eumdem Sisinnium epistolam ad Minerium (g) & Alexandrum rescribens pertractat; ad quos etiam destinavit dictum elucubratum a se hoc anno commentarium in Malachiam.

* Minervii.

Crebræ consultationes ex Galliis ad S. Hieronymum.

(g) Hier. epist. 152.

XXXIX.

Quo item anno, per eumdem Sisinnium monachum in Ægyptum properantem, idem

PAGIUS V.

A num. XXXIX. ad LIII. Cum *Vigilantius* in Sanctorum Martyrum, Reliquias & Sacerdotum castitatem debacchari cœpisset, Divus Hieronymus brevem tractatum adversus eum scripsit, qui Tomo II. ejus Operum legitur: quem hoc anno Hieronymum edidisse liquet ex iis quæ Baro-

Vigilantius natione Gallus fuit.

Quando scripsit S. Hieronymus contra Vigilantium.

idem S. Hieronymus, quanta valuit celeritate adversus Vigilantium hæresiarcham nuper obortum, commentarium scripsit; eumdemque eidem Sisinnio perferendum in Gallias, ubi virus suum serpens evomuetat, paratum antidotum dedit. Testatur id quidem ad finem ejusdem commentarii idem S. Hieronymus hisce verbis (a): *Hæc (ut dixi) sanctorum presbyterorum rogatu, unius noctis lucubratione dictavi, festinante admodum fratre Sisinnio, & propter sanctorum refrigeria ad Ægyptum ire properante, &c.* Quinam autem fuerint hi presbyteri, idem superius docet, ubi ait (b): *Auctores sunt hujus dictatiunculæ meæ sancti presbyteri Riparius & Desiderius, qui parochias suas vicinia istius scribunt esse maculatas; miseruntque libros per fratrem Sisinnium, quos inter crapulam stertens evomuit.* Sed non nunc primum idem Riparius reddidit de his S. Hieronymum certiorem; verum ante triennium: nam idem Hieronymus eodem commentario fatetur se ante biennium a Ripario de eodem Vigilantio horrendas blasphemias eructante accepisse: ad quem ejusdem Hieronymi extant (c) redditæ litteræ: adeo ut dici possit, Vigilantium, qui hactenus inter sanctos perfidus latuisset, jam palam quas diu in pectore occultasset hæreses, eodem tempore, nempe ante annos duos, propalare cœpisse. Sed antequam de ejusdem hæresibus insanis agamus, præstat de homine altius petere, narrationem.

(a) Hier. adv. Vigilant.
(b) Hier. ibid.
(c) Hier. epist. 53.

XL. Vigilantii primordia.

Fuit ipse natione Hispanus, Patria Calaguritanus, ut idem S. Hieronymus tradit: ex quo Gennadius (d) redarguitur, qui quod sciret hominem versatum in Gallia, Gallum utique fuisse existimavit; de quo ait: *Vigilantius presbyter, natione Gallus Hispaniæ Barchinonensis parochiæ ecclesiam tenuit:* adversus hunc scripsisse S. Hieronymum tradit, ne putes illum Gennadii Vigilantium alium ab eo esse; quem S. Hieronymus scriptis, de quibus agimus, confutat. Usu igitur & consuetudine Barchinonensis Ecclesiæ, idem Vigilantius S. Paulino, qui ibidem ordinatus est presbyter, pernecessarius aliquando fuit; quem ut virum pium probumque laudavit, & apud se ægrotantem, fovit: nam de eo hæc ad Severum (e): *Vigilantius quoque noster in Campania, & antequam ad nos veniret, & postquam pervenit, vi febrium laboravit; & ægritudini nostræ, quia & ipse socidle membrum erat, solutivo * dolore compassus est.* Profectus cum est inde Vigilantius Hierosolymam, eumdem datis ad S. Hieronymum litteris Paulinus ipse plurimum commendavit, ut reddita ad eumdem Paulinum S. Hieronymi epistola significare videtur, ubi hæc habet (f) ad finem: *S. Vigilantium presbyterum* (sic scribit, ut a S. Paulino commendatum acceperat) *qua aviditate susceperim, melius est ut ipsius verbis, quam meis discas litteris.* Hæc ipse.

(d) Genn. de Script. Eccl. c. 35.
(e) Paulin. epist. 1.
* socio.
(f) Hier. epist. 13.

XLI.

Et ne putes hunc alium ab illo Vigilantio fuisse, qui postea in hæresiarcham erupit: habes quæ de hoc ipse S. Hieronymus adversus ipsum scribens, exprobrat, quid egerit, cum Hierosolymis esset, & terra ingenti motu quateretur, cum ipse nudus perspicuus omnibus in publicum prodiit: qua impudentia indicium aliquod edidit futuræ scriptis etiam detegendæ omnibus turpitudinis. Quomodo autem res se habuerit, diximus suo loco illius tempore terræmotus. Sed & epistola in ipsum Vigilantium scripta, hunc eumdem esse cum illo Paulini Vigilantio, expresse declarat, (g) de qua modo dicturi sumus. Quod enim addit S. Hieronymus in ea epistola ad Paulinum: *Cur tam cito a nobis profectus sit, & nos reliquerit, non possum dicere, ne lædere quempiam videar;* suspicionem haud levem de Vigilantio ingerit. Etenim quidnam hoc, quod

(g) Hier. epist. 75.

PAGIUS

ronius refert, & quæ mox de Translatione Reliquiarum Samuelis Prophetæ in medium adducemus, manifestum facient. Pernecessarius aliquando sancto Paulino Nolano fuit *Vigilantius*, ut ostendit Paulini Epistola V. alias I. ad Severum, ubi ait: *Vigilantius noster in Campania, & antequam ad nos perveniret, & postea quam pervenit, vi febrium laboravit: & ægritudini nostræ, quia & ipse sociale membrum erat socio labore compassus est*; ut locum Paulini recte restituit recens Editor ejus Operum. Gennadius in Catalogo Scipt. Ecclesiast. de Vigilantio scribit: *Vigilantius Presbyter, natione Gallus, in Hispania Barcilonensis parochia Ecclesiam tenuit.* Baronius tamen acriter in Gennadium invehitur, & Vigilantium Calagurritanum in Hispania, teste, ut sibi videtur, Hieronymo, constanter asserit. Verum Marca in Opusculis posthumis in dissert. *de Patria Vigilantii*, recte demonstrat, discedendum non esse a Gennadio Massiliensi, adeoque Gallo, non remoto ab illis temporibus Scriptore. In ipso enim Operis adversus Vigilantium exordio ait Hieronymus, multa in Orbe monstra generata fuisse, quorum aliqua enumerat, & mox addit: *Triformem Geryonem Hispania prodiderunt. Sola Gallia monstra non habuit; sed viris semper fortissimis, & eloquentissimis abundavit. Exortus est subito Vigilantius*, &c. Immo Hieronymus liquido ait, patriam ejus esse *Convenarum* Urbem ad radices Pyrenæi, quæ deductis eo Hispanarum regionum fortioribus viris, a Pompeio Magno condita est, scilicet ut pacatiorem post discessum suum relinqueret Hispaniam. Aliqui quod magnum operæ pretium fecisset, vilem latronum & grassatorum gregem in Aquitaniæ regione includendo. Libuit tamen Hieronymo in *Vigilantium* excandescenti, originis illi contumeliam exprobrare, arrepta ex Tito Livio locutionis occasione, qui aliquoties objurgat Hispanos quod bellantes, latrocinia potius quam militiam exercerent.

Lo.

quod S. Hieronymus reticuisse consultius duxit? Certe quidem in causa fuisse Ruffinum Hierosolymis tunc agentem, ut Vigilantius redderetur Hieronymi gloriæ æmulus, perspicue possumus intelligere ex iis quæ idem S. Hieronymus adversus Ruffinum scribit (a), nimirum ipsum de Hieronymo aliquid in ejus aures insusurrasse. Sensit S. Hieronymus stropham, observavitque hominem haud recto pede incedere in Evangelio: sed & manifestus detectus est, cum idem Vigilantius ab eo recedens, cœpit in S. Hieronymum plaustra exonerare blasphemiarum, appellans eum hæreticum, quod Origenis opera assidue legens, ejusdem pariter fuerit consectatus errores. Sed audiamus S. Hieronymum in epistola adversus eum scripta isthæc omnia recensentem (b): *Quid* (inquit) *tibi faciam? credidi sancti presbyteri Paulini epistolis, & illius super nomine tuo non putavi errare judicium. Et licet statim accepta epistola, ἀσυνάρτητον sermonem tuum intelligerem: tamen rusticitatem, & simplicitatem magis in te arbitrabar, quam vecordiam. Nec reprehendo sanctum virum: maluit enim apud me dissimulare quod moverat, quam portitorem clientulum suis litteris accusare. Sed memetipsum arguo, qui alterius potius acquievi quam meo judicio; & oculis aliud cernentibus, aliud schedulæ credidi, quam videbam*. Et inferius: *Inter cæteras quippe blasphemias, quas ore sacrilego protulisti, ausus es dicere, montem, de quo abscissus est in Daniele (c) lapis sine manibus, esse diabolum, & lapidem Christum, &c.* Hæc sunt enim quæ Gennadius de Vigilantio tantum sibi nota describit, ubi ait (d): *Exposuit pravo ingenio secundam visionem Danielis, & alia locutus est frivola, quæ in catalogo hæreticorum necessario ponuntur; huic & beatus Hieronymus presbyter respondit*. Hæc ipse.

(a) Hier. Apolog. 2.

(b) Hier. epist. 75.

Vigilantius quando in S. Hieronymum oblatrare cœpit.

(c) Dan. 2.

(d) Genn. de Vir. illustr. c. 35.

XLII. Recedens vero a Palæstina (ut dictum est) Vigilantius, in Ægyptum descendit, aliasque provincias peragravit, semper quid in S. Hieronymum insusurrans: nam ipse (e): *Demisisti* (inquit) *Ægyptum, & cunctas provincias reliquisti, in quibus sectam tuam libera plerique fronte defendunt: & elegisti me ad insectandum, qui omnia contra Ecclesiam dogmata reprehendo, & publica voce condemno*. At non hæ illæ erant hæreses Vigilantii, quas postea audacissime prædicavit: nam (ut dictum est) novissimæ illæ Vigilantii hæreses haud ante biennium innotuere. Porro tanta ubique pollebat opinione sanctitatis hypocrita, ut idem S. Hieronymus ista diu de ipso tacuerit, nec propalaverit. Unde adversus Ruffinum, illum in se concitantem, ipsemet Hieronymus hæc ait (e): *In Vigilantii nomine quid somnies, nescio. Ubi enim eum scripsi hæretica apud Alexandriam communione maculatum? Da librum, profer epistolam; nusquam omnino reperies*: & inferius: *Ego in Vigilantio tibi respondi. Eadem enim accusabat, quæ tu postea & amicus laudas, & inimicus accusas*: nimirum quod ille diceret S. Hieronymum Origenis errores sectari; nam subdit: *Scio a quo illius contra me rabies concitata sit; novi cuniculos tuos*. Hæc S. Hieronymus. Agebat enim id astute Ruffinus, ut esset qui Origenis hæresis accusaret Hieronymum, qui ipsum Ruffinum, & alios omnes Origenistas ejusdem Origenis errorum insimularet; ipsumque talionis pœnam subire cogeret; ut quem in Origenistas ipse gladium exacuerat, in sua præcordia convertisse non ignoraret. Fuerunt hæc Vigilantii hæresiarchæ prældia, Ruffino illi ad omnes saltationis motus modos musicos attemperante.

(e) Hier. epist. 75.

Vigilantius ubique oblatrat in S. Hieronymum.

(e) Hier. Apolog. 2.

XLIII. Quid tandem? Quas multo tempore congesserat Vigilantius hæresum sordes, & pallio obvolverat sanctitatis, impetu uno profudit, cum reversus ex hypocrisis nundinis, falsis mercibus sanctitatis

Vigilantius promulgat hæreses.

PAGIUS VI. *Locus Hieronymi explicatur.*

Locus tamen Hieronymi de Vigilantio irretitum tenuit Præsulem doctissimum, qui existimabat locum non esse purum; cum tamen alio vitio non laboret, quam quod interpunctio perperam a librariis addita sensum corrumpat. Hæc verba Hieronymi in vulgatis editionibus: *Nimirum respondet generi suo, ut qui de latronum & Convenarum natus est semine: quos Cn. Pompejus, edomita Hispania, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit, & in unum oppidum congregavit; unde & Convenarum urbs nomen accepit. Huc usque latrocinetur contra Ecclesiam Dei: & de Vectonibus, Arebacis, Celtiberisque descendens, incursat Galliarum Ecclesias, portetque nequaquam vexillum Christi, sed insigne diaboli*. Arbitratur Marca loco, *& de Vectonibus*, &c. legendum esse, *nec de Vectonibus*, &c. & mentem suam his verbis „ explicat. Ex Vectonum, Arevacorum, & Cel„ tiberorum populis, qui vicini sunt apud Pli„ nium, & fortitudinis fama apud Veteres in„ clytis, delecti sunt milites, qui descendentes „ in Aquitaniam, Convenarum urbem incole„ rent, atque adeo *Vigilantius* indidem vetu„ stam originem trahebat. Unde colligit acri„ ter Hieronymus, si ex origine peti possit au„ ctoritas latrocinii exercendi, coercendam es„ se Vigilantio deprædandi licentiam & latro„ cinandi contra Ecclesiam Dei extra urbis suæ „ sinum, quæ jam infaustis auspiciis dicata est, „ non autem incursandi cæteras Galliarum Ec„ clesias vexillo Christi prælato & Christianæ „ fidei tessera; cum potius penes Vigilantium „ hæreseos auctorem & propagatorem sit insi„ gne Diaboli, ementitus ille Christianæ reli„ gionis titulus. Ita Marca. Verum cum varia manuscripta a me visa, dum Parisiis agerem, & de hac difficultate expedienda cogitarem, habeant, *& de Vectonibus*, manifestum est locum Hieronymi ita legendum esse: *Nimirum*

ro-

tis onustus, in Gallia eas primum vanum exposuit; sed non quidem ante biennium: nam S. Hieronymus citata (a) nuper epistola, nequaquam de his, quos postea ejus patefecit, & confutavit errores, cum Vigilantium hæresis arguit, vel leviter meminit. Sed & quod idem S. Hieronymus in commentariis, quos post triennium in Isaiam elaboravit, dicat (b) Vigilantii hæresim nuper exortam; ejusdem hæresis tempus consignasse videtur, ubi ait: *Quales* (nempe hæretici) *nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularunt, qui basilicas martyrum declinantes, nec qui ibi orationes ex more celebramus, quasi immundos fugiunt. Hoc autem non tam illi faciunt, quam habitantes in eis dæmones, fortitudinem & flagella sancti cineris non ferentes. Quis autem hæreticorum non requiescit in memoriis, non dormit in specubus magistrorum? quales fuit Marcion, & Valentinus, & nuper Eunomius mentis immunditiam leprosa carne contestans, &c.* quem quidem Eunomium alibi tradit ejusdem hæresis fuisse auctorem (c). At de tempore Vigilantii hæresis emergentis jam satis.

(a) Hier. epist. 75.
(b) Hier. in Isa. c. 35.
(c) Hier. adv. Vigilantium.

XLIV. *Vigilantius impugnat cultum reliquiarum Sanctorum.*

Sed quasnam primum blasphemias impius & impurus effutiit? Audi S. Hieronymum ad Riparium ita rescribentem: (d) *Acceptis primum litteris tuis non respondere, superbiæ est; respondere, temeritatis. De his enim rebus interrogas, quas & proferre, & audire, sacrilegum est. Ais Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc vocatur nomine (nam Dormitantius rectius diceretur) os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias; & nos qui eas suscipimus, appellare cinerarios, & Idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneramur. O infelicem hominem, & omni lacrymarum fonte plangendum: qui hæc dicens, non se intelligat esse Samaritanum, & Judæum, &c.* Vides quanto horrore bestia cornuta compareat, cujus vel aspectus intolerabilis reputetur; ut qui enim erroris funiculis introducit, appareat extrema dementia laborare: de quo idem S. Hieronymus: (e) *Ego vidi hoc aliquando portentum; & testimoniis Scripturarum, quasi vinculis Hippocratis, volui ligare furiosum: sed abiit, excessit, evasit, erupit, & inter Hadriæ fluctus, Cottiique Regis Alpes in nos declamando clamavit: quicquid enim amens loquitur, vociferatio & clamor est appellandus.* Hæc ipse.

(d) Hier. epist. 53.
(e) Hier. epist. 53.

XLV. *Catholica assertio cultus Sanctorum.*

Considera, quæso, lector, præsentis sæculi statum Ecclesiæ. Prædicavit Gregorius Nazianzenus adversus Julianum Apostatam, & aliis mille locis cultum sacrarum reliquiarum sanctorum martyrum; præstitit hoc ipsum pluribus homiliis S. Basilius, ejusque germanus S. Gregorius Nyssenus; Chrysostomus contra Gentiles, & alias sæpe hujus observantiæ extitit mirificus prædicator: in Occidente vero S. Ambrosius in his totus fuit, investigare, invenire, atque transferre sanctorum martyrum reliquias: S. Hieronymus id ipsum modo agit, ut quam potentissime contraria afferentem Vigilantium stylo juguler: S. Augustinus quoque in conscribendis miraculis ea reliquiis protomartyris Stephani, & aliorum quam diligentissimus extiterit, omnes sciunt: atque demum per quatuor Orbis latera Catholicam Ecclesiam ubique diffusam, certum est id ipsum antiqua traditione acceptum, miraculis confirmatum, Patrumque testimoniis roboratum, religione recepisse, usu tenuisse, atque demum jugi observantia coluisse. Id cum ita sit, quis putet, homi-

PAGIUS

respondet generi suo, ut qui de latronum & Convenarum natus est semine: (quos Cn. Pompejus edomita Hispania, & ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit, & in unum oppidum congregavit, unde & Convenarum urbs nomen accepit) huc usque latrocinetur contra Ecclesiam Dei: & de Vectonibus, Arebacis, &c. sic enim sensus planus & perfectus, nec aliter scripsit Hieronymus.

VII. *Magis exponitur.*

Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum, verbo *Convenæ*, referens citata Hieronymi verba: *Huc usque latrocinetur contra Ecclesiam Dei, & de Vettonibus, Arebacis, Celtiberisque descendens, incurset Galliarum Ecclesias*, dicit, Sanctum Doctorem secum pugnare, quia, inquit, Pompejus de Pyrenæi jugis populos eduxit, quibus terras dedit ad montium radices; Vectones autem Arebaci, Celtiberique, e quibus Hieronymus Vigilantium Convenensem descendisse asserit, habitabant in Hispania Tarraconensi, & in confinis Lusitaniæ, ut liquet ex Plinio & Ptolemæo; ideoque in locis a Pyrenæis valde remotis. Hinc concludit Valesius Hieronymum & falli & a se ipso dissentire. Verum Hieronymum male Vir doctissimus interpretatus; is enim non asserit, hos tres populos e jugis Pyrenæorum eductos tunc incoluisse terras Celtiberorum, Arebacum, ac Vectonum, sed tantum hos ex illis descendisse, quod verissimum est. Neque enim prædones isti e Pyrenæis oriundi erant; cum Cæsar in lib. 3. de bello civili, cujus verba ipsemet Valesius ibidem refert, eos *fugitivos ab saltu Pyrenæo prædonesque* appellet. Quare hi prædones, non ab saltu Pyrenæo oriundi erant, sed illuc aliunde venerant, nempe ex Celtiberorum, Vectonum, & Arebacorum regionibus, quas deserere coacti fuerant, ut ad loca inaccessa, qualia Pyrenæi montes, se se reciperent.

VIII. *Error librariorum corrigitur.*

Ibidem Valesius existimat, loco *de Vectonibus* legendum esse, *de Veronibus*. Verum locum illum depravatum esse assentio, sed legendum, uti quidem arbitror, *de Vasconibus*, cum Isidoro Hispalensi; *Vascones* enim Celtiberis confines, & *Calagorris* aut *Calagurris* sita erat in regione antiquorum Vasconum, & valde credibi-

minem adeo posse reperiri vecordem, fatuum, mente captum, delirumque, vel furiosum, qui eo insaniæ atque furoris se præcipitem ferri sinat, ut sanctis Patribus omnibus posthabitis atque spretis, in uno putarit Vigilantio inesse veram Ecclesiam, & quam sequatur, Catholicam veritatem? Certe quidem quam paucissimos Vigilantius habuit sectatores, eosdemque absque propagatione posteritatis una cum hæresiarcha simul extinctos; sive potius iidem sic male seducti, jam facti mentis compotes resipuerint. At quid de illis dicendum sit, quis mente concipiat, qui post duodecim ferme decursa sæcula, morem Ecclesiæ, Patrum traditione, & doctrina semper assertum ac propagatum, explodendum esse; damnatam vero ac improbatam, illusam, derisam, atque proscriptam hæresim Vigilantii putaverint esse recipiendam, tuendam; atque in omnibus amplexandam? Tales plane phreneticos atque phanaticos Ecclesia nostri temporis patitur: quos ita cognitos sequi, quid aliud est, quam se a Deo penitus derelictos esse, & in erroris operationem prorsus esse traditos intelligere? Sed ad Vigilantium redeamus.

XLVI. Gallicanæ Ecclesiæ integritas tentatur.

Ingemuit S. Hieronymus hujus temporis infelicem Galliæ statum, quo cœpit provincia Christianissima portenta conspicere, quæ hactenus ignorasset: cujus sincera fides ab Apostolorum temporibus illibata pureque servata (ut ostendimus superius testificatione S. Hilarii) numquam vel nævum quidem contraxisset hæreticæ pravitatis; nunc primum stupratore Vigilantio tentaretur. Hinc dolor & gemitus. Etenim cum post recensita diversa, quæ diversis temporibus & regionibus in orbe terrarum visa sunt monstra: *Sola* (inquit ipse Hieronymus *a*) *Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis, & eloquentissimis abundavit. Exortus est subito Vigilantius, seu verius Dormitantius, qui immundo spiritu pugnet contra Christi Spiritum, & martyrum neget sepulcra veneranda, &c.* Sed unde exorta bestia, & ex quibus putrefactis omnium turpitudinum aquis reptile monstrum creatum apparuit? Audi eumdem S. Hieronymum: *Quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse perhibetur; sic in isto Joviniani mens prava surrexit: ut in illo & in hoc diaboli respondere cogamur insidiis: cui jure dicetur* (*b*): *Semen pessimum, para filios tuos occisioni peccatis patris tui. Ille Romanæ Ecclesiæ auctoritate damnatus, inter phasides aves, & carnes suillas non tam emisit spiritum, quam eructavit: iste caupo Calagurritanus, & in perversum propter nomen viculi, mutus Quintilianus, miscet aquam vino, & de artificio pristino sua venena perfidiæ Catholicæ fidei sociare conatur, impugnare virginitatem, odisse pudicitiam, in convivio sæcularium contra sanctorum jejunia proclamare:* & paulo post: *Proh nefas! Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint: nulli cælibi credentes pudicitiam; immo ostendentes quam sancte vivant, qui male de omnibus suspicantur: & nisi prægnantes uxores viderint clericorum, infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta* non *tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesiæ? quid Ægypti & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt aut continentes, aut si uxores habuerint,* ma-

(*a*) Hier. adv. Vigilan. in princ.

(*b*) Isa. 14.

Vigilantius impugnator cœlibatus clericorum.

PAGIUS

dibile, hos Hispanos, relicta patria, quibusdam suis pagis eorum nomina e quibus originem duxerant, imposuisse. Denique contra hanc historiam ab Hieronymo narratam objicit Valesius, hos latrones prædonesque Aquitanos fuisse, & Aquitaniam nonnisi ab utroque Cæsare, Julio nempe & Augusto, in provinciam redactam esse, ideoque non potuisse Pompeium, quod tamen asserit Hieronymus, Aquitaniæ partem fugitivis, quos *de Pyrenæi jugis deposuit*, attribuere. At Convenarum Comitatus, ut nunc vocamus, inclusus tunc erat veteri Tolosæ territorio, quod Romanæ ditionis erat, & Pompeii ætate regio, ubi nunc *Convena*, inculta desertaque erat; cumque quatuor veterum Galliarum limites postea mutati fuerint, ut omnibus notum, *Convena* & quæ eis adjacent, cum Aquitania conjunctæ sunt. Hæc ad defensionem loci Hieronymi. Redeo nunc ad *Vigilantii* patriam, de qua ad superiora.

IX.

Subjungit Marca aliud testimonium ex Hieronymo petitum, quo & in Gallia ortum Vigilantium & in Galliis venenum suum sparsisse probatur: *Gallia vernaculum hostem sustinent, &*
„ *hominem moti capitis, atque Hippocratis vinculis alligandum, sedentem cernunt in Ecclesia*. Unde quoque conficitur, etsi apud Gennadium, dicatur *Vigilantius* parochiæ Ecclesiam rexisse in Urbe Barcinonis, id referendum ad prius aliquod tempus. Familiaris fuerat vir iste sanctissimo & nobilissimo viro *Paulino* Nolano Episcopo, ut patet ex mutuis Paulini & Hieronymi Epistolis; qui domo Aquitanus e Burdegala, *Vigilantium* Aquitanum quoque e Convenis socium itineris, & fortasse ordinationis habere potuit; eo discrimine ut hic a Paulino commendatus matriculæ & canoni Barcinonensi sub Presbyteri nomine adscriptus sit, Paulino interim libera, & nulli Ecclesiæ adstricta ordinatione collata, &c. Ea tempestate fuerit e Clero Barcinonensi, ut testatur Gennadius; videtur tamen postea in Galliarum Ecclesiam aliquam transmigrasse, ubi sedens docebat, quod est Episcoporum & Presbyterorum proprium &c. Id saltem negari non potest, blasphemias a *Vigilantio* propositas in Galliarum Ecclesiis. Quare dubitandum non est, sanctos Presbyteros *Riparium* & Do-

Vigilantius hæresim suam in Galliis sparsit.

mariti eſſe deſiſtunt? Hæc docuit Dormitantius, &c.

XLVII. SS. Victricius, & Exuperius quid in Vigilantium apud Rom. Pont.

Ad id omnino reſpicere intelligas, lector, quæ Innocentius Papa duobus proxime elapſis annis, quibus (ut dictum eſt) innotuit in Gallia hæreſis Vigilantii, primo ſcripſit ad S. Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, anno videlicet quadringenteſimoquarto, & ſequenti ad S. Exuperium Toloſanum Epiſcopum, reſpondens ad eorum litteras; quibus adverſus novam emergentem hæreſim primum omnium putarunt ſedem Apoſtolicam conſulendam: ea nimirum ex cauſa, quod ſcirent, abſque aliqua dubitatione eſſe in Eccleſia Catholica ubique ſervandum, quod ab Apoſtolica ſede noſceretur eſſe ſervatum, & cuſtoditum; a cujus deſciſcere velle decretis, & communione ſejungi, idem plane eſſet quod in caſtris ſchiſmaticorum aut hæreticorum profiteri. Sic igitur iidem ſanctiſſimi atque doctiſſimi Galliarum Epiſcopi, licet optime ipſi noſſent (ut Innocentius ipſe in redditis ad eos epiſtolis teſtatur) ea quæ Romanum Pontificem rogarent: tamen quod certo ſcirent ipſam Apoſtolicam ſedem eſſe turrim David (*a*), in qua ſunt *mille clypei, & omnis armatura fortium:* ab ipſo præcipuo Catholicæ Eccleſiæ vertice ſibi arma comparanda duxerunt, quorum vel uno ictu conficerent reptantem ventre beſtiam ſuper terram; quod nefas eſſe, omnes intelligerent, Apoſtolicæ ſedis decretis obniti: ſicque eo modo ſartam tectam conſervarent in Galliis a majoribus acceptam fidem, & Eccleſiaſticam diſciplinam, quam ex veteribus traditionibus proditam Romani Pontificis recentia decreta munirent. Obſerva & hic, quæſo, lector, antiquum ſanctorum Patrum pugnandi genus; nimirum cum adverſus hæreticos ineundum ſibi ſcirent eſſe certamen, primum omnium conciliare ſibi conſortio fidei ſedis Apoſtolicæ communionem: id quidem mille ferme exemplis ſuperius eſt demonſtratum: quam eamdem artem hæreticos quoque fruſtra ſæpe æmulari conatos eſſe, nempe ut Formatarum communicatione cum Romano Pontifice, ſe eſſe Catholicos mentiri poſſent. Ad hæc inquam ſpectant, quæ Innocentius Papa ab iis rogatus reſcripſit (*b*) de clericorum cælibatu ſervando, eademque (ut iiſdem ſuis ipſe litteris profitetur) haud recens ſancita, ſed quæ eadem Romana Eccleſia accepiſſet a Petro, & per temporum ſucceſſiones inviolabili diſciplina ad illam uſque diem cuſtodita fuiſſent: quæ tu ipſe (ne queraris longiori detineri mora) legere poteris.

(*a*) Cantic. 4.

(*b*) *Epiſt. 1. ad Victric. c. 9. & epiſ. 2. ad Exup. c. 1. tom. 1. ep. Rom. Pont.*

XLVIII. Auctor urget recentiores hæreticos.

Ex his igitur convenio & te (ſpopondi enim & tibi omne meum officium) qui haſtenus relicta Romana Eccleſia inhærendum putaſti diſcipulis Vigilantii; amiceque compello, rogoque: Dic amabo te, quibus putas divinum Spiritum eſſe creditum, & revelatam a Deo Catholicam veritatem, Vigilantio ne, an admirandis illis ſanctiſſimiſque viris Victricio Rothomagenſi atque Exuperio Toloſano? ut omittamus modo dicere de aliis nominatis ſuperius Patribus eamdem cum ipſis fidem cuſtodientibus. Repete enarrata ante ex fide digno teſte Paulino Victricii primordia, nimirum egregiam tempore Juliani confeſſionem, & edita inſtar Apoſtolorum ab illo miracula; recoleque etiam præconia de ſanctitate Exuperii, nuper ex Hieronymo recenſita: contra vero tibi ſtatue Vigilamium turpem, inconſtantem, animo duplicem, bla-

PAGIUS.

„ & *Deſiderium* Gallos fuiſſe, non Hiſpanos,
„ ut vulgo putant, qui dolebant parochias ſuas
„ vicinia iſtius fuiſſe maculatas, ut ait Hiero-
„ nymus. Unde quoque colligitur, quod jam
„ dicebam, adſcriptum fuiſſe illa tempeſtate Vi-
„ gilantium alicui in Galliis Eccleſiæ. Quod al-
„ tero quoque diſerto teſtimonio probatur: *Quia*
„ *ad radices Pyrenæi habitas, vicinuſque es Ibe-*
„ *ria, Baſilidis antiquiſſimi hæretici, & imperita*
„ *ſcientia incredibilia portenta proſequeris*, &c.

X. *Vigilantius cur Calagurritanus dictus.*

„ Pergit Marca: Qui *Calagurritanum*, ac pro-
„ inde Hiſpanum fuiſſe Vigilantium exiſtimant,
„ eum proferunt Hieronymi locum, qui homi-
„ nem iſtum cum claro illo Oratore Quinti-
„ liano committit, *& Calagurritanum* fuiſſe
„ ſignificat. Porro certum eſt, Quintiliani pa-
„ triam fuiſſe Calagurrim in Hiſpania: *Iſte cau-*
„ *po Calogurritanus*, inquit, *& in perverſum*
„ *propter nomen viculi mutus Quintilianus, miſ-*
„ *cet aquam vino, & de artificio priſtino ſua ve-*
„ *nena perfidia Catholicæ fidei ſociare conatur*. Si
„ aliquid intelligo in dicendi genere Hierony-
„ miano, cognominem fuiſſe utriuſque patriam
„ Hieronymum ſignificat, ſed longiſſimo inter
„ ſe differre intervallo; cum patriam Quintilia-
„ ni ſit *Calagurris* in Hiſpania, coloniæ digni-
„ tate ornata quondam, Vigilantii autem ſit
„ viculus Calagurris, nempe propter urbem Con-
„ venarum. Unde aliud quoque prodit diſcri-
„ men, hunc eſſe mutum Quintilianum, alte-
„ rum vero celebrem & inſigni eloquentia Rhe-
„ torem. Cæterum perſtringit Hieronymus ar-
„ delionem iſtum, quod cauponariam exercue-
„ rit ea fide, qua ſolent hujus negotiationis ar-
„ tifices, nempe miſcendo aquam vino; quam
„ fraudem in religionis doctrinam invehere co-
„ netur, perfidiam genuinæ fidei conſociando.
„ Ita Hieronymum Marca explicat.

XI. *Duplex Calagurris, altera in Hiſpaniis, altera in Galliis.*

Si hæc Præſulis eruditiſſimi interpretatio juvetur, & magis exponatur, certa comperietur. Immediate ante dixerat Hieronymus: *In iſto ſuviniani mens prava ſurrexit*, &c. *Ille Romanæ Eccleſiæ auctoritate damnatus, inter phaſides aves & carnes ſuillas non tam emiſit ſpiritum, quam eructavit: iſte caupo Calagurritanus*, & cætera mox recitata. Sanctus Doctor paulo poſt de Vigilantio ait: *Eſt quidem imperitus & verbis, & ſcientia, & ſermone inconditus, ne vera quidem poteſt defendere*. Gennadius in Catalogo de Script. Eccleſ. Hieronymo in omnibus non videtur

blasphemum, ac demum hæreticum (teste Gennadio, si non credis S. Hieronymo) ab universa Ecclesia declaratum, in Joviniano jam antea præjudicatum, & condemnatum. Tu, inquam, te medium inter hos sponte constituas, parcensque privatis affectibus, libera mente (quod est ingenui animi) examina, disquire, discute, & judica cuinam utrius partium inhærendum sit, Vigilantio ne, an Victriclo & Exuperio. Audio, audio, silente te licet, & quamvis nolis, tuæ clamorem conscientiæ ad optima deprecantis, & quæ velis, abs te etiam cruciamentis assiduis exigentis. Tu igitur domestico etiam teste convictus, dum es in via, esto consentiens adversario tuo: mihi certe Davidicum (a) illud semper in ore: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo in concilio justorum & congregatione.* Sed quæ sunt reliqua Vigilantii sordium (licet non sine nausea) revolvamus.

(a) Ps. 111.

XLIX. Damnavit præterea infelix, diei tempore cereos ac lampades in Ecclesia incendi solitos: itemque ex quibusdam apocryphis, quos sibi finxerat, libris, post mortem nullum pro alio deprecandi facultatem habere dixit. In quem S. Hieronymus (b): *Tu* (inquit) *vigilans dormis, & dormiens scribis, & proponis mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdræ a similibus tui legitur, ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro aliis audeat deprecari: quem ego librum numquam legi: quid enim necesse est in manus sumere, quod Ecclesia non recipit? &c.* Addidit rursum Vigilantius improbare vigilias in S. Ecclesia celebrari solitas nocte cujuslibet præcedentis Dominicæ; asserens, præter solemnes sancti Paschatis vigilias (quas tantum retinendas esse dicebat) reliquas omnes obtentu publicæ honestatis, ne tenebrarum occasionem captantibus, ad delinquendum via aperiri videretur, esse abolendas. In quem ita Hieronymus (c): *Error autem & culpa juvenum, vilissimarumque mulierum, qui per noctem sæpe deprehenditur, non est religiosis hominibus imputandus: quin & in vigiliis Pascha tale quid fieri plerumque convincitur, & tamen paucorum culpa non præjudicat religioni, qui & absque vigiliis possunt errare vel in suis, vel in alienis domibus. Apostolorum fidem Judæ proditio non destruxit.* Vides igitur manifeste, non S. Ambrosium (ut in Notis etiam nos demonstrasse meminimus) sed impium Vigilantium potius, honestatis causa prætensa, de abrogandis sacris vigiliis promulgasse sententiam; cum tamen Patres, eas firmius esse retinendas, adversus Vigilantium disputatint. Sed qui nonnisi in Paschate vigilias celebrandas esse dicebat, idem censor Ecclesiæ illud addebat, nonnisi in Paschate Alleluja canendum.

(b) Hier. adv. Vigilant.

Vigilias damnat Vigilantius.

(c) Hier. adv. Vigilant.

L. Carpit signa ex Martyrum reliquiis edi solita Vigilantius.

At quod idem nebulo respuens sanctorum reliquias, addebat illud horrendum dictu; signa apud eas fieri solita, dæmonum esse præstigias, easque inutiles omnino esse, quod signa non fidelium, sed infidelium causa fieri debeant: hæc scite redarguens S. Hieronymus, vere arreptitium, a dæmoneque possessum omnino Vigilantium fuisse demonstrat, ubi ait: (d) *Nolo mihi dicas: Signa infidelium sunt. Sed responde, quomodo in vilissimo pulvere, & favilla nescio qua, tanta sit signorum virtutumque præsentia? Sentio, sentio, infelicissime mortalium, quid doleas, quid timeas. Spiritus iste immundus, qui hæc cogit scribere, sæpe hoc vilissimo tortus est pulvere: immo hodieque torquetur; & qui in te plagas dissimulat, in cæteris confitetur. Nisi forte in morem gentilium, impiorumque Porphyrii & Eunomii, has præstigias dæmonum esse confingas, & non vere clamare dæmones, sed sua simulare tormenta. Do consilium; ingredere basilicas martyrum, & aliquando purgaberis, &c.* De se ipso vero, quanto scilicet honore prosequi, & revereri soleret reliquias martyrum, (quod non prætereundum putamus) hæc post-

(d) Hier. adv. Vigilant.

PAGIUS

detur consentire; cum de Vigilantio scribat, *Homo lingua politus, non sensu Scripturarum exercitatus*, & Hieronymus eum mutum Quintilianum & sermone inconditum appellet. Sed cum de fide tuenda agitur, non veretur Hieronymus res verbis augere, & hyperbolis uti. Vigilantium igitur *mutum* appellat, quia hæresim Joviniani quasi hujus advocatus defendendam susceperat, sed cum *sensu Scripturarum exercitatus non* esset, identidem obmutescere cogebatur, indeque eum Hieronymus per jocum irridet, quod cum Calagurritanus sit, uti Quintilianus Rhetor celeberrimus, *mutus* tamen existat, aut in *perversum* loquatur. Quibus ex Hieronymi verbis discimus, Vigilantium *non Convenis*, sed in vico *Calagorgis* haud procul inde dissito natum esse: Calagorgis enim, Calagorris, Calagurrea, Calagorina, aut, ut nunc Hispani loquuntur, *Calaborra*, idem sonare manifestum est. In itinerario autem Antonini pag. 29. editionis Bertii: *Item ab Aquis Tarbellicis Tolosam. M. P. CXXX. Sic, Beneharnum M. P. XIX. Oppidum novum M. P. XVIII. Aquas Convenarum M. P. VIII. Lugdunum M. P. XVI. Calagorgim M. P. XXVI. Aquas siccas M. P. XVI. Vernosolem M. P. XV. Tolosam M. P. XV.* Ab Aquis itaque Tarbellicis Gallice *Aqs*, abest Lugdunum Convenarum milia passuum LXI. & *Calagorgis* seu Calagorris locus est XXVI. millibus dissitus a Convenis, seu Lugduno Convenarum, quod per Librariorum errorem *Lugdunum* in Itinerario Antonini nuncupatur. Superest adhuc Calagorgis in Comitatu Convenarum, Gallice *Commingeois*, vulgoque dicitur *Caseres*, ut observat Hadrianus Valesius citatus, & posita est ad Garumnam fluvium. Ex his evidens est, Hieronymum non male Vigilantium Calagurritanum vocasse, huncque nebulonem, non Hispanum, sed Gal-

postea subdit: *Ego confiteor timorem meum, ne forte de superstitione descendat* (nimia videlicet scrupulositate) *quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitavero, & me nocturnum phantasma deluserit; basilicas martyrum intrare non audeo: ita totus & corpore, & animo pertremisco.* Hæc & alia de se ipse.

II. Eleemosynas solitas mitti ad loca sancta Vigilantius damnat.

Detrahebat præterea cœpto antiquitus usui collectarum in Ecclesia tempore Apostolorum, & Pauli exemplo firmato, qui collectas agebat pro pauperibus Hierosolymis degentibus: cum adhuc consuetudo vigeret, ut ex diversis Orbis regionibus ad usum pauperum eleemosynæ Hierosolymam mitterentur. At sicut hæc vesanus homo effutiebat contra doctrinam, & exemplum Apostolorum, ita etiam contra Evangelium ipsum & Domini verba fatuus delirabat: quæ S. Hieronymus ita refert (*a*): *Quod autem asseris, eos melius facere, qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus possessionum suarum pauperibus dividunt, quam illos, qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur: non a me eis, sed a Domino respondebitur* (*b*): *Si vis perfectus esse*, &c. Sed istu quidem improbus ille; ut uno ictu universum prosterneret monasticum ordinem, classemque renunciantium dissiparet; quos & aliis prætextibus avocare conabatur a solitudine: hæc enim omnia, araneorum filorum instar, nullo negotio idem S. Hieronymus disjecit ac rupit; atque adeo ut os impia loquentis obstruxerit, extinxeritque penitus ante propemodum quam nasceretur infamis hæresis: ita ut nullus labor incubuerit sanctis Episcopis Concilia cogendi ad condemnandas hæreses; quæ semel auditæ, talem horrorem audientibus incusserunt, ut pii omnes ad earum sonitum aures obstruxerint; utpote quod tales essent, quæ omnem penitus dissolverent Ecclesiæ disciplinam, auferentes sacrum cælibatum, succidentes germina virginum, & continentiam monachorum, pariterque destruentes Ecclesiæ traditiones, sacrosque ritus pessumdantes, atque sanctorum cultum penitus prohibentes, eosdemque collatis divinitus gratiis spoliantes: adeo ut non mirandum sit, si non parcens verbis (quod notavit S. Gregorius) vehementiori impetu ipse Hieronymus in Vigilantium visus sit insurrexisse. Sensit, & hoc ipse de se; sed excusat his verbis, scribens ad Riparium (*c*): *Fatebor tibi dolorem meum: sacrilegium tantum patienter audire non possum: legi enim Syromasten* (*d*) *Phinees, austeritatem Eliæ, zelum Simonis Chananæi, Petri severitatem, Ananiam, & Saphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elymam magum viis Domini resistentem æterna cæcitate damnavit. Non est crudelitas, pro Deo pietas*, &c.

(*a*) Hier. a. v. Vigilant.

(*b*) Matt. 19.

(*c*) Hier. epist. 53.

(*d*) Num. 25. 3. Reg. 18. Matth. 10. Act. 5. 13. Deut. 14.

LII. Quomodo compressa penitus hæresis Vigilantii.

Porro quod posthac siluerit infamis hæresis, nec amplius ad multa sæcula audita fuerit: haud scias brevem illam Hieronymi scriptionem esse vetitam, ut caput tollere amplius ausa non fuerit. Non enim ea est natura hæreticorum, ut victi cedere sciant, & dent manus ratione convicti: sed prostrati licet, pertinaciori audacia surgant, restituantque aerlora certamina. Sed unde accidit ut sileret? audi: *Terribilis* (*e*) *Deus in consiliis super filios hominum*, vocavit gentes ab extremis terræ: immisitque in Gallias, in eamque potissimum partem grassari sivit, in qua hæresis nefanda plantata est: adeo ut sub barbarico gladio magis de vita tuenda contendere, quam de dogmatibus licuerit disputare. Creduntur autem a barbaris illi esse sublati, quorum nulla umquam fuit postea vox audita. Ecce tibi quid soleant vehere secum, vel post se ducere hæreses, clades nimirum provinciarum; quod multis exemplis sæpe omnibus sæculis, & hoc ipso infelicius contigit demonstrari.

(*e*) Psal. 91.

LIII. Barbari immissi in Gallias a Stilichone.

Hoc ipso namque anno, iisdem Consulibus Arcadio sextum ac Probo, Wandalos, & Alanos, transito Rheno, Gallias invasisse, ac deprædaros esse, Sanctus Prosper horum malorum inspector tradit in Chronico: quod confirmat itidem in Chronico Cassiodorus, atque etiam Zosimus (*f*), qui iisdem Consulibus horum barbarorum in nationes Transalpinas incursus consignat; quibus & permixtos fuisse Suevos tradit. Porro omnes has barbaras gentes proditione Stilichonis ex Wan-

(*f*) Zosim. l. 6.

PAGIUS

Gallum fuisse, & Calagurritanum *in perversum, & mutum Quintilianum*.

XII. *Alani & Vandali Gallias ingrediuntur.*

Ad num. LIII. & seq. Prospee sub hujus anni COSS. ait: *Vandali & Alani Gallias, trajecto Rheno pridie Kal. Januarii ingressi*. Idem habet Cassiodorus; Zosimus vero lib. 6. pag. 825. Vandalis & Alanis Suevos adjungit, & scribit: *Arcadio VI. & Probo COSS. Vandali, Suevi & Alani permixti, superatis Alpibus nationes Transalpinas vastarunt; editaque ingenti cæde, Britanniarum etiam exercitibus formidabiles extiterunt. Quos quidem eo perpulerunt, ut veriti ne progrederentur ulterius, ad tyrannos eligendos se se converterunt*, quod tamen ultimum anno tantum sequenti contigit, ut tunc dicemus. Procopius lib. I. de Bello Vandalico cap. 3. de hac Vandalorum & Alanorum migratione ait: *Vandali Mæotidis paludis accola, fame pressi, ad Germanos, quos hodie Francos nominant, & fluvium Rhenum se receperunt, tractis in societatem Alanis, natione Gothica. Inde Godigisclo ductu in ea parte Hispania, qua oram habet Imperii Romani primam ab Oceano, sedes fixerunt, ea conditione de qua tunc inter Honorium & Godigisclum convenit, ut illis partibus nihil nocerent.*

Wandalis ducentis originem, mariti Serenæ Theodosii sororis satagentis Romanum Imperium in Eucherium filium transferre, acceitas esse, & immissas in Gallias, Orosius (*a*) horum temporum scriptor disertis verbis affirmat, nosque dicemus inferius, cum de nece ipsius Stilichonis agemus. Cæterum non annum tantum, sed & diem notat Prosper horum infelicis progressionis in Gallias, ubi ait: *Arcadio sextum & Probo Conss. VVandali, & Alani Gallias, trajecto Rheno, pridie Kalendas Januarii ingressi.* Hæc ipse: quamobrem cladem ipsam, qua Galliæ sunt devastatæ anno sequenti cœptam esse apparet: quare de illa anno sequenti agemus, ut ex instituto, quicquid scripturi sumus, suo proprio gaudeat lector redditum esse tempori.

(*a*) *Oros. l. 7. c. 38.*

LIV. Corruptæ moribus Galliæ.

Quam vero soluta esset in Galliis magna ex parte Ecclesiastica disciplina, corruptisque moribus, exundantibus ubique vitiis, eædem provinciæ meruerint tradi barbaris devastandæ, Salvianus (*b*) Massiliensis Episcopus pluribus docet: vivebat ipse temporibus his, ob oculos habens, quæ ab oculis excuterent jugiter lacrymas; novus plane sui temporis Hieremias: nam hæc de suis Aquitanis inprimis: *In omnibus quippe Galliis* (inquit) *sicut divitiis Aquitani primi fuere, sic vitiis. Nusquam enim improbior voluptas, nusquam inquinatior vita, nusquam corruptior disciplina. Hanc pro muneribus sacris dederunt Domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis suis ille ad se illexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitiis suis laboraverint ad exacerbandum:* Et paulo post: *Exceptis tamen perpaucis ferme sanctis atque insignibus viris, qui* (*ut quidam de numero ipsorum ait*)

— *sparsis redemerunt crimina nummis.*

Et post alia deplorata, subdit: *Apud Aquitanos vero quæ Civitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? Quis potentum ac divitum non in luto libidinis vixit? Quis non se barathro sordidissimæ colluvionis immersit?* &c. vide tu reliqua: nam cuncta prosequi, esset ipsum integrum hic librum reddere. Sed hæc tibi satis ad insinuandum horum temporum statum.

(*b*) *Salvi. de recto jud. l. 67.*

LV. Translatio Samuelis Prophetæ.

Hoc ipso anno, quo illa adversus Vigilantium S. Hieronymus scripsit, contigit translatas esse ex Palæstina Constantinopolim reliquias Samuelis Prophetæ: ut plane voluerit Deus, tunc majori honore frequentari sanctorum reliquias, quando ab impuro Vigilantio eædem essent graviori affectæ dedecore. Quod enim ad tempus spectat: id quidem ex eo de-

PAGIUS XIII. *Vandali sese cum Francis non adjunxere.*

Sed, Procopius tripliciter erras. Primum, perperam *Vandalos* a Mæotide deducit; Jornandes enim lib. de Reb. Get. cap. 22. Dexippum antiquum Historicum secutus docet, Vandalos ab Oceano circa Scanziam insulam suso profectos, *ad nostrum limitem*, hoc est ad Danubium, *vix in anni spatio pervenisse*; in veteri Dacia consedisse; & progressu temporis in agris Pannoniæ a Constantino M. collocatos esse, indeque a Stilicone invitatos Gallias occupasse. Secundo videtur insinuare Procopius, Vandalos cum Francis se se conjunxisse; cum tamen hi Romanis adhærentes se se Vandalis opposuerint, teste Orosio hoc tempore vivente: *Excitatæ*, inquit, *per Stiliconem gentes Alanorum, Suevorum, Vandalorum, ipsoque simul motu impulsorum Burgundionum, multaque cum his alia copiis viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum, Hispaniarumque Provinciæ premuntur; Francos proterunt, Rhenum transeunt; Gallias invadunt.* Citat hunc Orosii locum Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 9. sed ea qua solet fide Auctorum verba transcribere: *Stilico*, inquit, *congregatis gentibus Francos proterit, Rhenum transit, Gallias pervagatur*, quasi Stilico ipse Germanis instructus aperta defectione Provincias Imperii Romani igne ferroque vastaverit, nec auctorem se solum populationis, sed etiam Ducem Barbaris præbuerit.

XIV. *Licet a Francis repulsi iter continuarunt.*

Tertio, verum non est quod habet ibidem Procopius, Vandalos nempe *Godigiscli* Regis ductu in Hispanias intrasse. *Godegiselus* enim prælio commisso a Francis interfectus est, & Vandali in ejus locum *Gundericum* filium substituere, ut Renatus Profuturus Frigeridus apud Gregorium laudatum his verbis prodit: *Interea Respendial Rex Alanorum, Goare ad Romanos transgresso, a Rheno agmen suum convertit, Vandalis Francorum bello laborantibus; Godigisclo Rege assumto acie, viginti ferme millibus ferro peremptis, cunctis Vandalis ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset.* Alani itaque Respendiale & Goare Ducibus ad Rhenum pervenere, ibique *Respendial* adventum Vandalorum expectare statuit, sed *Goar* ad Romanos transiit. *Vandalis* ad Rhenum properantibus occurrerunt Franci, & cum illis feliciter confixere, ita ut nullus ex tota gente superfuisset, nisi *Respendial* audito Vandalos a Francis itinere prohiberi, opportune adveniens suos periculo liberasset. Ita *Vandali* cum Alanis conjuncti cœptum iter prosecuti sunt, ut scribit Orosius citatus, *Gunderico* Rege in locum *Godigiscli* patris substituto: quoad *Goarem*, remansit is in Galliis, ubi anno CCCCXI. quemadmodum ibidem num. . . . . . videre est, *Jovinus*, ejus & Gundicarii Burgundionum Regis opera tyrannus creatus est. *Goari* terras postea Honorius Imp. assignavit forte prope Moguntiam, ubi *Jovinum* tyrannum renunciavit. Post Goarem *Sambida* Alanorum in Galliis commorantium principatum suscepit, huicque *Aetius* deserta Valentinæ urbis rura concessit, ut ostendam anno CCCCXL. n. IV. & seq. Hæc vera Regum Alanorum in Galliis successio. Denique ex laudatis Orosii verbis liquet eum, sicuti & Hieronymum in Epist. XI. ad Ageruchiam, cujus verba anno sequenti referam, Alanis, Vandalis, & Suevis varias alias gentes adjungere, quod forte hæ paulo post istas tres irruerint in Gallias.

XV.

Ad num. LV. & seq. Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Coss. habet; *delatæ sunt* Re-

deducimus argumento: quod cum factam ejusmodi translationem dicant sub Arcadio Imperatore, sedente Attico Constantinopolitano Episcopo: sane quidem non ante hunc annum id potuit contigisse, cum non ante præsentem annum Atticum ejus Ecclesiæ fuisse ordinatum Episcopum constet: nec etiam post præsentem annum; nam S. Hieronymus, qui hoc anno sub dictis Consulibus (ut ipsius testificatione monstravimus) scripsit contra Vigilantium librum, jam factum affirmat; adeo ut necesse sit affirmare, id hoc ipso potissimum anno contigisse post inchoatam sedem Attici, ante tamen quam ea S. Hieronymus scripserit in Vigilantium. Quod autem eadem translatio sub Attico facta sit, hæc in primis Theodorus Lector habet, cum de Arcadio agit (a): *Sub Imperio illius, & Patriarchæ Attici Constantinopolim allatæ sunt reliquiæ sancti Samuelis, & in Prophetico ipsius loco juxta Hebdomum XII. Kal. Julii collocatæ*. Hæc Theodorus, eadem etiam Nicephorus affirmat (b).

(a) Theod. Lect. l. 2. Collect.

(b) Niceph. l. 14. c. 15.

LVI. Sed de ipsa S. Hieronymus, quam proxime factam translationem præsenti anno conspexit, hæc ait (c): *Sacrilegus dicendus*

(c) Hier. adv. Vigilant.

PAGIUS. Translatio Reliquiarum S. Samuelis Prophetæ.

Reliquiæ sancti Samuelis Constantinopolim per gradus scalasque Chalcedonenses, mense Artemisio, XIV. Kalend. Junias, pompam ducentibus Arcadio Augusto, & Anthemio Præfecto Prætorio, & Exconsule, Æmiliano Præfecto Urbi, & universo Senatu. Reposita sunt ad tempus in sanctissima Ecclesia Magna. Dies XIX. mensis Maji incidit hoc anno in diem sabbati, ideoque nondum usus ferebat, ut Sanctorum Translationes diebus Dominicis fierent, sed tantum annis Quinquennalibus & id genus festis addictis, qualis est præsens, quo Arcadius quinta Quinquennalia exhibuit. Theodorus lector lib. 2. ait, Reliquias sancti Samuelis depositas esse *ante diem XII. Kalend. Jul.* ut videre est apud Baronium, id est, die XX. mensis Junii, in quem hoc anno Feria quarta cadebat. Quare quoad diem & mensem, error est in alterutro ex his duobus Auctoribus.

XVI. Reliquiæ SS. Andreæ, Lucæ, & Timothei translatæ.

Divus Hieronymus in Tractatu adversus Vigilantium loquitur de ista Translatione, ostenditque se hoc anno Arcadii VI. Consulatu nonato opusculum illud scribere. Ait enim adversus Vigilantium Reliquiarum hostem: *Ergo sacrilegi sumus, quando Apostolorum Basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii illorum se sentire præsentiam confitentur? sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam?* & cætera a Baronio relata. Verum loco *Constantini* substituendus *Constantius* ut recte habet editio Basileensis. Ipsemet enim Hieronymus in Chronico sd onnum XIX. Constantii, scribit Reliquias sancti Timothei Constantinopolim invectas esse, quod idem habet ad annum XX. ejusdem Imperatoris de Reliquiis *Andreæ* Apostoli & *Lucæ* Evangelistæ, de quibus duabus Translationibus locuti sumus anno CCCLVI. & CCCLVII. num. I. Quibus adde Philostorgium lib. 3. cap. 2. qui refert, *Constantium* Constantinopoli Ecclesiam, quæ dicitur *Magna*, ædificasse, illucque transtulisse Reliquias Andreæ Apostoli, Lucæ Evangelistæ, & Timothei Apostoli. De Magna Ecclesia Constantiana legendus Ducangius in Coustsutinopoli Christiana lib. 3. cap. 2.

XVII. Non a Constantino sed a Constantio.

Sic etiam apud Hieronymum in lib. de Script. Ecclesiast. ubi in Luca habet: *Sepultus est Constantinopoli, ad quam Urbem vigesimo Constantini anno ossa ejus cum Reliquiis Andreæ Apostoli translata sunt de Achaia*, loco *vigesimo Constantini anno*, legendum, *vigesimo Constantii anno*. Quare quod anno CCCXXIV. num. XXII. scripsi, Auctores Græcos sæpe confundere nomina Constantii & Constantini, extendendum est etiam ad Auctores Latinos, vel saltem ad Librarios & eorum Exscriptores, unde varii in Historia errores enati. Sic Sanctus Paulinus in poemate XXVII. seu carmine XI. de sancti Felicis Natali loquens de Sanctorum Reliquiis per Urbem diffusis ait:

> *Nam Constantinus proprii dum conderet Urbem*
> *Nominis, &c.*
> *Ut sua Apostolicis muniret mœnia latus*
> *Corporibus: tunc Andream devexit Achivis,*
> *Timotheumque Asia.*

Ubi *Constantino* attribuit quod a *Constantio* ejus filio peractum. Quod cum non animadvertisset Rosvveidus in notis ad illud poema, hæret & suspicatur, Constantinum animo destinasse facere, quod postea filius ejus Constantius perfecit. Verum Paulinus deceptus est, & loca laudata Hieronymi in voce *Constantini* corrupta.

XVIII. Circumcelliones in Catholicos sæviunt.

Scripta hoc anno a Sancto Augustino Hipponensium Clericorum nomine Epistola LXXXVIII. alias LXVIII. ad Januarium Episcopum Donatistam; qua illi expostulant de Circumcellionum sævitia in Catholicos: *Non tantum*, inquit, *nos fustibus quassant, ferroque concidunt: verum etiam in oculos extinguendos calcem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus insuper nostras compilantes, arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt, quibus armati per diversa discurrunt, comminantes atque anhelantes cædes, rapinas, incendia, cæcitates.* Quod autem num. X. his verbis obtendunt: *vestri enim collegæ qui navigaverant, apud Præfectos dixerunt se audiri meruisse*; cum citra ullam dubitationem ad gesta illa pertineant, quæ producta leguntur in Carthaginensi Collatione III. num. CXXIV: *In judicio habita Præfectura, ubi se pars adversa*, idest, Schismaticorum, *audiri tantopere flagitavit*: quæve in eadem Collatione num. CXLI. notantur confecta *Ravennæ sub die tertia Kalendas Februarias, Domino nostro Arcadio perpetuo Augusto & Probo quartum Consule*, idest currenti anno; id profecto demonstrat scriptam Epistolam post exordium hujusce anni, ut inquiunt Novi Editores Operum Sancti Augustini, qui tamen non advertunt irrepsisse in hunc ultimum locum notam numeralem IV. cum *Probus* unicum Consulatum gesserit, & in eadem Collatione num. CLXX. Augustinus dicat: *Navigius adjutor numerorum recitavit, D. N. Arcadio Augusto & Probo Viro clarissimo Consulibus*, ubi nulla nota numeralis legitur. Quare Librariorum errore adverbium, *quartum*, quod cum Probo Aug. copulari debuit, cum Probo conjunctum legitur.

dat est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Judaea transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui judicandi, qui rem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portaverunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta laetitia, quasi praesentem viventemque Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palaestina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Christi laudem una voce resonarent? Hæc ipse. Meminit de templo Samuelis Prophetæ Constantinopoli erecto non solum Theodorus Lector, sed & Procopius (*a*). Ante vero jampridem, vivente adhuc Theodosio Imperatore Seniore, reperta fuisse itidem in Palæstina veneranda corpora sanctorum Prophetarum Habacuc, & Michææ, auctor est Sozomenus; (*b*) revelataque eadem divinitus Sebeno Episcopo Eleutheropolis tradit.

4

(*a*) *Procop. de aedif. Justin. Imp. l.2. in fin*

(*b*) *Sozom. l.6.c. ult.*

JESU CHRISTI ANNUS 407. | INNOCENTII PAP. ANNUS 6. | ARCAD. & HONOR. IMPP. ANNUS 13.

I. Quadringentesimo septimo anno a Christo nato, Honorio septimum, & Theodosio secundum Augustis Consulibus, mense Februarii, Honorius Imp. accepti beneficii de insperata adversus Rhadagaysum obtenta victoria memor; quod nihil Divinitati gratius esse sciret, quam si illius hostes hæreticos debellaret, cujus ope barbaros ipse vicisset; novis rursum edictis hæreticos Occidentalem infestantes Ecclesiam urget. Hoc enim anno, mense Februarii, ad Senatorem Præfectum Prætorio ita rescripsit (*c*), damnans eosdem pœnis illis, quibus coercendos haud pridem, sanxerat Donatistas.

(*c*) *L. 40. de haeret. Cod. Theod.*

II. *Honorius hæreticos novo edicto exagitat.*

Quid de Donatistis sentiremus, nuper ostendimus: praecipue tamen Manichaeos, vel Phrygas sive Priscillianistas meritissima severitate persequimur. Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum caeteris. Ac pri-

PAGIUS	ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5900.
SÆC. V.	☉ 24. P. ☽ 9. P. 24. April. Indict. 5.
An. V. C. 1160. Anno Eræ Hispan. CCCCXLV. A.C. 407.	JESU CHRISTI 407.
	INNOCENTII PAPÆ 7.
	ARCADII IMP. 25. & 13.
	HONORII IMP. 15. & 13.
	THEODOSII JUN. 6.

I. [1] COSS. *Honorius* Aug. VII. & *Theodosius* Jun. Aug. II. uterque juxta secundam Consulatuum Cæsareorum regulam: Honorius enim *Quindecennalia* Imperii vivente patre suscepti in Occidente exhibuit, ut ex ejus Vicennalibus anno CCCCXI. editis etiam colligitur, & Theodosius *Quinquennalia* dedit, ut testis est Auctor Chronici Alexandrini, qui ait: *His Coss. Quinquennalia Theodosii Jun. Aug. Constantinopoli, mense Audynaeo III. Idus Januarias celebrata sunt.* Sed videtur error irrepsisse in numeros, legendumque *IIII. Idus Januarias*: hæc enim solemnia die Natali imperii de more peracta. Marcellinus quidem in Chronico Quinquennalia ista in annum præcedentem confert; sed Consulatus Theodosii ejus errorem detegit.

Quindecennalia Honorii, & Theodosii Quinquennalia.

II. A num. I. ad IV. *Honorius* hoc anno suis Quindecennalibus dicato lege 40. Cod. Theod. *de Haereticis* data 8. *Kalend. Mart.* & recitata a Baronio, insecatus est Donatistas, Manichæos, Phry-

Honorius infectatur haereticos.

NOTÆ [1] C*oss. Honorius Aug. VII. & Theodosius junior Aug. II.* Vetus lapis in ædibus Capitolinis

HONORIO AUG. VII. HILARI
NUS. C. C.........

Lapis a me dudum exscriptus Tuscanæ in Etruria Suburbicaria, seu provincia patrimonii S. Petri in vetustissimæ ædis S. Petri presbyterio, ita habet.

INNOCENTISSIMO FILIO THEODOSIO
CUJUS PRÆCIPUA CARITAS SUADET D....
CUJUS EGO PATER PERENNI LUCTU PERCU....
TALEM FILIUM SUPERSTITEM HABERE
MERUI QUI VIXIT ANNIS XVIII.
QUIEVIT IN PACE XIII. KAL. OCTOB. DD. N.
HONORIO VII. ET THEODOSIO II. AUG.

Prosperi chronicon editum & MS. ac item Marcellinus, Socrates lib. VII. cap. VI. Zosimus lib. VI. *Honorio VII. & Theodosio II.* Ita & Paschalis laterculus in fine Gennadii. Vide legem IX. Cod. Theodos. de indulgen. crimin.

primum quidem volumus esse publicum crimen: quia quod in religione divina committitur, in omnium fertur injuriam. Quos bonorum etiam publicatione prosequimur: quæ tamen cedere jubemus proximis quibusque personis; ita ut ascendentium, vel descendentium, vel venientium ex latere cognatorum usque ad secundum gradum, velut in successionibus, ordo servetur. Quibus ita demum ad capiendas facultates esse jus patimur, si non & ipsi pari conscientia polluuntur. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitatis & successionis quolibet titulo venientis. Præterea non donandi, non emendi, non postrema contrahendi cuique convicto relinquimus facultatem.

III. Crimen hæresis censetur majestatis delictum.

In mortem quoque inquisitio tendit. Nam si in criminibus majestatis licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet subire judicium. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit, sive testamento, sive codicillo, sive epistola, sive quolibet genere reliquerit voluntatis, qui aut Manichæus, aut Phryga, aut Priscillianista fuisse convincitur. Hoc quoque casu eadem illa circa gradus superius comprehensos conditione servata: alioquin nec filios existere, aut adire permittimus, nisi a paterna pravitate discesserint: delicti enim veniam parentibus damus. Servos etiam extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum revelantes, ad Ecclesiam Catholicam servitio fideliore transierint: perferri hujusmodi hominum cœtus domino, etsi non communione criminis implicato, sciente tamen nec probibente contraxit, patrimonio nostro societur. Ac si dominus ignorabit, actor vel procurator possessionis coercitus plumbo, perpetuo metallorum operi deputetur; conductor si idoneus est, deportabitur. Rector provinciæ si hæc crimina dissimulatione vel gratia delata distulerit, aut convicta neglexerit, sciat se mulcta viginti librarum auri feriendum. Defensores quoque & principales urbium singularum, necnon & Officia provincialia decem librarum auri pœna constringet; nisi in his quæ a Judicibus super hoc præcepta fuerint, exequendis, & sagacissimam curam & solertissimam operam commodarint. Dat. VIII. Kal. Martii, Romæ, Honorio septimum & Theodosio secundum AA. Conss. Eamdem habet legem (a) Justinianeus Codex, qua & comprehensi sunt Donatistæ.

(a) l. 4. C. de hæret.

Ea his vero pii Imperatoris obsequiis haud imparia prioribus consecutus est a Deo Honorius beneficia: siquidem domestico appetitus bello diu meditato, nempe insidiis Stilichonis pro filio Imperium aucupantis, eripitur. Quomodo autem hæc se habuerint, suo loco dicturi sumus anno sequenti.

IV.

Hoc item anno celebratum est ab Episcopis Africæ Concilium Carthaginense (b) Id. Junii; ubi inter alia decreta est legatio ad Honorium Imp. pro defensione rerum Ecclesiasticarum adversus Donatistas atque Paganos: sancitumque ab eisdem ut ad Comitatum euntes, Formatam acciperent ad Romanum Pontificem, a quo aliam quærerent Formatam ad Imperatorem: hæc idcirco, ne hæretici Catholico nomine velarentur: nam illi tantum manifesti Catholici haberentur, quos communicare cum Romano Pontifice, Formatæ ab eo acceptæ litteræ significarent, ut ex Optato & aliis sæpe superius demonstratum est. Illud vero in hac Synodo ipsis Formatis addi præceptum est, ut in eis dies Paschæ illius anni apponeretur; qui si nondum definitus sciretur, quod litteras dari contingeret ante ejus diei promulgationem; tunc decretum est apponi ad Formatam diem anni præteriti, post diem Paschæ scilicet; ut evenire solet, cum in publicis scriptis, post Consulatum, factum quid scribitur. Accidere enim consuevit, ut (quod dictum est) Occidentales Ecclesiæ discerent ab Ecclesia Romana diem celebrandi Pascha cujuslibet anni: ipsum vero Romanum Pontificem ante annum significare illum consuevisse ea adhibita modestia, ut si quis quid contra objicere vellet, audiretur; litteræ Innocentii Papæ ad Aurelium (c) Carthaginensem Episcopum datæ significant.

(b) In Conc. Afr. c. 62. Concilium Carthaginense.

(c) Rom. Pont. epist. 10. tom. 1.

V.

Sed & illud magnopere considerandum est, quod eisdem ab hoc Concilio legatis Romam missis publico decreto in mandatis hoc datum est (d): *Item placuit, ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ Ecclesiæ ad S. Papam Innocentium scribatur; quo utraque Ecclesia intra se pacem, quam præcepit Dominus, teneat.* Hæc ibi: quibus plane significatur, ipsum Romanum Pontificem Joannis Chrysostomi causa adversus Theophilum mirum in modum fuisse commotum, & in omnes alios Episcopos qui cum illo adversus eum conspi-

(d) Concil. Afr. c. 68. Theophilus suspensus a communione Romani Pontificis.

PAGIUS

Phryges sive Priscillianistas, qui duo ultimi iidem sunt, ut asserit Epiphanius hæresi Phrygum XLVIII. & Priscillianorum XLIX. Vult enim primo, eorum accusationem publicam esse, quia, inquit, *quod in religione divina committitur* (seu in religionem divinam) *in omnium fertur injuriam*, ideoque publicam provocat accusationem. Secundo, bona Manichæorum publicari statuit. Tertio, donationum & successionum jura eis adimit. Quarto, commercium eis interdicit. Quinto, post mortem accusari posse definit. VI. *ultimas eorum voluntates*, quascumque irritas esse vult. VII. decernit, ne filius quidem eorum ad Paterna bona admitti. VIII. servos dominorum delatores & ad Ecclesiam Catholicam transeuntes audiri mandat. IX. domos seu possessiones, in quibus sciente domino cœtus habiti fuerint, publicari jubet.

ſpiraſſent ; noluiſſeque miſſas ab eis recipere litteras : quod quidem epiſtola ejuſdem Innocentii Papæ ad Alexandrum Antiochenum Epiſcopum poſtea data de Acacio ejus functionis anteſignano demonſtrat (*a*). Sed & Theodorus diaconus hæc expreſſe apud Palladium (*b*): *Eſt autem hæc Romanæ Eccleſiæ ſententia, non communicare in finem uſque Orientalibus Epiſcopis, maximeque Theophilo, donec Dominus univerſalis Synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum qui iſta geſſerunt.* Hæc Theodorus. Ex his quoque videas, Theophilum annis ſingulis (ut dictum eſt) dare ſolitum Paſchales litteras, ex hoc tempore conticuiſſe; utpote quod nullus Catholicus eas recepturus eſſet, quas Romana Eccleſia non reciperet. At de Concilio Carthaginenſi & legatione ab eo Romam miſſa hactenus.

(*a*) Innoc. epiſt. 18.
(*b*) Pallad. in dialog.

VI.

Inviſamus jam S. Joannem Chryſoſtomum, extremaque ei officia perſolvamus: quem hoc anno ærumnis confectum ea hac vita ad cæleſtem coronam vocatum conſtat: ait enim Socrates (*c*): *Honorio ſeptimo & Theodoſio ſecundum Conſulibus, XVIII. Kal. Decembris, S. Joannes Chryſoſtomus Comanis apud Pontum Euxinum ex hac vita migravit.* Hæc ipſe: ſed in menſe error evidens: nam decimaquarta die Septembris eum diem obiiſſe, omnes affirmant, & tabulæ Eccleſiaſticæ fidem faciunt.

(*c*) Socr. l. 6. c. 19.

VII. Chryſoſtomus transfertur Pityuntem.

Quænam autem obitum ejus præceſſerint, hic deſcribamus. Atque in primis in memoriam revocandum, ipſum anno præterito, abſoluto jam biennio ſui exilii, inchoato anno tertio, ex ſententia Palladii, Arabiſſo Pityuntem eſſe tranſlatum, eo nimirum conſilio, ut ægra valetudine laborantem longiſſimis difficillimiſque peregrinationibus fatigatum exhalare animam cogerent, ante vero litterarum commercio & ipſa ſcriptione privatum. Hæc quidem (ut ait Sozomenus) quod ejus adverſarii rabeſcerent invidia, dum viderent univerſam Occidentalem Eccleſiam pro ipſo eſſe ſollicitam. Sed & pertæſos æmulos frequentem hinc inde ad Joannem acceſſum, illud conſilium iniiſſe, ut eumdem (ut dictum eſt) Pityuntem transferrent, Palladius tradit, dum ait: (*d*) *Inſpicientes enim Severianus & Porphyrius Antiochenam Eccleſiam in Armeniam commigraſſe, & inde rurſus Antiochiæ Joannis gratiſſimam philoſophiam prædicari, diſrumpebantur, vitaque illos jam tædebat, hujuſcemodi rumoribus non ſecus quam flagris cruciatos: eſt enim ea invidiæ natura, ut eos quos invaſerit, ſemper exagitet. Eo miraculo perculſi plerique clerici adverſæ factionis, ajebant: Videte mortuum terribilem vivos victoreſque perterrefacientem, non ſecus ac parvulos larvæ deterrent. Papæ, ſæculares poteſtates, Eccleſiaſticaſque opes amitti cum ipſa poteſtate ſua & principatu; ſacerdotem ſolum, civitate privatum, infirmum carne, exulem trepidantes, metum pallore teſtantur.*

(*d*) Pallad. in dial.

VIII. Milites male habent Jo. Chryſoſtomum.

Non iam igitur ferentes in ſcena occultare ſerpentem, ad exercitum mittunt; ad ipſum Arcadium Imperatorem: *reſcriptumque aliud vehementius cum adjectione pœnæ procurantes, transferri ſcilicet eum intra loci cujuſdam anguſtias, unde non liceret progredi. In Pityuntem locum penitus deſertum extorrem agunt, ripæ Pontici maris imminentem. Porro milites Præfecti Prætorii, qui illum ducebant, maxime eum per viam urgebant: id ſe habere in mandatis, aperte aſſerentes, majori ſe gradu promovendos, ſi per viam ille moreretur. Atque unus quidem ex ipſis, præſentis militiæ negligens, nonnihil humanitatis clam erga eum oſtendebat; alius adeo infeſtus erat & atrox, ut blanditias quæ illi ab occurentibus (ut ſancto par erat) fiebant, injurias exiſtimaret; id ſolum curant, ut Joannes moreretur. Denique cum imber eſſet vehemens, adeo ut dorſum ac pectus inundatio illa percelleret, nihil curans egrediebatur; ingentem rurſus Solis æſtum pro deliciis habebat, ſciens hoc affligi ſancti viri caput inſtar E-*

PAGIUS

jubet. Poſtremo, Rectoribus Provinciarum & Defenſoribus & Principalibus urbium & Officialibus cura injungitur impediendorum hujuſmodi cœtuum hæreticorum ſub pœna mulctæ aurariæ; quæ pluribus explicat Gothofredus in hujus legis Commentario.

III. *Moritur S. Jo. Chryſoſtomus.*

A num. VI. ad XX. Theodoretus lib. 5. cap. 34. narrato Divi Chryſoſtomi exilio in oppidum Cucuſum appellatum, ait: *mox inde eductum, Pityuntem tranſportarunt, Oppidum eſt ſitum in extremis finibus Ponti & Imperii Romani, quod accolunt crudeliſſimi Barbari. Verum clemens Dominus invictum athletam ad hanc inſulam non permiſit adduci. Nam cum veniſſet Comana, ad vitam ſenii ac doloris expertem eum tranſtulit.* Socrates vero lib. VI. cap. 21. ait: *Joannes in exilium abductus Comanis in Euxino Ponto extremum diem obiit, XVIII. Kalendas Octobres, Honorio ſeptiens & Theodoſio iterum Conſulibus.* In verſione quidem Latina Chriſtophorſoni loco, *XVIII. Kal. Octobr.* legitur manifeſto errore, *XVIII. Kal. Decemb.* Verum Chryſoſtomum die XIV. menſis Septembris ad Deum migraſſe, certiſſimum. Natus erat *Chryſoſtomus* anno circiter trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo in urbe Antiochena, annoque circiter CCCLXV. in Rhetorica *Libanium*, in Philoſophia *Andragathium* magiſtros habuit, ut docet Socrates lib. 6. cap. 3. Tum anno circiter CCCLXVIII. lectioni ſacrarum literarum animum applicuit, *Maximum*, poſtea Epiſcopum Seleuciæ in Iſauria, ad pietatem pellexit, & Monaſticam vitam ſub *Diodoro* & *Carterio* didicit, quorum prior ad Epiſcopatum Tarſenſem poſtea promotus fuit. Anno circiter CCCLXXIV. in montes Antiochiæ vicinos ſeceſſit, ubi, Palladio

lisai calvum, In urbe vero aut castello, ubi lavacri esset ullum refrigerium, ne punctum quidem temporis remorari, infelix ille tolerabat.

IX. Labores in via, & obitus Joannis Chrysostomi.

Cum inter hæc omnia trimestris temporis spatio difficillimum illud conficiens iter, sanctus velut sidus jubilans perstabat, corpusculum habens instar mali summis in ramis, Solis fervore rubicundum. Ubi vero Comana appropinquarunt: ipsam veluti pontem transeuntes, in templo quodam quinque aut sex millibus passuum remoto manserunt. Ipsa nocte martyr ipsius loci, Basiliscus nomine, qui Nicomediæ sub Maximiano passus cum Luciano Antiochiæ presbytero fuerat, dum esset Commanensis Episcopus, apparuit ei dicens: Confide frater Joannes: cras enim simul erimus. Aiunt presbytero quoque ecclesiæ prius apparuisse martyrem, atque dixisse: Præpara Joanni fratri locum: venturus est enim. Ille nihil de eo oraculo dubitans, in crastinum orabat milites, ut illic usque ad quintam horam permanerent: qui minime acquiescentes, perurgebant. Profecti vero quasi stadios triginta, rursum ad memoratum templum, unde exierant, redierunt, ipso jam febribus laborante. Illuc ubi rediit, vestes suas dignas candida vestimenta quæsivit: exutusque prioribus, ea se induit, omnibus usque ad calceamenta mutatis, reliqua præsentibus ipse distribuit: sumptisque cælestibus sacramentis coram astantibus, extremam orationem fudit, dicens more suo: Gloria sit Deo omnium causa. Consignansque se in fine orationis, extendit speciosos illos pedes, qui concurrerent ad salutem eorum qui elegere pœnitentiam, & in illorum probrum qui peccata abunde messuerunt. Quod si nihil mali probra profuere, hoc non imbecillitas constantissimi viri, sed illorum impudentia fecit, qui ea tolerare voluerunt. Adjectus est ad patres suos excusso pulvere mortalis vitæ, atque migravit ad Christum. Hactenus de obitu sanctissimi Patris Palladius. Vixisseque eum annos ætatis suæ quinquagintaduos & menses octo, Leo Augustus habet in Encomio; de quinquagintaduobus reliqui omnes, qui de his egerunt, sunt assertores. Ejus vero Episcopatus in hanc usque diem decimamquartam Septembris, qua obiit, numerantur anni novem, ☞ menses sex, & dies viginti ☜.

X.

De funere autem ista Palladius (a): *Tanta vero multitudo virginum, tantumque monachorum, & honestioris vitæ testimonio insignium ex Syria & Cilicia & Ponto & Armenia agmen accurrit, ut putarent plurimi ex condicto eos advenisse. Ita sepultus, laudibusque velut athleta victor honoratus est, corpusculo una cum Basilisco in eadem ecclesia condito.* Hæc Palladius: qui & paulo post de vitæ instituto & moribus ejus, quorum causa quidam offensi erant, hæc addit: *Ipse (inquit) solus edebat, ut ex parte novi, ob istiusmodi causas. Primo quidem ob calorem capitis abstemius erat; nisi quod in æstu eo, quod Diarhodon appellatur, utebatur,* vino scilicet. *Secundo, quoniam infirmitatis cujusdam gratia ejus ordinem desiderabat; adeo ut sæpius quæ fuerant parata, ingrata viderentur; & quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde plerumque cibi oblitus, ad vesperam usque jejunabat, partim occupatus Ecclesiasticis curis, partim spiritualibus intelligendis abstractus: contendebat enim ut eum nihil sacrarum litterarum præteriret, &c.* Sane quidem in omnibus divinæ Scripturæ libris, eos explicando, apprime esse versatum, testatur Cassiodorus, ubi ait (b): *Ferunt itaque divinas Scripturas veteris novique Testamenti ab ipso principio usque ad finem Græco sermone declarasse Clementem Alexandrinum cognomento Stromateum, & Cyrillum ejusdem Civitatis Episcopum, & Joannem Chrysostomum, Gregorium, & Basilium.* Quod si verum est, vide quam pauca ex ingentibus thesauris nobis sint reliqua: cum alioqui nonnulla spuria ejus nomine edita hactenus habeantur. In Cassiodori quoque sententiam Suidas hæc habet (c): *Universam Judaicam Christianamque Scripturam ille commentariis sic illustravit, ut alius ante ipsum nemo.* Et paulo post: *Cæterum opera ab eo conscripta, non est hominis percensere numerando, sed solius Dei, cui nota sunt omnia.* Hæc Suidas: sed & de ejus scriptis ac moribus ista Sophronius (d): *Juste & di-*

(a) Pallad. in dialog.

Potus Jo. Chrysostomi.

Jo. Chrysost. cur solus comedere soleret.

(b) Cassiod. in præfat. lib. Divin. lect.

Scripta a S. Joanne Chrysostomo.

(c) Suid. in Jo. Chrys.

(d) Sophron. Prat. Spirit. c. 191.

PAGIUS

dio in Dial. teste, per quadriennium moratus est. Addit Palladius, per biennium in loco secretiori postea vitam duxisse, sed cogentibus ejus infirmitatibus inde recessisse, & a *Meletio* ad Diaconatum promotum esse, ideoque anno circiter CCCLXXX. cum Sanctus *Meletius* anno insequenti die XII. Februarii ad Deum migrarit.

IV. *Opera S. Chrysostomi.*

Anno CCCLXXXV. Presbyter a *Flaviano* Episcopo Antiocheno constitutus scripsit præcipuam partem operum, quæ ad nos pervenere, uti Homilias ad populum Antiochenum, super Matthæum, in primam ad Corinthios, aliasque, ut asserit Palladius. De gestis in suo Episcopatu, ejusque persecutionibus sparsim in hoc volumine egimus. Sed de ejus Operibus legendi Labbeus in Dissert. de Script. Ecclesiast. & Natalis Alexander in IV. Ecclesiæ seculo. Constat porro inter Eruditos opus imperfectum in Matthæum, varia dogmata hæretica complectens non esse Chrysostomi. Sixtus tamen Senensis, Savilius, aliique Viri docti autumarunt, ea ab hæreticis interpolatoribus in illud intrusa fuisse: quod manuscripta quædam vetustissima nihil hujusmodi errorum contineant: sed alia manu sententiæ illæ ad marginem descriptæ sint; ac etiam quod iis resecatis & expunctis, nihil in textu mutilum videatur, sed planius fluat oratio, argumento illa assuta fuisse.

dignissime Joannes pro puritate doctrina, & splendore venustissimi eloquii Chrysostomus cognominatus est: qui ex quo salutare baptismum accepisset, numquam omnino juravit, neque aliquem jurare compulet, neque mentitus est, neque alicui umquam maledixit, neque scurrilia locutus est, nec jocos admisit. Ita Sophronius.

XI. Quæ falso sint Joanni Scripta supposita.

Sed quod ad ejus post se relicta scriptorum monumenta pertinet: haud æquo animo pati possumus, adscriptas fuisse sanctissimo viro, ejus titulo hactenus consignatas, quinquaginta quatuor homilias, quas opus imperfectum in Matthæum nominunt, ut distinguant a consummato in eumdem Evangelistam commentario nonaginta & unam homilias complectente. Quis enim non jure commoveatur, cum videt adscribi sanctissimo viro, ab incerto auctore, sed certo hæretico, hæreticorumque deterrimo compositas homilias illas purulentas, hæresum scatentes verminibus, quæ ne pilum quidem Chrysostomi vel in dictione, vel in sententiis, vel in dogmatibus habent, sed sparsas hæreses Manichæorum, Montanistarum, Arianorum, ac Donatistarum continent; atque plane in omnibus se prodat auctor longe longius ab Ecclesia Catholica alienum, qui Catholicæ Ecclesiæ toto Orbe diffusæ sæpe detrahat, & vix in paucis veritatem reperiri contendat? Porro extitisse auctorem illum alicujus hæresis sectatorem, penes quem præter divinas Scripturas nulla esset ratio Catholicæ communicationis, nec traditionum atque Ecclesiasticarum sanctionum; haud obscure ipse, inter alia, homilia quadragesimanona significat, illis verbis (a): *In tempore hoc, ex quo obtinuit hæresis illas Ecclesias, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis, neque refugium potest esse Christianorum aliud volentium cognoscere fidei veritatem, nisi Scriptura divina. Antea enim multis modis ostendebatur quæ esset Ecclesia Christi, & quæ Gentilitas: nunc autem nullo modo cognosci datur volentibus cognoscere quæ sit vera Ecclesia Christi, nisi tantummodo per Scripturas. Quare? quia omnia hæc quæ sunt proprie Christi in veritate, habent & hæreses illæ in schismate similiter Ecclesias, &c.* Plura suggerit, atque ingerit divinæ tantum standum esse scripturæ, nulla habita Catholicæ communicationis ratione, qua in unum corpus universa Catholica Ecclesia toto Orbe Christiano coagmentata cognoscitur. Porro argumentum hoc commune est omnium hæreticorum: qui cum convinci sciant se esse ab Ecclesia alienos, vel uno illo saltem argumento, quod secus sentiant, quam universa Ecclesia doceat: ad solam divinam Scripturam confugium sibi parant, sed suo ipsorum pravo sensu intellectam: in quos disputat S. Augustinus, adversus Cresconium agens (b). Sed in his modo non immorandum, quod alio tendat oratio: neque in disquirendis quæ alia sint ejusdem Joannis scriptis supposita (quod longioris inspectionis sit opus) nunc incumbendum.

(a) Chrys. hom. 49.

(b) Aug. cont. Cres. l. 2. c. ult.

XII.

Illud vero quod ad ejusdem Joannis scripta pertinet, haud ignorandum; habuisse ipsum in sacris litteris peculiarem doctorem sanctum Paulum Apostolum, cujus immenso tenebatur amore: fidem facit hujus rei S. Proclus, qui postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ fuit creatus Episcopus, rem gestam sic narrans (c): *Cum divinas Pauli Apostoli epistolas earum interpres & expositor percurreret: erat (ut est verisimile) dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit an Deo grata mea sit interpretatio? Hæc cogitans, rogabat ut de ea re a Deo fieret certior. Quod etiam cito hoc modo factum est. Quidam ex his qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorem: qui mortem minatur. Et mittitur qui apud divinum Pontificem intercederet, ut noctu ad eum veniret propter metum Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentiens sanctus, per Proclum jubet ut veniat. Nox erat, & simul etiam aderat is qui erat supplex. Ut eum admoneat, dat operam Proclus. Deinde primum aspicit per quoddam foramen, & videt Pontificem, ut consueverat, in sede sedentem, & scribentem (ea autem erat interpretatio divinarum epistolarum). Tunc autem ille terribili illo dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus divinum Apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis, & os admoventem auri ejus dexteræ, & cum eo colloquentem. Proclum incessit stupor & admiratio, quanam ingressus esset quem cernebat. Ignorabat enim quis esset: & rogat hominem ut parum expectet. Rursum paulo post aspexit & semel, & bis, & erat idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo optimate; qui dixit: Non oportebat te, cum videres mortem, quæ mihi expectatur, alium ad sanctum adducere. Ille autem ei affirmat, se de ea nihil cogitasse. His adhuc dubitantibus, præco ad matutina cantica excitat ligni pulsibus. Homo itaque revertitur, in secundam noctem spem rejiciens. Accessit secunda nox & tertia; & erat rursus simile spectaculum. His obstupefactus, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente, a Deo missum esse eum qui loquebatur. Dicit itaque illi Optimati: O optime, Deo resistente stadiis omnibus, labor est inutilis: roga ergo Deum ut tibi opem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recordatus esset Pontifex, rogavit an acce-*

(c) Leo Aug. in Vit. Chry. Metaphr. & alii.

Procli visio de præsentia Pauli.

venisset. De eo ergo significat ei Proclus, qui hæc etiam dixit: Cum tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temere accedere.

XIII. Imago S. Pauli apud Jo. Chrysostomum.

Cum suaſtas autem rogasset, quisnam is esset: incipiens Proclus, verbis quidem totum prosequitur miraculum: digito autem per imaginem evidentissime probans eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculi. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir divinus, aperte intellexit spectaculum; & factus certior, se suam accepisse petitionem, Deo gratias egit. Deinde sic rursus accersit supplicem, & eam conveniit, & pro eo intercedit apud Imperatorem, & priori restituit magistratui: impletque promptius & alacrius quæ restabant ex divinis epistolis. Hactenus de his Leo Augustus, cui consentiunt cæteri, & præcipue ex antiquioribus Actis vitæ ejus, quæ citantur a Joanne Damasceno. Etenim de S. Pauli effigie, quam apud se habere soleret idem S. Joannes Chrysostomus, hæc ipse Damascenus (*a*):

(a) Damas. de imagin. orat. 1.

XIV. Jo. Chrysostomus cultor sacrarum Imaginum.

Habebat autem effigiem Apostoli Pauli in imagine, in loco ubi propter corporis imbecillitatem paululum quiescebat: erat enim supra quam natura patiatur vigilans. In hanc ille effigiem, quando perlegebat illius epistolas, oculorum aciem intendebat; in easque non secus ac si Paulus ipse vivus esset, obtutu defixus inhærebat, beatum ipsum appellans, totumque animi cogitationem ad illum dirigens, & cum eo versans, & loquens contemplando: & post alia: *Cum autem Proclus* (inquit) *loquendi finem fecisset: oculis in Pauli effigiem defixis, & figuram ejus, quem viderat, similem conspicatus, Joanni desiderium injiciens, sic eum (digito demonstrans imaginem) allocutus est: Ignoscito mihi Pater: ille, quem vidi loquentem tibi, huic similis est; atque adeo, si recte memoria teneo, ipse est.* Hactenus Joannes Damascenus ex Vita ipsius S. Joannis Chrysostomi, quæ desideratur.

XV.

Certe quidem, quod pertinet ad ejusdem Joannis Chrysostomi studium & amorem erga Paulum; non est scriptio ejus quæ non id exprimat manifeste; cum alioqui peculiares eo argumento scripserit homilias. Quod autem ad doctrinam spectat, se quidem tanto uti magistro ingenue profitetur his verbis in præfatione ad homilias in epistolas Pauli: *Neque* (inquit) *nos quæ scimus, si quæ scimus, ab ingenii bonitate atque acumine scimus: sed illi nos viro impense affecti, ab illius lectione numquam discedimus.* Contigisse autem visionem illam, cum epistolam Pauli ad Galatas interpretaretur, in qua se ipsum superasse cognoscitur, haud improbanda opinio est. Cæterum fuisse S. Joannem Chrysostomum pium cultorem sanctarum imaginum, non hæc tantum quæ narrata sunt, manifestant, sed & quod de eo Gregorius (*b*) Papa scribit ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, qui verba ipsius recitat, dum ita ait: *Si quis alius, ego certe,* inquit, *ex cera fusilem picturam pietate plenam amavi.* Rogo te, lector: si optio daretur, in quorum classem post obitum velis adscribi, & quorum sortis particeps fieri, Iconoclastarum ne, an S. Joannis Chrysostomi cultoris sacrarum imaginum? Hæc considerans, tu tibi ipsi responde. Nos certo scimus, Dei amicum fuisse Chrysostomum: eumque æternam esse beatitudinem consecutum, & complura miracula testata sunt, & universalis consensus Ecclesiæ declaravit.

(b) Extat apud Nic. Concil. 2. Act. 6.

XVI. Visiones S. Joannis Chrysost.

Sed quod in his sumus, ut prætermissa ab aliis, qui res gestas tanti Patris prosecuti sunt, hic tamquam epitaphia sepulchralia affigamus; audi quid S. Nilus in epistola ad Anastasium de eodem Chrysostomo omni fide digna scriptis mandavit: *Joannes* (inquit) *sacerdos admirandus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, immo vero totius Orbis splendor, vir animi perspicacis, omni fere tempore videbat domum Domini refertam Angelorum cœtu, & tunc in primis, cum divinum, & incruentum sacrificium offerebatur: quo quidem tempore, stupore & lætitia plenus, rem præcipuis amicis spiritualibus privatim enarravit. Cum cœpisset* (inquit:) *sacerdos sanctum sacrificium seu oblationem facere, plurimæ statim ex illis Virtutibus e cælo descendentes stolis indutæ splendidissimis, nudis pedibus, attentis oculis pronæ vultu magno cum silentio & reverentia, quoad venerandum illud mysterium expletum fuit, circumsteterunt. Deinde huc illuc singulæ per totam domum diffusæ, Episcopis, presbyteris, & diaconibus distributionem corporis, & pretiosi sanguinis ministrantibus adhæserunt, satagentes, & sedulo adjuvantes. Hæc autem scribo, ut divini sacrificii dignitatem cognoscentes, caveatis ne illud negligenter, divino timore abjecto, administretis: nec permittatis ut aliqui inter se contendant, & cum tumultu ad ipsum accedant, aut audacter annuant, & e loco suo prosiliant, aut huc & illac circumspiciant, & ignave & petulanter se gerant.* Hactenus Nilus, quem spectata eruditio atque conspicua sanctitas fecerunt illustrem.

XVII. Concionatur Joannes in medio Ecclesiæ.

Cessit & illud magnæ laudi Chrysostomo, quod cum concionem habens frequenti populo vallaretur, opus illi fuit suggestum in medio Ecclesiæ collocare: certe quidem magnus ille Gregorius Nazianzenus, cum esset ejusdem Ecclesiæ Episco-

piscopus, intra cancellos concionabatur, ut ex ipsius testificatione (*a*) possumus intelligere, cum de multitudine auditorum ad cancellos se protrudente, ut orationem audiret, sepe meminit. Romæ vero antiquitus ea vigebat consuetudo, ut ab eminenti suggestu ipse Pontifex concionaretur ad populum: nam in Hippolyto Prudentius (*b*):

Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal

Tollitur, Antistes prædicat unde Deum.

Omittimus hic innumera sanctorum Patrum de S. Joanne Chrysostomo elogia: satis ad laudem, quod post ejus obitum paucis exceptis, quos livor infecit, tam Oriens, quam Occidens & universus Catholicus orbis ipsum sanctissimum prædicavit; usque adeo, ut & in Ægypto, habito contemptui Theophilo, licet haberetur vita sanctissimus, eundem Chrysostomum prædicarent, Theophilum vero insectarentur contumeliis, merito neglectum a suis, quem a se Ecclesiæ Romanæ Pontifex abjecisset. Sed audi perbreve Isidori Pelusiotæ de utroque judicium, ad Symmachum ita scribentis (*c*):

XVIII. Isidori judicium de Theophilo.

Petis a me, ut diviai viri Joannis tragœdiam tibi exponam. At eam explicare nequeo: mentem enim nec ista sapeeat. Verum pauca quædam audi. Vicina Ægyptus hoc semper in more habuit, ut inique ac perdite se gereret; Mosen videlicet repudians, & Pharaonem adsciscens; humiles ac demissos flagris lacerans, laborantes opprimens; urbes extruere jubens, & mercedem negans, atque ad hoc usque tempus in iisdem studiis inhærens: siquidem insano lapillorum amore flagrantem, atque aurum pro numine habentem Theophilum, quatuor socios, immo coapostatas, septum ac munitum in medio proferens, pium virum ac divinarum rerum doctrina præditum expugnavit, odium videlicet atque inimicitiam, quam adversus eum qui eodem quo ego nomine appellatur, improbitatis atque importunitatis suæ velut propugnaculum nactus. At Davidis, (d) tamen domus invalescit; domus autem Saulis (ut cernis) debilitatur: tametsi vir ille, superata vitæ tempestate, ad cælestem tranquillitatem migraverit. Hactenus Isidorus, ejusdem Joannis Chrysostomi discipulus. Porro quod pertinet ad quatuor illos quos nominat coapostatas; fuisse quidem illos Acacium Berœensem, Severianum Gabalensem, Antiochum Ptolemaidis, & Cyrinum Chalcedonis Episcopos, quæ superius dicta sunt ex Palladio, fidem faciunt.

(*a*) Greg. Naz. orat. ad centum quinquaginta Episcopos.

(*b*) Prud. Peristeph. hym. 11. de S. Hippoly.

(*c*) Isidor. l. 1. epist. 152.

(*d*) 2. Reg. 3.

XIX.

Quo quidem nomine non prudentiores tantum Ægyptii, sed ipsi hæretici (cum alioqui in Joannem in his quæ ad dogmata spectant, infensi essent) omnes erga eum propensiores erant, ut ex Palladio possumus intelligere atque aliis. Est de his patens exemplum de Socrate Novatiano: qui eum in cæteris erga eum se observantissimum præseferat; quod tamen Novatiani eum experti essent sibi maxime adversarium, de hoc, ex quo magis commendandus habetur, ipsum carpit, sic dicens (*e*): *Equidem demiror, quid causæ esset, cur cum tam ardenti studio duceretur temperantiæ, in quibusdam concionibus doceret temperantiam quodammodo contemnendam esse. Nam cum a Concilio Episcoporum, illis qui semel duntaxat per baptismum lapsi fuerant, locus pœnitentiæ concederetur; ille non dubitavit dicere: Si millies lapsus pœnitentiam egeris, in Ecclesiam ingredere. Ob quam doctrinam etsi in aliorum multorum, etiam qui ei familiares erant, offensionem incurrit; tamen a Sisinnio in primis Novatianorum Episcopo, qui librum contra hoc ejus dictum conscripsit, graviter exagitatus est: cæterum ista jampridem acciderunt.* Ita Novatianus: Sed hoc nomine majorem sibi conciliavit Chrysostomus laudem, dum eo modo Novatianos exagitans, apertam voluit semper pœnitentibus Ecclesiæ januam, ex Catholicæ Ecclesiæ instituto: sed de his fusius suo loco superius. Post hæc vero Socrates totum se effundit in laudes Sisinnii, quem reprehensum dicit ab Acacio Episcopo, quod vestimenta candida indueret, cum nigris vestibus uti solerent Episcopi; sic plane illudebat eis diabolus vafro consilio, ut corporis munditiam affectarent, balnea frequentando, & vestibus candidis vestiendo, ut sibi viderentur animæ quoque esse munditiem assecuti, spernentes Ecclesiæ a Christo relictum ad diluenda peccata remedium pœnitentiæ. Sed alia subdit de Sisinnio Socrates; quæ ut inepta, consulto prætermittimus; qui & sub iisdem Consulibus defunctum Sisinnium affirmat (*f*), & in locum ejus subrogatum Chrysantum; mortuum quoque esse Dorotheum Arianum Antistitem.

(*e*) Socr. l. 6. c. 19.

Novatiani in quo Joannem Chrysostomum reprehenderunt.

(*f*) Socr. l. 7. c. 6.

XX.

Quod vero pertinet ad Innocentium Romanum Pontificem: audita ipse morte Chry-

PAGIUS V. *Epistola tres Innocentii PP. supposititia.*

A num. XX. ad XXIX. Epistola Innocentii Papæ XXX. ad Arcadium Imp. qua excommunicantur persecutores Sancti Chrysostomi, supposititia; cum in ea sermo sit de *Eudoxia* vivente, quæ tamen jam ab anno CCCCIV. supremum diem obierat. Quare ejusdem Epistolæ nec Palladius, nec Socrates, nec Theodoretus, nec Sozomenus, nec Zonaras, nec aliqui ex Latinis mentionem fecere, primusque Georgius Alexandrinus, qui septimo Ecclesiæ seculo vixit, ex quo Nicephorus & Glycas eam hausere, illius meminit. Idem judicium ferunt viri Eruditi de binis ejusdem Arcadii ad Innocentium Papam Epistolis, quas e Glyca & MS. Bibliothecæ Vaticanæ deprompsit Baronius, qui & Epistolam ad Arcadium exhibet.

Innocentius Papa quid in Arcadium & Eudoxiam.

Chrysostomi, magno est affectus dolore: & qui hactenus ab infligendo in Imperatorem Arcadium & Eudoxiam Augustam, quam provocarant summam Ecclesiasticam animadversionem illam, cum quis a communicatione sacramentorum & cœtu Fidelium separatur, rogatus ab ipso Joanne Chrysostomo se continuisset; eam in eosdem provocatus, & violentia quadam adactus, inflixit: extorsisse enim visi sunt illi e manibus Innocentii juste judicantis vindictam, quam hactenus apud se longa patientia continuerat.

XXI. Porro idem Pontifex ipsi Joanni, defuncto licet, consultum voluit, nimirum ut etsi non ipse, nomen saltem ejus in Constantinopolitanam restitueretur Ecclesiam; perstititque in sententia, ut numquam, nisi id fieret, communicare vellet cum Orientalibus Joannis adversariis Episcopis; quos ob iniquam sententiam in S. Joannem latam judicaverat a communione Catholica alienos: illud ab eis enixe contendens, ut ejusdem Joannis nomen in tabulas referretur Ecclesiasticas, e quibus fuerat sententia adversariorum expunctum: testatur id Theodoretus, qui ait (a): *Isto excellenti totius orbis terræ doctore mortuo, Episcopi Occidentis non prius cum Episcopis Ægypti & Orientis & Bosphori atque Thraciæ communicare voluerunt, quam nomen illius sanctissimi viri in tabulas, in quibus nomina Episcoporum mortuorum continebantur, retulissent: atque Arsacium ejus successorem ne salutare quidem dignati sunt. Atticum autem, qui succedebat Arsacio, quique sæpe legatos ad Occidentales Episcopos miserat, sæpeque pacem postulaverat, postea tandem, cum Joannis nomen in tabulis scripsisset, receperunt*: at quando id contigit, inferius dicendum erit.

(a) Theod. l. 5. c. 34.

XXII. Cæterum ad Arcadium Imperatorem idem Innocentius Papa, audita Joannis Chrysostomi morte, gravissima acrimonia aspersas, anathemateque terrificas, quibus tum ipsum, tum Augustam, tum denique Episcopos sceleris complices excommunicat, litteras dedit: sunt ipse quidem Græcis notissimæ, quas Gennadius, Nicephorus, atque Glicas recitant, sed & codex Vaticanus Græce continet exaratas, Latine his verbis redditas.

XXIII. Epistola Innocentii Papæ ad Arcadium Imperat.

Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, o Imperator, sicuti quondam Avel justi contra parricidam Caim; & is modis omnibus vindicabitur. Nec id modo admisisti, sed etiam pacis tempore persecutionem magnam adversus Deum & Ecclesiam ejus concitasti. Ejecisti e throno suo, re non judicata, magnum totius Orbis doctorem, & una cum eo Christum persecutus es. Neque de illo ita queror (sortem enim seu hæreditatem cum sanctis Apostolis in Deo & Salvatoris nostri Jesu Christi regno consecutus est) quamvis intolerabilis jactura ea sit: sed affligor, propterea quod primum de animarum vestrarum salute, deinde de eis, qui sapientissima spirituali & divina doctrina & institutione ejus orbati, fame verbi Dei conficiuntur, sum sollicitus. Non enim Ecclesia tantum Constantinopolitana mellitæ illius linguæ jacturam fecit, sed Orbis sub Sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam divino amisso, persuasione unius mulieris fabulam hanc & spectaculum exhibentis. Verum excipies & præsentem hic pœnam non post multos dies ei advenientem.

XXIV. *Tametsi enim beatus Joannes vitam reliquit, fide servata, & fluctuantibus confirmatis; in æterna tamen sæcula sempiternam deliciarum, & immortalis vitæ hæreditatem est consecutus. Nova autem Dalila, Eudoxia, quæ paulatim te erroris seu seductionis novacula totondit; execrationem ex multorum ore sibi ipsi introduxit, grave & quod gestari nequeat peccatorum pondus colligens, atque id prioribus peccatis suis superaddens. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego & rejicio te & illam a perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri. Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit; ab ea hora qua præsentes vinculi mei legeritis, litteras, dignitate sua excidisse decerno. Quod si ut homines potentes quemquam ad id vi adegeritis, & canones nobis a Salvatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis: scitote id vobis non parvum peccatum fore in horrenda illa judicii die, cum neminem hujus vitæ honor & dignitas adjuvare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur atque exhibebuntur. Arsacium, quem pro magno Joanne in thronum Episcopalem produxistis, etiam post obitum exauctoramus, una cum omnibus qui consulto cum eo communicarunt Episcopis: cujus etiam nomen sacro Episcoporum albo non inscribatur. Indignus eo honore est, qui Episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis (b) siquidem planta, quæ a Patre nostro in cælis plantata non est, eradicabitur. Ad Theophili anathematismum addimus abrogationem, & absolutam a Christianismo alienationem.* Hactenus epistola Innocentii, cui Glicas ejusmodi subiicit Arcadii responsionem (c): [1]

(b) Matt. 15.

(c) Glic. Annal. part. 4.

No-

NOTÆ [1] Epistolam *Arcadii* ad *Innocentium* Papam, qua se excusat eorum, quæ in Jo. Chrysostomum perpetrata sunt, inter spurias refert Coustantius in Monito prævio ad Appendicem pag. 103.

XXV. Epistola Arcadii ad Innocentium.

Norunt omnes homines mentis compotes, commissa per ignorationem nec divinitus nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. Quod quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem, nos nihil eorum cognitum habuisse, quæ nostris Antistitibus & clericis acciderunt: cujus rei testem benignum illum Deum imploramus. Nimirum purus & innocens sum, quod ad ipsorum condemnationem attinet: quippe cum eorum communione sim usus, causæ nihil erat, quamobrem eos affligeremus. Quod autem attinet ad filiam tuam Eudoxiam: scito me illi parum moderate pro ratione delicti mercedem retulisse: quo sane factum est, ut ex eo mœrore & angustia, difficili gravissimaque concepta ægritudine decumbat. Igitur quod superest, enixe te obsecro, ut nos a segregatione liberes, nec multipliciter punias: non enim ipse Dominus idem ob delictum bis hominem percutit. Hucusque apud Glicam litteræ Arcadii ad Innocentium: quibus has idem auctor subdit Innocentii ad ipsum redditas:

XXVI.

Studium, diligentiamque vestram Dei præscripto & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis, accepimus & probavimus. Quapropter sacris a vinculis soluti, ad signa Dominica confirmatis animis accedite: hucusque apud eumdem auctorem. Præter has autem recitatas a Glica Arcadii ad Innocentium Papam litteras, aliæ extant in citato codice Vaticano ab eodem Imperatore ad eumdem Pontificem datæ, quæ sic se habent:

XXVII. Alia epistola Arcadii ad Innocentium.

Omnino, o Pontifex Dei, nequicquam eorum quæ in legatos audacter perpetrata sunt, sciente me factum est: idque ex eo perspici potest, quod eos a quibus illa orta sunt, severe ultus sum. Neque quod magnus ille Joannes depositus sit, ulla in me culpa ejus rei hæret, sed infelicibus Episcopis; quod scilicet cum sacros canones prætenderent, judicium depositionis illius in sua ipsorum profana capita converterunt: quorum sermone nescio quomodo inductus, etiam ipse eorum sententiæ (quod utinam numquam fecissem) assensus sum. Quo fit ut ipsi magis in culpa sint, quam nos. Ex quibus & qui adhuc hic extant, Acacium, & Severianum, & eos qui sceleratum Theophilum secuti sunt, ut quanta maxima celeritate, comprehendi jussimus, & eos qui illic sunt, ut pœnas dent ausibus suis debitas. Nobis autem placetur paterna humanitas tua, neque deseras nos expertes mysteriorum incontaminatorum. Tunc etiam filiam tuam Eudoxiam, quæ peccaverit, ultus sum, quæ etiam ex his gravissimo morbo correpta in lectulo decumbit. Ne igitur sæpius pœnas sumas, o reverendissime Pater: neque enim Dominus in eadem bis pœnas sumit, ut scriptum est. Ubi autem erit pœnitentiæ bonum, nisi iis quos pœniteat, venia tribuatur? Igitur si nos quidem ex pœnitentibus non essemus, merito aditus ad veniam clauderetur: & si accusavimus & condemnavimus nos ipsos ab his quæ male egimus; ne bono quidem pœnitentiæ, quod quidem venia est, excidamus: hucusque epistola Arcadii ad Innocentium Papam ex codice Vaticano.

XXVIII.

Subjiciebatur autem apud codicem dignæ memoriæ Cardinalis Guiglielmi Sirleti Bibliothecarii Apostolici, dictis epistolis eodem argumento scriptis, epistola Honorii Imperatoris ad Arcadium fratrem Augustum, fide quidem explorata, germana, in omnibusque sincera; quæ sic se habet:

Epistola Honorii ad Arcadium.

Nescio qualisnam potens & a dæmone immissa impulsio persuasit tibi, o frater, feminæ committere te ipsum, & patrare talia, qualia nemo alius pius Christianorum Regum patravit. Etenim qui istis sunt sanctissimi Episcopi, clamant adversus Imperium nostrum, quod magnum Dei Antistitem Joannem neque legitime, neque ex præscripto canonum, & ab Episcopali sede depulistis, & acerbissimis exiliis & intolerandis injuriis ejicientes, per vim vita spoliastis. Locum tenentes autem Romanæ Ecclesiæ, ob vestrum honorem & legitimi judicii stabilimentum missos, qui afferebant hinc litteras, ut omnia integre definirentur, tenuistis: quibuscum nihil humani egistis; amplius & custodiis diversis conclusistis, ac fame prope necastis; ac simul quas secum ferebant pecunias ad viatici necessitates corporeas, has auferri ab ipsis mandastis: clamantesque contra vos ad Deum & ingemiscentes, nulla sunt habiti loco. Ad hæc Apostolica mandata nihil facta a vobis sunt: Episcopos sanctos injuste privastis, ac sexcentis injuriis & exiliis maxime longinquis injuste adjudicastis, aliosque pro his indignos indigne intrusistis. Contende igitur frater, non verbo, sed re, & Deum & homines de correctione eorum quæ non sunt recte acta, certiores facere: certus & ipsum Imperium nostrum & tuere & stare precibus sacerdotum. Hactenus epistola Honorii ad Arcadium, prioribus scriptis per omnia consentanea; quam ex Græco textu Latinitati fideliter redditam exhibuimus, eamque cum ea, quam in dicto codice Vaticano Latine scriptam reperimus, contulimus, fideliterque reddidimus.

XXIX. Honorius cogitat de inferendo bello Arcadio.

Cæteram post obitum Joannis nondam tribus menlibus elapsis, contigisse prodigiosum ac plane miserandam interitam Eudoxiæ Augustæ, eo modo, quo superius dictum est, tum Zonaras, tum alii testantur. Verum quod ad Honorium spectat, haudquaquam his datis litteris conceptum ob indignam facinus immensum dolorem exhaurire penitus valait. Siqaidem & bello decernere adversus eum, qai persecutus esset ecclesiam, ac jus gentium in legatis violasset, & sancte pieque ulcisci in animum duxit. Cum vero ad hæc peragenda Ravennæ expeditio pararetur, duo intercessere impedimenta, qaæ eamdem retardarent, sed & subsequens mors Arcadii anno sequenti penitus abolevit. Quænam autem præsenti anno contigerint, qaibus a hello in Arcadium inferendo Honorius abstraheretur, Zosimus ita narrat (*a*): *Apud Ravennam igitur Stilichoni* (hic erat præcipuus militiæ Dux) *jam parato ad Illyricas urbes cum exercitu adeundas, & Alarici auxilio ob Arcadio quidam abstrahendas, Honorii vero regno adjiciendas: impedimenta duo contigit accidere, famam scilicet hinc iade de Alarici morte sparsam, & litteras Honorii Principis allatas Roma: qaibus in litteris præscriptum erat, Constantinum jam perduellem ex insula Britannia transvectum ad Transalpinas gentes accessisse, Principisque munus in oppidis usurpare.*

(a) Zosim. l. 5.

XXX. Hæc quidem de tyrannide Constantini, quem alii Constantiam nominant, hoc anno contigisse idem Zosimus non obscure significat, dam ait, exacto hujus anni autumno, designatos fuisse Consules Bassum atque Philippam, quorum nomina sequenti anno adjecta fuisse Fastis, omnes affirmant, sub quibus Conss. Prosper etiam in Chronico ejusdem Constantini tyrannidem contigisse refert. Sed ante Constantinum qui præcesserunt hoc ipso anno in Britannia tyranni, Zosimus infra narrat his verbis (*b*): *Quo tempore adhuc Arcadius imperabat, Honorio septimum, & Theodosio iterum Consulibus, milites Britannici seditione concitata Marcum in regio solio collocabant, eique tamquam rerum in iis locis potienti parebant. Eo deinde necato veluti moribus illorum non respondente, Gratianum in medium producunt, & purpura coronaque cinctum, ceu Principem observantes, comitabantur. Verum & hunc improbato post menses quatuor Imperium abrogant, & vitam eripiunt, Constantino rerum summa tradita.* Hæc Zosimus. Porro Constantinum ait Prosper infimæ militiæ militem fuisse, sed ob solam speciem nominis acclamatum fuisse sub iisdem Consulibus Imperatorem. Sozomenus (*c*) etiam eadem quæ supra de Marco & Gratiano tyrannis tradit; & de Constantino sic subdit:

(b) Zosim. l. 6. in pri.

Tyranni in Britannia exorti.

(c) Sozom. l. 9. c. 11.

XXXI. *Rursum Constantinum eligunt, quod putarent eam ex nominis sui præsagio Imperium constanter obtenturum.* Hæc ipse. Quod enim Constantinus Magnus Britannus fuisset, & universum Romanam Imperiam adeo feliciter administrasset; putarant illi, ad barbaros innameros, qui Gallias atque Italiam, necnon Orientis non paucas regiones pervaserant expellendos, strenuo novo Duce opus esse & Imperatore: sic igitur duobus, quos elegerant, e medio sublatis, ex felici nomine Constantini felicitatem ominati sunt Imperii. Sed & ad spem augendam illud accidit, quod æque ac Constantino Magno, huic quoque adscitio novo Constantino filius esset Constans * appellatus, quem & (sicuti idem Sozomenas affirmat) Cæsarem nominavit, simulac ad Alpes Cottias pervenisset, eumque ad Hispanias obtinendas misit. At de Constantino hactenus.

* Constantius.

XXXII. Arcadius studet expiare delictum.

Sed ad Arcadium redeamus; cui quidem non sic prospexit Deas ab exercitu fratris Honorii liberans, ut parceret; sed quo ipsa Divinitas potius, in quam in primis peccatum esset, sumeret de perpetratis sceleribus pœnas; quod anno sequenti præstitit, cum eidem una cum Imperio vitam ademit; Honorium vero

non

PAGIUS VI. *Bellum Illyricianum effectum non habuit.*

Ad num. XXIX. *Eudoxiæ* Augustæ mors, quam in hunc annum distulit Baronius, contigit anno CCCCIV. ut ibidem demonstravimus. Interim *Honorius* hoc anno, quemadmodum & superiori, se se ad Illyricianum bellum accingebat, ut fidem facit lex Cod. Theod. 18. *de Tyronibus*. Quare perperam Baronius & Gothofredus legem ejusdem Cod. 17. de tyronibus anno superiori datam ad Radagaisanam expeditionem retulerae, cum utraque propter idem bellum Illyricianum data sit. Hujus belli meminit Zosimus lib. 5. pag. 803. atque, *Stilichonem* jam paratum *ad Illyricas urbes cum exercitu adeundas* impeditum fuisse falsa fama de *Alarici* morte sparsa, & literis Honorii, quibus perscriptum erat, *Constantinum*, ex insula Britannia transvectum ad Transalpinas gentes accessisse. Quod fere etiam habet Sozomenus lib. 8. cap. 35. ubi cum nec de Alarico, nec de Constantino mentionem faciat, Valesius in notis ait, ne bellum hoc fieret, duo impedimenta fuisse, & Radagaisi irruptionem & rumorem de Alarici obitu; cum tamen Zosimus, quem citat, non de *Radagaiso*, sed de *Constantino* loquatur.

VII. *Tyranni in Britannia exorti.*

Ad num. XXX. & seq. Zosimus lib. 6. pag. 824. narrat, *Honorio VII. & Theodosio iterum Coss.* milites Britannicos Marcum in regio solio collocasse, eo necato Gratianum, & hoc occiso Constantinum. Qua de re audiendus Beda lib. 1. cap. 9. *Anno ab Incarnat. Domini CCCCVII. tenente imperium Honorio Aug. filio Theodosii minore, loco ab Augusto XLIV. ante biennium Romanæ irruptionis, qua per Alaricum Regem Gothorum facta est: cum gentes Alanorum, Suevorum*

non ad cladem, sed ad salutem inferendam Orientali Imperio reservavit: cum interea Arcadius rebus pie gestis impietatem, quem ex persecutione Joannis contraxerat, abstergere conaretur; cujus rei gratia anno superiori ex Palæstina transtulisse Constantinopolim vidimus sacras reliquias Samuelis; & hoc anno Martyrium Acacii martyris invisisse, atque ibi Deum orasse, Socrates meminit, ubi ait (a):

(a) Socr. l.6. c.21.

XXXIII. *Est quidem Constantinopoli domus amplissima, quæ Carya dicitur, in cujus atrio est castanea arbor* (sed alii nucem fuisse tradunt) *in qua fertur Acacium martyrem suspensum occubuisse; qua de causa parva ecclesia apud illam arborem ædificata fuit: quam Imperator Arcadius videre cupiens, in eam ingreditur: cumque preces ibi peregisset, discessit. Omnes qui circiter illam ecclesiam habitabant, ad Imperatorem conspiciendum confluunt; ac nonnulli extra ædes egressi, transitus platearum ante occupare contenderunt, unde putabant se & Imperatoris vultum & totam stipatorum turbam planius videre posse. Alii Imperatorem ab ecclesia usque eo prosequebantur, quoad omnes viri cum mulieribus & pueris extra illam domum exivissent. Quo facto, illico domus illa, quæ ecclesiæ adjuncta erat, corruit. Unde fama cum omnium summa admiratione consecuta est, Imperatoris precibus tantam hominum multitudinem ab internecione fuisse liberatam.* Hactenus Socrates.

XXXIV. Ad postremum autem, redditis jam de Joanne Chrysostomo, quæ vera certaque reperimus: his addenda putamus, quæ fide carentia inter rejectitia ducimus seligenda, ac respuenda, ut eadem confutemus.

Habet enim Sophronii, qui inscribitur liber, Pratum (b) Spirituale, Adelphii, qui de gloria Chrysostomi apud Dei thronum evecti visionem accepit, ejusmodi narrationem: *Dicebat frater meus Adelphius: Cum in exilio mortuus esset beatissimus Joannes, dolorem pertuli incredibilem, quod talis tantusque vir, Orbisque magister lætificans Ecclesiam Dei, a throno suo exul defunctus est: Deprecabar ergo* (inquit) *Deum cum multis lacrymis: ut ostendere mihi dignaretur, in quo statu esset, & an cum Patriarchis adnumeratus esset. Cum ergo diutius orassem, in extasi factus sum, aspexique virum nimis speciosum: qui tenens manum dexteram meam, adduxit me ad locum quemdam illustrem & gloriosissimum, ostendebatque mihi Ecclesiæ doctores. Ego vero circumspiciebam, videre quærens, quem cupiebam, magnum Joannem dilectissimum meum. Cum ergo ostendisset mihi omnes, & uniuscujusque nomen proprium expressisset; rursum tenens me per manum, eduxit me foras. Ego autem sequebar illum tristis, quod non vidissem cum Patribus & Ecclesiæ magistris beatum Joannem. Cum itaque egrederer, is qui præerat januæ apprehendens me, dixit mihi: Quid habes, cur tristis es? Nemo unquam huc ingressus, tristis exivit. Tunc dixi illi: Hæc mihi causa mœroris est, quod amantissimum mei Joannem Episcopum Constantinopolitanum una cum cæteris doctoribus non vidi. Rursum dixit mihi: Joannem dicis pœnitentiæ ducem? Aio ego: Illum sane. Respondens autem dixit mihi: Ipsum homo in carne vivens videre non potest. Illic enim assistit, ubi thronus est Domini.* Hactenus auctor, mutuatus hæc (ut ipse testatur) ex relatione a femina ad Athanasium abbatem facta, eademque sorore ipsius Adelphii; quem dicit fuisse tunc temporis Episcopum Arabissi.

(b) Prat. Spirit. c. 218.

De Adelphii visione narratio & confutatio.

XXXV. Sunt autem hæc parum fide tuta, utpote quæ in primis ejusdem Joannis Chrysostomi testimonio (b) mendacii arguantur, dum ab eo ponitur Trejus Episcopus Arabissi, & non Adelphius. Sed & cum tradat auctor, in domo Adelphii hospitatum esse Joannem, cum Cucusum in exilium missus esset; plane erroris arguitur: nam licet id ipsum de hospitio Cucusi dicant Leo & Metaphrastes; tamen ipse Chrysostomus disertis verbis narrat (c), a Dioscoro se susceptum hospitio, & non ab aliis, licet id complures expetierint. Cum autem hæc compingat ea narratione mendacia; quæ fides in reliquis? Sane quidem & illa invidiosa nimis assertio est; omnes qui unquam fuerunt in Ecclesia doctores, in inferiori ponere gradu, & super omnes Chrysostomum collocare: cum præsertim ex eis complures martyrio fuerint coronati, at inter alios Hippolytus & Methodius; ut taceam de reliquis absque sanguine vita functis sanctis, nempe Basilio, duobus Gregoriis, Thaumaturgo atque Theologo, itemque omnibus sine invidia præferendo Magno Athanasio. Sed & quæ illa absque ratione distinctio, ut omnes doctores fuerint oculis ea videntis perspicui, solus autem Joannes ob excellentem gloriam invisibilis? perinde ac si solus inter doctores ipse Chrysostomus fuerit perfectam gloriam consecutus. Sed fa-

(b) Chrys. epist. 126.

Redarguitur impostura commentum.

(c) Chrys. epist. 13.

PAGIUS *rum, Vandalorum, multaque cum his alia protritis Francis, transito Rheno, totas per Gallias sævirent, apud Britannias Gratianus municeps, tyrannus creatur, & occiditur. Hujus loco Constantinus ex infima militia, propter solam spem nominis & sive merito virtutis eligitur: qui continuo ut invasit imperium, in Gallias transiit.* Quid ibi egerit narrant Zosimus citatus, & Sozomenus lib. 9. cap. II. & infra indicebimus.

faceſſant jam istæc: non enim indigent sancti nostris illustrati mendaciis, qui propriis virtutibus decorantur. Quod vero ad res gestas post Joannis migrationem pertinet hic prosequamur.

XXXVI. Theophilus exules restituendos curat.

Post obitum sanctissimi Patris Joannis Chrysostomi, visum est Theophilo Episcopo Alexandrino, iis qui ob initam cum Joanne communicationem diversis sententiis damnati atque proscripti essent, vel voluntario exilio contigisset esse factos extorres, omnibus ad propria redeundi licentiam impertiri, cunctasque præteritas obortas dissensiones oblivione deleri, & omnes in unitatem Ecclesiæ, a qua scissi essent, debere recipi: obidque libellum idem Theophilus scripsit ad Atticum Constantinopolitanum Episcopum. Testantur id quidem litteræ Synesii Episcopi Ptolemaidis in Ægypto, cum de Alexandro Episcopo communionis Joannis ipsum consuluit: quæ sic se habent:

XXXVII. Synesii epistola pro Alexandro.

Cum quæstionem quamdam ad te referre decreverim; rem de qua percunctabor, antea exponere volo. Alexander patricius Cyrenæus, cum adhuc adolescentulus esset, monastica vita initiatus est. Cum ætate vero simul progrediente monastica in vita intentiore, Ecclesiastico ministerio dignus judicatus est, & quidem ut presbyter esset. Cum autem ex necessitate quadam in exercitu esset, & Joanni beato conjunctus (colatur autem a nobis memoria defuncti, quia omnis inimicitia simul cum vita deponitur) huic adhærens priusquam in seditionem venirent Ecclesia, ab illius manibus Episcopus Basilinopolis Bithynorum factus est. Orta vero dissensione, permansit ei, qui ipsum elegit, amicus; & in numero fuit eorum, qui ab illius parte seditionem agerent. Postquam vero Concilii sententia prævaleret, ad tempus quoddam seditio perduravit. Quid vero recensuerim ei qui novit, immo qui ipsi ea quæ ad conciliationem facerent, ministravit? nam & libellum quemdam sapientia præditum legi, quem ad beatum (ut mihi videtur) Atticum scripsisti, inducens ipsum ad eos suscipiendos. Et hactenus quidem Alexandro res communes cum conjunctis desertoribus fuerunt: proprium autem cum paucis hoc, quod tertius est annus post inductam oblivionem & reconciliationis, ipse vero non adiit recta Bithyniam, neque adeptam sedem occupavit: manet autem apud nos, velut nihil ipsius intersit, si quis etiam velut cum privato agat.

XXXVIII. Synesius bene habuit Alexandrum.

Ego igitur neque eminus in sacris legibus enutritus sum, neque jam mihi convenit multa didicisse, qui superiore anno nondum in numero fui. Cum autem sentiam sciens quosdam neque ipsos sibi sumere certam aliquam cognitionem, sed vereri ne ex ignorantia ad aliquam Ecclesiæ regulam offendant, & ob id omnino inhumanius ipsum Alexandrum tractari, & de incerta suspicione manifestam ignominiam hospitis dispergere, ut qui nec sub communi tecto ipsum tolerarint: neque reprehendi, neque imitatus sum ipsos. Nosti igitur quomodo feci, reverende Pater. In ecclesiam quidem ipsum non suscepi, neque sacramenti participem feci; domi vero æqualiter cum insontibus honoravi, qui meus etiam in indignis mos est: ubi quis ex his ædes meas accesserit amicus, cuivis in quovis opere & sermone honorem exhibendum existimo: delirare eos ducens, qui ægre ferunt, quod maternæ civitatis jura dejicio. Quamquam propter hoc omnium curas in humeros meos sublatas fero, & solus pro omnium otio occupatus sum. Verum bene mihi positum erit apud Deum, quod plus laboris, minus honoris habeo.

XXXIX.

Sed & Alexandrum hunc, cum quidem ad ecclesiam progredior, vellem me nusquam in foro videre: ubi enim contingit ut videam, alio verso oculos, & statim rubor per genas efflorescit: at ingressum atrium meum, & sub eodem tecto versantem, omnibus, quibus par est, honoro. Quid igitur tantum discors sum a me ipso privatim & publice, in neutro tempore faciens ea quæ mihi videntur? immo in altero concedo legi, in altero gratificor naturæ urgenti ad humanitatem: quamquam fere violarem naturam, si quid clare de lege nossem. Hæc sane ipsa est quæstio, ad quam oportet Apostolicæ successionis auctoritatem respondere simpliciter & clare, & hoc ipsum quod in omnibus, Alexandrum convenit censere Episcopum, an non? Hactenus ad Theophilum de Alexandro Episcopo Synesius(a) ad cujus eumdem Theophilum eadem rogantis iterata petitio extat. Quod vero hanc se dedisse epistolam tradit ad Theophilum scriptam post triennium a reconciliatione cum Episcopis qui erant ex parte Joannis: plane colligitur, ab eo hanc esse datam epistolam anno Domini decimo post quadringentesimum. Cumque de se fateatur in iisdem litteris, cum eas scripsit, nondum annum habere in Episcopatu: ejus electionem accidisse oportuit post biennium ab hoc tempore: agemus de ea suo loco, deque rebus ab eodem Synesio in Episcopatu præclare gestis.

(a) Synes. epist. 67.

XL. Communicatio peregrina.

Habes & hic, lector, symbola quædam communicationis illius, quam peregrinam dixere Patres, de qua superius, in recitata Synesii epistola satis expressa: nimirum quod cum illis, in iis quæ sunt naturæ, exhiberetur humanitas; in iis autem quæ sunt divinorum sacramentorum, severitas servaretur, communicatis hospiti quæ ad victum sunt necessaria, ne-

gatis vero quæ ad usum pertinent sacramentorum. Porro communicatio peregrina inde nomen accepit, quod eam impertiri soleret illis peregrinis, qui commendatitias litteras, quas antiqui canones (a) decrevissent, secum minime ferreut: quibus si muniti peregrinarentur, ab omnibus æque in omnibus & sacramentorum participatione recipi consueverunt. At licet ista curarit Theophilus, ut exules libere abire sinerentur; non tamen propterea meruit communionem Romani Pontificis, a qua privatus erat: nam ipse ab eo etiam illud requirebat, ut nomen Joannis in Diptycha restitueret: quod facere numquam consentit, ut suo loco pluribus dicendum erit.

(a) *Apost. can. 34. Concil. Antioch. c. 7.*

XLI. Leges Honorii contra hæreticos.

Hoc eodem anno Honorius Imperator, qui severis edictis hæreticos in Africa constitutos Manichæos & Donatistas (b) exagitarat, novo dato rescripto ad Porphyrium Proconsulem Africæ, liberos illos pœnis omnibus esse decernit, qui relicta hæresi ad fidem Catholicam se converterent. Alia insuper ad eumdem data lege (c) privilegia concessa Catholicis Ecclesiis stabilivit. Sed & sub eodem suo ipsius Consulatu septimo, adversus eos qui abstrahunt fugienres ad Ecclesiam, ut majestatis criminis rei haberentur, ad Jovinum Præfectum Prætorio rescripsit, ut ex sancti Gregorii Papæ epistola ad Joannem Defensorem data apparet, ubi eadem sanctio recitatur his verbis (d): *Fideli ac devota præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere. Sub hac videlicet definitione, ut si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se majestatis crimine esse retinendum. Dat. Kalendis Aprilis, Honorio septies, cum Theodosio tertio* Coss. Hæc apud Gregorium: ex quibus habes quod emendes in Codice Justinianeo, ubi (e) eadem sanctio sub duobus Constantiis Consulibus, seu Constantino & Constantio, data legitur: ☞ nisi potius ex Codice Justinianeo emendandos esse dicamus errores, qui in Gregorii epistolam irrepserunt; ut cum male jungitur Consulatus septimus Honorii cum tertio Theodosii: nam octavus illius cum tertio non cum secundo Consulatu hujus in Fastis ponitur. Sed & ex ipso Legis titulo, qui inscribitur utrobique Honorii & Theodosil, suademur ut inhæreamus lectioni codicis Justinianei: nam sub hoc septimo Honorii Consulatu Theodosium nondum imperare cœpisse, sed sequenti anno post mortem Arcadii, certum est. Adeo ut vel in Gregoril epistola corrigendum sit, ut loco septimi ponatur Honorii Consulatus octavus cum tertio Theodosii, vel sequenda sit lectio codicis Justinianei, ut sub duobus Constantiis lex illa sancita dicatur ☜.

(b) *l. 45. de hæret. Cod. Theod.*

(c) *l. 38. de Episcop. & Cleric. C. Theod.*

(d) *Greg. l. 15. ep. 54.*

Crimen majestatis, infringere jura Ecclesiæ.

(e) *l. 2. C. de his qui confug. ad Eccles.*

XLII. Irruptio Barbarorum in Gallias.

Hoc eodem anno Wandali & Alani aliis conjuncti barbaris, qui (ut dictum est) anno superiori pridie Kalendas Januarii, trans-

PAGIUS VIII. *Honorius consulit Ecclesiæ Africanæ.*

Ad num. XLI. Honorius *XVII. Kal. Decemb.* dedit legem Cod. Theod. 41. *de Hæreticis*, qua pœnitentibus seu conversis hæreticis per Africam, Donatistis, Manichæis, & similibus ab omni noxa absolvendos esse censet, & datis adversus hæreticos legibus non teneri. Quod ab *Honorio* constitutum occasione Concilii Carthaginensis *Id. Junii* hoc anno celebrati, quo Legatio ad eum pro defensione Ecclesiæ adversus Donatistas atque Paganos missa, ut videre est apud Baronium num. IV. Ad ejusdem Concilii postulationem data etiam ab eodem Imperatore eodem pariter die lex Cod. Theod. 38. *de Episcopis*, qua ad privilegia vetera Ecclesiis concessa, novum aliquod privilegium adjicit, *præcipuum ac singulare*, quemadmodum ipse loquitur, sc. ut Defensores Ecclesiarum & Ecclesiasticorum privilegiorum ex Advocatorum corpore constitui possint, quos arbitratu suo ipsi delegissent. Hoc illud est quod petierunt Patres Concilii Carthaginensis canone 97. Cod. Africani, in quo aiunt, placuisse, ut legati ab Imperatoribus peterent, *ut dent facultatem Defensores constituendi Scholasticos* (idest Advocatos), *qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum*. Fuit autem Defensor officii nomen quod gerebant Laici, qui Ecclesiæ jura in foro civili propognabant. Petavius in notis ad Epiphanium hæresi LXXII. referens illum canonem ait, verisimile esse diu ante Defensores extitisse. Verum ut notat Gothofredus in laudatæ legis commentario, liquet, id postulare ab Honorio tunc primum visum esse, indicare laudatam legem, cum de Episcopis sit: *Atque hoc ipsis præcipuum ac singulare deferimus*. Certe annis quinquennalibus & id genus solemniis addictis, qualis est iste, quo Honorius Quindecennalia celebravit, nova sæpe inducta fuisse, innumeris exemplis constat.

IX. *Quatuor Defensorum genera distinguenda.*

Cæterum cum his Defensoribus commisceri non debet aliud *Defensorum* genus, de quibus est Canon X. Concilii Carthaginensis, a Baronio anno CCCXCVIII. num. XXXIII. recitatus. Hi enim sunt Defensores, non *Ecclesiarum*, sed *pauperum*, licet utrosque Baronius ibidem confundat. Hinc Gothofredus laudatus recte observat, quatuor Defensorum genera hac ætate fuisse. Primo, Defensores *Civitatum*, seu plebis, de quibus lib. I. Codicis Theodosiani. Secundo, Defensores *Senatus*, de quibus ibidem. Tertio, Defensores *pauperum*, de quibus dicto Canone X. Quarto, Defensores *Ecclesiarum*, de quibus hac lege. De his quoque Cassiodorus lib. 1. Var. 30. lib. 3. Epist. XLV. lib. 9. Epist. XV. & Possidius in vita Augustini cap. 12. De Scholasticis legendus Gothofredus in Commentario leg. 2. Cod. Theod. *de Concussionibus Advocatorum*, ubi de illis singularia quædam habet.

X. *Alani, Hunni aliique Barbari in Gallias irrumpunt.*

Ad num. XLII. & seqq. Divus Hieronymus in Epistola XI. ad Ageruchiam viduam, quam hoc anno datam ostendit Baronius, scribit: *Innumerabiles, & ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, &, o lugenda Respublica, hostes Pannonii vastarunt. Etenim Assur venit cum illis, Magontiacum,* no-

transiro Rheno, in Gallias irrupere, eamdem infeliciter incursantes depasti sunt. Cujus anni clades a S. Hieronymo in epistola hoc annn ad Ageruchiam data, ita recensetur his verbis (a): *Præsutium miseriarum pauca percurram. Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti, sed Domini misericordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, VVandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, & (o lugenda Respublica!) hostes Pannonii vastarunt. Etenim Assur (b) venit cum illis. Moguntiacum nobilis quondam civitas capta atque subversa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Rhemorum urbs præpotens, Ambiani, Atrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitaniæ, novemque populorum Lugdunensis & Narbonensis provinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta: quas & ipsas foris gladius, & intus vastat fames. Non possum absque lacrymis Tolosæ facere mentionem; quæ ut hucusque non rueret, sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ jam jamque perituræ quotidie contremiscunt, recordantes irruptionis Cymbricæ; & quicquid alii semel passi sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, ne videar de Dei desperare clementia.* Hæc Hieronymus. Quod autem inter alias Galliarum urbium clades Rhemos a Wandalis referat devastatos; in

(a) Hier. ep. 12.

(b) Psal. 82.

PAGIUS

nobilis quondam civitas, capta, atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti; Rhemorum Urbs præpotens, Ambiani Attrebates, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitania, Novemque populorum, Lugdunensis & Narbonensis Provincia, præter paucas urbes populata sunt cuncta. Pannonii illi *Hunni* sunt, qui hoc tempore Pannoniam habitabant, & in varios populos divisi variis Regibus parebant. Fuere tamen aliqui, qui Pannoniorum nomine Francos intellexerint, quod Turonensis lib. 2. cap. 9. de Francis loquens, dicat: *Tradunt multi eosdem de Pannonia fuisse digressos: & primum quidem littora Rheni amnis incoluisse, dein transacto Rheno, Thoringiam transmeasse.* Verum Hieronymi tempore fabula illa, quæ Francos originem vel a Trojanis, vel a Pannoniis duxisse tradit, nondum fuerat excogitata; Imo ipsemet Hieronymus in vita Sancti Hilarionis Eremitæ diserte prodit, *Francos* diversos non fuisse ab antiquis Germanis. Hæc ejus verba, quando loquitus de quodam Franco a Dæmone per Hilarionem liberato: *Candida. ut Constantii Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis, indicans provinciam (inter Saxones quippe, & Alemannos gens ejus non tam lata, quam valida, apud Historicos Germania nunc vero Francia vocatur) antiquo, hoc est ab infantia possessus a dæmone, &c.*

XI. *Epistola Hieronymi ad Ageruchiam anno CCCCIX. data.*

Porro laudata ad *Ageruchiam* Epistola non hoc anno, ut putavit Baronius, sed verna tempestate anni quadringentesimi noni data, uti colligo ex ipsismet verbis, quæ ex eadem Baronius num. XLIV. refert: *Quis*, inquit in ea Hieronymus, *hæc credet? quæ digno sermone historia comprehendeat? Romam in gremio suo, non pro gloria, sed pro salute pugnare? Imo ne pugnare quidem; sed auro & cuncta supellectile vitam redimere? Quod non vitio Principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit proditoris, qui nostris contra nos opibus armavit inimicos.* Hæc enim verba in his tenebris clarissimam lucem mentibus nostris præferunt, ostenduntque primo, *Stilichonem* quando Hieronymus eas literas scripsit, jam interfectum fuisse; alioquin virum, penes quem summa rerum erat, proditorem non appellaret. Præterea Hieronymus ante annum sequentem perfidiam *Stilichonis*, scire non potuit, cum eo tantum anno ea in notitiam *Honorii* Imp. venerit, qui statim eum occidi jussit, quod die XXIII. mensis Augusti illius anni executioni mandatum. Ostendunt secundo, Romam jam ab *Alarico* Gothorum Rege obsessam fuisse; quod nonnisi anno illo CCCCVIII. exeunte contigit. Ostendunt denique *Romam* pecunia soluta obsidione jam liberatam fuisse, ideoque & eam Epistolam inchoato jam anno CCCCIX. ex Oriente missam esse. Tunc enim, ut ait Zosimus lib. 5. pag. 857. *Placuit ab Urbe solvi quinque millia pondo auri, argenti triginta millia, tunicarum sericarum quatuor millia, vellerum coccineorum tria millia, piperis tria librarum millia.* Serius autem quam verna tempestate Hieronymus eas litteras non dedit; alioquin *Attali* in Imperatorem electionem aliaque magis, quam quæ refert, memorabilia non tacuisset; præsertim secundam Romæ obsidionem, ejusque postea deprædationem die XXIV. mensis Augusti factam.

XII. *Evertitur fundamentum opinionis Baronii.*

Ut illam Epistolam cum præsenti anno Baronius alligaret, his verbis quæ in ea leguntur, motus est: *Olim a mari Pontico usque ad Alpes Julias, non erant nostra, quæ nostra sunt: & per annos triginta, fracto Danubii limite, in mediis Romani Imperii regionibus pugnabatur*, idest, pugnatum est; autumavit enim annos illos XXX. ab anno CCCLXXVI. quo Gothi ab Hunnis expulsi Danubium trajecere, & a Romanis suscepti sunt, inchoandos esse. At si Hieronymus ad annum illum respexisset, hanc Epistolam anno saltem superiori, quo anni illi XXX. completi fuere, scripsisset. Quare illa annorum summa proficiscitur ab anno CCCLXXIX. quo Gothi *Hunnis Alanisque permixti* e sedibus suis egressi sunt, & usque ad Alpes Julias excurrerunt, ut diserte scribit Ammianus in fine sui Operis, ubi Valentis Imp. morte narrata, de istis Barbaris ait: *Exinde digressi sunt effusorie per Arctoas provincias, quas peragravere licenter, ad usque radices Alpium Juliarum.* Barbaros illos eo anno Theodosium M. vicisse ostendi anno CCCLXXX. Bucherius in Belgio Romano lib. 13. cap. 7. sect. 2. scribit eas litteras datas *paulo ante vel circa autumnum anni CCCCIX.* sed eas verna tempestate exaratas proculdubio intellexisset, nisi secundam Urbis obsidionem, quam ad annum CCCCIX. pertinere infra demonstrabo, in annum insequentem male distulisset. Ea ergo Galliarum devastatio, & tot urbium ab Hieronymo ibidem me-

in eam sententiam me magis trahit, ut existimem, S. Nicasium ejus civitatis Episcopum una cum sorore Eutropia, & sociis esse martyrio coronatos, licet aliqui ad Hunnorum id referant tempora: quorum Acta passionis æque sub Wandalis ipsos esse passos habent; sed plane corrigenda in eo, dum Wandalos Paganos fuisse tradunt, quos liquet fuisse Christianos.

XLIII. De tempore illatæ cladis in Gallias.

Quod autem ita afflictatas memorat Gallias, & eadem mala extimescentes Hispanias S. Hieronymus tradit: plane hoc ipso anno se eam scripsisse epistolam, haud obscure demonstrat. Siquidem hic ipse est annus, quo, ex sententia Zosimi & aliorum, quæ dicta sunt, in Galliis acciderunt; quando & Wandali cum Alanis jam cogitabant Hispanias. Quod etiam confirmatur ex iis, quæ idem Hieronymus subdit his verbis: *Olim a mari Pontico usque ad Alpes Julias non erant nostra quæ nostra sunt: & per annos triginta, fracto Danubii limite, in mediis Romani Imperii regionibus pugnabatur. Aruerunt præ vetustate lacrymæ: præter paucos senes, omnes in captivitate & obsidione generati, non desiderabant, quam non noverunt, libertatem.* Cum igitur ita S. Hieronymus triginta numeret annos ex barbarorum irruptione facta (ut suo loco ex Ammiano(a) superius dictum est) Valente quintum Consule cum Valentiniano Juniore, anno Domini trecentesimo septuagesimosexto, usque ad tempus ejus ab ipso scriptæ epistolæ; plane hoc anno eam datam fuisse, apparet.

(a) Amm. lib.31.

Sed

PAGIUS

memoratarum subversio, non intra unicum annum, ut arbitratus est Baronius, sed per triennium continuatæ. Ac *primum*, ut habet Salvianus lib. 7. de Gubernat. *Gens Vandalorum a solo patrio effusa est in Germaniam primam, nomine Barbaram, ditione Romanam*. Secundo, *post cujus primum exitium, arsit regio Belgarum*. Tertio, *deinde opes Aquitanorum luxurientium*. Quarto, *& post hoc corpus omnium Galliarum; sed paulatim id ipsum tamen; ut dum pars clade atteritur, pars exemplo emendaretur*. Ubi tamen Salvianus ea etiam comprehendit quæ usque ad annum CCCCXI. quo Alani & Vandali mense Septembri in Hispaniis se se recluserunt a Barbaris in Galliis gesta sunt; adeo ut ea quæ ex eadem Hieronymi Epistola mox retulimus, intra diem ultimum anni CCCCVI. & vernum tempus anni CCCCIX. acciderint; quæ Bucherius laudatus suis annis assignare conatus est.

XIII. Hunni strages in Galliis sexies edidere.

Quia vero *Hunni* ab anno CCCLXXXIII. ad CCCCLI. quo *Attila* Hunnorum Rex ab Aetio victus Gallias deserere coactus est, sexies Gallias afflixere, & recentes Historici, quod in una vastatione contigit, alteri sæpe adscripsere, operæ pretium esse duximus, eas accurate distinguere. Primum *Hunni in* Gallias venere anno CCCLXXXIII. ut videre est apud Baronium eo anno num. II. evocati a Gratiano Imp. vel post mortem ejus a Banthone Comite adversus *Juthungos*, qui Rhætias populabantur. Cum enim *Maximus* tyrannus, qui in Galliis imperabat quereretur, quod *Bantho comes Barbaros sibi immisisset*, Divus Ambrosius legatione pro Valentiniano Gratiani interempti fratre fungens excusavit, quod non contra ipsum, sed *adversus Juthungos* acciti essent, & fratrem laudavit, quod cum ipse Maximus *Barbarorum stipatus agminibus* Italiæ se infunderet, *Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit*, ut loquit Ambrosius lib. 7. Epist. 26. Hunnos tunc aliquas strages in Galliis aut populationes edidisse, nullus Antiquorum prodidit; infesta tamen gens vix se ab eis cohibere poterat. Henschenius ad diem XIII. mensis Maji, in vita Sancti *Servatii* Tungrorum Episcopi cap. 2. refert Acta hujus Sancti ab Haerigero Abbate Lobiensi conscripta; in quibus dicitur, Hunnorum clade imminente, Sanctum Præsulem, ut Tungrensem deprecaretur, Romam profectum esse, consulto in itinere Sancto *Auctore* Metensi Episcopo, & post *Servatii* mortem Hunnos quam plurimas Galliæ civitates præter Tungrensem & Metensem evertisse, existimatque, ea intelligenda esse de hoc primo Hunnorum in Gallias advento & impetu. Verum hæc contigisse in irruptione Attiliana, quæ sexta fuit, Harigerumque, qui primum *Servatium* cum secundo confundit, deceptum, cum de illa irruptione loquemur, demonstrabimus.

XIV. Secunda Hunnorum in Gallias irruptio.

Secunda *Hunnorum* irruptio eo Galliis luctuosior fuit, quo *Vandali*, aliique Barbari ab Hieronymo citato memorati eodem tempore urbes cæde & incendiis vastarint. Ea irruptio ad præsentem annum vel saltem ad superioris diem ultimum pertinet. Quia vero Salvianus lib.6. de providentia de urbe Trevirensi loquens ait, *Quadruplici eversione est prostrata*, Baronius n. XLVI. Brouverus lib.5. Annal. Trevirensium, aliique passim prius Trevirorum excidium hoc anno contigisse, Hieronymum innuere arbitrantur. Verum Hieronymus, qui cladis Moguntiaci ad Rhenum siti & Argentorati parum ab eo distantis meminit, Trevirensem urbem, quæ quamdiu stetit, Galliarum Metropolis fuit, non prætermisisset. Secundo, Augusta Trevirorum non ab Hunnis aut Vandalis, sed a Francis prima vice eversa, ut ex his Turonensis lib. 2. cap. 4. verbis colligitur: *Treverorum civitas a Francis direpta, incensaque est, secunda irruptione*, anno scilicet CCCCXI. Quod si prima hujus Urbis devastatio a Francis facta non fuisset, de secunda non ita loqueretur Turonensis. Tertio, postquam primum hæc urbs direpta fuit, sedes Præfecti Prætorio Galliarum Arelatem translata, est, & hæc urbs Metropolis Galliarum appellata; hæc autem translatio tardius differri non potest quam in annum CCCCII. ut eo anno ostendimus. Quare Treviris anno CCCXCVIII. aut insequenti, non vero anno CCCCVI. ut Brouverus, aut currenti, ut vult Baronius, incendio deformata. De quatuor aliis Hunnorum irruptionibus, annis quibus accidere, verba faciemus.

XV. S. Nicasius in irruptione Hunnica occisus.

Sanctum Nicasium Episcopum Rhemensem & sanctam *Eutropiam* ejus sororem in hac Vandalorum grassatione, dum in urbem Rhemensem irrumperent, ab iisdem jugulatos fuisse, quod ambo plebem Dei ad coronam Martyrii piis exhortationibus animarent, tradit Baronius num. XLII. ex Actis eorum Passionis ad diem XIII. mensis Decembris apud Surium Tom. VII. Verum in Actis illis, quemadmodum & apud Flodoardum lib. 2, cap. 6. & seqq. ex quo Acta il-

XLIV. Stilicho Romani Imperii proditor.

Sed & hæc cuncta facta esse Stilichonis proditione, præter illa quæ dicta sunt, hæc ex eodem S. Hieronymo auctore accipe: *Quis* (inquit) *hoc credet? quæ digno sermone historia comprehendent? Romam in gremio suo, non pro gloria, sed pro saluta pugnare? immo ne pugnare quidem, sed auro, & cuncta suppellectile vitam redimere?* Alludit ista dicens S. Hieronymus ad summam auri a Romanis operа Stilichonis Alarico persolutam: sed pergit: *Quod non vitio Principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit proditoris*, nempe Stilichonis, *qui nostris contra nos opibus armavit inimicos:* dum scilicet suasit dari barbaris (ut dicemus anno sequenti) a Romanis stipendium. Et inferius idem post deploratum præsentem Imperii statum, ista ad eumdem Stilichonem alludens, subdit: *Et hæc ipsa quæ dixi; periculosa sunt tam loquentibus, quam audientibus, ut ne gemitus quidem liber sit: nolentibus, immo nec audentibus nobis flere quæ patimur.* Hæc ipse, plane significans minime licuisse, timore Stilichonis habenas Imperii moderantis, publicas lugere miserias. Sed quomodo vindex tandem sequenti anno Olympius vir maxime pius insurrexerit, ipsumque Stilichonem occidendum curarit, dicemus anno sequenti.

XLV.

Ne putes autem alium aliquem, quam Stilichonem S. Hieronymum illis verbis insimulasse; audi, quid de eodem Rutilius (a) cecinit:

(a) Rutil. Itiner. l. 2.

Quo magis est facinus diri Stilichonis acerbum,
Proditor arcani qui fuit Imperii.
Romano generi dum nititur esse superstes,
Crudelis summis miscuit ima furor.
Dumque timet quicquid se fecerat ipse timeri,

Im-

PAGIUS.

illa desumta, *Vandalorum* nomine *Hunni* denotantur, ut tam ex illis quam ex Flodoardo manifeste deducitur, ubi Vandali illi *Pagani* appellantur; cum Vandali Christiani, sed sectæ Arianæ addicti fuerint. Quare *Nicasius*, ejusque socii Martyrium fecere anno CCCCLI, quo *Attila* Hunnorum Rex Gentilis varias Galliæ urbes prostravit, Ecclesiamque Gallicanam afflixit. Flodoardus ibidem cap. 8. & Vandalos cum Hunnis confundere evidenter ostendit, cum loquens de aliis Sanctis in ea persecutione passis ait: *Sub eadem Vandalorum vel Hunnorum persecutione, quidam Dei servus*, &c. Quid clarius dici potest? Chiffletius in secunda parte Paulini Illustrati cap. 17. observavit, Gethicas ac Scythicas gentes omnes, a mille & centum fere annis uno Vandalorum nomine apud Scriptores vocari, ea forte inquit, ex causa, quod hi non in Romanum modo imperium; sed etiam in Rempublicam Christianam cæteris truculentius deszvierint, & universam Europam terrore sui nominis compleverint. Aliam hujus rei rationem affert Grotius in Prolegom. ad Hist. Gothorum, Vandalorum & Langobardorum pag. 24. & seqq. Existimat is *Vandalorum* voce eos significari, qui non certis se se sedibus tenent, sed nunc huc, nunc illuc ambulant. idque nosse omnes, qui Germanicum sermonem. Unde, inquit, Vandalorum appellatio tam late patere potuit, quam ipse vagandi, ac aliena occupandi mos, quo factum, ut Visigothi, qui Narbonensem Galliam tandiu tenuere, Aimoino sint *Vandali*: idem in Rhætis Vindelicis: idem in Gallis, quos *VValones* Germani pronunciabant, contractu ex Vandalis vocabulo. Nam quod alii *VVandalen*, id alii elisis literis duobus, *VValen* dicunt, id autem est vagari. Ita Grotius.

XVI. Omnes Barbari a mediæ ætatis Scriptoribus Vandali dicti.

Verum utrumque ratio fugit, cur Barbari omnes *Vandalorum* nomine abusive dicti fuerint. *Vandali* itaque qui anno CCCCIX. Hispaniæ partem occuparunt, postquam postea *Africam* sibi subjecere, cæteris populis, longe notiores fuere quam Gothi, Suevi, aliique Barbari. Præter quam quod eam potiorem Hispaniarum partem occupassent, universam, uti etiamnum, *Vandalous* nomine & corrupte *Andalus* appellarunt. Neque enim huic tantum Provinciæ, quam Hispani hodierni *Andalusiam* nuncupant, sed toti continenti illius regionis nomen illud attribuerunt. Occurrunt in Auctoribus, qui VIII. IX. & X. Sæculo vixere, innumera loca, quibus docemur eos Hispaniarum *Mauros* Vandalorum nomine insignisse; quod mirum videri non debet; cum ipsi Mauri Hispanias incolentes se ipsos *Andalos* dicerent. Illud tamen nomen omnibus Barbaris non datum, nisi diu postquam veri Vandali devastationibus suis notissimi fuere. Sic *Hunni* ab Hincmaro cap. 27. Epist. 5. anno MDCII. Moguntiæ editæ, & in antiquis Martyrologiis, ac in Actis Sanctorum Martyrum, Antidii Bisuntini, Desiderii & Valerii Lingonensium, Florentini & Hilarii Sedunensium in Æduis, aliorumque, qui per quintum a Christo sæculum in Galliis, fecere martyrium, a *Vandalis* passi memorantur, quamvis eos ab *Hunnis* quoque ac Alanis, aliisque Barbaris sublatos esse constet.

XVII. Id magis probatur.

Observavi etiam *Saracenos*, qui ante octavum Sæculum Hispanias Galliasque ingressi non sunt, Vandalorum nomine vocatos fuisse. Sic in vita Sancti Ebbonis Episcopi Senonensis, Auctore Anonymo, quem Sæculo X. vixisse conjicit Mabillonius, qui eam recitat parte prima Sæculi III. Benedictini, num. VII. legitur: *Eo tempore gens Vandalorum suis confinibus egressa, Galliam profligatura prosilit, quæ per Orbem dispersa hostili immanitate strages non modicas dedit*, & Senonas obsidione cinxit: qua eam urbem Sanctus *Ebbo*, qui circa annum DCCXLII. e vivis excessit, liberavit. Ubi *Vandalorum* nomine Anonymus Saracenos intelligit, ut recte ibidem vidit Mabillonius. Cum hoc Anonymo consentit Auctor Chronici ex codice Petaviano editi a Duchesnio Tom. III. pag. 340. in quo habetur: *Gens impia Vandalorum Galliam devastare cœpit, quo tempore destructa Ecclesia, subversa monasteria, capta urbes, desolata domus, diruta castra, strages hominum innumera facta, & multus ubique humani generis sanguis effusus est. Ea tempestate gravis per totam Galliam detonabat, Vandalis omnia flammis & ferro proterentibus, pervenientesque Senonas Civitatem, cœperunt eam omni arte, jaculis & machinis infestare; quod cernens Præsul ejusdem Urbis Ebbo nomine, exiens de civitate cum suis, fretus divina virtute exterminavit illos ab Urbis obsidione, fugientibusque illis persecutus est eos, usque dum egrederentur de finibus suis.* Certe Scriptores mediæ ætatis, Barbaros tam parum notos habebant

Immisit Latia barbara tela neci.
Visceribus nudis armatum condidit hostem,
Illatæ cladis liberiore dolo,
Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat:
Et captiva, prius quam caperetur, erat.

Hæc Rutilius, & alia quæ subdit aperte absque verborum involucro de Stilichone proditore: de quo adhuc viven-

te hoc anno, quo S. Hieronymus eam scribebat epistolam, ne secreto quidem fari absque metu licebat.

XLVI. Sed quod ad Galliarum cladem pertinet, consentit utique S. Hieronymo Salvianus (*a*), ubi ait: *Non enim agitur jam in Maguntiacensium civitate, quæ jam excisa & deleta est: non enim Agrippinæ, sed quia hostibus plena: non agitur Trevirorum urbe excellentissima; sed quia quadruplici eversione est pro-*

(*a*) *Salvi. de vero judicio l.6.*

PAGIUS bant, at Ulmarus Monachus Cœnobii Vedastini narrans Inventionem corporis Sancti *Vedasti* Episcopi Attrebatensis, quæ anno octingentesimo quinquagesimo secundo contigit post Normannorum in Galliam Comatam irruptionem, *Normannos* cum Gothis confundat: *Videres*, inquit, *totam florere Provinciam, & quasi post diluvium Getarum tripudiare Franciam. Gaudebant omnes, lætabantur universi, ac si conspicerent ipsum in corpore venisse Vedastum.* Sed redeo ad S. Nicasium, de quo Baronius hoc anno.

XVIII. *Nicasius Lupo, Aniano & Servatio coætaneus.* Flodoardus manifestius indicare non potuit, Sanctum *Nicasium* anno CCCCLI. in persecutione Hunnica sub Attila martyrio coronatum, quam cum cap. 6. scripsit: *sub hujus tempestatis turbinem, gloriosi renitebant in Galliis inter Episcopos viri, Sanctissimus Rhemorum præsul Nicasius, & beatissimus Aurelianensium Pontifex Anianus: Sanctus quoque Lupus Trecassinus, & beatus Servatius Tungrensis Antistes, aliique nonnulli virtutibus insignes: qui hanc indignationis Dei suis meritis ac precibus iram Dei differre certaverunt.* Anianum civitatem Aurelianensem ab Attilæ direptione liberasse, & Lupum Attilæ occurrisse ac pro patria intercessisse, ostendit Baronius anno CCCCLI. num. XLI. & seqq. *Servatium* vero hujus nominis secundum eo Christi anno, dum *Attila* in Galliis sæviret, ad Deum migrasse, eodem anno visuri sumus, quare cum, Flodoardo teste, Sanctus *Nicasius* celeberrimis illis Præsulibus coævus fuerit, non dubium, quin *Attila* Gallias depopulante, cum *Eutropia* sorore, aliisque quibusdam occubuerit, & quin in Chronico Sigeberti ac Chronico brevi Rhemensi a Labbeo Tom. I. Biblioth. edito, *Nicasii* martyrium, recte referatur ad cladem Attilianam, ubi tamen perperam conjungitur cum anno CCCCLIII. Præterea in eodem Chronico Rhemensi errore librarii Nicasius dicitur decollatus *XVIII. Kalend. Janu.* loco *XIX. Kalend. Janu.* cum enim die XIV. Decembris passum esse habent martyrologia. Dies tamen ejus martyrii neque a Flodoardo neque ab Auctore Actorum citatorum memoratur, nisi quod Flodoardus ait solemnitatem ejus *XIX. Kal. Januarii* celebrari, & dies festivus Sanctorum sæpe a die eorum obituali diversus, licet utrumque Scriptores male inter se quandoque confundant, uti fit ab isto Chronographo.

XIX. *Opinio contraria refellitur.* Porro Flodoardus, qui magis in historia Ecclesiæ suæ Rhemensis, quam in universali versatus erat, cap. 6. scribit: *Meminit hujus barbaricæ persecutionis beatus Hieronymus scribens ad quandam adolescentulum viduam Ageruchiam nobilem*, & postea recitat locum Hieronymi citatum de ingressu Vandalorum, & aliorum Barbarorum in Gallias. Ex quo Baronius, Colvenerius in notis ad Flodoardum, San-Marthani in Gallia Christiana, & alii passim fundamentum etiam desumsere existimandi *Nicasium* hoc anno occisum esse. Cum tamen hic error corrigi debuerit, non vero quæ Flodoardus recte scripsit, uti falsa rejici. At, inquit Colvenerius, si *Nicasius* paulo ante pugnam Catalaunicam anno CCCCLI. habitam ab Hunnis interfectus fuisset, ab eo Christi anno ad CCCCLXX. quo Sanctus *Remigius* ad Episcopatum promotus est, intra sexdecim aut septemdecim annos Ecclesia Rhemensis quatuor Antistites vidisset. Verum frivola illa ratio, cum ab anno DXXIII. usque ad annum DXXXVII. sex Romani Pontifices extiterint. Ait præterea Colvenerius, parcendum esse Flodoardo, quod *Nicasium* Lupo Trecensi æqualem crediderit, quia id ei Hincmarus Episcopus Remensis persuasit. At inde quod scripsit Flodoardus de tempore Martyrii *Nicasii*, non infirmatur, sed magis corroboratur; cum Hincmarus de rebus suæ Ecclesiæ optime edoctus fuerit, & in Epistola ad diœcesis Remensis Episcopos & regni Primores data cap. XVII. diserte testetur, sanctum *Nicasium* Romanorum Episcopum *tempore VVandalorum*, & *eodem tempore* sanctum Anianum suas Ecclesias non deseruisse. Ubi etiam Hincmarus Hunnos appellat Vandalos.

XX. *Servatius II. Nicasio coævus.* Longe magis eo Hieronymi loco abusus est Harigerus Abbas Lobiensis in gestis Pontificum Tungrensium, ubi de Sancto *Servatio* Tungrorum Episcopo verba faciens, scribit, *Hunnis* Gallias vastantibus *Servatium* Trajecti mortuum esse: super hujusmodi vero cladem Hieronymum fumere lamentum in Epistula ad *Ageruchiam*. Ac præterea *Servatium* Lupo Episcopo Trecensi, & Athanarico Gothorum Regi æqualem facit, cum tamen *Athanaricus* anno CCCLXXXI. ut suo loco ostendi, obierit, *Lupus* anno CCCCXXVII. Episcopatum Trecensem consecutus sit, & Hieronymus eam ad *Ageruchiam* Epistolam anno CCCCIX. dederit. Quis hujus fabulatoria dicta inter se conciliare poterit? Et tamen is usque ad annum circiter MVII. vitam produxit, videratque quæ Flodoardus, qui anno DCCCCLXVI. vivere desiit, de Sancto Servatio scripserat. Flodoardus de *Servatio II.* sermonem habet; ille vero hunc cum Servatio primo confundit, & quod mirum est, Ecclesiam Tungrensem unicum habuisse *Servatium*, ante Hadrianum Valesium, qui hunc vulgarem errorem refellere cœpit, omnibus persuasit. Immo postquam hic errorem illum indicavit, Henschenius, qui in diatriba de *Episcopis Tungrensibus*, unicum Servatium agnoverat, postea & in vita Sancti Servatii ad diem XIII. mensis Maii, & in Exegesi de Episcopis Tungrensibus, præfixa Tomo VII. SS. mensis Maii, priorem suam sententiam corroborare, & Valesium confutare conatus est. Communis tamen hic error, quem Valesius ex animis evellere non potuit, in hoc Opere nobis tollendus est, quia, ut infra videbimus, ab eo in non paucis historia labefactatur. *Servatio* itaque hujus nominis primo, quem Concilio Coloniensi anno CCCXLVI. ha-

strata, &c. Quin & ipsam quoque tandem Tolosam captam a barbaris, deplorat Rutilius, ubi agit de suo Victorino Tolosano (*a*):

(*a*) Rutil. Itiner. l. 1.

Victorinus enim, nostra pars maxima mentis,
Congressu explevit mutua vota suo.
Er-

PAGIUS

bitn intrisuisse constat, incerto anno demortuo, ad Tungrensem sedem evectus est *Servatius* hujus nominis II, circa annum CCCXCIX. Eo enim anno Sigebertus in Chronico scribit: *In Gallia Severinus Agrippinensis agnoscitur, Servatius quoque decimus Tungrensis Episcopus*. In Catalogis Episcoporum Tungrensium, in quibus unicus *Servatius* memoratur, ordine etiam *Decimus* dicitur. Verum catalogi illi non de Servatio primo ut hactenus factum, sed de Servatio secundo interpretandi; de eo enim tantum locuti sunt Martyrologi, & de eo etiam Ecclesia Leodiensis, quo sedes Episcopalis translata fuit, Officium Ecclesiasticum celebrat, estque immediatus decessor Sancti *Agricolæ*, qui inter Episcopos Tungrenses undecimus fuit; licet Leodienses arbitrentur, unum tantum *Servatium*, cui quæ ab utroque gesta attribuant, Ecclesiæ suæ præfuisse, eumque non hoc, sed superiori seculo vixisse.

XXI. *Duo Servatii Tungrenses Episcopi distinguendi.*

In rebus Ecclesiam Tungrensem & Leodiensem spectantibus magnam fidem adhibendam esse Sigeberto, fatetur Henschenius in Exegesi citata cap. 5. ubi ex antiquis Gestis Abbatum Gemblacensium apud Miræum, in procemio Chronici ipsius Sigeberti hæc verba refert: *Mnum probitate & scientiæ multiplicitate laudabilis, & gratus sui temporis sapientibus, in cœnobio S. Vincentii Martyris juxta Metas diu conversatus, sapientia sont patens erat, non solum Monachis; sed & Clericis undique confluentibus. Quem reversum ad proprium Canobium Gemblacense frequentarunt majores natu, excellentiores gradu, acutiores sensu, qui erant in urbe Leodiensi*. Obiit Sigebertus anno MCXIII. qui iden quæ Flodoardus, Harigerus, Jucundus Presbyter, qui vitam Sancti Servatii sesqui seculo & amplius post Harigeri mortem composuit, & novis fabulis auxit, Auctor Anonymus in vita Sancti Servatii a Vincentio Bellovacensi lib. 10. Speculi Historialis cap. 39. citatus aliique de *Servatio* conscripserant, legerat, & examinarat: & tamen *Servatium* anno CCCXCIX. floruisse, & *Attila* Gallias devastante mortuum esse memoriæ mandavit. Quare intellexit, *Harigerum* recte quidem prodidisse ex ports Anonymn, quem is laudat, æqualem fuisse *Lupo* Trecensi Episcopo, idroque & *Nicasio* Rhemensi ac *Aniano* Aurelianensi, sed perperam Servatium coætaneum credidisse Athanarico Gothorum Regi, ac seculo superiori vita functum. Hos vero omnes Sigebertum legisse, ex eo patet, quod fabulam de cognatione Servatii cum illis, qui erant de familia Jesu Christi, quam *Harigerus* dubitanter proponit, & quam Jucundus Presbyter non solum amplexus est, sed etiam magis amplificavit, ipsemet Sigebertus ad annum CCCXCIX. etiam secutus est. Hinc itaque liquet, duos Servatios distinguendos, quorum prior seculo superiori, alter hoc seculo vixit; de priori nec Flodoardus nec Sigebertus locuti sunt, quia hic Chronicon suum ab anno CCCLXXXI. auspicatus est, ille vero nonnisi obiter Servatii secundi meminit, quod primus ad rem suam non faceret.

XXII. *Prior Servatius nunquam Officio Ecclesiastico cultus.*

Imo de priori *Servatio*, neque in Kalendariis, aut Martyrologiis, aut Chronicis aliqua mentio est, aut quod nulla de eo Acta edita fuerint sicuti de secundo, aut quia similitudo nominis, ac vicinitas temporum, quibus floruere, in causa extitit, ut in unum confusi fuerint. Nec mirum accidere debet, quod Ecclesia Tungrensis, ac postea Trajectensis & Leodiensis, in quas sedes Episcopalis translata, singulariter eum non celebrarint; cum id contigerit multis aliis Sanctis Episcopis & Illustribus Martyribus, quorum nomina in nullis Martyrologiis leguntur, & Officio Ecclesiastico nunquam culti sunt; cum etiam contigerit, ut unius Ecclesiæ Martyres aut Episcopi in aliena Ecclesia Officio Ecclesiastico cohonestati fuerint, qui tamen nullum in propria cultum unquam habuere. Præterquam quod in veteribus Kalendariis paucorum nomina olim describebantur, ut ostendunt Kalendarium Bucherianum, Kalendarium Carthaginense a Mabillonio publicatum, & Sacramentarium Divi Gregorii Magni, in quibus licet habeantur nomina eorum omnium quorum festivitas aut Romæ aut Carthagine celebrabatur, eorum tamen numerus valde exiguus est. Henschenius, qui vulgarem de uno Servatio sententiam tuetur, in Commentario prævio ad vitam S. Servatii cap. 3. ejus mortem in annum CCCLXXXIV. confert, quod Vendelinus cap. 7. Legum Salicarum asserat se legisse *in antiquissimo Trajectensi Ecclesiæ pictario*, eum vita functum esse die *Maii tertia decima, feria Pentecostes secunda*, qui characteres congruunt in eum Christi annum, quo Dominica Pentecostes in XII. Maii incidit. Verum vana hæc observatio; ejus enim Auctor *Servatium* primum cum secundo confundit, cum dies XIII. mensis Maii in Martyrologiis notatus pertineat ad Servatium secundum, non vero ad primum, cujus nomen uti jam dixi nullo adscriptum est Martyrologio. In eo etiam Henschenius, & qui hanc Notulam scripsit, errarunt, quod diem cultus Sancti Servatii pro die mortis ejus, qui a nullo Antiquo memoratur, usurparint. Annus itaque emortualis prioris *Servatii* prorsus incompertus, isque non *decimus* Tungrensis Episcopus, ut credidit Henschenius, sed septimus aut octavus, cum inter utrumque Servatium unus aut alter Episcopus sedisse videatur. Certe paucissimæ in Galliis Ecclesiæ anno CCCXLVI. quo *Servatius* I. Ecclesiam Tungrensem regebat, septem vel octo Episcopos numerare possunt. Hinc non discedam, quin moneam utriusque *Servatii* in unum confusionem medio seculo undecimo omnium fere animos occupasse, ideoque mirum non esse, si sequentibus seculis error ille invaluerit. Chapeavilla enim loquens de Synodo Moguntina a Leone IX. Papa anno MXLIX. celebrata Tom. II. in Notis cap. I. scribit: *Hac Synodo Imperator* (Henricus scil. III.) *proposuit coram Sancta Synodo de legenda Sancti Servatii Leodiensis* (seu Tungrensis) *Episcopi, de gestis ejus ac supputatione annorum, quæ omnia facta diligenti discussione, ut pie credenda, sunt Synodali decreto confirmata. Joannes Presbyter Chronico Gemblacensi, Bruslem & alii*. Quare tunc sicuti & hodie Leodiensibus persuasum erat unicum, tantum fuisse Servatium. Quam opinionem tandem abjectum iri non dubito. Anno CCCCLI. rursus de Servatio II. agemus. Porro Chapeavilla in Præfatione ad Tom. I. testatur *Joannem Presbyterum*, & *Joannem Bruisthemium* scripsisse de Episcopis Leodiensibus, & illum vixisse circa annum MCCCL. hunc vero circa annum MDXL.

Errantem Tuscis considere compulit agris,
Excolere externos capta Tolosa lares.

Hæc Rutilius: qui & ipse iisdem barbaricis bellis coactus e Gallia patrio solo fugere, reversurus tandem per mare navigans, Itinerarium illud suum metro cecinit. Ejectos autem fuisse Romanos magistratus a Gallis ipsis in barbaros arma sumentibus, testatur Zosimus (a). Sed Salvianus luget suos Gallos (quod deterius est) hisce flagellis haud moribus emendatos, verum deteriores redditos esse: hæc autem ipsum fusius scribentem tu ipse consule. Nos vero jam ad anni sequentis res gestas enarrandas progrediamur.

(a) *Zosim. l.6.*

JESU CHRISTI ANNUS 408. | INNOCENTII PAP. ANNUS 7. | HONORII 14. THEODOSII 1. IMPP.

I. *Arcadii Imp. obitus.*

ANno a Christo nato quadringentesimooctavo, Basso & Philippo Conss. Kalendis Maii, Arcadius Imperator offensi numinis indignationem ob Joannis Chrysostomi persecutionem expertus, ex hac vita morbo subripitur, prematu re quidem, annum tantum ætatis agens trigesimumprimum, cum imperasset una cum patre annos duodecim, post obitum vero patris tredecim, menses tres, & dies quindecim: testantur hæc quidem de tempore obitus Prosper & Marcellinus in Chronicis; nec non Socrates (b). Reliquit autem post se filios Theodosium, Pulcheriam, Arcadiam, & Marinam.

(b) *Socr. l.6. c.23.*

Ann. Eccl. Tom. VI. Yyy 2 Quod

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5901.

SÆC. V. ☉ 25. ED. ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 6.

Anno Eræ Hispan. CCCCXLVI. JESU CHRISTI 408.

INNOCENTII PAPÆ 8.

HONORII IMP. 16. & 14.

A.C. 408. THEODOSII JUN. 7. & 1.

I. *Consules.*

[1] COSS. *Anicius Bassus & Fl. Philippus* ex Epitaphio recitato a Reinesio in Syntagm. Inscript. pag. 543. prior Occidentalis, ut nomen ejus familiæ ostendit; secundus Orientalis, idemque, ut videtur, cum *Philippo* Præfecto Prætorio Illyrici anno CCCCXXI. ad quem Theodosius Jun. inscripsit legem 45. Cod. Theod. *de Episcopis*.

II. *Moritur Arcadius Imp.*

Ad num. I. *Arcadium* Imp. hoc anno vitam cum morte commutasse, inter omnes convenit; sed de die ac mense mortis ejus controversia versatur: Zosimus enim lib.5. pag. 821. ait mortem ejus accidisse *ante diem X. Kalend. Septembr.* Theophanes *XI. Kalend. Septemb.* verum standum omnino Socrati tam in fine lib.6 quam initio lib.7. Theodoro lectori in fine lib. 2. & Auctori Miscellæ, qui eum *Kalendis Maii* vita functum tradidere. Quod & ex Theophane deducitur, qui ait *Arcadium* post patris Theodosii obitum *annis XIV. tribus mensibus & diebus XIV.* tenuisse Imperium, *postquam cum patre jam annis duodecim, potestatem exercuisset*. Ubi si loco, *annis XIV.* legas, *annis tredecim*, ut non dubito Theophanem scripsisse, habebis eum prima die Maii currentis anni supremum diem obiisse; cum die XVII. mensis Januarii anni CCCXCV. Theodosio Magno patri successerit, & Theophanes diem ejus emortualem, ut sæpe fit, excluserit. Quare hæc nota temporaria *XI. Kalend. Septemb.* in Theophanem intrusa, & Zosimus, quæ ad Stiliconem, *X. Kal. Septemb.* mortuum attinent, Arcadio perperam tribuit. Socrates, qui lib.6. cap.23. refert Arcadium post patris obitum annis XIV. imperasse, ultimum annum incompletum pro completo numerat. *Theodosium filium obtenem-*

a   *reli-*

NOTÆ [1] COss. *Anicius Bassus & Fl. Philippus*. Lapis ad D. Agnetis extra muros urbis Romæ apud Fabrettum pag. 168. n. 320.

DEPOSITA. SUSANNA. IN. PACE.

X ϛ II. KALENDAS. NOBEMBRES

CONSULATU. ANICI. BASSI. ET
FL. FYLIPPI. VV. CC.

Sigla ϛ, quæ ut constat, pro numero *Senario* a veteribus accipiebatur, hoc loco pro numero *quinario* sumenda, aut scalptoris mendum est; nam *mense Octobri* Kalendæ mensis insequentis initium habent a XVII. Kal. quum Idus die XV. ejusdem mensis occurrant. Apud Reinesium pag. 943. perperam exscriptum est XIII. omissa sigla ϛ. Inscriptiones Basilicæ S. Pauli n. 255.

NON. FEB. CON. FLIPI.

De *Flavio Philippo* Præfecto Urbis, vetus lapis in hortis Barberinis apud Contelorium; item apud Fabrettum pag. 300. alius de *Anicio Auchenio Basso*, *Quæstore candidato*, *Prætore tutelari*, *Proconsule &c.* Fasti Idatii, Prosper, & Marcellinus: *Basso & Philippo*. Ita & Paschalis laterculus in fine Gennadii. Zosimus lib. V. *Exacto autumno quum hyems cœpisset, Bassus & Philippus consules designati sunt*.

Quod vero sciret Arcadius, Honorium fratrem sibi esse perinfensum; timens ne insidias post suum obitum Theodosio puerulo moliturus esset, eumdem Regi Persarum, quocum fœdus inierat commendatum reliquit: de quo apud Joannem diaconum, qui Paulus falso inscribitur, ex Theophane hæc habentur (*a*): *Arcadius itaque cum se mori cerneret, videns Theodosium filium parvulum esse (erat enim annorum octo) considerausque ne a quoquam insidiis appeteretur (hunc Imperatorem appellorat *) ei curatorem per testamentum fore statuit Isdegerdem Regem Persorum. Isdegerdes autem Arcadii testamento suscepto, paceque sine invidia erga Romanos usus, Theodosio Imperium conservavit; & Antiochum quemdam mirabilem ac rationabilem virum ei tutorem & pædagogum mittens, hæc Romano Senatui scribit:*

(*a*) Paul. diac. l. 13.

* appellaverat etiam.

III. Regis Persarum litteræ pro Theodosio.

Arcadiu dormiente, neque curatorem filis constituente, qui suppleat locum meum direxi. Ne quis ergo insidias puero conetur; ne prœlium intolerabile contra Romanos exurgat. Hactenus epistola: subdit his auctor: *Antiochus vero cum Constantinopolim venisset, ab Honorio * Imperatore lebenter susceptus est.* Legatus hic ad Honorium Romam a Rege Persarum etiam missus creditur ad eum cum Theodosio conciliandum, quem sciebat justis de causis fuisse in Arcadium valde commotum. *Postquam vero* (inquit Sozomenus *b*) *Arcadius esset mortuus, Honorius commiseratione ductus, qua fratris filium prusequebatur, Constantinopolim reverti properabat, ut fidus Præfectos constitueret ipsius tum saluti, tum Imperio: nam cum eum filis loco haberet, verebatur ne quid illi accideret, qui propter juventutem insidiis esset expositus. At vero jam tum itineri accinctum Honorium Stilicho hortatur, ut in Italia maneret; id plane necessarium esse asserens, quandoquidem tum Arelati Constantinus quidam tyrannidem invasisset.* Hæc Sozomenus; qui addit, destinatum fuisse Stilichonem cum exercitu mitti in Orientem; sed detectis ejus insidiis, quibus filio Eucherio parabat Imperium, fuisse retentum. Sic igitur factum est, ut cum ope Regis Persarum, tum Honorii Imperatoris, res Orientalis imperii in tuto fuerint collocatæ. Theodosio puero insuper (ut Socrates (*c*) tradit) accessit Imperii curator Anthemius Præfectus: hujus autem quantæ essent una cum pura religione virtutes; superius dictum est, cum de ipsius egimus Consulatu. Accessit postea ad regimen Imperii major natu soror Pulcheria, cum grandioris ætatis effecta est, quam tempore obitus patris Arcadii nonnisi annorum fuisse ætatis decem, Marcellino auctore liquet.

* Theodosio.

(*b*) Sozom. l. 9. c. 4.

Curatores Orientalis Imperii.

(*c*) Socr. l. 7. c. 2.

Quod vero ad Persarum Regem pertinet Isdegerdem: ad centum annorum spatium sancitum fuisse fœdus inter ipsum atque Romanos, Sozomenus (*d*) tradit. Ex quo quidem non id tantum factum est, ut securitati Imperii bene prospectum esset, sed & propagandæ in Perside fidei janua aperta fuerit. Nam Socrates: (*e*) *Eodem* (inquit) *tempore Christiana religio forte in Perside vehementer amplificata est tali de causa. Inter Romanos & Persas crebri legati mittuntur, variæque incidunt causæ, cur tam frequenter altori ad alteros obeant legationes. Itaque id temporis necessitas postulabat, ut Maruthas Episcopus Mesopotamiæ, de quo paulo ante facta est mentio, ab Imperatore Romano ad Regem Persarum mitteretur. Rex quoniam eum virum pietate singulari præditum esse animadvertebat, in magno honore habuit, & tamquam homini ec vera divino animum cœpit attendere.* Hæc Socrates. Sed de Marutha in memoriam revoca, hunc ipsum fuisse Constantinopoli, cum conventus ilic ad Quer-

IV. Fœdus centum annorum ictum cum Persis.

(*d*) Sozom. l. 6. c. 4.

(*e*) Socr. l. 7. c. 8.

De Marutha Episcopo legato ad Persas.

PAGIUS

reliquit ad Imperii consortium ante sex annos assumtum. Theodosio in Imperatorem accepto soror ejus Pulcheria quindecim annorum virgo, Dei consiliis ac ductu, publicas res egregie administrabat, inquit Theophanes, sed quod ait de Pulcheria ad sequentes annos referendum, ut infra videbimus.

III. Isdegerdes tutor Theodosii Jun.

A num. II. ad VII. Procopius lib. 1. de Bell. Pers. cap. 2. narrata Arcadii morte, ait: *conscripto testamento, haredem Imperii filium, hujus tutorem instituit Isdigerdem Regem Persarum. Supremis tabulis obsecrationum inseruit, tum enixe rogans, ut ad Imperium Theodosio asserendum potentiam suam omnem, providentiamque conferret*, &c. *Rex autem Persarum Isdigerdes magnitudine animi jam ante clarissimus, tum oblatas sibi tabulas legisset, virtutis exemplum edidit mirum valde ac memorandum. Mandata enim Arcadii minime aspernatus, Romanos quamdiu vixit, pace bravit altissima & imperium Theodosio conservavit.* Idem habent Agathias lib. 4. & Theophanes, qui addit Isdegerdem mox summisisse *Antiochum* virum moribus egregium & eximiæ eruditionis in pueri procuratorem & pedagogum, pacemque diu inter Romanos & Persas traductam, *Antiocho maxime plura pro Christianis scribente: atque ita Christiana lex per totam Persidem dilatata fuit*, inquit Theophanes.

Is tamen persecutionem adversus Christianos in Perside degentes suscitatam fuisse scribit, non quidem hoc anno, ut habet Baronius, sed anno Incarnationis secundum Alex. CCCCVI. qui Kalend. Septemb. anni Dionysiani CCCCXIII. inchoatur: *Hoc eodem anno*, inquit, *Isdegerdes Persarum Rex Maruta primo Mesopotamiæ & Abdaa Regia in Perside civitatis Episcoporum suasu ductus, in pietatem totus propendebat: adeo ut visis Maruta mirandis operibus baptismum jam jam suscepturus videretur: unde & Magos, ceu seductores, variis exagitabat suppliciis. Anno vero vigesimo* (scilicet Imperii sui) *diem obiit extremum. Persecutioni porro ab eo suscitatæ causam dedit Abdaas Regia Persidos*

IV. Isdegerdes Christianos sui regni persequitur.

Quercum contra Chrysostomum habitus est; qui quod novus esset homo, ab adversariis Joannis Chrysostomi in eamdem Synodum, quæ specimen habebat pietatis, abductus est, sed damno sane ipsorum: nam Cyrini pedem nesciens calcans, ex eo miser ille (ut dictum est) infeliciter consumptus obiit. Hunc postea pro S. Joanne Chrysostomo stetisse, ejus literæ ad Olympiadem haud obscure significant: per quem ipsum Chrysostomum, licet exul esset, Persarum conversionem tentasse, certum est: nam in epistola ad Olympiadem ita de eo (a): *Maruthæm Episcopum quantum in te fuerit, curare atque omnibus officiis complecti ne desinas, ut eum e barathro extrahas* (passus fortasse carcerem fuit ob communicationem cum ipso Chrysostomo) *nam ejus opera ob Persidis negotia magnopere egeo. Atque si a te fieri potest, ex eo intellige, quidnam illic ipsius studio ac opera perfectum sit: & cur istuc profectus sit, fac sciam: & num ei duas epistolas, quas ad eum misi, reddideris, fac me velim certiorem. Quod si scribere gravetur: saltem quid illic profectum sit, tibi exponat; & numquid rursum eodem proficiscens, præstiturus sit: nam ego hac de causa ipsum convenire studebam.* Hæc Chrysostomus de Marutha: quibus intelligas, per eum conversionem Persarum ipsum Chrysostomum jam procurare cœpisse: quomodo autem res bene cesserit, Socrates superioribus ista subdit (b): *Quæ res* (nempe studium Regis Persarum erga Marutham) *animos Magorum, qui apud Regem multum valere solent, admodum irritavit. Nam metuerunt nonnihil, ne Maruthæ suasu Rex Christi fidem acciperet. Etenim diuturnum capitis illius dolorem, quem Magi curare non poterant, Maruthas precum subsidio curavit. Proinde Magi fallaciam, qua Regem ludificentur, excogitant. Ac quoniam Persæ ignem pro Deo colunt, & Rex quidem ipse ignem perpetuo ardentem in domo quodam venerari solet; subter terram hominem abdunt; eumque tempore quo Rex preces facere consueverat, has voces emittere faciunt: Regem e regno exturbandum esse; impie enim propterea agere, quod sacerdotem Christianorum divinum existimabat. Quæ cum Isdegerdes audivisset* (hoc enim Regi nomen fuit) *tametsi Marutham reverebatur, tamen ob eam causam, ab se amandare constituit.*

(a) Chrys. epist. 14.

(b) Socr. l. 7. c. 8.

Christiana religio in Perside propagata.

Tum Maruthas, homo vere divinus, in precibus se penitus defixit: unde fallaciam & dolum Magorum plane deprehendit. Itaque sic Regem alloquitur: Ne illudaris, o Rex: sed domum ingredere: ac cum vocem audiveris, terra defossa, dolum facile deprehendes: nam ignis non loquitur, sed hoc fit machina quadam ab hominibus ad eam rem comparata. Maruthæ Rex morem gerit: in domum, ubi ignis perpetuo ardebat, denuo ingreditur: simulatque vocem iterum audit, terram jubet defodi. Ita qui vocem illam, quæ a Deo edi putabatur, emiserat, deprehensus est. Quocirca Rex ira admodum excandescens, decimum quemque ex genere Magorum capite obtruncari mandat. Quo facto, dixit Maruthæ, ut ubi vellet, Ecclesias ædificandas curaret. Hac de causa religio Christiana apud Persas vehementer crevit. Tum Maruthas decedens ex Perside, Constantinopolim venit. Exiguo tempore post in Persidem legationis obeundæ causa revertitur. Magi alias de integro fallacias excogitant, quibus Regis animum ab eo amplexando averterent. Malum quemdam odorem, dedita opera comparatum, in loco quodam ad quem Rex solet accedere, diffundi curant; eumque diffusum esse a Christianis, falso criminantur.

V. A Marutha Magorum imposturæ detectæ.

Verum Rex, qui Magos jamdudum habuerat suspectos, ubi illius facinoris auctores diligenter pervestigasset, perspicue deprehendit eos ipsos Magos illum malum odorem de industria rursus effecisse: quapropter complures illorum iterum gravi mulctavit supplicio; Marutham permagna ob-

VI.

PAGIUS

dos urbis Episcopus divino quidem zelo motus, at non ea ex rationis norma usus, ignis templum succendit. Eo cognito Rex evellas per totam Persidos regionem Ecclesias everti jussit: Abdaam autem diversis affecit tormentis. Persecutione ad quintum usque annum prorogata, plures, imo martyres innumeri declarati sunt. Latentes enim Christianos per urbes & vicos Magi venatorum more insequebantur. Christiani se ipsos viris Consularibus prodebant, ne vel silentio Christum abnegasse viderentur. Quibus demum ad mortem hoc pacto quæsitis, plurimi tormentorum vi neci traditi sunt: multi etiam ad Romanos transfugerunt.

V. Idem narrat Theodoretus lib. 5. cap. 39. de Abdaa, Maruthæ tamen nulla mentione facta, atque hanc Isdegerdis persecutionem per plures annos propagatam esse: *Ac triginta jam annis elapsis permansit nihilominus, a Magis tanquam quibusdam ventis ac turbinibus suscitata.*

Quæ in re confirmat quod scribit Theophanes hanc scilicet persecutionem sub Isdigerde annos quinque durasse, ab anno nempe Christi quadringentesimo decimo quarto, usque ad mortem ejus, quæ anno CCCCXX. contigit. Socrates quidem lib. 7. cap. 17. *Isdigerdem Christianos in Perside degentes* nullatenus fuisse persecutum literis mandavit; sed non dubito, quin hallucinatus fuerit; cum Cyrillus Monachus in Vita sancti Euthymii Abbatis a Patribus Benedictinis in Analectis Græcis nuper Græce & Latine publicata, disertis verbis asserat, Isdigerdem Christianos persecutum esse: *Initio*, inquit, *mota tunc persecutione in Perside circa finem regni Isdigerdis Persarum Regis, cum Magi omnes Christianos capere vellent, subditorum Saracenorum Præfectos ubique viarum constituerunt, ne quis Christianorum in Perside degentium ad Romanos confugeret, &c.* Porro Cyrillo Scriptori accuratissimo omnis fides hac in re habenda

Isdigerdem Christianos persecutum esse a quibusdam perperam negatur.

observantia coluit; ac Romanos amare plurimum, eorumque amicitiam magnopere amplecti cœpit: parumque abfuit, quin, cum Maruthas una cum Ablato Persidis Episcopo aliud etiam specimen fidei Christianæ palam edidisset (vigiliis enim & precibus ambo sedulo vacantes, dæmonem, quo Regis filius agitabatur, expulerunt) Christianus factus fuisset: verum mors ante eum oppressit, quam plene Christianus evaderet: quo mortuo, filius ejus Bararanes regno potitus est, cujus temporibus (sicut a me dicetur paulo inferius) fœdera inter Romanos, & Persas violata fuere. Hactenus Socrates. Porro Maruthas magnæ sanctitudinis nomen gloriosus ex hac tandem vita ad Deum, de perfunctis honeste laboribus præmia recepturus, abscessit: cujus quidem insigne redditum nomen tam Græcis, quam Latinis publicis notis (*a*) inter sanctos receptum anniversaria memoria in Ecclesia perseverat. Sic se habuere res Orientis.

(*a*) Martyr. Rom. die 4. Decem.

VII. Occidentalis Imperii ærumnæ.

Cæterum res Occidentalis Imperii Stilichonis insidiis admodum turbatæ sunt: qui enim pluribus annis occultarat in animo proditionem Imperii, & aliquibus interdum signis patefecisset; jam aperta luce, totoque (ut dicitur) cælo, proditor Honorii Imperatoris apparuit, atque meritas pœnas luit. Hæc autem quomodo se habuerint, antiquorum scriptorum sunt testificatione prodenda. Atque primum illud, prodigiose nimis proditionem Stilichonis bruta quoque elementa testari, immo & clamare visa esse: etenim Marcellinus in Chronico sub hujus anni Consulibus hæc ait: *Romæ in Foro Pacis per dies septem terra mugitum dedit.* Sed jam proditionis Stilichonis revolvamus involucra. Inserviebat Alaricus Gothorum Rex studiis Stilichonis, quocum pluribus præliis sæpe luserat: nam cum eum obtinere facillime potuisset, & jam (ut dictum est superius) obtinuisset, eumdem apud Pollentiam liberum abire sivit; eumdemque quasi pro Romano militaturum Imperio, publicis stipendiis aluit, ea specie, quasi eo usurus jam esset ad invadendam ditionem Arcadii Imperatoris. At quid tandem accidit? dicemus summatim in primis ex Paulo Orosio, qui sui temporis res gestas sincere perstrinxit, cum illatam cladem per Stilichonem in Romanum Imperium ita breviter narrat (*b*):

(*b*) Oros. l. 7. c. 38.

VIII. Molitiones Stilichonis adversus Ro. Imperium.

Interea Comes Stilicho, Vandalorum imbellis, avaræ, perfidæ & dolosæ gentis genere editus, parvipendens, quod sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suum, sicut a plerisque traditur, jam inde Christianorum persecutionem a puero privatoque meditantem, in Imperio quoquo modo substituere nitebatur. Quamobrem Alaricum, cunctamque Gothorum gentem pro pace optima & quibuscumque sedibus suppliciter ac simpliciter orantem, occulto fœdere fovens, publice autem, & belli, & pacis copia negata, ad terendam terrendamque Rempublicam reservavit. Præterea gentes alias copiis viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum Hispaniarumque provinciæ premuntur, hoc est, Alanorum, Suevorum, VVandalorum, ipsoque simul motu impulsarum, Burgundionum ultro in arma sollicitans, deterso semel Romani nominis metu, suscitavit eas interim ripas Rheni quatere, & pulsare Gallias voluit; sperans miser sub hac necessitatis circumstantia, qua & extorquere Imperium a genero posset in filium, & gentes barbaras tam facile comprimi, quam commoveri valerent.

IX.

Itaque ubi Imperatori Honorio, exercituique Romano hæc tantorum scelerum scena patefacta est, commoto justissime exer-

PAGIUS

benda, ideoque dubium non est, quin Socrates deceptus fuerit, licet Baronius anno CCCCXX. num. XVI. hoc in suspenso relinquat. Non dubium etiam, quin hæc persecutio sub finem regni *Isdigerdis* seu anno Christi CCCCXIV. cœperit; cum Theophanes & Cyrillus uno consensu id scribant. Sed quod de *Marutha* Episcopo ex Socrate citato narrat Baronius, in dubium revocari non potest; cum Theophanes & Nicephorus lib. 14. cap. 18. id etiam in literas miserint. Verum quod Baronius num. IV. ex Sozomeno lib. 9. cap. 4. habet, nempe Persas *centum annorum inducias cum Romanis* pepigisse, contigit sub Vararane, annoque Christi CCCCXXII. ut ibidem videbimus. Certum enim & indubitatum, *Isdigerde* regnante, pacem Romanos inter & Persas semper durasse, licet is sub finem vitæ Christianos in Perside persecutus fuerit. Quæ diligenter explicare placuit, quia video recentes Historicos hæc non satis distinxisse. Colitur *Marutha* in Martyrologio Romano die IV. Decembris; *Abdans* vero Episcopus fuit *Susa*, urbis etiamnum amplæ Persidis, quæ Susianæ regionis caput & Regia erat, ut anno CCCCLVII. videbimus. Factum *Abdæ*, a quo persecutio exorta, narrat Baronius ex Theodoreto anno CCCCXX. num. XVIII. quod tamen ad annum CCCCXIV. pertinet, ut ex dictis liquet. Theodoretus enim quod a nemine hactenus observatum anno primo Vararanis Isdigerdis filii, uno tenore persecutionem narrat, quæ tamen jam cœpta fuerat ab Isdigerde patre anno CCCCXIV.

VI. Stilico Honorii jussu interficitur.

A num. VII. ad XVIII. Zosimus lib. 5. pag. 806. & seq. pluribus narrat mortem *Stiliconis* Honorii Imper. jussu interfecti, atque eam accidisse *ante diem X. Kalend. Septemb. Bassi Philippique Consulatu*. Refert autem Stiliconem, postquam Arcadium demortuum intellexisset, cupiisse in Orientem proficisci, resque Theodosii constituere; sed cum Honorius idem iter suscipere cogitaret, hunc ab hoc consilio Stiliconem deterruisse, in medium producta sumptuum in itinere faciundorum mole. *Præterea nequidem ei licere per Constantini rebellionem ait, ut ab Italia, atque ipsius Roma cum longius abscederet: quando jam perduellis ille Constantinus universam Galliam percurrisset & Arelate degeret.*

Ad

exercitu occisus est Stilicho, qui at unum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedit. Occisus est & Eucherius, qui ad conciliandum sibi favorem Paganorum restitutione templorum, & eversione ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur: paucique cum iisdem satellites tantarum molitionum puniti sunt. Ita minimo negotio, paucorum pœna, ecclesiæ Christi cum Imperatore religioso & liberatæ sunt, & vindicatæ. Hucusque Orosius, rem gestam brevi compendio perstringens potius, quam historico more describens.

X. Auro pax redempta.

At nos quæ hinc inde a diversis mutuati sumus antiquis auctoribus, suo ordine recensebimus: atque illud in primis, quod habet Zosimus, Alaricum legatos misisse ad Stilichonem, quibus stipendia suis militibus petiit ob moras in Epiro contractas, cum expectaret mitti in Orientem. Cum Stilicho consulturus ea de re Honorium Imp. Romam concessit. Honorius vero in Palatium convocato Senatu, quid agendum, rogat Patrum sententias, num pecunia illi danda, vel bello adversus eundem Alaricum decernendum. Egit Stilicho in Senatu pro Alarico: ex cujus sententia eidem decreta sunt pro redemptione pacis quatuor millia librarum auri, resistente tamen Lampadio V.C. qui patria libertate illud in faciem Stilichoni objecit, dicens: *Non est ista pax, sed pactio servitutis.* Qui, simulac Senatus dimissus est, veritus ejus potentiam, in proximam ecclesiam Christianorum confugit. Cum postea, nonnullis inter hæc agitatis, Olympius in Stilichonem, ceu proditorem Imperii, animum Honorii Imperatoris commovit: ejusque opera factum est, ut socii in magistratus Stilichoni studiosos commoti, in singulos insurgentes eos occiderent. Sed & Stilicho, cujus præcipue vita appetebatur, cum se Ravennam una cum suis barbaris satellitibus contulisset: rebellante Saro barbarorum duce, occisisque ab eo satellitibus Stilichonis; ipse sibi timens, intempesta nocte ad ecclesiam confugit. Hic observa quantum delatum fuerit Ecclesiasticæ immunitati; cum licet perduellis Imperii & proditor Imperatoris ac perditor orbis in ecclesia sibi confugium paravisset, nullus tamen eum inde vi abstrahere ausus est. At necdum lata esse potuit tunc lex illa Honorii pro Ecclesiastica immunitate de confugientibus ad Ecclesiam, anno superiori a nobis recitata; ubi & correctum est mendum in eam illapsum, demonstratumque non ante sequentem annum potuisse esse sancitam sub tertio Theodosii Consulatu cum Honorii tertio. Sed & accidit quidem congrue (sicut de Eutropio dictum est) at qui violare jus Ecclesiæ tempore S. Ambrosii Stilicho non est veritus, idem ipse necessitate compulsus confugerit ad ecclesiam, & jus pariter Ecclesiæ implorarit. Ita Deus superbos in res sacras cornua erigentes deprimere consuevit.

XI. Stilicho Ravennæ occiditur.

Sed quomodo, qui non vi est ab ecclesia avulsus, dolo tamen passus est sponte se inde deduci, accipe. *Ubi autem illuxisset dies* (subdit his Zosimus *a*) *ingressi sunt milites ecclesiam, & Episcopo præsente, sacramentis ei fide facta, non imperatum esse sibi a Principe ut eum necarent, sed tantum ut custodirent: quam primum egressus ex ecclesia sub custodia militum esse cœpisset, altera ex Honorio Imperatore reddebantur ab eo qui priores attulerat litteræ, quibus in litteris Stilichonis in Rempublicam delictis pœna capitis irrogabatur.* Sic itaque ductus Stilicho, capite truncatus est ab Heracliano, hoc anno sub Consulatu Bassi atque Philippi, decimo Kalendas Septembris: cum inter hæc Eucherius Stilichonis filius fuga lapsus, Romam se contulit; cujus occisio, necnon Serenæ matris & aliorum anno sequenti contigit, quo nos de iisdem acturi sumus. Hæc omnia ex Zosimo (*b*), quod ex aliis, qui ita prolixe res gestas fuerint prosecuti, accipere minima licuerit: quem scimus privatis studentem affe-

(a) Zosim. l. 5.

(b) Zosim. l. 5.

PAGIUS *Ad ista, quæ tamen ad requirendam præsentiam providentiamque Principis omnino sufficerent, Alarici quoque, tantis cum Barbarorum copiis, adventum accedere, barbari sane hominis & infidi; qui si reperiat Italiam ope destitutam, prorsus eam invasurus sit.* Addit Zosimus, qui cum paucissimis aliis Stiliconi favet, Honorium consilium Stiliconis judicasse optimum, ut in perduellem *Alaricus* expeditionem susciperet, & ipse *Stilico* Orientem adiret. Verum cum Honorius tandem accepisset, Stiliconem Barbaros in Romanum Imperium immisisse, & de *Eucherio* filio Imperatore renunciando cogitare, eum occidendum mandavit: *omne insidiarum genus adversus Imperatorem struxisse*, ait Photius in Excerptis Philostorgii lib. 12. cap. 2. *Stiliconem; nec ob id saltem reveritum esse, quod Generum illum haberet, data illi in matrimonium filia; sed potionem ei præbuisse, qua sobolis facultas adimeretur, neque illud animadvertit, sed dum Eucherium filium Imperatorem contra jus fasque renunciare studeret, nepotem cui successionis jure Imperium debebatur, ante adultum florem succidere ac perdere. Porro Stiliconem adeo manifeste ne sine ullo metu tyrannidem exercuisse scribit* (nempe Philostorgius,) *ut etiam nummum percuteret, in quibus præter ipsius effigiem nihil deerat. Interfecto Stilicone, Barbari qui una cum illo erant, assumpta ejus filia statim abscesserunt. Cumque Romam appropinquassent, huic quidem permiserunt, ut in templum quoddam, quod jure asyli fruebatur, confugeret. Ipsi vero cuncta, quæ circa Urbem erant, vastarunt*, eamque cum Alarico obsidione cinxerunt, & quidem hoc anno, non vero insequenti, ad quem eam obsidionem Baronius, aliique passim cum eo differunt, ut ibidem demonstrabo.

Post

Olympius dox inique carpitur a Zosimo.

affectibus, pro unimi sententia res intervertere, dum quem omnes perduellem uc proditorem Imperii Stilichonem sugillant ac damnant; ipse laudibus prædicat; contra vero Olympium pietate insignem virum, vindicem diuturnæ proditionis & proditoris, hypocrisis infamat, dum de eo sic orsus est dicere: *Olympius oriundus e Ponto Euxino, splendida quadam in prætorio militia donatus; qui sub specie Christianæ religionis magnam intra se malitiam tegeret; atque hominem se frugi simulans, cum Principe colloqui frequenter soleret, &c.* Sed quid boni de quovis Christiano umquam locutus est Zosimus? Cæterum scimus Olympium hunc a S. Augustino (a) duabus ad eum datis epistolis (de quibus proxime dicturi sumus) mirifice prædicari, cum & ipse eumdem Augustinum ut parentem coleret, quem longa positum litterarum internuncio salutaret.

(a) *Aug. ep. 124. 129.*

XII. At de his summatim agens Marcellinus Comes in Chronico, ejusmodi elogio Stilichoni extrema persolvit: *Stilicho Comes (cujus duæ filiæ Maria & Thermantia singulæ uxores Honorii Principis fuere, utraque tamen virgo defuncta) spreta Honorii regno, regnum inhians, Alanorum, Suevorum, VVandalorumque gentes donis pecuniisque illectas contra Honorii Imperium excitavit: Eucherium filium suum Paganum, & adversus Christianos insidias molientem cupiens Cæsarem ordinare, cum eodem Eucherio, dolo suo detecto, occisus est:* Hæc ipse: id etiam & post Orosium nuper recensitum reliqui omnes. Optime igitur consultum est Christi Ecclesiæ nece Stilichonis, cujus proditione, in Ethnicum hominem, persecutionem jam udornantem, Imperium Romanum deferendum esset: quod ne quando fieret opportune antevertere conatus est dux Christianus Olympius, zelo æstuans pietatis.

Stilichonis morte bene consultum Ecclesiæ.

XIII. Sublatis jam de medio Stilichone atque ejus satellitibus magistratibus insignitis, Honorius Imperator complures ad hæc spectuntes hoc anno contra ipsos proscriptos perduelles Imperii edidit sanctiones, quas singulas ad rerum gestarum cognitionem spectantes nos hic servato ordine temporum describemus: earum prima est illa data vigesimaquinta Septembris his verbis (b):

(b) *l. 20. de pœnis C. Theod.*

Sanctiones Honorii in causa Stilichonis.

Si quis ex proscriptorum numero Comitatum nostræ serenitatis, sive mœnia æternæ Urbis intraverit; deportatione plectetur. Dat. X. Kal. Octobris, Basso & Philippo Cons. Post biduum vero ita de bonis proscriptorum ad Theodorum Præfectum Prætorio (c):

(c) *l. 20. de bonis proscr. C. Theod.*

Proscriptorum, satellitumque fortunas Ærario nostra jubemus accedere. Ideoque per agros, per cuncta domicilia titulos nostræ serenitatis affigi præcipimus. Quicquid sane ab eorum procuratoribus ex prædiorum fructibus congregatum est, largitionibus nostris protenus copuletur: ne, si jussa nostra aut dissimulatione neglexerint, aut colludio prætermiserint, supplicium exilii pariter & proscriptionis sustineant. Dat. VIII. Kal. Octob. Mediol. Basso & Philippo Coss. Mense autem Octobris ad eumdem Præfectum Prætorio Theodorum hæc de bonis Stilichonis (d):

(d) *l. 21. de bonis proscr. Cod. Theod.*

Qui in facultates Stilichonis & actus videntur esse versati, vel ex iisdem facultatibus aliquid subtraxisse, vel aliquid rapuisse; omnifariam reddant. Dat. VIII. Kal. Novembris, Basso & Philippo Coss. Mense vero Novembris ita ad eumdem de fautoribus Stilichonis (e):

(e) *l. 22. de bonis proscr. Cod. Theod.*

Qui suas opes prædoni publico, vel ejus filio, cæterisque satellitibus dederunt, vel jure, vel corpore quibus ille usus est ad omnem ditandam inquietandamque barbariem: his omnem repetendi viam jubemus esse præclusam. Dat. X. Kal. Decembr. Raven. Basso & Philippo Coss. Mense vero Decembris ita ad eumdem Theodorum Præfectum Prætorio (f):

(f) *l. 1. de Lit. & itiner. custodia Cod. Theod.*

Hostis publicus Stilicho novum atque insolitum repererat, ut littora & portus crebris vallaret excubiis, ne cuiquam ex Oriente ad hanc Imperii partem pateret accessus. Hujus iniquitate rei moti, & ne rarior sit diversarum mercium commeatus, præcipimus hac sanctione, ut littorum desistat ac portuum perniciosa custodia, & eundi ac redeundi libera sit facultas. Dat.

IV.

PAGIUS

VII. *Variæ leges post mortem Stiliconis datæ.*

Post *Stiliconis* interitum variæ leges ab *Honorio Imp.* hoc anno datæ, in Codice Theodosiano recitatæ. *Idibus Septemb. Mediolani* emisit legem 4. *de indulgentiis debitorum*, qua Italiam ab Annonariæ functionis munere, & a glebali pensione absolvit. Erat autem glebalis pensio, ea quam Senatores glebæ seu possessionum suarum nomine præstabant, quia nempe Radagaiso & Alarico ab Italiæ ingressu propulsandis, ingentibus ibidem exercitibus positis, Italia maxime afflicta, attritaque fuerat. Præterea *quarto Id. Decembris* dedit legem I. *de littorum & itinerum custodia*, quia nempe cum *Stilico* littora & portus crebris vallasset excubiis, ne cuiquam ex Oriente ad Occidentem pateret accessus, effecerat, ut rarior esset diversarum mercium commeatus: quare Honorius perniciosam illam custodiam sustulit. *VIII. Kalend. Octob.* dedit legem 20. *de bonis proscriptorum*, VIII. Kal. Novemb. legem 21. ejusdem tituli, & *X. Kalend. Decemb.* legem 22. ejusdem etiam tituli, quibus non modo *Stiliconis*, filiique *Eucherii*, sed & Satellitum aliorumque, qui Stiliconi adhæserant, bona proscribuntur, cujus rei peragendæ negotium *Heliocrati* datum memorat Zosimus citatus, qui addit, eum huic inquisitioni remissius incubuisse, & multis etiam clam auctorem fuisse, *ut quæcumque possent, occultarent*: eaque de causa vitæ periculum incurrisse; verum asylo Ecclesiæ sibi consuluisse. *X. Kal. Oct.* emisit legem 20. Cod. Theod. *de pœnis*, qua satellites, socii, & conscii, cæterique, quibus *Stili*-

lim

IV. Idus Decembris, Ravennæ, Basso & Philippo Conss.

XV. Consilium Stilichonis.

Fuit quidem illud in his agendis propositum Stilichonis, ut occuparet milites in littorum ac portuum custodia, atque penuria gravi affligeret Romanum Occidentis imperium; ut sic undique languescentibus viribus, sibi cum suis barbaris fœderatis illud invadendi ac potiundi facilior aditus pateret. Sed & illud quoque ex Senatusconsulto factum in Stilichonem, quod adversus alios tyrannos fieri consuevit; nimirum, ut publica quæque atque privata monumenta, quæ in ejus honorem fuissent erecta, penitus disjicerentur; unde eidem dicatis statuis, exturbatis titulis, appositum ejus nomen abrasum fuit: quod quidem pluribus exemplis antiquæ ejusdem Stilichonis docent inscriptiones, quæ adhuc extant, & expuncto leguntur nomine Stilichonis.

XVI. Ultores offensæ majestatis præmio donati.

Qui hæc omnia in odium Stilichonis & Eucherii filii statuit Honorius Imperator, idem eos qui ipsos tyrannos insecuti essent, beneficiis afficiendos curavit. Etenim interfectorem Stilichonis Heraclianum Præfectura Africæ provinciæ donavit; & Olympium, quem diximus totius operis architectum, Magistrum Officiorum creavit: hæc quidem omnia Zosimus. Porro idem Honorius Imp. Palatium repurgavit ex iis, quos fidei Catholicæ adversarios in eo Stilicho posuerat aulicos; ita ad eumdem Olympium ea dignitate præditum, necnon ad Valentem Comitem Domesticorum rescribens hoc anno mense Novembris (a):

(a) l. 42. de hæret. Cod. Theod.

Eos qui Catholicæ sectæ sunt inimici, intra Palatium militare prohibemus. Nullus nobis sit aliqua ratione conjunctus, qui a nobis fide & religione discordat. Dat. XVIII. Kal. Decembris, Ravennæ, Basso & Philippo Conss.

XVII.

Adgavisus est S. Augustinus de nova dignitate collata Olympio, duabus ad eum hoc anno datis epistolis (b), eum de ejus magistratu nuncium perlatum esset in Numidiam: quibus eidem Bonifacii Episcopi Cataquensis causam commendat. At ad posteriores scribendas litteras longe gravior impulit eum causa: illa nimirum, quod post obitum Stilichonis in Africa Gentiles, & Donatistæ falso rumore jactarent, latas contra se leges nequaquam ex voluntate extitisse

(b) Aug. ep. 124. 129.

S. Augustinus ad Olympium scribit.

Honorii Imperatoris, sed opera Stilichonis: & quasi earumdem auctoritas una cum ipso Stilichone esset extincta, in Catholicos insurrexerint, atque nonnullos etiam Episcopos necaverint. Cujus enormis sceleris causa convenientes Episcopi Carthagine mense Octobris legationem adversus Paganos atque hæreticos ad Honorium Imperatorem decrevere: cujus quidem Concilii, atque decreti ejusmodi tantummodo extat monumentum intextum Concilio Africano his verbis (c):

(c) Concil. Afric. sub cap. 73.

XVIII. Concilium Carthaginense ad reprimendos tumultuantes hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis Conss. tertio Idus Octobris, Carthagine. In hoc Concilio susceperunt legationem Restitutus & Florentius Episcopi contra Paganos, & hæreticos, eo tempore quo Severus, & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Evodius, & Theasius, & Victor Episcopi cæsi sunt. Hæc ibi, cum alias antea ibidem mense Junii sub iisdem Consulibus item Carthagine congregati Episcopi eadem ex causa contra eosdem tumultuantes ad Imperatorem legatum misissent Fortunatianum Episcopum.

XIX.

At reddendæ hic sunt litteræ Augustini ad eumdem Olympium, quæ de turbis iis concitatis hoc anno in Africa, & legatis missis ad Imperatorem, narrationem habent intextam, & alia quæ Annalibus plurimum conferunt: sunt hujusmodi (d):

(d) Aug. ep. 129.

Domino eximio & merito præstantissimo, multumque in Christi charitate honorando filio Olympio Augustinus in Domino S.

S. Augustini epistola ad Olympium.

Quamvis mox ut audivimus te merito sublimatum, cum ipsa fama nondum nobis certissima esset, nihil aliud de animo tuo credidimus erga Ecclesiam Dei, cujus te veraciter filium esse gaudemus, quam quod tuis litteris mox aperuisti: tamen illis lectis, quibus ultro dignatus es, etiam si pigri & cunctantes essemus, exhortationem benevolentissimam mittere, ut instruente humilitate nostra per religiosam obedientiam tuam Dominus, cujus munere talis es, Ecclesiæ suæ jam jamque subveniat; majore fiducia tibi scribimus domine eximie, & merito præstantissime, multumque in Christi charitate honorande fili.

XX.

Et fratres quidem multi sancti collegæ mei, graviter Ecclesia perturbata, profecti sunt pene fugientes ad gloriosissimum Comitatum: quos sive jam videris,

 sive

PAGIUS

lico usos erat, quive eum juverant, orbis Romæ ingressu, tum etiam ejus Urbis, in qua Imperator hæreret, puta Ravennæ aut Mediolani, interdicti fuere; ne forte calentibus adhuc partium animis, novas factioni faces subderent. Imo Beneficiarii Stiliconis, id est, qui testimoniales emeritæ militiæ suffragio Stiliconis, vel ejus satellitum meruerant, ejusdem orbis ingressu & comitatu Principis interdicuntur lege ult. Cod. Theod. *de testimoniali.*

VIII. *Olympius necis Stiliconis auctor.*

Ad hæc *XVIII. Kalend.* Decemb. Honorius dedit legem Cod. Theod. 42. *de hæreticis*, ad Olympium Magistrum Officiorum & Valentem Comitem domesticorum inscriptam, qua militia Palatina, intra scilicet Palatium ipsum Principis constitutis, Catholicæ sectæ inimici, id est tum hæretici tum Pagani prohibentur. Cum enim *Stilico* Paganorum opera, ac maxime intra Palatium constitutorum, filium *Eucherium* Paganorum & Christianorum persecutionem meditantem

lu

sive litteras eorum ab urbe Romana opportunitatis cujusdam occasione acceperis; ego tamen licet nullum consilium cum eis communicare potuerim; non potui praetermittere per hunc fratrem & compresbyterum meum, qui urgente necessitate pro salute Civis sui, etiam media hieme, quomodocumque ad illas partes venire compulsus est; & salutare, & admonere charitatem tuam, quam habes in Christo Jesu Domino nostro, ut opus tuum bonum diligentissima acceleretur instantia: quo noverint inimici Ecclesiae, leges illas, quae de idolis confringendis, & haereticis corrigendis, vivo Stilichone, in Africam missae sunt, ex voluntate Imperatoris piissimi, & fidelissimi constitutas: quo nesciente vel nolente factum, sive dolose jactant, sive libenter putant: atque hinc animos imperitorum turbulentissimos reddunt, nobisque periculose ac vehementer infestos.

XXI. Praetextus Gentilium & haereticorum contra Catholicos.

Hoc autem quod petendo, vel suggerendo admoneo praestantiam tuam, non dubito omnium per Africam collegarum meorum fieri voluntate: arbitrorque quacumque primitus exorta occasione, facillime posse ac debere maturari: ut noverint (sicut dixi) homines vani, quorum & adversantium salutem requirimus, leges quae pro Christi Ecclesia missae sunt, magis Theodosii filium, quam Stilichonem curasse mittendas. Propterea quippe memoratus presbyter harum perlator, cum de regione sit Milevitana, ab Episcopo suo, venerabili fratre meo Severo, qui tuam mecum sincerissimam dilectionem multum salutat, per Hipponem regium, ubi ego sum, transire jussus est: quia cum forte simul essemus in magnis Ecclesiae tribulationibus & perturbationibus, quaerebamus occasionem scribendi ad eximietatem tuam, & non inveniebamus.

XXII. *Jam quidem unam epistolam miseram in negotio sancti fratris, & collegae mei Bonifacii Episcopi Cataquensis: sed nondum ad vos pervenerant graviora, quae nos vehementius agitarent: quibus comprimendis, vel corrigendis, quemadmodum meliore secundum Christi viam consilio succurratur, commodius Episcopi, qui propterea navigaverunt, cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt; qui potuerunt communi consilio diligentius deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittebat angustia. Illud tamen, quo animum clementissimi, & religiosissimi Principis erga Ecclesiam provincia noverit, nullo modo esse differendum; sed etiam antequam Episcopos, qui profecti sunt, videas, quam primum tua praestantissima pro Christi membris in tribulatione maxima constitutis vigilantia poterit, accelerandum suggero, peto, obsecro, flagito. Neque enim parvum in his malis solatium Dominus obtulit, quod te voluit multo amplius posse, quam poteras; quando jam de tuis multis & magnis operibus bonis gaudeamus.*

XXIII. *Multum sane de quorumdam neque paucorum fide firma & stabili gratulamur, qui ex occasione legum ipsarum ad Christianam religionem, vel Catholicam pacem conversi sunt; pro quorum salute sempiterna nos in hac temporali vita etiam periclitari delectat. Propterea enim maxime ab hominibus nimium duroque perversis nunc inimicitiarum graviores impetus sustinemus, quos nonnulli eorum nobiscum patientissime sustinent: sed plurimum infirmitati metuimus, donec discunt, & valeant, adjuvante misericordiosissima gratia Domini, saeculum praesens, & hominum diem robore cordis valentiore contemnere. Commonitorium, quod misi fratribus Episcopis, si (ut puto) nondum ibi sunt, ab eximietate tua illis tradatur, cum venerint. Tantum quippe tui sincerissimi pectoris habemus fiduciam, ut adjuvante Domino Deo nostro, non solum impertitorem auxilii te velimus, verum etiam consilii participem.* Hactenus Augustini epistola ad Olympium Magistrum Officiorum, qua miserrimus Africanae Ecclesiae status anni hujus exprimitur.

XXIV. Navavit quidem quam diligenter operam Olympius, ut adversus Donatistas in

PAGIUS in Imperium evehere, resque novas moliri in animum induxisset, caeso *Stilicone*, visum Honorio Paganos a militia Palatina & Palatio submovere, tum securitatis imposterum, tum etiam pietatis studio. Mox tamen hanc legem abrogatam fuisse testatur Zosimus lib. 5. pag. 821. ubi & ejus rei occasionem memorat. Porro *Olympium e* Ponto Euxino oriundum, ut Zosimus & Olympiodorus Scriptores Gentiles conviciis proscindunt; ita Beatus Augustinus ob Christianae & Catholicae fidei zelum, quo praeditus erat, multis laudibus exornat. Hic est cujus opera *Stilico* proditionis reos apud *Honorium* factus & caesus est, uti iidem Zosimus & Olympiodorus testantur. Qui Magister Officiorum eo interfecto factus, ejus arbitratu universae res Palatinae administratae sunt, teste eodem Zosimo. Quae causae Augustino ad eum scribendi Epistolam XCVI. alias CXXIV. & Epistolam XCVII. alias CXXIX. Alaricianae in Italiam & Romam incursionis causam ei Zosimus pag. 811. & 818. adscribit, & pag. 820. ait eum in occursum *Ataulfo* missum Gothos MC. interfecisse, XVII. duntaxat amissis, tandemque ab Eunuchis Palatinis accusatum apud *Honorium*, quasi auctorem eorum casuum, qui Reipublicae adversi acciderant, Magistratu dejectum es[illegible] Addit Olympiodorus, eum postea iterum Magistratu potitum, rursum privatum fuisse; & tandem fustibus a *Constantio Placidiae* marito tractatum occubuisse.

IX. Ad num. XXIV. & seq. Honorius *XVIII. Kalend. Decemb.* dedit legem Cod. Theod. 43. *de haereticis, & die VIII. Kalend. Decemb.* legem 44. quibus confirmat superiores a se latas consti-

Olympii pium ac sedulum officium.

in Africam Honorius Imperator rescriberet; quo significaret, quæcumque adversus Donatistas & alios hæreticos, necnon Gentiles statuta essent, id ea sua sententia factum, firmum ratumque in omnibus esse velle; sunt enim hæc rescripti verba (*a*) ad Curtium Præfectum Prætorio:

(*a*) L. 43. de heret. Cod. Theod.

Honorius rursum exagitat Hæreticos & Gentiles.

Omnia quæ in Donatistas (qui & Montenses vocantur) Manichæos, sive Priscillianistas, vel in Gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci. Ita ut ædificia quoque vel horum, vel Cælicolarum etiam, qui nescio cujus dogmatis novi conventus habent, Ecclesiis vindicentur. Pœna vero, lege proposita, veluti convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint, vel Catholicorum communionem refugerint sceva religionis obtentu, quamvis Christianos esse se simulent, &c. Dat. XVII. Kalend. Decemb. Romæ, Basso & Philippo Coss. qua etiam die speciatim adversus Gentiles eadem ex causa ita rescripsit idem Honorius Imperator ad eumdem Curtium Præfectum Prætorio, prohibens etiam quæ Stilicho & ejus filius Eucherius homo Paganus cultoribus idolorum indulserant: sic enim sanctio ipsa se habet (*b*):

(*b*) l. 19. de Pagan. C. Theod.

XXV. Idololatria restituta aboleri jubetur.

*Templorum detrahantur annonæ, & rem annonariam * jubente, expensis devotissimorum militum profuturæ. Simulacra, si qua etiam nunc in templis fanisque consistunt, & quæ alicubi ritu vel acceperint vel accipiunt Paganorum, suis sedibus evellantur: cum hoc repetita sciamus sæpius sanctione decretum. Ædificia ipsa templorum, quæ in Civitatibus vel in oppidis, vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Aræ locis omnibus destruantur: omniaque templa in possessionibus nostris ad usus accommodos transferantur; domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia, vel quicquam solemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum hæc ipsa prohibendi Ecclesiasticæ manus tribuimus facultatem. Judices autem viginti librarum auri pœna constringimus, & pari forma Officia eorum, si hæc eorum fuerint dissimulatione neglecta. Dat. XVII. Kal. Decemb. Romæ, Basso & Philippo Coss.* Quo etiam anno idem Imperator de judicio Episcoporum rescriptum (*c*) dedit; ut ratum firmumque haberetur, quod ea consensu partium Episcopi judicassent; a quorum sententia appellare minime liceret.

(*c*) l. 8. de Episc. audient.

XXVI.

Sed non prætereat, quod superiori lege vidimus, Honorium eum Donatistis voluisse exagitari suo rescripto *Cælicolas*:

PAGIUS

Honorius post Stiliconis mortem infestatur hæreticos.

stitutiones, in Donatistas, Manichæos, Priscillianistas, Gentiles, & Cælicolas, & quidem per Præfecturam Prætorianam Italiæ, ac nominatim Romæ, quod *Montensium* nomen in lege 43. memoratum ostendit; ii enim nonnisi Romæ fuere. Donatistæ autem *Montenses* Romæ dicti, quod Romæ primum Ecclesiam suam in monte habuerint. Dicitur prior lex *data Romæ* idest, reddita, cum Honorius hoc tempore Ravennæ consisteret. Præterea emissa nominatim pro Africa lex 44. cum inscribatur *Donato*, qui hoc tempore Proconsul Africæ erat, ut liquet ex lege 29. Cod. Theod. *de pane*. Harum legum ferendarum hæc occasio fuit. *Stilicone* cæso, illico hæretici & pagani jactare cœperunt leges adversus se latas de Idolis confringendis & hæreticis corrigendis, vivo Stilicone missas, nec nominatim in Africam non ex voluntate *Honorii* constitutas, verum eo nesciente vel nolente, quod disertis verbis scribit Augustinus Epist. XCVII. quæ alias erat CXXIX. recitata a Baronio num. XIX. & seqq. unde eas irritas esse putabant, & intendebant cum cæteris Stiliconis actibus pariter rescindendas. Quin & hac occasione in Catholicos insurrexere, vimque eis intentavere. Ideo & privatim & publice eas leges confirmari Catholici illi petiere. Nempe Patres Africani hoc anno *III. Idus Octob.* legationem ad Honorium destinavere contra Paganos & hæreticos. Episcopi privatim ad comitatum profecti, & Augustinus, quoque privatim eo fine ad *Olympium* citatam Epistolam dedit, ex qua liquet de illis Gentilium & Hæreticorum post cæsum *Stiliconem* molitionibus, de privatorum querelis, & ad comitatum profectione, de Legatis ex Africa mittendis ad Honorium, & de celeritate adhibenda. Qua de re plura Gothofredus in illius legis commentario.

X. *Infectatur Gentiles in Italia & Africa.*

Dedit etiam Honorius *XVII. Kalend.* Decemb. legem 19. Cod. Theod. *de Paganis*, qua quinque ad eradicandam superstitionem Gentilitiam constituit per Præfecturam Prætorianam Italiæ, ac nominatim per Africam. Primo, *annonas templorum* ad annonam militarem transfert. Erant templorum vectigalia, quæ epulis & sumptibus conviviorum, ac ludorum Gentilitiorum, hoc ævo adhuc deputabantur. Secundo *simulacra*, quibus cultus adhuc impendebatur, evelli jubet, non tantum in templis; verum ubique ea essent, veluti in lucis vel in arboribus, quod Patres Africani decreverant Canone 84. Cod. Afric. Tertio *aras* ubique destrui. Quarto, *templa publica* usibus publicis vindicari. Quinto, *convivia & Ludi* Gentilitii prohibentur; in his enim quinque & per hæc stabat hoc adhuc ævo Pagana superstitio; quæ omnia ideo adimi, detrahi, & inhiberi voluit Honorius. Et quod notandum, hos Gentilitios ritus prohibendi curam maxime Ecclesiasticis injungit, eisque ad id assequendum facultatem tribuit. Haud absimiliter Concilio Suessionensi sub Pippino Francorum Rege: *Unusquisque Episcopus in sua Parochia sollicitudinem habeat, ut Populus Christianus paganismum non faciat.* Inscripta est autem hæc lex *Curtio Præfecto Prætorio*, nempe Italiæ, quam Gothofredus summa eruditione commentatus est.

XI. *Qua anni tempestate l. 19. de Paganis data.*

Porro legem hanc 19. *de Paganis*, quæ dicitur *data XVII. Kalend. Decemb. Romæ, Basso & Philippo COSS.* Romæ non emissam, sed propositam fuisse, ex eo manifestum est, quod *Honorius* hoc tempore Ravennæ ageret ut anno CCCXCIX. num. XIII. & seqq. jam diximus,

cum

quinam autem hi fuerint, est exquirendum. Meotio de Cælicolis est apud S. Augustinum in epistoia ad Eleusium & alios, ubi hæc ad finem habet (u): *Jam enim miserumus ad Majorem Cælicolarum, quem uudieramus uovi apud eos buptismi instiintorem fuisse, & multos illo sacrilegio seduxisse; ut cum illo, quaatum ipsius temporis patiebantur augustiæ, aliquid loqueremur*. Hæc ipse ibi: an autem alibi de iisdem Cælicolis agat, non memini. Existimavi aliquando hos fuisse Gentiles in Africa, sic dictos a cultu Cælestis idoli Carthagine positi, da quo pluribus superius actum est. Sed quod (ex sententia Augustini) iidem etiam baptizarentur, Christianitatem præsetulisse visi sunt. Verum & quod vuit alia ejusdem Imperatoris sanctio (*b*), hos cogeodos ad Christianitatem servandam, argumento plane est, fuisse Christianos, apostatarum tamen nomine censendos potius, quam hæreticorum. Quod item tam in Codice Theodosiano, quam Justinianeo, non sub tituio de Hæraticis, sed de Judæis ponantur Cælicolæ; constat eos minime fuisse ex Christianis hæreticos, sed apostatas. Igitur quantum colligere fas est ex dicta (*c*) Honorii sanctione ad Jovinum Præfectum Prætorio data, illos apparet appellatos esse Cælicolas, qui ex Christiana fide transirent ad Judaismum; ita taioen, quod cum scirent Judaicum nomen abominabile cunctis esse, non Judæi, sed Cælicolæ dici potius voiuerint, nec sub Judæorum degereot Patriarchis, sed aliis sibi propositis magistratibus, quos Maiores nominabant, ut ex S. Augustino apparet, necnon rescripto Constantioi ad Evagrium ubi ait (*d*): *Hæc verba Judæis, & Cælicolis, & Majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimari*, &c. Patriarchæ enim ibi ad Judæos, ad Cælicolas vero Majores spectant, prout iidem etiam a S. Augustino (*a*) nominantur. Insuper quod idem S. Augustinus in commentario ad Quodvultdeum de hæresibus, relegens omnes quæ ab exordio Christi Ecclesiæ hæreses extitere, usque ad hæresim Pelagianorum, quæ post hoc tempus innotuit, nec ibi de hæreticis Cælicolis aliquam mentionem habeat: intelligi ex eo potest, hos apostatas fuisse potius quam hæreticos, eosdemque in Judæorum selectam classem esse rejectos. Qui præterea alius de Cælicolis sermonem habeat, ex veteribus invenimus neminem. Sed ad eos spectat, quod post dies novem a rescripto dato adversus hæreticos atque Cælicolas, idem Honorius imperator adversus eosdem ejusmodi promulgavit edi-

(*a*) Aug. epist. 163.

Judæi, & Cælicolæ edicto exagitati.

(*b*) l. 44. C. de Jud. & Cælic.

(*c*) l. 18. de Jud. & Cal. Cod. Theod.

(*d*) l. 3. C. de Jud. & Cal.

(*e*) Aug. epist. 284.

PAGIUS

aum loenti sumus de facinore a Paganis Calamensibus perpetrato, ubi aa lex in Numidia, in qua *Calama* sita, publicata ast. Mensis quidem quo ea data obscurus; sed cum *Possidius* Calamensis Episcopus post illud facinus a Paganis commissum profectus sit ad Honorium Imp. & Augustinus in Epistola CIV. alias CCLIV. ad Nectariam (qui ab eo petierat, ut venia civibus suis tribueretur, iterumque eadem data ad Augustinum rescripserat) dicat num. 1. *Ego rescripseram, cum adhuc nobiscum esset, neque navigasset sanctus frater, & Coepiscopus meus Possidius. Has autem, quas mei causa illi dignatus es reddere* (priorem sc. Epistolam Nectarii, quæ inter Augustinianas ordine est XC. alias CCI.) *accepi VI. Kal. April. post menses ferme octo, quam scripseram*, apparet Primo, *Possidium* mense Julio currentis anni adhuc in Africa cum Sancto Augustino fuisse, indeque in comitatum profectum esse, ideoque & laudatam legem ante eum annum latam; cum ejus publicationis occasione Pagaai Calamenses in Catholicos sævierint, & quidem initio mensis Junii, ut diserte docet Augustinus in Epistola XCI. (quæ alias erat CCII.) num. VIII. Apparet secundo, *Augustinum* in Epist. CIV. laudata loqui de die Sexta Kal. April. seu de die XXVII. Martii anni quadringentesimi noni, eoque anno eam Epistolam CIV. certo datam esse. Neque enim Augustinus loqui potest de die XXVII. Martii anni CCCCX. cum in Concilio Carthaginensi eo anno *XVIII. Kal. Julias* celebrato *Possidius* cum tribus aliis Episcopis legationem ad Imperatorem susceperit contra Donatistas, ut videre est apud Baronium anno CCCCX. num. XLVII. Quare sub finem mensis Martii anni CCCCIX. *Possidius* adhuc in Africa erat. Apparet tertio, *Possidium* mense Martio anni CCCCIX. nondum ex Italia in Africam reducem fuisse; cum Augustinus in citata Epistola CIV. num. I. innuat, eum tunc adhuc in comitatu fuisse, sequa ignorasse, an aliquid adversus *Calamenses* ab Imperatore impetrasset. Apparet denique, duas *Possidii* legationes omnino distinguendas esse, quarum prior occasione flagitii Calamensis hoc anno suscepta; posterior vero anno CCCCX. quo a Concilio Carthaginensi eum ad Imperatorem missum fuisse diximus. Quæ præmittenda fuere, ut Epistolæ inter Augustinianas XCIV. & XCV. quarum epochæ valde controversæ, anno sequenti certius suo tempori reddi possint.

XII. *Ac Cælicolas in Africa.*

Epistola Augustini *Eleusio*, *Gloria*, & aliis scripta, quæ alias erat CLXIII. nunc vero XLIV. in qua *Cælicolarum* meminit, quemadmodum & Epist. XLIII. quæ alias erat CLXII. pertineat ad annum Christi CCCXCVII. aut insequentem: quod novi Editores Operum Sancti Augustini ex eo conjectant, quod in Epist. XLIII. Optati Thamugadensis tyrannidem summa dicendi libertate commemorat, iisque verbis quæ illam nondum desiisse innuant. Desiit autem anno CCCXCVIII. postquam annos decem durasset. Lex vero Cod. Theod. 19. *de Judæis*, qua Honorius *Cælicolis* anni spatium indulget ad Catholicam fidem amplectendam, alioquin eadem pœna puniendis cum hæreticis, data est anno sequenti *Honorio VIII. & Theod. III.* COSS. Altera ejusdem legis pars, quam Baronius de Cœlicolis interpretatur, sejunctum caput a priore constituit, neque in ea de Cœlicolis agitur; priscorum enim Principum leges allegat Honorius; quæ in Cœlicolas non conveniunt; cum novam superstitionem induxissent. Præterea Baronius perperam scribit, *Cælicolas* magistratus sibi constituisse, quos *Majores* nominabant;

dictum, quo Donatistas pariter, & Judæos nova tentantes, nempe Cælicolarum sectam introducentes, exagitavit, his verbis (*a*):

(a) l. 44. de hæret. Cod. Theod.

XXVII. Leges in hæreticos.

*Donatistarum hæreticorum, Judæorum nova atque inusitata detexit audacia, quod Catholicæ fidei velint sacramenta turbare: quæ pestis atque contagionis * ne latius emanet ac profluat, cavendum. In eos igitur, qui aliquid quod sit Catholicæ sectæ contrarium adversumque tentaverint, supplicium justæ animadversionis expromi præcipimus. Dat. VIII. Kal. Decemb. Basso & Philippo Coss.*

Porro cum hoc ipsum rescriptum ad Donatum datum legatur: illum hunc esse scias Donatum, qui hoc anno reperitur gessisse Proconsulatum in Africa: etenim sub hujus itidem anni Consulibus aliud quod datum reperitur ad Donatum rescriptum, titulum habet appositum, Proconsulatus Africæ (*b*). Hæc idcirco voluimus adnotasse, ut intelligas hunc ipsum esse Donatum Proconsulem Africæ, ad quem duæ extant S. Augustini

(b) l. 9. de pœnis Cod. Theod.

(*c*) epistolæ, cum rogat eum sic coercere debere Donatistas, ut tamen a gladio abstineat: huncque illum esse Proconsulem, cujus meminit in epistola ad Marcellinum. Dumque hunc ipsum rogat idem Augustinus, ut observantiæ legum adversus Donatistas latarum invigilet, quas illi dicerent jam antiquatas esse; certum est respectum habuisse ad obitum Stilichonis, cum quo simul Imperatoris esse extinctas leges Donatistæ jactabant, quod scilicet eas non voluntate Honorii, sed conatu Stilichonis latas esse ferrent. Hujus Donati pietas plurimum ab Augustino laudatur (*d*).

(c) Aug. ep. 127. 128.

(d) Aug. epist. 159.

XXVIII.

Quod rursum ad latas ab Honorio hoc anno leges pertinet: post triduum a superiori edita lege, adversus eosdem aliud rescriptum dedit (*e*), quo prohibet eos de religione disserere, proscriptione & exilii pœna condemnans qui secus fecerint. Tot autem simul paucorum dierum interstitio data rescripta adversus Gentiles, Donatistas, atque Cælicolas, commendant officium egregie præstitum ab Olym-

(e) l. 45. de hæret. Cod. Theod.

PAGIUS

bant; quod deducit ex rescripto Constantini Magni, seu ex lege 3. Cod. Justin. *de Judæis*, ubi dicitur: *Hæc verba Judæis, & Cælicolis, & Majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimare*, &c. ubi Patriarchas ad Judæos, ad Cœlicolas vero Majores spectare credit Baronius. Non enim tantum Cœlicolæ, sed etiam Judæi *Majores* habuerunt, ut liquet ex Lege 1. Cod. Th. *de Judæis* anno CCCXV. data, quæ his verbis incipit: *Judæis, & Majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimare*, &c. Erant Majores Judæorum disciplinæ & modestiæ eorum inspectores, & quotidianis eorum actibus præerant. Quare erant pars Synedrii Judaici, & iidem cum iis, qui *Proceres Judæorum* vocantur in lege 10. Cod. Th. *de Judæis*. Quæ omnia Gothofredo citato observata, qui monet, quod Cœlicolarum mentio sit in lege 3. Cod. Justin. *de Judæis*, quæ alioquin Constantinum Magnum auctorem habet, & desumta est ex lege 1. Cod. Theod. de *Judæis*, id a mala Triboniani vel librarii manu esse, ut docet lex 1. Cod. Theod. *de Judæis*, unde illa desumta est.

XIII. *Qui fuerint Cœlicolæ.*

Quinam fuerint *Cœlicolæ*, anxie hactenus inquiritur. Baronius *Cœlicolas* fuisse credidit, eos qui ex Christiana fide ad Judaismum transibant, sicque eos inter apostatas numerat. Verum Gothofredus in Comment. citatæ Legis 19. *de Judæis* hanc sectam, cujus rara apud Antiquos mentio, melius agnovisse videtur. Ait itaque, eos sub Honorio Imp. primum exortos, idque docere tres ejus leges contra Cœlicolas emissas, puta leges Cod. Theod. 19. 43. & 44. *de hæreticis*, in quibus Honorius ait, Cœlicolarum nomen *inauditum quodammodo novum crimen superstitionis* vindicare, & eorum dogma *novum* illorumque audaciam *novam atque inusitatam* appellat. Cœlicolas vero in Africa fuisse, expresse asserit lex Cod. Th. 44. *de hæreticis*, quæ Donato Proconsuli Africæ inscribitur: quod & docet Augustinus sub finem Epistolæ CLXIII. quæ novo ordine est XLIV. *Cœlicolas* Judæorum appellatione latius accepta designat Honorius dicta leg. 44. *de hæreticis*: quia nempe ex Judæis orti, & quadantenus apostatæ, novi atque inusitati dogmatis Catholicæ fidei sacramenta turbarent. Secundo eos hæreticis affines fuisse docent duæ de his leges Cod. Theod. *de hæreticis* 43. & 44. & in lege citata 19. *de Judæis* quoad pœnas cum hæreticis copulantur. Tertio, *Cœlicolæ* cum Donatistis nominatim inter alios hæreticis conjunguntur dictis LL. 43. & 46. *de hæreticis*. Quarto, Christianos se se esse simulasse docere videtur dicta L. 43. *de hæreticis*: *quamvis*, inquit, *Christianos se esse simulent*. Quinto, Catholicorum communionem refugisse dicta L. 45. testatur. Catholicæ sectæ contrarium aliquid adversumque tentasse dicta L. 44. a fide Christianorum discrepasse, Lege 19. citata generalius quoque ostenditur. Item peculiares a Catholicis conventus habuisse dicta L. 43. Denique circa Catholicæ fidei sacramenta hanc superstitionem versatam, docet pariter ut Donatistarum hæreticorum dicta L. 44. *quod*, inquit, *Catholicæ fidei velint sacramenta turbare*, & Augustinus Epistola laudata nominatim circa *baptismum* superstitionem eorum versatam scribit.

XIV. *Cœlicolæ medii inter Judæos & Christianos.*

Ex quibus tandem conficit Gothofredus, Judaica & Christiana religione commixtam fuisse hanc superstitionem, ac quandam miscellam: & ipsos procul dubio *Judæos*, Sacramentis Ecclesiæ catholicæ perturbatis, sic tamen ut se Christianos simularent. Quare perperam existimavit Baronius, *Cœlicolas* eos fuisse, qui ex Christiana fide ad Judaismum transirent; alioquin eorum dogma *novum* non diceretur, aut eorum crimen *novum crimen superstitionis*, cum Judaismus non esset dogma novum, aut novum crimen superstitionis. Denique in titulo VIII. lib. XVI. Cod. Theod. Cœlicolæ a Judæis aperte separantur: Titulus enim his verbis conceptus est; *de Judæis, Cœlicolis, & Samaritanis*. Neque quidquam facit quod Baronius addit, ideo Cœlicolas potius dici se voluisse, quam Judæos, ut Judaicum tantum nomen, cunctis abominabile evitarent. Id enim est quod negatur. Quantum igitur conjicere licet, *Cœlicolæ* fuere quasi medii inter Judæos & Christianos: Deum Cœli & utriusque Legis sacramenta adsciscebant, Circumcisionem & Baptismum, unde & *novus baptismus* eis tribuitus ab Augustino in Epistola citata. Sic *Nazaræorum* hæresis miscella quædam fuit; volebant enim

Olympio, curante summa celeritate perfici ea, quæ a S. Augustino litteris commendata acceperat, atque commonitorio certior factus fuerat.

XXIX.

At non in Occidente solum, ubi regnabat Honorius, sed & in Oriente Theodosius Imperator Judæos pariter ritus Christianorum adulterantes ejusmodi data lege compescuit (*a*):

(a) L. 18. de Judæis C. Theod.

Judæorum velatum sacrilegium.

Judæos quodam festivitatis suæ solemni Aman ad pœnæ quondam recordationem incendere, & sanctæ Crucis assimulatam speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilega mente exurere, provinciarum Rectores prohibeant, ne locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus suos infra contemptum Christianæ legis retineant: amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab illicitis temperaverint. Dat. IV. Kal. Jun. * *Basso & Philippo Coss.*

* Jan.

Intelligere puto te, lector, quid præsumpserint fæces hominum, Judæi sceleratissimi, nimirum crucifixum una cum cruce incendere: & ne sacrilegi convinci possent, illud prætexere consuevisse, se non Christum crucifixum, sed Aman (*b*) Judæorum hostem tali supplicio affectum, ob Dei gloriam repræsentare. Sed quod hujusmodi facinus Christianæ religionis verteretur ignominiæ; ne id ulterius fieret, Imperator prohibuit. At quid admirandum Deus ostenderit his temporibus Constantinopoli de Judæo paralytico per sanctum baptismum sanitati restituto, Socrates narrat his verbis (*c*):

(b) Esther. 7.

(c) Socr. l. 7. c. 4.

XXX. Judæus paralysi per baptismum curatus.

Judæus, qui a multis jam annis paralysi constrictus, in lecto decubuerat, cum omnia curationum & medendi genera, omnesque Judæorum preces ac vota expertus, nihil plane inveniret remedii, tandem ad baptismum Christianorum confugit, pro certo persuasus hujus tamquam veri medici adjumento se ad integram valetudinem restitutum fore: quæ res erat quamprimum Attico Episcopo Constantinopolitano significata. Ille igitur Judæum articulis fidei instituens, & spem in Christum ei annuncians, jubet ad Baptisterium in lecto apportari. Judæus paralysi oppressus, simul ac baptismum sincera fide receperat, & ex lavacro baptismatis est elatus, confestim morbo liberatus est, & ad sanitatem restitutus. Hæc curatio divina Christi virtute nostris temporibus hominibus declarata fuit: qua quidem re ex Gentibus quamplures ad credendum inducti baptismum receperunt: Judæi autem quamvis signa & miracula quærerent, signis tamen ad credendum induci non poterant. Hucusque Socrates; qui his de Sabbatio ex Judæis oriundo, facto Novatiano, sed schismate ob Episcopatum non adeptum resiliente, subjicit narrationem, & de nece Novatianorum sese ex visione Sisinnii invicem protrudentium. Porro ex Sabbatio Sabbatianos nominatos Novatianos ab aliis schismate divisos, rescripta Principum (*d*) docent. Toleratos autem diximus Novatianos, tamquam qui in reliquis de fide eadem cum Orthodoxis sentirent: sed Romæ ab Innocentio Papa primum expulsos esse, idem auctor affirmat (*e*).

(d) l. 1. de hære. Cod. Theod.

(e) Socr. l. 7. c. 9.

XXXI. Alexander succedit Porphirio.

Contigit inter hæc moris Porphyrium illum scelestissimum, qui post Flavianum (ut dictum est) sedem invasit Antiochenam; cui, ut nefario intruso, numquam Romanus Episcopus communicare voluit. Quo defuncto, affulsit primus pacis radius post tot procellas Ecclesiæ Antioche-

PAGIUS

enim esse Judæi & Christiani; cum & Dei filium confiterentur esse Christum, & omnia veteris Legis observarent, & circumcisionem Judæorum haberent, simul & baptismum Christianum, ut tradunt Augustinus & Hieronymus.

XV. Solemnitas Judæorum in contemptum religionis Christianæ.

Ad num. XXIX. & seq. Theodosius Jun. Lege Cod. Theod. 18. *de Judæis* a *contemptu* Christianæ religionis *festivitates* & solemnia seu solemnitates & celebritates Judæorum vindicat. Hactenus ritus suos retinere Judæis permissum, dummodo infra contemptum Legis Christianæ consisterent. Quod tamen facere solitos fuisse, notum est ex libro Estheris Amanis supplicium, in eo ipso patibulo, quod *Mardochæo* paraverat: post quod supplicium deinceps *Judæorum* salus in tuto locata. Quare in hujusce rei memoriam instituta festivitas XIV. & XV. mensis duodecimi Adar, qui Februario & Martio respondet; quam *Purim*, idest, sortium dixere. Festum illud cum gaudio, jocis & conviviis celebratum, sic ut bacchanalia Judæorum essent ut & hodie sunt. Inter cætera solemnia jocosque laudata lex docet *Judæos* solitos ad pœnæ recordationem Amanem incendere, & assimulatam sanctæ Crucis speciem, seu patibolum quoddam exurere; præ se quidem ferentes Judæi, id fieri ad recordationem pœnæ *Amanis*, publici quondam hostis sui; interim vero & *sacrilega mente*, ut ait Imperator, & *in contemptum Christianæ fidei*, & per hoc Christo velut alteri hosti gentis suæ, illudentes, utpote Cruce exosa, in qua Salvator noster pependit. Quod si Judæi ab hujusmodi non temperaverint, eos hactenus permissa amissuros *Theodosius* denunciat.

XVI. Moritur Porphyrius Episc. Antiochenus.

Ad num. XXX. & seq. *Porphyrius* Episcopus Antiochenus anno quadringentesimo decimo tertio e vivis excessit. Theodoretus enim lib. 5. cap. 5. de Alexandro, ejus successore, & de Antiochenæ Ecclesiæ dissidio scribit: *Quinque & octoginta annos permansit* (nempe dissidium) *usque ad Episcopatum Alexandri, qui distracta Ecclesiæ membra reliquo corpori adunavit*. Hujus autem dissensionis initium desumi debet ab *Eustathii* Antiocheni Episcopi depositione, quæ facta est regnante Constantino Magno anno trecentesimo vicesimo octavo aut circiter; ab eo enim tempore *Eustathiani* separatos conventus habuere. Si itaque anno CCCXXVIII. annos octoginta quinque addideris, pervenies ad annum Christi quadringentesimum decimum tertium, quo *Alexander* Ecclesiam Antiochenam regendam suscepit. Nicephorus quidem in Chronico tribuit *annos XXX.* Porphyrio, sed manifesto librariorum errore scriptum, ἔτη λ' loco ἔτη ι', idest *annos XXX.* loco, *annos X.* Quare cum *Porphyrius* anno CCCCIV. Pontificatum Antiochenum iniverit, illum tenuit usque ad annum

chenæ. Etenim communi omnium consensu eligitur Alexander, qui uno vinculo communicationis in unum conjunxit qui erant ex parte Paulini jam a tempore (ut diximus) Concilii Alexandrini sub Juliano Apostata (cum contra Meletium ipse Paulinus est creatus Episcopus) una cum aliis qui erant ex parte Meletii, separatos ab invicem quadragintaquinque jam annis: tot enim numerant ab eo Concilio usque in præsentem annum. Si quis autem numeret a tempore resipiscentiæ Meletii, quando ex Ariano Catholicum se publice professus est, quo, cum (utpote ab Arianis ordinato) communicare noluerunt Catholici, qui ab illo Magno Eustathio denominati erant Eustathiani (quod contigisse diximus anno a Christo nato trecentesimo sexagesimo) plane ad hunc usque annum numerabit schismatis temporis annos quadraginta & octo. Quomobrem manifestum redditur, illapsum esse errorem apud Theodoretum, dum anni numerantur ejusdem dissidii octogintaquinque; quod quidem annorum spatium longe transgreditur tempora ejusdem Alexandri Episcopi Antiocheni, & Innocentii Romani Pontificis, quorum sedium tempore ea contigisse omnes affirmant. Sed reddemus hic verba Theodoreti (a): *Duravit discordia octogintaquinque annos, ad Præsulatum videlicet Alexandri, omnibus laudis insignibus merito exornandi; qui Ecclesiæ Antiochenæ clavum obtinuit, omnes indagare vias, & omne studium alacritatemque animi conferre non destitit, quo concordiam constitueret, & membrum segregatum cum reliquo Ecclesiæ corpore conglutinaret.* Et alibi de ejusdem vitæ disciplina hæc habet (b):

(a) Theod. l.5.c.5.

(b) Theod. l.5.c.35.

XXXII. Laudes Alexandri Episcopi Antiocheni.

Ecclesiam Antiochenam administravit Alexander, cujus pia vitæ ratio pulchre cum Episcopatu consentiebat. Nam toto vitæ tempore ante susceptum Episcopatum in palæstra monastica contrito, cum plurimum se exercuisset, generosum athletam se plane declaravit: quippe tum oratione docuit alios, tum vitæ consuetudine orationem confirmavit. Hæc de ejus vitæ instituto ante Episcopatum Theodoretus; qui quod subdit in laudem Porphyrii ejus prædecessoris, a veritatis scopo longius aberrasse, sententia omnium ejus temporis in Oriente scriptorum, maxime redarguitur. Subdit insuper hæc de eodem Alexandro: *Divinus autem Alexander severa vitæ disciplina, studio sapientiæ, egestate voluntaria, eloquentia, aliisque denique Spiritus sancti donis admodum excelluit. Idemque factionem Magni Eustathii causa inchoatam (quæ quominus jampridem esset cum reliqua Ecclesia denuo sociata, Paulinus impedimento fuit, & post eum Evagrius) sua persuasione, & consilio cætero Ecclesiæ corpori adjunxit: & talem diem festum, qualem nemo aliquando viderat, ex inspecato celebrandum curavit. Nam omnibus eadem fide consentientibus, in unum collectis, tam sacris initiatis quam laicis, ad illorum conventum accedit. Atque assumptis sibi qui concors noverant, unoque hymnorum concentu contexto, a porta quadam parvula ad Occidentem spectante, usque ad maximum templum totam plateam complevit hominibus: & fluvium rationis participem, similitudinem fluvii præterlabentis mire adumbrantem, effecit. Quæ cum Judæi, Ariani, & Gentilium reliquiæ, quæ perpaucæ erant, viderent; gemere & lamentari cœperunt, quod alios jam fluvios in ipsam Ecclesiam quasi mare illabi cernebant. Iste præterea primum Magni Joannis nomen in tabulis Ecclesiæ inscribendum curavit.* Hæc ipse: probe quidem. Sed quod ad Porphyrium, quem adeo laudat; rogo eum, quisnam e sacris tabulis nomen S. Joannis Chrysostomi obliteraverit? ut plane sua ipsius assertione convincatur, ipsum quidem Porphyrium ut Joannis persecutorem, non laudibus, sed ignominia fuisse dignum.

De restituendo nomine Jo. Chrysost.

XXXIII. Innocentius auctor pacis Ecclesiæ Antiochenæ.

Quod autem Alexander Antiochenus Episcopus primus fuerit, qui in Ecclesiæ tabulis nomen Joannis Chrysostomi restituerit, quodque in unum conjunxerit Fideles omnes qui ex parte Paulini erant: fuit illi auctor Innocentius Romanus Pontifex. Etenim creatus Alexander Episcopus Antiochenæ Ecclesiæ, cum legationem ea more una cum litteris mitteret ad Apostolicam sedem, quibus de sua ipsius electione Innocentium admoneret, peteretque Catholicam communionem: ita postulatis ipsius annuit ipse Innocentius Papa, si tamen hæc quæ ab eo requirebat perfici, ipse Alexander impleret: ac primo quidem, ut qui a successore Paulini Evagrio ordinati erant, ipse reciperet eum ordinibus, & honoribus: inde vero etiam nomen Joannis Episcopi Constantinopolitani e tabulis sacris expunctum, cum honore (ut par erat) restitueret. Quæ omnia statim ex sententia Romani Pontificis quam studiose Alexander implevit, quo mereretur Apostolicæ sedis ac cum ea totius Catholicæ Ecclesiæ communica-

PAGIUS CCCCXIII, aut forte insequentem. Sed quia Baronius præfatam dissensionem ab anno CCCLXII. quo *Paulini* ordinatio contigit, exordiendam arbitratus est, perperam arguit *Theodoretum* scribentem hoc dissidium durasse annos LXXXV. mortem *Porphyrii* hoc anno consignavit, & Antiochenorum pacem, ac litteras Innocentii Papæ, hujus pacis auctoris hoc anno, loco non suo recitavit.

(a) Innoc. ep. 41. to. 1. ep. Rom. Pont.

XXXIV. Epistola Innocentii ad Bonifacium.

cutionem accipere. Declarat hæc quidem ejusdem Innocentii Papæ epistola ad Bonifacium scripta, quæ hæc primum habet de Ecclesia Antiochena; & ejus Episcopo (a):

Innocentius Bonifacio presbytero.

Ecclesia Antiochena, quam, priusquam ad urbem perveniret Romam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana Ecclesiæ Romanæ diu se ab eadem alienam esse non passa est. Nam missis legatis, ita pacem postulavit & meruit, ut & Evagrianos suis ordinibus ac locis intemerata ordinatione, quam acceperant a memorato, susciperet, & Joannis sanctæ memoriæ vel clericos, vel laicos in unum colligeret atque congregaret. Promittens ipsius Civitatis Episcopus frater meus Alexander, etiam si quis forte vel a nobis vel aliunde posterioris ordinationis ad eos venerit, se sine controversia recepturum, ac nomen Episcopi memorati inter quiescentes Episcopos recitaturum. Cui rei nos noveris tradidisse manus, frater carissime, & eos in nostra viscera recepisse; ne diu membra, quæ requisierant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia vero quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus, horum scilicet portitor litterarum, dilectioni tuæ poterit enarrare; ut & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus intervenire consueverunt. Hæc Innocentius ad Bonifacium legatione fungentem apud Theodosium Constantinopoli: quem illum putamus Romanæ Ecclesiæ presbyterum, qui post Innocentium secundus creatus est Romanæ Ecclesiæ Pontifex.

XXXV.

Ad ipsum vero Alexandrum Antiochenum Episcopum, qui scripserat de pace consecuta Ecclesiæ Antiochenæ, deque Episcopis exulibus ad propria restitutis, & aliis ad perfectam in omnibus pacem conducentibus stabilitis, Innocentius ipse congratulatus ista rescripsit (b):

(b) Innoc. epist. 18.

Epistola Innocentii ad Alexandrum.

Apostolici favoris gratia magno pacis usque ad nos decore resplenduit, tantumque lucis gaudiorumque infulsit Fidelibus, ut dicentes Deo maximas laudes, majores debere nos fateamur. Plusque a Deo jucundati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate, & patientia gestum cognovimus, ut in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator existens, eam requisitam inveneris, & repertam summa charitate tenueris, tum erga omnes, tum præcipue circa illos qui quondam Paulini atque Evagrii Episcoporum censiti fuerant nomine. Habeo summam votorum meorum, quod antiqui nævi purgatio tuis temporibus, tuisque meritis prorogatur: quorum etiam illos ejusdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperunt, crustu bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus gratum dixit tuæ fore dignationi, si meo consilio in Civitate vestra clericatus ordinem ducere conserentur: statui propter benevolentiam tuam promissaque memorati, ut inter cæteros sacerdotes, ministrosque qui in Civitate sunt, annumerentur, frater carissime.

XXXVI.

Libenter præterea de Episcopis Helpidio atque Pappo cognovi, quod sine quæstione suas Ecclesias recuperaverint. Et multum in Gestis (ut subscripta testantur) solicitus inquisivi, utrum omnibus esset conditionibus satisfactum in causa beati & vere Deo digni sacerdotis Joannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur: gratias agens Domino, communionem Ecclesiæ vestræ ita recepi, ut præ me feram, Apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse cæteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Dominus Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo de cætero titillamento, vel levi cujusquam contentionis pudore pulsetur.

XXXVII. De causa Acacii Episcopi Berœensis.

Scripta autem Acacii Episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus: ne per vestram injuriam ille, qui alias a nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abunde, quæ in Actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri: ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur seni favore vestro, vestroque judicio communionis atque litterarum a nobis gratia prorogata. Subscripserunt Episcopi vigintiquatuor. Hactenus ibi. Acacius iste, ille est Berœensis Episcopus, haud pridem de S. Joanne Chrysostomo (ut supra vidimus) pessime meritus: ut qui quod postularet Catholicam ab Innocentio Papa communicationem jam diu ob causam Chrysostomi interceptam; sic eam spopondit ipse Pontifex, ut quæ servanda imposuisset, impleret: ad quem hæc Innocentius (c) ipse tunc scripsit:

(c) Innoc. epist. 22.

XXXVIII. Epistola Innocentii ad Acacium.

Adgaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paulini & Evagrii Episcoporum clericis populisque & de restitutis Helpidio atque Pappo coepiscopis percensuimus; & vel sero receptæ pacis gratiam te fovere, postposita omni contentione, pervidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem & coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati: videlicet ut si omnis inimicitia, omnis æmulatio tam de nomine S. Joannis mirandi Episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus a tua animositate discessit; has nostræ societatis recipias litteras, frater carissime, modo ut omnia quæ hic Actis firma-

ta

ta sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum, ore proprio (ut communicantem convenit) fatearis. Ut enim nobis hac unanimitatis charitatisque causa venerabilis est, sic inhaeret solicita, ne quid obliquum, aut succisivum in quoquam residere cognoscat. Hæc ad Acacium. Vides, lector, apud unum Innocentium agi, ut reconciliarentur per pœnitentiam qui in Joannem deliquissent Orientales Episcopi; cujus & auctoritate jubentur relaxari, qui exilio mulctati erant Joannis defensores Antistites: ipsoque decernente, omnia ab adversariis irrita habentur adversus Joannem Chrysostomum acta, quibus damnatus & abrasus ex ordine fuerat ejus Ecclesiæ Episcoporum.

XXXIX. Quod rursum ad Acacium spectat, constat in omnibus ipsum Innocentio paruisse, ac proinde Catholicam Romanæ Ecclesiæ communionem meruisse: quem apud Atticum Constantinopolitanum Episcopum laborasse liquet, ut ab eo redderetur Joannis nomen in Diptycha, ut suo loco dicturi sumus: sed infelix, oborta postea Nestorii hæresi, adversus Cyrillum & alios Orthodoxos fortires dimicans, labem abolitam, quam ex persecutione in Joannem agitata fœde contraxerat, duplo auxit.

XL. *De causa Attici Episcopi Constantinopolitani.*

At quid Atticus Constantinopolitanus, quidve Theophilus Episcopus Alexandrinus? parum sibi visi Joannem viventem ad obitum usque hostiliter persecuti; etiam post ejus obitum, in nomen ejus jurato bello, obstinato animo conflixere; adeo ut acciderit infeliciter Theophilum segregatum ab Ecclesiæ Romanæ communicatione nonnisi ultima hora resipuisse, Atticum vero vix tandem post Theophili obitum consensisse ab Acacio stimulatum Joannis nomen referre in catalogum ejus Ecclesiæ Episcoporum, idque post quadriennium, ut suo loco dicturi sumus. Inter hæc autem contigit, ut Maximianus Episcopus, pacis studiosus, apud Innocentium Papam litteris egerit, ut communicatorias litteras ad Atticum Constantinopolitanum Episcopum daret. At renuit id Innocentius facere, donec Atticus conditiones missas ad Alexandrum Episcopum Antiochenum impleret; atque ad eumdem Maximianum Episcopum litteras reddidit. (a) Porro hunc existimamus esse Maximianum Episcopum in Macedonia, ad quem una cum aliis extat S. Joannis Chrysostomi (b), cum exulasset, epistola: est ejus quoque mentio in epistolis Innocentii ad Episcopos itidem Macedoniæ sub Consulatu Constantii, atque alia item data in causa Bubalii, & Tauriani, cum ipse Maximianus Romæ fungeretur legatione. At Innocentii ad eum hoc tempore in causa Attici datæ litteræ sic se habent (c):

(a) Innoc. epist. 23.
(b) Chrys. epist. 163.
(c) Innoc. ep. 27. & sup. ep. 6.

XLI. *Epistola Innocentii ad Maximianum.*

Miramur prudentiam tuam, scripta ad Atticum Episcopum Constantinopolitanæ urbis a nobis & prosecutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare: a quo nec missas ullas saltem epistolas ad nos, vel ad vestram Synodum utique pertulisti. Idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse detersas; & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus missis aliquibus suorum, vel docere voluit, vel demonstrare completam, quemadmodum Antiochenæ Ecclesiæ frater, & Coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosecutus est, & probavit. Quibus omnibus utique interesse dignatus, cognovisti quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antehac de causa beatissimi Joannis quondam Episcopi nostri discusserim, ut quæ illi in omnibus satis evidenter ostenderint, universa quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, utique fidem facimus, & magno tramite omnem eadem postulantes ostendimus; si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complesse, aliquando monstraverint; communionemque ut isti, legatione solemniter destinata, sibi rogaverint adhibere. Expectamus ergo, & professionem memoratæ de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, & petitionem communionis: ut recte & petenti, & probanti se eadem mereri, reddamus, frater carissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum Synodum dudum litteras percepisti. Hactenus Innocentii litteræ de Attico: ex quibus intelligis, communione suspensis, ac proinde multo magis excommunicatis, haud solere Romanum Pontificem reddere communicationem, nisi propositis ante impletis conditionibus, & emendatis erroribus illis, quorum causa communicatione interdici meruerant.

Qualiter communio impertienda sit.

XLII. Cæterum non destitit post hæc Atticus crebras mittere legationes pro communione Romani Pontificis promerenda; quam

PAGIUS XVII. A num. XL. ad XLIII. Cum Sanctus *Atticus* Episcopus Constantinopolitanus Chrysostomi nomen falsa persuasione adductus, diptychis Sacris non inscriberet, frustra *Maximianus* unus ex Episcopis Macedoniæ apud Innocentium Papam institit, ut ad Atticum literas communicatorias daret. Maximiani literas recitat Baronius. Verum eæ post annum CCCCXIV. datæ, ut ibidem demonstrabimus. Ad

Innocentius PP. Atticum ad communionem non recipit.

quam tamen numquam aſſequi meruit; quouſque nomen Joannis in ſacrum indicem non reſtituit: quod tamen vivente Theophilo ipſe præſtare deſtitit, poſtea autem (ut dicemus) confeſtim implevit. De qua quidem neceſſario præſtanda conditione hæc habet Theodoretus: (a) *Quinetiam iſto excellenti totius orbis terræ doctore mortuo, Epiſcopi Occidentes non prius cum Epiſcopis Ægypti, & Orientis, & Boſphori, & Thraciæ communicare voluerunt, quam nomen illius ſanctiſſimi viri in tabulas quibus nomina Epiſcoporum mortuorum continebantur, retuliſſent. Atque Arſacium ejus ſucceſſorem ne ſalutare quidem dignati ſunt. Atticum autem, qui ſuccedebat Arſacio, quique ſæpe legatos ad eos miſerat, ſæpeque pacem poſtulaverat, poſtea tandem, cum Joannis nomen in tabulis ſcripſiſſet, receperunt.* Hæc ipſe. Atque de his modo hactenus.

(a) Theod. l. 5. c. 34.

XLIII. Melania recedit ab Urbe.

Hoc item anno, qui Urbis obſidionem præceſſit, Melania Romana vidua, de qua ſæpe ſuperius mentio facta eſt, antiqui vaticinii ante annos quadringentos (ut ait Palladius) editi memor, diſtractis prædiis, una cum Melania nepte, Pinianoque ejuſdem Melaniæ viro, & Albina nuru, evaſura cum illis imminentem Urbis cladem, Roma recedens, Hieroſolymam ſe iterum contulit, ubi poſt dies quadraginta ex hac vita migravit: hæc ex Palladio (b), qui & tradit, ejuſmodi prophetico oraculo ab ea Romæ evulgato, atque ſæpius inculcato, complures Romanorum Civium Chriſtianorum ad rerum temporalium contemptum inductos eſſe; conſultius exiſtimantes, amore Chriſti, ſpe ſupernæ retributionis prodigere in pauperes ſuas divitias, quam eas ad barbarorum prædam relinquere: quo nomine, cum rei eventus verum probaſſet oraculum, immenſas Deo gratias egere. Major quoque vis inerat ad hæc ſuadenda Melaniæ orationi, quod dictitaret (ut exiſtimabat) una cum Urbe Orbem pariter ruiturum.

(b) Pallad. in Lauſiac. c. 33.

XLIV. Melaniæ progenies.

Quod autem idem Palladius ait, una cum Melania receſſiſſe Roma Melaniam Juniorem ipſius neptem, & virum ejus Pinianum, necnon nurum Melaniæ Albinam; cognationem Melaniæ ſic accipias. Filius ejus unicus illi relictus duxit uxorem Albinam, ex qua Palladius (c) ait genitam eſſe Melaniam Juniorem, Senioris Melaniæ neptem, quæ in matrimonium collocata eſt Piniano, cujus ſocrus Albina fuit: quod vero ei inhæreret loco matris, S. Auguſtinus (d) ad ipſam ſcribens, Pinianum ejus filium nominat, & frequenter his uti nominibus conſuevit. Hic turſum attende, diverſam prorſus hanc Albinam nurum Melaniæ ab illa fuiſſe Albina matre S. Marcellæ, de qua ſæpe Sanctus Hieronymus; quam ante plures annos ex hac vita migraſſe, ejuſdem S. Hieronymi teſtificatione didicimus. Quæ autem acciderint, cum hi, quos hoc anno ab Urbe diximus receſſiſſe, in Africam trajecerunt, ſequenti anno pro ratione temporis dicturi ſumus. Sed hic Palladium corrige, dum ait Melaniæ filium valde juve-

(c) Pallad. in Lauſiac. c. 33.

(d) Aug. epiſt. 227.

PAGIUS XVIII. *Melania in Siciliam ſecedit.*

Ad nom. XLIII. & ſeq. Agemus anno ſequenti de profectione *Melaniæ* ſenioris, ejuſque familiæ in Siciliam, indeque in Africam, ut quæ ad eandem ſpectant, uno tenore explicemus.

XIX. *Auguſtinus cenſet leges Principum adverſus hæreticos ſtatui poſſe.*

Hoc circiter anno Auguſtinus refellens Epiſtolam *Vincentii* e ſchiſmate Rogatiano Epiſcopi Cartennenſis, dicit viſum ſibi fuiſſe aliquando, non vi cum hæreticis, ſed verbo Dei & ratione agendum; verum ſententiis aliorum exempliſque ſuperatum mutaſſe ſententiam, & arbitrari leges Principum recte implorari adverſus hoſtes fidei, modo id fiat animo corrigendi, non ſtudio vindicandi. Quam in rem multas egregias rationes in medium profert: *O ſi poſſem*, inquit, *tibi oſtendere, & ipſis Circumcellionibus quam multos jam Catholicos manifeſtos habeamus, damnantes ſuam priſtinam vitam, & miſerabilem errorem, quo ſe arbitrabantur pro Eccleſia Dei facere quidquid inquieta temeritate faciebant: qui tamen ad hanc ſanitatem non perducerentur, niſi legum iſtarum, quæ tibi diſplicent, vinculis tanquam phrenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi graviſſimi eorum, qui turbulentam quidem audaciam non habebant, ſed quadam vetuſta ſocordia premebantur, dicentes nobis, verum quidem dicitis, non eſt quod reſpondeatur; ſed durum eſt nobis traditionem parentum relinquere: nonne ſalubriter regula temporarium moleſtiarum excutiendi erant, ut tanquam de ſomno lethargico emergerent, & in ſalutem unitatis evigilarent? Quam multi ex ipſis nunc nobiſcum gaudentes priſtinum pondus pernicioſi ſui operis accuſant, & fatentur nos ſibi moleſtos eſſe debuiſſe, ne tanquam mortifero ſomno, ita morbo veternoſæ conſuetudinis interirent.* Hanc autem Epiſtolam ordine XCIII. alias XLVIII. hoc anno datam, inde colligunt Patres Benedictini, quod in Collatione Carthaginenſi anno CCCCXI. habita, altum ubique ſit de ea ſilentium, & Auguſtinus nullum verbum faciat, nec de Honorii reſcripto ſub finem ſequentis Chriſti anni dato, neque de iis, quæ a Stiliconis nece ſtatim accidere.

XX. *Galli & Britanni a Romanis deficiunt.*

Conſtantinus, qui anno ſuperiori tyrannidem in Britannia arripuit, & ex ea in Galliam trajecit, univerſumque militem Gallum & Aquitanum ad ſuas partes pertraxit, rebus in univerſa Gallia conſtitutis, *Conſtantem* filiorum natu maximum, Cæſarem declaratum, in Hiſpaniam ablegavit. Ibi *Verenianum & Didymium*, qui ei fortiter reſtiterant, cœpit, & ad Conſtantinum patrem perduxit, cujus juſſu interfecti ſunt. Inde rurſus in Hiſpaniam *Conſtans* a patre mittitur. Verum cum Barbari agente *Gerontio* duce adverſus Conſtantinum rebellaſſent, ii *tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam Celticas nationes redegerunt, ut ab Imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius obedientes, arbitratu ſuo viverent. Itaque Britanni, ſumptis armis & quovis adito pro ſalute ſua diſcrimine, civitates ſuas a Barbaris imminentibus liberarunt. Eodem totus ille tractus Armoricus,* ſi-

juvenem comitatum esse proficiscentem Melaniam in Siciliam usque: nam quomodo valde juvenis, cum constet ante annos circiter quadraginta Melaniam Seniorem viduam esse relictam? vel quomodo in Siciliam usque eam tantum comitatus, qui cum illis navigavit in Africam, ubi & defunctus est? id constat ex litteris Augustini, atque Paulini, de quibus anno sequenti dicturi sumus: ex quibus longe verior de rebus gestis Melaniæ ac Piniani, & sociorum historia accipitur, quam ex Palladio, qui nullam penitus de Africa habuit mentionem, quo hos omnes anno sequenti esse profectos liquet, atque ibi diutius commoratos.

PAGIUS

cateraque Gallorum provincia Britannos imitata, consimili se modo liberarunt, ejectis Magistratibus Romanis & sua quadam Republica pro arbitrio constituta, inquit Zosimus lib. 6. pag. 824. & seqq. Porro Didymus & Verenianus fratres patriam adversus tyrannum & Barbaros tueri moliti sunt, inquit Orosius lib. 7. cap. 28. sed iis anno sequenti, ut tunc videbimus interfectis, *Hispania* in prædam cessit & Barbaris & militibus Romanis. Urbes vero Galliarum, quæ hoc tempore jugum Romanorum excussere, postea a Clodoveo Francorum Rege sensim occupatæ sunt.

Alia hoc anno gesta.

Roma hoc anno ab Alarico Gothorum Rege obsessa, ut sequentis initio videre est. Hieronymus scribit Commentarios in Isaiam, ut anno sequenti num. V. dicetur. Melania Senior cum sua familia in Siciliam fugit, Ibidem.

I. Eucherius & Serena occiduntur. (a) Zosim. l. 5.

QUadringentesimus nonus Domini annus Consulatu Honorii octavo, & Theodosii tertio inchoatur, quo ab Alarico Gothorum Rege Roma obsidetur: (a) qui enim Stilichoni addictissimus erat, cujus & occultis, & interdum etiam manifestis studiis fovebatur, ob necem ejus, & ipsi faventium magistratuum nonnihil commotus in Imperatorem, exercitum in Urbem movit, quam diu ante sitiverat. Cum interea Eucherius filius Stilichonis detentus captivus ab Arsacio atque Terentio eunuchis, mandato Honorii interficitur: itemque Thermantia ejusdem Stilichonis filia, uxor Honorii post Mariam, restituitur Serenæ matri Romæ agenti. Horum vero Eucherii interfectorum priori tradidit cubiculi præfecturam, posteriori vero proximum locum idem Imperator tribuit. Quam justo Dei judicio, vindice Imperatoris gladio, Eucherius occisus sit, præter ea quæ superius dicta sunt, accipe ex his quæ Orosius ait (b): *Occisus est & Eucherius, qui ad conciliandam sibi favorem Paganorum, restitutione templorum, & eversione Ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur*. Hæc Orosius. Sed & illud accessit ad absolutam internecionem Stilichonis propinquorum, quod Serena ejus conjux, Theodosii quondam soror, ex Senatusconsulto, juberur interfici, adnitente Placidia Honorii Augusti germana, eo nimirum prætextu, quod in suspicionem adducta esset, ejus nutu barbaros ad Urbis obsidionem se contulisse: ratis nimirum Senatoribus, postquam Serena foret e medio sublata, illos pariter soluturos obsidionem, ablata spe de proditione Urbis ab ipsa parata. Sic igitur, laqueo

(b) Oros. l. 7. c. 38.

PAGIUS — ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5902.

SÆC. V. — ☉ 26. C. ☽ 11. P. 18. April. Indict. 7.

Olymp. 297. — JESU CHRISTI 409.

Anno Eræ Hispan. CCCCXLVII. — INNOCENTII PAPÆ 9.

A.C. 409. — HONORII IMP. 27. & 15.

THEODOSII JUN. 8. & 2.

I. Quindecennalia Honorii.

[1] COss. *Honorius* Aug. VIII. & *Theodosius* Jun. Aug. III. Hic propter Imperium post patris mortem susceptum; ille propter *Quindecennalia* Imperii post patris mortem initi; quod & ex Vicennalibus ejus etiam colligitur. In Galliis vero, ubi *Constantinus* imperabat, is se ipsum Consulem & Honorii collegam designavit. Zosimus enim lib. 5. pag. 818. narrata Urbis obsidione ab *Alarico* facta refert, *Constantinum* Eunuchos ad Honorium veniam poscentem, quod Imperium delatum accepisset, misisse, & Honorium, qui de bellis aliis cogitare non poterat, postulata concessisse: *Non postulato duntaxat assensus est, sed & imperatoriam vestem ei misit*. Idem habet Olympiodorus apud Photium: Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. pag. 516. refert inscriptionem Græcam, quæ Treviris extat, in qua legitur, ΥΠΑΤΕΙΑ ΟΝΩΡΙΟΥ. ΤΟ. Η. ΚΑΙ. ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ. ΤΟ. Α., id est, *Consulatu Honorii VIII. & Constantini* I. Tyrannos autem, licet pacem cum Imperatoribus pepigissent, horum Consules non agnovisse, sed proprios designasse, alibi monstravimus.

II. Roma anno superiori obsessa, ab Alarico.

A num. I. ad XII. Annus quo primum *Roma* ab Alarico Gothorum Rege obsessa, annusque quo postea devastata, & in prædam data, hactenus in magna controversia fuere, præsertimque posterior; sed ex iis, quæ mox dicam, jam anno præcedenti eam obsessam, currentique direptam, certo constabit, & plurimi, qui inolevere errores, tandem evertentur. Baronius Urbis obsidionem anno superiori, & curenti

---

NOTÆ [1] COss. *Honorius Aug. VIII. & Theodosius junior Aug. III.* Reinesius cl. XX. pag. 934.

VI. IDUS. OCTOBRIS. DD. NN. HO
NORIO. AUGUSTO. VIII. ET
THEODOSIO. CC. SS.

Græca inscriptio in Annalibus Trevirensibus Christophori Broweri in Proparasceve pag. 63. quæ Latine vertitur.

CONSULATU. HONORII. VIII. ET CON
STANTINI. I. MENSE. PANEMO.

Similis extat apud Gruterum pag. MLII. 6. de qua Norisius in Epochis Syro-Maced. dissert. IV. cap. I. pag. 317. ubi notat, recte a Petavio lib. XI. de doctrina tempor. cap. XLVI. tradi, *Constantium*, qui imperium in Gallia invaserat, se hoc anno collegam *Honorii Aug.* in consulatu designasse; quum tamen extra Tyranni ditiones, *Theodosium cum Honorio Augusto* Actorum Scriptores copularent. Hinc Fasti Idatii & Prosper editus & MS. *Honorio VIII. & Theodosio III.* Marcellinus...... *& Theodosio juniore III*, Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Honorio* VIII. & *Theodosio III.*

quo fracta cervice, Serena perempta est; sed Alaricus tamen minime ab Urbis obsidione discessit. Dedisse autem meritas Serenam pœnas, quod eodem quo Stilicho insano ardens amore creandi filii Imperatoris, easdem cum illo strueret Imperio fratris insidias, omnes affirmant, licet Zosimus Ethnicus ad justam numinis vindictam Serenæ necem accommodet, id scilicet passam esse, quod aliquando e Rheæ simulacri collo mundum pretiosum abstraxisset, suæque cervici colligasset; de quibus nos superius suo loco.

II. Romani auro obsidionem solvunt.

Cum autem obsidio arctior perduraret, fame pesteque populo Romano vexato, interclusis omnibus commeatibus, vi adacti sunt Romani intus obsessi, ut auro pacem redimere quæritarent: factumque tandem, ut persolutis quinquies mille libris auri, & tricies mille libris argenti, quater mille tunicis sericis, ter mille pellibus coccineis, piperis pondere, quod ter mille libras æquaret, Alaricus his acceptis, abscesserit. Porro quod Ærarium esset exhaustum, & privatorum opes haud in promptu essent ad dictam summam præscriptam auri, & argenti perficiendam; decretum est spoliari deorum simulacra auro & gemmis, quibus recens fuerant exornata. Deplorat hæc scribens Zosimus, ubi ait (a): *Quod deerat ad conficiendum præfinitum auri librarum numerum, mundo supplere statuebant, quo erant exornata deorum simulacra: quod sane nihil aliud significabat, quam simulacra sacris ritibus atque cærimoniis dedicata, mundoque decenti exornata, propterea quod Urbis felicitatem perpetuam conservassent, his ipsis cærimoniis nonnihil abolitis, esse inania prorsus, & inefficacia. Quod denique cuncta quæ tenderent ad Urbis interitum, oporteret undique concurrere: non ornamenta duntaxat sua simulacris ademerunt; verum etiam nonnulla auro, & argento facta conflarunt: quorum erat in numero Fortitudinis quoque simulacrum, quam Romani virtutem vocant: quo sane corrupto, quicquid fortitudinis atque virtutis apud Romanos superabat, extinctum fuit: id quod ex eo tempore futurum homines rebus divinis, & ritibus patriis exerciti prædixerunt.* Hæc Zosimus in Christianorum invidiam exaggerans, quæ in idololatrarum obstinatissimam pertinaciam fuerant convertenda.

(a) Zosim. l. 5.

Collata Diis ornamenta sublata.

III. Dei consilium de barbaris in Urbem immissis.

Tu vero lector, quam justo & æqua lance librato divino judicio id acciderit, in mentem revoca. Quid enim profuit Christianorum Impp. sanctionibus, & sæpe promulgatis edictis, iteratisque crebro rescriptis, claudi templa, aras disjici, atque simulacra confringi jussa fuisse: cum tamen omnibus his contemptis, ac pro nihilo habitis, tantum abfuit ut a simulacrorum cultu se abstinuerint, quod perfractis idolis, alia pretiosiora suffecerint, atque omni genere ornamentorum nobilitarint, insuper & ipsa deorum simulacra haberent auro, & argento conflata? quorum obduratæ ad impietatem mentis non est opus e longe petita exempla accersere. Nam ante ferme quam editum, antiquatum fuit ejusdem Imperatoris edictum, & inefficax prorsus redditum, quod anno superiori (ut vidimus) ad Theodorum (b) Præfectum Prætorio datum est XVII. Kal. Decembris; quo jubebantur annonæ e templis deorum auferri, simulacra convelli, destrui aræ, Fiscoque ipsa adscribi templa: quæ omnia, favente Gentilibus Eucherio, derisa atque delusa, cassaque penitus reddita sunt.

(b) l. 19. de Pagan. C. Theod.

IV.

At non est humanarum virium, divinum consilium irritum reddere, & imperium evitare; vel Deum falli, & divina decreta eludi posse, putare. Ut cum ad hoc Christus Dominus noster venisset in mundum, ut dissolveret opera Diaboli (c), &, quod a sacris vatibus crebrius fuerat decantatum, idololatriam penitus aboleret; hi crediderint Dei consilium posse dissolvi: Quid

(c) 1. Joan. 3.

ro-

PAGIUS

reoti *Eucherii* Stilichonis filii interitum refert. Verum Eucherius paulo post Patrem occisus, & *Serena* hujus mater, & Stilichonis conjux interfecta, ut asserit Olympiodorus, & liquet ex iis, quæ habet Philostorgius, quem Baronius non viderat, lib. 12. num. III. Ibi enim non tantum tempus obsidionis indicat; sed etiam cædis Eucherii: *Interfecto Stilichone* (anno nempe CCCCVIII. die XXIII. Augusti) *Barbari, qui una cum illo erant, assumto ejus filio statim abscesserunt, cumque Romam appropinquassent, huic quidem permiserunt, ut in templum quoddam, quod jure asyli fruebatur, confugeret. Ipsi vero cuncta, quæ circa Urbem erant, vastarunt, tum ut Stilichonem ulciscerentur, tum quod fame pressi erant. Ubi vero littera ab Honorio missæ jure asyli potentiores, Eucherium morte mulctarunt. Post hæc Barbari Alarico juncti eum ad expugnandam urbem Romam incitarunt*, quod superiori anno post mensem Augustum contigit.

III. Pax ante illius anni finem facta, sed non confirmata.

Ad hæc Zosimus lib. 5. pag. 811. Bassi Philippique Consulatu, præcedenti anno gesto, ac morte Stilichonis ejusque filii narratis, Urbis obsidionem referre incipit, atque, *Alaricum* Romam versus promotis castris obvia castella cuncta cum oppidis diripuisse; tum eam obsidione cinxisse, ac occupato Tiberi flumine subministrationem commeatus e portu impedisse. Deinde exponit quibus conditionibus pax sancita fuerit, Barbaris pecunia numerata, ac obsidio soluta. Quibus narratis pag. 818. ait: *mediocre jam laxamentum hoc malorum esse videbatur, quo tempore Honorius Imper. Ravennæ Consulatum inibat, octies honorem hunc consecutus, in Oriente Theodosius Aug. jam tertium Consul.* Quare cum Kalendis Januarii hujus anni Honorius & Theodosius Consulatum illum inierint, anno elapso sub finem vergente jam urbs ab Alarico obsessa fuerat, & ea quæ ex Zosimo recitavimus, acciderant. Addit Zosimus

In Gentilitatis excidium Urbs obsideri & capi permissa.

rogo, cum Romanis idolorum cultoribus faciendum fuit, ut inviti licet divinæ obtemperarent voluntati, qui jam Imperatorum edicta contempserant? nisi eo necessitatis illos adigere, ut a barbaris coarctati, ipsi præstarent, quod rogati vel jussi a Christianis Principibus ac divinæ legis Antistitibus facere contempsissent? Quam par fuit, ut qui Christianis Imperatoribus parere renuissent, cogerentur a Regibus barbarisque jussa capessere, & implere? Ut plane quisque recto mentis obtutu ista considerans, perspicue illud intelligat, ad hoc barbaros immissos in Urbem vindices, ut altis fixam radicibus idololatriam funditus extirparent: Indeque factum (quod dictum est superius) ut non siverit Deus alios barbaros, quam Christianos ista perficere, obtrito penitus divino miraculo Rhadagayso deorum cultore; qui si in Urbem aditus sibi patuisset, abolito Christiano nomine, deorum tantummodo cultum in eam penitus restituere, jam in animum induxisset.

V.

Justa Dei dispensatio in plectendis Romanis.

Sed & illud expende, quanta Dei providentia factum sit, ne in odium & invidiam Catholicæ fidei verteretur clades Urbis; cum non per Catholicos piosque fideles id patrari voluerit, sed per barbaros & impios Christianos, eosdemque rejectitios, & a communicatione Fidelium discretos perfidos Arianos, qui a Deo ad hoc delecti sunt, ut quæ suæ voluntatis essent, ceu lictores parentes Principi, exequerentur. Quibus sane aptari jure possit, quod olim Dominus adversus idololatras exprobrans per Hieremiam (*a*) ita fuerat comminatus: *Misit Dominus ad vos omnes servos suos Prophetas, consurgens diluculo, mittensque: & non audistis, nec inclinastis aures vestras, ut audiretis, cum diceret: Revertimini unusquisque a via sua mala: & nolite ire post deos alienos, ut serviatis eis, & adoretis eos. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quod non audistis verba mea: Ecce ego mittam & assumam universas cognationes Aquilonis (ait Dominus) & Nabuchodonosor Regem Babylonis servum meum, & adducam eos super terram istam*, &c. Quanta enim divini nominis ignominia, in Urbe illa, ubi Princeps Apostolorum una cum Evangelio sanguinem effudisset, & destruendæ idololatriæ causa innumeræ myriades martyrum vitam pariter profudissent, ubi & tot tantaque miracula edita essent, tot sanctissimi Urbis Episcopi docuissent, & innumera sanctorum agmina tot sæculis coaluissent: ibi adhuc sub Christianis Regibus abominationem illam idolorum cultus vigere, & amplissimis honoribus frequentari? Frustra igitur suggillat Zosimus, sive alii Ethnici, ob cladem Urbis, Honorii Imper. ignaviam: cum Deus diu toleratam Romanorum idololatrarum impietatem ulturus, juxta Isaiæ (*b*) vaticinium, immittat soporem in Principes. An non hic ille Honorius, qui eundem Alaricum gloriosa victoria apud Pollentiam vicit; qui nec incolumis aufugisset, nisi (quod fuit in ore multorum) Stilicho viam ad fugam aperuisset? An non idem hic est Honorius ille, qui antea Gildonem tremendum in Africa tyrannum longe inferioribus copiis expugnavit? Et quis alius ab Honorio, qui haud pridem inundantem innumeris barbarorum copiis Rhadagaysum in montibus Fesulanis absque cæde suorum obtinuit? prætermittimus alia ab eo prœlia per duces suos, uti solebat, feliciter gesta: ut plane manu tangere liceat, ad Gentilium delendam penitus idololatriam omnia ista Deum esse summo consilio operatum.

(*a*) Hierem. 35.

Injuste carpitur Honorius ab Ethnicis.

(*b*) Isai. 29.

VI.

Innocentius Papa defenditur a calumnia Zosimi.

Sed illatam a Zosimo illam etiam calumniam in Romanum Pontificem Innocentium refellamus, quam his voluit pinxisse coloribus, cum agit de tempore Urbis obsidionis (*c*): *Dum (inquit) hæc ipsi secum expendunt, Pompejanus Præfectus Urbis forte in quosdam incidit, qui Romam e Tuscia venerant; & oppidum quoddam ajebant, cui nomen Nevia, periculis urgentibus, sese liberasse; perque preces ad numen factas, & cultum patrio more præsti-*

(*c*) Zosim. l. 5.

PAGIUS

mus, pace cum Alarico nondum confirmata, quod Imperator nec obsides dedisset, nec postulatis omnibus satisfecisset, a Senatu Ravennam Legatos missos *Cæcilianum*, *Attalum*, & *Maximianum*, *qui deploratis rebus adversis, quæ Urbi accidissent, & eorum multitudine, qui periissent, tragicum in morem amplificata, nihil his rebus perfecerunt*. Honorius dimissis ita Legatis *Theodoro Præfectura Urbana dejecto, Cæciliano eam tradidit; & Attalum fisco præesse jussit*, inquit Zosimus: Sed loco *Præfectura Urbana*, vertendum, *Præfectura Prætorii*, ut textus Græcus habet. Hæc prima Senatus Legatio etiam evincit, obsidionem Urbis anno superiori peractam. Eo enim anno *Theodorus* Præfectus Prætorio Italiæ fuit, ut liquet ex legibus Cod. Theod. & lex 48. ejusdem Cod. *de hæreticis*, data sub præsentis anni Coss. *Ravennæ* XVIII. *Kalend. Februarii*, inscripta est quidem Theodoro Præfecto Prætorio, sed lex ult. ejusdem Cod. *de fide testium*, lex ult. *de exhibendis reis*, & lex ult. *ut intra annum*, aliæque Cod. Theod. hoc anno *XII. Kalend. Februarii Ravennæ* datæ, *Cæciliano* Præfecto Prætorio directæ sunt. Quibus inscriptionibus fidem Zosimo adstruentibus, non tantum manifestum fit, Urbem anno præcedenti ab Alarico obsidione cinctam esse; sed etiam eam exeunte anno factam, & ante illius finem pacem quidem cum Alarico compositam, sed nondum confirmatam, quod Honorius post lata omnibus non satisfecisset. Liquet etiam Cæcilianum post diem XV. Januarii, quo *Theodorus* adhuc Præfecturam gerebat, & ante diem XXI. ejusdem mensis, quo tres citatæ leges ei inscriptæ, Præfectum Prætorio constitutum esse

ſtitum, exortis ingentibus tonitruis atque fulgetris, hoſtes ſibi jam imminentes abegiſſe. Cum his collocutus, quæcumque de diſciplina ſacrorum eſſent exquirenda, percunctatus eſt. Et quoniam ad animum accidebat ei quæ tunc invaluerat opinio: quo tutius id perageret, quod in votis habebat, omnia cum Urbis Epiſcopo communicat: is erat Innocentius, qui quidem opinioni ſuæ ſalutem Urbis anteponens, clam permittebat eis ut facerent quæcumque ſcirent. Cum illi non aliter hæc Urbi conductura dicerent, niſi publico cauſuri ta ſacrificia fierent: Senatu in Capitolium aſcendente, atque tum ibi, tum in foris Urbanis ſacra peragente, nemo particeps eſſe inſtituti patrio more ritus auſus fuit: ſed hominibus illis e Tuſcia valere juſſis, ad demulcendum omni ſtudio barbarum ſeſe convertebant. Hæc Zoſimus: qui cum factum eſſe affirmet, ut Senatus tum in Capitolio, tum etiam in foris Urbis ſacrificia peragens, nihil ex ſententia, eorum quæ ſperabat, fuerit conſecutus: erubeſcens ipſe Zoſimus infirmitatem deorum fateri, excuſat illos ex eo quod nemo auſus fuerat participare de ſacrificiis, ac propterea re irrita reddita, aruſpices juſſi eſſent in Tuſciam redire; ſuggillans inter hæc Innocentium Romanum Pontificem nota impietatis, quod ſecreta ſacra permiſerit.

Gentiles repetunt ſacra.

VII. Porro eamdem hiſtoriam deſcribens Sozomenus, æque ac Zoſimus Græcus ſcriptor, & ipſe ſui temporis res proſecutus, licet ſecta Novatianus eſſet, & adverſus Innocentium, quod primus omnium (ut tradit Socrates *a*) Novatianos ejeciſſet ab Urbe, nonnihil commotus; tamen dum exacte eamdem obſidionem enarrat, & de Innocentio mentionem habet, ne quicquam hujuſmodi, quod Zoſimus objicit, accidiſſe refert. Sed ipſum audiamus, rem aliter atque Zoſimum, fideliter enarrantem (*b*): *Cum autem* (inquit) *diuturna eſſet obſidio, & peſtis ſimul ac fames Urbem affligerent; atque interim ſervi multi, ac maxime quotquot natione barbari erant, ad Alaricum transfugerent: neceſſarium videbatur iis qui in Senatu adhuc Pagani erant, ut & in Capitolio & in reliquis templis ſacrificaretur. Nam Tuſci quidam ad hoc acciti ab Urbis Præfecto, promiſerant ſe fulminibus ac tonitruis abacturos eſſe barbaros: gloriabantur enim ab ſe hujuſmodi quippiam eſſe factum in conſervationem Larinæ Civitatis Tuſciæ, quam Alaricus, dum Romam contenderet, prætergrediens non cepiſſet. Cæterum iſtorum nullum fuiſſe profuturum uſum, eventus ipſe declaravit.* Hæc de his Sozomenus: quæ autem de Innocentio haber, paulo poſt dicturi ſumus. Verum tantum abfuit ut Innocentius annuendo Gentilibus ejuſmodi ſcelus admiſerit; quod cum innocentiſſimus eſſet, ne periret cum noxiis, tamquam Loth a Sodomis ſubtractus fuerit: quando vero id acciderit, & qua occaſione, ſuo loco dicemus.

(*a*) Socr. l. 7. c. 9.

(*b*) Sozom. l. 9. c. 7.

VIII. Sed quid in hujuſmodi genus hominum Romæ agentium, anni hujus principiis, nempe menſe Februarii, Honorius Imperator ſtatuerit, hic reddamus; ad Cæcilianum enim Præfectum Prætorio ita reſcripſit: (*c*) *Mathematicos, niſi parati ſint, codicibus erroris proprii ſub oculis Epiſcoporum incendio concrematis, Catholicæ religionis cultui fidem tradere, numquam ad errorem præteritum redituri: non ſolum urbe Roma, ſed etiam omnibus Civitatibus pelli decernimus. Quod ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in Civitatibus fuerint deprehenſi, vel ſecreta erroris ſui & profeſſione inſinuaverint; deportationis pœnam accipiant. Dat. VIII. Id. Febr. Raven. Honorio octavum & Theodoſio tertium AA. Coſſ.* At tantum abfuit, ut qui Romæ erant malis artibus navantes operam expellerentur, ut etiam ex Tuſcia vocarentur malefici, qui elementa turbare poſſe crederentur. Ex quibus intelligere valeas, obſtinatos plane fuiſſe Gentilium animos, qui cum tot legibus ſuperius recitatis ab ejuſmodi excantationibus magicis revocarentur, & quamplurimi nobilium ſub Valentiniano ſe-

Honorius exagitat Mathematicos.

(*c*) l. 12. de Malefic. C. Theod. & Juſtin. l. 10. de Epiſc. aud.

PAGIUS

eſſe; cumque is unus e tribus Legatis in prima Legatione ad *Honorium* miſſus fuerit, antequam ad Præfecturam illum eveheretur, manifeſtum eſt, priorem Urbis obſidionem, quæ eam legationem præceſſit, cum anno ſuperiori copulandam eſſe.

IV. Meminit Baronius num. VIII. legis 12. Cod. Theod. *de Maleficiis*, data *VIII. Kalend. Februar.* & Cæciliano Præfecto Prætorio Italiæ inſcripta, qua *Honorius* non tantum urbe Roma; ſed etiam civitatibus aliis omnibus Mathematicos expelli jubet. At hæc, non ad priorem Legationem a Senatu Romano, qui hoc tempore Paganus ferme erat, & cujus pars erat *Cæcilianus*, nondum tunc Præfectus Prætorio, ſed ad poſteriorem pertinet. Hujus ſecundæ legationis pars fuit ipſe *Innocentius* Pontifex Romanus, cujus meminit Zoſimus lib. 5. pag. 819. eique adeo promulgandæ occaſionem præbuit, (quod Baronius ſubodoratus eſt, & recte explicat Gothofredus in Comment. illius legis) quod Zoſimus *narrat*, & exprobrat Chriſtianis ibid. pag. 816. & ſeq. & ex illo Baronius num. VI. Eamdem hiſtoriam deſcribit Sozomenus, lib. 9. cap. 6. citatus a Baronio num. VII. ſed nihil tale de *Innocentio* habet, quale Zoſimus Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, nempe Innocentium clam permiſiſſe Paganis ſeu Vatibus eorum, ut per nuncupata Diis ſuis vota barbarum hoſtem abigerent. Non dubium autem poſteriori Legatione adverſus Mathematicos ab Honorio Ravennæ conſtituto, hanc ad *Cæcilianum* jam Præfectum Prætorio conſtitutionem impetratam, ut proinde ex ea colligendum

In exilium miſſi Mathematici, qui urbium fata ſe noſſe prædicabant.

feniore ejusmedi facinus capite luerint, nihilominus iisdem magis magisque fuisse reperiuatur addicti; quibus sane justam in se Dei vindictam concitarunt, quam & experiti, vel inviti coacti sunt.

IX. *Alaricus impulsus a Numine ad cladem Urbis.*

(a) *Sozom. l.9. c.6.*

Sed ipse Alaricus de his etiam, cum Urbem obsideret, fidem fecit, nimirum se numine impellente, nolentum licet, & invitum, ad interitum Urbis ferri. Audi ergo Sozomenum ista accurate scribentem (a): *Fertur itaque* (inquit) *probus aliquis monachus ex his qui in Italia erant, Romam cum festinatione profectus Alarico consuluisse, ut Urbi parceret, nec se tantorum malorum auctorem constitueret. Cui & Alaricus respondisse dicitur, se non volentem hoc tentare; sed esse quemdam, qui se obtundendo urgeat, ac præcipiat, ut Romam evertat.* Hæc Sozomenus, eademque Socrates (b). At nec id quidem recens, sed multos ante annos id ipsum agitasse animo, & conatibus omnibus perficere studuisse, quæ sunt ex Claudiano superius recitata demonstrant. Sed quid post hæc acciderit, videamus.

(b) *Socr. l.7.c.10.*

X. *Agitur de pace inter Alaricum & Honorium.*

(c) *Zosim. l.5.*

Licet autem obsidionem redemptam auro solvisset Alaricus; haud tamen pax cum Honorio stabilita est: impedimento namque fuere, primum (ut Zosimus (c) ait) quod Imperator nec obsides dedisset, nec postulatis omnibus satisfecisset. Sed & alias postea adjecit Alaricus conditiones, quas paulo post recensebimus. *Cum inter hæc a Senatu pro pace inter Alaricum, & Honorium sancienda legati missi sunt Cæcilianus, Attalus, & Maximianus. Sed re infecta, rursum alii legati mittuntur, cum quibus* (inquit Zosimus) *& Romanus Antistes proficiscebatur.* Divino quidem consilio factum tradit Orosius, ut sic Innocentius subduceretur a venturo Urbis excidio: ait enim (d): *Accidit quoque quo magis illa Urbis irruptio indignatione Dei acta, quam hostis fortitudine probaretur; ut beatus Innocentius Romanæ Ecclesiæ Episcopus, tamquam justus Loth subtractus e Sodomis, occulta providentia Dei apud Ravennam tunc positus, peccatoris populi non videret excidium.* Hæc Orosius. Meminit & hujusce legationis Innocentii Papæ quoque Sozomenus (e).

(d) *Oros. l.7.c.39.*

(e) *Sozom. l.9. c.7.*

XI. *De posteriori Urbis obsidione.*

Inter hæc autem accitus est Alaricus litteris Honorii Imperatoris Ariminum pro fœdere sanciendo, locum accommodatum. Propositæ sunt ab Alarico pacis conditiones hujusmodi a Zosimo recitatæ: Ut in annos singulos auri certa summa daretur, & annonæ mensura quædam suppeditaretur: Utque ipse cum suis omnibus utramque Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Additumque litteris Jovii hæc tractantis, ut Alaricus utriusque militiæ copiis Honorii Imperatoris dux præficeretur. Respondente autem Honorio per litteras ad Jovium, numquam acquieturum, ut Romani exercitus Alaricus sumeret præfecturam: cum imprudentia Jovii id rescisset Alaricus, ira percitus, barbaricoque furore æstuans, ad Urbis obsidionem suos iterum festinare jussit. *Verum* (inquit Zosimus) (f) *Alaricus, quod susceptæ adversus Romam expeditionis eum pœnituisset, Episcopos urbium ablegabat, qui simul & legatione fungerentur, & auctores Honorio essent, ne culpa sua sineret eam Urbem, quæ jam a pluribus quam mille annis magnæ parti Orbis imperasset, barbaris vastandam dedi, nec tantas ædificiorum moles hostili flamma deleri, sed potius moderatis admodum conditionibus pacem componeret.* Cæterum quod magistratus jurassent, numquam se de ineunda cum Alarico pace acturos, ad quod ipsum jusjurandum Imperatorem quoque adegissent, dum paulo ante Alaricus resilisset: re infecta Episcopi rediere: cum Alaricus cœptum iter Romam versus prosecutus, Urbem secundo cinxit obsidione: ista namque pluribus Zosimus (g) atque Sozomenus (h). Hæc est illa obsidio de qua S. Hieronymus ad Principiam scribit his verbis (i): *Terribilis de Occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem Civium redimi, spoliatosque rursus circumdari, ut post substantiam vitam quoque perderent.* Hæc ipse. Quæ autem post hæc secuta sunt, anno sequenti dicemus.

(f) *Zosim. l.5. in fin.*

Alaricus legat Episcopos pro pace.

(g) *Zosim. l.5.*

(h) *Sozom. l.9. c.7.8.*

(i) *Hier. epist.16.*

XII. *Honorii minus recte factum.*

Factum quidem esse videtur, ut Honorius ab aulicis pravo consilio deceptus, nonnulla perperam egerit: nam qui ad magistrarum illum primarium evexerat Olympium adeo pium virum, de quo plura superius diximus ex Augustino, eumdem in ordinem ab ejus adversariis persuasus redegit; qui se contulit in Dalmatiam. Insuper illud adjecit, ut latam legem, ne qui Gentiles essent, militiæ cingulo honestarentur: quo Generidum quemdam ducem barbarum, qui ea causa militare desierat, ad militiam revocaret

PAGIUS dum sit *mense* Januario currentis anni secundam Legationem peractam, ac *Innocentio* hanc maculam a Zosimo falso & per *calumniam* impositam. Quin imo non dubitat Gothofredus, ipsummet *Innocentium* hujus legis auctorem Honorio tum Ravennæ fuisse; cum referat Orosius lib. 7. cap. 39. tempore posterioris irruptionis Gothicæ in Urbem Romam, tanquam justum Loth subtractum a Sodomis, apud Ravennam positum fuisse. Quod si secunda Senatus Legatio, cujus potior pars *Innocentius* fuit, proxime post priorem obita, ut Zosimus & Sozomenus innuunt, eum de utraque uno tenore agant, & res ipsa doceat, statim post priorem,

ret, legem illam abrogavit; omnibusque simul Ethnicis ad militiam, antiquata jam lege, viam aperuit, invitus licet, ut Zosimus (a) ipse testatur. Sed & id quidem Dei voluntate peractum est; ne duci Christiano invidiæ verteretur, si sub ipso Urbem capi contigisset, neve proditionis, & conniventiæ cum barbaris itidem Christianis initæ dux Christianus argui a Gentilibus posset. Cæterum in reliquis Honorius Imperator inter tot tantasque perturbationes constitutus, Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus consulere minime prætermisit. Nam adversus Donatistas, Paganos, Judæos, & Cælicolas, consentientes iis quas superiori anno promulgasse vidimus, edidit sanctiones: (b) sed & de expediendis quam citissime Ecclesiæ causis rescripsit ad Jovium (c). Itemque pro carceratis maxime pium promulgavit edictum (d): nempe, ut omnibus Dominicis diebus Judices sub fida custodia de carceribus reos educerent; utque eis a Christianis laicis, vel sacerdotibus substantia præberetur, & ad balneum prædictis diebus sub fida custodia, religionis contemplatione, ducerentur: qui vero Judices hæc implere neglexissent, pœnam persolverent auri triginta librarum: hæc quidem Imperator hoc anno sancivit, Ravennæ cum esset, VIII. Kalen. Februarii. Sed in fine anni hujus de captivis ita ad Theodorum PP. rescripsit (e):

(a) Zosim. l. 5.

Piæ leges Honorii hoc anno latæ.

(b) l. 46. de heret. C. Theod. & l. 19. de Jud. & Cælicol. Cod. Theod.

(c) l. 7. de denunciat. C. Theod.

(d) l. 7. de custod. reor. C. Th.

(e) l. 12. de Episc. audien. C. Justin.

XIII. *Christianos proximorum locorum volumus sollicitudinem gerere, ut Romanos captivos, qui reversi fuerint, nemo teneat, nemo injuriis aut damnis afficiat. Dat. III. Id. Decembris, Hon. VIII. & Theodosio III. AA. Conss.* Adeo namque vilulsse videbatur nomen Romanum, & nomen barbaricum invaluisse, ut pro illorum libertate vindicanda oportuerit constituere vindices Christianos. At de sancitis hoc anno ab Honorio legibus hactenus. Sane quidem admiratione dignum est, ut Honorius in tot tantisque perturbationibus constitutus, ad hæc decernenda animum applicuerit: unde plane appareat ex S. Hieronymi sententia, non ejus peccatis exigentibus, sed Gentilium obstinata perfidia deditam Urbem barbaris.

XIV. Porro cum obsidionis Urbis fama pervasisset Orientem, audivit ista S. Hieronymus, (f) dum haberet præ manibus Isaiam commentariis illustrandum. Etenim in decimitertii libri præfatione ad Eustochium hæc habet: *Hoc mihi in Isaiæ pelago naviganti accidere video: dum enim inoffenso cursu vela tenduntur, & securis nautarum manibus sulcans æquoris campos carina delabitur; subito clangoris turbo consurgens, tantis undarum motibus, & collisorum inter se fluctuum fragore resonante, pavida amicorum corda perterruit, ut dicere cogerentur (g): Magister, salvos nos fac, perimus. Quamobrem, Eustochium, in toto orbe terrarum unicum nobilitatis, & virginitatis exemplum, non sileat pupilla oculi tui; clamaque in corde (h): Abba Pater: & cum Psalmista loquere (i): Exurge, quousque dormis Domine? &c.* Hæc plane ipsum signasse tempora, tempora ab ipso numerata consentiunt, dum in eodem in Isaiam commentario, agens de admirabili illa Isaiæ ostensa visione, hæc ait (k): *De hac visione, ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejusdem urbis Episcopum, sanctarum Scripturarum studiis erudirer, scio me brevem dictasse subitumque tractatum, &c.*

(f) Hier. præf. in l. 13. in Esai.

Hieronymus urbis pericula audit atque terretur.

(g) Matth. 8.

(h) Rom. 8.

(i) Psal. 43.

(k) Hier. in Isai. c. 1.

XV. Sed illud de eodem Hieronymo observatione dignum, quod cum ante Isaiam (ut tradit (l)) jam Danielem Prophetam esset interpretatus, in explicatione magnæ illius statuæ, quam per visum Nabuchodonosor Rex viderat, cum illud de pedibus ferro, testaque ex luto compositis mysterium exponens, ostendit Romanum in eo esse significatum Imperium, ista addit (m): *Sicut enim in principio nihil Romano Imperio fortius, & durius fuit, ita in fine rerum nihil imbecillius: quando & in bellis civilibus, & adversum diversas nationes, aliarum gentium barbararum indigemus auxilio:* hoc, inquam, cum ita divino Spiritu, quo & allata fuerat prophetia, esset illud Scripturæ arcanum, S. Hieronymus interpretatus ante

(l) Hier. præf. in Isai.

(m) Hier. in Daniel. l. 1. c. 2.

PAGIUS rem, quæ irrita fuit, designatam esse, quomodo prima Urbis irruptio post diem XXIII. mensis Augusti currentis anni facta dici potest: præsertim si *Innocentius* legem laudatam *de Maleficiis* tunc Imperatori suaserit? Porro ex hac secunda Legatione liquet, *Innocentium* in prima irruptione Romæ versatum fuisse; cum inde Ravennam ad Imperatorem ad pacem faciendum missus fuerit.

V. Ad. num. XIV. & seq. Divus *Hieronymus* anno superiori Commentarios in Isaiam scripsit, ut liquet ex iis, quæ ex eo narrat Baronius, anno nempe quo Urbs obsessa fuit, Hieronymum fama accepisse eam obsidionem. Quare cum ea non currenti anno, ut putavit Baronius, sed præcedenti peracta sit, nonnisi illud tunc scriptum. Cumque Hieronymus in cap. 3. Isaiæ scribat: *de hac visione, ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejusdem urbis Episcopum, sanctarum Scripturarum studiis erudirer, scio me brevem dictasse subitumque tractatum*, &c. apparet, cum anno CCCLXXIX. Constantinopolim profectum esse, ut recte eo anno num. XVII. & seq. ostendit Baronius, qui eos annos completos numeravit.

Divus Hieronymus Commentarios in Isaiam anno superiori scripsit.

A

S. Hieron. calumniam paſſus ob germanum in Danielis locum interpretationem. (a) Hier. in Iſai. l. 11. præfat.

te præſentem annum: ab æmulis carpere quæritantibus ejus ſcripta preſſuram paſſus eſt, ex eo videlicet, quod Romanum Imperium præſentis temporis teſtæ ex luto aſſimilaſſet. Quod ipſe accipiens, in iiſdem quos hoc anno elucubraſſe diximus commentarios in Iſaiam, ſic excuſat (*a*): *Quod* (inquit) *in expoſitione ſtatuæ pedumque ejus, & digitorum diſcrepantia, ferrum & teſtam ſuper Romano regno interpretatus ſum: quod primum forte, dein imbecillum Scriptura portendit; non mihi imputent, ſed Prophetæ. Neque enim ſic adulandum eſt Principibus, ut ſacrarum Scripturarum veritas negligatur. Nec generalis diſputatio unius perſonæ injuria eſt: quæ cum benigno meorum ſtudio caveretur, Dei judicio repente ſublata eſt*, calumnia ſcilicet, *ut & amicorum in me ſtudio, & æmulorum inſidiæ monſtrarentur*: cum ſcilicet perſpicuo eſſet declaratum exemplo, quam imbecille redditum eſſet Romanum Imperium, cum Urbs a barbaris obſideretur, quæ paulo ante libertatem redimere coacta eſſet. Qui autem hoc anno (ut diximus) Iſaiam Hieronymus eſt interpretatus, ſequenti Ezechielem elucidandum ſuſcepit: cujus lucubrationis exordio, captam a barbaris Romam aggreſſus eſt lamentari, ut ſuo loco dicemus: ante enim Ezechielis, expoſuiſſe Iſaiæ vaticinia, ipſe teſtatur, idque (ut ait) exigente ab eo Pammachio (*b*).

Apposite S. Hieron. de Roman. Imperii imbecillitate.

(b) Hier. in Iſai. l. 10. præfat.

XVI. Pinianus cum ſuis venit in Africam.

Hoc ipſo anno Pinianus V. C. una cum Melania Seniore, & Melania Juniore conjuge, atque ſocru Albina Junioris Matre Melaniæ, cum anno ſuperiori diſtractis bonis, quæ Romæ, & in Italia habebat, adnavigaſſet Carthaginem (*c*), ibi ex congeſtis pecuniis locupletans ejus Eccleſiæ pauperes: inde ad S. Alipium Tagaſtam profectus eſt. Ad quos omnes S. Auguſtinus, cum primum eorum adventum audiſſet, litteras dedit, quibus ſe excuſat, quod propter ingruentem duram hiemem & ſtatum Hipponenſis Eccleſiæ titubantem, ad eos inviſendos minime accurrere valuiſſet: extat ipſa epiſtola, cujus eſt titulus (*c*) ad Albinum, Pinianum, & Melaniam: ſed pro Albino, Albinam, reſtituendum puto; quod ejus nominis femina ejuſdem Piniani ſocrus una cum ipſis profecta eſt in Africam, ut tum ex Palladio, tum ex ejuſdem Auguſtini teſtificatione ſatis apparet. Tagaſtæ autem cum eſſet Pinianus, effuſa munificentia adeo Eccleſiam illam locupletavit, ut nonnullorum in ejus Epiſcopum Alypium invidiam moverit, prout S. Auguſtinus in epiſtola (*d*) ad eum ſcripta teſtatur, & ipſa Acta S. Melaniæ his verbis fidem faciunt (*e*): *Civitas autem, in qua verſabantur, appellabatur Tagaſta; in qua erat ſacrum templum, & ſacerdos docendi peritus, & qui oratione multos poterat inducere ad ſalutem, nomine Alypius: cum quo verſantes, ſacra meditabantur eloquia. Templum vero, in quo agebat Alypius, admodum munifice, & aureis ornamentis, & lucidis gemmis & plurimis ditarunt agrorum proventibus. Ab eis quoque ſunt ædificata duo monaſteria, quibus ſatis dedit opum atque proventuum; quorum alterum quidem habebat chorum virorum numero octoginta, alterum autem habebat virgines quæ erant numero centum & triginta*. Hæc de collatis Eccleſiæ Tagaſtenſi a Piniano muneribus.

(c) Pallad. in Lauſiac. c. 9.

(c) Aug. epiſt. 227.

(d) Epiſt. 224.

(e) Meta. die 31. Jan.

XVII. Pinianus quid paſſus Hippone.

Placuit autem Piniano una cum Melania Hipponem proficiſci ad inviſendum S. Auguſtinum ibi agentem Epiſcopum. Comitatus eſt eos Alypius: qui & timentem Pinianum ne cogeretur ab Auguſtino presbyter ordinari; numquam id eventurum fore, ſecurum reddidit: nam de ea re fidem Auguſtini id promittentis acceperat. Accidere namque conſuevit (quod & ſuperius, de Paulino cum egimus, dixiſſe meminimus) ut cum aliquis religione inſignis cæteris emineret Chriſtianis, is licet conjugatus eſſet, ſoleret

PAGIUS VI. *Poſt adventum Melaniæ ſenioris ex Oriente Publicola ejus filius demortuus.*

A num. XVI. ad XXX. Agit *de Melania* ſeniore ejuſque familia Baronius, qui jam anno ſuperiore n. XLII. & ſeq. de eadem locutus fuerat. Hic tamen non tenore quæ de ea obſervavimus, referemus. *Melania* marito orbata, filio *Publicola* Romæ relicto, & Rufino Presbytero Aquileienſi in comitem aſſumto, in Orientem perrexit anno trecenteſimo ſeptuageſimo primo, indeque rediit eodem *Rufino* comite anno trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, poſtquam Roma annos viginti quinque abfuiſſet, ut ſuperius viſum eſt. Palladius in Hiſtoria Lauſiaca cap. 118. hanc ejus reditus cauſam fuiſſe dicit, quod *de neptis ſtatu audiſſet, eam & nupſiſſe, & velle ſeculo renunciare*. Loquitur Palladius de *Melania juniore* filia Publicolæ & Albinæ, quæ *Piniano* in matrimonium collocata fuerat, idque anno ætatis ſuæ decimo quarto, ut habet Metaphraſte in Vita Melaniæ junioris ad diem XXXI. menſis Januarii apud Surium, qui addit, eam annis viginti natam, poſtquam duos liberos, patremque *Publicolam* amiſiſſet, ſeculo renunciaſſe; quod & Palladius cap. 119. etiam teſtatur, qui ait *ſeptem* annos cum viro vixiſſe, & XX. *ſuæ ætatis anno* mundo renunciaſſe, quæ Publicolæ ſenioris mors paulo poſt annum Chriſti CCCC. tempore incerto contigit.

VII. *Anno ſuperiori Melania ſenior ſuos in Siciliam duxit.*

Melania ſenior cum ſuam quoque neptem tonſuraſſet Melaniam una cum ejus marito Piniano, & catecheſi inſtituiſſet Albinam nurum ſuam, uxorem autem ſui filii, & perſuaſiſſet his omnibus vendere quæ habebant, Roma eos eduxit; & ad honeſtum ac tranquillum vitæ portum deduxit, &c. *cumque omnes his verbis laboraſſet* (verbis ſcil. Joannis cap. 1. V. 2.) *ad Monaſticum vitam traduxit, & filium juniorem Publicolam cum inſtruxiſſet, duxit in Siciliam*, &c. *poſtquam autem hi omnes Roma abſceſſiſſent, qui catecheſi inſtituti fuerant a Beata Melania, Barbari-*

leret interdum in Ecclesia a Fidelibus rapi, & tradi Episcopo ordinandus, conjuge quoque pari cum viro voto continentiam profitente: ut inter alia, quod de Paulino atque Tharasia præcessit, enarratum exemplum ostendit. Pinianus itaque id fortasse subodoratus, retardabat accessum; sed Alypii promissione securus Hipponem ad eumdem S. Augustinum se contulit. Ubi cum esset, atque id minus expectaretur, factum est, ut dum Synaxis in Ecclesia haberetur, antequam cathecumeni ex more dimitterentur, fidelis populus, facto impetu, Pinianum ne effugeret obsiderent, postulantes eum ordinari debere presbyterum. Quæ res Alypio fidejussori admodum displicuit; ipseque Pinianus, & Albina socrus id perindigno tulerunt animo, id totum ex sententia Augustini factum existimantes: quamobrem oonnihil in eum iidem commoti sunt, atque in primis Alypius. Quomodo autem res se habuerit, S. Augustinus datis ad eos litteris, cum statim recessissent Hippone, Tagastamque reversi essent, significavit, eum se excusavit, atque nihil se conscio factum pluribus declaravit.

XVIII. Scribens enim ad Albinam Piniani socrum, quam tamen appellare consuevit ejus matrem, ad sui defensionem, prolixam satis dedit epistolam (a), ejus querelis, & suspicionibus male conceptis in omnibus satisfaciens, cum in hæc verba exorditur:

(a) Aug. ep. 225.

Dolorem animi tui, quem te scribis explicare non posse, consolari aquum est, non augere: ut, si fieri potest, sanemus suspiciones tuas, non ut eis pro nostra causa succensendo, venerandum cor tuum, & Deo dicatum amplius perturbemus. Sancto fratri nostro, filio tuo Piniano nullas ab Hipponensibus mortis metus ingestus est, etiam si forte ipse tale aliquid timuit. Nam & nos metuebamus, ne ab aliquibus perditis, qui sæpe multitudini occulta conspiratione miscentur, in violentam prorumperetur audaciam, occasione seditionis inventa, quam velut justa indignatione concitaret. Sed sicut postea audire potuimus, nihil tale a quoquam dictum est, vel molitum: sed vere in fratrem meum Alypium multa contumeliosa & indigna clamabant: a quo tam ingenti reatu veniam per illius orationes mereantur absolvi. Ego autem post primos eorum clamores, cum eis dixissem de illo invito non ordinando, qua jam promissione detinerer; atque adjecissem, quod si mea fide violata, illum haberent presbyterum, me Episcopum non haberent: ad nostra subsellia, relicta turba, redieram. Tum illi aliquantulum inopinata mea responsione cunctati atque turbati, velut flamma vento paululum pressa, deinde cœperunt multo ardentius excitari, existimantes fieri posse, ut vel mihi extorqueretur illud non servare promissum, vel me tenente promissi fidem, ab alio Episcopo ordinaretur. Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in apsidem honoratiores & graviores ascenderant: Nec a promissi fide me posse dimoveri, nec ab alio Episcopo in Ecclesia mihi tradita, nisi me interrogato ac permittente, posse ordinari. Quod si permitterem, a fide ni-

S. Augustinus se purgat apud Albinam.

PAGIUS *barica quadam procella, quæ etiam in Prophetis jam olim posita fuerat, in Romam irruit, & nec æneas quidem statuas reliquit in foro,* inquit Palladius citatus cap. 118. qui loquitur de clade urbis Romæ, quam hoc anno accidisse diximus. Valesius in Notis ad Eusebium lib. 6. cap. 38. publicavit Epistolam Rufini ad Ursacium, quam interpretationi Commentariorum Origenis in librum Numerorum præfixit, ex quo Melaniæ senioris cum familia in Siciliam profectio a Palladio memorata confirmatur: *sed reddenda,* inquit Rufinus, *pollicitationi non tempestivum, ut ille ait, sed tempestuosum nobis tempus ac turbidum fuit. Quis enim ibi stylo locus est, ubi hostilia tela metuuntur? ubi in oculis est urbium agrorumque vastatio, ubi fugitur per marina discrimina, & ne ipsa quidem absque metu habentur exilia? In conspectu etenim, ut videbas etiam ipse, nostro, Barbarus qui Reginum oppidum miscebat incendio, angustissimo a nobis freto, ubi Italia solum Siculo dirimitur, arcebatur. In his ergo posito, quæ esse ad scribendum securitas potuit?* &c. Rufinum enim Pinianum ac Melaniam conjugem secutum esse in Siciliam, testatur ipsemet Rufinus in fine ejusdem Epistolæ, ubi ait: *Jam enim ex omnibus, quæ in Lege scripta reperi, sola, ut puto, in Deuteronomio desunt oratiunculæ, quas si Dominus juverit, & sanitatem dederit oculis, cupimus reliquo corpori sociare; quamvis amantissimus filius noster Pinianus, cujus religiosum cætum pro amore pudicitiæ profugum comitamur, injungat & alia.* Melania senior pudicitiæ servandæ causa suos ex urbe Roma eduxit anno superiori, quando metus erat, ne *Alaricus*, quod postea præstitit, Urbem obsidione cingeret. Porro *Alaricum* hoc anno post direptam Urbem, Latium, Campaniam, Brutios, ac Calabriam devastasse & incendisse, anno sequenti videbimus.

VIII. Baronius anno superiori num. XLIV. ait: „Hic Palladium corrige, dum ait *Melaniæ filium valde juvenem* comitatum esse proficiscentem Melaniam in Siciliam usque: nam „quomodo valde juvenis, cum constet, ante „annos circiter quadraginta *Melaniam* seniorem „viduam esse relictam? vel quomodo in Siciliam usque eam tantum comitatus, qui cum „illis navigavit in Africam, ubi & defunctus est? Verum Palladius non dicit, filium Melaniæ eam *tantum* in Siciliam comitatum esse, sed solum de ejus in Africam, ubi mortuus est, profectione tacet. Quoad alium, quem Baronius Palladio adscribit errorem, Palladius ait, *Publicolam* fuisse νεώτερον, idest, *juvenem*, ut aliqui vertunt, vel *juniorem* ut alii malunt, quod parum refert; cum comparativum illud pro positivo sæpe apud Græcos sumatur, & Publicola, ut liquet ex Epistola S. Paulini XLV. alias XLIV. ad Augustinum, in qua num. II. pro-

Publicola junior Albina filius in Africa moritur.

hilominus deviarem. Addebam etiam, nihil eos velle, si ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet. Illi hoc posse fieri non credebant.

XIX. Pinianus urgetur ut fiat Presbyter.

Multitudo vero pro gradibus constituta, horrendo & perseverantissimo clamorum fremitu, in eadem voluntate persistens, incertos animi consiliique faciebat. Tunc illa in fratrem meum (Alipium scilicet *) indigna clamabantur: tunc a nobis graviora timebantur. Sed quamvis tanto motu populi, & tanta perturbatione Ecclesia permoveretur, nec aliud constipationi illi dixissem, nisi eum me invitum ordinare non posse: nec sic tamen adductus sum, quia & hoc promiseram non me fuisse facturum, ut aliquid ei de suscipiendo presbyterio suaderem. Quod si persuadere potuissem, non jam ordinaretur invitus. Servavi utriusque promissionis fidem, non solum illius quam jam populo patefeceram, verum etiam illius in qua uno teste, quantum ad homines attinet, detinebar. Servavi, inquam, fidem promissionis, non jurationis in tanto periculo: quod licet falso, sicut postea comperimus, metuebatur; omnibus tamen, si quid esset, communiter impendebat, & erat metus ipse communis; ac per Ecclesiam in qua eramus, maxime metuens abscedere cogitabam. Sed metuendum fuit, ne magis, me absente, tale aliquid fierent & reverentia minor, & dolor ardentior. Deinde si cum fratre Alypio discederem per populum constipatum; cavendum fuit, ne quisquam in eum manum mittere auderet. Si autem sine illo; quae frons esset existimationis, si quid ei fortassis accideret, & viderer eum propterea deseruisse, ut furenti populo traderetur?*

XX.

Inter hos aestus meos, gravemque moerorem, & nullius consilii respirationem: ecce repente atque inopinate sanctus filius noster Pinianus mittit ad me servum Dei, qui mihi diceret, eum se velle populo jurare, quod si esset ordinatus invitus, ex Africa discederet: omnino credo existimans eos, quandoquidem pejerare non posset, non jam ulterius infructuosa perseverantia clamaturos, ad expellendum hinc hominem, quem saltem habere deberemus vicinum. Mihi autem, quia videbatur vehementiorem eorum dolorem post hanc jurationem fuisse metuendum, apud me tacitus habui: & quia simul petierat ut ad eum venirem, non distuli. Cum mihi dixisset hoc ipsum; continuo & illud adjunxit eidem jurationi, quod mihi, dum ad eum pergo, per alium Dei servum mandaverat, de praesentia scilicet sua, si ei clericatus sarcinam nolenti nullus imponeret, nimirum non discessurum Hippone, si sic liber absque nexu clericatus esse sineretur.

XXI. S. Augustinus sequester inter Pinianum & populum.

Hic ego in tantis angustiis, quasi aura respirante, recreatus, nihil ei respondi; sed ad fratrem Alypium gradu concitatiore perrexi; eique quod dixerit, dixi. At ille (ut existimo) devitans, ne quid se auctore fieret, unde vos putabat offendi: Hinc me (inquit) nemo consulat. Quo audito, ad populum tumultuantem perrexi: factoque silentio, quid promissum esset, cum promissione etiam jurationis aperui. Illi vero qui solum ejus

PAGIUS

prosequitur Melaniae senioris, & unici ejus filii nuper defuncti laudes, mortuus sit antequam *matris exemplo saccum toga & Monasterium Senatui praetulisset, in saeculari vanitate praeventus*, ideoque non multum aetate provectus. *Publicola* enim, de quo loquitur Palladius, non est, ut putavit Baronius, aliique multi cum eo *Publicola* filius Melaniae senioris & maritus Albinae, sed *Publicola* filius Publicolae & Albinae, quem Palladius & Paulinus citatus filium Melaniae senioris appellant, quia scilicet illum ea unice diligebat, & loco filii habebat. Sic Valerianus Imper. loquens de Gallieno Juniore Caesare Galliani Augusti filii ejus filio, illum non nepotem, sed filium vocat apud Vopiscum in Vita Aureliani cap. 8. in Epistola quam ad Antoninum Gallum Consulem scribit: *culpas me familiaribus litteris, quod Posthumio filium meum Gallienum, magis quam Aureliano commiserim:* & paulo post: *Testor omnes Deos me etiam timuisse, ne quid etiam erga filium meum severius, si quid ille fecisset*, &c.

IX. *Publicola senioris mors post Urbis excidium differri non potest.*

Publicolam seniorem in Africa vita functum non fuisse, manifeste indicat Sanctus Paulinus in Epistola laudata. Scripsit ad eum Augustinus vel sub hujus anni finem vel sequentis initio de constantia *Melaniae* senioris in morte unici filii: ad eam Epistolam, quae ad nos non pervenit, rescripsit Paulinus Epistolam laudatam *Idibus Maii*, ut diserte ipsemet habet num. VIII. ideoque die XV. mensis Maii sequentis Christi anni, & numer. II. ait Paulinus: *Docuisti me in spiritu veritatis salubre moderandi in occidua mortalibus animi temperamentum, quo & illam beatam Matrem & Aviam flevisse carnalem obitum unici filii, taciturno quidem fletu, non tamen sine ut maternae lachrymae dolore vidisti.* Quid clarius dici potuit; cum *Melania* senior utriusque quidem *Publicola* mater, sed nonnisi junioris *avia*, dici possit? Quis enim Scriptor filii alicujus *matrem*, *aviam* ejus vocavit, cum e contra avia non raro mater appelletur; Baronius quidem num. XXVII. dicit, *Paulinum* vocare *Melaniam* seniorem *matrem* respectu defuncti filii, & *aviam* respectu Melaniae neptis. Sed perperam; cum in tota illa Epistola de Melania juniore nequidem verbum habeat Paulinus. Augustinus his Paulini literis acceptis Epistolam XCV. alias CCL. ad eum scripsit, & quidem hyeme ineunte, sequentis scilicet anni. Paulinus enim in Epistola CXXI. alias LVIII. proponens Augustino quaestiones aliquot, quemadmodum in superiori Epistola etiam praestiterat, num. XIV. ait: *de Resurrectione formam non grandem, sed plenam fidei instructione Epistolam, qua secundo consultationi meae, dum Carthagini hyemares, rescripseras.* Augustinus in ea Epistola num. I. ait: *Proinde ad ipsam laetitiam, qua vobiscum est frater Possidius, cum ex ipso audieritis quam tristis eum causa compulerit, hoc me*

sius presbyterium cogitabant atque cupiebant, non ita, ut putabam, quod oblatum fuerat, acceperunt: sed inter se aliquantulum mussitantes, petiverunt ut adderetur eidem promissioni atque jurationi, ut si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, nonnisi in ipsa Hipponensi Ecclesia consentiret. Retuli ad eum: sine dubitatione annuit. Renunciavi illis: læti sunt, & mox jurationem pollicitam poposcerunt. Reverti ad filium nostrum Pinianum, eumque inveni fluctuantem, quibusnam verbis comprehendi posset illa cum juratione promissio, propter necessitates irruentes, quæ possent eum, ut abscederet, cogere. Simul etiam quid timeret, ostendit: ne quis irruisset hostilis incursus, qui esset discessione vitandus. Volebat addi sancta Melania & aeris morbidi causationem; sed illius responsione reprehensa est. Ego autem dixi, gravem ab illa & non contemnendam causam necessitatis ingestam, qua Cives etiam emigrare compelleret: sed si hæc populo dicerentur, timendum esse, ne male nos ominari videremur: si autem sub necessitatis nomine fieret excusatio, nonnisi fraudulentam necessitatem putari.

XXII. Promissio jurata a Piniano.

Placuit tamen, ut de hac re populi animum experiremur: & nihil aliud, quam quod putaveramus, invenimus. Nam cum ejus verba a diacono recitarentur, & omnia placuissent: ubi nomen interpositæ necessitatis insonuit, continuo reclamatum est, promissioque displicuit, tumultu recrudescente, & nihil aliud quam fraude secum agi, populo existimante. Quod cum sanctus filius noster Pinianus vidisset, jussit inde auferri nomen necessitatis; rursumque ad lætitiam populus remeavit. Et cum lassitudinem excusarem: sine me ad plebem accedere noluit: simul accessimus. Dixit ei, quæ a diacono audita erant, se mandasse, se jurasse, eaque se esse facturum; continuoque omnia eo tenore quo dictaverat, prosecutus est. Responsum est: Deo gratias. Et petitum, ut totum scriptum subscriberetur. Dimisimus catechumenos; continuoque scriptum subscripsit. Deinde peti cœpimus nos Episcopi non vocibus populi, sed tamen a populo per honestos fideles, ut nos quoque subscriberemus. At ubi cœpi subscribere, Sancta Melania contradixit. Miratus sum quare tam sera; quasi promissionem illam & jurationem nos non subscribendo, facere possemus infectam. Sed tamen obtemperavi: ac sic remansit mea non plena subscriptio: nec ultra nobis quisquam, ut subscriberemus, putavit instandum. Hæc Sanctus Augustinus.

XXIII. Pinianus ab Hippone recedens venit Tagastam.

Pinianus autem, quod quæ per vim & metum pollicitus esset, se obligatum minime teneri probe sciret, sequenti die clam una cum suis Tagastam reversus est. Quid autem tum populus Hipponensis, cum rescivisset? Augustinus refert (a) in eadem epistola ad Albinam alio scripto se significasse: nam ait: *Qui autem alia die, postquam ipsum discessisse didicerunt, fuerint motus, vel linguæ hominum: quantum satis arbitratus sum, sanctitati vestræ per commonitorium intimare curavi. Quisquis itaque vobis contraria his quæ narravi, forte narravit; aut mentitur, aut fallitur.* Hæc ipse.

(a) Aug. ead. epist. 225.

XXIV. S. Augustinus suos Hipponenses excusat.

Quod autem Albina litteris conquesta esset, primum adversus Augustinum, quod ad jurandum Pinianum induxisset; quodque etiam illa sugillaret populum Hipponensem amore illectum pecuniæ virum pre-

PAGIUS *me verissime dicere cognoscetis.* Possidius Calamensis Episcopus anno sequenti in Italia fuit, legatus scilicet ad Honorium Imp. cum tribus aliis Episcopis Africanis contra Donatistas a Concilio Carthaginensi die XIV. mensis Junii illius anni habito. Quare nullum mihi dubium est, quin hyeme insequenti ea Augustini Epistola XCV. scripta fuerit.

X. *Refellitur contraria sententia.*

Patres tamen Benedictini in Ordine Chronologico Epistolarum Divi Augustini, arbitrati sunt, Epistolam laudatam Paulini XCIV. ad Augustinum, datam esse die XV. mensis Maii anni CCCCVIII. Epistolam vero Augustini ad Paulinum XCV. qua Paulini Epistolæ respondet, scriptam esse hyeme exeuntis anni CCCCVIII. aut ineuntis CCCCIX. quia citata verba Augustini, quibus se ad Possidium remittit, interpretantur de facinore a Paganis in Urbe Calamensi perpetrato anno CCCCVIII. de quo suo loco actum: ac præterea *Melaniam seniorem* anno CCCXCVII. ex Oriente cum Rufino Romam reversam non esse, sed tantum anno CCCCII. & denique *Publicolam* qui mortuus est in Africa, esse *Publicolam* seniorem *Albinæ* maritum & Melaniæ senioris filium anno CCCCVIII. ex ipsorum calculo demortuum, & juxta illam epocham Epistolam Paulini XCIV. & Augustini XCV. annis illis constituunt, adeo ut tempus adventus *Melaniæ* ex Oriente ex duabus illis Epistolis deducant, non vero, uti nos, epocham illarum Epistolarum a tempore adventus *Melaniæ*. At hæc sententia nullo pacto stare potest, cum certum indubitatumque esse debeat, die XV. mensis Maii anni CCCCVIII. quo *Melaniam* seniorem cum suis jam in Africa fuisse, & filium unicum amisisse volunt, vel adhuc fuerit in Italia, aut saltem in Sicilia, ibique adhuc versata sit anno CCCCIX. post Urbis excidium, nec in Africam navigarit ante illius anni finem vel initium anni CCCCIX. ut ex citato Rufini testis oculati in Epistola ad Ursacium loco manifestissimum redditur. Præterquam quod *Melaniam* cum Rufino anno CCCXCVII. ex Oriente rediisse, invictis argumentis me demonstrasse existimem. Quare duæ laudatæ Epistolæ Paulini & Augustini post annum CCCCIX. procul dubio datæ. Quoad tristem causam, quæ *Possidium* in Italiam abire coegit, ea alia est a facinore Calamensi, ut anno sequenti ostendemus. Mitto hic opinionem Chiffletii in part. II. Paulini Illustrati cap. 34. ubi utramque Epistolam *ad annum fere CCCCXVI.*

per-

prædivitem sibi vendicare sategisse: cum ex iis ex obliquo Augustini fama impeteretur; idem Augustinus cum pro se, tum pro populo eadem epistola excusationem attexuit: & inter alia illud inculcat, se olim Civem Tagastensem eamdem vim ab Hipponensi populo passum esse, non alia quidem ex causa illis ad id agendum impulsis, quam pietatis: ut quem virum frugi putarent, eumdem presbyterum sibi præficerent. Sed jam ipsum audiamus: *Quomodo ergo* (inquit) *dicis hoc eos fecisse turpissimo appetitu pecuniæ? Primo quia ad plebem, quæ clamabat, omnino non pertinet. Sicut enim plebs Tagastensis, de his quæ contulistis Ecclesiæ Tagastensi, non habet nisi gaudium boni operis vestri: sic & Hipponensis, & cujuslibet alterius loci, ubi de mammona iniquitatis Domini præceptu fecistis, vel estis ubicumque facturi. Non ergo populus, ut de tanto viro Ecclesiæ consuleret suæ, ardentissime flagitans, suum pecuniarium quæsivit commodum a vobis, sed vestrum pecuniæ contemptum dilexit in vobis. Nam si in me dilexerunt, quod audierunt, paucis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam servitutem me fuisse conversum: neque in hoc inviderunt Ecclesiæ Tagastensi, quæ carnalis patria mea est: sed cum illa clericatum mihi non imposuisset, quando potuerunt, habendum invaserunt: quanto flagrantius in nostro Piniano amare potuerunt, tantam mundi hujus cupiditatem, tantas opes, tantam spem, tanta conversione superatam atque calcatam?*

XXV. *Ego quippe secundum multorum sensum comparantium semetipsos sibimetipsis, non divitias dimisisse, sed ad divitias videor venisse. Vix enim vigesima particula res mea paterna existimari potest in comparatione prædiorum Ecclesiæ, quæ nunc ut dominus existimor possidere:* cum e contra qui in Ecclesia Africana ad presbyteratum adsciti essent, fuerint prædivites: unde subdit: *In qualibet autem maxime Africanarum Ecclesiarum hic noster, non dico presbyter, sed Episcopus sit, comparatus pristinis opibus suis, etiam si uanima dominantis egerit, pauperrimus erit. Multo ergo liquidius, & securius in hoc amatur Christiana paupertas, in qua nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. Hoc accendit animus populi, hoc in illum violentiam perseverantissimi clamoris erexit. Non eos turpis cupiditatis insuper accusemus: sed magis bonum, quod ipsi non habent, saltem in aliis diligere sine crimine permittamus.* Hæc & alia plura ad excusationem ingerit Augustinus.

XXVI. Inter Alypium, & Augustinum contentio.

Sed & quod Alypius, sicut Albina, idem sentiret de Hipponensibus, eosdem nimirum amore pecuniæ vim inferre conatos esse Piniano; quodque ambo ejusdem sententiæ essent, nullius esse vigoris præstitum juramentum vi atque metu extortum: idem S. Augustinus sicut ad ipsam, ita etiam ad Alypium (*a*) adversus hæc ipsa litteras dedit, quibus sane apparet hæc inter eos non sine mutua offensione fuisse transacta: sed cito charitas omnem abstersit obductam ex ejusmodi altercatione rubiginem.

(*a*) *Aug. epist. 124.*

XXVII. Melaniæ senioris filii obitus in Africa.

Accidit autem, dum iidem in Africa morarentur, filium Senioris Melaniæ vita fungi: quod unicum amissum pignus ita mater modeste flevit, ut magno exemplo fuerit Christianæ constantiæ. De qua summa cum laude rei spectator S. Augustinus ad Paulinum Nolanum Episcopum scripsit. Non extat quidem epistola ipsa; sed ex redditis ad eum ejusdem Paulini litteris, hæc omnia, ab aliis silentio obruta, perspicua satis fiunt. Ait enim Paulinus (*b*): *Quia docuisti me in spiritu veritatis salvare* moderandi in occiduis mortalibus animi temperamentum; qua & illam beatam matrem & aviam Melaniam flevisse carnalem obitum unici filii, tacitarno quidem luctu, non tamen sicco a ma-*

(*b*) *Apud Aug. epist. 249.*

* *servare.*

PAGIUS

pertinere censet, quia ea ex his, quæ in medium adduxi, stare non posse liquet. Corrigenda itaque quæ Baronius hoc anno a num. XXVII. ad XXX. habet.

XI. *Augustinus Paulino mittit volumen a se editum.*

Paulinus, ut id obiter observem, in Epistola citata XCIV. ad Augustinum num. I. refert, se dum eo anno, sc. CCCCX. Romæ esset, a Quintino Diacono ejus literas accepisse, de quibus postea ait: *Fateor tamen veranda unanimitati tuæ non potuisse me volumen ipsum, statim ut acceperam, Romæ legere.* Quod opus postea *Epistolæ* nomine appellat. Ubi, quantum conjectura assequi possum, loquitur Paulinus de Epistola CII. alias CXLIX. Augustini ad Deogratias, quam ille lib. 2. Retract. cap. 31. librum appellat, & cui hunc titulum fecit: *Sex quæstiones contra Paganos expositæ;* quem quoniam ab eo recensetur inter libros post annum CCCCVI. & ante annum CCCCXI. editos, Patres Benedictini intra illud tempus compositum esse jure existimarunt. In eo Augustinus solvit quæstiones sex *Deogratias* ab amico, quem cupiebat fieri Christianum, propositas. Nec video Paulinum de alio Augustini libro intelligi posse.

XII. *Melaniæ annos septem cum sua familia Tagaste mansit.*

Cum Augustinus hoc anno finiente vel sequentis initio accepisset Albinam, Pinianum, ac Melaniam Tagastem advenisse, statim ad eosdem misit Epistolam CXXIV. alias CCXXVII. qua significavit, se *numquam majores æstus, quam ista hyeme tam horrenda* perpeti potuisse, sed *eandem hyemalem asperitatem* causam non esse, cur ad illos non venerit, sed quia populus Hipponensis magna ex parte infirmus esset. Addit Augustinus, se quantocyus, *ubicumque* in Africa fuerint, venturum. Tagastis Hippone regio M. P. LIII. tantum distabat. Ea Epistola Albinæ, Piniano, & Melaniæ, seu Melanio inscripta. Mirum tamen eandem Melaniæ seniori, datam non esse. Juxta Doctores Lovanienses Epistola scripta est *Albino, Piniano, & Meliano,* loco Albinæ & Mela-

maternis lacrymis dolore vidisti: appellat Melaniam matrem & aviam, matrem quidem respectu defuncti filii, aviam respectu Melaniæ nepotis: sed pergit Paulinus: *Cujus quidem modestias, & graves lacrymas sicut propior & æqualior animæ ejus spiritus altius intellexisti, & perfectæ in Christo feminæ, salva virilis animæ fortitudine, cor maternum de cordis tui similitudine melius ex æquo statu contemplatus es, ut eam primum pro naturali affectione permotam, deinde causa potiore compunctum flevisse perspiceres, non tam illud humanum, quod unicum filium conditione mortali defunctum in præsenti sæculo amisisset, quam quod propemodum in seculari vanitate præventum, quia necdum illum deseruerat Senatoriæ dignitatis ambitio, aut juxta sanctam votorum suorum avaritiam cogitaret assumptum, ut de conversionis gloria transisset ad gloriam resurrectionis, communem cum matre requiem coronamque capturus, si in hujus sæculi vita matris exemplo saccum togæ, & monasterium Senatui prætulisset. Verumtamen idem vir (ut & antea retuli) ex voto sanctitatis tuæ his operibus locupletatus abscessit, ut maternæ humilitatis nobilitatem si veste non gesserit, tam n mente prætulerit.*

XXVIII. Melaniæ Senioris filii laudes.

Ita enim, secundum verbum Domini (a), mitis moribus fuit & humilis corde, ut non immerito credatur introisse in requiem Domini: Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, & mansueti possidebunt terram, placentes Deo in regione vivorum. Nam certe & illud Apostoli (b) non solum tacite mentis affectu, sed & conspicuis religiosis implevit officiis: & cum esset altorum hujus sæculi in ordine & honore collega, non tamen ut gloriosus terræ alta saperet; sed & Christi perfectus imitator humilibus consentiret, & tota etiam die misereri (c), & commodare persisteret. Unde & semen ejus potens in terra factum est inter eos qui terræ (d) fortes nimium elevati sunt: ut etiam de beatissima familia ac domus ejus visitatione sanctam hominis meritum revelatur. Generatio (inquit e) rectorum benedicetur: gloria non caduca, & divitiæ non labentes in domo ejus: domus quæ ædificatur in cælis non labore manuum, sed operum sanctitate. Sed cesso plura de memoria tam dilecti mihi, quam devoti Christo hominis enarrare; cum & præstitis litteris non pauca super eo narrasse me repetam; & nihil possim de beata hujus filii matre, & sanctarum patre radice ramorum Melanio meliùs aut sanctiùs prædicare, quam sanctitas tua in eam profari, & disputare dignata est: ut quia ego peccator immunda labia habens, nihil dignum loqui potueram, ut longinquus a meritis fidei ejus, animæque virtutibus; tu ille vir Christi doctor in Ecclesia veritatis, procurante in melius Dei gratia, parareris dignior tam virilis in Christo animæ prædicator, qui & mentem ejus divina virtute firmatam (ut dixi) spiritu propiore conspiceres, & mixtam cum virtute pietatem eloquio digniore laudares. Hactenus Paulinus de Melania orbata filio.

(a) Matt. 11.
(b) Roma. 12.
(c) Psal. 36.
(d) Psal. 46.
(e) Psal. 111.

Melanius pater Melaniæ Senioris.

XXIX. De filiis Senioris Melaniæ, ejusque optimo fine.

Quod vero ad Senioris Melaniæ filios reliquos spectat: jam diximus duos ex eis uno ferme tempore cum patre esse sepultos, unicum autem masculum tantum ei relictum fuisse, quem Hierosolymam petitura Romæ reliquisse, S. Hieronymus (f) auctor est, huncque ipsum esse quem in Africa vita functum diximus. Cæterum & filias illi fuisse superstites cum Hierosolymis Romam rediit, S. Paulinus (g) testatur, dum de iisdem magna pompa matri occurrentibus sermonem habet. Porro Melaniæ huic filio, de quo agimus, uxorem fuisse Albinam nomine, Palladius (h) tradit: quod & nos superius diximus. Sed in eo omnino Palladium jure correximus ex Paulino, & Augustino, dum ait filium hunc Senioris Melaniæ valde juvenem secutum matrem fuisse in Siciliam

(f) Hier. epist. 23.
(g) Paulin. ad Sever. epist. 10.
(h) Pallad. in Lausiac.

* PAGIUS

Melaniæ, sed Patres Benedictini auctoritate veteris codicis restituere *Albina & Melania*, & quia sic etiam inscribitur in Indiculo Possidii cap. 7. Observat tamen Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. cap. 15. ea ætate feminas masculina nominis inflexione a Viris Doctis nominatas; ita *Paulæ* filia, non Eustochia, sed *Eustochium* dicebatur, & Sanctus Paulinus Epist. XCIV. alias CCXLIX. Melaniam nuncupavit *Melanium*, Hieronymus vero Epist. LXXIX. ad Alypium & Augustinum, ait: *Sancti filii communes, Albinus, Apinianus (legendum, Pinianus) & Melania plurimum vos salutant.* Denique Divus Augustinus librum primum *de Gratia Christi* his verbis exorditur: *Quantum de vestra corporali & maxime spiritali salute gaudeamus, sincerissimi fratres, dilecti a Deo, Albina, Piniane, & Melania, quia effari non possumus, vobis cogitandum credendumque committimus.* Quare Albina aliquando Albinus, & Melania aliquando Melanium nuncupatur. Baronius num. XVI. in laudata Augustini Epistola pro Albino *Albinam* substituendam arbitratur, & anno CCCCXIX num. CIII. idem iterat, additque: *Nisi præter Albinam matrem fuerit illic Albinus filius.* Verum, ut inquit Card. Norisius laudatus, Albinum filium Melaniæ fratrem sine teste Baronius supponit. Quia vero Scriptor Vitæ Sanctæ Melaniæ Piniani uxoris apud Surium ad diem XXXI. Januarii scribit, eosdem *septem annos* Tagaste degisse, antequam in Palæstinam transmitterent, & ex laudatis verbis ex libro de Gratia Christi deductis, pateat, eos anno CCCCXVIII. jam in Palæstina fuisse, Card. Norisius loco laudato cap. 3. deducit, eos ineunte anno CCCCXI. Tagastem ad Alypium, relicta Sicilia, se recepisse. Verum hinc deducendum, *Melaniam cum suis anno CCCCXVII. in Palæstinam pervenisse; cum eam sub finem anni currentis,* vel

Melania Senior Catholica reddita.

cilliam usque, cum regressa illa est Hierosolymam: nam ex his quæ dicta sunt, satis liquet ipsum matrem secutum in Africam, ibique diem clausisse extremum. Sed & illud (quod majoris momenti est) cujus causa hæc notissima ex Paulino de obitu filii Melaniæ recensuisse voluimus; quod cum ipsa hoc tempore S. Augustini atque Paulini præconio extollatur, argumento esse, ipsam maculas illas, quæ ei ex patrocinio Origenis errorum inhæserant, penitus diluisse, postquam jam illos Romæ ab Anastasio Papa, & Italiæ Episcoporum Concilio damnari comperiit. Cæterum cum (ut dictum est) ipsa Melania Senior quam citius orbata filio navigaverit Hierosolymam; qui remanserunt Pinianus & socii, esse morati in Africa, in Actis Melaniæ Junioris traduntur. Inde vero eosdem profectos esse Alexandriam, ac postea Hierosolymam concessisse, liquet. Melania autem Senior (inquit Palladius) cum Hierosolymam pervenisset, intra quadraginta dies ex hac vita migravit, & (ut par est credere) jam ante reconciliata S. Hieronymo: qui ibi & peregrinationis ejus sociis & consanguineis familiarissime usus esse videtur, ut ex ejus ad Augustinum epistola (a) intelligi potest.

(a) Hier. epist. 79.

XXX. Romani fideles excidium Urbis anteverttunt.

Ex his omnibus, quæ de horum ab Urbe discessione, bonorumque ipsorum quæ in Italia erant distractione, & in pauperes erogatione dicta sunt; quæve de Paulino, Pammachio, Paula, Fabiola, & aliis, quos constat locupletissima erogasse in pauperes patrimonia, superius sunt enarrata: plane divino impellente Spiritu id fecisse, accidisseque videre est, non secus ac Hierosolymis primis illis Christi fidem sectantibus contigit, qui antevertentes jacturam illam bonorum inevitabilem venturi excidii Civitatis, vendentes omnia sua bona, illorum pretium ad pedes Apostolorum magna alacritate spontanei afferebant: ut plane illud Davidicum de justis occinere digne licuerit: *Dedisti (b) metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui.* Nam ad fugam præmaturam cum bonis divinus Spiritus compulit: cum tamen quos cinxit obsidio, licet Dei protegente manu, expugnata Urbe, barbaricus furor illæsos abire siverit, omnium bonorum sint passi jacturam.

(b) Psal. 59.

XXXI. Augustinus contemptor pecuniæ.

Sed jam ad Augustinum recurrat oratio, quem pecuniæ cupiditatis una cum suis a sanctia etiam in suspicionem adductum, mœrentem reliquimus. Præter illa enim, quæ ipse tum ad Albinam, tum etiam ad Alypium in sui suorumque excusationem pluribus scripsit; quam procul abhorruerit, ut locupletare Ecclesiam suam vel levi scandalo exoptarit; accipe quæ idem ipse alia occasione eidem Alypio litteris (c) significavit, dum pluribus agit de non accipiendis bonis illorum, qui ex sæculo ad religionem vitamque monasticam convertuntur; ne obtrectandi daretur occasio, nihil præter lucrum in receptione conversorum viros Ecclesiasticos aucupari: qua quidem ex parte antecelluisse Augustinum Alypio apparet, quod dimidium bonorum iste suaderet accipiendum. Sed videamus quæ de eodem Sancto Augustino ad hæc spectantia Possidius habeat (d): *Pauperum* (inquit) *semper memor erat, eisque inde erogabat, unde & sibi suisque omnibus secum habitantibus erogabatur, hoc est vel ex redditibus possessionum Ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus Fidelium. Et dum forte (ut assolet) de possessionibus ipsis invidia clericis fieret, alloquebatur plebem Dei, malle se ex collationibus plebis Dei vivere, quam illarum possessionum curam, vel gubernationem pati, & paratum se illis cedere; ut eo modo omnes Dei servi & ministri*

(c) Aug. epist. 239.

(d) Possid. in vit. Aug. c. 23. 24.

PAGIUS

vel sequentis initio in Africam adventasse, excidium Urbis suo anno redditum evidenter demonstret. Neque enim Augustinus de Albina, Piniano, & Melania, quasi recens in Palæstinam venissent, loco citato loquitur. Imo Auctor Vitæ Sanctæ Melaniæ Junioris citatus prodit eam cum *Piniano* marito & *Albina* matre in Palæstina aliquo tempore commoratam esse, antequam in Ægyptum proficisceretur, ideoque ab anno CCCCXVII. ad CCCCXVIII. exeuntem aut insequentis initium.

XIII. Paucis apud *Tagastem* transactis diebus *Pinianus* cum suis Hipponem Augustini visendi causa se se contulere, ubi cum *Pinianus* rei sacræ interesset, subito populi tumultu ad Presbyterium postulatus fuit, nec evadere potuit, donec juravit se se Hippone non discessurum, etsi sibi ad suscipiendum Clericatum consentire placeret, nonnisi in ipsa Hipponensi Ecclesia hoc munus suscepturum. Conquesti sunt *Albina*, filiique ipsius, *Pinianus*, [1] sc. & *Melania*; (Augustinus enim Pinianum filium Albinæ vocat) Hipponenses pecuniæ cupiditate virum prædivitem vindicare sibi voluisse, nulliusque vigoris esse juramentum vi metuque extortum. Quam ob rem Augustinus ad Alypium scripsit Epistolam CXXV. alias CCXXIV. de qua pluribus Baronius num. XVIII. & seqq. quomodo suspicionibus & querelis istis sit occurrendum, quave religione sit exolvendum juramentum a *Piniano* datum. Quæ Epistola ab Augustino paulo post Epistolam CXXIV. anno se-

Pinianus Hippone ad Presbyterium invitus postulatur.

NOTÆ [1] Cum ait Pagius Pinianum filium Albinæ fuisse, profecto errat; nam Pinianus Melaniæ junioris filiæ Albinæ vir erat, ut omnes norunt, & docet præter alios Auctor vitæ S. Melaniæ Junioris apud Surium die XXXI. Januarii: *Sponsi* autem (Albinæ) *nomen erat Apinianus* (Pinianus) &c. Cum igitur Pinianum filium Albinæ appellat S. Augustinus, filii nomen latius pro genero sumendum est.

nistri viverent, quo in veteri Testamento leguntur, altari deservientes, de eodem (a) comparticipari. Sed numquam id laici suscipere voluerunt.

(a) 1. Corin. 9.

XXXII. Augustinus qualis in œconomia.

Domus Ecclesiæ curam omnemque substantiam ad vices valentioribus clericis delegabat, & credebat: numquam clavem, numquam annulum in manu habens: sed ab eisdem domus præpositis cuncta, & accepta, & erogata notabantur: quæ anno completo eidem recitabantur, quo sciretur quantum acceptum, quantumque dispensatum fuisset, vel quicquid indispensatum, vel dispensandum remansisset: & in multis titulis magis illius præpositi domus fidem sequens, quam probatum manifestatumque cognoscens. Domum vero vel agrum seu villam numquam emere voluit. Verum si forte Ecclesiæ a quoquam sponte tale aliquid, vel donaretur, vel titulo legati dimitteretur, non respuebat, sed suscipi jubebat. Nam & aliquas eum hæreditates recusasse novimus, non quia pauperibus inutiles esse possent; sed quoniam justum, & æquum esse videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis possiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt. Quidam etiam ex honoratis Hipponensium, apud Carthaginem vivens, Ecclesiæ Hipponensi possessionem donare voluit; & confectus tabulas, sibi usufructu retento, ultro eidem sanctæ memoriæ Augustino misit: cujus ille oblationem libenter accepit, congratulans ei, quod æternæ suæ memor esset salutis. Verum post aliquot annos, nobis forte cum eodem cominus constitutis, ecce ille donator litteras per filium suum mittens, rogavit ut illæ donationum tabulæ suo filio redderentur, pauperibus vero erogandos direxit solidos centum. Quo ille sanctus cognito, ingemuit hominem vel finxisse donationem, vel eum de bono opere pœnituisse; & quanta potuit, Deo suggerente cordi ejus, condolenti animo ex eadem refragatione dixit, in illius scilicet increpationem, & correctionem. Et tabulas quas ille sponte miserat, nec desideratas, nec exactas, confestim reddidit: pecuniamque illam respuit; atque rescriptis eumdem, sicut oportuit, & arguit, & corripuit, admonens ut de sua simulatione, vel iniquitate cum pœnitentiæ humilitate Deo satisfaceret, ne cum tam gravi delicto de sæculo exiret. Hæc Possidius.

XXXIII. Recusat Augustinus oblatas hæreditates.

Cæterum tantum abfuit, ut in hanc ipsam diem Augustinus suspicione saltem in crimen adductus esset amoris pecuniæ nomine: ut contra potius adversus eum fuerit declamatum, quod defunctorum hæreditates minime susciperet; quod dicerent inde evenire, ut Fideles retraherentur, quo minus Ecclesiam hæredem instituerent; idque in detrimentum pauperum verti: cujus rei causa opus eidem fuit suam pro concione palam parare defensionem, cum hæc inter alia locutus est (b): *Quicumque vult, exheredato filio, heredem facere Ecclesiam; quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum: immo Deo propitio, neminem inveniat:* cum & ad sui etiam excusationem exemplum adducit, id se agere Aurelii Carthaginensis Episcopi imitatione, quod & a cæteris Episcopis ageretur. Subdit enim:

(b) Aug. ser. 49. de divers.

XXXIV. Aurelii Episcopi Carthag. dignum exemplum.

Quam laudabile factum sancti, & venerandi Episcopi Aurelii Carthaginensis: quomodo implevit eos omnes qui sciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes, retento sibi usufructu, donavit Ecclesiæ: nati sunt ei filii: & reddidit Episcopus nec opinanti, quæ ille donaverat. In potestate habebat Episcopus non reddere: sed jure fori, non jure poli. Sane etiam hoc noverit charitas vestra, dixisse me fratribus meis qui mecum manent, ut quicumque habet aliquid, aut vendat, & eroget, aut donet, & commune illud faciat, &c. Hæc ipse de his qui a se recepti essent in consortium fratrum: quo quidem sermone, & sequenti (c) eodem argumento conscripto, quam remotissimus esset S. Augustinus a philargia, perspicuis certisque demonstrat exemplis: ut appareat, quam injuste ob Pinianum retentum invidiam atque calumniam passus fuerit. Ista quidem in his quæ spectant ad bonorum acquisitionem. Quod vero ad erogationem pertinet, ita munificus atque profusus fuit, ut cum deessent erogandæ pecuniæ, Ecclesiæ vasa frangi atque conflari juberet, pretiumque

(c) Aug. ser. 50. de div.

PAGIUS

sequenti scripta. Tum dedit Augustinus Epistolam CXXVI. alias CCXXV. ad Albinam, exposuitque quomodo res apud Hipponem circa *Pinianum* gesta fuerit, & expostulationibus ejus, ac male conceptis suspicionibus satisfecit. Qua de re ibidem Baronius.

XIV. *Melania senior nullas filias habuit.*

Observandum præterea Baronium num. XXIX. dum ait, filias illi superstites fuisse, cum Hierosolymis Romam rediit, accepisse illud ex Epistola Paulini ad Severum XXIX. alias X. ubi num. XII. ait, *se vidisse gloriam Domini in illo matris & filiarum itinere*, quando scilicet ea summa humilitate Romam ex Oriente advenit. Verum loco *filiarum*, legendum, *filiorum*, ut docet Codex MS. Viennensis apud Chiffletium in secunda parte Paulini Illustrati, & correxit novus Editor Operum Paulini tum ex antecedentibus & consequentibus, quam ex Palladio in Lausiaca cap. 117. Præterquam quod eam duos filios, eodem fere die quo maritum amisisse, & bonis suis filio, qui superstes erat concessis, Hierosolymam perrexisse, docent Paulinus in Epistola laudata, & Hieronymus in Epistola XXV. ad Paulam, in qua Melaniam seniorem multis laudibus effert. Quare cum ea quando ex Oriente rediit, unicum tantum filium haberet, *Publicolam* scilicet seniorem Albinæ maritum, hoc in loco Pau-

(a) Possid. in Vita Aug. c. 24. (b) Possid. ib. c. ult.

Erga consanguineos qualiter se gerere debent Episcopi.

(c) Aug. ser. 49. c. 4. de divers. (d) Ambr. de offi. l. 2. c. 28.

que eorum in usum distraheret indigentium: quod Possidius (a) certa fide confirmat, qui & quomodo erga suos sanguine conjunctos se gesserit, ita narrat: (b) *Nec suos consanguineos, vel in proposito, vel extra constitutos, in sua vita, & morte vulgi more tractavit. Quibus, dum adhuc superesset, id si opus fuit, quod & cæteris erogavit; non ut divitias haberent, sed ut aut non, aut minus egerent.* Cæterum audi auream de auro, tanto magistro dignam sententiam: (c) *Non est* (inquit) *Episcopi servare aurum, & revocare a se mendicantis manum:* huicque par illa S. Ambrosii (d), qua dicit: *Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget.*

XXXV.

(e) Aug. ser. 50. de div.

De Leporio viro nobili ac divite.

Ad postremum autem, ut ad totam hanc pro excusatione, & laudatione Augustini narrationem, corollarium apponamus, accipe ejusdem de auri continentia dignum exemplum (e). Leporius quidam fuit nobilitate sæculari conspicuus, & prædives, comparandus in pluribus Piniano. Hic sua omnia dimittere cupiens, & pauper cum Christi pauperibus Augustini fratribus Deo servire; non ante eum recepit Augustinus, quam erogatis omnibus bonis, egenum prorsus redditum viderit: cui & suaserat, ut de divitiis erigeret monasterium, necnon xenodochium, & basilicam martyrum. Sed audi ipsam: *Ego* (inquit) *illi injunxi, ego jussi*, nempe ut monasterium erigeret, & xenodochium: *obtemperavit mihi libentissime. & sicut videtis, operatus est: quomodo etiam meo jussu basilicam ad Octo martyres fabricavit:* sunt hi illi martyres passi Tarsi, quorum corpora a mercatoribus redempta atque Hipponem translata fuerant, quorum memoria in tabulis Ecclesiæ Catholicæ viget. Sed quod ad hunc opulentam, & nobilem Leporium spectat cooptatum inter clericos Augustini; hunc illum putamus, qui ob claritudinem nominis cum sanctitate conjunctam post Aurelium assumptus est ad præfecturam Ecclesiæ Carthaginensis: de quo suo loco dicturi sumus. Sed ad corollariam appendicem adjungamus, quæ & tempori huic, quo interitus Romani timebatur Imperii, valde congruit.

XXXVI.

(f) Aug. ep. 138.

Quid ad suos absens Augustinus de eleemosynis.

Etenim absens Augustinus, cum audisset suos Hipponenses ob ingruentiam malorum metum in erogatione eleemosynarum refriguisse, scripta epistola eos ita redarguit (f): *Nunciatum est mihi, quod morem vestrum de vestiendis pauperibus fueritis obliti: ad quam misericordiam, cum præsens essem, vos exhortatus sum, & nunc exhortor, ne vos vincat, & pigros faciat contritio hujus mundi, cui talia videtis accidere, qualia Dominus, & Redemptor noster, qui mentiri non potest, ventura prædixit. Non solum ergo non debetis minus facere opera misericordiæ, sed etiam debetis amplius quam soletis. Sicut enim ad loca munitiora festinantius migrant, qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere: sic corda Christiana quanto magis sentiunt mundi hujus ruinam crebrescentibus tribulationibus propinquare, tanto magis debent bona, quæ in terra recondere disponebant, in thesaurum cœlestem impigra celeritate transferre: ut si aliquis humanus casus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoso emigravit: si autem nihil tale fuerit subsecutum, non contristetur, qui quandoque moriturus, immortali Domino ad quem venturus est, bona propria commendavit.* Hæc Augustinus, his quidem temporibus, quibus Urbis, & Orbis excidium timeretur, accommodata scribebat ad suos.

XXXVII.

(g) Cassiod. in Chron. (h) Prosp. in Chron.

Barbari invadunt Hispanias.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus, tradit Cassiodorus (g), Wandalos Hispanias occupasse: quod & S. Prosper (h) æque confirmat. Hos enim introductos esse in Hispanias a Constantino tyranno per Constantem filium adversus Didymum, & Verinianum fratres, cognatos Honorii Imperatoris, qui Hispanias

PAGIUS Paulinus *filiorum* nomine nepotes intelligit, confirmatque quod superius diximus, eam nempe in Africa, non *Publicolam seniorem* filium, sed Publicolam juniorem nepotem amisisse. Nec est quod quis dicat, ibidem Paulinum affirmare eam Neapoli *filiorum nepotumque occursu* exceptam esse, ideoque filios a nepotibus distinguere. Nam cum in ea Epistola num. IX. diserte asserat, Melaniam seniorem meruisse revisere *unicum suum*, quem Roma discedens *in sinum Christi jactaverat, ut eum ipse Dominus enutriret*, manifestum est, in præfato loco particulam *que*, pro idest, explicandam esse hoc modo, *filiorum, idest, nepotum occursu*. Sic Plautus inquit, *Rudis est, nescitque quid expediat*, ut observat Robertus Stephanus in Thesauro Linguæ Latinæ, qui addit; hanc particulam inferre etiam quandam præcedentium explanationem, ut quando Virgilius 1. Æneid. 7. ait,

—— *Manet alta mente repostum*
Judicium Paridis, spretæque injuria formæ.

Quasi, nempe injuria spretæ formæ: vel idest, injuria spretæ formæ. Quæ enucleanda fuere, ut magis exploratum sit, Paulinum in sua ad Augustinum Epistola ordine XCIV. inter Augustinianas, de morte *Publicolæ* Junioris Melaniæ Senioris nepotis interpretandum esse. De *Melania* senioris morte & reliquiis ad eam spectantibus, anno CCCCXIX. num. XXXIV. agemus.

XV. *Barbari in Hispanias ingressi.*

Ad num. XXXVII. & seq. Idacius in Fastis sub hujus anni Coss. habet: *His Coss. Barbari Hispanias ingressi.* Cassiodorus vero: *Vandali Hispanias occuparunt*, quod totidem verbis Prosper in Chronico scribit. Sed signantius tempus exprimit alter Idacius anno Abrahami 2425. qui Kalend. Octob. superioris Christi anni inchoatur: *Alani, & Vandali, & Suevi Hispanias ingressi Era quadringentesima quadragesima*

(a) Orof. l.7.c.40.

nias tutabantur, Orosius tradit (a). Quibus occisis, in præmium datæ sunt. barbaris Hispaniæ deprædandæ. Per quos barbaros patefacta fuisse claustra Pyrenæi reliquis barbaris qui in Galliis erant, idem Orosius testatur, homo Hispanus, res patrias noo ignorans. Præter Wandalos, Alanos quoque necnon Suevos in Hispanias ingressos esse, Isidorus affirmar. Hi vero sic loter se Hispanias partiti sunt: Alani Lusitaniam, & Carthaginensem provincias: Wandali autem, cognominati Silingi, Bæticam sortiuntur. Hispani vero per Civitates, & Castella residua barbaris dominantibus se subjungunt. In Hispania Gundericus primus Rex Wandalorum successit, regnans in Galiciæ partibus annis sexdecim. Quomodo vero idem ob violatas Ecclesias miserabili obitu diem clausit extremum, suo loco dicemus.

XXXVIII.

Quam autem grave dispendium passæ sint Hispaniarum Ecclesiæ ex hujusmodi incursionibus, accipe ex verbis illis S. Augustini (b) ad Honoratum consulentem, num Episcopo harum persecutionum tempore fugiendum esset; ubi post alia: *Non enim quisquam est, qui dicat, ministros manere oportere, ubi jam non fuerint quibus necesse sit ministrare. Ita quidam sancti Episcopi de Hispania profugerunt, prius plebibus, partim fuga lapsis, partim peremptis, partim obsidione consumptis, partim captivitate dispersis. Sed multo plures, illic manentibus propter quos manerent, sub eorumdem periculorum densitate manserunt. Et si aliqui deseruerunt plebes suas: hoc est quod dicimus fieri non debere: neque enim tales docti auctoritate divina, sed humano, vel errore decepti, vel timore sunt victi.* Hæc Augustinus.

(b) Aug. ep. 180.

Hispaniæ Ecclesiæ devastatæ.

XXXIX.

Sed unde de calice iræ Dei Hispani infelicissime potari meruerunt? audi Salvianum Massiliensem, ejusdem ætatis, hæcque præ oculis habentem, Episcopum. Ipse enim pluribus prosecutus Gallorum scelera, quibus divinam in se concitarunt indignationem, mox hæc de Hispanis (c): *Quid Hispanias? nonne vel eadem, vel majora forsitan vitia perdiderunt? quas quidem cælestis ira etiam si aliis quibuslibet barbaris tradidisset, digna tamen flagitiorum tormenta tolleraverunt puritatis inimici. Sed accessit hoc ad manifestandum illes impudentiæ damnationem, ut VVandalis potissimum, id est pudicis barbaris, traderentur. Dupliciter in illa Hispanorum captivitate Deus ostendere voluit, quantum & odisset carnis libidinem, & diligeret castitatem, cum & VVandalos ob solam maxime pudicitiam illis superponeret, & Hispanos ob solam, vel maxime impudicitiam subju-*

(c) Salvia. de provid. Dei l. 7.

Cur traditi Wandalis Hispani.

Cccc 2

PAGIUS

sima septima, alii quarto Kalendas, alii tertio Idus Octob. memorant die, tertia feria, Honorio VIII. & Theodosio Arcadii filio III. Coss. Quare cum Era CCCCXLVII. in hunc Christi annum competat, & Idacius annos Abrahami a Kalendis Octob. cum Eusebio & Hieronymo, quorum Chronica continuat, exordiatur, ac præsenti anno feria tertia incidat in IV. Kalend. Octob. seu diem XXVIII. Septemb. Barbaros hoc anno in Hispaniam ingressos; certum indubitatumque; ideoque erravit Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 2. qui Vandalorum in Hispanias introitum asserit contigisse post mortem Sancti *Bricii* Episcopi Turonensis, quæ secundum ejus calculum cum anno Christi CCCCXLIV. aut insequenti alligari debet. Sed Sanctus Præsul in Historia tam externa quam mixta cum Gallica sæpissime peccat. Porro hæc verba, *alii tertio Idus*, in Chronicon Idacii ab aliquo sciolo addita: neque enim era CCCCXLVII. dies XIII. mensis Octob. concurrit cum feria tertia, sed cum feria quarta. Denique Petavius lib. 12. de Doct. Temp. cap. 47. qui suspicatur Idacium anni initium a Paschate ducere, ex hoc, aliisque pluribus ejus Chronici locis refellitur.

XVI. *Annus direptionis ex ingressu Vandalorum in Hispaniam probatur.*

Ex hoc etiam Idacii loco liquet, currenti anno Urbem ab *Alarico* direptam, non vero primum obsessam; cum Zosimus lib. 6. pag. 827. de Hispaniarum deprædatione agat proxime antequam *Attalum* Imperatorem nuncupatum scribat, quod certum est accidisse post Urbis obsidionem, & paulo ante ejus devastationem. Procopius vero lib. 1. Hist. Vandal. cap. 2. non tantum *Attalum* paulo ante Urbis cladem Imperatorem nuncupatum testatur; sed etiam *Constantinum* tyrannum dum Roma iterum obsideretur, Hispaniæ Galliæque subigendæ arma intulisse, quæ post ingressum Barbarorum in Hispanias evenisse, Zosimus citatus prodit. Denique Isidorus in Historia Vandalorum era CCCCXLIV. anno nempe Christi CCCCVI. tradit: *Ante biennium irruptionis Romanæ Urbis excitata per Stilichonem gentes Alanorum, Suevorum & Vandalorum, transjecto Rheno, Gallias irruunt* (die nempe ultima mensis Decembris anni CCCCVI.), *Francos proterunt, directoque impetu ad Pyrenæum usque perveniunt* (anno scilicet CCCCVII.) *cujus obice per Didymum ac Velinianum Romanos nobilissimos ac potentissimos fratres ab Spania tribus annis repulsi per circumjacentes Galliæ provincias vagabantur. Sed postquam eidem fratres, qui privato præsidio Pyrenæi claustra tuebantur, ob suspicionem tyrannidis insontes & nulla culpa obnoxii a Constantio Cæsare interfecti sunt* (hoc scilicet anno) *memoratæ gentes Spaniarum Provincias irrumpunt* (hoc etiam anno, mense Septembri, era CCCCXLVII.) Quare juxta Isidorum irruptio Gothorum in Romanam urbem in hunc Christi annum differri non potest.

Hoc anno *Honorius* legem emisit adversus *Cælicolas*, ut anno superiori num. IX. vidimus. *Augustinus* scripsit Epistolam CIV. ad *Nectarium*, ubi mentio facinoris Calamensis, ut anno præcedenti num. XI. diximus. Hieronymus scripsit hoc anno Epistolam ordine XI. ad *Ageruchiam* viduam, ut probavimus anno CCCCVII. num. XI. & seq. SS. Marcella & Pammachius moriuntur, ut anno sequenti num. XV. & seqq.

Alia hoc anno gesta.

jugaret. Quid enim? Numquid non erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispaniæ traderentur? multi absque dubio, immo (ni fallor) omnes: sed ideo infirmissimis hostibus cuncta tradidit; ut ostenderet scilicet, non vires valere, sed causam, neque nos tunc ignavissimorum quorumdam hostium fortitudine obrui, sed sola vitiorum nostrorum impuritate superari: ut vere in nos venerit dictum illud, quo ait: Secundum immunditias suas, & secundum iniquitates suas feci illis, & averti faciem meam ab eis, &c. inferius vero: *Quid* (inquit) *prodesse nobis prærogativa illa religiosi nominis potest, quod nos Catholicos esse dicimus, quod Fideles esse jactamus, quod Gothos ac VVandalos heretici nominis comprobatione despicimus, cum ipsi heretica pravitate vivamus? Itaque rectissime nobis dicitur illud, quod Judæis in lege fidentibus dixit sermo divinus (a): Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est? Nolite (inquit) confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini. Quoniam si benefeceritis vias vestras, & studia vestra, & advenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, neque sanguinem innocentem effuderitis, in loco hoc habitabo vobiscum, in loco isto a sæculo usque in sæculum. Quo utique ostenditur, quod si ista non facimus, superflua nobis Catholici nominis præsumptione plaudamus.* Hæc Salvianus, qui prosequitur ista pluribus.

(a) Hier. 7. 8.

Christi

I.

* Varar] Varani Varronis.

Consules andi hujus aboliti.

CHristi annus quadringentesimus decimus, funestissimus Urbi, unius tantum Varanes * legitimo Consulatu in Oriente oreati, Fastis adscriptus habetur. Romæ enim obsidio repetita, imminensque eidem exeidium, ab alterius Consulis ereatione Honorium Imperatorem dimoverunt, licet tyrannus Tertullum spurium creaverit Consulem. Juste quidem Deus hac quoque ex parte superstitionem exsuscitatam in Romanum populum vindicavit, qui in auspieando novis Consulibus anno revocassent superstitionem majorum: nam de his Salvianus (*a*): *Quid enim? Numquid non Consulibus, & pulli adhuc Gentilium sacrilegiorum more pascuntur, & volantis pennæ auguria quæruntur: ac pene omnia fiunt, quæ etiam quondam Pagani veteres frivola atque irridenda duxerunt?* ut inter alios Tullius de Divinatione. *Et cum hæc omnia ipsi agunt; qui annis nomina tribuunt, & a quibus & anni ipsi exordium sumunt: credimus nobis bene annos posse procedere, qui a rebus talibus ordiuntur? Atque utinam sicut hæc propter Consules tantum fiunt, ita illos tantum incesserent, propter quos fiunt. Illud est feralissimum, & gravissimum, quod dum consensu publico aguntur, honor paucissimorum sit crimen omnium; ac si ex singulis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo nullus evadat.* Hæc Salvianus. Quibus plane profanis ritibus haud caruit præsens annus, eum Attalus assipiens sibi nomen Augusti, mox Consulem creavit Tertullum Gentilem hominem, cujus meminit Zosimus (*b*). Porro Tertulli Consulis nomen est a Fastis abjectum, quod a tyranno esset Consulatus spurie illi collatus. Qualis autem hic novus Consul, quantove tumore processerit, Orosium audi (*c*): *Umbratilis* (inquit) *Consul Tertullus ausus est in Curia dicere: Loquar vobis, Patres conscripti, Consul & Pontifex, quorum alterum teneo, alterum spero. Sperans ab eo qui non habebat spem; & maledictus utique, quia spem suam posuerat in homine*. Id anim ipsi male pasti pulli, vel alites sunt auguratæ volantes. Vides ergo vel ex his hujus temporis statum Urbis.

(*a*) Salvi. de recto judicio l. 6.

Tertulli Consulatus spurius.

(*b*) Zosim. l. 6.

(*c*) Oros. l. 7. c. 42.

II. Conspiratio Gentilium cum Alarico.

Sed magno plane Dei consilio permissum est, ut summa rerum proditorie ad Gentiles iterum deferretur, quibus & jam victor barbarus ipse faveret, necnon in omnibus patrocinaretur Alaricus: ut ex hoc magis vanæ superstitionis imbecillitas, inanisque ac falsus prorsus deorum cultus argueretur. Nam cum advenisse videretur tempus, quo idololatria in integrum restituenda foret, & ipsa Christiana religio obruenda, conspirantibus barbaris atque Gentilibus, ipsorumque diis cœptis faventibus, atque responsis maxima pollicentibus: resistente unico Deo, ut fumus a vento, omne ipsorum consilium dissipatum est, vises irritæ, cassaque penitus vana deorum promissa reddita sunt: quin & barbaros ipsos, quos sibi Gentilitas conciliarat, sui mox ultores sceleris sensit.

III.

At rei gestæ seriem ex hujus temporis scriptoribus jam reddamus. Ait enim in primis Sozomenus (*d*): *Cum igitur Alaricus*

(*d*) Sozom. l. 9. c. 8.

PAGIUS | ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5903.

SÆC. V. | ☉ 27. B. ☽ 12. P. 20. April. Indict. 8.

Anno Eræ Hispan. CCCCXLVIII. A.C. 410. | JESU CHRISTI 410.

INNOCENTII. PAP. 10.

HONORII IMP. 18. & 26.

THEODOSII JUN. 9. & 3.

I. Consules

[1] COss. Fl. *Varanes* & *Tertullus*, primus in Oriente ereatus, cujus mentio in Chronico Alex. sub Coss. anni CCCCVII. ubi eum Magistrum militum, in Oriente sc. appellat; alter vero in Occidente, cujus tamen nulla mentio in subscriptionibus legum tam ab Honorio quam a Theodosio datarum, sed solius, *Varanis*, quem Prosper in Chronico *Flavium & Consulem Orientalem* appellat. Sed de *Tertullo* vide infra num. VIII. In aliquibus Fastis Varanes *Varanes* appellatur, sed manifesto errore, cum Zosimus lib. 5. pag. 812. loquens de gestis ab Alarico anno CCCCVII. dicat, *Honorium* Imp. copiis pedestribus, *Varanem* præfecisse, ideoque cum Auctore Chronici Alexandriai conveniat.

II. Roma anno superiori ab Alarico deprædata.

A num. I. ad XXIX. Baronius pluribus refert iteratam Urbis obsidionem, ejusque devastationem per *Alaricum* Gothorum Regem. Verum quemadmodum prima Romæ obsidio in annum CCCCVIII. ita & secunda in annum CCCCIX. incidit, ut certis argumentis demonstrabo. Sed antea præmittenda est hic brevis Urbis expugnationis narratio ex Philostorgio lib. 12. cap. 3. qui relata Eucherii Stiliconis filii morte, quam iterata Urbis obsidio statim secuta est, ait: *post hæc Barbari Alarico juncti,* eum

---

NOTÆ [1] COss. *Fl. Varanes, & Tertullus.* Fasti Idatii: *Honorio IX. & Varani, quod fuit Tertullo:* mox: *Honorio IX. & Theodosio* XII. Orosius lib. VII. cap. XLII. *Tertulli consulis* umbratilis meminit. Prosper editus: *Flavio Varano V. C. Cons.* Marcellinus: *Varano solo consule.* Zosimus lib. VI. meminit item *Tertulli consulis.* Prosperi chronicon MS. *Varane*, omisso *Flavii* prænomine, ac mox sequitur in codice: *Alaricus capit* (Urbem) VIII. *Kal. Septembres, & ideo consul orientis tantum fuit; sic & in sequenti anno.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Varonae*, corrupte, pro *Varane*.

Attalus creatus Imperator ab Alarico.

victus Rex Gothorum, legatione per Episcopos quosdam, facta hujus rei petitione (de qua anno superiori dictum) *frustratus esset: Romam reversus, civitatem oppugnat; & Portu ex altera parte occupato, cogit Romanos, ut Priscum Attalum Urbis tunc temporis Præfectum, secta Arianum, crearent Imperatorem.* Gentilium factio id perfecit idolorum cultorum: in quorum manu cum Præfectura Urbana esset, haud tantum fuit virium ipsis Christianis qui Romæ erant, ut intus tyrannum e medio tollerent, & obsidentem Urbem Gothorum exercitum superarent. Sed quid post hæc subdit Sozomenus, referamus:

IV.

Romanis igitur ad aliud Imperium translatis, constituitur utriusque exercitus Dux Alaricus, & sororis ejus maritus Athaulphus Præfectus equitum, quos Domesticos appellant. De aliis vero magistratibus ita dispositum est: nam præter Consulatum (ut diximus) Tertullo collatum, Valenti (inquit Zosimus *a*) *qui præfuerat Dalmaticis legionibus, tradita est etiam militum post Alaricum præfectura: Lampadius autem creatus Præfectus Prætorio, superstitioni, si quis alius, addictissimus, ad quem extat de Fato atque fortuna S. Augustini (b) epistola, qua eum a mathematicorum ineptiis studuit dimovere.* His vero delectis primoribus magistratibus, subdit Sozomenus: *Attalus porro Senatu convocato, orationem habuit prolixam & splendide elaboratam, qua Senatui promittebat, se patria omnia illi conservaturum, & Ægyptum insuper & universum Orientis Imperium Italiæ subjecturum.* Addit his vero Zosimus (*c*), & ipse Gentilis: *Cives Romani magna lætitia fruebantur, qui & alios magistratus Reipublicæ recte gerenda peritos nacti fuissent, & insignem ex Tertulli Consulis honore voluptatem caperent. Solam illorum familiam, qui Anicii dicuntur, mordebant ea quæ publice universis conducere videbantur: quod soli omnium, prope dixerim, divitias possidentes, felicitatem publicam permoleste ferrent.* Ita quidem Zosimus Ethnicus de Christianis omnium nobilissimis, erga Deum atque Imperium fidelissimis, de quibus sæpe superius mentio facta est. Adversatos quidem hos fuisse præsumptum scelus, maximæ ipsorum laudi cedit, quod crimini eisdem Zosimus deorum cultor conatur adscribere. Quæ vero hæc fuerint consecuta, sic idem Zosimus narrat (*d*):

(a) Zosim. l. 5.

(b) Aug. epist. 243.

Vanæ Attali præsumptiones.

(c) Zosim. l. 6.

Aniciorum familia laudata.

(d) Zosim. l. 6.

V.

Falsis deorum responsis decipitur Attalus.

Cum autem Alaricus Attalo recte consuluisset, ut mediocres copias in Africam & Carthaginem mitteret, earumque opera Heracliano abrogaret Imperium, ne per illum quoque partes Honorii sectantem aliquod impedimentum rebus institutis accideret: Attalus ejusmodi admonitiones nihil facere, sed eas spes amplecti, quas ei vates facerent. Itaque persuasus citra pugnam se Carthagine totaque potiturum Africa, non Drumam mittit, qui cum barbarorum copiis, quas ducebat, facillime potuisset Heraclianum Imperio dejicere; sed Alarici consilio posthabito, Constantino in Africanos milites imperium tradit, nullis idoneis cum eo copiis ablegatis. Qui ab exercitu Heracliani mox cum suis interfectus est: quod etiam idem auctor inferius subdit, stultitiæ Attalum incusans, quod monitis Alarici minime paruisset. At quid peccavit Attalus (appello te ipsum) si responsis deorum standum potius quam barbari consiliis, existimavit? quis, eorum quæ dantur hominibus,

non

PAGIUS

eum ad expugnandam urbem Romam incitarunt. Hic vero confestim Portum occupavit. Id autem est maximum navale urbis Romæ, tribus portubus constans, & in parvæ urbis magnitudinem extensum. Illic etiam annona publica juxta veterem consuetudinem erat recondita. Cum igitur Alaricus Portum levi negotio occupasset, urbem Romam tum annonæ penuria, tum reliquis machinamentis expugnavit. Et Romanis decernentibus, id enim illis Alaricus permiserat: Attalum Imperatorem renunciavit. Ortus hic erat ex minore Asia; religione quidem paganus, dignitate vero Præfectus urbis Romæ. Post nuncupationem Imperatoriæ Attali, Alaricus permisit deinceps reliquiis populi Romani, his scilicet quos fames & humanorum corporum commestio reliquos fecerat, ut annonam sibi ex portu conveherent. Assumto deinde Attalo, Magistri militum munere eidem fungens, Ravennam adversus Honorium cum exercitu proficiscitur. Inter hæc Attalus mandavit Honorio, ut privatam potius vitam eligeret, & extremorum membrorum abscissione totius corporis salutem redimeret. Sarus vero, cui post Stiliconis necem Honorius magisterium rei militaris contulerat, inito adversus Alaricum prælio, eum superavit, & ab urbe Ravenna longius fugavit. Tum vero Alaricus occupato Portu, Attalum imperio exuit: sive quod accusatus fuerat quasi malevolo animo esset erga Alaricum: sive, ut alii dicunt, eo quod Alaricus in mente habebat, fœdus cum Honorio inire, ac prius e medio tollendum esse ducebat eum qui impedimento esse videbatur. Post hæc Alaricus Ravennam conversus, cum fœdus obtulisset Honorio, a supra memorato Saro repulsus est, eum qui audacia sua pœnas dare debuisset, indignum esse affirmante qui inter amicos numeraretur. Iratus ob hæc Alaricus, anno post primam irruptionem in Portum urbis Romæ, tanquam hostis infestis signis Romam versus contendit. Exinde vero tanta gloria magnitudinem ac potentia famam externus ignis, & hostilis gladius, & Barbarica captivitas, quasi sortita inter se diviserunt.

III.

Duæ Senatus Romani ad Honorium Imp. Legationes.

His adde quæ Baronius ex Sozomeno lib. 9. cap. 8. & seq. & quæ Zosimus lib. 5. pag. 809. & seqq. de eadem re habent. Præterea observandum ex eodem Zosimo, pace cum *Alarico* nondum confirmata, *duplicem Legationem* Ravennam ad Honorium Imp. a Senatu Romano missam esse: priorem qua nihil *Legati* ab eo obtinuere, eaque peracta est exeunte anno CCCCVIII. aut ineunte anno CCCCIX. ut anno superiori vidimus, Posterior ad annum CCCCIX. pertinet, eamque inter alios obiit *Innocentius*

Papa

non ducat humanis omnibus, præferenda esse divina? Sed plane; invitus licet, cogerit Zosime succumbere veritatis imperio, atque fateri, nonnisi fallacias, atque ad decipiendum miseros mortales deorum fuisse responsa. Porro eadem quæ Zosimus, habet quoque Sozomenus de Attalo deluso responsionibus vatum: sed quem Zosimus Constantinum missum in Africam, Constantem ipse nominat, de quo ista subdit (a): *Cum itaque Constans ex vatum sententia Carthaginem adnavigasset: Attalus usque adeo mente captus fuit, ut ne dubitare quidem dignaretur; sed plane sibi persuaderat, se Afros jam secundum prædictiones vatum habere subditos. Itaque Ravennam versus (ubi erat Honorius) expeditionem movet.*

(a) Sozom. lib. 9. c. 8.

VI. Attalus dedignatur habere Honorium consortem Imperii.

Simulatque igitur Ariminum una cum Romanorum ac barbarorum exercitu pervenisse nunciaretur, scribit ad illum ceu ad Imperatorem Honorius, & legatis missis, iis qui sub ipso maximis dignitatibus fungebantur, declarat se illum libenter in regni consortium esse recepturum. Attalus vero se Imperii consortem admissurum esse negat; sed indicat Honorio, ut vel insulam, vel locum eligat quem vellet, in quo privatus degat omni Imperii cultu deposito. In eo cardine cum res versarentur, ut & naves jam haberet paratas, si forte necessitas eum adnavigare cogeret ad fratris filium: ex improviso sub sex signis circiter quatuor millia militum ex Oriente noctu Ravennam appulerunt, quibus ille mœnium excubias commisit, quod indigenarum militum proclivitatem ad proditionem metueret. Hæc ipse: eadem quoque omnia Zosimus æque refert; nisi quod in numero missorum ex Oriente militum a Sozomeno multum dissepat, dum ait sex militum legiones ad Honorium missas, militesque in eis numero quadraginta millia. Cujus rei causa Honorius Ravennæ consistere decrevit, quousque rerum Africanarum status nunciaretur; de quibus idem Sozomenus (b):

(b) Sozom. lib. 9. c. 8.

VII. Dira fames vexat Urbem.

Interea temporis Heraclianus, interfecto Constante, vigiles constituit in portibus & littoribus Africæ, & mercatorum naves Romam proficisci vetuit. Ex qua cum fames Romanos invaderet, illi hac de re legatos mittunt ad Attalum. Ille vero cum huic rei nullum videret remedium, Romam reversus est, quasi cum Senatu de hac re consulturus: fame interim in tantum invalescente, ut castaneis pro frumento uterentur, & nonnullos etiam carnes humanas gustasse suspicarentur. Hæc de dira fama Sozomenus. Addit ad hæc Zosimus (c), tunc temporis Romæ in Circensibus exhibitis ex more spectaculis, populo fame tabescente, illud conclamatum fuisse ad novum Imperatorem: *Pretium pone carni humanæ*: & quidem his consentienter scribit Sanctus Hieronymus ad Principiam de Roma, ubi ait (d): *Fame perit, antequam gladio: & vix pauci, qui caperentur, inventi sunt: ad nefandos cibos erupit esurientium rabies, & sua invicem membra laniarunt: dum mater non parcit lactenti infanti, & suo recipit utero, quem paulo ante effuderat.* Hæc Hieronymus.

(c) Zosim. l. 5.

(d) Hier. ep. 16.

VIII. Læta laudata a Zosimo.

Hujus quidem famis tempore egregiam enituisse virtutem Lætæ clarissimæ feminæ, quæ cum prædives esset, de bonis suis alebat pauperes, ait Zosimus, cujus hæc sunt verba (e): *Compluribus autem cibum suppeditabat Læta, Gratiani quondam Principis conjunx, ejusque mater Pissamena: quippe quod Fiscus eis apparatum regiæ mensæ præberet, a Theodosio munus hoc consecutis, non pauci, quæ earum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem solabantur.* Hæc Zosimus. Sed nonnihil revocari potest in dubium, quod de nomine habet feminæ alentis pauperes. Etenim si, quæ tanta esurientibus præstitit, vere fuit Gratiani olim uxor: cum nonnisi semel eum conjugio obligatum constet; nomen quidem uxoris ejusdemque Augustæ, non fuit Læta, sed (ut habet Ammianus f) Flavia Constantia dicta filia posthuma Constantii Imperatoris. Quod

(e) Zosim. l. 5.

(f) Ammian. l. 21. prope fin.

PAGIUS *Papa*, quam Baronius anno præcedenti, quo ea contigit, *num.* X. & seq. recitat. Sed cum Urbis expugnationem in hunc annum differat, secundam legationem itidem in eum differre debuit; cum ea, non anno quo Urbs primum, sed quo iterum obsessa, facta fuerit. Vide quæ de hac *secunda legatione* dixi anno superiori *num.* IV.

IV. *Alaricus Portum Ravennæ anno superiori, Romanum anno* CCCCVIII. *occupavit.*

Hæc porro Philostorgii verba: *Tum vero Alaricus occupato Portu Attalum imperio exuit*, non de Portu Urbis Romæ, sed de portu Ravennæ intelligenda esse accurate observavit Gothofredus in Notis ad Philostorgium. Portus Ravennæ inquit, olim ab Augusto constructus fuit, tertio ab ipsa Urbe milliario Ariminum versus, qui *Portus novus* dictus & *Classis*, ejusque mentio apud Sidonium Apollinarem lib. 1. Epist. 5. & Jordanem in Gethicis. „ Et vero „ hoc est ipsum, quod Sozomenus scribit lib. 9. „ cap. 9. loco alioquin corruptissimo: *Non multo* „ *post Alaricus cum Alpes occupasset, locus est* „ *sexaginta circiter stadiis distans Ravenna, cum* „ *Imperatore sermones habuit de pace*, ubi loco „ τὰς ἄλπεις Cluverius feliciter reposuit, τὰς „ κλάσσεις. *Classis* idem cum Portu; *Classis enim* „ oppidum in Portu illo. Videndus Procopius „ in Gothicis cap. 3. Agathias lib. 1. Jordanes „ in Gethicis & Paulus Diaconus. Quare con„ jectura Cluverii hoc novo jam Philostorgii „ argumento confirmatur. Ita recte Gothofredus. Valesius tamen in Notis ad Philostorgium contendit, laudata verba de *Portu Romæ* intelligenda esse. Nam cum, inquit, Philostorgius „ portum simpliciter dixerit, *portum* Urbis Ro„ mæ intelligamus, necesse est; sic enim paulo „ ante portum Urbis Romæ absolute vocavit. „ Quod si portum Urbis *Ravennæ* nunc intel„ ligeret, procul dubio nomen Urbis Ravennæ

Quod si Læta nomina Romana femina tanta præstitit: vixit quidem his temporibus Romæ generis claritudine nulli fecunda, & opum abundantia, sed magis religione Christiana conspicua Læta filia Albini clarissimi viri, de qua superius dictum est nurum fuisse sanctæ Paulæ, uxorem ejus filii Toxotii, ad quam extat S. Hieronymi epistola (a) de institutione filiæ, nempe Paulæ Junioris ex repromissiona martyris natæ, & Deo dicatæ; quam, fortasse præscia sancta mater venturi Urbis excidii, ad amitam S. Eustochium virginem in Palæstinam ante transmisit. Cui, in tuto filia collocata, quid reliquum fuit, nisi ut paternas divitias a majoribus longa serie successionis auctas atque reconditas, ne fierent præda barbaris, per pauperes in cælum transferret? Post famem vero pestem secutam esse, Zosimus (b) tradit his verbis: *Et quoniam nullum aderat mali sanandi remedium, jamque cuncta ventris inediæ succurrentia defecerant: famem (ceu consentaneum erat) pestis comitabatur; omniaque plena cadaveribus erant. Cumque non possent extra Urbem sepeliri cadavera, quod omnem exitum hostes observarent: Urbs ipsa mortuorum sepulcrum erat: adeo quidem, ut alioqui etiam solitudo in Urbe foret, si quæ nulla fuisset alimentorum penuria, vel exhalans e cadaveribus odor ad inficienda corrumpendaque corpora suffecisset.* Hæc Zosimus.

(a) Hier. epist. 7.

(b) Zosim. l. 5.

Pestis cum fame urbem vastat.

IX. At quis, rogo, in has redegit angustias Urbem, nisi Gentilium factio scelerata? ut plane desipuisse arguantur qui cladem Urbis adscriberent Christianis: cum ex deorum falsis responsis hæc omnia factitata, ipse (ut vidimus) deorum cultor Zosimus compulsus fuerit confiteri. Subdit vero post ista Sozomenus: *Alaricus quidem suadebat, ut quingentos* barbaros adversus Heraclianum mitterent: sed Senatui & Attalo videbatur non oportere concredi barbaris Africam.* Alaricus igitur, qui hactenus cum exercitu laborasset, ut civitates Italiæ subditas Attalo redderet; ob contrarium rerum eventum, Deo sic disponente, in Attalum commotus, eum ab Imperio abdicandum curat: rem gestam ita Zosimus narrat (c): *Itaque Alaricus reapse consilium suum exequens, extra urbem Ariminum, in qua tunc morabatur, productum Attalum diademate spoliat, & exuit purpura; atque his ad Honorium Principem missis, Attalum in omnium oculis ad privatam vitæ conditionem redigit, apud se tamen una cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constituta, vitæ securitatem eis impetrasset. Placidia quoque soror Imperatoris apud Alaricum manebat, vicem illa quidem obsidis modo quodam implens, ita tamen, ut omni honore cultuque regali frueretur.* Hæc eadem de abrogatione Imperii Attali Sozomenus habet.

* quinque millia.

Attalus privatur Imperio.

(c) Zosim. l. 6. prope fin.

X. At quid post hæc Attalo exauctorato acciderit, Orosius docet, ubi primum ista in eum (d): *Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor, & mori lucrum fuit? In hoc Alaricus Imperatore facto, infecto, refecto ac defecto, citius his omnibus actis pene quam dictis, mimum risit, & ludum spectavit Imperii:* Et paulo post: *Attalus itaque tamquam inane Imperii simulacrum, cum Gothis usque in Hispanias portatus est: unde descendens navi, incerta moliens, in mari captus, & ad Constantium Comitem ductus, deinde Imperatori Honorio exhibitus, truncata manu, vitæ relictus est.* Hæc Orosius: sed ista post annos plures accidisse, suo loco dicemus. Subdendæ his modo sunt sanctiones, hoc anno, de illis qui relicto tyranno rediissent ad castra, ab Honorio Augusto promulgatæ, atque in primis quam Februarii mense sancivit his verbis (e):

(d) Oros. l. 7. c. 42.

Finis Attali.

(e) l. 21. de indulg. crim. Cod. Theod.

XI. *De his qui tyrannicæ præsumptionis sacramenta solluti, ad nostrum Imperium redierunt, hanc volumus esse sententiam: Ut quos inter incendia tyrannidis assumptæ fidelis pœnitudo revocavit, ordinem & fructum militiæ non amittant. Eos vero quibus lætum regressum necessitas desperationis indixit, soluto cingulo, matricula*

Quid Honorius de perduellibus statuit.

PAGIUS

„ næ adjecisset. Sed & ipsa rerum gestarum „ series, quæ hic a Philostorgio narrantur, „ satis ostendit, portum Urbis Romæ hic in„ telligi, non autem portum Ravennæ. Ala„ ricus enim post *Attalum* imperio exutum, Ra„ vennam venisse dicitur: quod quidem con„ firmat etiam Sozomenus ac Zosimus. Certe So„ zomenus diserte scribit, *Alaricum* portum „ Ravennæ qui *Classis* dicitur, occupasse post „ exauctorationem Attali.

V. Verum nullus dubito, quin Valesius hallucinetur; cum Philostorgius, *ut indicet se de portu Ravennensi loqui*, paulo post afferat, Alaricum *in portum Urbis Romæ* contendisse. Quare de duobus portubus manifestissime loquitur; quod & ostendit ipsa rerum series. Nam Sozomenus laudatus cap. 8, jam scripserat: *Alaricus de abolendo ejus imperio paciscitur cum Honorio, fide ab illo prius accepta. Proinde cum universi extra urbem convenissent, Attalus imperii insignia deposuit.* Sed ubi de pace cum Honorio sermo habitus est, nisi Ravennæ aut in locis huic urbi vicinis? Urbs itaque illa, cujus nomen reticet Sozomenus, alia non est, quam *Ariminum* aliquot milliaribus Ravenna dissitum, quod Valesius in Notis ad Sozomenum etiam fatetur, quia id extra Ariminum factum dicit Zosimus lib. 6. Adde, jam de Arimino Sozomenum ibidem meminisse. Sozomenus, Zosimus, & Philostorgius inter se contrarii non sunt. Ait Zosimus: *Extra urbem Ariminum, in qua tunc commorabatur* (scilicet Alaricus) *productum Attalum diademate spoliat, & exuit purpura. Atque his ad Honorium Principem missis, Attalum in omnium oculis ad priva-*

Refutatur sententia Valesii.

la convenit aboleri: ita ut illud quoque par reverentia forma custodias, ne redire ei ad pristinam militiam liceat, qui aliud militandi genus elegerit. Dat. prid. Id. Febr. Raven. Varane Cons. Mense vero Augusti sic de iisdem:

Liberata Republica tyrannidis injuria, omnium criminum reos relaxari præcipimus. Dat. VIII. Id. Aug. Raven. Varane V.C. Cons. Ex his & rerum gestarum tempus perspicue intueri datur, quonam scilicet tempore Attalus in ordinem redactus fuerit.

XII. Quod autem idem Honorius Imperator expertus esset populos Africanos de Republica optime meritos in repellendo & insectando eos qui ab Attalo missi fuerant; de iisdem benemereri, dignum existimavit: quamobrem ad Macrobium in Africa Proconsulem pro eisdem ita rescripsit (*a*):

(*a*) *l. 6. de indulg. debit. C. Theod.*

Honorius relaxat Africanis tributa.

Considerantes Africæ devotionem, usque in initium fusionis quintæ universa reliqua quæ tam ad Arcam sublimium potestatum, quam ad largitiones pertinent, relaxari præcipimus. Privatæ quoque rei debita similiter relaxamus, chartis abolitis, quibus debita publica continentur. Dat. VII. Kal. Jul. Ravennæ, Varane Consf.

XIII. Inter hæc autem, cum tot tantisque turbis agitaretur Occidentale Imperium, Theodosius Imperator, ne in Orientem furor barbaricus infunderetur, jussit portus & littora omni vigilantia custodiri. Extat ea de re ejus rescriptum ad Anthemium Præfectum Prætorio, Curatorem Imperii, cujus arbitrio cuncta disponebantur, his verbis editum (*b*):

(*b*) *l. 1. de lit. & itiner. custod. Cod. Theod.*

*Omnes stationes navium, portus, littora, omnes abscessus provinciarum, abditæ quinetiam loca, & insulæ, tuæ magnificentiæ dispositione, solerti custodiantur indagine: ut nullus vel vi, vel clam, vel aperto, vel etiam occulto nostri possit Imperii regiones irrepere, qui non aut interjectis prohibeatur obicibus: aut cum accesserit, illico teneatur, nisi sacros apices a domino patruo meo Honorio ad me perferre, apertissima ratione monstraverit: cum eadem diligentia observando, ut si ad alium quemquam a memorato Principe dixerit habere affatus, petitore * detento, sacræ litteræ cum omnibus chartis signatæ ad meam clementiam transmittantur. Hoc enim & tyrannici furores, & barbaricæ feritatis occasio persuadet, & inter me dominumque & patruum meum Honorium vicissim recurrente admonitione convenit. Dat. VIII. Kal. Maji, Constantinopoli, Varane V. C. Consf.* Hæc Theodosius. Sed jam quæ reliqua sunt, prosequamur.

Theodosius Orientis oras observari jubet.

* *portitore.*

XIV. Consternati plane sunt animo deorum cultores Romæ, cum res Attali Imperatoris sui collapsas penitus intuerentur, qui falsis oraculis adeo magna de eo conceperant. Par quidem fuisset, qui se a diis intelligerent esse deceptos, eisdem omnino remittere nuncium, atque ab impietate ad veræ religionis se cultum transferre. Sed licet sic humiliati, non sunt compuncti: factumque ut qui admissi sceleris nulla affecti sunt pœnitudine; eumdem Alaricum, quem in patrocinium advocarant, perpetrati quoque facinoris sævum experirentur ultorem: sed quomodo

Gentiles & Ariani consternati ob casum Attali.

PAGIUS

vatam vita conditionem redegit. Apud se tamen eum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constituta, vita incolumitatem eis impetrasset. Philostorgius vero scribit: *Tum vero Alaricus occupato Portu Attalum imperio exuit.* Attalus ergo ab Alarico, postquam is jam portum Ravennæ cepisset, imperio privatus, & quidem extra urbem Ariminensem, & antequam in urbem Romanam irrumperet. Proxime enim Zosimus de obsidione Ravennatensi locutus fuerat, & post illam depositionem narratam subjunxerat: *Interim Alarico cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certamque cum Honorio pacem facturus esset, aliud quoddam fortunæ reperit impedimentum.* Deinde loquitur de pugna inter Alaricum & Sarum Ducem habita, quo prælio ex parte narrato opus ejus absolvitur, reliquis injuria temporum deperditis. His consentientia Sozomenus citatus cap. 9. tradit, nisi quod Attali depositionem ante expugnationem portus Ravennatis factam esse perperam asserit: *Non multo post Alaricus cum Alpes occupasset* (legendum *Classes*, ut supra diximus) *locus est sexaginta circiter stadiis distans Ravenna, cum Imperatore sermones de pace habuit. Sarus vero, &c. fœdus inter Romanos & Gothos haud quaquam e re sua fore consideravit. Itaque cum suis repente irruens, quosdam ex Barbaris interfecit. Quam ob causam ita simul & metu perculsus Alaricus, eadem qua venerat via revertitur. Et Romam iterum obsessam proditione cepit.*

VI. Iterum refellitur.

Ad hæc Philostorgius laudatis verbis *portum Romanum* intelligere non potuit, cum paulo ante dixisset, Alaricum permisisse Romanis, *ut annonam sibi ex portu converherent.* Quare jam a prima irruptione portum Romanum obtinebat *Alaricus*. Deinde si Sozomenus quando ait, *Alaricum* Alpes occupasse, intelligendus sit de portu Ravennensi, qui *Classis* dicitur; de quo eum loqui non video dubitandum esse; cur in Notis ad Sozomenum, hunc vel Sozomeni vel Librariorum errorem non observavit Valesius, & locum illum inemendatum reliquit? Denique Zosimus de portus Ravennensis occupatione non meminit, nec ipse, nec Sozomenus, *Alaricum* postquam prima vel secunda vice Ravennam venit, scribunt eum Romam rediisse, unde portus ab eo per hæc tempora occupatus, nullo modo Romanus esse potest, qui, ut diximus, in ejus potestate erat, quando Ravennam venit.

VII. *Romam anno superiori raptam variis rationibus demonstratur.*

Nunc Urbem, non hoc anno, sed superiori devastatam, aliquot argumentis ostendendum; cum ab hac epocha hucusque incerta multa magni momenti pendeant. Primum desumitur ex *Jovii* Præfectura. Is Præfectus Prætorio Italiæ de fœdere cum Alarico pangendo tractavit, & *Alarici* postulata Imperatori significavit, ut Zo-

do id acciderit, Sozomenus narrat his verbis (a): *Hasce res hujusmodi eventum fuisse sortitas, haud mediocriter doluerunt tum Pagani, tum illi Christiani qui Arianam sectabantur heresim. Illi enim, ducta conjecturo ex Attali tum proposito & priore educatione, prorsus existimabant, illum palam paganismum amplexurum, & ipsis templa patria restituturum, & ferias, & victimas. Hi vero se primatum in ecclesiis, sicuti tempore Constantis ac Valentis, rursus consecuturos arbitrabantur, si quidem ille firmatum contineret Imperium: propterea quod a Sigesario Gothorum Episcopo baptizatus, & ob id cum ipsis universis, tum maxime Alarico carissimus esset. Non multo post autem Alaricus cum venisset ad Alpes (locus hic est plus minus sexoginta stadiis Ravenna distans) cum Imperatore de pace communicat.*

(a) Sozom. l. 9. c. 9.

XV. *Sarus autem quidam, natione barbarus, sed in rebus bellicis egregie exercitatus, qui circiter trecentos solos, omnes tamen strenuos ac fideles, secum habebat: cum Alarico ob priorem simultatem suspectus esset; considerabat, sibi nequaquam utilia fore inter Gothos ac Romanos percussa fudera: ideoque repente cum suis irruens nonnullos ex barbaris interfecit. Hinc igitur & metu simul, & ira percitus Alaricus, eadem via revertitur;* ad obsidionem videlicet Urbis: eadem quoque de Saro Zosimus, cujus historia fine carens hic desinit. Subdit vero Sozomenus: *Reversus Alaricus, Romam obsidione cinctam per proditionem cepit.*

XVI. At quænam hæc, & a quibus ista proditio? Egnatius ex Procopio rei gestæ seriem acceptam se referre testatur, cum ait (b): *Asiu autem barbarico capta Urbs traditur in hunc ferme modum, quem Procopius solus ex omnibus, quos legi, tradat: ut mirer ab interprete vel rem totam dissimulatam, vel cum in mutilum Græcum codicem incidisset; non animadversam. Ille igitur in hanc sententiam: Obsederat Romam Alaricus jam biennium; nec Honorius, qui Ravennæ desidebat, aut ferre suppetias poterat, aut audebat. Nam cum nihil minus quam de Urbis salute solicitus esset. Stilichone interfecto; ducem exercitui minime præfecerat, qui rem adversus Gothos ministraret. Unde Gothis obsidendæ Urbis cogitatio, Romano milite aut delapso, aut segniter rem agente. Verum eam frustra obsessam cum vi expugnare non possent, ad dolum hostis barbarus vertitur.. Profectionem in patriam simulat, trecentos juvenes corporis & animi vi præstantes deligit, quos Romanis Principibus dono det, instructos prius, ut omni obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certam diem circa meridiem, cum Romani Principes somno vel otio vacarent, ad Asinariam portam advolent, interfectisque improviso insultu custodibus, portam sibi præsto futuris aperiant. Interea Gothi cum reditum, alia atque alia deesse sibi simulantes, differrent: trecenti illi juvenes occasione egregie usi portam stato die suis aperiunt; & intromissus Gothus majore ignominia quam damno urbem omnem populatur.* Hæc ex prætermisso fragmento Procopii Egnatius sibi vendicat, qui indigno ferens animo rem tantam relictam a majoribus silentio obvolutam (ut profitetur) illustrandam susceperit: utinam non majoribus tenebris offudisset, cum falsa narrans, quæ ad elucidationem historiæ pertinent, incuria prætermisit; remque tantam vix quadragin-

(b) Baptist. Egnat. Roman. Princ. l. 1.

Urbs proditione capta.

PAGIUS

Zosimus lib. 5. pag. 821. Sozomenus cap. 9. & Olympiodorus produnt. Quæ tamen tractatio irrita fuit, quod *Honorius* utriusque militiæ magisterium ab Alarico petitum nunquam concedere voluit. Porro *Jovius* anno superiori Præfectus Prætorio Italiæ fuit, ut patet ex legibus Cod. Theod. 19. *de Judæis*, ult. *de Denunciatione*, & 47. *de Hæreticis*, quarum prior *data Kal. April. Ravennæ*, duæ posteriores *VI. Kal. Jul.* *Jovius* autem hoc anno Præfectus Prætorio non fuit. Quare Zosimus, Sozomenus, & Olympiodorus de tractatione pacis hoc anno facta nullo pacto explicari possunt. Vim hujus argumenti sensit Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. qui cum aliis multis magnis viris opinionem Baronii tuetur, &, ut illud eluderet, eam pacis tractationem ad primam Urbis obsidionem retulit. Sed frustra; cum Auctores laudati diserte asserant, eam habitam esse post primam *Alarici* irruptionem, proximeque ante posteriorem.

VIII. *Secunda ratio.*

Secundo, Zosimus pag. 827. docet, cum nulla Urbi e portu suppeditaretur annona, Romanos *Alarici* jussu *Attalum* Præfectum Urbis Imperatorem creasse, & *Attalum* postridie in Senatum ingressum, *Tertullum* Consulem designasse, quod anno CCCCIX. sine dubio factum; cum, ut eo anno ostendimus, initio anni CCCCIX. *Attalus* fisco præpositus fuerit; ac non multo post Præfecturæ Urbanæ. Præterea Prosper in Chronico expresse testatur, *Attalum* anno CCCCIX. Imperatorem dictum, & Cassiodorus in Chronico præsenti anno *Varanem* & *Tertullum*, quemadmodum & Idacius in Fastis, Consules exhibet. Quare cum Consules anno antequam magistratum inirent, designari soliti fuerint, nec tardius *Tertullus* ab Attalo quam anno CCCCIX. designari potuerit (uno enim eodemque anno imperium *Attalo* datum & abrogatum, ut inter omnes convenit) liquet, anno præcedenti eum Consulem in præsentem annum designatum, Urbemque tunc ab *Alarico* direptam. Cum enim ea direptio *mense Augusto*, ut mox videbitur, contigerit, & *Tertullus* cum oppugnaretur Urbs, Consul dictus fuerit, si mense Augusto præsentis anni Roma devastata fuisset, *Tertulli* Consulatus in annum CCCCXI. caderet, quod nullus dixerit. Unde inconsulte Cassiodorus in Chronico currenti anno Urbis direptionem sub Varanis & Tertulli Consulatu narrat, quasi Consulatus ille, & secunda Urbis obsidio ad unum eundemque annum pertine-

ginta versuum dictione, quamvis curiose studioseque se elaborasse demonstret, absolvit.

XVII. Procopii assertio vel Egnatii de urbis proditione refellitur.

Sed excipiat ictus Procopii nomen, quod ipse clypeum objicit, liberans fidem suam; nec objiciamus de veritate codicis sibi tantummodo noti, qui præterlit Procopii accuratum interpretem. Est quod mireris, lector tam brevi narratione, tanta esse coagmentata mendacia. Ubi primum, rogo, auctori innotuit, biennio perdurasse urbis obsidionem antequam caperetur? Nenne libera fuit toto tempore quo Attalus imperavit, quem Alaricus in Imperii fastigium extulit? Nonne & prior est soluta obsidio teste Zosimo & aliis omnibus hujus ætatis scriptoribus, simulac fuit a Romanis pax auro redempta? Et quomodo illud subdit, post necem Stilichonis, usque ad Urbis expugnationem per biennium illud sine duce Romanum exercitum perseverasse, cum ex Zosimo (a) constet electos plures, atque sæpe mutatos, nempe Turpillionem, Varanem, Vigilantium, inde Generidum, postea vero Constantium, ut prætermittamus dicere de his qui extra Italiam exercitibus duces præerant, ut de Heracliano in Africa, Saro qui Hunnos ducebat, & aliis adversus Constantinum tyrannum & barbaros in Galliis & in Hispaniis militantibus. Et quid, quæso, opus fuit trecentos donare Romanis Gothos, quorum ope porta illis pateret urbis: cum negatum numquam fuerit iisdem qui vellent Gothi in Urbe degere, semperque, moris fuerit, frequentes illic esse Gothos inquilinos? ob id namque est illud Rutilii (b) de Urbe a Gothis habitari solita:

(a) Zosim. l. 5.

(b) Rutil. Itiner. lib. 2.

Et captiva, prius quam caperetur, erat.

Rursum vero unde illud auctori, meridie, cum Romani somno torpescerent, ingressos per portam Asinariam Gothos, cum S. Hieronymus (c) noctu captam esse significet? Sive igitur Procopius qui post centum annos hæc scripsit, sive auctor qui eum citat, hæc penitus ipse confinxit; nulla (quod non asserimus) hæc fide subsistunt, sicut nec quæ dicturi sumus.

(c) Hier. ep. 16.

XVIII. De Proba Faltonia commentum refellitur.

Scimus enim alios jactasse, Urbem Alarico traditam proditione Probæ Faltoniæ uxoris Adelphii Senatoris, commiseratæ Romanos longa obsidione vallatos fame & peste perire. Sed nulla quidem alia hujus nominis femina hoc tempore Romæ vixisse reperitur, nisi illa de qua sæpe superius, Proba Faltonia Probi Præfecti Prætorio conjux, ☞ mater ☜ Julianæ, aviaque S. Demetriadis, de quibus sanctissimis feminis multa superius, pluraque proxime dicturi sumus. At quomodo id fieri contigisse potuit longioris obsidionis obtentu, cum (ut apparet) novissima obsidio ista perpaucis tantum diebus perduravit? Et quod ipsi ex proditione compendium, cum bonorum jacturam sit passa, vixque temulentorum barbarorum manus evaserit? Explosis igitur figmentis his pro arbitrio absque antiquorum testificatione vulgatis, cuncta setius & accuratius expendamus, ac primum quæ spectant ad diem ab Alarico captæ Urbis, ut ex temporum elucidatione reliqua apertam vindicentur in lucem.

XIX. Tempus ac dies captæ Urbis.

Ingressum quidem fuisse hoc anno in Urbem Alaricum nono Kalendas Septembris, qui Paulus diaconus falso dicitur, auctor Miscellæ, scriptis prodidit: quem sequi potius quam recentiores quosdam asserentes, Urbem a Gothis captam Kalendis Aprilis, juste decernimus: siquidem id recitata nuper Honorii Imperatoris rescripta suadent, & in primis illud hoc anno datum octavo Idus Augusti (d), quo ob extinctam tyrannidem, liberatamque penitus Rempublicam, omnes criminum reos a meritis pœnis absolvit, eos videlicet qui tyrannum

(d) l. 21. de indul. cri. C. Theod.

PAGIUS

tinerent; mirorque recentes Chronologos non advertisse hæc duo simul stare non posse, ut *Tertullus* hoc anno Consul fuerit, eodemque *Roma* in prædam Alarico cesserit. Agnovit difficultatem Onuphrius in Fastis, Tertullumque circa Kalendas Julias præsentis anni Consulem creatum scripsit; sed sine teste, & eo tantum fine, ut vim illius rationis declinaret.

IX. *Tertia ratio.*

Tertium argumentum deducitur a legibus hoc anno datis, & in Codice Theodosiano recitatis. In lege 20. *de Tyronibus*, VI. Id. Feb. data mentio fit Italiæ & urbis Romæ a Barbaris vastatæ; de qua devastatione loquuntur etiam Zosimus, Sozomenus, Philostorgius & alii. Quare ea anno præcedenti contigerat, cum Roma *mense Augusto* capta fuerit. Insuper Honorius *VII. Kal. Jul.* & *VII. Kal. Decemb.* considerans Africam in suo obsequio adversus *Attalum* stetisse, omnium reliquorum indulgentiam eidem concedit Leg. 6, & 5. *de indulgentiis debitorum*. Præterea duas alias leges emisit, scilicet 11. & 12. *de indulgentiis criminum*, Primam *Idibus Febr.* alteram *VIII. Idus Augusti*, quibus legibus tyrannide Attali penitus profligata, omnium criminum reis per tyrannidis occasionem admissorum indulgentiam tribuit Imperator; quibus rerum in Italia anno CCCCIX. gestarum seriem intueri datur; & quonam tempore *Attalus* in ordinem prorsus redactus fuerit, ac proinde quando Roma ab *Alarico* capta sit; quod omnes post *Attalum* imperio dejectum factum tradant. Nam cum die vicesima quarta mensis Augusti Urbs ab *Alarico* expugnata sit, Auctore Miscellæ & Theophane testibus, triduoque direpta, ut testatur Orosius, & insinuat Cedrenus & Zonaras, dum excidium ejus accidisse tradunt die XXVI. mensis Augusti, quæ illius tridui ultima est, quomodo præsenti anno devastari potuit; cum alioquin indulgentia crimen præcessisset, & mense Au-

num Attalum secuti essent: nam cum ipse Imperator dicat, liberatam Rempublicam a tyrannica injuria; plane significare voluit ipsam liberatam ab Attalo, vere tyranno; cum alioqui Alaricus non tyrannus, qui sibi assumpserit nomen Imperatoris, sed hostis potius dictus ab omnibus reperiatur. De Attalo quidem accipienda esse verba rescripti, nulla est penitus dubitatio. Siquidem cum plures Romanorum inventi sint esse secuti Attalum, & in ejus castris militasse; nullus legitur transisse ad castra Gothorum, quorum causa ejusmodi fuerit lex sancienda. Porro cum consentiant omnes, captam Urbem post pulsum Attalum: non potuit Kalendis Aprilis id evenisse.

XX. Rursus vero & illo etiam adducimur argumento, quod constet testificatione S. Hieronymi (a), perfugos ab Urbe ex Occidente in Orientem ea hac barbarorum invasione pervenisse Hierosolymam hieme propinquante: quod si talem fugam capessissent mense Aprilis, cujus Kalendis Urbem captam volunt, certe quidem æstivo saltem tempore eorum adventus Hierosolymam contigisset. Sed bene congruit, ut qui expugnata Urbe mense Augusti, fuga sibi consulentes, Hierosolymam petierunt, pervenerint illuc appropinquante jam hieme. Sed hæc de tempore manifestiora reddentur ex his quæ hoc eodem anno inferius dicturi sumus, cum agemus de Concilio Carthaginensi, quod hoc anno ante Urbis excidium celebratum est. Sic igitur quod ad tempus pertinet, cum antiquioribus affirmamus, hoc anno Domini quadringentesimo decimo, sub Consulatu Varanes, Alaricum Urbem cœpisse, a tempore postquam ipsa fuit condita, secundum Varronianam supputationem, anno millesimo centesimo sexagesimosecundo.

(a) Hier. præf. in l. 7. in Ezec.

XXI. His igitur de tempore captæ ab Alarico Urbis elucidatis, jam ad reliqua, quæ obscura videri poterant, facilior erit ingressus; ut quod ait Sozomenus, Alaricum ob injuriam acceptam a Saro ad expugnandam Urbem quantocius esse reversum, & cinctam obsidione Romam proditione cœpisse: ex quibus appareat hæc omnia confecta esse mense Augusti, post datum illud rescriptum Honorii octavo Idus ejusdem mensis Augusti. Quinetiam si insumpti in itinere temporis ratio habeatur, dicendum sit, eamdem Urbem ut accessit, Alaricum ea improviso cœpisse: sed quorumnam proditione, nisi amicorum, nimirum eorum qui cum Attalo conspirabant? Hinc videas S. Prosperum in Chronico dicere, Attalum privatum regno, illud cessisse Gothis. Hinc & illud intelligas, quod ob inopinatum ex improviso Alarici in Urbem reditum & in eam ingressum contigisse dicitur de Honorio, quod cum accepisset repentino nuncio Romam perditam; nihil ejusmodi vel cogitantem, putasse hoc ipsum de gallo gallinaceo, Roma nominato, esse renunciatum. Sane quidem si quis ea in mentem revocet, quæ ex Claudiano superius dicta sunt de immensa Alarici ante concepta fame potiundæ Urbis, & nihil aliud animo die noctuque versantis, præterquam Romam capere: in eam plane sententiam veniet, cuncta quæ antehac ab eo acta sunt de Attalo ignavo homine in Imperium provehendo, eodemque privando, & cum Honorio pacem sanciendo, ea omnia ab ipso proditione molita esse, ut vel diu

Quanta celeritate Alaricus urbem invasit.

PAGIUS Augusto præsentis anni die sexta Respublica *liberata tyrannidis injuria* ab Honorio Imp. in præfata leg. 6. *de indulgentiis criminum*, diceretur; licet tum cum maxime ea invaluisset, & Urbs die XXIV. ejusdem mensis in prædam data fuisset? Quare perperam ex iisdem legibus a Gothofredo in earum commentariis, & ab aliis deductum, Urbis excidium eo anno contigisse, quo illæ emissæ; imo posteriorem eodem mense datam; cum ex iis contrarium prorsus evincatur, pateatque anno CCCCIX. Urbe capta, *Honorium* anno currenti has duas leges tulisse; quarum priori militibus pristinam dignitatem servavit, qui inter initia tyrannidis assumtæ ad obsequium redissent; posteriori vero post tres menses data, omnium criminum reis per tyrannidis occasionem admissorum indulgentiam tribuit. Profligatis enim anno superiori hostibus, Reipublicæ consulere debuit Imperator; quod his Italiam vastantibus facere non potuit. Aliquot ex his legibus recitat Baronius num. X. & seqq.

X. Refellitur Gothofredus.

Non intellexit Gothofredus laudatus Orosium, qui ait Attalum *intra brevissimum temporis spatium, Imperatorem factum, infectum, refectum, ac defectum*, quod & Olympiodorus habet. Existimavit enim priorem legem citatam de *indulgentiis criminum Idibus Februariis* præsentis anni datam ad priorem Attali exauguratıonem; alteram vero *VIII. Idibus Augusti* latam ad posteriorem spectare. Nam hoc prorsus a veritate alienum, quia *Attalus* aliquot ante menses quam Urbs expugnaretur, sed post mensem Februarium, nuncupatus est Imperator; qui cum malevolo animo erga *Alaricum* esset, aut hic in mente haberet, fœdus cum Honorio inire, ut supra ex Philostorgio narravimus, paulo antequam Urbs caperetur ab *Alarico*, purpura exutus est. Tum, ut docet Prosper in Chronico ad annum CCCCXIV. idem *Attalus* Gothorum consilio tyrannidem in Galliis resumsit, annoque insequenti, ut infra ostendemus, captus est, & postea in triumphum ductus. Quare præfatas duas leges hoc anno datas ad binas Attali exauctorationes male refert Vir doctissimus; cum secunda septennio post priorem contigerit; ideoque non intra brevissimum temporis spatium, ut ille Orosium perperam interpretatur. Integrum Orosii locum hic exhibere præstat. *Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor & mori lucrum fuit? In hoc Alaricus Imperatore facto, infecto, refecto, ac defecto, ci-*

tius-

diu concepti compos fieret; atque pacis involucro, Honorio securo jam reddito, & incauto, ita proditionem perfidus occultaret: cum captata quavis levi occasione ad excusationis prætextum, ad Urbem invadendam quam festine redierit, ipso Honorio nihil ejusmodi, vel leviter suspicante.

XXII. Honorius invidiam patitur ob urbem a Barbaris captam.

Ceterum quod sui Imperii tempore post tot Urbis regnantis sæcula contigerit illam a barbaris turpiter capi, Honorius gravissimam invidiam passus est, a Gentilibus præsertim, qui eo magis ipsum Honorium impium esse dicerent, quo in Christiano cultu religiosior appareret. Verum rem accuratius ex eventis considerantes, nonnisi in Gentilium jacturam idololatriæque dispendium Urbis cessisse cladem, omnes intelligent: ipsi vero Honorio, illis abolitis pietatem, qua sibi Deum conciliaverat magnopere profuisse, rerum eventa perspicue demonstrarunt; cum ipse summus qui cuncta moderatur omnipotens Deus, & Alaricum e medio sustulit, & tyrannos in ipsum Imperium insurgentes delevit, pacemque quam ne sperare quidem fas erat, ex inopinato restituit. Ut plane miraculo adscribendum sit, ipsum Honorium imperatorem in Hispania, Britannia, Gallia, Italia, ac demum Africa a barbaris atque tyrannis impetitum, & obrutum, emersisse tandem, atque superiorem his omnibus extitisse. At ne hæc vana assertione ostentata putes; quæ dicturi sumus, te reddent in omnibus facile certiorem.

XXIII.

Jam vero de his quæ contigerunt cum Alaricus in Urbem ingressus est, aggrediamur historiam: ac primum tradita ab Orosio (a) hic reddamus, qui his verbis rem gestam prosequitur: *Adest Alaricus, trepidam Romam obsidet, turbat, irrumpit: dato tamen præcepto prius. Ut si qui in sancta loca, præcipueque ad sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli basilicas confugissent, hos in primis inviolatos securosque esse sinerent: Tum deinde in quantum possent, prædæ inhiantes, a sanguine temperarent. Accidit quoque quo magis illa Urbis irruptio indignatione Dei acta, quam hostis fortitudine probaretur: ut beatus Innocentius Romanæ Ecclesiæ Episcopus, tamquam justus Loth subtractus fuerit a Sodomis, occulta providentia Dei, apud Ravennam tunc positus, peccatoris populi non videret excidium. Discurrentibus per Urbem barbaris forte unus Gothorum idemque potens, & Christianus sacram Deo virginem jam ætate provectam in quadam Ecclesiastica domo reperit. Cumque ab ea aurum, argentumque honeste exposceret: illa fideli constantia esse apud se plurimum, & mox proferendum spopondit ac protulit* (erant hæc vasa sacra in custodiam accepta, quæ haud absque instinctu Spiritus sancti barbaro revelanda putavit) *Dumque expositis opibus, attonitum barbarum magnitudine, & pondere ac pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate, intelligeret: virgo Christi ad barbarum ait: Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt*

Pra-

(a) Oros. l. 7. c. 39.

Vasa sacra apud virginem inventa.

PAGIUS

tiusque his omnibus actis pene quam dictio minimum visit: & ludum spectavit imperii. Adverbium illud; *citius*, Gothofredo fucum fecit; non enim consideravit vocabula tempus exprimentia magnam latitudinem habere. Hinc Cicero lib. 2. de Natura Deorum versu 526. *Quid ea quæ nuper, idest, paucis ante seculis medicorum ingeniis reperta sunt?* Et tamen adverbium illud, *nuper*, plerumque significet quod paucos ante dies, menses, vel annos factum est.

XI. *Error refellitur.*

Nec magis apposite Gothofredus quæ Sozomenus lib. 9. cap. 8. peracta scribit, ad priorem legem citatam *de indulgentiis criminum* pertinere credit. Hæc Sozomeni verba: *Attalus imperii insignia deposuit; simul etiam deposuerunt cum eo cingula sua ejus Duces: & Honorius indulgentiam eorum, quæ acciderant, tribuit, & ut cum quisque honorem, cum gradum teneret, quem antea sortitus fuisset*. Hæc enim a Sozomeno dicta de prima ante deprædatam Urbem Attali depositione, anno CCCCIX. facta, quæ ideo cum præfata lege conjungi non possunt; cum hæc lex anno illam depositionem consequenti, currenti nempe, data fuerit, non quidem in *Attali* favorem, cujus nulla in ea lege mentio, sed in eorum gratiam, ut supra dixi, qui inter tyrannidis initia ad obsequium rediissent. Indulgentia itaque a Sozomeno hic memorata non extat, longeque alia erat ab ea quæ in Codice Theodosiano legitur, quæque hoc anno concessa est, quod Valesio in Notis ad Sozomenum non observatum. Desunt & duæ aliæ leges hoc anno datæ, quarum mentionem facit Zosimus pag. 820. & seq. quarum priori vetuit Honorius in nulo cingulo eos uti, qui Christiani non essent, quam paulo post revocavit in gratiam *Generidi* Ducis Pagani, sed præclaris virtutibus præditi, & cuivis concessit, *ut opinionem suam retinens, & magistratu fungeretur, & militaret*.

XII. *Quarta ratio qua probatur Romam anno superiori captam esse.*

Orosius, qui hoc tempore vivebat, lib. 7. cap. 28. secunda Urbis obsidione narrata, ait: *Interea ante biennium Romanæ irruptionis, excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi, Suevorum, Vandalorum, multæque cum his aliæ Francos proterunt*, &c. Hæ gentes pridie Kal. Januarii anni CCCCVI. Gallias ingressæ sunt, ut ibidem ostendimus. Quare manifestum est, loqui Orosium de prima Urbis obsidione: ab ingressu enim barbarorum in Gallias ad eam obsidionem, si anno CCCCVIII. contigerit, anni duo, exceptis aliquot mensibus, fluxere; & si *Orosius* biennium illud repetat ab anno Christi CCCCVII. illud incompletum numerat: in sententia vero adversariorum anni tres præter aliquot menses numerantur. Quod si velint adversarii Orosium de secunda *Alarici* irruptione intelligendum esse, in eorum sententia triennium & ultra transactum fuerit ab ingressu Barbarorum in Gallias, in nostra vero biennium & aliquot menses ab Orosio neglecti. Scaliger quidem lib. 5. de Emendat. Temp. pag. 517. & Petavius lib. 12. de Doct. Temp. cap. 47. qui

sume, si audes: de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo.

XXIV. Alaricus reveritus vasa sacra reportari jubet.

Barbarus ad reverentiam religionis timore Dei, & fide virginis motus ad Alaricum hæc per nuncium retulit. Qui continuo reportari ad Apostoli basilicam universa, ut erant, vasa imperavit: virginem etiam, simulque omnes qui se adjungerent Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea domus a sanctis sedibus longo (ut ferunt) & medio interjectu Urbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium, disposita per singulos singula, & super capita elata palam aurea atque argentea vasa portantur: exertis undique ad defensionem gladiis pia pompa munitur: hymnis Deo Romanis barbarisque concinentibus, publice canitur: personat late in excidio Urbis salutis tuba, omnesque etiam in abditis latentes invitat ac pulsat: concurrunt undique ad vasa Petri vasa Christi. Plurimi etiam Pagani Christianis professione, si non fide, admiscentur: & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, evadunt, Christiani videlicet. *Quanto copiosius aggregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defensores.*

XXV. Solemnis processio ad S. Petri basilicam.

O sacra & ineffabilis judicii divini discretio! O sanctum istud, & salutare flumen, quod parva exortum domo, dum beato alveo in sanctorum sedes tendit, oberrantes periclitantesque animas in salutis sinum pia rapacitate pervexit! O præclara illa Christianæ militiæ tuba, quæ generaliter cunctos dulcissimo ad vitam modulamine invitans, quos ad salutem inobedientes non suscitavit, inexcusabiles reliquit ad mortem! Mysterium hoc, quod in transferendis vasis, dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tanquam magnum cribrum fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani, tamquam ex magna massa frumenti, per omnia ex universo ambitu Civitatis latebrarum foramina effluxere grana viva sive occasione, sive veritate commota; omnia tamen de præsenti salute credentia, ex horreo Dominicæ præparationis recepta sunt. Reliqua vero sicut stercora & velut paleæ, ipsa vel incredulitate, vel inobedientia præjudicata, ad exterminium atque incendium remanserunt. Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die barbari, quam ingressi Urbem fuerant, sponte discedunt, facto quidem aliquantarum ædium incendio, sed ne tanto quidem, quanto septingentesimo conditionis ejus anno casus effecerat. Nam si exhibitum Neronis Imperatoris sui spectaculis inflammationem recenseam; proculdubio nulla comparatione æquiparabitur, secundum id quod excitaverat lascivia Principis, hoc quod nunc intulit ira victoris. Neque vero Gallorum meminisse in hujusmodi collatione debeo: qui continuo pene anni spatio incensæ eversæque Urbis attritos cineres possederunt. Et ne quisquam forte dubitaret ad correctionem superbæ lasciviæ, & blasphemæ Civitatis hostibus fuisse permissum: eodem tempore clarissima Urbis loca fulminibus diruta sunt, quæ inflammari ab hostibus nequiverant. Hæc modo Orosius: eadem quoque, deque vasis ad basilicam sancti Petri deferri jussis Cassiodorus (*a*) narrat.

(*a*) Cassiod. Var. lib. 12. ep. 20.

XXVI. Christi triumphus tempore cladis urbis.

Quis, rogo, ista alta mente considerans, non intelligat haud aliam ob causam a Deo ingredi permissum in Urbem Alaricum, quam ut in ignominiam idololatrarum pararet nobilem religionis Christianæ de Gentilitate victa atque prostrata triumphum? Sic Deus voce sua intercidens, secundum illud Davidicum (*b*), flammam ignis; & quod in ea lucis est atque splendoris, ab incendio illatæ cladis segre-

(*b*) Psal. 28.

PAGIUS

47. qui hanc controversiam fuse examinarunt, Romamque secunda vice currenti anno obsessam perperam concluserunt, observant, Orosium loco laudato tradere Urbem direptam esse anno ejus conditus *millesimo centesimo sexagesimo quarto*, qui secundum putationem Varronianam congruit in annum Christi CCCCXI. indeque Scaliger infert, Orosium eam expugnationem illo anno male consignasse; Petavius vero asserit, nihil certi inde deduci posse; cum *Orosius* in annis Urbis numerandis varias putationes sequatur, raroque sibi constet. Verum cum *Orosius* eam, quæ Varroniana biennio prior est, plerumque usurpet, non dubium, quin eandem loco laudato adhibuerit, & quod jam de anno prioris irruptionis scripserat, confirmarit; cum alioquin sibi in eodem capite contradiceret. Orosio Isidorus & Idacius in Chronicis suffragantur: prior enim Urbem direptam scribit, *anno imperii Honorii quinto decimo, Era quadringentesima quadragesima septima*, anno nempe Christi CCCCIX. Posterior, qui hoc seculo floruit, anno Abrahami bis millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, qui Kalend. Octobris anni Christi CCCCVIII. inchoatur, hanc secundam obsidionem collocat. Sectatores contrariæ sententiæ citant Prosperum, Cassiodorum, & Marcellinum in Chronicis, tanquam illius Patronos; sed illos, præsertim duos postremos in notatione temporum falli, eorumque auctoritatem adversus argumenta ex publicis monumentis deducta nullam esse, omnes norunt; præterquamquod Cassiodorus in Chronico prosperum exscribere solitus est.

XIII. Quinta ratio.

Sed non tantum leges Cod. Theod. hoc anno ab Honorio Imp. emissæ demonstrant, *Romam* anno superiori prædæ datam; sed etiam illæ quæ eo anno ab eo datæ sunt. Cum enim *Attalus* Romæ ageret, exercitum in Africam misit, ut eam invaderet, Duce *Constantino* quodam qui ibidem interfectus est, *Heracliano* pro Honorio Africam fortiter tuente, nec cum copiis satis firmis Constantino veniente, ut produnt Zosimus pag. 828. & seq. ac Sozomenus lib. 9. cap. 8. ubi hic scribit, factum id fuisse tanto terrore *Honorio Imp.* injecto, ut navibus jam paratis in animum induceret Imperio decedere, atque in Orientem confugere, si *Attalo* expeditio felici-

ter

gregans, Christianis illusit: incendium autem in impios sivit impetu barbarici furoris longe lateque grassari: ut non secus ac olim, percutiente Deo (a) Ægyptios, planctus eorum in aures omnium increbresceret, contra vero in terra Gessen pii immunes essent, cantantes in viis Domini, adeo ut vox exultationis, & salutis in justorum tabernaculis audiretur, in ipsis inquam Christianorum Ecclesiis, in quas edicto Regis tutum pateret effugium: ut numquam plane nobiliorem viderit Roma triumphum, ubi uno momento ad libertatem atque salutem tot asyla libertatis ac securitatis sedes fuerint reserata, quot erant in Urbe Christianorum Ecclesiæ. Non defuit tanto triumpho pompa longo itineris ductu procedentibus, ac præcinentibus Deo laudes innumeris Christianis, ex victis uno momento magno miraculo victoribus redditis; & qui cum aliis nuper barbarorum videbantur esse captivi, ipsos barbaros præda onustos ducentibus in triumphum: ut plane Propheticum (b) illud impletum fuerit: *Et erunt capientes eos qui se ceperant, & subjicient exactores suos.* Qui enim cœperant illos Gothi, quique aurum barbarico exigebant imperio, iidem ipsi reverentia subacti numinis, facris vasis humilem exhibent famulatum, asservant, portant, atque ad basilicam Apostolorum Principis fida custodia eaetris gladiis comitantur armati: ut plane apparuerit, divina potentia, impellente numine, vincentes barbaros ceu captivos consecutos esse victores, quos cæperant Christianos.

(a) Exod. 8. 9.

(b) Isai. 14.

XXVII. Vis Christianæ religionis.

Quanta hæc admiratione atque stupore digna, in ipso grassationis impetu furentes barbaros, mites esse redditos, & obsequentes? Sed (quod omnem excedit humanum captum) iidem ipsi Gothi Ariana imbuti perfidia, Orthodoxorum implacabiles hostes, & (quod præterita tempora docuerunt) hæreticorum omnium crudelissimi; cum jam liberum nacti essent imperium in sedem illam, a qua scirent sæpe se fuisse damnatos, atque hactenus condemnari, omnem exercendi sævitiam: tanto honore ex insperato ejus Ecclesias cumularunt, ut non ipsas tantum illæsas esse voluerint, sed omnes ad eas confugientes esse securos; quinetiam & vasa sacra inventa, quantomlibet rabida fama inhiarent auro, illæsa tamen illa reliquerint, & custodita, religioseque servata voluerint, exhibentes illis quod religioni deberetur obsequium, veritati servitium, numini cultum, & principatui famulatum, dum quæ clandestine fuerant e basilica Vaticana sublata, & cum timore translata, summa curarunt gloria vehi, publicoque apparatu reduci, atque secure deduci. Quam superarunt tam egregio facto Philistæos Gothi? Sublatam illi Arcam (c) Domini, diuque retentam, nonnisi plagis affecti, malis compulsi, coacti flagellis, ejus restituendæ tandem consilium inierunt, atque demum ignobili impositam plaustro, bestiarum indomitarum eam trahentium arbitrio reliquerunt. Inventa vero isti, non vi sublata vasa, nec lignea, sed aurea, dona munifica, & mirifica religiosissimi Constantini, non auferre tantum, sed nec tangere ea ansi; haud passi sunt, ubi erant, inhonorata relinqui; sed omni curarunt celebritatis pompa transferri, facti iidem ipsi animati currus, atque simul ipsorum aurigæ. Addidisset, & sua Alaricus, puto, munera; sed sciebat a Catholicis respui Arianorum oblationes.

(c) 1. Reg. 6.

XXVIII.

Vidit ne umquam Roma talem triumphum? Spectavit illa sæpius victores duces suos trahere victos hostes, & superatos

PAGIUS

terecderet. Verum profligato mox Attali exercitu, actior ab *Heracliano* Comite Africæ portuum & littorum Africæ custodia habita est. At ea anno Christi CCCCIX. peracta ostendit lex Cod. Theod. *de terris limitaneis*, inscripta *Gaudentio, Vicario Africa*, dataque *III. Kalend. Maii, Ravenna, Honorio VIII. & Theodosio III. Coss.* in ejus enim fine mentio fit de timore ob exercitus Attali adventum injecto; cum in ea jubeat Honorius, ut quibus terræ limitaneæ concessæ fuerant, easdem munirent ac defenderent: *Ut hac*, inquit, *provisione servata, fossati limitisque nulla in parte timoris possit esse suspicio*. Cum hæc itaque in Africa gesta sint in secunda Urbis obsidione, testibus Zosimo & Sozomeno, ea omnino anno præcedenti contigit. Currenti quidem *Heraclianus* adhuc Africæ Comes erat, ut discimus ex lege 51. Cod. Theod. *de hæreticis*, sed eum anno superiori in Africam missum, præter Zosimum & Sozomenum asserit Orosius lib. 7. cap. 29. *Heraclianus*, inquit, *Africa Comes missus cum Attalus umbram gestaret imperii*. Unde cum anno CCCCIX. Attalus Imperator dictus sit, & quidem ante III. Kalend. Maii, quo lata lex *de terris limitaneis* emissa, non dubium, quin eodem anno ad Africam adversus *Attalum* tuendam *Heraclianus* destinatus fuerit. Denique Sozomenus citatus refert, Gentiles & Arianos permoleste tulisse *Attalum* Imperio dejectum fuisse; quod Gentiles sperarent eum superstitionem suam palam amplexurum esse; Ariani vero Ecclesiarum potestatem iterum se adepturos putarent. Quæ res *Honorium* movit, ut legem 47. Cod. Theod. *de hæreticis* VI. Kalend. Jul. anno CCCCIX. emitteret, qua statuta adversus hæreticos non obstante adnotatione Principis executioni tradi jussit. Hac constitutione hæreticorum & Paganorum spes *Honorius* reprimere voluit, ut recte vidit Gothofredus in ejus Comment. Mitto leges alias tam hoc, quam superiori anno datas, ex quibus clare deducitur, *Romam* anno CCCCVIII. primum ab Alarico, annoque CCCCIX. iterum ab eodem obsidione cinctam fuisse, quia id ex dictis luce clarius constat, & ex dicendis passim confirmabitur, ut communis opinio ex omnium animis tandem evellatur.

XIV.

Procopius lib. 1. Hist. Vandal. cap. 2. scribit *Probam* matronam fama ac divitiis insignem, mi-

Salus victis in Christo.

tos barbaros vinctos duci a militibus captivos: numquam tamen intuita est victos Romanos ad Jovem Capitolinum vincentes barbaros redditos obsequentes cum pompa perducere. Sed vidit hoc tempore in triumpho Christi tantum Roma miraculum, victores Gothos, Arianos hæreticos, hostes Ecclesiæ, Imperii perduelles, truces barbaros, spontaneo obsequio longissimo itineris tractu sequi victos, non in Capitolium, ubi idololatriæ sedes erat, sed in Vaticanum; ubi veræ religionis super firmam petram, titulo Petri, solida jacta fuerant fundamenta. Vidit (quod majoris gloriæ erat) Romanos illos idololatras hostes licet implacabiles Christi, volentes sed invitos, refractarios sed sponte currentes, salutis cupidos concito gradu ferri ad eum qui Salvator est omnium nominatus; ut jam certo experirentur exemplo, de Christo intelligendum esse decantatum olim oraculum Sibyllinum (a) de Rege venturo, ad quem confugerent, qui salvi esse cuperent: cum unam hanc tantum scirent victis patere ad vitam viam, in reliquo autem non ignorarent quod.

(a) Cicero de Div. l. 2.

Una salus victis nullam sperare salutem.

Sicque pertinaces atque rebelles facto profiteri coacti sunt, quod verbis obstinate negarent. Vides igitur Imperium Christi vincentibus barbaris imperare, & Romanos deorum cultores invitos licet ad spontaneum obsequium cogi. Addit ad pompam triumphi hæc Isidorus: (b) *Qui extra loca martyrum erant, & nomen Christi, vel sanctorum nominabant, & ipsis simili misericordia hostilis furor pepercit: sic evaserunt multa millia Romanorum, quibus Gothi propter Christum misericorditer pepercerunt.* Hæc ipse. At de Christianæ religionis triumpho in captivitate satis.

(b) Isid. lib. de Mundo.

XXIX. De capta Urbe Hieronymus.

Cæterum antequam qui vere Christiani essent, a Gothis explorati penitus haberentur: contigit ex iis aliquos veluti Gentiles religionem simulantes, male haberi; ut accidit sanctæ Marcellæ, insigni illi atque clarissimæ feminæ, de qua plura superius, quæ una cum Principia filia, incognitæ quænam essent, a barbaris tentæ fuere, cognitæ vero dimissæ, ut S. Hieronymus narrat (c): qui ita exorsus de urbe capta ab Isaiæ (d) vaticinio: *Moab nocte capta est, nocte cecidit murus ejus*: & usurpans illud Psalmistæ (e): *Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam*, &c. atque illos poetæ versus (f):

(c) Hier. epist. 56.
(d) Isai. 15.
(e) Psal. 78.
(f) Virgil. Æneid. 2.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolorem?
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perque vias sparguntur inertia passim
Corpora, perque domos, & plurima mortis imago.

XXX.

Cum interim (inquit) *in tanta confusione rerum Marcellæ quoque domum* (quæ erat in Aventino g) *cruentus victor aggreditur. Sit mihi fas audita loqui, immo a sanctis viris visa narrare, qui interfuerunt præsentes; qui te dicunt in*pe-

(g) Hier. epist. 554.

PAGIUS

Proba & Læta pauperes per Urbis obsidionem aluere.

miseratam Romanos, fame aliisque malis plurimis atteri, *familiæ suæ præcepisse, ut noctu portam panderent*. Id refert Baronius num. XVIII. ac refellit, & hanc *Aniciam Faltoniam Probam* cum Faltonia Proba Poetria confundit. Verum, ut anno CCCXCV. num. II. & seq. ostendimus, *Faltonia Proba* mater trium Consulum ordinariorum, diversa est a *Proba* avia Demetriadis, & matre Anicii Probi anno CCCCVI. Consulis ordinarii. Præterea Baronius *Julianam* Demetriadis matrem filiam Probæ facit; sed ibidem ostendimus *Aniciam Julianam* Olybrii filiam fuisse ac matrem Demetriadis Virginis, Probæ neptem non e filia, ut putavit Baronius, sed ex filio natu maximo Anicio Hermogeniano Olybrio. De hac familia Aniciana vide quæ ibidem diximus. Adhæc Baronius num. VIII. in dubium revocat quod Zosimus lib. 5. pag. 815. scribit, *Lætam* scilicet Gratiani quondam Principis conjugem, in obsidione Urbis de bonis suis pauperes aluisse, quod existimet, Gratianum aliam conjugem non habuisse quam *Flaviam Constantiam* Constantii Imperatoris filiam. Sed *Fl. Maxima Constantia* Constantii Imper. ex Faustina filia posthuma uxor quidem fuit Gratiani, ut testatur Ammianus lib. 21. cap. 15. & ea demortua in secundam uxorem *Lætam* Pissamenæ filiam sibi adscivit, & ex neutra conjuge prolem suscepit. *Lætam* vero anno quo primum obsessa est Urbs, adhuc in vivis fuisse nos dubitare non patitur Zosimus laudatus, cujus narrationem Baronius iteratæ Urbis obsidioni perperam attribuit. qui de hoc secundo Gratiani matrimonio a Zosimo Auctore coævo tantum memorato dubitare non debuit.

XV. Moritur S. Marcella.

A. num. XXIX. ad XXXIV. Divus Hieronymus in Epist. XVI. ad Principiam Virginem, quæ Marcellæ viduæ Romanæ Epitaphium continet, ait *Marcellam* capta ab Alarico Urbe fustibus & flagellis cæsam esse, & *post aliquot dies* in Domino obdormivisse. Quare cum Romæ anno superiori in potestatem Barbarorum venerit, Sancta *Marcella*, quam Hieronymus proœmio in Epistolam ad Ephesios *unicum viduitatis & Romanæ sanctitatis exemplar* appellat, eodem anno obiit.

XVI. Principia Marcellæ filia perperam credita.

Baronius Principiam arbitratur filiam Marcellæ; quod in Epistola ad eam data Hieronymus scribat: *Hæc tibi Marcella venerabilis, & tibi Principia filia, una & brevi lucubratione dictavi.* Verum si Principia filia fuisset Marcellæ, inquit Bollandus in Commentario prævio ad Vitam Sanctæ Marcellæ, ad diem XXXI. Januarii, non debuisset num. XXXIII. timere Sancta

Mar-

periculo quoque ei fuisse sociatam. Intrepido vultu excepisse dicitur ingressos: cumque posceretur aurum, & defossas opes vili excusaret tunica, non tamen fecit fidem voluntariæ paupertatis. Cæsam fustibus flagellisque ajunt non sensisse tormenta: sed hoc lacrymis, hoc pedibus eorum prostratam egisse, ne te (Principiam filiam scilicet, ad quam scribit) *a suo consortio separarent: ne sustineret adolescentia, quod senilis ætas timere non poterat. Christus dura corda mollevit & inter cruentos gladios invenit locum pietas. Cumque & illam & te ad beati Apostoli Pauli basilicam barbari deduxissent, ut vel salutem vobis ostenderent, vel sepulcrum: in tantam lætitiam dicitur erupisse, ut gratias ageret Deo, quod te integram sibi reservasset; quod pauperem illam non fecisset captivitas, sed invenisset; quod egeret quotidiano cibo; quod satura Christo non sentiret esuriem; quod & voce & opere loqueretur:* (a) Nuda exivi de utero matris meæ, nuda & redeam. Qui ergo inventa sacra vasa barbari, ut illæsa servarent, attulerunt ea in basilicam S. Petri: iidem Gothi inventas sanctissimas feminas atque cognitas, viva pretiosiora Christi vasa, ad Apostoli Pauli basilicam via Ostiensi positam perduxerunt, quo (ut eventus docuit) custodirentur intactæ.

Marcella & Principie ductæ ad Basilicam S. Pauli.

(a) Job. 1.

XXXI. Cæterum paucos post dies eamdem S. Marcellam ea hac vita migrasse, idem S. Hieronymus docet, cum subdit (b): *Post aliquos dies, sano, integro, vegetoque corpusculo, obdormivit in domino, & te paupertatula sua, immo per te pauperes reliquit heredes, claudens oculos in manibus tuis, reddens spiritum in tuis osculis, dum inter lacrymas tuas illa rideret conscientia vitæ bonæ, & præmiis futurorum.* Hæc S. Hieronymus: qui hoc tempore cum elucubraret commentarios super Ezechielem, uno eodemque nuncio obsidionem Urbis, eamdemque captam audivit, simulque S. Marcellæ atque cari Pammachii ad Deum transitum: nam ibi ista ipse præfatur (c):

(b) Hier. epist. 16.

De Marcellæ, & Pammachii obitu.

(c) Hier. præf. in l. 1. Comment. in Ezech.

XXXII. *Transire* (inquit) *cupiebam*, post interpretationem scilicet elaboratam in Isaiam, *& extremam (ut dicitur) manum operi imponere Propheticis. Et ecce subito mors mihi Pammachii atque Marcellæ, Romanæ urbis obsidio, multorumque fratrum, & sororum dormitio nunciata est. Atque ita consternatus obstupui, ut nihil aliud diebus ac noctibus, nisi de salute omnium cogitarem, meque in captivitate sanctorum putarem, esse captivum; nec possem prius ora reserare, nisi aliquid certius discerem, dum inter spem & desperationem solicitus pendeo, aliorumque malis me crucio. Postquam vero clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, immo Romani Imperii truncatum caput, & (ut verius dicam) in una Urbe totus Orbis interiit; obmutui* (d) *& humiliatus sum, & silui de bonis, &c.* Hæc Hieronymus: quibus significat, paulo post expugnatam Urbem S. Marcellam diem clausisse extremum, cujus memoriam reddunt Ecclesiasticæ tabulæ anniversaria die, sed non qua ipsa obiit, verum qua decentiori sepultura donata, translata est, pridie Kalend. Februarii; cum Pammachii, qui eodem tempore obiit, dies natalis agatur tertio Kalend. Septembris. Qui igitur sanguine conjuncti erant, & vitæ sanctæ instituto collegæ (ambo enim monasticam excoluerant disciplinam) iidem obierunt hoc eodem anno. De his post tot tantaque superius dicta, illud satis ad utriusque laudem, quod S. Hieronymus in præfatione ad eosdem in Danielem: *Obsecro* (inquit) *vos Pammachi φιλομαθέστατε, & Marcella unicum Romanæ sanctitatis exemplar, junctos fide & sanguine, ut conatus meos vestris orationibus adjuvetis, &c.* Hæc quidem ad eos scripsit anno superiori Hieronymus, antequam in Ezechielem commentaria elaboraret.

(d) Psal. 38.

XXXIII. Porro quæ diximus ipsos barbaros exhibuisse S. Marcellæ atque Principiæ filiæ pietatis, & humanitatis officia, cum, ne quid pati ab aliis barbaris cogerentur, eas securitatis causa perduxerunt in di-

Ann. Eccl. Tom. VI. Eeee

PAGIUS *Marcella* in furore Gothico ejus adolescentiæ, quæ jam septuaginta annos, juxta ipsius Baronii calculum nata fuisset; cum velit anno CCCXL. num. VII. & seq. *Marcellam* a Sancto Athanasio institutionem Monasticam edoctam, eam cœpisse jam viduam profiteri. Certe *Sancto Antonio adhuc tum vivente*, ut in eadem ad principiam Epistola num. V. dicitur, ejus vivendi rationem a Sancto Athanasio hausit, imitataque est Marcella. Dicitur autem *Principia* ab Hieronymo filia, quia, ab ejus Roma discessu anno CCCLXXXVI. ad obitum usque adhæsit Sanctæ Marcellæ; & quod eam affectu sibi matrem experiretur, eidem se filiam spiritu exhibuit. Ita Bollandus. Sed cum Divus Hieronymus Epistolam CXL. quam ad Principiam scribit, his verbis incipiat, *Scio me, Principia in Christo filia*; ita & hic in Epistola citata XVI. ad eandem, sicut Marcellam venerabilem; ita Principiam suam, non vero Marcellæ, in Christo filiam appellat. Præcipuum Marcellæ facinus memoratur, quod Origenistarum errores ex Urbe expulerit, & Hierosolymam pietatis ac religionis causa accesserit. Bollandus ibidem Epitaphium Marcellæ pluribus illustrat, sed mortem ejus perperam hoc anno consignat.

XVII. *Moritur S. Pammachius & D. Hieronymus scribit Commentarios in Ezechielem.*

Sanctus Hieronymus Præfatione in librum I. Comment. in Ezechielem ait: *Ecce subito mors mihi Pammachii, atque Marcellæ, Romanæ Urbis obsidio, multorumque fratrum & sororum dormitio nunciata est.* Quare Sanctus *Pammachius*, qui colitur III. Kalend. Septemb. anno superiori e vivis etiam excessit, eodemque anno Hieronymus Præfationem ad Commentaria in Ezechielem scri-

dictam Basilicam S. Pauli: accipe quid in hanc sententiam S. Augustinus (a) affirmet in ipsos ingratos atque obstinatos Gentiles, scribens ad Marcellinum: *An non etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca & basilicæ Apostolorum, quæ in illa vastatione Urbis ad se confugientes suos alienosque receperunt. Hucusque cruentus sæviebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris furor: illo deducebantur a miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant; ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more sævientes, posteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum, quod alibi jure belli licuisset, tota feriendi refrænabatur immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur. Sic evaserunt multi* (Gentiles scilicet) *qui nunc Christianis temporibus detrahunt; & mala quæ illa Civitas pertulit, Christo imputant, &c.* Eadem quoque adversus eosdem inculcat inferius.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 1. c. 1. & 7.

Gothi honore prosecuti Ecclesias.

XXXIV. Est & aliud exemplum perductæ ad S. Petri basilicam Christianæ mulieris, ut viro suo conservaretur intacta; quod Sozomenus (b) describit his verbis: *Ego* (inquit) *quod mihi tum Ecclesiastica dignum historia contigisse visum est, litteris commendabo: declarat enim viri barbari factum pium, & fortitudinem mulieris Romanæ in conservanda castitate, utriusque autem Christiani, sed non ejusdem sectæ: quandoquidem ille Arianam, hæc Nicænam doctrinam sectabatur. Hanc igitur perquam formosam conspicatus juvenis quidam Alarici miles, pulchritudine captus, ad concubitum trahebat: reluctantem vero, ac vi adversantem ne quid absœnum pateretur, ille stricto gladio se interfecturum minabatur, & interim summam illi cutem in collo, quasi qui ab amorem parceret, perstringebat. Tum illa multo perfusa sanguine, collum gladio subjecit: optabilius sibi rata mori cum castitate, quam vivere expertam virum alium, quam illum cui legitimo matrimonio juncta erat. Barbarus igitur cum etiamnum majore cum terrore illam adortus, nihil adhuc perficeret; admiratus eam ob castitatem, duxit in Ecclesiam Apostoli Petri; & traditam custodibus, & expensis in ejus sustentationem sex aureis, jussit, ut custodirent marito suo.* Hæc Sozomenus.

(b) Sozom. lib. 9. c. 20.

Feminæ Christianæ constantia.

XXXV. Insuper & illud tunc quidem accidit, ut cum barbari Urbem ingressi essent, quotquot fugam arripere valuerunt, eam protinus capesserent. Est de his locuples testis S. Hieronymus, cum ab urbe profugos Hierosolymam navigantes, Bethlehem excepit hospitio. Audi ipsum, cum expositionis in Ezechielem jam tertium librum inchoaturus, dolens ac lugens ista præfatur, stupens ad novum casum (c): *Vera sententia est, Omnia orta occidunt, & aucta senescunt: & alibi: Nihil est enim opere & manu factum, quod non conficiat, & consumat vetustas. Quis crederet, ut totius Orbis extructa victoriis Roma corrueret, ut ipsa suis populis, & mater fieret, & sepulcrum? ut tota Orientis, Ægypti, Africæ littora olim dominatricis Urbis servorum, & ancillarum numero complerentur? ut quotidie sancta Bethlehem nobiles quondam utriusque sexus atque omnibus divitiis affluentes, susciperet mendicantes? Quibus quoniam opem ferre non possumus, condolemus, & lacrymas lacrymis jungimus: occupatique sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes videre non patimur, explanationes in Ezechielem, & pene omne studium omisimus, Scripturarumque cupimus verba in opera vertere, & non dicere sancta, sed facere.* Ac rursum inferius: *Nec* (inquit d) *jactamus, ut quidam forsitan suspicantur, fratrum susceptionem: sed mororum causas simpliciter confitemur: præser-*

(c) Hier. præf. in Ezech. lib. 3.

Capta Urbe fugam arripiunt plurimi Hierosolymam.

(d) Hier. præf. in lib. 7. in Ezech.

PAGIUS scripsit. Emin. tamen Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 3. quia in ea Hieronymus post laudata verba dicit, *postquam clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, immo Romani Imperii truncatum caput, obmutui, & humiliatus sum, & silui de bonis &c.* infert ex illis verbis Hieronymum diutina captæ Urbis dolore confectum manum e tabula amovisse; cum ipse testetur, se stylum resumsisse, postquam jam vulneri cicatrix paulatim obducta sit; & suspicatus post annum CCCCXI. Hieronymum Commentaria in Ezechielem exorsum esse, id rogante Eustochio Virgine ac Rufini paulo ante morte intellecta, de qua ibidem Hieronymus loquitur. Controversiam istam dirimunt verba ejusdem Hieronymi in Epistola LXXXII. ad Marcellinum, ubi ait: *Ezechielis volumen olim aggredi volui* (ideoque ante Urbis expugnationem) *& sponsionem creberrimam studiosis Lectoribus reddere: sed in ipso dictandi exordio ita animus meus Occidentalium Provinciarum, & maxime Urbis Romanæ vastatione confusus est, ut juxta vulgare proverbium, proprium quoque ignorarem vocabulum: diuque tacui, sciens tempus esse lachrymarum. Hoc autem anno cum tres explicassem libros, subitus impetus Barbarorum, &c. sic Ægypti limitem, Palæstinæ, Phœnices, Syriæ percurrit, & instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum, misericordia Christi potuerimus evadere.* Cum itaque ea Epistola prioribus sequentis anni mensibus ad Marcellinum, quem Honorius Imper. Cogniturem in Africam miserat, ut interesset Collationi Catholicos inter & Donatistas habendæ, scripta sit, Hieronymus trium priorum librorum illius Operis explanationem hoc anno exorsus est, & anno CCCCXI. non valde provecto absolvit, antequam Barbari in Palæstinam & vicinas regiones irrupissent. Quando Hieronymus illud absolverit, infra innuemus.

Ba-

fertim cum Occidentalium fuga, & fanctorum locorum conftipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem præfevat barbarorum: quos abfque lacrymis & gemitu videre non poffumus. Illam quondam potentiam & ignorationem divitiarum ad tantam inopiam perveniffe, ut tecto & cibo, & veftimento indigeat: & tamen nequaquam duri quorumdam atque crudeles animi emolliuntur, dum pannos eorum ac farcinulas difcutiunt, aurum in captivitate quærentes. Hæc ipfe de profugis: fed fubdit hæc de fua ipfius ætate: *Accedit* (inquit) *ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis fenectute, & aliquid fuftinentibus beati Ifaac* (a), *ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebraeorum volumina relegere? qui etiam ad Solis diei fulgorem litterarum nobis parvitate cæcantur. Sed & Græcorum commentarios fratrum tantum voce cognofcimus.* Hæc ibi de fe ipfe. Qui quidem tantæ Urbis cafu Orbem pariter ruiturum exiftimavit; unde in fequentis commentarii præfatione hæc ingerit (b): *Pafcitur bis animus, & oblivifcitur feculi calamitatum, quod in extremo fine jam pofitum congemifcit ac parturit; donec qui tenet* (c), *de medio fiat; & pedes ftatuæ* (d) *quondam ferrei fragilitate digitorum fictilium conterantur. Cadit mundus & cervix noftra non flectitur, &c.*

(a) Genef. 27.
(b) Hier. præf. in lib. 8. commen. in Ezech.
(c) 2. Theff. 2.
(d) Dan. 2.

XXXVI. At quod ad profugos fpectat ab Urbe recedentes: Romani diverfa loca adiere. In Orientem enim alii (ut vidimus) abeuntes, Hierofolymam petiere: alii vero ad proxima loca nempe in infulas Tyrrheni pelagi confugere. Nam Rutilius hæc de Igilii infula (e).

(e) Rutil. Itiner. l. 1.

Igilium infula perfugium Romanorum.

Eminus Igilii filvofa cacumina miror,
Quam fraudare nefas laudis honore fuæ.
Hæc proprios nuper tutata eft infula faltus
Sive loci ingenio, feu domini genio:
Gurgite cum modico victricibus obftitit armis,
Tamquam longinquo diffociata mari.
Hæc multos lacera fufcepit ab urbe fugatos:
Hic feffis pofito certa timore falus.
Plurima terreno populaverat æquora bello
Contra naturam claffe timendus eques.
Unum, mira fides, vario difcrimine portum.
Tam prope Romanis, tam procul effe Getis.

Hæc ipfe. Porro ficut complures Romanorum in Igilium infulam adiere, ita etiam alios ipforum in alias ejufdem ponti infulas tunc navigio tranfmigraffe, quis dubitat?

XXXVII. De Proba cum fuis fugientibus in Africam.

Sed & alii trans mare etiam in Africam confugerunt: inter quos fuere clariffimæ feminæ, de quibus fuperius fæpe mentio facta eft, nempe Proba, & ipfius ☞ filia ☜ Juliana, ambæ viduæ, atque neptis Demetrias, ejufdem filia Julianæ; quibus haud feliciter ad fugam Africa patuit: ibi enim Heraclianum Comitem invenerunt, qui fub fpecie tutandi Honorii Imperium adverfus barbaros ingruentes, tyrannide fibi Africam vendicarat. Ut plane his acciderit quod eft apud Prophetam (f): *Quomodo fi fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei urfus, & ingrediatur domum & innitatur manu fua fuper parietem, & mordeat eum coluber.*

(f) Amos 6.

XXXVIII. Sed videamus primum, quæ de eadem Proba S. Hieronymus aggreditur enarrare (g): *Quis* (inquit) *hoc credat? Proba illa omnium dignitatum & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illuftrius; cujus fanctitas & in univerfos effufa bonitas etiam apud barbaros venerabilis fuit; quam trium liberorum, Probini, Olybrii, & Probi non fatigarunt ordinarii Confulatus: & cum incenfis direptifque domibus in Urbe captivitas fit, nunc habitas venundare dicitur poffeffiones, & facere fibi amicos de iniquo mammona* (h), *qui fe recipiant in æterna tabernacula: ut erubefcant*

(g) Hieron. epift. 8.
(h) Luc. 16.

PAGIUS XVIII. Epocha Epiftola LXXXII. Hieronymi ad Marcellinum.

Baronius num. LVIII. autumavit, hanc Epiftolam currenti anno datam; fed cum Hieronymus in ejus principio dicat: *Tandem ex Africa veftra litteras Unanimitatis accepi: & non me pœnitet impudentiæ, qua tacentibus vobis, Epiftolas meas frequenter ingeffi,* & Marcellinus in Africam venerit, aut fub finem hujus anni, aut potius verno tempeftate confequente (Edictum enim Honorii, quo Marcellinus jubetur præfatæ collationi intereffe, datum eft IV. Idus Octob. hoc anno, ut infra videbimus) evidens eft, Cardinalem Doctiffimum hallucinatum effe, eamque Epiftolam anno fequenti fcriptam, & verofimilites, ut conjicit Garnerius in Differt. 6. Tomi I. Operum Marii Mercatoris, antequam vel Collatio haberetur, vel habitæ fama perveniffet in Palæftinam; cum alioquin de ea non filuiffet Hieronymus, qui tam honorifice de Auguftino totius Collationis quafi mente, in ea Epiftola loquitur, ut ad eum remittat Marcellinum, qui explicationem cujufdam quæftionis ab Hieronymo petierat: *Habes ibi,* inquit, *virum fanctum & eruditum Auguftinum Epifcopum, qui viva, ut aiunt, voce, docere te poterit, & fuam, imo per fe noftram explicare fententiam.* Collatio autem illa *Kalendis Junii* inchoata, ut in ea legitur. Nec dici poteft, Epiftolam illam longe poft Collationem miffam; cum *Marcellinus,* in Africa ufque ad Idus Septembris anni CCCCXIII. quo die occifus eft, manferit, ideoque Collationem memorare non debuerit. Cum enim Hieronymus dicat, fe ejus literas *ex Africa* accepiffe, apparet, illas primas effe quas Marcellinus ad eum fcripfit poftquam in Africam pervenit

sciant omnes Ecclesiastici ministerii gradus & cassa nomina monachorum, emere prædia, tanta nobilitate vendente. Vix barbarorum effugerat manus, & avulsas de complexu suo virgines fleverat: cum subito intolerabili (quod numquam timuerat) amantissimi filii orbitate percutitur; & quasi futura virginis Christi avia, spe futurorum mortiferum vulnus excepit; probans in se verum esse, quod in lyrico carmine super justi præconio dicitur (a);

(a) Horat. lib. 3. ode 3.

Si fractus illabatur Orbis,
Impavidum ferient ruinæ;

& post multa de justorum fiducia ex divinis oraculis petita, hæc subdit:

XXXIX. Quæ passa Proba cum suis in Africa ab Heracliano.

Cur ista replicaverim, sequens sermo monstrabit. Quæ de medio mare fumantem viderat patriam, & fragili cymbæ salutem suam suarumque commiserat, crudeliora invenit in Africa littora. Excipitur enim ab eo, quem nescias utrum avarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum & pretium (erat hic Heraclianus ab Honorio illuc post necem Stilichonis missus, quem adversus Attalum invadentem Africam strenue se gessisse vidimus) *& qui sub occasione partium clementissimi Principis, sævissimus omnium extitit tyrannorum: & ut aliquid loquar de fabulis poetarum, quasi Orcus in tartaro non tricipitem, sed multorum capitum habuit Cerberum, qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrum gremiis abducere pactas; negotiatoribus & avidissimis mortalium Syris nobilium puellarum nuptias vendere; non pupillorum, non viduarum, non virginum Christi inopiæ parcere; magisque manus rogantium spectare, quam vultus. Hanc feram Charybdim, Scyllamque succinctam multis canibus, fugiens barbaros, matrona sustinuit, qui nec naufragiis parcerent, nec captivitatibus flecterentur. Imitare, crudelis, saltem hostem Romani Imperii. Brennus nostri temporis* (nempe Alaricus) *tantum quod invenerat tulit: tu quæris quod non invenis. Et mirantur æmuli* (*virtus enim semper invidiæ patet*) *cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit: cum & ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre; & hæc quasi Comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine privatæ dignitatis tyranno servientem?* hæc S. Hieronymus de Heracliano: cujus vigente tyrannide, nonnisi redempta magno pretio pace, licuit Probæ cum suis in Africa habitare.

XL. De filii S. Probæ obitu.

Qui autem hic dicitur a S. Hieronymo defunctus Probæ filius cum barbarorum manus effugisset, unde id accidisse pateat capta Urbe: superius vero cum idem dicat, ante ejus filium decessisse, quam Urbs caperetur: ne putes hic ipsum hallucinatum esse S. Hieronymum, sed memoria repete, quod superius diximus, ☞ fuisse sanctissimæ fœminæ, ut nuper dictum est, tres filios; quorum Olybrius ☜ ante Urbis excidium, ex hac vita subductus est, de quo hæc ipse superius (b): *Pius filius, vir amabilis, clemens dominus, civis affabilis, Consul quidem in pueritia, sed morum bonitate Senator illustrior: felix morte sua, qui non vidit patriam corruentem, immo felicior sobole, qui Demetriadis proaviæ nobilitatem insigniorem reddidit Demetriadis filiæ perpetua castitate:* hæc ipse.

(b) Hier. ead. ep. 8.

☞ Ex hoc loco S. Hieronymi & duobus aliis S. Augustini, emendamus quod auctoritate antiquarum inscriptionum, quæ a nobis positæ sunt in fine Tomi superioris, & auctoritate Augustini alicubi dicentis Julianam filiam Probæ, posuimus, eam tamen re vera Probam non matrem Julianæ sed socrum, Julianamque non filiam, sed nurum ejus fuisse, idem S. Augustinus pluries docet; ut in epistola ad Probam de orando Deum, & in libro ad Julianam ipsam de bono viduitatis, in quibus ejus scriptis illa socrus, ista nurus nominata reperitur: quibus consentiunt quæ audisti hic ex Hieronymo recitata, dum Demetriadem filiam filii Probæ fuisse habet, ut de his nulla penitus dubitatio esse possit. Sed quærendum adhuc remanet, quæ fuerit illa Juliana quæ in recitatis inscriptionibus dicitur filia Probæ, ab hac Juliana matre Demetriadis plane diversa. ☜ Quomodo autem Probæ neptis Demetrias post annum contemptis nuptiis, se Deo dicavit, suo loco dicturi sumus.

Proba Julianæ socrus.

XLI. Demetrias capta a Gothis.

Hic vero tantum de ea referam, quæ Romæ hoc anno passa est, dum Aniciorum insigniores illas ædes Gothus invasit, ex ipsius verbis, quibus se ipsam compellat dicens (c): *Dudum inter barbaras tremuisti manus: aviæ & matris sinu & palliis tegebaris. Vidisti te captivam, & pudicitiam tuam non tuæ potestatis: Horruisti truces hostium vultus;* ra-

(c) Hier. ead. ep. 8.

PAGIUS

venit; alioquin ad se ex Africa transmissas non scriberet, sed regionis nomen taceret, si jam inde illas ad se dedisset Marcellinus, cui commercium literarum tam cum Hieronymo, quam cum Augustino erat.

XIX. Perperam etiam Baronius num. LIX. refert ad hanc Barbarorum irruptionem quod narrat Cassianus in Sexta Collatione paulo ante annum CCCCXXVI. quo septima lucem vidit, elucubrata, de Monachis *repente* occisis in Palæstinæ partibus *a discurrentibus Saracenorum latrunculis*. Hæc enim est paucorum tantum latrunculorum in solam Palæstinam; illa vero, de qua Hieronymus verba facit, irruptio est universalis in Palæstinam, Ægyptum, Phænicem, & Syriam. Idem dicendum de ea, quam tangit Au-

Tres Barbarorum irruptiones inter se non confundendæ.

raptas virgines Dei gemitu tacito conspexisti. Hæc ipsa apud S. Hieronymum. Accidit namque, quod cum Alaricus Gothorum Rex publica testatione parcendum tantum Christianis edixerit, & qui in ecclesiis Urbis invenirentur: qui tunc extra illas reperti essent, loco hostium habiti, nec cogniti Christiani, a barbaris male mulctati fuerint; quos compertos postea esse Fideles, barbaricus furor venia dignos existimavit. Sic namque contigit, Marcellam cum Principia filia, & Probam cum Juliana ☞ nuru ☜ & Demetriade nepte a barbaris esse tentas, postea vero esse dimissas. Cæterum quod non omnium Gothorum eadem esset humanitas atque religio, vel metus Alarici, ut ejus edicto parerent; non omnibus in tot miseriis ea felicitas obrigit, ut apprehensæ feminæ dimitterentur a barbaris: nam complures extra ecclesias repertas sacras virgines iidem secum duxerunt, quas a Proba ac Demetriade deploratas S. Hieronymus tradit. Ex his & Gentilibus detrahendi Christianis, comparatum est inter alia argumentum: de quibus S. Augustinus (*a*): *Magnum* (inquit) *sane crimen se putant objicere Christianis, cum eorum exaggerantes captivitatem, addunt etiam stupra commissa, non solum in aliena matrimonia, virginesque complures, sed etiam in quasdam sanctimoniales &c.* Sed haud quidem per vim illatum dispendium pati posse virginitatem, ipse pluribus docet. Qui igitur in Christianos erant infensi Romani Gentiles, in ipsorum invidiam mala omnia, quæ in hac Urbis clade acciderant, mirum in modum exaggerabant: cum tamen S. Augustinus pluribus doceat, longe graviora Romanum populum a suis ipsius civibus accepisse detrimenta, quam modo Gothus intulerit: adeo ut post multa illud fidenter inculcare non dubitet (*b*), una postrema Syllana tabula plures esse jugulatos Senatores, quam Gothi expoliare potuerint. Improperabant multos Christianorum amisisse substantias, fame necatos, mortalitate extinctos, caruisse etiam sepulcro. ☞ Illud non prætermittam, quod vetus Inscriptio in lucem protulit, tunc etiam accidisse, ut Dionysius diaconus, idemque professione medicus, insignis pietatis clericus abduceretur captivus a Gothis, qui tamen eum ut dominum coluere: accipe de his egregium epithaphium (*c*):

Gentilium in Christianos objectatio.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 1. c. 16.

(b) Aug. de Civit. Dei l. 3. c. 25.

Dionysii Diaconi Epitaphium.

(c) Antiq. inscr. in Appen. pag. 1073. n. 3.

HIC LEVITA JACET DIONYSIUS ARTIS HONESTÆ
FUNCTUS ET OFFICIO QUOD MEDICINA DEDIT
HUJUS DOGMA MANUS FAMÆ DULCEDINE CAPTA
* DISPEXIT PRETII SORDIDA LUCRA SEQUI
SÆPE SALUTIS OPUS PIETATIS MUNERE JUVIT
DUM REFOVET TENUES DEXTERA LARGA VIROS
OBTULIT ÆGROTIS VENIENTIBUS OMNIA GRATIS
IMPLEVIT * FACTUS QUOD DOCUIT MONITIS
LAUDIBUS ÆTHERIIS FAMULATUS MENTE FIDELI
DESTITIT ILLICITIS ACTIBUS ESSE REUS
AMISSIS OPIBUS ROBUR NON PERDIDIT ULLUM
QUO PATIENS PRÆDÆ TEMPORE DIVES ERAT
ARS VENERANDA FIDEM FIDEI DECUS EXTULIT ARTEM
HÆC STUDII TITULOS ALTERA MENTIS HABET
CIVIBUS AC SOCIIS QUALIS FUIT INDE PROBATUR
QUEM POTUIT VICTOR HOSTIS AMARE SUUS
POSTQUAM ROMANA CAPTUS DISCESSIT AB URBE
MOX SIBI JAM DOMINUS SUBDIDIT ARTE GETAS
*OS CERVIS MANIBUS VITTAM COMMITTERE FECIT
QUORUM MORTIFEROS PERTULIT ANTE METUS ☜.

** Despexit.*

** Factis.*

** f. Hosque suis manibus vitam.*

Sed omnia electis bene cedere, & ex malis omnibus lucrum contrahere, idem pluribus monstrat (*d*): cum alioqui calumniose ea omnia Gentiles amplificarent.

(d) Aug. de Civit. Dei. l. 1. c. 10. 11. 22.

XLII. Etenim non omnes eadem subiisse mala, sed plurimos evasisse, idem Augustinus de his agens perspicue satis ostendit, atque ait (*e*): *Ab urbe autem Roma quam multi exierunt, & redituri sunt? quam multi manserunt, & evaserunt? quam multi in locis sanctis nec tangi potuerunt?* idemque alibi sic rem totam paucis absol-

(e) Aug. tract. de excid. Urbis c. 2.

PAGIUS Augustinus in Epist. CXI. alias CXXII. ad Victorianum num. 1. ubi ait: *Ante parvum tempus, etiam in illis solitudinibus Ægypti, ubi Monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura delegerant, a Barbaris interfecti sunt fratres*; cum ibidem paulo post scribat: *de Hispanis quoque tot Provinciis quæ ab his malis diu videbantur intactæ, cœperunt jam talia nunciari*; alioquin dicendum esset, eam Augustini Epistolam, sicuti & laudatam Hieronymi, pertinere ad annum sequentem, quod verum esse non potest, quia Barbari die XXVIII. mensis Septemb. superioris Christi anni in *Hispaniam* ingressi sunt, & Augustinus de eo ingressu loquitur tanquam de re, quæ non multo ante acciderit, & ibidem refert Donatistas & Circumcelliones deprædari domos & incendere, & sic vastare Ecclesias, *ut Barbarorum fortasse facta mitiora sint*; quod tamen

Quam multi Gothica clade non tacti.

(a) Aug. de Civit. Dei l.1. c. 7.

solvit (a): *Quicquid igitur vastationis, trucidationis, deprædationis, concremationis, afflictionis in ista recentissima Romana clade commissum est; fecit hoc consuetudo bellorum. Quod autem more novo factum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissimæ basilicæ implendæ populo, cui parceretur, eligerentur, & decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde captivandi nulli, nec a crudelibus hostibus abducerentur: hoc Christi nomini, hoc Christiano tempori tribuendum quisquis non videt, cæcus: quisquis videt, nec laudat, ingratus: quisquis laudanti reluctatur, insanus est. Absit ut prudens quisquam hoc feritati imputet barbarorum. Truculentissimas & sævissimas mentes ille* (Christus videlicet) *terruit, ille refrenavit, ille mirabiliter temperavit, &c.*

Redarguuntur Gentilium querelæ.

Sed quid amplius? Idem Augustinus (b) satis evidenti demonstratione palam facit, impietate Gentilium talia pati commeruisse Urbem, cultu vero Christianæ religionis factum ne penitus interiret. Idque pro concione populum contestatus, publice professus est, illa refricans quæ dicta sunt de Rhadagayso: nimirum non datum illi Urbem capere, qui majori venerat apparatu, quod Gentilis esset, deorum cultor: sed concessum id Alarico Christiano, deorum hosti, in ipsorum desolationem: quæ etiam alibi, ut patentia omnibus, ob oculos ponit (c): sed nos qui hæc superius pertractavimus, hic omittimus recensere.

(b) Aug. de Civit. Dei l.1. c.31. 32. 33. 34.

(c) Aug. de Civit. Dei lib. 5. c.23.

XLIII.

Quod igitur de capta Urbe (ut dictum est) invidia summa adversus Christianos a Gentilibus ubique locorum ac jugi querela ipsorum omnium conflaretur: necessitas compulit adversus hæc Christianos Episcopos pro concione disserere, atque calumniose objecta refellere; inter quos S. Augustinus in his multus fuit, qui eo argumento peculiarem tractatum habuit (d). Sed quam locupletissime de his egit, libris vigintiduobus de Civitate Dei contra Paganos, scribens ad Marcellinum. Hoc quidem opus plurimorum annorum spatio ab eo elucubratum, ex eodem apparet: siquidem de eo ipse: *quod opus* (inquit e) *per aliquot annos me tenuit: eo quod alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret, & me prius ad solvendum occupabant, &c.* Inchoatum igitur opus anno sequenti esse ab Urbis excidio, idem affirmat; ut ex his quæ ad Evodium scripsit (f), potest intelligi: tresque primum scripsisse libros, deinde vero edidisse duos alios; reliquos vero usque ad decimumoctavum, longo elapso temporis intervallo, perfecit: Sed quoto Domini anno? quadringentesimo undetrigesimo: quod ex ipsius verbis facile colligi potest, dum in ipso libro decimooctavo numerat (g) a Consulatu Theodori annos ferme triginta: cumque constet ipsum Theodorum Consulem fuisse creatum anno a Christo nato trecentesimo nonagesimonono; dicere opus est circiter annum Domini quadringentesimum vigesimumnonum dictum librum decimumnonum Augustinum habuisse præ manibus. Marcellinus autem, ad quem opus inscripsit, ille est, quem postea in Africam misit Honorius ad componendam illam Ecclesiam, & Donatistas schismaticos Catholicæ unitati compaginandos, cujus Orosius (h) meminit, atque sæpissime ipse Augustinus, nosque frequenter de eo inferius.

(d) Aug. de excidio Urb. tract. 22.

(e) Aug. Retract. lib.2. cap. 43.

Augustinus cur de Civitate Dei libros scripsit.

(f) Aug. epist. 102.

(g) Aug. de Civit. Dei l.18. c. ult.

(h) Oros. lib.7. cap. 42.

XLIV. Triduum Urbis cladis.

Quantum vero temporis ipsum Urbis excidium perduraverit: si audis, lector, erit quod ex hoc magnopere admireris. Etenim cum in perquirendis, exhauriendisque amplissimis omnium divitiis, nec triennii spatium satis esse sufficiens videretur: triduana illi deprædatione contenti, protinus discessere. Fidem quidem non inveniret veritas, nisi illius temporis scriptor Orosius (i) affirmaret, confirmaretque Paulus diaconus (k). Unus est tantum qui discrepat Marcellinus (l), dum ait, sexto die ex quo Urbem Alaricus est ingressus, protinus discessisse. Dici quidem potuit hæc comminatio potius, quam illatum flagellum, qua Romani sint conterriti, non prostrati. Etenim id professus est post discessionem Alarici populus: *Qui* (inquit (m) Orosius) *adeo parvo quodam, & levi motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem voluptatum indubitatissime contestatus est, ut libere conclamaret, si reciperet Circum, nihil esse sibi factum: hoc est, nihil egisse Romæ Gothorum enses, si concedatur Romanis spectare Circenses:* adeo ut illud propheticum de his fuerit occinendum (n): *Percussi eos, & non doluerunt.* Nam & in hanc sententiam hæc S. Hieronymus

in

(i) Oros. lib.7. cap. 39.

(k) Paul. diac. histor. Miscel. l. 13.

(l) Marcell. in Chron. hoc hujus an. Consul.

(m) Oros. lib.2. c.6.

(n) Hierem. 5.

PAGIUS mea anno sequenti contingere non potuit; cum Marcellinus Cognitor ab Honorio Imper. delegatus in Africa fuerit, ejusque præsentia hæreticos in officio retinuerit. *Augustinum* vero eas literas ad Victorianum hoc anno dedisse, mox ostendam.

XX. *Augustinus scribit libros de Civit. Dei.*

Ad num. XLIII. Cum *Gentiles* excidium Urbis Christianis adscriberent, *Augustinus* adversus illos scripsit libros XXII. de Civitate Dei; sed opus illud anno tantum CCCCXIII. exorsum est, ut anno CCCCXII. num. IV. ostendam. Quo vero anno illos absolverit, demonstrabimus anno CCCCXXVII. num. VII. & seq.

In epistola ad S. Augustinum, agens de excidio Urbis sub nomine Hierusalem: (a) *Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor: nec Hieremiæ (b) vult audire consilia: quin potius Ægyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes, & ibi servitute pereat sempiterna.* Hæc ipse, alludens ad Gentiles Romanos non audientes Innocentium Papam veram illis religionem annunciantem, sed obstinato corde in Ægyptiaca superstitione senescere & mori statuentes. Sed vestigia Alarici Regis egredientis ab Urbe prosequamur.

(a) *Apud Aug. Hier. epist. 16.*
(b) *Hierem. 43.*

XLV. Alaricus imprudenter agit.

Quam opportunum esse, videri poterat, qui totius Romani Imperii capite, ipsa Urbe potitus esset; ad totum ipsum vendicandum sibi Imperium, victorem barbarum exercitum, victrices copias præmovere, ipsumque Honorium Imperatorem imparatum appetere, eoque e medio sublato, summa rerum potiri. Sed qui facit (c) pondus ventis (ut apposite ex divinis oraculis id usurpem) alio vertit barbari Regis impetum, ad ipsius interitum: quo perspicue demonstraret (quod sæpe superius inculcatum est) non delictis Christianorum Principum, sed provocante impietate Gentilium, ejusmodi a Deo attemperatum esse flagellum. Barbarus Gothus igitur quadam veluti percussus amentia, nec Urbem quam ceperat tenuit, vel recedens custoditam sibi, præsidio in ea relicto, curavit, neque in Honorium exercitum movit: sed ab Urbe, numine cogente, exire compulsus potius quam sponte progressus, palabundo milite magis quam ordine compositis turmis Campaniam, Lucaniam, Brutiosque pervasit (d). Quid autem cum Nolam in Campania Civitatem iidem barbari invasissent, S. Paulinus in ea degens Episcopus captus a Gothis dixerit, a S. Augustino (e) relatum audi: *Paulinus noster Nolensis Episcopus, ex opulentissimo divite, voluntate pauperrimus, & copiosissime sanctus; quando & ipsam Nolam barbari vastaverunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo (ut ab eo postea cognovimus) precabatur: Domine non excrucier propter aurum, & argentum: ubi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, ubi eum condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixit.* Hæc Augustinus.

(c) *Job. 28.*

Alarici progressus in Campaniam.

(d) *Pallad. dialog. l. 23.*
(e) *Aug. de Civit. Dei lib. 1. c. 10.*

XLVI. Qui autem putant hoc ipsum tempus fuisse cum idem S. Paulinus a barbaris captivus est ductus in Africam pro viduæ filii redemptione captivi, errore labuntur: siquidem nulli hoc tempore in Africa barbari; sed longe post Wandali ea sunt potiti provincia, quorum Regi Paulinus spontanea servitute suscepta (ut suo loco dicemus) servivit. At tantum abfuit ut hac barbarica incursione Paulinus abductus fuerit; ut, protegente eum S. Felice patrono suo, nec ipse, nec populus Nolanus quicquam mali passus fuerit: ut ex his quæ idem S. Augustinus conscripsit, possumus intelligere, ubi ait (f): *Non enim solis beneficiorum effectibus, verum etiam ipsis hominum aspectibus confessorem apparuisse Felicem civibus vel inquilinis pie a se dilectis, cum a barbarie Nola oppugnaretur, audivimus non incertis rumoribus, sed testibus certis.* Hæc Augustinus, qui utinam omnia illa litteris commendata posteris tradidisset. Porro ad eumdem Paulinum adhuc Nolæ agentem post Gothorum invasionem S. Augustinus commentarium illum (ubi de his agit) de Cura agenda pro mortuis scripsit: cum jam (ut ipse Augustinus (g) tradit) primum librum de Civitate Dei scripsisset, quem citat, atque nuper contigisse Urbis cladem affirmat. Quomodo autem Alaricus sequenti anno, in Siciliam exercitum transmissurus, ex hac vita sublatus est, suo loco dicemus: jam vero quæ sunt reliqua anni hujus rerum gestarum ordine prosequamur.

(f) *Aug. de cura agenda pro mor. cap. 16.*
(g) *Aug. eod. lib. c. 2.*

XLVII. Concilium Carthagin. unde legatio ad Imp.

Cum Italia in hunc modum Gothorum esset tumultibus agitata, Africana vero Ecclesia pace frueretur: hoc anno congregatum est Concilium Carthaginense mense Junii, ex quo decreta est legatio Episcoporum ad Honorium Imperatorem: quid

PAGIUS XXI. *Nola ab Alarico vastata.*

Ad num. XLVI. Baronius refert ad devastationem Campaniæ factam ab *Alarico* post Urbem deprædatam, quod narrat Augustinus lib. de Cura pro mortuis cap. 16. *Nolam* scilicet obsessam a Barbaris, quo tempore hujusce urbis civibus visus est Sanctus *Felix* Presbyter Nolanus, quibus jam tot pietatis suæ argumenta crebris miraculis præbuerat. Hincque colligit, Baronius hacce occasione cives Nolanos evasisse incolumes. At hoc secundum non asserit Augustinus, imo hanc Urbem captam fuisse, & a Barbaris direptam scribit lib. 1. de Civitate Dei cap. 10. quod ad hæc tempora cum Sancti Felicis apparitionibus refert etiam Baronius. Loquitur certe Augustinus de una eademque clade civitatis Nolanæ, in qua Sanctus Felix apparuit, & *beneficiorum effectibus, & ipsis hominum aspectibus*, at habet in libro de Cura pro mortuis. In libro vero I. de Civitate refert, Barbaros Nolam vastasse; at eum ibidem probet, viris sanctis & bonis Christianis in amissione rerum temporalium nihil periisse, imo & ipsis etiam iniquis hanc rerum vastitatem ad profectum valuisse, beneficia Nolanis a Sancto Felice impetrata, fuere spiritualia, non vero temporalia, ut ex præcedentibus capitibus ejusdem libri de Civitate Dei, ubi loquitur de clade per *Alaricum* Italiæ illata, colligitur. Perperam itaque Chiffletius in secunda parte Paulini illustrati cap. 28. explicat Augustinum de clade Radagaisana.

XXII. Ad num. XLVII. ad LX. In Collectione Dionysiana legitur: *post Consulatum gloriosissimorum Impp. Honorii VIII. & Theodosii III. Augg. XVIII.* Ka-

quid autem hi acturi cum eo forent, ejusdem Synodi præfatio declarat, nempe eosdem legatos Episcopos missos esse contra Donatistas: hæc enim habet (a): *Post Consulatum gloriosissimorum Impp. Honorii octavum & Theodosii tertium Augustorum, decimooctavo Kal. Julias, Carthagine in basilica Regionis secunda. In hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Possidius, Præsidius, & Benenatus Episcopi, eo tempore, quo lex data est, ut libera voluntate quis cultum Christianitatis acciperet.* Hæc ibi, ac nihil præterea aliud hujus Synodi reperitur: sed & hæc obscura valde, nisi alii hujus temporis rebus gestis elucidentur: constat enim in primis, horum legatorum apud Honorium res agentium S. Augustinum mentionem facere in epistola (b) ad Italicam, ubi queritur, quod cum litteris ejus acceperit omnia in Italia barbarorum invasione susdeque misceri, atque ingenti motu turbari, ipsi legati nihil his de rebus scripserint in Africam: quibus plane insinuare S. Augustinus videtur, illas litteras esse scriptas hoc anno, sed antequam Urbs a barbaris caperetur, re tamen in ultimo collocata discrimine. Sed de occasione hujus mittendæ legationis jam aggredimur enarrare.

(a) Concil. Afric. c.75.

(b) Aug. epist.133.

XLVIII. De legatione Africanorum Episcoporum.

Accidisse vidimus anni hujus exordio, cum Attalus tyrannus invasisset Imperium, & jam Africam esset tentaturus, ut Heracliani in Africa Comitis, vel Macrobii in ea Proconsulis consilio leges adversus Donatistas datæ silerent: etenim in discrimine posita videbatur universa Africana provincia, si tot legibus exagitati, & exasperati Donatistæ pro partibus Attali dimicarent. Quamobrem elicitum fuit ab Honorio Imperatore rescriptum, quo iidem fruerentur eam quam vellent religionem amplecti: sicque transacta res est. Cum autem periculum illud cessasset, Attalo exauctorato; Episcopi Africani, quod viderent Honorii rescriptum in magnum Christianæ religionis dispendium vertere, collecto Carthagine Episcoporum conventu, una omnium sententia decrevere, mittendam esse ad Imperatorem Honorium legationem, quam orarent quatuor Episcopi ad hoc munus electi: qui rogarent Imperatorem, ut pro Donatistis datum revocaret edictum. Et hoc est, quod in hujus Synodi præfatione sic habetur: *Lex data est, ut libero cultu quis Christianitatem acciperet.* At unde, dices, ista adeo concinne disposita tibi vendicas? ex divinatione, an conjectura? immo ex certa testificatione deducimus, nimirum ex rescripto Honorii Imperatoris, quo ipse annuisse comperitur petitioni eorumdem legatorum Episcoporum. Etenim hoc anno de his ita rescripsisse apparet ad Heraclianum in Africa Comitem (c):

(c) l.51. de hæret. C. Theod.

XLIX. Novo rescripto Honorius revocat latam pro Donatistis legem.

Oraculo penitus remoto, quo ad ritus suos hæreticæ superstitiones obrepserant: sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna & proscriptionis & sanguinis, si ultra convenire per publicum execranda sceleris sui temeritate tentaverint. Dat. VIII. Kal. Sept. Varane V. C. Cons. En vides hac lege irritari præcedens edictum, quo ad ritus suos redierant palam compressæ ante legibus hæreses. Sed & illud velim observes, lector, postridie ejus diei, quo Urbs capta est, ejusmodi datum esse ad Heraclianum, juxta petitionem Episcoporum, rescriptum; quo imminentem Urbi extremam cladem Deus propitiatus averteret. Præsentissimum fuit sane remedium: quo factum est, ut Alaricus Urbem captam post triduum quasi fugatus reliquerit, & in sui interitum concitus festinarit.

L.

Sed parum visum est Honorio legem lege convellere: verum & adjecit animum, ut Donatistas omnimode ad Catholicam concordiam restitueret; id fieri posse ratus

PAGIUS Concilium Carthaginense adversus Donatistas.

Kalend. Jul. Carthagine in Basilica regionis secunda: in hoc Concilio legationem susceperunt contra Donatistas, Florentius, Possidius, Præsidius & Benenatus Episcopi, eo tempore, quo lex data est, ut libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet. Hæc tantum supersunt de eo Concilio contra Donatistas habito. Ad ejus petitionem Honorius *VIII. Kalend. Septemb.* legem 51. Cod. Theod. *de hæreticis* dedit Heracliano Comiti Africæ inscriptam, qua hæreticis rituum suorum exercendorum, conveniendique publice potestatem fecerat, infirmavit. *Honorius* enim anno superiori ob rationem temporum in hæreticos remissior fuerat, imo & in Paganos; cum, ut jam diximus, legem qua intra Palatium militare prohibiti fuerant, abrogarit. Lex enim illa lata est *adversus omnes Sanctæ legis* inimicos, ut in eadem legitur, quibus verbis tam Pagani, quam hæretici comprehenduntur. Porro ex hoc Concilio & constitutione, liquet, secundam *Romæ* obsidionem hoc anno factam non esse. Quomodo enim Episcopi hoc anno apud Carthaginem convenire potuissent; si tunc Africa bello arsisset, quod tamen anno quo Urbs obsessa, contigit? Præterea quomodo Episcopi delegati inter tot pericula itineri sese committere ausi essent, imo & Honorius ad eorum postulationem præfatam legem emittere, idque die XXV. Augusti, postridie scilicet ejus diei quo clades Romæ illata; præsertim cum ob bellum Italicum in hæreticos ac nominatim Donatistas anno præcedenti remissior fuerit? nec satisfaciunt, quæ Baronius & Gothofredus in illius legis Commentario respondent ad vim hujus argumenti declinandam, in quibus ideo refellendis non immorabor.

XXIII. Grassationes Donatistarum in Africa.

Est autem hæc secunda *Possidii* Calamensis Episcopi ad Imperatorem legatio; prima enim ob facinus Calamense a Paganis admissum, ista vero ob Paganorum & hæreticorum audaciam necessitate temporum non compressam suscepta. In hac ultima legatione præter legem laudatam

Possi-

(a) Possid. in Vit. S. Aug. c. 13.
(b) lib. 3. de Relig. C. Theod.

tus, si ad publicam eos Collationem cogeret. Ad ejusmodi autem provinciam obeundam (ut Possidius (a) tradit) misit Marcellinum Tribunum & Notarium, ad quem ejusmodi hoc anno datum reperitur esse rescriptum (b).

Marcellinus in Africam mittitur ob causam Donatistarum.

Ea quæ circa Catholicam fidem vel alim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione summota, integra & inviolata custodire præcipimus. Dat. IV. Id. Octob. Ravennæ, Varrane V. C. Cons. Sunt hæc quidem, quibus Honorii pietas mirifice commendetur, cum profligando hæreticos, barbaros a Deo propulsari speraret: quod quidem magno miraculo ipse sine armis Deus implevit. Quod vero ad Marcellinum spectat, quem hoc anno ab Honorio Imp. in Africam missum diximus: consentiunt huic nostræ assertioni, quæ Balduinus (c) summa fide testatur, se in Actis antiquitus scriptis legisse, Collationem ab Honorio indictam, celebratam esse anno sequenti a Consulatu Varanes; itemque hoc anno datum prid. Id. Octobr. rescriptum ejusdem Honorii Imperatoris, quo in sequentem annum Collationem indixit, habendam Charthagine inter Catholicos & Donatistas: ad quod opus curandum idem (ut dixi) missus est Marcellinus. At quanta hæc admiratione digna, tot distentum occupationibus, & angustiis obrutum Honorium Imp. tanta solertia, tamquam in summo otio constitutum, ista curasse?

(c) Balduin. Not. ad Optat. de Donat. pag. 225. 226.

LI. Causa expetendæ Collationis.

Expetiisse autem istud ipsum Catholicos in Africa Episcopos per eosdem legatos hoc anno missos ad Honorium Aug. ut ad publicam Collationem Donatistæ compellerentur: haud obscure S. Augustinus significat, ubi ait (d): *Donatistas ad Collationem nobiscum venire per Imperialia jussa compulimus.* Porro id per Augustinum ipsum fuisse procuratum, perspicue Possidius (e) tradit. Cur autem hanc curam Augustinus subierit, ubi supra mox subdit: *Illorum enim furor occupaverat Africam totam, nec prædicare a Catholicis veritatem contra suum patiebantur errorem, violentis aggressionibus, latrocinationibus, itinerum obsidionibus, rapinis, ignibus, cædibus multa vastantes, cuncta terrentes. Cum quibus apud Episcopos, quos communes non habebamus, nihil agere poteramus: quod vero ante centum ferme annos majores nostri cum iis egerant, jam populorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas compulit, ut saltem Gestis nostra Collatione confectis, eorum contunderemus inverecundiam, & reprimeremus audaciam.* Hæc de causa procurandæ ab imperatore Collationis Augustinus.

(d) Aug. contr. Jul. Pelag. l. 3. c. 1.
(e) Possid. in Vit. S. Aug. c. 13.

LII. Maximianistæ rejecti a Collatione.

At sicut summa curatum fuit industria, ut iidem Donatistæ, licet renuentes, ad mutuam cum Catholicis Collationem compellerentur: ita eamdem Collationem expetentes Maximianistæ, ramus præcisus a reliquis Donatistis, sua paucitate contemnendi, ab Episcopis Catholicis repulsi sunt: cur ita? ab eodem accipe Augustino, cum ista subdit compellans Pelagianos: *Similes (inquit) estis Maximianistis, qui cupientes exiguitatem suam nomine saltem certaminis consolari, & ideo videri aliquid apud eos, quibus contemptibiles erant, quia inire nobiscum fuerentur examen: interpellantes eas, & libellum dantes, provocantesque contempsimus. Magis enim de certamine nominari desiderabant, quam formidabant in certamine superari: nec sperabant victoriæ gloriam, sed famam requirebant Collationis, quia multitudinis non habebant,* Hæc Augustinus.

PAGIUS

Possidius & tres alii Legati Ecclesiæ Africanæ nomine postulatunt, ut ad publicam collationem *Donatistæ* compellerentur, & exposuere ingentia mala, latrocinia, & Ecclesiarum vastationes ab iisdem hæreticis factas, quibus ut occurreretur ea legatio decernenda fuerit, uti recte observavit Baronius, num. LI. & seq. Quod præsertim colligit ex Epistola Divi Augustini ad Victorianum CXI. alias CXXII. Patres quidem Benedictini suspicantur, eam datam anno superiori mense Novembri, quia in principio ejus exprimitur tristissima illa facies universi Orbis tantis cladibus afflicti, ut pene pars nulla terrarum esset, ubi non talia, qualia Victorianus scripserat, committerentur atque plangerentur, & quia addit Augustinus, *de Hispaniis quoque tot Provinciis, quæ his malis diu videbantur intactæ, cœperunt jam talia nunciari*, quod scilicet eo anno die XXVIII. Septemb. Vandali Hispanias occupassent. Verum cum *Victorianus* Presbyter clades, quibus tunc mundus affligebatur, Augustino non renunciaverit, nisi aliquanto tempore postquam eæ contigere, certum existimo eam Epistolam hoc anno datam esse. Quod si ea anno superiori exeunte scripta esset, iis Patres Africani Carthagine mense Junii congregati per legationem illam occurrere voluissent; cum propter bellum Italicum eam antea destinare non potuissent. Refert etiam Baronius ad Donatistarum immania scelera nuper ab eis patrata quæ scribit Augustinus communi Clericorum Hipponensium nomine ad *Januarium* Episcopum Donatistam expostulans de Circumcellionum sævitia in Catholicos, quæ Epistola alias LXVIII. novo ordine est LXXXVIII. sed Patres Benedictini ostendant, eam post initium anni quadringentesimi sexti exaratam esse.

XXIV. Alia Donatistarum flagitia.

Ad hæc Baronius num. XLVII. trahit ad istam Legationem Epistolam XCIX. alias CXXXIII. ad Italicam piissimam feminam, qua significat susceptum animo dolorem commiserationemque ex Romanorum calamitate. Sed cum in ea Augustinus num. I. de Procuratore Italicæ scribat, *cujus literis graviter contristati sumus, quod ea quæ illic in Urbe vel circa Urbem geruntur, non nobis insinuare curavit*, incertum, an Augustinus loquatur de iis,

quæ

LIII. Donatistarum sævitia in Catholicos Hipponen.

Sed missis his: quænam essent Donatistarum, quorum idem meminit, ingentia mala illa, ad quæ evertenda & comprimenda quatuor illorum Episcoporum oportuerit mitti legationem, atque decerni Collationem, legarique ab Honorio certum hominem Marcellinum ad ista tractanda: nota fiunt ex epistola ejusdem S. Augustini ad Victorianum (*a*) hoc ipso tempore (ut indicabimus) scripta, ubi ait: *Ecce in regione nostra Hipponensi, quoniam eam barbari non attigerunt, clericorum Donatistarum & Circumcellionum latrocinia sic vastant ecclesias, ut barbarorum fortasse facta mitiora sint. Quis enim barbarus excogitasse potuit quod isti, ut in oculos clericorum nostrorum calcem & acetum mitterent, quorum membra etiam cætera plagis horrendis, vulneribusque sauciarunt? deprædantur etiam domos aliquas & incendunt, fructus aridos diripiunt, humidos fundunt, & talia cæteris comminando, multos etiam rebaptizari compellunt. Pridie quam ista ad te dictarem, ex uno loco per hujusmodi terrores quadragintaocto animæ mihi rebaptizatæ nunciatæ sunt. Plangenda sunt hæc*, &c. Ista sanctus Augustinus ad Victorianum scribit, & quidem hoc anno, ut ostendemus. Modo vero de suis clericis Hipponensibus calce & acero a Donatistis excæcatis, ex eodem ipso Augustino rem alibi fusius prosecuto, historiam intexemus: ait enim scribens ad Januarium (*b*):

(*a*) *Aug. epist.* 122.

(*b*) *Aug. epist.* 68.

LIV. Donatistarum immania scelera.

Venite, inquit, *aut mittite nobiscum in regionem Hipponensium, qui videant armatum exercitum vestram: quomodo nullus miles numero armorum suorum calcem, & acetum adhibuit ad oculos barbarorum. Si neque hoc vultis, saltem scribite ad illos, ut jam ista non faciant, ut jam se a cædibus nostris, a rapinis, ab excæcatione compescant.* Hæc ad Januarium. Quid autem sceleris ab eisdem perpetratum sit adversus Restitutum in eadem diœcesi Hipponensi ita alibi idem Augustinus (*c*): *Restitutus quidam in regione Hipponensi vester presbyter fuit: qui cum ad Catholicam pacem, antequam istæ Imperialibus legibus juberetur, veritatis ratione permotus, manifesta voluntate transisset: de domo sua raptus est a clericis & Circumcellionibus vestris, luce palam in castellum proximum ductus, & multitudine spectante, nihilque resistere audente, ad furentum arbitrium fustibus cæsus, in lacuna lutulenta volutatus, amictu junceo dehonestatus. Posteaquam satis excruciavit oculos dolentium, ridentiumque satiavit, inde ductus est ad locum, quo nemo nostrum audebat accedere; duodecimo die vix dimissus est.* Hæc ipse: qui de eodem Restituto atque aliis meminit in epistola ad Donatistas (*d*). Sed occisum postea Restitutum presbyterum a Donatistis, & Innocentio ab eisdem oculum effossum & digitum præcisum fuisse, litteræ ejusdem Augustini (*e*) ad ipsum Marcellinum, ejusmodi scelera legum gladio vindicare paratum, significant.

(*c*) *Aug. contr. Cresson. l.* 3. *c.* 48.

(*d*) *Aug. epist.* 166.

(*e*) *Aug. epist.* 159.

LV. Clades orbis hujus temporis.

Sed jam ad ejusmodi Augustini ad Victorianum datas hoc tempore litteras redeamus, in quibus totius ferme Orbis clades a barbaris illatas ita recenset (*f*): *Totus quippe mundus tantis affligitur cladibus, ut pene pars nulla terrarum sit, ubi non talia, qualia scripsisti, committantur atque plangantur. Nam ante parvum tempus etiam in illis solitudinibus Ægypti, ubi monasteria separata ab omni strepitu, quasi secura degebant; a barbaris interfecti sunt fratres. Jam vero quæ modo in regionibus Italiæ, quæ in Galliis nefaria perpetrata sint, etiam vos latere non arbitror: de Hispaniis quoque tot provinciis, quæ ab his malis diu videbantur intactæ, cœperunt jam talia nunciari.* Subdit his de Donatistis quæ diximus. Sed & ad finem epistolæ, neque Mauritaniam Sitifensem expertem fuisse barbarorum incursionum, exemplo recitato neptis Severi Episcopi, demonstrat (*g*): cujus rei gestæ perbrevem his ejus verbis reddamus historiam, quæ sic se habet:

(*f*) *Aug. ep.* 122.

(*g*) *Idem ibid.*

Sanctimonialis capta cum honore restituitur.

Sitifensis ante paucos annos Severi Episcopi neptis sanctimonialis a barbaris ducta est: & per mirabilem Dei misericordiam cum honore magno suis parentibus restituta est. Domus enim illa barbarorum, ubi captiva ingressa est, subita cœpit dominorum infirmitate jactari; ita ut omnes ipsi barbari tres, nisi fallor, vel amplius fratres periculosissima infirmitate laborarent: quorum mater animadvertit puellam Deo deditam, & credidit quod

PAGIUS

quæ in Italia gesta sunt ante primam vel ante secundam Urbis obsidionem, ideoque hæ literæ cum ista Legatione connexionem non habent. Verum *Donatistarum* hoc tempore sævitiam egregie probat quod refert Baronius num. LI. ex Possidio in Vita Augustini cap. 13. ubi tradit, collationem anno sequenti contra Donatistas habitam, procuratam fuisse a Sancto Augustino, quia, inquit Possidius, *illorum furor occupaverat Africam totam, nec prædicari a Catholicis veritatem contra suum patiebantur errorem*, & cætera a Baronio relata. Referendum denique ad istam legationem quod ait Augustinus in Epist. XCV. alias CCL. ad sanctum Paulinum, ubi num. I. inquit: *proinde ad istam lætitiam, qua vobiscum est frater Possidius, cum eo ipso audieritis, quam tristis eum causa compulerit, hoc me verissime dicere cognoscetis*. Cum enim ea sub hujus anni finem data sit, ut anno superiori num. IX. ostendimus, Augustinus loqui non potest quam de tristi aliqua causa ex sceleribus Donatistarum orta, quam

quod ejus orationibus sui filii possent ab imminentis jam mortis pericula liberari. Petivit ut oraret pro eis, pollicens, quod si salvi facti essent, eam suis parentibus redderent. Jejunavit illa, & oravit: & exaudita continuo est. Ad hoc enim hoc factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi tam repentina Dei beneficio salute percepta, mirantes eam, & honorantes, quod eorum mater promiserat, impleverunt. Hæc S. Augustinus; quibus & aliis pluribus docet, Dei servos, ubicumque sint, sub Dei manu existere, cunctaque ejus providentia recte disponi.

LVII. Mira de juvene raptore. At quod de Sitifensi Episcopo & Dei providentia mentio facta est: quid mirandum de juvene, qui raptam feminam timore correptus ad eum duxerit, idem S. Augustinus ad Dulcitium (a) breviter scribat, his jungamus: *Dicam* (inquit) *quod factum est in Mauritania Sitifensi: neque enim Deus sanctorum non ipse est etiam & nunc Deus. Viduam in proposita continentia constitutam Celticbius quidam catechumenus juvenis rapuit, ut haberet uxorem. Antequam concumberet, pressus somno & territus somnia, Sitifensi Episcopo eamdem vehementissime requirenti revocavit intactam. Vivunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, & ipso in se facto miraculo conversus ad Dominum, ad Episcopatum mirabili probitate pervenit. Illa in sancta viduitate perstitit.* Hæc ipse ad Dulcitium. Sed de ejusdem citata nuper epistola ad Victorianum inchoatam semel prosequamur orationem: nam quæ ex ea de hujus temporis rebus gestis produntur, S. Hieronymi quoque testificatione firmantur, nimirum de his quæ Ægypti monachi a barbaris passi sunt.

(a) Aug. ad Dulcit. de oct. q. c. 7.

LVIII. Barbari grassantes in Oriente. Quod enim S. Augustinus in ipsa ad Victorianum data epistola tradit, nuper accidisse ut barbari irruerint in Ægypti monasteria; idem hoc tempore contigisse, S. Hieronymus in epistola ad Marcellinum docet his verbis (b): *Hoc autem anno, cum tres explicassem libros,* Ezechielis videlicet, *subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Virgilius:* Lateque vagantes Barchæi: *& sancta Scriptura de Ismael* (c): Contra faciem omnium fratrum suorum habitabit; *sic Ægypti limitem, Palæstinæ, Phœnices, Syriæ percurrit, & instar torrentis cuncta secum trahens, ut vix manus eorum misericordia Christi potuerimus evadere.* Hæc Hieronymus; qui cum tres se tunc in Ezechielem libros absolvisse tradat, plane hunc annum, vel sequentis exordium signat: nam (ut nuper vidimus) dum præ manibus illos haberet, de capta Urbe a Gothis certior factus fuit, ut in eorumdem librorum præfationibus ipsum testatum esse apparet. Quo item anno (ut profitetur) eum constat scripsisse epistolam ad Marcellinum & Anapsychiam: quem quidem Marcellinum unum eumdemque esse cum eo Marcellino, de quo dictum est, hoc anno ab Honorio Impetatore legatum fuisse in Africam, ex eo deducimus conjecturam, quod hic ipse vir apprime disertus illis ipsis eumdem Hieronymum de statu animæ pulsaverit quæstionibus, quibus & Augustinum interpellavit: immo & ex eo id certum affirmari posse videtur, dum ut consulat de illis Augustinum, his verbis admonet: *Certe habes ibi virum sanctum & eruditum Augustinum Episcopum, qui viva (ut ajunt) voce docere te poterit, & suam, immo per se nostram explicare sententiam.* Hæc ipse: quibus patet, sequenti potius anno quam præsenti eam a S. Hieronymo esse scriptam epistolam; cum jam certior redditus esset, eumdum Marcellinum in Africam pervenisse, quo hoc anno ab Honorio missum fuisse vidimus.

(b) Hier. ep. 82.

(c) Genes. 16.

Marcellinus Hieronymi, & Augustini pernecessarius.

LIX. D Monachis occisis a Barbaris. At quod spectat ad barbarorum incursionem: non in Ægyptum tantum (quod deplorat Augustinus) sed & in Palæstinam & alias vicinas provincias grassatam esse, atque occisos esse quamplures sanctos monachos, cum (ut ipse testatur) vix S. Hieronymus evasit, Cassianus narrat his verbis: *In Palæstinæ partibus, juxta Thecue vicum, qui Amos* (d) *Prophetam meruit procreare, solituda vastissima est, usque Arabiam & Mare mortuum (quo ingressa deficiunt fluenta Jordanis, & cineres Sodomorum) amplissima extensione porrecta. In hac summæ vitæ ac sanctitatis monachi diutissime commorantes repente sunt a discurrentibus Saracenorum latrunculis interempti. Quorum corpora licet sciremus tam a Pontificibus regionis illius, quam ab universa ple-*

(d) Amos 1.

Studium de præoccupandis Sanctorum reliquiis.

PAGIUS quam Possidios e quatuor Legatis unus Paulino significaturus erat. Patres quidem Benedictini contendunt eam Epistolam anno CCCCVIII. exeunte, aut CCCCIX. ineunte, scriptam esse, & Augustinum intelligendum de clade Calamensi anno CCCCVIII. perpetrata, ideoque eam ad alterutrum annum referendam. At eam hoc anno datam esse, mentio quæ ibidem habetur de Melania ab eo in Africa visa, rem extra omne dubium ponere debet, ut anno superiori ostendi.

XXV. Honorius decernit Collationem inter Catholicos & Donatistas in Africa fieri. Cæterum cum *Honorius IV. Id. Octob.* legem 3. Cod. Theod. *de Religione* emiserit, quæ pars est Mandatorum, quæ integra habentur in Collatione Carthaginensi cognitione 1. & 3. quibus Honorius præscribit Marcellino Cognitori, quæ agenda essent in illa Collatione, confirmatur quod superius diximus, *Romam* mense Augusto anni superioris expugnatam fuisse. Quomodo enim Honorius Marcellinum in Africam misisset, ut Donatistas ad illam Collationem cogeret, cum Gothi Roma capta ad Bruttios ac-

plebe Arabum tanta veneratione percepta, & inter reliquias martyrum condita, ne innumeri populi e duobus oppidis convenientes gravissimum sibi certamen indicerent, & usque ad gladiorum conflictum pro sancta rapina sit eorum progressa contentio, dum pia inter se devotione decertant, quam justius eorum sepulcra ac reliquias possiderent: aliis scilicet de vicina commorationis ipsorum, aliis de originis propinquitate gloriantibus: nos tamen vel nostra, vel quorumdam non mediocriter ex hac parte scandalizantium fratrum offensione permoti, inquirentesque cur tanti meriti & tantarum virtutum viri ita sint a latrunculis interfecti, tantumque Dominus passus fuerit erga suos famulos facinus perpetrari, ut viros cunctis mirabiles in manus traderet impiorum; mæsti ad S. Theodorum singularem in conversatione actuali perreximus virum &c. Hæc Cassianus, qui integra collatione sexta in eo argumento versatur, ut doceat, cur Deus sanctos viros ab impiis necari permittat. Erat plane quæstio illa versata ore omnium his temporibus ob ingruentia ubique mala & barbaros longe lateque grassantes. De ea enim non Cassianus tantum egit, sed eadem occasione etiam S. Augustinus in dicta epistola ad Victorianum, quod ille inter alia interpellasset: *Quare & servi Dei barbarorum ferro perempti sunt, & ancillæ Dei captivæ ductæ?* Quæ itidem pluribus tractat ad Marcellinum in commentariis de Civitate Dei: illa consulat, qui ea cupit: nobis satis historiam pertigisse.

LX. Ruffini obitus in Sicilia.

Hoc eodem anno, quo vidimus S. Hieronymum aggressum esse interpretationem Ezechielis Prophetæ, Ruffinus Aquilejensis presbyter in Sicilia agens ex hac vita decessit: profugus extra patriam ob cladem Aquilejensibus illatam profectus est in Siciliam Melaniæ (ut opinor) navigationem consecuturus. Pervenisse quidem ad Alarici tempora Ruffinum, ejus præfatio ad Chromatium Aquilejensem Episcopum, quam præfixit suæ translationi historiæ Eusebii Cæsariensis, plane demonstrat: cum ille mœrorem ob ejusmodi in suos Gothorum per Alaricum grassationem conceptum aliqua lectione levare studens id ipsum exquisierat a Ruffino. Agit itaque de ipsius Ruffini obitu S. Hieronymus in præfatione libri primi commentariorum in Ezechielem: sed quod in illa perfidia, ob quam ab Anastasio Papa meruerat condemnari, ipse Ruffinus adhuc perseverasset, Scorpii nomine eum notat, eo quidem vocabulo sugillare S. Hieronymus Ruffinum consuevit, ut in epistola ad Avitum (a) in fine: eo nomine etiam ante vocarat ipsum in epistola ad Principiam (b), ubi agit de Periarchon Origenis, *manu* (ait) *Scor-*

(a) Hier. ep. 59.

(b) Hier. ep. 16.

PAGIUS

accesserint, *ubi diu residentes ad Siciliam, exinde ad Africam transire* deliberarunt, teste Jornande lib. de Reb. Get. cap. 30. Si enim hoc anno *Alaricus* cum victore exercitu in Campania & Bruttiis fuisset, Honorius Episcopis non mandasset, ut ad disputandum convenirent, eo sc. tempore qua Alaricus de invadenda Africa cogitabat.

XXVI. *Moritur Rufinus Aquilejensis.*

A num. LX. ad LXVII. *Rufinum* Aquilejensem ante Urbis excidium in Siciliam cum *Melania*, ejusque familia venisse, ibique fuisse, quando *Alaricus* Campaniam, vicinasque Provincias vastabat, anno superiori ostendimus. Quo tempore mors ejus contigerit, discimus ex Hieronymo in Præfatione ad librum Ezechielis, ubi Eustochium Virginem alloquens, de morte Rufini scribit: *Verum quia tu indesinenter hoc flagitas, & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur, Scorpiusque* (idest Rufinus) *inter Enceladum & Porphyrium Trinacria humo premitur, & hydra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessavit*. Quare anno superiori vel currentis initio mortuus est *Rufinus* in Sicilia, quæ a Veteribus *Trinacria* appellata fuit. Eam enim Præfationem eo tempore ab Hieronymo elucubratam fuisse, supra ostendimus. In partem controversiæ Hieronymi cum Rufino non venere nec Paulinus nec Augustinus, constatque *Paulinum* perpetuo dilexisse Rufinum, & Augustinum lib. de hæresibus cap. 83. asserere se insignem Eusebii Historiam Rufini studio in latinum versam evolvisse, quam non improbavit. Sanctum *Chromatium* anno CCCC. Rufino injunxisse, ut illi Versioni incumberet, superius dictum est. *Rufinus* tamen nimio erga *Origenem* ejusque scripta amore Romanæ Ecclesiæ censuras meruit, Pelagianæ sectæ fundamenta jecit, & gravissimorum dissidiorum causa fuit. Cæterum, inquit Em. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 3. *Rufinus* non fuit hæreticus, licet Hieronymus eumdem hæreticis annumeret; neque enim Sanctus *Paulinus* tam religiosam cum eodem amicitiam coluisset, neque *Pinianus* & utraque Melania illum una secum in Siciliam adduxissent, & in suburbano *Pineti* monasterio juxta Urbem degere non potuisset, si palam hæresi infectus fuisset. Unde errorum suspicionem, qua apud *Anastasium* laboravit, Romam rediens postquam damnatus fuit, coram *Innocentio* Pontifice a se procul excussisse videtur. Damnatus est quidem post mortem a *Gelasio*, quod de libertate arbitrii contraria Hieronymo sensisset, sed illius decretum non pertinet ad personam, sed ad libros, qua ratione damnati sunt sæpe, nullo sanctitatis præjudicio viri moribus probatissimi.

XXVII. *Palinodia eidem perperam attributa.*

Profert Card. Norisius citatus libellum, quo errores partim ab se assertos, partim sibi, ut questus est, imputatos *Rufinus* condemnavit, quem Baronius non viderat, extatque hodie in antiquo codice Vaticanæ Bibliothecæ, in cujus voluminis initio ponitur Epistola Sancti Anastasii Papæ ad Joannem Jerosolymitanum contra Rufinum, ab eoque translata Periarchon volumina; pagina vero secunda Rufini palinodia legitur continens XII. anathematismos, quibus majori ex parte reprobantur Origenis errores, inquit Card. Norisius. Verum Garnerius in Appendice I. ad priorem partem Operum Marii Mercatoris recitat eamdem palinodiam ex eodem manuscripto descriptam, sed exemplar ad utrumque transmissum, in prioribus verbis diversum est

Scorpii, nempe Ruffini, emendato. De obitu vero ejus ita S. Hieronymus in dicta præfatione hoc anno (ut vidimus) scripta (*a*): *Scorpius inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ humo premitur: & hydra multorum capitum contra nos aliquando sibilare cessavit: datumque tempus, quo non hæreticorum respondere insidiis, sed Scripturarum expositioni incumbere debeamus.* Hæc ipse. Cæterum dies isti Alcyonii, feriati a bello hæreticorum perpauci fuere: nam idem ipse in ejusdem commentarii libri sexti præfatione hæc de ipsius Ruffini in impietate successoribus: *Putabam* (inquit *b*) *quod medio serpente confosso, non reviviscerent hydræ novella plantaria, & juxta fabulas poetarum, Scylla mortua, nequaquam in me Scyllæ sævirent canes, qui latrare non cessant*: at quinam isti? dicemus.

(*a*) Hier. in Ezech. l. 1. præf.

(*b*) Hier. in Ezech. l. 6. præf.

LXI. Pelagius exemplo Ruffini carpit scripta S. Hieron.

Atque illud in primis significandum est, S. Hieronymum hisce confictis nominibus, Ruffini posteros nominare, quod iidem forinsecus profiterentur se esse fidei Catholicæ professores: quamobrem nonnisi eum ad Ecclesiasticum judicium ipsorum causa delata esset, de eis palam locutus est. Ipse autem S. Hieronymus, jam absolutis commentariis in Ezechielem, cum mox (ut ipse testatur) (*c*) ad explicationem Prophetæ Hieremiæ se contulit, in ejus primi libri præfatione eadem quæ supra versans, de iisdem innovatoribus hæc habet (*d*): *Nuper indoctus calumniator erupit, qui commentarios meos in epistolam Pauli ad Ephesios reprehendendos putat*: & ne existimes ipsum voluisse demonstrare Ruffinum, de illo sub consueto Grunnii nomine ista subdit: *Quod non videns præcursor ejus Grunnius olim visus est carpere: cui duobus respondi libris*: & paulo post de eodem novo censore hæc addit: *Nec recordatur stolidissimus Scotorum pultibus prægravatus*, &c. quibus plane signis videas descriptum esse Pelagium, natione Britannum, voluptuosum tunc monachum, ut ex Isidoro Pelusiota superius demonstratum est; cujus plane præcursorem S. Hieronymus dicit fuisse Ruffinum. Et ne hæreas ab eodem S. Hieronymo describi Pelagium: accipe quæ idem in ejusdem commentarii prosecutione subdit (*e*): *Hic tacet, alibi criminatur; mittit in universum Orbem epistolas biblinas, prius auriferas, nunc maledicas; & patientiam nostram de Christi humilitate venientem malæ conscientiæ signum interpretatur: ipseque mutus latrat per Alpinum canem grandem & corpulentum, & qui calcibus magis possit sævire, quam dentibus. Habet enim progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia: qui juxta fabulas poetarum, instar Cerberi, spirituali percutiendus est clava, ut æterno cum suo magistro Plutone silentio conticescat.* Hæc ipse: quibus ænigmaticis formulis describi Pelagium atque Cælestium, quæ inferius dicentur, ostendent.

(*c*) Hier. in præf. l. ult. in Ezech. & in præf. l. 1. in Hierem.

(*d*) Hier. præf. in lib. 1. in Hierem.

(*e*) Hier. præf. in l. 3. in Hierem.

LXII. Ruffinus præcursor Pelagii.

Sed ante de Ruffino agendum; quem hoc anno defunctum, subobscure S. Hieronymus jure præcursorem Pelagii nominat: & ne quis existimet, ex nostra S. Hieronymi verborum interpretatione perpe-

PAGIUS

est. Apud Card. Norisium his verbis incipitur: *Propter venerationem Sanctorum locorum Hierosolymorum & Bethlehem venimus, & intelleximus plurimos fratres in nobis scandalizari, eo quod audierint nos multa hæretica, & quæ contra fidem Ecclesiæ veniunt, profiteri*. Apud Garnerium vero pag. 124. hoc ejus initium: *Propter venerationem Sanctorum locorum Hierosolymam & Bethlehem venimus*, &c. Quæ ultima lectio, ut videtur, sanior, ostenditque illum fidei libellum Hierosolymis aut Bethlehem editum esse, ideoque auctorem ejus non esse *Rufinum Aquilejensem*, sed quempiam alium Rufinum, alioquin in manus Hieronymi pervenisset. Sed cum per hæc tempora plures *Rufini* nomen tulerint, sciri non potest, quis Rufinus citatæ palinodiæ auctor fuerit. Sirmondus publicavit libellum fidei cujusdam *Rufini* Presbyteri Palæstinæ provinciæ, estque mentio apud Hieronymum Rufini Presbyteri a se e locis Sanctis Mediolanum anno CCCXCIX. missi. Et inter Episcopos, qui adfuere Actioni sextæ Concilii Ephesini a Baluzio publicatæ, legitur *Rufinus* Episcopus Gabalorum: imo in Indice novæ Collectionis Conciliorum ab eodem Baluzio editæ memorantur *Rufini* quatuordecim, ex quibus alii Episcopi, alii Presbyteri fuere.

XXVIII.

Garnerius qui existimat auctorem hujus Palinodiæ esse *Rufinum* illum, quem Presbyterum Hieronymus Mediolanum, Romamque misit ad Venerium & Anastasium adversus Origenistas sollicitandum, has pro Rufino Aquilejensi rationes proferri posse dicit. Pro Rufino Aquilejensi facit, imprimis auctoritas Mercatoris, aut potius utriusque codicis, in quo sunt Opera Mercatoris: in ambobus enim anathematismi inter Epistolam Anastasii & Subnotationes in verba Juliani, ita interponuntur, ut cum manifesta fiat mentio, in priore loco, Aquilejensis Rufini, in posteriori, *Rufini* illius, qui docuit *Cælestium*, quique vulgo creditur, etiam ab eruditissimis quibuscumque esse Aquilejensis, non alius anathematismis titulus datus sit, quam iste: *Incipit fides ejusdem Rufini* cujus nempe fit mentio in utroque opere, &c. quam postea rationem his verbis diluit Garnerius: „Argumentum portas quod ab auctoritate Mercatoris sumebatur, com minatur partim hac voce, *ejusdem*, partim collocatione libelli post literas Anastasii, nihil admodum efficit. Quis enim Epistolam Anastasii ibi collocatam a Mercatore probet, ubi est in codice manuscripto? Quis non videat id factum ab imperito librario, qui cum unum Origenistam Rufinum nosset, huic omnium Rufinorum propter communitatem nominis, tribuerit? Verum licet hæc Garnerii responsio ad rationem illam apposita sit, meliorem tamen deduco ex Præfatione ad Opera Marii Mercatoris, quæ nuper Baluzius mo-

Nullu hujus apud Mercatorem mentio.

peram facta, ipsum pati calumniam: uccipe in primis quæ Pelagii collega Cælestius publice, cum in Concilio Carthaginensi hæresis argueretur, libera voce his verbis professus est (*a*): *Sanctus presbiter Ruffinus Romæ, qui mansit cum S. Pammachio, id dixit: Ego enim audivi illum dicentem, quod tradux peccati non sit.* Hæc ipse de Ruffino negante originale peccatum. Sed & de libero arbitrio male sensisse, ex hocque a S. Hieronymo jure reprehensum, Gelasius (*b*) Papa haud obscure demonstrat. In his igitur cum Ruffinus erraverit: an non jure ab eodem Hieronymo præcursor fuit Pelagii nominatus?

(*a*) Apud Aug. cont. Pelag. l. 2. c. 3.

(*b*) Gelas. Pap. in decr. l. in Conc. Rom.

LXIII. Idem S. Hieronymus scripturus adversus Pelagium, in ejus operis præfatione, una cum aliis hæresum earumdem auctoribus Ruffinum ponit, ut qui ex Origenis cœnoso fonte in Ecclesiam ejusmodi derivarit errores: recensentur ibi ab eodem auctore reliqui Pelagianæ hæresis Patriarchæ, nempe ante Ruffinum Evagrius Ponticus atque Jovinianus: quos omnes in commentario in Hieremiam eodem exornat titulo, sed ponit primo loco Ruffinum sub consueto nomine Grunnii, ubi ait (*c*): *Commentarios in Hieremiam per intervalla dictabam, ut quod deerat otio, superesset industriæ: cum subito hæresis Pythagoræ & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας, id est impassibilitatis & impeccantiæ, quæ in Origene olim, & dudum in discipulo ejus Grunnio, Evagrioque Pontico, & Joviniano jugulata est, cœpit reviviscere, & non solum in Occidentis, sed & Orientis partibus sibilare, & in quibusdam insulis, præcipueque Siciliæ, & Rhodi maculare plerosque, & crescere per dies singulos, dum secreto docent, & publice negant.* Sed quænam Ruffinus contulit ad roborandam impietatem? Præter Origenis Periarchon ab ipso male translatum, & Evagrii Pontici libros virulentos Latinitate donatos: illam adjecit execrabilem imposturam, dum Xisti seu Sexti Pythagorici commentarium a se translatum sub titulo Xisti martyris Ecclesiæ Romanæ Pontificis edidit, ut sub nomine martyris blasphemias Fideles potarent aureo calice Babylonis: hæc enim ipsa omnia in eum objicit S. Hieronymus ad Ctesiphontem.

(*c*) Hier. in Hierem. l. 4. præf.

Impostura Ruffini de libris Xisti Pythagorici.

LXIV. Invenimus rejici a Gelasio Papa suppositum librum ab hæreticis nomine Xysti martyris: sed quod ab hæreticis id præsumptum dicat, & non a Gentili; id accidit ex eo quod Ruffinus transferens, pluraque addens more suo ex divinis Scripturis, videri fecit librum potius hominis Christiani, quam Ethnici. Sed de eodem rursus S. Hieronymus (*d*): *Miserabilis Grunnius, qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguamque suam docuit mendacium, Xisti * Pythagorici hominis Gentilissimi unum librum interpretatus est in Latinum, divisitque eum in duo volumina, & sub nomine sancti martyris Xisti urbis Romanæ Episcopi ausus est edere:* & post aliqua subdit: *Lectorem obsecro, ut nefarium librum abjiciat, legatque si voluerit, ut cæteros philosophorum libros, non ut volumen Ecclesiasticum.* Hæc ipse. Usus est namque eo libro Pelagius, ex eoque præpotentes elicuit sententias; quibus, quasi Romani Pontificis atque martyris essent, reluctari nefarium duceretur. Editæ adhuc habentur ex eodem libro exceptæ sententiæ sub nomine Xysti Papæ, & martyris; ex quibus aliqua citata a Pelagio, S. Augustinus (*e*) tunc ignorans Ruffini stropham, tituli auctoritate perculsus, non audens obniti tantæ sedis Antistiti, in rectum sensum interpretando inflectere conatus est. Sed rem demum edoctus

(*d*) Hier. commen. in Hierem. l. 4. c. 22. * Sexti.

(*e*) Aug. de Natur. & grat. c. 64.

PAGIUS meliori editione donavit, qua ideo in hoc Opere utemur. Cum enim ad manus ejus venisset manuscriptum Bellovacense, in quo Opera Marii Mercatoris continentur, & ex hujus MS. collatione cum editione Garnerii agnovisset ordinem ab eo mutatum fuisse, petiit ab Eminentissimo Cardinali Hieronymo Casanata, ut juberet exscribi codicem Vaticanum, in quo Marii Mercatoris Opera extant, eoque duplici MS. instructus novam M. Mercatoris editionem publici juris fecit, ea fide ac diligentia, ut errores etiam retinuerit veterum librariorum. In qua cum nullam nec Epistolæ *Anastasii* Papæ ad *Joannem* Hierosolymorum Episcopum, neque libelli fidei *Rufini* mentionem faciat, dubium non est, quin tam illa *Epistola* quam *fides Rufini* nihil commune habeat cum operibus Marii Mercatoris. Certe hujus fidei Rufini titulus his verbis concipitur apud E. Card. Norisium, qui exemplari Vaticano solum usus est: *Inc. propter fidem*, & post Anathematismos: *finit de fide de Nomine Rufini*, quæ ultima verba leguntur etiam in exemplari, quod Garnerius præ manibus habuit, qui huic palinodiæ hunc titulum præfixit: *Incipit fides Rufini*, expuncta scilicet voce *ejusdem* quæ tamen ibidem habetur.

XXIX. Hæc itaque palinodia *Rufino Aquilejensi* attribui non debet, sed alteri ejusdem nominis, quisquis tandem ille fuerit. Garnerius laudatos non improbabiliter credidit, editum esse libellum circa annum CCCLXXXVIII. quando in Oriente turbatum est, dissidentibus mutuo duobus magnis viris Sancto *Epiphanio & Joanne Hierosolymitano*, illo oppugnante, isto defendente Origenem. Ad tantos enim Episcopos accessere, cum plurima turba, tum eximii duo Presbyteri, *Hieronymus*, qui Epiphanium, & *Rufinus*, qui Joannem sequeretur. Hieronymo Monachorum chori ita adhærebant, ut non communicarent Joanni; Presbyteris autem in partes divisis, schisma miserabiliter Ecclesiam Hierosolymitanam lacerabat. *Origenem* vero Pelagiani erroris principem, Pelagiique doctrinam *Origenis ramusculum* fuisse, docet Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem; indeque in anathematismo secundo parte de gratiæ divinæ adjuto-

Alteri cuipiam Rufino adscribenda.

S. Augustinus Xysti Pythagorici librum cognovit.

(a) Aug. Retract. l. 2. c. 40.

ctus, monitus (puto) scriptis S. Hieronymi; aperiens imposturam, quod ante dixerat, retractavit (a): quam quidem Augustini retractationem non legisse certum est auctorem illum de Viris illustribus, Isidori nomine editum, dum ait, Xystum illum fuisse Romanum Pontificem, eumdemque martyrem, id auctoritate sibi vendicans Augustini; quem tamen librum ab hæreticis depravatum affirmat. Hæc quidem de Xysto auctor in scripto codice Vaticano; in impressis autem desiderentur Xystus, & alii labe hæresis infamati.

LXV.

(b) Hier. in Hierem. l. 4. præf.

Quod vero timeret Pelagius hæresis condemnari, atque eam ob rem clanculo cum suis ageret: idcirco hæc ubi supra Hieronymus (b): *Cui respondere diu taceus, & dolorem silentio devorans, crebra fratrum expostulatione compulsus sum: nec tamen hucusque prorupi, ut auctorum nomina ponerem, malens eos corrigi, quam infamari: non enim hominum, sed erroris inimicus sum:* & paulo post: *Quibus loquar compendio. Aut bona sunt quæ docetis, aut mala. Si bona; defendite libere. Si mala; quid occulte miseros jugulatis errore, rectaque fide ad decipiendos simplices quosque jactatis expositione? quæ si vera est, cur abscondatur? si falsa, cur scribitur? &c.* & alibi (c): *Sola hæc hæresis est, quæ publice erubescit loqui, quod secreto docere non metuit.* Hæc ipse.

(c) Hier. ad Ctesiphon.

LXVI. Pelagianæ hæresis tacitus progressus.

Talis hoc tempore status erat hæresis Pelagianæ, ut cum propalarentur errores, auctores tamen latere cuperent; hacque de causa insulas ad docendum elegerint, duasque simul pestilentiæ cathedras erexerint, alteram (ut habet idem S. Hieronymus) in Sicilia ad decipiendos Occidentales, in Rhodo insula alteram ad corruptionem Orientalium populorum. De Siciliæ cathedra, præter recitatas superius S. Hieronymi obscure nominibus aliis involutas sententias: accedunt his, quibus hæc toto cœlo perspiciat, ea quæ habet Hilarii epistola (d) his temporibus scripta ad S. Augustinum, qua eum de omnibus reddidit certiorem, tacitis tamen auctorum nominibus, quod adhuc res eo modo clam tractaretur. In Sicilia enim docuisse Cœlestium, quæ scripsit S. Augustinus ad Eutropium, & Paulum Episcopos Galliarum, satis aperte demonstrant. Sed quid anno sequenti cum S. Hieronymus, tum Augustinus requisiti exactique fecerint, ut adversus vagantes errores scriberent, nos suo loco de his agemus infe-

(d) Apud Aug. ep. 89.

PAGIUS

torio dicitur: *Qui dicunt quemvis sanctum virum, & Prophetalem & Apostolicum sine Dei auxilio posse esse perfectum, anathema sint.* Denique ultimus anathematismus perstringit eos, qui dicunt animas prius extitisse, quam venerint in corpora, & non secundum primi hominis exemplum, eas a Deo quotidie fieri; cum tamen *Rufinus* jam senex in Apologia ad Anastasium Papam fateatur, adhuc se ignorare, Deoque relinquere scire: quid sit in vero super tribus, quæ tunc involuerant de origine animarum opinionibus, quarum una erat, quod formatis in utero corporibus, Deus quotidie faciat animas, & infundat.

XXX. Rufinus Aquilejensis Pelagium decepit.

Rufinus Aquilejensis post suum ex Oriente Romam, ubi *Pelagius* agebat, adventum, hunc decepit, ut scribit Marius Mercator in Commonitorio adversus hæresim Pelagii & Cælestii: *Hanc, inquit, ineptam, & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem sub sancta recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ summo Pontifice Rufinus quondam natione Syrus Romam primus invexit, &, ut erat argutus, se quidem ab ejus invidia muniens, per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum Monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit, atque instituit impiam vanitatem.* Garnerius quidem in dissert. I. de primis auctoribus & defensoribus hæresis Pelagianæ cap. 3. & Patres Benedictini Præfatione in Tomum decimum Divi Augustini existimant, *Rufinum* illum de quo Mercator loquitur, diversum esse a Rufino Aquilejensi, quod ille natione *Syrus* fuerit; sedente Anastasio errores suos disseminarit, & apud Pammachium Romæ manserit, quæ tria de Aquilejensi dici non posse arbitrantur. Verum mihi pene certa stat sententia Mercatorem loqui de Rufino Aquilejensi hæresis Pelagianæ præcursore; qui cum per annos vigintiseptem in Syria commoratus fuerit, potuit a Mario natione *Syrus* putari, eoque plane modo decipi in ejus patria, ac *Possessor* Episcopus Africanus ex urbe Constantinopolitana ad Hormisdam Papam scribens, in qua de libris Fausti Episcopi Reiensis in Galliis mentionem faciens, eum *natione* Gallum, *Regiensis civitatis* Episcopum vocat, quem tamen constat Britannum fuisse. Sed quia *Faustus* in Galliis ubi Episcopus erat, morabatur, Possessor in ejus natione exprimenda facile lapsus est. Præterea Mercator non aliter loquitur de hæresi Romam invecta, quam Divus Hieronymus in Epistola VIII. ad Demetriadem, ubi ait: *Dum esses parvula, & sanctæ ac beatæ memoriæ Anastasius Episcopus Romanam regeret Ecclesiam, de Orientis partibus hæreticorum sæva tempestas simplicitatem fidei, quæ Apostolica voce laudata est, labefactare & polluere conata est*, & tamen Rufinus Aquilejensis, in quem intendebat his verbis Hieronymus, sedente Anastasio Romæ non fuit, sed sub ejus decessore Siricio. At quia sub Anastasio hæresis a Rufino Romæ disseminata invaluit, inde etiam Hieronymus ejus initium repetit. Hoc certe proprium cuique hæresi, ut eidem diversa assignentur initia, sicuti diximus de hæresi Manichæorum & Arianorum, & infra ostendemus de hæresi Eutychianistarum.

XXXI. Non vero aliquas alius ejusdem nominis.

Nec denique urget tertia conjectura, ex eo deducta, quod cum *Pammachius* addictissimus esset Hieronymo, apud se Rufinum Aquilejensem Romæ esse non permisisset, nec eo familiariter usus esset. Anno enim CCCXCVII. aut insequenti, quibus a Pammachio hospitio excipi potuit *Rufinus*, inter eum & Hieronymum amicitia intercedebat, quæ ante annum CCCXCIX. dissoluta non fuit. Præterea Hieronymus insignem pietatem, doctrinamque *Paulini*, summis prosequebatur laudibus, & summa cum

ferius: hæc autem modo occasione Ruffini obitus dixisse voluimus, sepelisseque eum iis, quos sibi vivens composuit, titulis sepulcralibus. Porro hæc omnia de Ruffini obitu, & ortu hæresis Pelagianæ, emergentibusque hæreticis, ex Origenistarum progenie manantibus huic eidem anno, quo Urbs capta est, congruere; quæ in epistola ad S. Augustinum habet S. Hieronymus, satis perspicue declarant his ipsis verbis (a): *Multi utroque claudicant pede, & ne fractis quidem cervicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini, cum prædicandi eumdem non habeant libertatem:* nam paulo post de Urbe capta hæc subdit: *Capta Hierusalem tenetur a Nobuchodonosor, &c.* At de his satis.

(a) *Apud Aug. ep. 26.*

LXVII. Quod autem ad res Orientales pertinet: hoc anno Theodosius Imperator; duobus datis (b) ad Anthemium Præfectum Prætorio rescriptis, hæreticos Montanistas, Priscillianistas, atque Eunomianos diversis pœnis exagitat. Quam vero Macedoniani vexati fuerint hoc tempore, Socrates ita describit (c): *Theodosius quidam Synnadorum urbis Phrygiæ Pacatianæ Episcopus hæreticos (in ea namque urbe complures erant ex secta Macedonianorum) graviter persecutus est: eosque non modo ex Civitate, sed etiam ex agris relegavit: atque istud aggressus est non de more Orthodoxæ Ecclesiæ, quæ homines persequi non solet.* Orthodoxos hic auctor nominat suos Novatianos: sed subdit: *Neque studio rectæ sinceræque fidei incitatus, sed turpis quæstus cupiditati inserviens, ut ex hæreticis pecuniam cogeret. Itaque nihil reliquum facit, quod ad Macedonianos vexandos pertineret: manusque clericorum, qui de ejus erant Ecclesia, contra eos armare, ac infinitis fere machinis, quibus illos conturbaret, uti cœpit: in judicio vinctos sistere non desiit, maxime omnium Agapetum illorum Episcopum variis incommodis, & molestiis affecit. Ac cum primariis provinciæ viri non satis habere virium, & auctoritatis ei viderentur ad supplicium de Macedonianis sumendum; Constantinopolim celeriter contendit, mandatumque Præfecti provinciæ postulat.*

(b) *l. 48. 49. & 50. de hær. C. Theod.*

Theodosius Episc. quid in Macedonianos.

(c) *Socr. l. 7. c. 3.*

LXVIII. Agapetus Macedonianus cum suis redit ad Ecclesiam.

Dum Theodosius Episcopus his de rebus Constantinopoli moram facit; Agapetus, quem sectæ Macedonianæ præesse docui, ad rectam sanamque de fide opinionem redit. Nam consilio cum universo clero inito, & populo Ecclesiæ suæ convocato, persuadet ut fidem Consubstantialis accipiant. Quo facto, cum ingenti multitudine

PAGIUS

cum eo necessitudine conjunctus erat, ambo vero arctissimis amicitiæ vinculis cum Pammachio constricti. Quare cum Rufinum semper plurimum Paulinus dilexerit, non dubium, quin quod asserit Cælestius apud Augustinum: *Sanctus Presbyter Rufinus Romæ, qui mansit cum sancto Pammachio: ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit*, contigerit, primum quidem anno CCCXCVII. aut insequenti; secundum vero anno & loco incertis, & quia *Pammachius* Hieronymi vel Paulini, vel utriusque gratia Rufinum per aliquod tempus Romæ apud se retinuerit. *Cælestius* enim non dicit, ut eum perperam explicat Garnerius, *Rufinum* Romæ fuisse, cum docuit, quia *tradux peccati non erat*, quia errorem illum de peccato originali nondum propalaverat, sed tantum dicit, se ab eo audivisse; quod contingere potuit in Sicilia vel Romæ vel alibi. Denique *Rufinus* Monachus ac Presbyter celeberrimus erat peregrinatione Syriaca, cujus occasione cum insignioribus Orientis viris & Pammachii amicis egerat, amicitia *Melaniæ* Sancti *Macarii* Expræfecti Urbis, & aliorum clarorum Romæ virorum, & eruditionis fama. Quid mirum igitur si *Pammachius*, cujus domus hospitium Monachorum dicebatur, quique ab Hieronymo in epistola XXVI. ad eumdem scripta, appellatur *primus in primis ἀρχιστρατηγὸς monachorum*, Monachum tot nominibus inclytum, ac a tam longinqua regione advenientem domo sua per aliquod saltem tempus excipiendum esse duxerit? Quod si Rufinus Syrus alius esset a Rufino Aquilejensi, & insanam illam doctrinam primus Romam intulisset, Hieronymus Præfatione lib. 4. in Jeremiam, ubi de ea ait, *quæ olim in Origene, & dudum in discipulis ejus, Grunnio* (idest, Rufino Aquilejensi, ut inter omnes convenit.) *Evagrio Pontico, & Joviniano jugulata est*, silentio non prætermisisset Rufinum Syrum, qui illam inimicam rectæ fidei quæstionem de peccato originali primus Romam invexisset. Legi etiam possunt quæ adversus istam opinionem scribit Natalis Alexander in prima parte quarti sæculi cap. 4. artic. 33.

XXXII. *Pelagius Britannus fuit, sed non Cælestius.*

Sed venio ad Pelagium, quem Baronius num. LXI. ait a Sancto Hieronymo præfat. lib. 3. in Jeremiam his verbis describi: *Hic tacet, alibi criminatur, mittit in universum Orbem Epistolas Biblinas, prius auriferas nunc maledicas: ipseque mutus latrat per Alpinum canem, grandem & corpulentum, & qui calcibus magis possit sævire, quam dentibus. Habet enim progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia; qui juxta fabulas Poetarum, instar Cerberi, spirituali percutiendus est clava, ut æterno cum suo magistro Plutone silentio conticescat.* His formulis Ænigmaticis Pelagium atque Cælestium designari credit Baronius, cui Emin. Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 3. adhærens, addit, *Cælestium* Scotum fuisse, non obscure innuere Hieronymum. Sed Garnerius in Notis ad librum Subnotationum Marii Mercatoris valde verosimiliter existimat, vulgarem lectionem corrigendam esse, legendumque, *Albinum canem*, non vero *Alpinum canem*, cui conjecturæ favet lectio veteris codicis M. S. Sigiramnensis citati a Patribus Benedictinis in II. parte Appendicis ad Tomum X. divi Augustini pag. 78. quæ habet *Albinum*. Britannia enim dicta est olim & *Scotia* & *Albium*, ex albis sc. rupibus, eaque semper aluit molossos toto Orbe notissimos. Quare *Albini canis* nomine non significatur ab Hieronymo *Cælestius* Pelagii discipulos, ut Baronius interpretatur, sed *Pelagius* Albinus, seu Britannus, per quem Rufinus latrabat. Hoc enim sequentia verba ostendunt; *Instar Cerberi, spirituali percutiendus est cla-*

ne, immo vero cum populo universo ad Ecclesiam ire maturat: ac precibus peractis, sedem in qua Theodosius considere consueverat capessit. Simulatque populum concordiæ vinculis in unum colligaverat, de reliqua fidem Consubstantialis docuit: unde Ecclesiarum administratione ad urbem Synada spectantium potitus est. His rebus ita constitutis, paulo post Theodosius Synada revertitur, Præfecti mandato fretus, quod secum attulerat: atque ignarus rerum, quæ ipso absente acciderant, extemplo ad Ecclesiam pergit. Inde ab omnibus qui aderant, expulsus, Constantinopolim denuo proficiscitur: qui simulatque eo adventabat, graviter suum statum coram Attico Episcopo deplorare, se inique Episcopatu ejectum docere cœpit. Atticus autem, ut intellexerat rem feliciter ad Ecclesiæ commodum cecidisse, verbis Theodosium lenire, suadere, uti genus vitæ quietum, & vacuum a molestiis consectaretur, communemque omnium utilitatem suis privatis commodis anteferret: scribit præterea Agapeto, ut Episcopatum teneat, nihilque molestiæ sibi ex offenso Theodosii animo suspicetur eventurum. Hactenus Socrates: sed illud parum consulte (ut dictum est) ait, non de more Catholicæ Ecclesiæ illum infectatum personas hæreticorum; cum a temporibus Christiani Imperatoris Constantini sexcenta ferme edicta adversus per-

PAGIUS

clava, &c. Quis autem ignorat, Grunnii, Calphurnii, Scorpii, Plutonisque nomine Rufinum identidem ab Hieronymo appellatum? *Rufinum* vero Pelagii magistrum fuisse, ex laudatis Hieronymi verbis liquet.

XXXIII. *Pelagius Monachus fuit.*

Ex iisdem etiam habemus, *Pelagium* grandiori corpore fuisse; unde in primo Dialogo hunc in modum Hieronymus eum compellat: *Tu ipse qui Catoniana nobis inflaris superbia, & Milonis humeris intumescis*, &c. At alio in loco non grandis solum; sed etiam adiposi corporis facit: *Nuper indoctus calumniator erupit, qui Commentarios meos in Epistolam Pauli ad Ephesios, reprehendendos putavit; nec intelligit nimia stertens vecordia leges Commentariorum*, &c. *Nec recordatur stolidissimus & Scotorum pultibus prægravatus* &c. Ubi ei attribuit quod in homines natali ejus solo finitimos quadrabat, indicans illum gente Scotum seu Hibernum videri, cum innata essent illi Scoticæ regionis vitia, & ortum e finitima Britannia duceret. Eum autem Monachum extitisse tam Marius Mercator laudatus, quam Augustinus, aliique veteres docent. Nullis tamen sacris Ecclesiæ Dignitatibus insignitus unquam fuit, quidquid aliqui e Recentioribus fabulati sint. Nam Zosimus Papa in Epist. ad Aurelium & Afros Episcopos vocat Pelagium, *Laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem*. Eo vero tempore Monachi ad sacros Ordines non promoti inter Laicos recensebantur, & quando in Clerum adoptabantur, exinde jam non Monachi, sed sui gradus nomine appellabantur. Quare quisquis vel Monachi vel Laici perpetuo retinuit appellationem, eo arguitur remansisse in Laicorum ordine; cumque *Pelagius* dictus sit *Laicus* a Zosimo laudato & aliis Antiquis, ad altiorem gradum non ascendit.

XXXIV. *Magistri Pelagii.*

Plures ille habuit Magistros *Theodorum* Mopsuestenum Episcopum, *Rufinum* Aquileiensem, *Evagrium* Ponticum, *Sextum* Philosophum, *Jovinianum*, *Priscillianum*, Manichæum, *Palladium* Galatam, Gnosticos, *Euchitas*, atque *Origenem*, quem Pelagii ἀρχηγὸν & amasium Hieronymus in Dialogo III. adversus Pelag. vocat. Sed præter duos primos alii non tam Doctores quam præcursores dici debent juxta Hieronymum; imo præiverunt ea sola parte, quæ impeccantiam vel impassibilitatem defenderunt, ut argumenta in eos directa merito potuerint in Pelagianorum ἀναμαρτησίαν retorqueri. Hunc errorem prius docuisse *Theodorum* Mopsuestiæ Episcopum, dein *Rufinum*, ac postremo *Pelagium*, sociosque, testatur Marius Mercator, qui Pelagio convixit, ipso Commonitorii sui adversus hæresim Pelagii initio: *Quæstio contra Catholicam fidem apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Cilicia a Theodoro quondam Episcopo oppidi Mamfisteni* (legendum Mopsuesteni) *jam dudum mota nunc usque penes paucos eorum admodum voditur, nec ea palam profertur; sed ab ipsis, qui de ea cornicantur, velut Catholicis, intra Ecclesias interim retinetur*; &c. quam quæstionem subdit postea a Rufino Romam primum invectam esse, ab eoque Pelagium ad eam impiam vanitatem institutum. Hæresis itaque Pelagiana nata est in Syria, & præsertim in Cilicia secunda, parente Theodoro Mopsuesteno, advecta in Occidentem a Rufino, eodemque ferme tempore scriptis consignata a *Cælestio* primum in libris, qui interierunt, deinde a Pelagio in Commentariis ad Epistolas Divi Pauli, de quibus anno CCCCV. num. VI. locuti sumus, imo & privatis sermonibus sparsa toto illo diuturno tempore, quo Pelagius & Cælestius morati sunt Romæ.

XXXV. *Hæresis Pelagiana in Sicilia disseminatur.*

Ea postea disseminata in Sicilia anno CCCCVIII. aut CCCCIX. quo *Pelagius* Roma cum Cælestio in eam Provinciam se recepit, dum Gothi Italiam depopularentur, Romamque semel & iterum obsidione cingerent. Tradit enim Mercator in suo Commonitorio super nomine Cælestii, ipso ejus initio: *Cælestius quidam eunuchus matris utero editus ante viginti plus minus annos discipulus & auditor Pelagii, egressus ex urbe Romana Carthaginem Africæ totius Metropolim venit*, &c. Quare cum Mercator Commonitorium illud Theodosio Augusto obtulerit *in Consulatu Florentii & Dionysii VV. CC.* ut in ejus titulo dicitur, anno nempe Christi CCCCXXIX. Cælestius una cum suo magistro Pelagio Roma egressus est anno CCCCVIII. aut insequenti. Biennium Syracusis in Sicilia, aut etiam ferme triennium posuit, sparsitque erroris semina, quæ coegerint *Hilarium* Monachum consulere *Augustinum*, qua ratione posset extirpari malum tam pertinaciter, lateque invalescens; ut legere est in ejusdem Hilarii Epistola CLVI. alias LXXXVIII. & in Epistola Augustini ad Hilarium CLVII. alias LXXXIX. & lib. de Perfect. justitiæ. Utramque autem Epistolam anno CCCCXIII. exeunte aut CCCCXIV. datam, anno sequenti, quo eas scriptas putabat Baronius, ostendemus, & quæ pertinent ad *Cælestium* explicabimus.

XXXVI. *Pelagius in Africam trajecit.*

Adventus *Pelagii* in Africam contigisse videtur anno sequenti eo tempore, quo Augustinus Hippone abiens erat, indeque scribendi occasionem sumsit Pelagius, ut quem verbis non

personas hæreticorum promulgata legantur, idque innumera exempla superius relata declarent.

LXIX. *Synesius insequitur Eunomianos.*

Quod vero sordesceret, non animarum lucri causa, sed cupiditate rerum temporalium, Episcopos exagitare illos, qui extra Ecclesiam prava docerent (ut exemplo Theodosii Episcopi declaratum est) hoc prudentior quidem factus est Synesius, qui sic suos jubet hoc tempore magno animi zelo eosdem Eunomianos insectari, ut tamen a rapina ipsorum bonorum abstineant. Quæ igitur adversus eosdem Eunomianos in Ægypto agentes Synesius ex philosopho Episcopus Ptolemaidis scripserit, temporibus quidem, & argumento, de quo agitur, congrua hic reddamus. Qui enim (ut ostendimus) ad sedem illam administrandam invitus nolensque assumptus est: ea potitus (ut decuit) summo studio ac vigilantia administravit, ut ejus literæ in Episcopatu conscriptæ docent, inter quas hæ sunt adversus Eunomianos datæ ad suos presbyteros, his scilicet verbis (a):

(a) Synes. epist. 50.

LXX. *Ex impii Eunomii secta, audio Quintianum, per eos qui celeberrime ipsius potestatis in exercitu præfecti sunt, adulterare rursum Ecclesiam, & falsos quosdam doctores constituere, laqueum animis simpliciorum, per eos qui nuper a Quintiano missi sunt ad hoc ipsum, injici. Hi igitur spurii presbyteri, & recentes advenæ, & Apostoli diaboli, & Quintiani, ne lateant vos, quod insultum in gregem, quem vos pascitis, fecerunt: nec lateant vos, quod zizania inter triticum conseminant. Nota sunt omnibus horum refugia: scitis qui agri eos suscipiunt: scitis quæ domus prædonibus apertæ sint. Invadite fures, foribus investigantes: sitis æmulatores benedictionis Mosaicæ, qua benedixit viris, qui contra impios in castris, & mentem, & manus moverunt. Illud autem ad vos, fratres, dictu dignum est: Bona bene fiant: lis pro lucro tollatur: omnia propter Deum tractentur. Non eandem oportet esse virtutis, & improbitatis causam. Pro pietate cursus est: pro animabus decertandum est, ne aliquos ab Ecclesia deprædentur, quod jam consueto more faciunt.*

LXXI. *Ne Eunomianorum bonis inhient Orthodoxi.*

Qui vero Ecclesiæ præfectus auxerit crumenam, & per hoc quod utile esse videtur, id temporibus exigentibus, asperitatem, & potentiam sibi conficit: hic est quem nos ex conventu Christianorum rejicimus: Non fecit Deus virtutem imperfectam: non opus habet auxiliaria improbitate: nec deficient milites Deum decentes Ecclesiis: reperies auxiliarios hic quidem sine mercede, in cælo vero perfectam mercedem habituros. Vos hi fiatis. Bonum est enim etiam recta facientibus comprecari; bonum etiam transgredientes execrari. Quisquis igitur pigrescit, & destiterit: & quisquis aggredietur quidem, verum rapuerit quid de alienis, non insons fuerit apud Deum. Unum hoc solum in medium trahite; & monetarios istos pravos, qui divinam doctrinam velut numisma adulterant, circumferte: qui sint, omnibus manifestum facite: deinde hoc modo cum ignominia e Ptolemaidis finibus expellantur; quicquid cum ipsis venit, & omnem rem ad sacrificium inutilem

PAGIUS

non potuerat præsentem, literis absentem salutaret. Augustinus enim lib. de Gestis Pelagii cap. 22. scribit: *Postea vero quam in Africam venit, me absente, nostro, id est, Hipponensi littore exceptus est, ubi omnino, sicut comperi a nostris, nihil ab illo hujusmodi auditum est, quia & citius quam putabatur, inde profectus est.* Tum cap. 27. recitat literas ad se a Pelagio datas. Sequenti vero anno Pelagium Hipponem venisse, demonstrat Epistola Augustini CXXII. alias CXXXVIII. ad Clerum & populum Hipponensem scripta, in qua num. I. sanctus Doctor absentiam suam excusat. Verum de Pelagii Carthaginem profectione anno sequenti rursus sermo erit.

XXXVII. *Synesius Semipaganus fit Episcopus Ptolemaidis.*

Ad num. LXIX. & seqq. Hoc anno *Synesius* Patria Cyrenensis Philosophus insignis ordinatus est Episcopus Ptolemaidis a Theophilo Alexandrino Patriarcha, ut ostendit ejus Epistola LIII. quæ tertio anno data est, postquam pax inter Theophilum & sancti Joannis Chrysostomi fautores composita fuerat. *Synesius* ubi primum se a Ptolemaidensibus ad Episcopale munus electum intellexit, rei novitate perculsus, prolixe *Evoptio* fratri suo scripsit, caussasque aperuit ob quas oblatum Episcopale munus nequaquam sibi recipiendum judicaret; quæ Epistola est CV. inter Synesianas. Primam caussam deducit ab uxore, quam nec deserere publice, nec clanculum cum ea consuescere vellet. Altera, quod ipse Platonicæ Philosophiæ præceptis imbutus a præcipuis aliquot fidei Christianæ capitibus dissentiret; easque opiniones ita fixas esse animo ait, ut liceat dissimulare pacis & concordiæ causa, dimittere tamen aut mutare easdem nolit. Dogmata autem tria præcipue proponit. Primum animam præexistere, neque corpori jam formato immitti. Alterum de mundi æternitate, quem ut interiturum aliquando crederet, neutiquam adduci poterat. Tertium de mortuorum resurrectione, quam mysticum & arcanum aliquem sensum recondere, nec cum vulgo accipiendam esse asserit. Hæc rationum summa, in qua nihil se simulare, nihil fingere, Deum hominesque testatur. Hæc fratri, hæc amicis, hæc *Theophilo* Alexandriæ Patriarchæ, qui electionem ratam habuerat, nota esse affirmat. Hinc Ecclesiasticæ Historiæ Scriptores, Evagrius, & Nicephorus, cæterique Antiquorum, qui de *Synesio* mentionem fecere, hujus Epistolæ verbis persuasi, *Synesium* semipaganum ad Episcopale munus accessisse asserunt. Cumque cæteræ virtutes, quæ hominem omnibus numeris absolutum reddere possent, in eo elucescerent, κατ' οἰκονομίαν ab Ecclesia ordinatum fuisse scribunt; ea spe fore, ut ad tantum virtutum cumulum, veræ quoque religionis vertex & colophon accederet; neque spem eos fefellisse.

Ba-

lem auferentes. Qui vero præter hæc fecite, maledictus Deo. Quisquis impium conventum conspicatus, neglexit; aut ubi audivit, contempsit; aut luto ab ipsis inquinatus est: hos nos Amulechitas esse statuimus, a quibus spolium auferre non licet. De eo vero qui accepit, dicit Deus: Pœnitet (*a*) *me, quod Saulem Regem feci. At vestri nullam ob rem ipsum pœniteat. Sed vestri quidem cura sit Deo; Dei vero cura sit vobis.* Hactenus ad suos Synesius. Qui quidem his, & aliis recte sancitis suæ sedis Episcopatus primordia consectavit: hoc enim anno ipsum creatum esse Episcopum Ptolemaidis, nempe anno tertio a revocatis exulibus Episcopis Joannis fautoribus superius dictum est: hoc namque anno epistolam dedisse diximus ad Theophilum Alexandrinum Episcopum pro Alexandro Episcopo Basianopolis in Bithynia, quam alia occasione superius recensuimus.

(a) 1. Reg. 15.

LXXII. De Synesio ex Philosopho Episcopo.

At dignum quidem putamus, omnium celeberrimi hujus temporis philosophi Synesii, hoc anno Episcopatu initiati, primordia hic repetere. Fuit ille patria Cyreneasis, Alexandriæque versatus, ubi uxorem duxit & filios genuit: ex quo autem genere ortus sit, & institutum vitæ ejus probe compositum, ipse (*b*) hæc omnia pluribus: haud enim in his licet alio properanti moras nectere. Reddamus hic modo quæ de eo Evagrius (*c*) litteris commendavit: ait enim: *Iste Synesius fuit cum in aliis rebus disertus, tum in philosophia egregie excolenda adeo præ cæteris eximius, ut etiam a Christianis, qui neque amore, neque odio adducti, de eo judicium fecerunt, in magna haberetur admiratione. Itaque illi persuadent, ut licet nondum doctrinam de resurrectione carnis admisisset, neque ita censere vellet, salutari regenerationis lavacro tingeretur, & jugum susciperet sacerdotii: recte admodum de eo augurantes, quod res alias ejus virtutes sequerentur, divinaque gratia nihil pateretur in eo desiderari. Quæ spes illos minime frustrata est. Nam qualis & quam eximius vir evaserit, argumento sunt tum epistolæ ab eo post sacerdotii susceptionem eleganter & ornate compositæ, tum liber ille, quem dedicavit Theodosio, tum alia præclara illius quæ extant lucubrationes.* Hæc Evagrius. Habetur excusa ipsius Synesii epistola, unde ipse Evagrius ea omnia hausisse visus est de contestationibus ab eo factis, antequam fieret Christianus, atque ordinaretur Episcopus: cum a clero electus, & populo postulatus Episcopus, ille publica contestatione innotescendum curavit; nimirum se haud cælibatum, ut alii sacerdotes, servaturum; sed cum conjuge permansurum, suscepturumque ex ea liberos; nec adduci posse ut contra philosophiæ præscriptum, ex fide Christiana ipse crediturus sit, fore aliquando mundi occasum, corporumque resur-

(b) Synes. epist. 18.

(c) Evagr. l. 1. c. 25.

Synesius Philosophus electus Episcopus.

PAGIUS XXXVIII. Antiquorum de Episcopatu Synesii opinio defenditur.

Baronius tamen ab ea opinione sibi discedendum putavit, maximoque errore eos labi pronunciavit, qui serio ista a *Synesio* inculcata fuisse arbitrantur; ait ergo arte hæc ad declinandum Episcopi munus ab eo in medium adducta, ut portentosis contestationibus *Theophilum* eluderet. Primo, quod non solum absurdum; sed etiam ab omni Ecclesiastica disciplina & pietate sit alienum, *Theophilum* non solum per baptismi lavacrum ad fidelium numerum, sed etiam per manus impositionem ad Ecclesiæ regimen admittere voluisse hominem Christianæ religionis dogmatis non acquiescentem. Alterum deinde telum ab ipso *Synesio* petit, qui in Epist. 12. ad Ecclesiæ suæ Presbyteros disertis verbis testatur, se Episcopi onus *totis viribus & omnibus machinis* declinasse, quibus verbis hasce artes & contestationum machinas Baronius ait intelligi. Verum Holstenius in dissert. *de Synesio & de fuga Episcopatus*, quam Valesius ad calcem Notarum suarum ad Evagrium integram subjecit, scribit ipsa Synesii verba adeo perspicua esse, adeo certa & manifesta, ut qua ratione in dubium vocari possint, non videat. Contestationes vero adeo sanctis ac religiosis verbis conceptæ sunt, ut qui iis ludere aut alios eludere voluerit, eum & conscientiam fidemque profligasse, & veritatem Deumque veritatis præsidem ludibrio habuisse jure merito credas. Scribit fratri, atque in ejus sinum internos animi motus sensusque effundit. Publicam hanc contestationem esse cupit, at apud Deum hominesque culpa careat, si res male evenisset; *Nolo*, inquit Synesius, *ementiri dogmata: hac Deum, hac homines testor. Veritas Deo affinis est, apud quem criminis expers omnis esse cupio.* Et quis non serio & ex animo eum loqui existimet?

Holstenius ex aliis etiam Synesii locis ostendit, eum jam non solum Christianum; sed etiam Episcopum Platonicam illam de animæ origine & præexistentia sententiam retinuisse, & ad secundam Baronii rationem respondet, multa quotidie in primæva Ecclesia contra Apostolica instituta evenisse, docere Nicæni Canonis verba hæc: *Quoniam plura aut per necessitatem, aut alias cogentibus hominibus adversus Ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & instructos brevi tempore, mox ad lavacrum spirituale perducerent, simulque ut baptizati sunt, etiam ad Episcopatum vel Presbyterium promoverent: optime placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post baptisma probatione quam plurima.* Cujus rei tria nobis luculenta exempla suppeditat, una *Nicolai* primi ad Photium Epistola, *Nectarii* scilicet, & *Tarasii* in Constantinopolitana, Sancti *Ambrosii* in Mediolanensi Ecclesia, quorum electiones Ecclesia necessitate adacta fecit, aut factas probavit; *sed ut iterum fierent, non confirmavit, nec sancivit*, inquit Nicephorus. Atque omnes hasce causas in *Synesii* electione concurrisse facile perspiciet, qui ea, quæ diversis in locis ipse de se prodidit, considerabit. Nam vi atque ingratiis se ad hoc munus fuisse pertractum, nihilque tale cogitantem quin etiam renitentem & depre-

XXXIX. Primitiva Ecclesia sæpe dispensas usa.

cam-

rectionem, vel ante corpora formari, quam animas: hæc quidem ab Ipso jactata, certum est.

LXXIII. Sed errore maxime labuntur, qui putant hæc serio fuisse a Synesio inculcata. Etenim quomodo Theophilus adduci aliquando valuisset, ut credere obstinata contradictione nolentem, atque adeo refragantem baptizandum fore consenserit, nedum summo sacerdotio imbuendum, contra Evangelicam Apostolicamque doctrinam, ipsis Ecclesiæ legibus reclamantibus, quarum Theophilus minime ignarus, sed consultissimus erat? At quomodo hæc gesta sint, paulo post dicturi sumus: modo autem ipsius Synesii de his datam ad Evoptium fratrem epistolam hic recitemus, quam exscripsit Nicephorus (a) ex quo eam hic nos reddemus; sic enim se habet:

(a) Niceph. l. 14. c. 15. • Synesius ep. 105.

LXXIV. Synesii epistola ad Evoptium.

Inconsideratus sane essem, nisi multam haberem Ptolemaidis civibus gratiam, qui me honore eo, quo me ipsum indignum puto, honestum esse volunt. Verum non an illi magna tribuant, sed potius an ea a me recipienda sint, deliberare convenit. Quod si enim homo divino prope fruatur honore, si quidem justus sit, dulcissimum percipiat fructum: sin dignitate ea longe sit indignior, acerbam futuræ pœnæ sustineat expectationem. Porro non novus hic, sed vetustus admodum est metus, ne quid in Deum committam, honorem ab hominibus ferens. Ego sane, qui me ipsum novi, ineptiorem omnino comperio, quam ut sacerdotali dignitati gerendæ idoneus sim. Proinde apud te de animi mei motibus & cogitationibus agam: non enim alium habeo, apud quem id rectius faciam, quam te percarum mihi, mecumque educatum caput. Te namque æquum est participem esse curarum mearum, ac noctu vigilantem deliberare, & interdiu cogitantem considerare, ut & boni mihi aliquid contingat, & mali quicquam effugiam. Accipe igitur, quo loco res meæ sint, quæ tibi etiam majore ex parte cognitæ sunt.

LXXV. *Fasce exiguo sublato, pulchre mihi videor hucusque philosophiam ipsam pertulisse: quam vero ab hominibus non prorsus perperam in ea versatus esse censear, laudatum a quibusdam, ampliore nunc honore me ornatum esse volunt, qui de idoneis animi mei viribus judicare non possunt. Vereor autem, ne si per ineptam ambitionem dignitatem oblatam recipiam, neutrum consequar, videlicet neque laudem ex honore contempto, neque gloriam ex dignitate minus recte gesta. Rem ipsam sic mecum considera: Rebus duabus semper tempus omne tribuo, studiis, & ludo: litteris vacans, & præcipue divinis solus sum: ludo operam dans, quamplurimos admitto. Nosti enim, cum a libris exurgo, totum me in ludis esse, a civilibus autem curis, & natura, & animi destinatione abhorrere. Sacerdotem autem oportet esse virum divinum, & ad ludum omnem perinde atque Deum difficilem ac durum; qui ut propositum institutumque suum teneat, innumeros plurimorum conversos in se habet oculos. Ad quos nulla, aut certe parva pervenit utilitas, nisi aliquis probe instructus & cordatus sit, & a suavitate animi omni alienus. Rem divinam faciens, non privatim solus esse potest, sed in communi conventu inter plurimos versatur; cum legis doctor sit, & nihil aliud quam, quod legitimum sit, sonet. Negotia cum gerere oportet, quæ simul omnes tangunt. Quæ enim communia omnium sunt, unum ipsum curare opus est, nisi criminibus omnium ob-*

Sacerdotalis vitæ eminentia.

PAGIUS

... cantem, passim testatur: qui mortem & gravissima quæque præ Episcopatu lubens elegisset.

XL. Temporis calamitas ut cum Synesio dispensaretur exegit.

Sed qui calamitosa illa eversis imperii tempora, qui corruptissimos ejus seculi mores, qui afflictissimum Africanarum provinciarum statum æqua animi lance expendet, maximam præsentissimamque ejus eligendi necessitatem fuisse comperiet. Ista quidem omnis nemo luculentius, nemo accuratius ipso *Synesio* depinxit. Videmus isthic Imperatores pueros, omnium regnandi artium expertes, domi inter eunuchorum, mimorum, & adulatorum greges in otio & deliciis delitescentes, subditis & præsertim militibus nonnisi per picturam notos, qui extremas illas imperii lacinias passim magistratuum avaritiæ & inexplebili cupiditati, passim Barbarorum invasionibus diripiendas & excindendas relinquebant; de quibus nec conqueri impune licebat: aut si extrema necessitas subditos ad Principis aures compelleret, longis & sumptuosis se plerumque irritis legationibus exhauriebantur. Unum miseris effulgebat auxilium, ut virum aliquem eloquentiæ aut civilis prudentiæ facultate, aut magnorum virorum gratia & amicitiis pollentem, sibi patronum & quasi tutelare numen legerent, sub cujus umbra delitescerent, qui imminentes calamitates averteret, provincias & civitates pessundatas erigeret & confirmaret: quod elegantissimæ aliquot ipsius *Synesii* ad Pylæmenem Epistolæ abunde docent. Præsentissimum autem ab Episcopis affulgebat subsidium, qui ipsa muneris auctoritate instructi atque armati videbantur adversus provincialium magistratuum oppressiones. Hæc necessitas, hæc spes Ptolemaidenses impulit, ut *Synesium* sibi Episcopum poscerent, cujus opem universa illa provinciæ illustri legatione apud *Arcadium*, non vero, ut perperam habet Evagrius lib. 1. cap. 15. apud Theodosium ejus filium, fuerat experta, ut superius diximus. Videbant præterea hominem insigni nobilitate & magna sapientiæ laude conspicuum, ac Principum virorum amicitia & favore subnixum: quæ quidem omnia magno sibi præsidio futura, haud sane conjiciebant. Sed profecto major quædam vis, hoc est, Dei gratia, *Synesium* ex privato otio ad Ecclesiæ suæ ornamentum pariter & præsidium protraxit. Hunc ille consilii istius auctorem Epistola XI. & XCV. agnoscit; huic ille vocanti manus dedit, collumque submisit. Neque aliam electionis causam Evagrius, Nicephorus, & Photius

obnoxius esse velit. Quomodo igitur non maximi, fortissimique animi sit, tantam curarum molem ita ferre, ut mens non obruatur, & extincta in anima particula divina non negligatur; si quis tot studiis, & variis actionibus distineatur?

LXXVI. *Neque ignoro esse quosdam qui hoc præstare possint: & felicem eorum naturam atque beatam, ipsosque vere divinos viros esse censeo, qui cum in multis humanis versentur negotiis, non tamen divini numinis cura excidant. Ego vero me ipsum, qui in urbem descendere, & per urbem deambulare soleam, rebus involutum quæ ad terrenas curas trahunt, atque inquinationibus repletum esse, quarum non facile quisquam magnitudinem dixeris, scio. Nam quæ ad nativa & propria aliunde adveniunt piacula, ita accessionis rationem conferuntur. Corporis robur mihi non est: interiora animi bona non recte se habent: ab externis etiam aliqua ex parte destituor: tum autem conscientiæ mœrorem ferre nequeo, & quotiescumque me quispiam rogat, disertis verbis statim dico, sacerdotem in rebus omnibus maxime a probris debere esse alienum; quippe qui aliorum quasque sordes expiet.*

LXXVII. *Verum enimvero illud quoque litteris ad fratrem datis inserere convenit: permulti enim hanc epistolam legent; & ea gratia illam potissimum dictavi, ut cum res ipsa nota omnibus fiat, tum utcumque ea procedat, & apud Deum & apud homines, nec minus apud ipsum patrem Theophilum culpa caream. Siquidem cum res meas in medium protulerim, & potestate ejus quicquid velit, de me statuendi permiserim; quomodo criminis alicui obnoxius sim? Mihi & Deus ipse, & leges, ipsaque sacra Theophili manus uxorem dedit. Quapropter omnibus prædico, testatumque esse volo, me illam prorsus deserturum non esse; neque cum illa, veluti mœchum, clandestinam consuetudinem habiturum: alterum enim minime pium, alterum minime legitimum est: quin potius & volo & opto, plures mihi & probos nasci liberos: hoc ipsum electionis auctorem, & principem ignorare non oportet. Sciant id amici nostri Paulus & Dionysius, quos legatos hanc ob causam a populo lectos esse audio. Illam vero rem Theophilo non significari, sed in memoriam tantum revocare opus est: de ea autem pluribus dicam, cum qua quidem una quisquam alia omnia collata parva esse judicet. Difficile est, atque adeo fieri omnino non potest, ut animus dogmata, quæ per eruditionem & scientiam in certam necessariamque persuasionem evaserint, fluctuare, & in dubium vocari sinat. Nosti porro, philosophiam admodum divulgatis istis Christianorum adversari opinionibus. Itaque haud unquam adducar, ut posterius animam quam corpus gigni credam. Neque mundum ipsum & partes ejus aliquando interituras esse dicam. Resurrectionem deprædicatam sacrum quiddam & minime vulgandum esse duco. Neque conceptis vulgi opinionibus assentire possum. Mens philosophia exculta verum perspicit. Ea interdum necessitate adducta, mendacium permittit. Et habet rationem, seu proportionem suam lumen ad veritatem, & oculus ad mentem. Quatenus ergo oculus lumine copiosiore in detrimine abutatur, aut lippis tenebræ commodiores sint, hactenus mendacium quoque populo utile esse, & veritatem noxiam eis puto, qui aciem mentis in evidentem rerum claritatem intendere nequeunt.*

Synesii contestatio.

LXXVIII. Synesii sinceritas. *Quod si sacerdotes nostri hæc mihi permittunt; potero sane ego quoque sacerdotii munere fungi, qui domi quidem philosophiæ incumbo, in publicum autem progressus, sermonibus & colloquiis hominum delector, neque docens, neque dedocens,* *sed*

PAGIUS tius in Biblioth. Cod. XIII. retulerunt: Perspectum scilicet habebat *Theophilus* animum ad Christianam religionem propensiorem; experimento didicerat, quam facile veritati cederet; & quam nullo negotio homo Platonicis dogmatibus imbutus ad exactam Christianæ veritatis cognitionem traduceretur.

XLI. *Origenismus & Philosophia Platonica in Oriente vigebant.* Ut autem videamus quinam homo tot erroribus inquinatus, ad baptismi lavacrum fuerit admissus, observandum cum Holstenio, cujus hic dissertationem in epitomen redigimus, eadem hæc dogmata, quæ *Synesio* pertinacius insidebant, jam pridem ab *Origene* in Alexandrinam Ecclesiam fuisse invecta, ubi ille permultos habuit sectatores; eos præcipue qui ex Gentilium Philosophorum schola ad Ecclesiam Christi transibant. Quin imo Christiani, ut prolato Ecclesiæ pomœrio, quam plurimos ad suas partes adducerent, eos præsertim, qui secularis sapientiæ & eruditionis gloria excellerent, multa, ut Nicephori verbis utar, *per dispensationis rationem* ad tempus tolerasse, quæ vel usu ipso, vel longiori magisque accurata institutione emendari posse existimabant. Quod sane nuspiam majori cum fructu fieri potuit, quam Alexandriæ, ubi non solum ob veteris Musæi gloriam; sed etiam ob recentem Platonicorum Academiam ex Atticis Athenis eo traductam, ingens doctorum hominum multitudo versabatur. Quam etiam ob causam Christianæ religionis Antistites illi, qui scholam catechisticam, a Sancto *Marco* institutam ordine rexerunt, *Pantænus* scilicet, *Clemens*, *Origenes*, *Dionysius*, *Ammonius*, aliique magnam externæ quoque sapientiæ & potissimum Philosophiæ operam impenderunt, ut humanam sapientiam suis artibus irretitam stultitiæ Crucis Christi submitterent. *Origenis* autem dogmata, multos eosque celeberrimos habuere defensores & hoc ipso tempore, post damnationem ab Anastasio Papa factam in Ægypto *abscondite apud plerosque* versabantur ut anno CCCCII. num. XV. ex Divo Hieronymo ostendimus, nec ante extrema Justiniani tempora, hoc est, ante annum DLIII. Generali Synodo damnata fuere. Neque id silentio prætereundum, quod *Theophilus* ipse Orige-

sed in anticipata opinione quemque persistere permittens. Sin illi sacerdotem ita animatum & opinionibus manifestum esse oportere dicant; omnibus me palam ostendere intermiserim. Quid enim cei est populo cum philosophia? Rerum quippe divinarum veritatem minime vulgari oportet: populus autem more & assuetudine alia indiget. Rursus igitur & sæpius cepotens dicam, nulla cogente necessitate, neque arguere, neque argui sapientis esse. In sacerdotum autem ordinem cooptatus, non committam ut dogmata præter animi sententiam assimulem. De his Deum, de his homines testes invoco. Veritas Dei propria est, apud quem in rebus omnibus inculpatus esse volo. Hoc unum tantum non dissimulo: quandoquidem joci & ludorum studiosus sum; ita ut jam inde a puero crimen istud sustinuerim, plus quam deceret, armis me & equis delectatum esse; quibus si caruero, tristis quidem ero. Quid enim cum carissimos canes feras nullas prosequi, & sagittas a teredinibus exesas esse videro, faciam aliud? Sed tamen constantiam, si Deus voluerit, obtinebo: atque quamvis a curis alienus, macerabor; causarumque & negotiorum quantumvis grave ministerium hoc, Deo confisus, sustinebo. Dogmata autem per dissimulationem non tegam: neque mihi mens a lingua dissentiet. Hoc si cum & sentiam, & dicam, Deo placere puto: neque sermonis illius de me occasionem relinquere volo, me, quod qui fuerim, ignoratus sim, electionis suffragia rapuisse.

LXXIX. *Cæterum Dei amantissimus pater Theophilus, cum me norit, postquam mihi id se scire significaverit, sic tandem de me consilium, quid statuat, capiat. Tum enim aut in instituto meo vivere me, & philosophari patietur; aut postea ut me in judicium vocet, vel sacerdotum ordine moveat, sibi ipsi potestatem non relinquet. Aliæ insuper opiniones, & sententiæ omnes nugæ fuerint: veritatem enim satis scio Deo esse gratissimam. Sed enim sacrum caput tuum, atque in primis veritatis tutorem, & inspectorem Deum testor, ægre mihi esse. Quomodo enim non sit, cum quodammodo ex vita solita in vitam aliam transeundum mihi sit? Quod si rebus his in publicum prolatis (latere enim eas, & premi nolo) is cui potestatem hanc concessit Deus, in ordinem sacerdotum me elegerit: subito eam necessitatem, & veluti divinum decretum suscipiam. Sic enim existimo, si vel Imperatore, vel infelici, Deoque inviso Augustali quopiam jubente, imperata non facerem, inobedientiæ pœnas me daturum esse: Deo autem ipsi volentes nos parere convenit. Sin me ad sacrum obeundum ministerium non admittit Deus, ab ipso statim initio in me rem divinissimam, veritatem ipsam complecti, neque per id quod illi maxime repugnat, mendacium scilicet, functionem ipsius suscipere decet. Fac igitur ut Scholastici hæc sciant, & ad illum referant.* Hactenus epistola Synesii ex Nicephoro accepta.

Quomodo Sacerdotium suscipiendum.

LXXX. Synesii ars in fugiendo Episcopatum.

Porro si quis contestationes ita ut se habent intelligat, prout a nonnullis intellectæ noscuntur; habet profecto unde miretur, immo & indignetur, hominem talia protestantem, talesque conditiones præponentem, sic esse ordinatum a Theophilo Episcopum Ptolemaidis: verum mentem Synesii hos minime assecutos esse, palam faciemus. Unde, rogo, Synesii mentem melius quam ex his quæ postea idem ipse scripsit, quo sensu, quove animo ista jactarit, possumus intelligere? Simul ac enim diu reluctatus, creatus fuit Episcopus, scribens ad suæ Ecclesiæ presbyteros, plane de se testatur, omnem orNotum, insuper & omnem adhibuisse artem, ut Episcopatus onus effugeret. Et quam artem? nisi ut simulate agens, & illa inculcans adeo Christianæ fidei, & disciplinæ adversantia, rejiceretur omnino a munere Episcopatus? Et ut sentio, haud aliud præstitit Synesius verbis, quam quod S. Ambrosius factis exhibuit, dum ne Episcopus ordinaretur, se adulterum, & sanguinarium publica professione ab omnibus credi voluit. Sed audiamus ejus brevem de his epistolam ad suos presbyteros scriptam:

LXXXI. (a) Synes. epist. 12.

Neque (a) ego prius vobis superior eram, cum omni robore, & arte sacerdotium effugerim; neque nunc vos me superatis: sed divinum profecto erat, &

quod

PAGIUS rigenem, quem publice foggillabat, & quem mortuum primus Ecclesiastica communione privatum diris devovit, privatim diligentissime legere non verebatur, ut Socrates lib. 6. cap. 15. prodidit. Quæ res *Synesium*, Platonis atque etiam Origenis studiosissimum, ob intimam cum *Theophilo* familiaritatem latere non potuit. Quocirca non adeo mirum videri debet, in tanto Origenistarum & Platonicorum numero *Synesium* quoque ad Baptismum fuisse admissum; cum omnia Alexandriæ & Ægypti Monasteria iisdem opinionibus essent infecta. Quod ex iis Theophili & successoris ejus Cyrilli literarum Fragmentis apparet, quæ in quinta Synodo referuntur; quæ ad horum temporum Historiam cognoscendam imprimis faciunt. Non itaque hac in re a recepta Antiquorum sententia discedendum.

XLII. *Britanniæ se se in libertatem asserit.*

Anno quo *Roma* ab *Alarico* expugnata, ideoque superiori, cum *Britanni* cernerent vicinas Provincias paulatim a Romanis deficere, earum exemplo se se in libertatem asseruere; quod factu facile fuit, quia *Constantinus* tyrannus multo milite educto, vacua fere præsidia reliquerat. Hinc Zosimus lib. 6. pag. 830. scribit, Honorium, *literis ad Civitates Britanniæ scriptis*, eos hortatum esse, *ut rebus suis consulerent*. Beda vero lib. 1. cap. 11. ait: *Fracta est*

Synesii epistola ad suos.

quod tunc nondum, & quod nunc jam. Ego enim sæpius mori pro hac rerum sacrarum administratione maluissem, ne scilicet susciperem illam. Non enim mearum virium esse judicabam hujus rei gubernationem. Cum autem Deus induxerit, non quod ego petebam, sed quod ipse volebat: precor eum qui vitæ largitor est, ut etiam quam tribuit, perfecturus sit. Qui enim juventutem in otio philosophico consumpsi, & in speculatione a rerum actione aliena, & tantum in curis versatus sum, quantum defunctorie per actum reprehendi non potest in hac cum corpore vita, & in hoc quod Civis Civitatum fuerim: quomodo sufficiam curis nullam habentibus intermissionem? Aut quomodo ubi me ipsum turbæ negotiorum tradidero, adhuc ad mentis pulchritudines accedam, quibus solum beatum otium frui potest? sine quo mihi & mei similibus omnis vita, nulla vita est. Ego quidem non novi: Deo vero (ajunt) omnia possibilia sunt, etiam quæ impossibilia sunt. Et vos ipsi igitur pro me supplices manus ad Deum elevate, & tum populo in urbe, tum his qui in agris aut villaticis Ecclesiis commorantur, preces pro nobis, & in commune, & singulatim omnibus committite. Si enim non desertus a Deo relictus fuero: tunc cognoscam sacerdotium non defectum esse a philosophia, sed ampliorem accessum. Ista ad suos cum creatus est Episcopus Synesius (*a*).

(*a*) *Synes. epist. 57.*

LXXXII. Scribens postea contra Andronicum: quam expetierit mori potius quam Episcopus fieri, aperta testificatione declarat, ubi primum de suo ante Episcopatum vitæ instituto ista præmittit: *Vivebam cum bona spe in mundo, velut in sacro septo animal liberum ac solutum, prece & libro & venatione vitam dividens: ut enim sana sit anima, & corpus; hoc quidem laborare oportet; illam autem rogare Deum. Cum hujusmodi facilitate traxi annos illos usque ad electionem Episcopatus: ad quem ego, si quis unquam, timidissimus fui. Testor omnibus Deum, cujus per vos ego arcana mysteria gestavi, absque humanis circuitibus ac studiis, ipsum Deum solitarie in multis temporibus & locis accessi, & pronus, & in genua inclinatus, supplex mortem pro Episcopatu eligebam.* Hæc & alia de reluctatione sua, ne susciperet Episcopatum Synesius, cujus quidem argumenti multa præterimus brevitatis causa: cum ut fugeret, ea usus est arte, ut portentosis contestationibus illis Theophilum posset eludere. At insaniam simulantem Ulyssem prudens consilium Palamedis irritum reddidit; & impietatem affectans Synesius Theophilum latere non potuit.

LXXXIII. Synesius Episcopus causas judicat mandato Theophili.

Cum vero e quietis tranquillo portu in turbatum vastumque pelagus invitus nolensque solvisset: multiplicium mole negotiorum oppressus, jam cum vix septem menses Episcopatu perfunctus esset, de abdicatione agere cœpit: sed frustra quidem; agit enim de his ipse in epistola ad Olympium (*b*). Delegabat illi Theophilus provinciæ illius negotia, & lites vertentes inter Episcopos, & caussarum cognitiones: cui quidem cum parere, se necessitate astringi cognosceret, & reluctari penitus nefas: ad ipsum hoc primo anno scribens, hæc ait: *Ego & volo, & necessitas mihi divina est, ut legem putem quicquid thronus ille vaticinabitur:* & inferius: *Quicquid statuerit, hoc multitudini justum sit: obedientia enim vita est, & mors inobedientia.* Tanti quidem æstimatus est recens Episcopus, ut judex fieret seniorum Episcoporum.

(*b*) *Synes. epist. 96.*

LXXXIV. Causa Pauli cum Dioscoro.

Vertebat enim tunc inter vicinos Episcopos Paulum, atque Dioscorum ejusmodi controversia. Irruentibus barbaris in Cyrenem cum suis, Paulus collem occupat natura munitum; illicque ubi ageret, domunculam ibi sitam in Ecclesiam consecrat, inferens illuc altare, & in eo celebrans sacrificium: quo actu locum illum sibi vendicare putavit, contradicente Dioscoro, sub cujus diœcesi locus.

PAGIUS *est autem Roma a Gothis anno millesimo centesimo sexagesimo quarto sua conditionis. Ex quo tempore Romani in Britania regnare cessarunt post annos forme quadringentos septuaginta, ex quo Cajus Julius Cæsar eamdem insulam adiit.* Julius Cæsar secundum opinionem Bedæ in Britanniam primum trajecit anno Urbis DCXCIV. qui juxta putationem Varronis erat annus Urbis DCXCII. ideoque secundum Bedam capta est Roma anno Christi CCCCIX. anno Urbis MCLXIV. sed juxta epocham Varronianam anno Urbis MCLXII. Christi vero CCCCIX. Errat quidem Beda in memorando anno, quo *Julius Cæsar* primum Britanniam iniit; cum Dio lib. 39. aliique Romani Historici testentur id contigisse anno Urbis Varroniano DCXCIX. Indicat tamen Beda capite superiori ex Orosio, cujus verba exscribit, Vandalos *ante biennium Romanæ irruptionis* per Gallias sævisse, anno scilicet Christi CCCCVII. ideoque occupationem Urbis per Alaricum cum anno Christi CCCCIX. recte copulat. Nec ullum dubium esse potest, quin hæc Bedæ sententia fuerit; cum in epitome diserte scribat: *Anno CCCCIX. Roma a Gothis fracta est; ex quo tempore Romani in Britannia regnare cessarunt.* Cumque in verbis laudatis suæ Historiæ asserat, id contigisse anno Urbis MCLXIV. & biennio ante eam irruptionem Vandalos aliosque Barbaros trajecto Rheno in Gallias intrasse, manifeste apparet, Bedam omnes has notas temporarias desumsisse ex Orosio, qui cum hoc tempore vixerit, hæc de epocha Urbis captæ controversia, post ea quæ in medium adduxi, plane, ut mihi videtur, diremta.

Interitus *Alarici* Gothorum Regis, de quo anno sequenti num. II.

eus positus erat. Sed Synesius in Paulum sententiam tulit, non existimans eam ob causam locum Deo esse dicatum, ut ad profanum usum redire non posset. *Nam hoc* (inquit) *locum non sanctificat: alioqui omnes montes, & omnes valles Ecclesiæ essent, & nullum monumentum effugeret ut non publicum esset, in quibus omnibus, cum hostes prædantur, preces & mysteria fiunt. Quot vero domus per impia Arsanorum tempora preces, & mysteria susceperunt, & nihilominus sunt privatæ?* &c. Hæc & alia plura Synesius in Paulum pro Dioscoro.

LXXXV. Casus reservati primæ sedis Episcopis.

In causa vero Lamponiani, qui ob illatas in Jasonem injurias excommunicatus fuit; cum idem judicat, illud insinuat Ecclesiæ antiqui moris, quosdam atrociores casus Episcopos minores non absolvere, sed reservare illos primæ sedis Antistiti: nam audi de ipso Lamponiano: *Quamquam* (inquit) *& lacrymas ex pœnitentia effuderit, & populus supplex illum excusarit: at ego in his, quæ visa essent perseveravi: solvendi vero potestatem ad sacram sedem remisi: Tantum igitur mihi ipsi permisi, si appropinquaret Lamponiano debitum fatale, ipso vitæ exitus, uti tunc sane dies constituta adesse videretur: omnibus permisi tum affuturis presbyteris, ut cum ipso communionem participarent. Nemo enim ligatus mihi moriatur. Verum sanitati restitutus, rursus ob eadem reus sit, & a divina, ac benigna anima tua veniæ assensum expectet.* Hæc Synesius ad Theophilum Alexandrinum Episcopum, a nobis hic posita ad antiquos ritus in judiciis Ecclesiasticis referandos. Ipse vero Synesius de se ad ipsum Theophilum hæc in fine: *Postremum ora pro me; orabis enim pro derelicto, & omnibus deserto, & egente ejusmodi cooperatione: ita ipse vereor pro me ipso loqui ad Deum. Omnia enim mihi in contrarium cedunt propter temerariam, & periculis objicientem se audaciam, quod homo in peccatis, seorsum ab Ecclesia peregrinus educatus, alieno vitæ ductu institutus altaria Dei contigi.* Hæc Synesius: quibus videas quanta animi demissione polleret.

LXXXVI. Synesii querelæ de curis litium sæcularium.

Obibat autem ipse naviter Ecclesiastica negotia: in quibus curis feliciter sibi actum existimabat, si non & sæcularibus negotiis obrueretur. Hinc illæ aureæ ipsius in querelis sententiæ: *Civilem virtutem cum sacerdotio conjungere, est versare ea quæ simul versari non possunt. Priscum sæculum tulit eosdem sacerdotes, & judices. Nam & Ægyptii, & Hebræorum gens multo tempore sacerdotes Reges habuerunt. Deinde (ut mihi videtur) cum divinum opus humano more perageretur, sejunxit Deus vitæ conditiones, & alius sacerdos, & alius dux effectus est. Alios enim ad materiam direxit, alios sibi ipsi collocavit. Ordinatum autem est, ut illi quidem in rerum negotiis, nos autem in precibus versaremur. Quod vero bonum est, ab ambobus exigis Deus. Quid igitur reducis? Quid separata a Deo, conjungere conaris; qui neque ut gubernemus, sed ut falso gubernemus expetis? Quare quid fieri miserius possit? Opus est tibi Præfecto? ito ad procuratorem legum Reipublicæ. Opus habes aliqua in re Deo? ito ad sacerdotem Civitatis:* Et paulo post: *Non condemno Episcopos, qui in rerum negotiis versantur: sed ignarus me ipsum vix in theatrum pervenire, admiror eos qui utrumque possunt. Mea facultas non est duobus dominis servire. Si vero sunt aliqui, qui neque a conscientia lædantur; poterunt sane & sacerdotio fungi; & Civitatum Præfecti esse. Radius Solis etiam si cum stercore conversabitur, purus manet, & non coinquinatur; ego vero si idem hoc fecero, fontibus & mari opus habeo.* Hæc & alia plura ad sui excusationem in Synodo Synesius, cum ab Episcopatu missionem peteret, quam in annum sequentem rejicimus: hæc vero satis hic de Synesii ordinatione, & administratione prægustasse.

Sequi-

SEquitur ordine temporis annus Domini undecimus post quadringentesimum, nullo Occidentalis Imperii signatus Consule, quod afflictata novis esset Gothorum cladibus, & aliorum in diversas provincias grassationibus barbarorum Romana Respublica: in Oriente vero, ubi tranquillior esset rerum status, ipse Theodosius Imp. quartum adiit Consulatum: Quo Alaricus Gothorum Rex jam trajicere in Siciliam exercitum frustra tentans, repentina morte occupatur apud Cosentiam; de cujus obitu, & sepultura hæc apud Joannem Diaconum, ab aliis non suo nomine Paulum nuncupatum: (*a*) *Inter hæc Alaricus dum deliberaret quid ageret apud Cosentiam subita morte defunctus est. Gothi Basentium amnem de alveo suo captivorum labore derivantes, Alaricum in medio alveo cum multis opibus sepeliunt; amnemque meatui proprio reddentes, ne quis locum scire posset, captivos qui interfuerant extinguunt.* Hæc ipse. Sozomenus (*b*) autem de Alarico ait, cum ante obitum inita cum Honorio pace, ab eo declaratum fuisse totius ducem exercitus; subditque: *Cum pro consuetudine Principum ex processu quopiam tum reverteretur Imperator, audita morte Alarici, statimque descendens; publice gratias Deo nuncupatis precibus egit, quod esset insidiatore manifestu liberatus.* Addit hæc his idem auctor Miscellæ (*c*):

Alarici obitus.

(a) Paulus Diac. l. 13. hist. Miscell.

(b) Sozom. l. 9. c. 12.

(c) Paul. Diac. l. 13.

II. Athaulphus Rex Gothorum.

Regem deinceps Athaulphum Alarici affinem Gothi constituentes, Romam redeunt: si quid residuum fuit, more locustarum eradunt, auferentes exinde Gallam Placidiam Theodosii Principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Athaulphus apud Forum Cornelii conjugio sociavit: qua multo post Respublica commodo fuit: nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio, subtilibus blandimentis inflexit, ut ultro a Romanis pacem expeteret. Hæc ipse: at de posteriori hac Urbis invasione apud nullum alium me legisse memini. Orosius autem tradit (*d*), in ipsa Urbis invasione sub Alarico Gallam Placidiam ab Athaulpho captam: Zosimus & alii ipsam ante sub Alarico custoditam ferunt. Cæterum divina id factum dispensatione, quo extremam Imperii cladem averteret, idem auctor affirmat. Nulla igitur, defuncto Alarico, clades ab Athaulpho Alarici successore Urbi illata penitus reperitur: imo ei in optatis fuisse Gothorum exercitu Romanum Imperium in splendorem pristinum restituere, idem Orosius testatur his verbis (*e*): *Is (ut sæpe auditum, atque ultimo exitu ejus probatum est) satis studiose sectator pacis, militare fideliter Honorio Imperatori, ac pro defendenda Romana Republica impendere vires Gothorum præoptavit. Nam ego quoque ipse virum quemdam Narbonensem, illustris sub Theodosio militia, etiam religiosum prudentemque & gravem apud Bethlehem oppidum Palæstinæ, beatissimo Hieronymo presbytero referente, audivi, se familiarissimum Athaulpho apud Narbonam fuisse; ac de eo sæpe sub testificatione didicisse, quod ille cum esset animo, viribus, ingenioque nimius, referre solitus esset se in primis ardenter inhiasse, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum Imperium & faceret & vocaret; essetque (ut vulgariter loquar) Gothia, quod Romania fuisset; fieretque nunc Athaulphus, quod quondam Cæsar*

(d) Oros. l. 7. c. 40.

(e) Oros. l. 7. c. 43.

Athaulphi Regia consilium.

Ann. Eccl. Tom. VI. Hhhh Au-

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5904.

SÆC. V. ☉ 28. A. ☽ 13. P. 26. Mart. Indict. 9.

Anno Eræ Hispan. CCCCXLIX. JESU CHRISTI 411.

INNOCENTII PAPÆ 11.

A.C. 411. HONORII IMP. 19. & 17.

THEODOSII JUN. 10. & 4.

I. [1] COSS. *Theodosius* Aug. IV. absque collega in Oriente Consulatum gessit, nullo in Occidente Consule anno superiori designato, ut testatur Prosper in Chronico. Caussam Consulatus a Theodosio initi docet nos Marcellinus in Chronico, ubi hoc anno habet: *Theodosius Jun. Decennalia, Honorius Romæ Vicennalia dedit*, uterque imperii vivente patre suscepti. *Honorius* tamen Consulatum in annum sequentem distulit. Ex his Decennalibus & Vicennalibus solemnia id genus, quæ ista præcessere vel secuta sunt, suis annis reddenda; cum utraque certa sint.

Honorii Vicennalia & Theodosii Decennalia.

II. Interitus Alarici Gothorum Regis.

Ad num. I. & seq. Cum Roma ab Alarico Gothorum Rege anno CCCCIX. expugnata fuerit, interitus ejus ad superiorem annum retrahendus. Jornandes enim de Rebus Get. cap. 30. narrato Urbis excidio ait: *Exinde egressi, per Campaniam & Lucaniam simili clade peracta, Brutios accessere: ubi diu residentes, ad Siciliam, & exinde ad Africa terras ire deliberant, &c. cujus, quia* non

NOTÆ [1] *COss. Theodosius Aug. IV. absque collega.* Fasti Idatii & Marcellinus: *Theodosio Aug. IV.* Prosper editus: *Theodosio Aug. IV. Cos.* Collatio Carthaginensis: *Post consulatum Varanis V. C.* Paschalis laterculus in fine Gennadii: *Theodosio Aug. IIII.*

Augustus. At ubi multa experientia probavisset, neque Gothos ullo modo parere legibus posse propter effrænatam barbariem, neque Reipublicæ interdici leges oportere, sine quibus Respublica non est Respublica: elegisse se saltem, ut gloriam sibi de restituendo in integrum, augendoque Romano nomine, Gothorum viribus quæreret; haberetúrque apud posteros Romanæ restitutionis auctor, postquam esse non poterat immutator. Ob hoc abstinere a bello, ob hoc inhiare paci nitebatur, præcipue Placidiæ uxoris suæ feminæ sane ingenio acerrimæ, religionis satis probatæ, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu & consilio temperatus. Quomodo autem dolo suorum, idem Athaulphus hæc meditatus, interfectus fuerit, suo loco dicemus.

III. Donatistæ edictis vocati ad Collationem.

Hoc eodem anno Carthagine in Africa celebrata est famosissima illa Collatio inter Catholicos & Donatistas diu expetita, sæpe tentata, numquam autem, resilientibus illis, effectu consummata, nisi hoc anno postquam ad hoc ipsum perficiendum ab Honorio Imperatore missus est in Africam anno (ut dictum est) superiori Marcellinus. Post Consulatum quidem Varanes, nempe hoc anno, ex scripto antiquo Codice Balduinus tradit habitam fuisse hujusmodi Collationem. Quod autem conventus iste appellatus invenitur Collatio, non Concilium; inde accidit, quod in unico consessu non vocati sunt hæretici vel schismatici tamquam rei ab Ecclesia judicandi, sed ut fratres ad unitatem Ecclesiæ, cognitis causæ meritis, attrahendi. At quomodo ista se habuerint, & quo temporum ordine cuncta sint facta, jam aggrediamur. Quem diximus missum esse anno superiori ab Imperatore insignem virum Marcellinum in Africam ad conciliandos cum Catholicis Donatistas: idem ipse Imperatoris (a) rescriptum, quo juberentur Donatistæ cum Catholicis ad conferendum de controversiis inter eos diu versatis in locum unum convenire debere, promulgavit. Sed & dato post quatuor menses edicto decimoquarto Kal. Martias, ut Collatio haberetur decimoquarto Kalendas Junias definivit (b); idque ex Imperatoris rescripto, quo jubebatur eo temporis spatio eos ad causam agendam impelli: licet aliis edictis, ne subterfugium aliquod ex temporis angustia obtendi posset, alios duos menses ipse superaddidit. Cæterum ut ad Kalend. Junias conveniretur, pars utraque consensit: hæc ex Actis ipsius Collationis sunt accepta.

(a) Aug. in Brevic. Collat. die 1. c. 5.

Tempus Collationis.

(b) Aug. in Brevic. die 1. c. 8.

IV. Marcellinus indulgentissimus Donatistis.

Constat insuper Marcellinum, quo demulceret refractarios Donatistas, suo edicto, quo eos vocavit, sine jussione Imperatoris reddidisse basilicas Donatistis, qui se pollicerentur esse venturos. Insuper & illud indulgendum putavit, ut eodem edicto illis concederet, ut quem vellent eligerent sibi Judicem, qui cum ipso præficeretur ad judicandum: sed & juramento pollicitus est, se judicaturum quod veritas suasisset; aliaque complura adjecit, quibus eodem edicto eos est exhortatus ad mutuo cum Catholicis conferendum: hæc ex Actis. Præstitum quoque ab eo & illud fuit humanitatis officium, ut per Tractorias eosdem convocaverit litteras, quibus (ut alibi fusius explicavimus) sic vocatis publicæ concederentur vecturæ, atque omnia necessaria ad commeatum abunde satis impenderentur. Per Tractorias namque ad eorum Primates missas, a quibus singuli acciperent, eos fuisse vocatos, S. Augustinus testatur (c):

(c) Aug. ad Donatistas post Collat. 1. 24.

V. Donatistæ Episcopi Carthaginem veniunt.

(d) Aug. eod. lib. c. 25.

Sic igitur convocati (inquit ipse d) *congregantur ex universa Africa tot Episcopi Donatistæ, ingrediunturque Carthaginem cum tanta speciosi agminis pompa, ut tam magnæ civitatis oculos in se, intentionemque convertant.* Ex parte vero Catholicorum omnes numero ducenti & octogintasex, cum fere centum (e) in suis

(e) Aug. eod. lib. c. 24.

PAGIUS

non est liberum quodcumque homo sine Dei nutu despoſuerit, fretum illud horribile aliquantas naves submersit, plurimas conturbavit: qua adversitate repulsus Alaricus, dum secum quid ageret, deliberaret, subito immatura morte præventus, rebus excessit humanis, quem nimia sui dilectione lugentes, &c. regnum Ataulfo ejus consanguineo, & forma & mente conspicuo tradunt, &c. qui suscepto regno revertens item ad Romam, si quid primum remanserat, more locustarum erasit: nec tantum privatis divitiis Italiam spoliavit: imo & publicis, Imperatore Honorio nihil resistere prævalente; cujus & germanam Placidiam, Theodosii Imp. ex altera uxore filiam, ab Urbe captivam abduxit. Erat Adauphus vel Ataulfus frater uxoris Alarici, ut docent Socrates lib. 9. cap. 8. Philostorgius lib. 12. cap. 4. Zosimus lib. 5. pag. 813. & Olympiodorus, testeque ab Isidoro in Chronico traditum, mortuum esse Alaricum *vicesimo octavo anno regni, era quadringentesima quadragesima octava, anno Imperii Honorii & Arcadii sexto decimo*, ubi Arcadii jam ab aliquot annis vita functi nomen perperam habetur. Alaricus enim anno Christi CCCLXXXII. regnum Gothorum regendum susceperat.

III. *Collatio inter Episc. Catholicos & Donatistas habita.*

A num. III. ad XXXVII. Gesta celeberrimæ *Collationis* Carthagine habitæ inter Episcopos Catholicos & Donatistas, quæ Papyrius Massonus seculo superiori primus in lucem emisit, & post eum Petrus Pithoeus, nuper cum veteri MS. quod unicum superest, contulit Baluzius, & notis illustravit in nova Collectione Conciliorum. Licet autem ex dictis anno præcedenti, & ex Vicennalibus Honorii, quibus solemnibus Collationes de fide de more habitæ, constet eam ad præsentem annum pertinere, eandem tamen Sirmondus in annum sequentem rejecit, eo imprimis argumento, quod ex variis ejusdem Collationis locis pateat, illam *Kalendis Junii* inchoatam; ea Sermone autem, quem Sanctus Augu-

suis Ecclesiis senectute & morbis præpediti remansissent, immo centum viginti, ut habent (a) Acta Collationis: Donatistarum autem numerus minor fuit: nomina enim eorum in subscriptionibus litterarum numerata sunt ducenta septuagintanovem; sed falsitas deprehensa est, cum pro absentibus aliqui subscripsisset. At ne hac etiam ex parte Catholicis censerentur inferiores, se plures quam quadringentos esse numero, falso jactabant, detentos vero illos domi diversis corporis infirmitatibus: sed inanem prorsus hanc fuisse illorum gloriationem, S. Augustinus ostendit.

(a) Aug. in Brevic. Collat. die 1. c. 14.

VI. Cum autem superiores Catholici numero essent; ad evitandam tamen ostentationem, non una simul, ut Donatistæ, sed seorsum singuli Carthaginem ingressi sunt, ut idem S. Augustinus affirmat (b). Quod vero non ea pompa qua ipsi fuissent ingressi, pauciores numero eos esse, Donatistæ putarunt: porro illi inventi sunt adjecisse subscriptioni litterarum numerum itidem centum viginti Episcoporum, quos oppressos morbis domi relictos causati sunt. Sic igitur qui subscriptione ostentabant numerum ducentorum septuagintanovem Episcoporum, nonnisi centum quinquagintanovem sunt numerati: id quidem aperte demonstrat S. Augustinus (c), qui de suis Catholicis affirmat, præter numeratos superius centum octogintasex, qui se Carthaginem contulerunt, recensitos esse, qui diversis necessitatibus detenti domi remanserant centum viginti; quodque adhuc eo Collationis tempore sexaginta sedes Episcopales in Africa orbatæ erant pastoribus; adeo ut numeratæ fuerint sedes Episcopales in Africa Catholicorum quadringentæ & sexagintasex. Donatistas vero numero sedium valde imminutos ex eo intelliges, dum qui anno Christi trecentesimo nonagesimoquarto Bagai in Numidia adversus Maximianistas convenerunt, numerati sunt quadringenti sex minus Episcopi, exceptis Maximianistis, qui & ipsi Donatistæ erant, sed ab illis schismate separati: in hac vero Collatione, quamvis suorum multitudinem affectavarint, nonnisi centum quinquagintanovem colligi valuerunt: nam falso jactasse centum viginti ægrotos remansisse domi, convicti sunt ex suis ipsorum verbis (d). Ex quibus intelligas quantum profecerint in Donatistarum conversione Episcopi Orthodoxi, atque præcipue Augustinus.

(b) Aug. in Brev. c. 11.

Jactantia Donatistarum.

(c) Aug. ibid. c. 14.

(d) Aug. in Brev. Coll. die 1. c. 14.

VII. Cum igitur utraque pars Carthaginem convenisset; antequam uno consessu colligerentur, Marcellinus aliud ipsis præsentibus promulgavit edictum (e), quo inter alia qui locus habendo conventui deligendus esset, pars utraque decerneret, eos admonuit. De loco itum est in eam sententiam, ut in Thermis Gargilianis comitia haberentur (f). Sed cur non in basilica Fausti, vel basilica Restitutæ, in quibus complures Synodi Carthaginenses habitæ esse leguntur, conventum est? nulla alia quidem ex causa, nisi quod horrerent Donatistæ Catholicorum ecclesias, quas dicerent esse Sathanæ synagogas; unde etiam accidere consuevit, ut, cum ipsia potituri eas invaderent, nonnisi eisdem lotis, purgatisque ac demolitis altaribus, & aliis more suo adhibitis lustrationibus illas vendicarent, ut ex Optato superius recensuimus. Sic igitur communi consensu electæ sunt Thermæ Gargilianæ, locus amplius, lucidus, ac refrigerans calores æstivos, ut a sancto Augustino (g) describitur: erat autem in ipsius Carthaginensis urbis meditullio constitutus. Eodem quoque (h) edicto cavit Marcellinus, ut ad tumultum ex numerositate oboriri solitum antevertendum, ex unaquaque parte decem & octo deligerentur, omnes numero trigintasex, qui sessionis locum ingrederentur: quorum officia ita inter se partita essent, ut ex illo cujusque partis numero decem & octo Episcoporum, septem deputarentur ad disputandum; totidem, cum opus esset, ad consulendum; quatuor reliqui, qui Actis conscribendis atque custodiendis præessent. Renuerunt autem primo loco id se facturos Donatistæ, petentes suis omnibus locum Synodi patere debere. Catholici vero, se in omnibus Marcellino parituros, litteris professi sunt.

(e) Aug. in Brevic. di. 1. c. 3.

Locus delectus ad Collationem.

(f) Aug. eod. d. c. 14.

(g) Aug. lib. post Collat. c. ult. in fin.

(h) Aug. in Brevic. c. 3. & 4.

PAGIUS

gustinus ea instante habuit, colligatur paulo ante Collationem peractum fuisse jejunium Pentecostes, quod illo anno desiit IV. Kalend. Junias; *deprecamini nobiscum*, inquit Augustinus, *Dominum solemnibus jejuniis, quæ jam reddimus Deo, reddamus & pro causa. Jam enim jejunamus post Pentecosten solemniter; & utique jejunaremus, etiamsi ista causa non esset*. Sane verum est, Dominicum diem Pentecostes anno sequenti in Diem IV. Kalend. Junias incidisse; sed eo die finitum esse jejunium Pentecostes, quod nullum unquam fuit ante festum illud, dici vere non potest. Verus ergo ac genuinus verborum Augustini sensus hic est, ut recte explicat Baluzius. Agebantur jejunia, quæ quatuor temporum Pentecostes vocamus, quæque post Pentecosten solemniter celebrari vetusta Lex Ecclesiæ jubet; & tum Augustinus eum sermonem habuit instante Collatione. Hincque manifeste colligitur, necesse fuisse, ut eo anno, quo Episcopi Carthaginem convenere ad faciendam Collationem, jejunium quatuor temporum Pentecostes advenerit ante Kalendas Junias; cum eo die cœpta sit Collatio. Quare cum hoc anno Pascha fuerit die XXVI. Martii, Pentecostes pridie Idus Majas, & jejunium quatuor temporum Pentecostes inceperit die XVII. Maji, desierit vero die XX. ejusdem mensis, idest, ante dies decem quam Episcopi di-

VIII. Catholicorum Episcoporum promissio.

Cum enim eodem edicto Marcellinus eos omnes admonuisset, ut pars utraque scriptis proderet, utrum placerent quæ dicto continebantur: Catholici non solum edicto parituros se esse rescripserunt, sed & iisdem suis ipsorum litteris ad omnem præstendam gratiam Donatistis se ipsos obligavere. Nam Augustinus (a): *In iisdem* (inquit) *litteris etiam se obstrinxerunt, & polliciti sunt, quod si in parte Donati veritas esse demonstraretur Ecclesiæ, nec se illic Episcopalem honorem quæsituros, sed consilium eorum secuturos pro salute Christiana. Si autem in sua communione potius veritas ostenderetur Ecclesiæ, honores Episcopales eis non se negaturos: & hoc a se fieri bono pacis; ut intelligerent ii, quibus hoc præstaretur, quod in eis Catholici non Christianam consecrationem, sed humanum detestarentur errorem. Quod si plebs duos in una Ecclesia Episcopos ferre non posset; utrisque de medio recedentibus, singuli constituerentur Episcopi, ab eis Episcopis ordinandi, qui in suis plebibus singuli invenirentur.* Hæc quidem magna prudentia Orthodoxi, quo ipso ingressu iis delinirent efferatos illorum animos, atque sic ad pie sancteque causam tractandam inducerent.

(a) Aug. ibid. c. 4.

IX. Catholicorum humanitas erga Donatistas.

Porro separatas alias ab his dederunt ad Marcellinum (b) Catholici litteras, quibus significarunt; se acquiescere in hoc etiam Donatistis, ut ipsi omnes in locum conventui præstitutum ingrederentur; cum se tamen mandatis ejus parere paratos dicerent, ut non amplius quam decem & octo in locum sint ingressuri. Rursus etiam iisdem litteris causam ipsam insinuarunt, nempe (ne forte ex persona Principis Collationem indicentis & cogentis Episcopos suboriri posset invidia) ostendentes ea divinæ Scripturæ præscripto id sancte pieque usurpari. Extant adhuc priores litteræ ad Marcellinum datæ, ab ipso S. Augustino in Gestis cum Emerito recitatæ, hic autem repetandæ ad declarandam Catholicorum in omnibus exhibitam ad dispersos colligendos clementiam, contra vero fuisse hæreticorum atque schismaticorum corda ferree & obstinatam in omnibus pervicaciam. Sed priusquam hic eas (c) reddamus litteras; quæ fuerit ibi omnium Catholicorum Episcoporum pro concilianda pace sententia, hic enarrandum est.

(b) Aug. Brevic. die 1. c. 7.

(c) Apud Aug. de Gestis cum Emerito.

X. Catholicorum oblatio liberalis.

Antequam enim maturæ Collationis comitia inirentur, cum Marcellinus (ut dictum est) edicto utrique parti significasset, ut quæ ad futuram Collationem pacifice agendam conducerent, scriptis proderent: qui ex parte Catholicorum erant Antistites, in unum convenientes, quid facto opus esset, inter se privata coitione decernunt. Quid autem inter eos transactum sit, S. Augustinus ita describit (d): *Dicam charitati vestræ & commemorem rem dulcissimam, quam Domino adjuvante sumus experti. Cum ante ipsam Collationem inter nos aliqui fratres de hac re colloqueremur: Quia pro pace Christi Episcopi debent esse, aut debent non esse, quod vobis fatendum est: circumspicientes omnes fratres & coepiscopos nostros, non facile nobis occurrebant, qui vos vellent suscipere, & de hac humilitate Deo sacrificare. Dicebamus, ut fieri solet: Ille potest, ille non potest: ille consentit, hoc ille non tolerat: loquentes magis pro suspicionibus nostris, qui corda illorum videre minime poteramus. Quando autem ventum est, ut hoc palam fieret in Concilio universorum tum frequenti pene trecentorum Episcoporum; sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, ut parati essent Episcopatum pro Christi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutius commendare. Duo ibi vix inventi sunt, quibus displiceret: unus annosus senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est; alter voluntatem suam tacito vultu significavit. Sed posteaquam illum senem liberius hoc dicentem obruit omnium fraterna correctio; ille mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit.* Hæc Augustinus: sed litteræ tunc ex eo conventu redditæ ad Marcellinum sic se habent (e):

(d) Aug. ibid.

(e) Aug. de Gestis cum Emerito.

XI. Litteræ Catholicorum ad Marcellinum.

Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo ac spectabili Tribuno & Notario Marcellino Aurelius, Silvanus, & universi Episcopi Catholici. Edicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ Collationis tranquillitati, quietique servandæ, & veritati manifestandæ ac muniendæ consultum est, in omnibus nos consentire, sicut ad-

mo-

PAGIUS disputationem aggrederentur, non dubium, quin Baronius hanc Collationem anno suo reddiderit, & quin ea Honorii *Vicennaliorum* occasione indicta fuerit.

IV. *Acta ejus in compendium a S. Augustino redacta.*

Porro habita Carthagine *Collatio*, primo, tertio, & octavo die Junii, præsidente *Marcellino* Tribuno. Cujus Collationis Acta, quæ prolixissima *sunt*, in compendium redegit Augustinus, & quidem sub hujus anni finem, & *Breviculum Collationis* ipsemet nuncupavit, opusculo in tres Collationes distributo. Verum quia *Donatistæ* ejusdem Collationis Acta variis mendaciis, depravare conati *sunt*, Augustinus librum alium scripsit ad ipsos Donatistas laicos ne ii a suis Episcopis seducerentur ulterius. Liber ille, cujus titulus est, *post Collationem ad Donatistas*, anni sequentis initio scriptus videtur. Denique hac Collatione, qua insignem de Donatistis victoriam Catholici reportarunt, illorum secta valde afflicta, & ferme eversa, quia ut ait Orosius lib 7. cap. 42. *Pax & unitas per universam Africam Ecclesiæ Catholicæ reddita est.* Baronius anno CCCCXII. num. VIII. utrumque Opus eo anno ab Augustino editum putat. Quæ opinio non improbabilis.

monere dignatus es, per has intimamus. Illa etiam veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus; ut si nobis hoc, cum quibus agimus, demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi Christiani usquequaque crescendo, jam magnam partem Orbis implevissent, & in caetera dilatarentur implendam subito Ecclesiam Christi, nescio quorum quos isti accusant, peccatorum perisse contagione, & in sola remansisse parte Donati. Si hoc (ut dictum est) demonstrare potuerint, nullos apud eos honores Episcopatus requiremus, sed eorum sequemur pro sola salute consilium, quibus tanti gratiam beneficii, pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere, Ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verumetiam transmarinarum provinciarum, multarum gentium spatia ferocissima populorum copia jam tenentem, & (sicut scriptum est) (a) toto mundo fructificantem, atque crescentem nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse. Si denique ipsorum, qui tunc accusare voluerunt, potius quam convincere valuerunt, quaestionem definitam, quamvis non in eis Ecclesia consistat, & Caecilianum innocentem, illos autem violentos & calumniosos esse judicatos ab eo Imperatore, ad cujus examen criminationes suas ultro accusando miserunt. Postremo si quid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel divinis probaverimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitam, aut Christi Ecclesiam, cujus communioni cohaeremus, nullis eorum delictis esse destructam: Sic ejus nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem Episcopatus amittant. Neque enim in eis divina sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris. Quibus sublatis, fraternum pectus complectemur Christiana nobis charitate conjunctum, quod nunc dolemus distissione diabolica separatum.

(a) Colos. 1.

XII. Quanta Catholici spondeant.

Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius; sicut peregrino Episcopo, juxta considentem collegam, hoc cum alternis basilicis utrumque conceditur, utroque alterum cum honore mutuo praeveniente: quia ubi praeceptio charitatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta: Ut uno eorum defuncto, deinceps jam singuli singulis pristino more succedant. Nec novum aliquid fiet: nam hoc ex ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariae discissionis errore, unitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, Catholica dilectio custodivit. Aut si forte populi Christiani singulis delectantur Episcopis, & duorum consortium insolita rerum facie tolerare non possunt; utrique de medio discedamus; & Ecclesiis singulis, damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his singulis in Ecclesiis singulis annuentibus unitati facta per loca necessaria singuli constituantur Episcopi.

XIII. Mira promptitudo Catholicorum in pace sancienda.

Quid enim dubitemus Redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? An vero ille de coelis in humana membra descendit, ut membra ejus essemus: & nos, ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, quam Christiani fideles & obedienter simus. Hoc ergo semper simus, Episcopi autem propter Christianos populos ordinamur. Quod ergo Christianis populis ad Christianam pacem prodest, hoc de nostro Episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus (b), cur Domini aeternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi deposita magis collegerit, quam retenta dispersit. Nam qua fronte in futuro saeculo promissum a Christo sperabimus honorem, si Christianam in hoc saeculo noster honor impedit unitatem?

(b) Luc. 17.

XIV.

Haec propterea praestantiae tuae scribenda curavimus, & ut per te innotescant omnibus, postulamus; ut in adjutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, & quo adjuvante implere posse confidimus, etiam ante Collationem (si fieri potest) corda hominum vel infirma vel dura pia charitas aut sanet aut edomet: ac sic jam pacificis mentibus non resistamus manifestissimae veritati, & disputationem nostram vel praecedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt esse pacificos beatos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur, multo dignius & facilius eos velle ut pars Donati universo orbi Christiano reconcilietur, quam universus orbis Christianus a parte Donati rebaptizetur: cum praesertim de Maximiani sacrilego & damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum jussionibus insectando emendare curarunt, tanta diligentia quaesierunt, ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent; & quosdam eorum damnatos, sine ulla honoris diminutione susciperent; quosdam vero in illius discissionis societate impollutos esse censerent; quorum inter se concordiae non invidemus: sed eos oportet advertere, quam pro ramum a se fractum tanto studio radix Catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. Et alia manu: Optamus te, fili, in Domino bene valere. Haec quidem Catholici ex privata ipsorum inter se Collatione Cartha-

Ex pacto suo convincendi Donatistae.

thagine habita, quam nominaverunt Concilium; ex quo etiam mandatum scriptum est, quod servarent septem illi, qui causam publicam acturi essent (*a*).

(*a*) *Aug. Brevic. Collat. di.* 1. c. 9. 10. 11.

Post hæc vero (*b*) acceptis a Catholicis hisce & aliis litteris Marcellinus, necnon quæ responderant Donatistæ; novo rursus promulgato edicto, ea omnia quæ pars utraque rescripserat, populo significanda curavit; eo nimirum consilio, quo sequens populus Donatistas probe sciret, quas honestas & minime recusandas Catholici conditiones pacis obtulissent: ne, si illi duta obstinatione resilirent, ipsi in transversum cum eis penitus agerentur: hactenus vero quæ Collationem præcesserunt.

(*b*) *Aug. Brevic. Collat. di.* 1. c. 6.

Marcellini novum edictum.

XV. De Primiano Episcopo Donatista Carthag.

Die autem ad Collationem habendam constituta adveniente, omnes in locum conventus, in ipsas Thermas Gargilianas ingressi sunt Episcopi Donatistæ, inter quos primum locum tenuit Primianus Episcopus Carthaginensis partis Donatistarum. At qualis hic, quamque ad ineundam concordiam male paratus accesserit, ex illis accipe, quod cum conventus primum a Catholicis fuit de Collatione facienda, ista protulit ore rotundo verba turgida (*c*): *Indignum est, ut in unum conveniant filii martyrum, & progenies Traditorum*. Hæc tunc ipse: primum namque hic locum inter septem illos ad disputandum delectos tenuit prærogativa sedis: inter quos etiam nominatus habetur Emeritus (*d*) Episcopus Cæsareæ Mauritaniæ ejusdem partis Donatistarum: tertius fuit Gaudentius Episcopus Tamugadensis, ut S. Augustinus (*e*) in scriptis quibus eum exagitavit, affirmat: duas iste adversus Catholicos postea dedit epistolas, de quibus suo loco dicendum. Quartus adnumeratus Petilianus, Donatistarum disertissimus: quem supervixisse Collationi, quæ adversus Gaudentium Augustinus (*f*) scripsit, fidem faciunt: sed & Acta Collationis, quæ manu scripta Balduinus citat, plures continent a Petiliano in Collatione dictas sententias. Quinam autem fuerint tres reliqui Donatistæ ad implendum numerum septenarium ad disputandum electi, mihi hactenus incompertum; sicut & incogniti sunt septem Episcopi ad disceptandam causam a Catholicis designati præter Aurelium Carthaginensem Episcopum, Alypium Tagastensem, & Augustinum Hipponensem. Sed ex Actis ejusdem Collationis, quæ antiquitus scripta recenset Balduinus, illud proditur, huic Collationi inter Episcopos Donatistas sedisse Felicem quemdam Romanum dictum Episcopum. Et quomodo hoc? Ex Optato namque superius tertio tomo dictum est, consuevisse Donatistas qui erant in Africa, ad suos itidem Donatistas qui in Urbe agerent, mittere ordinatum Episcopum, qui illorum curam gereret, quem Romanum Episcopum appellabant, sicque captiose gloriarentur Romanum Episcopum suæ ipsorum esse communionis ac sectæ. Sed reliqua quæ spectant ad Collationem prosequamur.

(*c*) *Aug. in Brevic. collat. di.* 3. c. 4.

(*d*) *Aug. Retract. l.* 2. c. 51.

(*e*) *Aug. Retract. l.* 2. c. 59. & *l. contra duas Gaudentii ep.*

(*f*) *Aug. contra duas epist. Gaudentii l.* 1. c. 37.

XVI.

Locum ingressi, sic ad consessum dispositi sunt, secundum ea quæ a S. Augustino narrantur his verbis (*g*): *Electi sunt ex nobis & ex ipsis, septem hinc & septem inde, qui pro causa omnium loquerentur. Electi sunt alii septem hinc & septem inde, cum quibus, ubi opus erat, consilium pertractarent. Electi sunt quatuor hinc & quatuor inde, qui Gestis conscribendis custodes essent, ne infalsatum aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiam a nobis & ab ipsis Notarii quatuor hinc, & quatuor inde, ut bini cum exceptoribus Judicis alternarent; ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur, quod non fuisset exceptum. Huic tantæ diligentiæ & illud additum est, ut nos & ipsi, quemadmodum & ipse Judex, verbis nostris subscriberemus; ne quisquam diceret, in illis Gestis aliquid vel postea fuisse corruptum*. Hæc S. Augustinus, quæ habet eadem in epistola (*h*) ex Concilio Cirtensi ad Donatistas. Sed & additum tunc etiam est, ut Collationis signati Actorum codices custodirentur; ne quid addi ab aliquo posset: id quidem ipsa Collationis Acta (*i*) testantur.

(*g*) *Aug. epist. ad Donatist. post Collat. in princ.*

Dispositio consessus & gerendarum rerum ordo.

(*h*) *Aug. epist.* 152.

(*i*) *Aug. in Brev. Coll. di.* 2. c. 3.

XVII.

Ingressus itaque est Marcellinus Tribunus & Notarius in locum ad Collationem paratum. Hunc quidem anno superiori in Africam ab Honorio missum diximus: erat autem magistratu Tribunus; militarem namque hanc fuisse dignitatem, etiam S. Augustinus tradit, dum de Dulcitio agit æque Tribuno atque Notario nominato. Quod insuper item Marcellinus non Tribunus tantum, sed Notarius diceretur: Erant quidem Notarii, Principi a secretis, ut declarat in Formulis Cassiodorus (*k*): inerat eidem muneri Senatoria dignitas, necnon Spectabilitatis honor: tali enim titulo suis litteris eum Catholici Episcopi venerati sunt: quis autem idem esset honor & titulus Spectabilitatis, Cassiodorus (*l*) etiam apposita formula declaravit. Sed & illud adverte eumdem Marcellinum in Collatione illa non simpliciter Judicis, sed Cognitoris nomen præsetulisse: laicis enim haud concessum fuit, in caussis Ecclesiasticis Judicem agere. Quænam vero hæc esset functio Cognitoris, nos alibi diximus, & ipsa Acta Collationis declarant: nempe agere, quæ ad pacem ac quietum congressum pertinent, curareque ne quid tumultuarie vel inordinate inter conferentes mutuo Episcopos ageretur, neve quid per vim dolumve malum ab altera

(*k*) *Cassiod. Vari. l.* 6. *form.* 16.

(*l*) *Cassiod. l.* 7. *form.* 37.

Functio Marcellini.

tera partium moliretur, utque in omnibus pacta conventa fatta tecta conservarentur: in quibus rite dispensendis eidem interloquendi facultas esset, nec quidem pro animi arbitrio, sed quod ipsa justitia postulasset: atque demum cujus alterutrius partis potiora jura essent, pronunciate.

XIX. Sed quid Collationis diebus singulis actum sit, ex rebus gestis a Notariis exceptis S. Augustinus summa brevitate compendium scripsit, quod Breviculum nominavit: nos vero breviorem ex Breviculo summam collectam hic describemus, ac primum illud ex eodem Augustino, quo animo iidem congressuri fuerint Donatistæ: ait enim (a): *Qui causam bonam non se habere sciebant, id egerunt primum quantum potuerunt, ut ne ipsa Collatio fieret, & ut prorsus causa ipsa non ageretur. Sed quia hoc obtinere minime potuerunt; id effecerunt multiplicitate Gestorum, ut quod actum est, non facile legeretur.* Ingressis igitur locum Collationis Kal. Juniis, primo loco recitatum est Honorii Imperatoris rescriptum; quo fieri Collatio juberetur: deinde suo ordine alia edicta ea de causa lata a Marcellino Cognitore jussa sunt recitari: quorum omnium nuper mentio facta est; lectæque simul sunt litteræ Catholicorum ad Marcellinum redditæ, necnon quas Donatistæ eidem dedissent.

(a) *Aug. Brevic. di. 1. c. 1.*

Collatio diei primæ.

XX. Post hæc autem quæsitum est a Cognitore de electis septem illis ad disputandum. Cæterum ne ad disceptandum de causa veniretur, Donatistæ subterfugia posuere, dicentes, agendum primo de tempore, de mandato, de persona, de causa, ac tunc demum ad causæ merita perscrutanda patere accessum. Objecerunt enim primo de tempore, quod jam præteriisset illud; nam vocati erant ad conferendum quattodecimo Kalendas Junii: quod igitur tempus illud ab Imperatore præscriptum jam elapsum esset; se amplius non teneri, impudenti audacia contenderunt. Sed elusa est inanis tergiversatio, cum a Marcellino ostensum est, ex partis utriusque consensu ad Kalendas Junias rem dilatam. Vides ex his nocturnas bestias latibula captantes, in lucem prodire timere.

XXI. Inde (b) vero quod Donatistæ in Cognitorem objicerent, causam illam non agendam ex præscripto Forensis judicii, sed divinæ Scripturæ: non aliud quidem optare Catholicos, ostensum mandatum Concilii ad eos qui causam acturi essent, olim datum, facile declaravit. Quo quidem mandato, invitis licet & contradicentibus Donatistis, recitato; interlocutus Marcellinus, illud consentiens esse divinæ Scripturæ potius quam Forensibus judiciis, declaravit. Recitato igitur Concilii mandato, & subscriptionibus omnium qui tunc aderant Episcoporum numero ducentorum octogintasex, calumniati sunt Donatistæ, Catholicos adjecisse suppositos homines, qui cum non essent, apponerentur tamen ad numerum augendum Episcoporum, petentes admitti & cognosci qui subscripsissent Episcopi: factum est, omnesque ingressi, de suo quisque nomine & Episcopatu docuit. Post hæc (c) Marcellinus omnibus qui illic causa conventus collecti erant, obtulit ut sederent; sicque causam agerent potius, quam stantes: quod facere renuerunt penitus Donatistæ: versabant enim ore submurmurantes illud Psalmistæ (d): *Odivi ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo:* & illud (e): *Concilium malignantium obsedit me.* Cæterum ipsum Marcellinum nec sedere voluisse, donec Episcopi ipsi Catholici consedissent, ex Actis citatis idem qui supra auctor affirmat (f).

(b) *Aug. Brevic. di. 1. c. 9. 10. 11.*

Mandatum Concilii recitatum.

(c) *Aug. ib. c. 13.*

(d) *Psal. 25.*

(e) *Psal. 21.*

(f) *Aug. ib. c. 14.*

XXII. Inde vero a Cognitore jussum est recitari Donatistarum mandatum, quo juberentur a suis causam agere: erat illud quidem refertum contumeliis, dum in eo ab illis Catholici Episcopi Traditores & persecutores nominarentur. Jussaque sunt apposita illi recitari nomina Episcoporum Donatistarum, in quibus complures pro absentibus invenirentur esse subscripti: & cum ex eis unius recitato nomine non inveniretur, causati sunt, esse defunctum in itinere: sed cum iidem ipsi Donatistæ antea professi essent, mandatum illud, & scriptum, & subscriptum fuisse Carthagine; manifestæ falsitatis & imposturæ convicti sunt. Verum & ex eo quoque mendacii redarguti, quod cum antea professi essent coram Marcellino, suos omnes Episcopos venisse Carthaginem, postea vero cum a Catholicis diceretur, quamplurimos ex suis domi remansisse diversis detentos impedimentis; obliti eorum quæ dixerant, illi jactarunt, ex suis multo plures non venisse, morbo impediente, Carthaginem. In his igitur consumpto die, duplici notati sunt Donatistæ falsitate: ejus vero diei Collatione absoluta, secunda in diem perendinum indicta fuit.

Donatistarum recitatum mandatum.

Donatistæ falsitatis convicti.

XXIII. Sed quid amplius? Cum Catholici Episcopi differentes cum iisdem Donatistis, ex Christianæ charitatis præscripto, adversantes ipsos Donatistas fratres appellarent, eo quod non spernerent ut hostes, sed honorarent atque amarent ut fratres: illi indignantes, nomen fraternitatis penitus respuerunt. Testatur id quidem S. Augustinus agens adversus Gaudentium (g) Donatistam, & in libro post Collationem edito, ubi hæc verba: (h) *Ille enim cum hoc nomen a nobis audirent; injuriam sibi fieri, apud Acta di-*

(g) *Aug. cont. Gaudent. l. 2. c. 11.*

(h) *Aug. post Colla. c. 35.*

dixerunt: nec mandato noſtro admoniti, ubi hoc ex Propheta (a) *teſtimonium poſitum eſt, recolere potuerunt, Deum præcepiſſe: Dicite, Fratres noſtri eſtis, his qui vos oderunt, & qui vos deteſtantur: ut nomen Domini honorificetur, & appareat illis in jucunditate, ipſi autem erubeſcant.* Hæc ibi: quibus videas hominum arrogantiam atque duritiem inflexibilem.

(a) Iſai. 66.

XXIV. Secunda collatio.

Intermiſſo autem diei unius ſpatio, rurſum ibidem iidem convenere, oblatoque a Cognitore Marcellino Donatiſtis conſeſſu, immo rogante ut ſederent: illi pertinacius renuerunt; quod non liceret, divina prohibente Scriptura (b), ſedere cum impiis. Cum autem Catholici Epiſcopi conſediſſent, petierunt ſcriptum dari ſibi Catholicorum mandatum, ut ad conſtitutam diem parati, ad cauſæ defenſionem occurrerent; quod exhiberi juſſum eſt. Cum autem de ſubſcribendis Actis Cognitor rogationem proponeret, & tergiverſarentur illi, dilationem petentes: quam fruſtratoriam minime concedi debere diceret Marcellinus: diu multumque altercati ſunt, rurſum de elapſo & præſcripto Collationis tempore exceptionem præteritam refricantes: agentibus vero Catholicis, ſex dierum eiſdem dilatio data eſt.

(b) Pſal. 25.

XXV. Tertia Collatio.

Quibus (c) elapſis, ſexto Id. Junias iterum convenere. Cognitis autem cautionibus de Actis ab utraque parte acceptis, cum Marcellinus inſtaret, ut cauſa principalis tractaretur: ſubterfugia lucifugæ illi Donatiſtæ captantes, de perſonis primum quæſtionem habendam eſſe dixerunt, quinam petiiſſent ab Imperatore Collationem haberi; de hiſque diutius magna pertinacia ſunt altercati: ſed lecto Imperatoris reſcripto, conſtitit, Catholicos fuiſſe Epiſcopos qui petiiſſent ab Honorio Collationem. At rurſus ad nectendas moras, legatorum ſcire velle perſonas, & petitionis libellum ab eiſdem oblatum Imperatori exhibendum expetiere: verum rejecti quidem ſunt, quod nihil id ad cauſam ſpectaret. In eo vero quod dictum eſſet, a Catholicis fuiſſe oblatum libellum: contenderunt e contra illi, dicentes ſe eſſe Catholicos: tunc dixit interloquendo Marcellinus, ea ſignificatione nomen illud tunc eſſe, ut ſonaret, accipiendum, qna ab Imperatore in reſcripto inveniretur expreſſum, quo & ſignificarentur Catholici eſſe nominati adverſarii Donatiſtis.

(c) Aug. Collat. di. 3. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

XXVI.

Illi vero hac excluſi, alia uſi fnnt tergiverſatione: nempe cum de Catholica Eccleſia quæſtio verteretur; non eſſe audiendos dicebant Epiſcopos Catholicos Africanos, qui totius Orbis communione Catholica gloriarentur, ſine tranſmarinorum Epiſcoporum aſſenſu, cum communis cauſa ageretur; ne videlicet illi paſſos ſe eſſe præjudicium quererentur, & irrita facerent judicata. His alias addiderunt tergiverſationes, priores ingeſtas iterum atque iterum refricantes. Tandem eo ventum eſt, ut Cognitor recitari juberet, quæ ſub Anulino Proconſule geſta erant ipſo exordio ſchiſmatis. (d) Tunc exclamarunt illi dolentes: *Senſim inducimur in cauſam:* Quippe qui animo ſtatuiſſent fatigare tergiverſationibus Judicem Cognitorem, & novis ſemper objectionibus & aſſertionibus terere tempus: unde & querentes illa Marcellino dixere: *Poteſtas tua ſenſim nos in cauſæ interna deducit.*

(d) Aug. poſt Collat. c. 24. in fin.

XXVII. De Eccleſia Catholica diſputatio.

Lecta vero, ex mandato Marcellini (e), relatione Anulini Proconſulis ad Conſtantinum: Unde ea eſſet accepta, rogarunt: rurſumque & aliæ leviſſimæ objectiones ab eis factæ ſunt, & extra omne propoſitum de Auguſtini ordinatoribus quæſtionem immiſcuerunt. Sed cum a Megalio Primate Numidiæ ſe eſſe ordinatum reſpondiſſet; illi non habentes quid objicerent, ad alia divertere; juſſeruntque legi litteras, quas adverſus mandatum editum a Catholicis conſcripſiſſent, quibus probare niſi ſunt, penes ſe eſſe Catholicam; utpote quod eorum aſſertione negaretur Catholica eſſe Eccleſia, quæ ex malorum hominum admixtione conſtaret: ſed iſta petulanter affirmantes, confutati ſunt tum divinæ Scripturæ oraculis, tum ſententia Cypriani, necnon etiam ſuo ipſorum exemplo, cum Maximianiſtas ante damnatos in communionem recepiſſent. Porro ſuis litteris Donatiſtæ complura a Catholicis in mandato propoſita intacta reliquere.

(e) Aug. Brevic. di. 3. c. 17.

XXVIII. Eccleſiam Catholicam ex pravis moribus non perire.

Ex his quidem Actis mutuati ſunt Patres fragmentum illud in Quinta Synodo recitatum his verbis: *Ex Geſtis quæ apud Marcellinum V. C. Tribunum & Notarium acta ſunt, capite CLXXXVII. Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit: Neque ſi mali ſint, judicanda eſt Dei Eccleſia periiſſe. Sed tamen ipſorum cauſam tamquam fratrum noſtrorum ſuſcipimus: & ſi nobis oſtendi poterint criminoſi, hodie illos anathematizamus: non tamen propter illos Eccleſiam a Deo promiſſam & exhibitam deſerimus & relinquimus.* Hæc ibi, eademque pluribus (f) contra Petilianum agens Auguſtinus ſæpe refricat: quod totius quæſtionis cardo in eo verteretur, num ex peccatis hominum Eccleſia Catholica illud detrimentum patiatur, ut ipſa ſancta atque Catholica eſſe deſinat. Peculiare quidem illis fuit, ut confutati ad crimina quæſita calumniis ſe converterent diſſerentes, & ſic ab eis Catholicum auferre nomen ex pravis vitæ meritis conarentur: ſicuti & Petilianus (g), & alii in Auguſtinum feciſſe videntur. Sed & id

(f) Aug. contra litt. Petil. l. 3. c. 28.

(g) Aug. contra litt. Petil. l. 3. c. 1.

cum

cum reliquis hæreticis commune his fuit, ut ex criminatione Episcoporum studerent demonstrare, apud eos Ecclesiam periisse: de quibus exempla plurima supperunt: ut cum S. Hieronymus id sæpe redarguit in Ruffino, qui ex criminibus in eum objectis se defendere conabatur non esse Origenistam. Ad quod quidem penitus explodendum, præter sententiam illam Cypriani in hac a Patribus Collatione citatam, hic illa repetenda est aurea Tertulliani sententia (*a*): *Soli enim* (inquit) *Dei Filio servabatur sine delicto permanere. Quid ergo si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit: ideo hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?* Hæc Tertullianus: sed de his superius pluribus actum est.

(*a*) *Tertul. de Præscript. adv. hæret. c. 2.*

XXIX. Quod vero ad Collationis Acta pertinet: confiteri tunc tandem coactos esse Donatistas, unam esse Ecclesiam toto Orbe diffusam, a qua sui interitus jactura quisque separaretur, Augustinus in epistola ad ipsos postea scripta testatur: (*b*) eamque haud infici posse hominum vita noxia, aliis in locis idem docet pluribus Augustinus (*c*), & contra Gaudentium (*d*) unum ex septem illis ad differendum electis; ubi ad finem: *Valde* (inquit) *stultum est, ut Ecclesiæ causam, divinis testimoniis fultam atque munitam, in hominum causis ratione exorbitante ponamus, &c.* De quo etiam Gaudentio illud proditur, quod cum hac ipsa Collatione convinceretur ab Augustino, eo indignans blasphemiæ adactus est, ut exclamarit, Catholicam Ecclesiam humanum esse figmentum. Sed & una probata Catholica in Orbe Ecclesia, cum eam in unum convenire caput necesse esse ostenderetur, atque ipsum primum Ecclesiæ caput ex successione Romanorum Pontificum in Petri cathedra demonstraretur: his illi convicti, more suo, ad ipsos Romanos Episcopos infamandos conversi sunt, prout citata superius Acta declarant, & ex his quæ in superioribus tomis ex Augustino recitata sunt, demonstratur.

(*b*) *Aug. epist. 152.*
(*c*) *Aug. de Agone Christ. & de Unit. Eccl.*
(*d*) *Aug. contr. Gaudent. l. 1. in fin.*

XXX. Cum igitur de his esset omnis in Collatione disceptatio, & post lectas a Donatistis editas litteras, Cognitoris mandato jussa essent legi scripta a Catholicis prodita: intercesserunt Donatistæ, petentes ab eisdem lectis nuper litteris responderi. Sed cum illorum se responsione intelligerent perurgeri, crebrius obstrependo, responsionem illorum interruperunt: (*e*) vixque crebrius Cognitore interloquente, Ipsisque Catholicis rogantibus, obtentum est ut silerent: licet ad responsiones Catholicorum aliquid semper objicerent, quod ab illis fortius refelleretur. Cum vero a causæ defensione penitus defecissent, Marcellinus (*f*) Cognitor ad causam schismatis jussit converti debere sermonem. Sed negantes illi, objecerunt rursus Catholicis, quod sæculi hominem Judicem expetiissent: verum id ab illis alias sæpius factitatum, Catholici probaverunt. At illud plane ridiculum, quod cum Catholici incusarent Donatistarum sævitiam ex eo quod nuperrime calce & aceto Fidelium oculos excæcassent, in quo & superassent crudelitate diabolum, qui cum a Deo in Job potestatem accepisset, numquam quid hujusmodi pertentasset: Illi mox objecere Catholicis, quod diabolum defendissent, quia dixissent eum sancti Job oculis pepercisse: sed & alia in eos inculcantes, persecutionis arguerunt.

(*e*) *Aug. Brevic. di. 3. c. 9.*
(*f*) *Aug. ibid. c. 11.*

Objectiones ridiculæ Donatistarum.

XXXI. Acta post hæc Proconsularia, olim in causa Cæciliani collecta, sunt recitari cœpta (*g*), quibus ejus absolutio probatetur; seriem ordinis interpolantibus Donatistis, ne Cæciliani absolutio penitus appareret: obtinuerunt tamen ut antequam Acta illa absolverentur, scripta ab ipsis prolata recitarentur, quibus continebantur Acta Mensurii Episcopi Carthaginensis Cæciliani prædecessoris, quem traditionis accusabant: addideruntque Acta Concilii Carthaginensis contra Cæcilianum a schismaticis celebrari, quæ omnia nos superius suo loco posuimus. Post hæc vero a Catholicis edita sunt Acta Cirtensia, quibus auctores schismatis traditionis arguebantur. His lectis, ad intermissa Acta in causa Cæciliani lectio, Cognitoris jussu, recurrit: sed ipsi Donatistæ suis ipsorum verbis & Actis contra Maximianistas ab ipsis divisos convicti sunt. Cum inter hæc illi ad frivolas se convertentes objectiones, falsitatis arguere conati sunt Cirtensia illa Acta, quod diem haberent ac consules, cum ex his potius illa esse certa veraque convincerentur. Incubuit autem Catholicis demonstrare, consuetum in Ecclesia, sicut & in sanctis scripturis, certis temporis notis eas relinquere consignatas: opusque fuit Catholicis, ex Actis sanctorum martyrum probare, etiam persecutionis tempore consuevisse Fideles in domibus privatorum conventus colligere; quod negarent illi colligi potuisse Cirtensem illum conventum, ubi Episcopi auctores schismatis se tradidisse libros comburendos confessi erant.

(*g*) *Aug. Brevic. di. 3. c. 12. 13. 14.*

Edita contra Donatistas.

XXXII. Cum vero ex recitatis (*h*) Actis in causa Cæciliani demonstratum esset, judicatam jam ejus causam in Concilio Romæ habito sub Melchiade, absolutumque Cæcilianum, damnatum vero fuisse Donatum: id ut effugerent Donatistæ, adversus Melchiadem traditionis crimen (quod non probarent) objicere conati sunt: sed & ipsi falsitatis convicti, & ostensa fuit rursum innocentia Cæciliani ex Con-

(*h*) *Aug. Brevic. d. 3. c. 17. 18. 19. 20.*

Donatistæ suis probationibus convicti.

cilio Arelatensi ac litteris Constantini. Post hæc illi ex Optato Milevitano labantem causam reparare conati sunt, quasi Optato teste damnatio probaretur Cæciliani. Sed cum ex eodem Optato Cæciliani absolutio disertis verbis conscripta legeretur, risum moverunt immensum Catholicis audientibus. Inde vero legendas protulerunt iidem Donatistæ quasdam Constantini epistolas ad magistratus in ea causa conscriptas: sed nihil penitus quod contra Cæcilianum esset, ex eis deduci poterat, immo plura quæ illius faverent innocentiæ. Cumque adhuc pro Cæciliani absolutione Acta sub Proconsule Æliano ad postremum Catholici ederent, nec quid responderent adversarii haberent, nisi eadem quæ superius repetere & iterare: tandem (a) placuit Cognitori, quæ ea Collatione facta essent, scriptis mandata, rectaque testificatione probata relinquere, pronuncians omnium documentorum manifestatione a Catholicis Donatistas confutatos.

(a) Aug. Brevic. di. 3. c. ult.

XXXIII. Subscribunt actis Donatistæ.

Sic igitur absoluta Collatione, Donatistæ a Marcellino Judice Cognitore, ut Actis ejus dicti subscriberent, jussi sunt. Recusaverunt illi, ut haberent unde calumniam struerent, negarentque se dixisse quæ dixerant, & corrupta illa Acta a Cognitore fuisse, causari aliquando possent: sed rubore suffusi, quod ita ab initio conventum esset, ut ab utraque parte Acta subscriberentur, subscripserunt tandem, ut S. Augustinus (b) affirmat, ubi ad eos: Hæc (inquit) *verba negarent se forte dixisse, nisi sua possent subscriptione convinci. Ecce quam diligenter actum est pro salute vestra, ut verbis nostris subscriberemus: quod fieri omnino nolebant; & ut facerent, tandem aliquando pudore compulsi sunt. Nam extant verba eorum, ubi hoc facere recusarunt; & rursum alia verba ubi hoc facere consenserunt, quod primo negaverant. Omnia scripta sunt: omnibus subscriptum est. Ideo enim videbantur nolle subscribere, ut negare se possent dixisse quod dixerant, & de Gestis corruptis Judici calumniari*. Hæc ipse. In hunc itaque modum confecta atque perfecta Acta Collationis, omni fide munita in publicis jussa sunt conservari archivis ad perpetuam rerum memoriam, fidem factura posteris, quid inter utramque partem fuisset ejusmodi congressu transactum.

(b) Aug. post Collat. c. 31.

XXXIV. Donatistæ appellant & calumniantur judicium.

Sed qui sic omni probatione & ratione destituti, convicti, ac condemnati fuere: haud acquievere judicio Marcellini, sed ab ejus sententia appellavere, calumniantes ipsum a Catholicis fuisse corruptum (c); nullamque ejus sententiam esse dicentes, quam ipse noctu pronunciasset: consumpserant enim in dicendo diem, & usque ad noctem Collatio illa producta fuit, cum Marcellinus in eos pronunciarat. In quos Augustinus plura, & inter alia de more Judicum, ut ad noctem judicium sæpe protrahant; hæc subdit: *Quis enim ferat victos homines conqueri, quod nocte contra eos est prolata sententia; quasi non sæpe Judices audiendi necessitas teneat, & usque ad multam partem noctis sedere cogantur?* Ostenditque pluribus, diei tempore Acta confecta esse, sed per eos inanibus tergiversationibus, ut diem in dicendo consumerent, factum esse ut nox extremam partem causæ tandem exceperit. Unde post multa (d): O *ferream frontem! o furoris tenebras nocturnam sententiam judicii objicientes, & in sui cordis nocte palpantes, offendentes, cadentes, contra nos rabide litigantes, & pro nobis tanta dicentes!* Atque demum (e): *Nocte causa finita est; sed ut nox finiretur erroris. Nocte dicta est sententia, sed fulgens lumine veritatis*. Sed quod iidem vim sibi causarentur illatam, ex eo quod uno conclavi inviti conclusi essent: mox ad eos redarguendos sic subdit: *Inclusos & tanquam in carcere se fuisse, conquesti sunt. Ibi & nos eramus. Aut utrisque facta est injuria, aut utrisque adhibita diligentia. Sed quomodo dicemus injuriam, quando in tam spatioso & lucido & refrigeranti loco nos fuisse recolimus? Aut quomodo erat carcer, ubi erat & Judex? Postremo clausos fuisse nos nesciebamus, qui simul intus eramus. Unde ipsi sciunt, nisi quia fugere fortasse voluerunt? Sed quis non videat, quod ista inepta & ridenda potius quam refellenda de tali Cognitore non dicerent, si pro sua causa possent vel tantum aliquid invenire quod dicerent?* Hæc Augustinus. Insuper & in eo ipsos calumniatos esse Judicem, Possidius (f) tradit; quod scilicet ab eo non fuissent permissi dicere omnia quæ volebant. Quomodo autem hæc contrariis scriptis confutare Augustino opus fuit, dicemus anno sequenti.

(c) Aug. post Collat. c. 12.

(d) Aug. post Coll. c. 19.

(e) Aug. post Coll. c. ult.

Vim se passos falso jactant Donatistæ

(f) Possid. in Vit. August. c. 14.

Quod autem ad eadem trium dierum Acta pertinet; non prætereat illa non solum a S. Augustino in Breviculo in compendium redacta, sed etiam petentibus Severiano & Juliano, a Marcello Memoriali fuisse brevitate adhibita recensita. Quod præclarum opus in lucem haud pridem proditum Papirius Massonus edendum curavit, jam a P. Pithœo collatum & emendatum.

XXXV. Donatistarum magna pars resipuit.

Cæterum etsi perditissimis istis nebulonibus Collatio nihil attulit emolumenti, immo dispendium, cum ex ea iidem redditi sint duriores: certe ex plebe, & ex eis qui Circumcelliones dicebantur, quamplurimos ad meliorem frugem redditos esse, idem S. Augustinus contra Gaudentium post Collationem scribens testatur his verbis (g): *Quantum existimas nos ha-*

(g) Aug. cont. Gaudentium l. 1. c. 29.

habere consolationis, quod a tanta dementia partis Donati (ubi non solum nefaria divisionis error, verum etiam furore lex facta est) longe atque incomparabiliter plura millia liberantur? Neque enim isti qui pereunt, illorum saluti numero æquantur, qui ex ipso genere nunc jam tenentur ordine disciplinæ; colendisque auris amisso Circumcellionum & opere, & nomine, inserviunt, servant castitatem, tenent unitatem: quantominus coæquantur isti perditi numero utriusque sexus non solum puerorum & puellarum, juvenum & virginum, verum etiam conjugatorum & senum, quorum innumerabiles ex Donatistarum nefaria dissensione in pacem Christi veram, & Catholicam transeunt. Hæc Augustinus: qui & agens de Donatistis qui erant Cæsareæ in Mauritania, ista de illis habet (a): *Quos Donatistas in nomine Christi in gremium Catholicum jam magna ex parte suscepimus: ita ut pene omnes communioni Catholicæ sociatas esse gaudeamus, &c.* Hæc ipse in Gestis cum Emerito post Collationem.

(a) *Aug. in Gestis cum Emerito.*

XXXVI. His igitur Carthagine per Marcellinum toto labore atque studio ad finem tandem perductis: ipse Cognitor, cui tantum opus ab Imperatore fuerat delegatum, de omnibus rebus gestis eamdem reddidit certiorem: quæ vero ipse Honorius Augustus rescripserit, quive fuerint ejusdem Marcellini conatus, quæve S. Augustini solertia, ut ex Collatione fructum colligerent quem speraverant, anno sequenti pro temporis ratione dicturi sumus. Sed & in his illud maxime observandum, quod Orosius considerat: Honorium Imperatorem ob eximium religionis exemplum, quod hoc anno exhibuit, dum vallatus licet atque undique obrutus bellis, & a tyrannis oppressus, nihil tamen antiquius habuit, quam Ecclesiæ Catholicæ consulere opportunitatibus; mirifica ob id esse beneficia consecutum, cum ipse Deus Optimus Maximus eodem ferme tempore crudelissimos tyrannos Imperii invasores Alaricum, Constantinum, Constantem, Maximum, Jovinum, Sebastianum, Sarum, & alios cum eis simul extinxit: *Merita sane tanta largitus est Deus* (ait Orosius b) *quia in his diebus, præcipiente Honorio, & adjuvante Constantio, pax & unitas per universam Africam Ecclesiæ Catholicæ reddita est: & corpus Christi, quod nos sumus, redintegrata discissione, sanatum est, imposita executione sancti præcepti Marcellino Tribuno, viro in primis prudenti & industria, omniumque studiorum bonorum appetentissimo.* Hæc Orosius.

(b) *Oros. l. 7. c. 24.*

XXXVII. *Religionis defensio robur Imperii.* Apparuit sane quam verissimum atque certissimum sit, tunc Deum curare atque tueri Principum regna, cum ipsi Principes pro religione laborant: contra vero cum id negligitur, vel humana prudentia (quæ, ex Apostoli sententia, Deo inimica est) in religionem peccatur, ipsa Imperia in deterius prolabi, penitusque consumi, quæ omnia (ut vidimus) in eodem Honorio brevi temporis spatio apparuere perspicua. Etenim cum primum pressus angustiis indulsit hæreticis atque Gentilibus Dei hostibus, ut secure absque timore legum, quam quisque vellet religionem & in fidem sectaretur opinionem: maxima hanc legem secuta sunt mala, nempe clades Urbis & alia funesta, ut vidimus anno superiori. Rursus vero cum idem Imperator fa-

PAGIUS

V. *Constantinus tyrannus occiditur & Gerontius sibi mortem consciscit.* A num. XXXVII. ad XLIII. *Constantinus* tyrannus, postquam Italiam occupare aggressus est, inde fugere coactus Arelatem se recepit, eodemque tempore filius ejus *Constans*, quem *Augustum* nuncupaverat, ex Hispania fugiens, illuc venit. Inter hæc *Gerontius* omnium Constantini Ducum fortissimus, hostis illi factus, *Maximum* familiarem suum Imperiali veste induit, & *Tarracone* morari jussit. Is expeditione adversus Constantinum suscepta, filium ejus *Constantem* Viennæ interfici curavit, & Gerontius *Arelatem* profectus, eam obsidere cœpit; sed cum Hispanienses milites consilium de eo interficiendo cepissent, ipsemet sibi mortem conscivit. Interim *Honorius* exercitum miserat contra Gerontium, & circumsidente Arelatum Honorii exercitu, Constantinus obsidionem sustinebat, ut pluribus narrat Sozomenus lib. 9. cap. 13. & seqq. Constantini vero mortem his verbis narrat Renatus Profuturus Frigeridus apud Turonensem lib. 2. cap. 9. *Vix dum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuncii veniunt, Jovinum assumsisse ornatus regios, & cum Burgundionibus, Alamannis, Francis, Alanis, omnique exercitu imminente obsidentibus, ita acceleratis moris reserata Urbe Constantinus deditur. Confestimque ad Italiam directus missis a Principe obviam percussoribus, super Mincium flumen capite truncatus est.* Idacius in Fastis rei gestæ tempus hoc anno verbis istis exprimit: *His COSS. Constantini tyranni caput in eonte allatum est XIV. Kal. Octob.* Gallia itaque & Hispania suis tyrannis liberatæ, sed ab aliis utraque postea afflictæ.

VI. *Gallia ulterior a tyrannis afflicta.* Olympiodorus enim qui hoc tempore vivebat, morte Constantini narrata, scribit: *Jovinus* (qui Præfectus erat Prætorio Attali tyranni) *apud Mundiacum* (intellige Moguntiacum) *Germaniæ alterius urbem, studio Goaris Alani, & Guntiarii Burgundionum Præfecti tyrannus creatus est. Cui, ut se se adjungeret Adaulpho, auctor fuit Attalus. Et vero hic cum copiis ad illum se confert. Jovinus tamen Adaulphi adventu offensus, obscuro & veluti per ænigmatu Attalum accusat, quod adventum suasisset. Sarus item ad Jovinum venturus erat, sed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud se habenti, quem gesta heroica & stupore digna edentem, scutis adhibitis, vivum agro capere potuerunt, tandemque occidunt, &c. Jovinus fratrem suum Sebastianum invito Adaulpho Imperatorem creavit, in ejus odium incurrit, Adaulphus atque per internuncios caput se* tyran-

Tyranni extincti.

facti pœnitens eam revocat legem, laborat pro fide & unitate Catholica, quam subito mutata rerum simul est facies, & quanta hæc subsecuta sunt bona? Absque armis perit invasor Urbis Alaricus; & qui post eum Gothorum capessit regnum, pro Romano Imperio pugnaturus in hostes convertit hostiles acies: hæcque omnia hoc ipso anno, dum pro religione tanta curat Honorius: *Quo eodem anno* (ait S. Prosper in Chronico) *Constantinus per Honorii duces Constantiam & Ulphilam apud Arelatense oppidum victus & captus est: cujus filium Constantem in Hispania regnare orsum, Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat.* Hæc Prosper hoc anno, Marcellinus vero anno superiori: sed præstat audire Prosperum, res sui temporis, & locorum ubi versatus est, nempe in Galliis, scriptorem, quem veritatis assertorem ratio certa comprobat: etenim cum constet superatum ac victum Constantinum cum filio post Alarici obitum, quem hoc anno ex hac sublatum vita narravimus, nequaquam anno superiori illud potuit contigisse.

XXXVIII.

At quam opportune collabenti penitus atque ruenti supposuit Deus manum Imperio? Fretus enim auxilio Alarici Constantinus tyrannus (ut tradit Sozomenus *a*) ad invadendam Italiam se jam accinxerat: sed audita morte Alarici consternatus, Arelatum se recepit. At quomodo dominans Gallis, Britannis, & Hispaniis, pollensque auxilio barbarorum Constantinus tyrannus cum Imperio vitam amisit? Accidit plane secundum sacrum illud vaticinium Isaiæ (*b*): *Concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios.* Cum tyranni armarentur contra tyrannos, quos mutuo inter se confectos Honorii dux Constantius adorsus prorsus extinxit. Sed cunctas tunc res gestas ipse Sozomenus diligenti narratione prosecutus est: præstat igitur ipsum audire, neque tot tamque divinitus hoc anno impertita Honorio beneficia silentio obvoluta relinquere. Ait enim hæc ipse (*c*):

(a) Sozom. l. 9. c. 11.

(b) Isai. 19.

(c) Sozom. ib. c. 13.

XXXIX. De Constantino & Maximo Tyrannis.

Interea temporis Gerontius, inter duces Constantini precipuus, hostis illi factus est; & maximum familiarem suum, quem ad tyrannidem accommodatum judicabat, Imperii ornatu induit, ac Tarracone morari permisit: ipse vero adversus Constantinum exercitum duxit eo proposito, ut in transitu ejus filium Viennæ commorantem conficeret. Constantinus igitur cum intellexisset id quod de Maximo actum erat, Ebodichum ducem suum (quem fuisse Regem Francorum tradunt) ad ulteriores Rheni partes misit, ut Francos & Alemannos in nostrum auxilium vocaret: Constanti autem filio suo Viennæ ac caeterarum ibi civitatum custodiam commisit. Ac Gerontius quidem cum Arelatam castra movisset, civitatem oppugnavit. Non multo autem post, exercitu Honorii adversus tyrannum adventante, cui præerat Constantius Imperatoris Valentiniani tertii hujus nominis pater; statim fugit cum paucis quibusdam militibus: nam eorum plurimi se Constantio conjunxere.

XL.

Milites igitur in Hispania Gerontium ob fugam factam contemptu dignum rati, interficere statuerunt; & concursu facto, domum ejus circumvallant. Ille vero cum Alano, uno necessario suo, paucisque servis, ejaculatis desuper sagittis, ultra trecentos milites interfecit. Sagittis tandem deficientibus, servi aufugiunt, & clam sese de domo illa demittentes evadunt. At Gerontius quidem quamvis & ipse eodem modo salvari potuerit; tamen Nonnichia uxoris amore detentus, noluit. Itaque cum milites ignem domo mane immisissent, nullam habens deinceps spem salutis, Alano familiari suo volenti caput amputat, & deinde propriæ uxori quoque lamentanti, & se ipsam cum lacry-

PAGIUS

tyrannorum missorum, pacemque initurum Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt, & jusjurandum præstitum est, Sebastiani mox caput Imperatori mittitur. Jovinus etiam ipse ab Ataulpho obsessus se dedidit, missusque ad Imperatorem est: quem Dardanus Præfectus sua manu peremtum interimit. Horum tyrannorum mortem uno tenore ordinem Baronii sequens, hic recitabo. Idacius, sub Lucii Consulatu anno CCCCXIII. gesto scribit: *His COSS. occisi sunt Jovinus, Sebastianus, Salustius, & Heraclianus abolitus est.* Idem habet Prosper in Chronico. Alter vero Idacius in Chronico anno Abrahami 2429. Kalendis Octobris sequentis Christi anni inchoato, ait: *Jovinus & Sebastianus fratres intra Galliam, & in Africa Heraclianus pari tyrannidis unfluntur insania.* Denique Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. CCCCIV. Kalend. Septemb. currentis Christi anni inchoato, tradit: *Hoc anno Jovinus & Sebastianus viri clarissimi in Galliis necati sunt, & eorum capita Romam delata: & post dies quinque Salustius & Heraclianus pariter interfecti.* Supersunt numismata in quibus, *Jovinus, Heraclianus, & Sebastianus* Augusti appellantur. Annum mortis horum tyrannorum distinctius consignabimus anno CCCCXIII. num. II. & seq. interimque observandum *Ataulphum* jam sequenti anno in Galliis fuisse; cum *Jovinus & Sebastianus* fratres hoc ipso anno ibidem tyrannidem arripuerint, & *Ataulphi* adventu *Jovinus* offensus fuerit, anno scilicet sequenti, quo Ataulphum in Gallias venisse ostendemus.

VII. Secunda Treverorum eversio.

Contigit hoc vel saltem sequenti anno quod Turonensis lib. 2. cap. 9. ex Frigerido narrat, postquam Constantini tyranni mortem texuit: *Iisdem diebus Præfectus tyrannorum Decimius Rusticus Agroetius ex Primicerio Notariorum Jovini, multique nobiles apud Arvernos capti a ducibus Honorianis, & crudeliter interempti sunt.*

crymis in gladium ingerenti, ne potius quam in alterius potestatem perveniat, una cum marito perire cupienti, & munus hoc ultimum ab eo impetrare flagitanti. Atque hoc quidem mulier satis viriliter & ut illius religione dignum fuit (erat enim Christiana) mortua est, sui memoriam stabiliorem posteritati relinquens, quam quæ oblivione obscurari posset. Gerontius porro cum se tertio percussisset, nec tamen vulnus letale accepisse sensisset, evaginato gladiolo quem femori obligatum habebat, sibi ipsi cor transfixit.

XLI. Constantius dux Honorii, quæ in barbaros.

Constantius autem, circumsidente adhuc Honorii exercitu, obsidionem tamen sustinebat, quod illi nunciatum esset Ebodichum cum maximis suppetiis adventurum: quæ quidem res & Honorii quoque duces non modice terrebat; ita ut in Italiam reverti, & illic bellum experiri vellent. Atque ubi hoc statuissent, quia appropinquare jam nunciabatur Ebodichus, Rhodanum fluvium trajiciunt, & Constantius secum pedites retinens adventantem expectat hostem: sed Ulphilas Constantii Præfectus haud procul istinc in insidiis cum equitibus latitat. Postquam igitur hostes cum exercitu Ulphilam prætergressi, pedem jam collaturi essent cum militibus Constantii: dato signo, repente prorumpens Ulphilas hostem a tergo invadit. Et facta statim ordinum perturbatione, alii diffugiunt, alii occiduntur, plurimi autem positis armis, veniam precantur & misericordiam consequuntur. Ebodichus autem, equo conscenso, fugit in agrum quemdam ad Ecdicium, qui plurimum fuerat ab ipso consecutus olim, quemque Ebodichus sibi ob accepta beneficia amicum arbitrabatur. Atque is caput ejus amputatum ducibus Honorii attulit, spe magnorum munerum ac dignitatum. Constantius autem caput quidem accipi jussit, & gratias Ecdicio agi Reipublicæ nomine, qui Ulphilæ officio functus esset. Sed cum in exercitu remanere vellet, eum excedere jussit, nequaquam vel sibi vel exercitui faustam fore ratus hospitis tam ingrati præsentiam. Atque is quidem hominis amici ac hospitis in calamitatem delapsi impiissimam cædem ausus, in vanum (ut dici soles) hians recessit.

XLII. Constantini tyranni exitus.

Post victoriam rursus trajiciente Honorii exercitu ad Civitatem: certior factus Constantinus Ebodichum esse sublatum, ipse sibi purpuram & Imperii insignia detrahit, & ad Ecclesiam confugiens ordinatur presbyter. Tum accepto prius jurejurando, qui intra mœnia erant, portas aperiunt, ac veniam consequuntur omnes. Itaque ex eo tempore provincia ista rursus ad Honorii Imperium reversa est, ac ducibus ab illo constitutis paruit. Constantinus autem una cum Juliano filio in Italiam transmissus, antequam eo perveniret,

PAGIUS

sunt, Treverorum civitas a Francis direpta incensaque est secunda irruptione. De primi Trevirorum clade exitiali jam supra locuti sumus; anni tertiæ & quartæ prorsus incerti. Idem ac Frigeridus de secunda Treverorum eversione refert, eamque magis explicat Auctor de Gestis Francorum cap. 6. & seq. ubi ait: *Multi nobilium jussu Joviani* (legendum, Jovini) *apud Arvernos capti, & a ducibus Honorii crudeliter interempti sunt. Treverorum civitas factione unius e Senatoribus, nomine Lucii* (qui postea anno CCCCXIII. Consul ordinarius fuit) *a Francis capta & incensa est. Cum Avitus* (legendum, *Jovianus*; Avitus enim diu post hæc tempora imperavit) *Imperator esset luxuria deditus, & iste Lucius haberet mulierem pulcherrimam cunctarum, fingens se Avitus* (legendum Jovinus) *ob infirmitatem corporis lecto decumbere, jussit ad omnes Senatrices, ut eum requirerent. Cumque uxor venisset Lucii, vi ab Avito* (lege, Jovino) *oppressa fuit. In crastino surgens de strato Avitus* (lege, Jovinus) *dixit ad Lucium:* Pulchras thermas habes: nam frigide lavas. *Hac indignante Lucio, sua factione direpta est civitas & incensa a Francis.* Idem ex isto Anonymo narrat Aimoinus lib. 1. cap. 3. Porro loco *Aviti*, legendum esse. *Jovinum*, ut etiam notavit Bucherius lib. 14. Belgii Romani cap. 1. certum est; cum Salvianus librum suum de Providentia, in quo urbem Trevirensem quater eversam tradit, scripserit circa annum CCCCXL. plures sc. annos antequam *Avitus* in Galliis Imperator levaretur. Librarios in nominibus propriis exarandis sæpe errasse, unumque pro alio quandoque supposuisse, certis passim exemplis demonstravi.

VIII. Barbari variarum gentium in Hispaniis consistunt.

Verum si hoc tempore tyrannorum fœcundæ fuere Galliæ, & resectis aliorum atque aliorum capitibus, illico alii renati sunt, *Hispania* in meliori statu non fuere; postquam enim per triennium bello a Gothis pressi sunt Barbari & fames ac pestilentia sævire, contigit quod refert Idatius in Chronico anno Abrahami 2427. Kalendis Octobris, superioris Christi anni inchoato, *subversis memorata plagarum grassatione Hispaniæ provinciis, Barbari ad pacem ineundam, Domino miserante conversi, sorte ad habitandum sibi provinciarum dividunt regiones. Gallæciam Vandali occupant & Suevi, sitam in extremitate Oceani maris occidua. Alani Lusitaniam, & Carthaginensem provincias: & Vandali cognomine Silingi Bæticam sortiuntur. Hispani per civitates & castella residui a plagis, Barbarorum per provincias dominantium se subjiciunt servituti.* Imperabat tunc Vandalis *Gundericus*, Suevis *Hermericus*, Alanis *Respendial.* Duorum priorum mentionem faciunt Idacius & Isidorus in Chronicis; *Respendialis* vero Frigeridus apud Turonensem, lib. 2. cap. 9. *Respendialis* mortem Vasæus in Chronico cum anno Christi CCCCXV. conjungit, cui successit *Atax*, ultimus Alanorum Rex. *Gallæcia* latioribus quam nunc finibus continebatur; totam enim Castellam veterem ambitu suo comprehendebat. Porro hanc partitionem inter Barbaros hoc anno factam, docet Isidorus in Chronico de Historia Vandalorum, ubi ait *Gundericum* primum Regem Vandalorum in Hispania, regnasse *in Gallæciæ partibus annis XVIII.* ut habent editiones tam Grotii, quam Labbei, non vero *annis XVI.* ut in quibusdam editionibus de-

niret, in itinere occiditur. Nec multo post, præter expectationem interimuntur Jovinus, & Maximus tyranni prædicti, tum etiam Sarus, & alii plurimi cum his qui Imperio Honorii fuerant insidiati. Hactenus Sozomenus. Erat autem ex his quos non nominat Imperii perduelles tyrannos, Sebastianus Jovini tyranni frater: *qui* (inquit Orosius *a*) *hoc solum, ut tyrannus moreretur, elegit.* Sed & in his expende quam terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Constantinus enim, qui Constantem filium jam professione monachum (ut ait Orosius *b*) ut crearet Cæsarem, eduxit e monasterio: ipse, ne occideretur, compellitur confugere ad Ecclesiam, & initiari presbyteratu: sed male uterque periit, qui Deum posthabuerunt Imperio.

(a) Oros. l.7.c.42.

(b) Oros. l.7.c.40.

XLIII. Quando S. Hieronymus scripsit ad Ctesiphontem.

At migremus jam in Orientem, & S. Hieronymum pro Catholica Ecclesia adversus Pelagianos hæreticos laborantem iovisamus. Hoc namque anno, cum nondum auctoris nomine Pelagiana hæresis vulgaretur, sed ejus prava dogmata quæstionum velamentis spargerentur, ipse S. Hieronymus rogatus est per epistolam a Ctesiphonte, ut quæstioni responderet, quam hujus promulgatores hæresis de animi impassibilitate proponere consueverant, posse in homine affirmantes non ipsa tantum vitia, sed affectus vitiorum, omnemque radicem peccati convelli, ut ne minimum quidem fomitis in eo reliquum esset. Quod autem hoc anno ad eum S. Hieronymus epistolam illam contra Pelagianos rescripserit, argumentum illud evidens est, dum ita Pelagium ac Pelagianos est insectatus hæreticos, ut tamen nullius ipsorum nomen expresserit; quod scilicet nondum ejus se hæresis defensores palam profiterentur; quod sequenti anno (ut suo loco dicemus) cœptum est agi. Sed & neque ante præsentem annum eamdem ad Ctesiphontem a Sancto Hieronymo fuisse editam scriptionem, quæ superiori anno eodem argumento sunt recensita, demonstrant, dum egimus de Ruffini obitu & eadem hæresi promulgari tacitis auctoribus cœpta; cum scilicet S. Hieronymus præ manibus habens lucubrationes in Ezechielem, in præfationibus ad Eustochium de his agens, nihil hactenus adversus eos se scripsisse demonstrat: meminisset utique more suo, si adeo nobilem adversus eos tractationem epistolarem scripsisset.

XLIV. Pelagiani unde prodierint.

Cum hoc igitur anno interpellatus esset a Ctesiphonte ea de impassibilitate quæstione Hieronymus; etsi nomina taceat Pelagii atque Cœlestii; auctores tamen, unde ipsa hæresis dimanaret, in medium profert, dum hæc de schola Stoicorum deducta fuisse demonstrat, atque primum introducta per Origenem, Evagrium Ponticum, Ruffinum, & alios Origenistas monachos judicio Theophili (ut suo loco diximus) condemnatos: in quos hæc ibi Hieronymus (*c*): *Pudeat ergo eos principum, & sociorum suorum, qui ajunt, posse hominem sine peccato esse, si velit: quod Græci dicunt ἀναμάρτητον. Et quia hoc Ecclesiarum per Orientem aures ferre non possunt: simulant se, Sine peccato quidem dicere, sed ἀναμάρτητον dicere non audere; quasi aliud sit, sine peccato, aliud ἀναμάρτητον, &c.* Sed & hæc ipsa a Manichæis etiam esse accepta, & a Priscillianistis, quibuscum communicationis hæresis fœdere, & amicitia jungerentur, itemque cum Joviniano hæ-

(c) Hier. ad Ctesiphont.

PAGIUS

depravatis legitur. Quare cum Gundericus anno CCCCXXVIII. perierit, ut eo anno num. II. ostendam, anni illi XVIII. ab anno CCCCIX. quo Barbari in Hispanias primum ingressi sunt, proficisci non possunt. Præterea Orosius lib. 7. cap. 41. scribit: *Hispaniam cædes vastationesque tunc passam per biennium a Barbaris, quod per ducentos quondam annos passa fuerat a Romanis*; ubi per *biennium*, triennium incompletum intelligit; cum anno CCCCIX. in Hispanias intraverint, in quibus hoc anno se se recluserе, *residuosque Romanos* (seu qui hactenus Romanis paruerant) *ut socios modo & amicos foveant: ut inveniantur jam inter eos quidam Romani, qui malint inter Barbaros pauperem libertatem, quam inter Romanos tributariam sollicitudinem sustinere*, inquit ibidem Orosius, qui anno CCCCXVII. Historiam suam absolvit, & quæ narrat, videre potuit. Porro plures civitates in Hispaniis sub Romanorum imperio usque ad Heraclium Imp. remansisse ex dicendis patebit.

IX.

A num. XLIII. ad LIII. Hippone Carthaginem *Pelagius* cum Cælestio profectus, cœpit hæresim disseminare consuetis artibus, fallacibus scilicet & captiosis interrogationibus, vel circumscribendo simpliciores, vel callidiores ementito dicendi genere fallendo. Post brevem moram Carthagine solvit in Palæstinam, relicto in Africa *Cælestio*. Unde Augustinus lib. de Gest. Palæst. cap. 22. *ut de me ipso potissimum dicam, prius absentis & Romæ constituti Pelagii nomen cum magna ejus laude cognovi. Postea cœpit ad nos fama perferre, quod adversus Dei gratiam disputaret: quod licet dolerem, & ab eis mihi diceretur, quibus crederem, ab ipso tamen tale aliquid, vel in ejus aliquo libro, nosse cupiebam, ut si inciperem redarguere, negare non posset. Postea vero quam in Africam venit, me absente, nostro, idest, Hipponensi littore exceptus est, ubi omnino, sicut comperi, nihil ab illo hujusmodi auditum est, quia & citius quam putabatur, inde profectus est. Postmodum ejus faciem Carthagine, quantum recolo, semel vel iterum vidi, quando curam Collationis, quam cum hæreticis Donatistis habituri eramus, occupatissimus fui, ille vero etiam ad transmarina properavit: interea per ora eorum, qui ejus discipuli ferebantur, dogmata ista fervebant.* Quare cum Kalendis Juniis hujus anni Collatio illa inchoata fuerit, *Pelagius* mense circiter Majo Carthaginem appulit, cum eo ex uni-

Pelagius relicto Carthagine Cælestio Palæstinam petit.

hæresiarcha commune aliquid intercessisse, aperte demonstrat: nam ait (*a*): *Joviniani secunda quæstio, tui ingenii disciplina est*. Et quænam ista? audi eumdem adversus ipsum Jovinianum disputantem: *Nititur secundo loco approbare, eos qui plena fide in baptismate renati sunt, a diabolo non posse subverti*. Ostensis autem hæresis hujus antesignanis auctoribus, quos commilitones iidem hos sectantes nacti fuerint, docet, nempe miseras oneratas peccatis, levissimi cordis feminas, quibus stipata, ea more omnium hæreticorum, eadem hæresis gloriose procedat; quarum princeps Pelagius, & Cælestius cognoscantur: quos licet non nominet, patriæ tamen nomine, quos intelligat, exprimit, dum Britanniæ tyrannorum fertilis, & Scoticæ gentis meminit. Quorum una recitata sententia, in quæ hæresis barathra conjiciat sectatores, declarat his verbis (*b*):

(*a*) Hier. ib.

(*b*) Hier. ad Ctesiphon. adv. Pelag.

XLV. Hæresis Pelagianæ caput.

Istiusmodi homines tollunt orationem: & per liberum arbitrium, non homines propriæ voluntatis, sed Dei potentiæ factos se esse jactant, qui nullius ope indigent. Tollantur, & jejunia, omnisque continentia. Quid enim mihi prodest laborare, ut accipiam per industriam, quod semel meæ factum est potestatis? (Hoc quod dico, *non meum est argumentum*). *Unus discipulorum ejus* (nempe Cælestius) *immo jam magister, & totius ductor exercitus, & contra Apostolum* (*c*) *vas perditionis, per solœcismorum, & non ut sui jactant, syllogismorum spineta decurrens, sic philosophatur, & disputat: Si nihil ago absque Dei auxilio, & per singula opera ejus est quod gessero: ergo non ego qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium; frustraque dedit arbitrii potestatem, quam implere non possum, nisi me semper adjuverit: destruitur enim voluntas, quæ alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium Deus; quod aliter liberum non erit, nisi fecero, quod voluero. Ac per hoc ait: Aut utor semel potestate, quæ mihi data est, ut liberum servetur arbitrium: aut si alterius ope indigeo, libertas arbitrii in me destruitur. Qui hæc dicit, quam non excedit blasphemiam? quæ hæreticorum venena non superat? &c.* confutatur ab eo ac solvitur dilemma.

(*c*) Rom. 9.

XLVI.

Quod vero hæc Pelagius per Cælestium, & ille per quæstiones, quid alii de his sentirent rogans, eo modo per cuniculos in Ecclesiam hæresim intromitterent: hinc in auctorem S. Hieronymus (*d*): *Loquere, quod credis: publice prædica. Quid secreto discipulis loqueris? Quid dicis te habere arbitrii libertatem; quare non libere quod sentis loqueris?* & paulo post: *Necdum scripsi, & comminaris mihi scriptorum tuorum fulmina; ut scilicet hoc timore perterritus, non audeam ora reserare: & non animadvertis, idcirco nos scribere, ut vos respondere cogamini, & aperte aliquando dicere, quod pro tempore, personis & locis, vel loquimini, vel tacetis? nolo vobis liberum esse negare quod semel scripseritis*. Hæc ipse; qui & quod tentavit, est assecutus: siquidem Pelagius atque Cælestius jam palam hæresim promulgarunt, factique sunt ejus aperti propugnatores, ut ex his quæ sequenti anno dicemus, manifestius apparebit.

(*d*) Hier. ib.

XLVII. Hieronymus latentem hæresim producit in medium.

Consulto quidem prudenterque S. Hieronymus studuit, ut viscera Ecclesiæ depascens morbus, foris, quo curari posset, appareret in cute: sed & consultius scripta hæc ad Ctesiphontem præmittens, sic paravit antidotum. Pestem enim monstrare, hoc ipsum est curare, ne alii eadem

PAGIUS X. Cælestii patria & Monachatus.

universa Africa Episcopi confluerent.

Jam ostendimus *Cælestium* qui iis longe lateque hæresim Pelagianam disseminavit, ut hujus sectæ homines Cælestiani dicti sint, non fuisse Scotum Pelagiique gentilem, ut Baronius num. XLIV. credidit. Ejus tamen patria parum nota. Garnerius Tom. I. Operum Marii Mercatoris dissert. 1. de Primis Auctoribus hæresis Pelagianæ cap. 5. suspicatus, eum aut Romanum fuisse, aut saltem Campanum, certe oriundum ex Provincia Latini nominis; cum auditorialis Scholasticus, & apud Romanos nobilis & egregie disertus fuerit, & ad parentes scripserit asceticos libellos, qui vulgo legerentur a Latinis; eoque pertinere credit versus Prosperi, in obtrectatorem Augustini.

Aut hunc fruge sua æquorei pavere Britanni
Aut huic Campano gramine corda tument.

Falluntur enim qui secundum versum de *Juliano* intelligunt, qui Apulus fuit, quique annumerari Pelagio non solet, ut revera solet Cælestius. Sed quidquid de ejus patria sit, Marius Mercator in Commonitorio adversus hæresim Pelagii de Cælestio hæc habet: *Huic Pelagio adhæsit Cælestius, nobilis natu quidem, illius temporis auditorialis Scholasticus* (idest Forensis, ut indicat Augustinus lib. 2. contra Julianum cap. 10.) *sed natura vitio eunuchus matris utero editus. Hic a Pelagio prædicto institutus, sensum istum impiissimum mirarius imbibit, ac multos incredibili loquacitate amentia hujus sua participes & complices fecit; unusque palam publiceque his verborum sententiis ejusdem sensum passim disseminare per populos*, idest, „Adam „mortalem factum, qui sive peccaret, sive non „peccaret, fuisset moriturus, &c. Eum monachum „fuisse in monasterio ex his Gennadii verbis „deducitur. *Cælestius ante quam ad Pelagium concurreret, imo adhuc adolescens, scripsit ad parentes suos de monasterio Epistolas in modum libellorum tres, omni Deum desideranti necessarias*. Quæ ex ejus scriptis restant, eum subtili fuisse ingenio, & in Philosophicis cavillis exercitatum ostendunt. Unde Augustinus lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 3. vocat illum *hominem acerrimi ingenii, qui profecto si corrigeretur plurimis profuisset*.

Sed

dem lue, & morbi contagione lædantur. Undo subdit: *Ecclesiæ victaria est, vos aperte dicere quod sentitis. Aut enim idem responsuri estis quod & nos loquimur; & nequaquam eritis adversarii, sed amici. Aut si contraria nostro dogmati dixeritis; in eo vincemus, quod omnes cognoscent Ecclesiæ quid sentiatis. Sententias vestras prodidisse superasse est. Patet prima fronte blasphemia: non necesse habet convinci, quod sua statim professione blasphemum est.* Hæc & alia S. Hieronymus, in publicum deducens latentem & sibilantem in angulo bicipitem anguem, Pelagii scilicet & Cælestii faucibus in Ecclesiam hæresim inhiantem: ut de eodem S. Hieronymo illud merito occini possit (*a*): *Obstricante manu ejus eductus est de caverna coluber tortuosus:* quem semel progressum in medium, horrendum visu sui deformitate serpentem, mox Apostolici viri Apostolicæ doctrinæ jaculis penitus confecere: sed de his anno sequenti.

(a) Job. 26.

XLVIII. Millenarii plures hoc tempore.

At non una hæc tantum pestis lento inficiebat tabo Fideles in Occidente, sed & Chiliastarum vetus error complurium mentes invaserat. Etenim S. Hieronymus, quem diximus ante annum superiorem interpretatum esse Isaiam Prophetam, in præfatione ad librum decimumoctavum hæc de his habet, cum adversus eos stylum exacuit: *Dionysio Alexandrino adversus Millenarios scriptori duobus voluminibus respondet Apollinaris, quem non solum suæ sectæ homines, sed & nostrorum in hac parte dumtaxat plurima sequitur multitudo: ut præsaga mente jam cernam, quantorum in me rabies concitanda sit. Quibus non invideo, si tantum amant terram, ut in regno Christi terrenum desiderent, & post ciborum abundantiam, gulæque ac ventris ingluviem, ea quæ sub ventre sunt, quærant, &c.* At quinam ex recentioribus Millenariorum sententiæ assertores fuerint, unum ex eis in explanatione super Ezechielem (*b*) detegit Severum, qui eam scriptis prodiderit (ut ait) in dialogo cui, Gallo, nomen imposuit: ut plane admiratione dignum sit, hominem S. Martini discipulum, sanctique Paulini amicum intimum, in deliramentis his insanisse; cum præsertim haud ea sententia toleranda amplius videretur, quam doctissimi viri respuerent, ut sanctus Hieronymus, & illi consentiens Damasus, Gregorius Nazianzenus, atque Basilius, dum eam Apollinaris sententiam ut ridiculam & sacro Evangelio adversantem rejicit in epistola ad Occidentales (*c*). Quod autem repugnarent & adversarentur Millenarii Origenistis, qui nec cum humanis membris resurrectionem futuram dicebant: cautius (ut ipse testatur) fuit incedendum S. Hieronymo, ut media incedens via non declinaret ad dexteram, neque ad sinistram; ne cum astrueret in resurrectione omnia in corpore fore membra, etiam usum illorum, more Millenariorum, videretur asserere: & dum negaret assertum a Millenariis membrorum usum, videretur cum Origenistis iniisse concordiam: id ipse in præfatione ad Eustochium (*d*) profitetur.

(b) Hier. in Ezech. c. 36.

(c) Basil. epist. 74.

(d) Hier. præf. in l. 18. in Ezech.

XLIX.

Porro ejusmodi Millenariorum insaniæ; cum ubique jam rejicerentur, & sibilis atque cachinnis a disertis deriderentur, ac pariter damnarentur, exaruerunt penitus; quod nonnisi insanus atque delirus prorsus haberetur, qui hujuscemodi fabulis traduceretur. At non sic quidem Pelagii hæresis, quæ fœcundo ubique cespite coalescere atque multiplicari cœpit:

PAGIUS XI. *Hieronymus scribit ad Ctesiphontem adversus hæresim Pelagianam.*

Sed venio ad *Pelagium*, cui Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, renovitas opiniones superiorum hæreticorum ac Philosophorum, quoad impassibilitatem & impeccantiam, exprobrat, ejusque has potissimum sententias impugnat, quibus ille pronunciabat, *posse hominem sine peccato esse si velit:* quamvis ad decipiendos homines huic sententiæ adderet, *non absque Dei gratia:* cum ita Dei gratiam exponeret, ut eam ad liberum arbitrium & ad præcepta legis referret. Tum, *eos qui absque legis scientia sint, peccata vitare non posse,* asserebat. Præterea *liberum arbitrium destrui, si alterius ope indiget, ac semper ei auxilium Dei est necessarium,* & similia Pelagianæ doctrinæ capita. Baronius num. XLIII. eam Epistolam hoc anno datam esse putavit; Emin. vero Card. Norisius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 4. anno sequenti. Sed exeunte anno quadringentesimo decimo tertio, aut consequentis initio eam scriptam esse, his rationibus ostendit Garnerius laudatus pag. 337. Orosius in Apologia cap. 3. cum fecisset in Conventu Presbyterorum Hierosolymitano, cum istius Epistolæ, tum alterius ab Augustino ad Hilarium Syracusanum datæ memoriam, utramque dixit, *nuper* scriptam. Cum igitur *Orosius* ex Africa tardius non solverit in Palæstinam, quam verna tempestate anni CCCCXV. cumque secum Epistolam Augustini ad Hilarium detulerit, atque in Convento eo anno Hierosolymis celebrato legerit, apparet eam ab Augustino datam esse anno CCCCXIV. aut sub finem anni CCCCXIII. ideoque & Epistolam Hieronymi ad Ctesiphontem, quippe ambæ eodem tempore exaratæ sunt. Neque dici potest scripta ante tempus illud; cum *Ctesiphon* Hieronymo literas dederit post adventum Pelagii in Orientem, ejusque non parvam in Palæstina moram, qua nimirum opus fuit ad disseminandum errorem, qui timide primum tradebatur apud paucos fideles, nec prodibat in publicum, nisi *cum silentia magistrorum rabies discipulorum proderet.* Cum ergo Pelagius in Orientem non venerit ante finem præsentis anni, ut jam diximus, nec Hieronymus Ctesiphonti rescripserit, nisi postquam *plerosque in Oriente, ante ipsas quoque litteras Ctesiphontis, quæstio decepisset, & per simulatam humilitatem plurimi superbiam didicissent,* fatendum est, inter adventum Pelagii & Epistolam Hieronymi, duos fere annos intercurrisse; siquidem breviori tempore, quæ dicta sunt, vix contingere po-

pit: etenim dum in ejus sectatores agit S. Hieronymus in Oriente, S. Augustinus in Occidente in istud ipsum opus incumbit. Nam sicut Ctesiphon epistola ad ea scribenda ipsum Hieronymum excitavit; ita & ejusdem argumenti datis ad Augustinum litteris, Hilarius ab ipso adversus eodem errores, Syracusis in Sicilia divulgatos, responderi petiit: nam de illis (*a*): Rogo (inquit) *ut mei memor in sanctis orationibus tuis esse digneris, atque imperitiam nostram informare de eo quod quidam Christiani apud Syracusas exponunt, dicentes posse esse hominem sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit* (absque scilicet auxilio divinæ gratiæ) *Infantem non baptizatum, morte præventum non posse perire merito, quoniam sine peccato nascitur: Divitem manentem in divitiis suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua vendiderit; nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis divitiis fecerit Dei mandata: Non debere jurare* (*b*) *omnino: & de Ecclesia: Quæ sit, de qua scriptum est* (*c*) *non habere rugam neque maculam, &c.* His pulsavit Augustinum Hilarius e Sicilia quæstionibus ex Pelagii deductis erroribus. Præstitit id quidem impigre Augustinus (*d*) ac copiose quæstionibus omnibus accurateque respondens, nullam tamen de Pelagio habuit mentionem, utpote sub involucro Catholici nominis hactenus latitante: unde & nos argumentum jure deducimus, hoc anno ab ipso eam ad Hilarium esse conscriptam epistolam.

(*a*) *Apud Aug. ep. 98.*

Hilarius contra hæresim Pelag. Augustinum excitat.

(*b*) *Matth. 5.*

(*c*) *Ephes. 5.*

(*d*) *Aug. epist. 99.*

L. Quo etiam tempore adversus eosdem errores, antequam tamen eam ad Hilarium epistolam dedisset, eodem argumento tres libros scripsit, quorum est titulus, De Peccatorum meritis, & remissione, deque Baptismo parvulorum: ipse enim in Retractationibus (*e*) eam se primam scriptionem adversus Pelagianos edidisse testatur, cum antehac sermonibus (ut ait) & collocutionibus res acta esset. Sed & quod ipsi auctores blasphemiarum adhuc latere cuperent; noluisse eos propalasse, testatur, immo, & non sine honore Pelagii meminisse: nam ait: *In his autem libris tacenda adhuc arbitratus sum nomina eorum, sic eos facilius posse corrigi sperans: immo etiam in tertio libro, quæ est epistola, sed in libris habita, propter duos, quibus eam connectendam putavi, Pelagii ipsius nomen non sine laude aliqua posui, quia vita ejus a multis prædicabatur: & ejus illa redargui, quæ in suis scriptis non ex persona sua posuit, sed quid ab aliis diceretur exposuit; quæ tamen postea jam hæreticus pertinacissima animositate defendit.* Hæc Augustinus: quibus intelligis, & illam Pelagii in disseminando hæresim artem, dum ita hæreses per quæstiones poneret, quasi ab alio aliquo illæ essent propositæ. Porro tertium librum, qui est epistola ad Marcellinum, ad illum ipsum inscriptum esse, qui Collationi hoc anno Cognitor præfuit, non dubium est: disertus plane vir, & discendi adhuc cupidissimus, qui non S. Augustinum tantum,

(*e*) *Aug. Retract. l. 2. c. 33.*

Prima scriptio Augustini adversus Pelagianos.

PAGIUS potuere. Argumentum, quo nititur Baronius, refutat suo facto Augustinus, imo & Hieronymus. Scriptam enim ait Baronius, antequam propalarentur hæresis auctorum nomina; & tamen propalata, saltem Cælestii, post judicium Carthaginense anno sequenti habitum, & Dialogos Hieronymus. Augustinus vero Librum de Natura & Gratia anno CCCCXV. scripsit: nec tamen uterque appellandum putavit de nomine hominem, contra quem scriberet, quod consilio se fecisse uterque declaravit.

XII. *Cælestius* cum Carthagine esset, irrepsit in amicitiam Clericorum, quorum gratia, pietatisque specie fretus, ausus est Presbyterium in Ecclesiis totius Africæ principe sperare, sed frustra, obsistentibus fidelibus Clericis, unoque omnium nomine, *Paulino* Ecclesiæ Mediolanensis olim Diacono libellum offerente *Aurelio* Carthaginensi Episcopo, quo *Cælestium* accusaret, ut suo loco explicabitur. Legenda Augustini Epistola CLVII. ad *Hilarium* alias LXXXIX. ubi subdola Cælestii subreptio ad presbyterii honorem reprehenditur. Ea vero Epistola non currenti anno, idest, ante judicium de *Cælestio* Carthagine habitum, & scriptos ab Augustino ad Marcellinum libros, ut autumat Baronius num. XLIX. sed anno CCCCXIV. data; quod hac ratione conficit Garnerius laudatus in dissert. VI. de scriptis adversus hæresim Pelagianam. Ab *Orosio* ut ipsemet testatur in Apologia cap. 3. in Palæstinam delata est, lectaque in Conventu Presbyterorum die XXX. Julii anni CCCCXV. & ab Hieronymo memoratur in tertio Dialogo, qui absolutus est ante Synodum Diospolitanam, ut suo loco ostendetur; ac in eadem Synodo inde Pelagio quædam objecta fuor. Cum ergo *Orosius* in Palæstinam venerit verna tempestate anni CCCCXV. cumque ipse de hac Epistola Augustini, & de alia Hieronymi ad Ctesiphontem loquens, utramque *nuper* scriptam dixerit, certe cum Epistola Hieronymi, vel sub finem anni CCCCXIII. vel initio insequentis data sit; statendum quoque, Augustini Epistolam vel exeunte anno CCCCXIII. vel potius ineunte CCCCXIV. scriptam fuisse, quo etiam anno Patres Benedictini datam credidere.

XII. Augustinus scribit ad Hilarium Syracusanum adversus Cælestium.

Anno sequenti Concilio Carthagine contra *Cælestium* coacto, de quo eo anno agemus, *Augustinus* non interfuit; sed cum deinde Carthaginem venisset, ejusdem gesta recensuit. Postea vero quam Pelagianam hæresim aliquandiu viva voce impugnasset, scriptis eam impugnandam censuit, urgente *Marcellino* de Catholicis in Collatione Carthaginensi adeo bene merito. Degebat Carthagine *Honoratus* vir doctus, & ab ineunte ætate *Augustino* carissimus, quem nondum Christianum ad Manichæos audiendos, Augustinus eo morbo infectus hortatus fuerat, cui postea egregium volumen *de utilitate credendi*, in quo Manichæorum vanitatem confutat, nuncupavit. Hic quoque quæstionum solutionem sanctum Doctorem rogaverat, cui Augustinus *respondens*, scatam contra Pelagianorum erro-

XIII. Augustinus scribit ad Marcellinum & ad Honoratum adversus Pelagianos.

sed & S. Hieronymum (ut superiore anno dictum est) iisdem de Pelagianis erroribus pulsaverit quæstionibus.

LI. Pelagius aliquando Augustino & Paulino carus.

Sed unde Augustino, ut aliquando tamquam virum probum Pelagium laudaverit? equidem id ipse ex sanctissimi viri Paulini Nolani Episcopi testificatione: latens enim sub monastico habitu lupus rapax, novus Proteus pro loco, & tempore atque personis sermonem mutans, cum sanctis sanctus æque apparere conatus est. Et sicut de Vigilantio eidem Paulino accidisse diximus, ut eum, dum adhuc tegeret pietate blasphemias, litteris ad Hieronymum datis, laudibus celebrarit: ita plane de Pelagio ad S. Augustinum scribens, eum extulit præconiis sanctitatis. Quamobrem idem S. Augustinus, cum jam Pelagius qualis esset, perspicue ob oculos omnium fuerit demonstratus; quid jam de ipso Paulinus sentiat, litteris interpellat his verbis (a): *Pelagium, quem credimus (ut ab illo distingueretur qui Pelagius Tarenti dicitur) Britonem fuisse cognominatum, quod ut servum Dei dilexeris, novimus: nunc autem quemadmodum diligas ignoramus. Nam & nos non solum dileximus, verum etiam diligimus eum: sed aliter nunc diligimus, aliter aliquando dileximus. Tunc enim, quia nobis recta fides videbatur: nunc autem, ut ab iis quæ inimica & adversa gratiæ Dei sentire dicitur, illius misericordia liberetur.* Hæc Augustinus.

(a) Aug. epist. 103.

LII.

Quod vero ad loca spectat, ubi Pelagius docuit: dictum est superius, ipsum in Ægypto versatum inter monachos, quem ante omnes deploratum a Chrysostomo & Isidoro vidimus. In Occidentem vero se conferentem, in Urbe primum quarumdam quæstionum prætextu hæresum venena sparsisse, S. Augustinus affirmat (b), ubi ait, eum diutissime Romæ vixisse, ibique in disputationibus contentionibusque versatum, captantem undique occasionem hæresis propagandæ, & propugnandæ. Nam idem de eo S. Augustinus (c): *In eis*, nempe libris Confessionis, *certe dixi Deo nostro (& sæpe dixi)* Da quod jubes, & jube quod vis. *Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum a quodam fratre coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit; & contradicens aliquanto commotius, pene cum eo qui illa commemoraverat, litigavit.* Hæc Augustinus de Pelagio; qui Roma pulsus, in Siciliam profectus est: unde Hilarius de ejus erroribus hoc anno (ut diximus) S. Augustinum reddidit certiorem. At de Pelagio hactenus; cætera ejus acta annis singulis pro temporis ratione disposita inferius referemus.

Pelagius Romæ pro hæresi laborat.

(b) Aug. de pecc. orig. c. 21.

(c) Aug. de dono perseverant. l. 2. c. 20.

LIII. Synodus Ptolemensis in Libya.

Hoc item anno, cum Synesius Episcopus Ptolemaidis nondum in Episcopatu annum exegisset (ut ex ipsius scriptis constat) celebrata est Synodus ibidem Ptolemaide in Pentapoli Ægypti. Cujus quidem cogendi Episcoporum conventus, causa illa potissimum intercessit, quod Andronicus provinciæ Præfectus multa crudelia in subditos, atque irreligiosa, & impia adversus Ecclesiam perpetrasset: quibus in Synodo propositis atque probatis, communi omnium sententia, dira excom-

PAGIUS

res Carthagine jam serpentes addidit: *Ego autem*, inquit lib. 2. Retract. cap. 36. *intuens supradictam hæresim novam, inimicam gratiæ Dei, factam mihi propositam quæstionem de gratia Novi Testamenti.* Hoc Opus habetur inter Epistolas Divi Augustini, estque Epist. CXL. alias CXX. ad *Honoratum*. Augustinus enim Marcellino post missos, atque etiam nonnulla facta recognitione remissos, tres libros de peccatorum meritis: *Nunc*, inquit Augustinus Epist. CXXIX. alias CLVIII. ad Marcellinum, *in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quæstionibus quibusdam quinque, quas mihi proposuit & per litteras intimavit.* Quare recte jam libros illos tres ad Marcellinum *de peccatorum meritis & remissione*, quam Epistolam ad *Honoratum* & Epistolam ad *Marcellinum* citatas anno CCCCXII. scriptas asseruere Em. Card. Norisius lib. 2. Hist. Pelag. c. 4. Garnerius loco laudato, & Patres Benedictini in Præfatione ad Tomum X. Operum Divi Augustini. Perperam vero Baronius num. L. hoc anno illos libros editos credit, qui & legendus anno CCCCXII. num. XX.

XIV. Augustinus scribit libros de peccat. meritis & remiss.

Augustinus enim, qui lib. de Gestis Palæstinorum cap. 11. vocat eos *de Baptismo parvulorum & perfectione hominis*, post judicium Carthaginense anno sequenti habitum, a se compositos testatur; sed ante mortem Marcellini, quæ Idibus Septemb. anni CCCCXIII. contigit. Ait Augustinus lib. 2. Retract. cap. 33. *Cælestius, discipulus ejus, jam propter tales asser*tiones *apud Carthaginem in Episcopali judicio, ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat.* Tum cap. 37. *Ad quem scripseram tres libros, quorum titulus est, De peccatorum meritis & remissione, ubi diligenter disputatur, etiam de Baptismo parvulorum, rescripsit mihi se fuisse permotum, quod dixerim*, &c. Libro primo probat, mortem hominis, non necessitate naturæ consecutam esse, sed merito peccati: tum etiam peccato Adæ totam ejus stirpem obligatam; atque ob id baptizari parvulos, ut originalis peccati remissionem accipiant. In secundo docet primum, hominem in hac vita sine peccato esse posse per Dei gratiam, & liberum ipsius hominis arbitrium. Postea ostendit, non esse tamen quemquam in hac vita sine ullo prorsus peccato. Tertio, ideo non esse, quia nemo est qui tantum velit, quantum res exigit, dum vel latet, quod justum est, vel non delectat facere. Denique nullum prorsus, excepto uno mediatore Christo, esse, vel fuisse, vel futurum esse hominem ab omni peccato immunem. Baronius num. LII. quia ejus tempore Opera Marii Mercatoris lucem non viderant, perperam scribit, *Pelagium* Roma pulsum fuisse.

XV. Synesius cogit Synodum adversus Andronicum.

A num. LIII. ad LXXI. Baronius num. LIV. recitat Epistolam *Synesii* LVIII. in qua is Concilio apud civitatem Libyæ Ptolemaidem coacto *Andronicum* Pentapolitanæ provinciæ Præfectum a communione se sa segregasse asserit. Hanc Synodum fuisse *Provincialem* putavit Baro-

communicationis pœna mulctatur. Extat ipsa a Patribus in eum prolata sententia, qua & ejus crimina enarrantur. Apparuit ex hoc quidem judicio, Episcoporum juris fuisse, præsidere Præsidibus, & perperam ab eis facta corripere Ecclesiastica auctoritate, ex impertita sibi a Deo omnium Domino potestate. Sed reddamus hic (ut apud ipsum Synesium legitur) ipsam in Synodo ab Episcopis in Andronicum sententiam dictam:

LIV. (a) *Apud Synes. ep. 58.*

Sententia excommunicationis in Andronicum.

Concilium ad Episcopos (a). Andronicum Berenicensem mala Pentapolis forte & natum, & educatum, & auctum, & qui principatum ejus quæ ipsum protulit emit, neque putet quis, neque vocet Christianum: sed velut quem execratur Deus, ab omni ecclesia, ab omnibus locis & laribus expellatur. Non quod fuerit Pentapolis extrema plaga, post terræmotum, post locustam, post pestem, post ignem, post bellum; reliquias illorum diligenter persecutus, absurdis generibus & figuris instrumentorum per ipsum primum in regionem illatis, immo (ut rectius dicam) per ipsum solum usurpatis, nimirum digitali & pedali tormento, prelo, nasi forcipe, auribus apprehendendis, & labiis obtorquendis parato instrumento (quorum quod majores nostri & experientiam & conspectum bello amiserunt, a male servatis beati prædicati sunt). Non ob hoc (inquam) expellatur: sed quod primus apud nos, & solus, & re ipsa, & verbis in Christum convicia jactavit. Re ipsa quidem, & facto, quod foribus ecclesiæ sua edicta affixit; his quidem qui ab ipso injuria affecti sunt, ad tutam mensam excludens supplicationem; sacerdotibus autem Dei ea minatus, quæ etiam Phalaris Agrigentinus, & Cæphron Ægyptius, & Sennacherib Babylonius veritus fuisset, qui misit Hierusalem improperare Ezechiæ & Deo.

Andronicus scelestissimus.

LV.

Illam ego diem secundam Dei crucem tulisse sentio. Nam in opprobrium Christi libellus ille conviciis plenus de sacris foribus pependit: & hæc inspexit Sol, & legerunt homines, non Tiberio Claudio Rempublicam administrante, a quo Pilatus ad Judæorum principatum missus est, sed pia Theodosii sobole Romanorum sceptra tenente, a qua sibi ipsi principatum comparasse Andronicum ex Pilati astutia animadversum est. Risum movebant prætereuntibus, qui ex alia secta essent, illæ litteræ, quemadmodum Judæis ea quæ cruci Christi adscripta fuerant: quamquam crucis inscriptio non ex pia voluntate profecta, augusta esset indictione, per quam Christus Rex denunciabatur. At hic lingua sententiæ consentiebat.

LVI. Andronicus Blasphemus.

Verum quæ post hæc designavit, graviora sunt his quæ publice affixis litteris notavit. Cum enim quamdam contra inimicum occasionem reperisset (inimicitia enim erat ipsis, quod ille quidem nuptias parabat, hic autem prohibebat) tam horrendis ipsum tormentorum instrumentis torquebat, ut optarem ea ad posteritatem non tradi, sed cum ipso sicuti caperunt, desinere: quo hæc principatus Andronici commenta narratione solum ad posteros perferantur. Postquam igitur vir generosus, non injurius, sed infelix per illa torqueretur, & hæc in clarissima meridie fierent, ut solis lictoribus testibus periret: & nosset, fore ut Ecclesia condoleret: ob nullam sane aliam causam, sed quod re cognita, statim ita ut parati essemus, excurrebamus, quo assideremus, & calamitatem simul perferremus: rabie corripitur in hanc famam, si quis Episcopus misereri auderet hominis ipsi infesti: & multis ac iniquis temere jactatis audacissimo ex ministris Tonante ipsum instigante, quo utitur ad publicas calamitates instrumento, finem insaniæ posuit, maxime impiam vocem prolocutus: Quod frustra in Ecclesia sperasset, & nullus Andronici manus effugere posset, etiamsi ipsius Christi pedem teneret. Hanc vocem ter inerudita mente pronunciavit.*

* Thoante.

LVII. Excommunicatio Andronici.

Postquam non amplius admonendus est homo, sed velut insanabile membrum, a nobis resecandus; ut ne societate, etiam id quod sanum est, simul corrumpatur (nam inquinamentum facile distribuitur; & qui tangit scelestum, particeps fit reatus ipsius: oportet autem & mente & corpore puro

PAGIUS ronius; verum Baluzius in nova Collectione Concil. recte ostendit, eam fuisse *particularem* tantum ac Diocœsanam, uniusque Episcopi cum suo Presbyterio, idest, *Synesii*, qui tum Ecclesiam constitutam apud Ptolemaidem regebat. Id certo colligi videtur ex Epistola Synesii LXXII. *ad Episcopos* data, & a Baronio num. LIX. & seq. relata, in qua legitur: *Andronicus, qui Ecclesiam fefellit, veram illam experiatur. Haud nuper admodum in Deum deliquit, contumeliosus in homines fuit. Quas ob res nostram illi Ecclesiam intercludentes, literas ad Fraternitatem vestram dictavimus, quibus nostram de illo sententiam significabamus. Harum missionem antevertit, supplicem se esse fingens,* &c. quare Baronius titulum Epistolæ Synesii LVIII. male pervertit, & ubi Synesius habet, πρὸς τοὺς ἐπισκόπους, idest, *ad Episcopos*, ipse sic vertit, *Concilium ad Episcopos*. Ex ea autem Epistola deducit etiam Baluzius, particularem tantum Conventum adversus *Andronicum* & socios habitum; ait enim Synesius: *Ac cum privatos omnes ac magistratus hortor, ut nec ejusdem cum illo tecti, neque mensæ participes esse velint*, &c. ubi non nomine Episcoporum seu Concilii, sed proprio nomine hortatur. *Andronicum* pœnitentem postea veniam meruisse docet eadem Epistola Synesii LXXII.

XVI.

Quo anno postea obierit *Synesius*, incompertum; nisi quod ex Actione VI. Concilii Ephesini

puro Deo esse.) Propter hæc Ptolemaidis Ecclesia ad omnes ubique terrarum sorores suas hæc demandat. Andronico & suis, Toanti & suis nullum templum Dei aperiatur: omnis sacer cœtus, omne sacrum templum conclusum sit. Non est diabolo portio in Paradiso. Qui etiam si clandestine ingressus fuerit; expellatur. Admoneo igitur & privatum quemque & Principem, ut neque sub eodem tecto cum ipso habitet, neque eadem mensa participet. Sacerdotes autem præcipue, admoneo scilicet, *qui neque viventes ipsos alloquantur, neque mortuos simul deducant. Si vero quis velut parvæ civitatis Ecclesiam reprobarit, & excommunicatos ab ipsa susceperit, veluti necesse non sit pauperi obedire: is sciat, se scindere Ecclesiam, quam unam Christus esse vult. Talis autem sive Levita est, sive Presbyter, sive Episcopus, a nobis in Andronici sorte locabitur, & neque porrigemus ipsi dexteram, neque unquam de eadem mensa cum ipso cibum capiemus. Multum autem abest, ut in arcano mysterio communionem habituri simus cum his, qui cum Andronico & Toante sortem habere voluerint.* Hactenus verba sententiæ excommunicationis ab Episcopis in eos prolatæ; inter quos Synesius principem locum tenebat, ipsi Ecclesiæ metropolitanæ præfectus Antistes, totius hujus operis sapientissimus architectus; qui simulatque Episcopus factus est; super philosophicam constantiam sacerdotalem induens vigorem ac robur, se ad jura danda Principibus, & ad subjiciendos Ecclesiasticæ eos censuræ, a Deo electum esse cognovit, instar Hieremiæ, ad quem Dominus (*a*): *Constitui te super Reges & Principes: bellabunt adversum te, & non prævalebunt.* Est epistola ejusdem Synesii Episcopi ad Anastasium (*b*) de ejusdem Andronici sceleribus, quam brevitatis causa his attexere prætermittimus.

(*a*) *Hierem.* 1.

(*b*) *Synes. epist.* 79.

LVIII. Andronici pœnitentia.

At quid post hæc Andronicus, homo arrogans, crudelis in homines, in Ecclesiam contumeliosus, & in ipsum quoque Deum blasphemus? Quid, inquam, post acceptam excommunicationis sententiam; qua a personis, locis, & rebus sacris esset exclusus, & infamis effectus? Contempsit ne, tumidus iste & hæc mente tumens, arrogans animus, durum ingenium, a recto semper reflexa, & ad bonum numquam flexa voluntas? Num & crudelius sæviit, ac ferocius (ut appetitus jaculis leo) insiliit, & crudelius debacchatus est in damnantes eum Episcopos, & fores effregit Ecclesiæ? minime gentium: sed (o mirandum!) simulac sensit se Apostolica censura in interitum carnis datum Satanæ: unde lethale vulnus accepit, inde quoque expetiit medicinam: redditur fera bestia cicuris, lambit vestigia domini sui, tamque festine, ut datas præveniens litteras, convenerit Episcopos, qui pro se peterent veniam a Synesio: Qui cum nosset hominem, timeretque ne hæc foris tantum specie tenus Andronicus præseferret; inflictam non ante relaxavit pœnam, quam ipse plene satisfacturum fore polliceretur. Vides hujusmodi exemplo, lector, quo statu habendi, & loco collocandi sint, & quam longe post Andronicum statuendi; qui anathematis sententia ob patrata scelera ab Episcopis ad salutem percussi, negligunt illam atque contemnunt. Sed reddamus hic ejusdem Synesii ad Episcopos litteras, quibus & Andronici pœnitentia tunc saltem foris exhibita demonstratur: sic enim se habent:

LIX. (*c*) *Synes. epist.* 72. Synesii epistola de Andronici pœnitentia.

Synesius Episcopis (*c*). *Andronicus Ecclesiam mentitus, ipsam vera loquentem experiatur. Nuper, nondum valde nuper peccavit in Deum, violavit homines: quapropter conclusa ipsi apud nos ecclesia, litteras ad fraternitatem vestram dictavimus, sententiam de ipsa significantes. At illa epistolam prævenit supplicatio simulata, & pœnitentia promissa, quam omnes me suscipere petebant, præter me. Ego enim videbar mihi clare cognovisse hominem ad omnia dicenda & facienda facilem. Et expectabam & prædicebam, quod ex vulgari causa ad naturam reversurus esset: quem sane par erat timidiorem fore, ubi coram Ecclesiis inclinatus fuisset, multo magis quam si nihil suspectum ipsi relinqueretur. Propter hæc equidem in sententia perseverare proposueram, velut qui simul & erga Deum magis pium, & erga cives magis utile consilium inivissem. At enim impudens est resistere unum multis senioribus juniorem, his qui in sacerdotio vitam consumpserunt, eum qui superiore anno nondum rem attigit. Cessi rogantibus, ut nondum litteras circummitterem, sed certis conditionibus susciperem, ut non amplius insaniret contra æquales, ut mentem ac intelligentiam præ affectione vita perficeret. Si quidem (inquam) intra terminos manebis, quos posuisti: & nunc pro peccato tuo precabimur, & de cætero comprecabimur. Si vero pactas conditiones recusaveris; pœna manet, & ad omnes publicabitur, in*

tan-

AGIUS *Mortis Synesii annus incertus.*

sini anno CCCCXXXI. celebrati constat tunc *Euoptium* ejus fratrem Ptolemaidis Episcopum fuisse, ideoque & ante annum illum Synesium e vivis abiisse. *Cyrene*, quæ Pentapoleos in Libya urbs celeberrima, illi patria fuit, & Philosophiæ operam dedit Alexandriæ magistra imprimis usus *Hypatia*, Theonis præstantissimi Mathematici filia. Nominatissimus inter ætatis suæ Sophistas, uxorem duxit, quatuorque ex ea filios suscepit, de quo legendus Petavius, qui Opera ejus publicavit, & de Vita illiusque scriptis disseruit. In Hollandia Neocorus Vir Cl. novam ejusdem Operum editionem adornat.

tantum tempus producta, quantum ad inemendabiles mores tuos redarguendos sufficiat.

LX. *Hæc ita placuerunt: & ipse experimentum se daturum dixit, & nos idem sumpturos esse. Dedit, & sumpsimus: largius insuper explevit excommunicationis causas: nondum tunc ausus erat bonorum proscriptionem, nondum adhuc eadem aggressus erat. Quot per hæc oberrant? Quot ex his qui nuper opulenti erant, per hæc inopes degunt? Sed pauca hæc ad bene ac illustri loco natum, sed male perditum Magnum. Jacet filius viri illustrissimi, qui omnibus suis bonis inservivit civitati. Verum juventute illius, matris senecta miserabilior est; eo quod ex duobus filiis alter fuga lapsus est propter Andronicum, & neque novit ubi terrarum sit: alterum ubi in terram condidit, novit. Heu leges quæ simul injuria afficiuntur, propter quas imperium obtineat suæ ipsorum civitatis, præter quas ob principatum pecunias ad usuram accipiunt. Horum igitur alios curatores Deus esse vult: nobis autem satis est, puros esse inter puros, si modo possimus intra cancellos sacros manere, & ab impuris purissima excludere.* Hactenus ad Episcopos Synesius.

LXI. At quamnam Andronico injunxit Synesius pœnitentiam, & ab homine ob delicta perpetrata satisfactionem exegit? inter alia illud quidem, quod maximum omnium æstimari debet, dum eum a tribunali deposuit, in quo in Deum & homines multa deliquerat. Quanta hæc auctoritas Episcoporum, ut male judicantes Præsides cessare imperet? Id enim affirmat ipse Synesius in brevi epistola de eo data ad Theophilum Episcopum Alexandrinum, hoc ipso anno; nam sequenti contigit ipsum Theophilum non amplius in humanis esse. Epistola autem sic se habet, cum Andronicum eidem ipse commendat.

LXII. Synesii epistola ad Theophilum de Andronico.

Periit justitia ex hominibus. Andronicus & prius injuria affecit; & nunc injuria afficitur. Ecclesiæ vero mos est, exaltare quidem humilem, humiliare vero sublimem. Hunc itaque Andronicum odisti quidem ob ea quæ fecit; quare etiam progressus est, ut ad hæc devenerit. Miserere autem nunc ob id, quod cum his qui in execratione sunt, conversatus est: nam & eos qui nunc in potestate sunt, propter ipsum offendimus. At horrendum est, si numquam in felicibus consistemus, sed cum flentibus semper lacrymabimur. Nos igitur hoc ipsum tribunali eximimus, & de cætero multo pauciores calamitates ipsi fecimus. Et si pietas tua ipsum cura dignum ducet; hoc ego maximum signum suscepiam, quod non penitus homo ille reprobatus sit a Deo. Hucusque ad Theophilum Synesius, cujus Episcopalis functio antiquorum sententiis commendatur: inter alios enim Evagrius (a) hæc de eo: *Qualis autem & quam eximius vir evaserit, argumento sunt tam epistolæ ab eo post sacerdotii susceptionem eleganter & ornate compositæ, tum liber ille quem dedicavit Theodosio, tum aliæ præclaræ illius quæ extant lucubrationes.* Hæc Evagrius. Apparet enim ex his, Synesium philosophum ad Ecclesiam venientem, non tantum (quod ajunt) barbam & pallium intulisse, sed sacerdotali constantia & vigilantia ita sibi creditam Ecclesiam gubernasse, ut neophytus licet, tamen seniores exemplo docuerit.

(a) Evagr. l. 1. c. 15.

LXIII. Quæ vero de eo Sophronius (b) Hierosolymitanus Episcopus scribat, dignam memoria historiam hic reddamus, quam ipse omni fide bene signatam posteris tradidit, his scilicet verbis: *Cum Alexandriæ essemus, Leontius Apamensis, vir religiosus & fidelissimus, venit ex Pentapoli; multis enim jam annis Cyrene moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogii sancti Alexandrini Patriarchæ, ejusdem Cyrenensis urbis futurus Episcopus. Cumque familiari colloquio essemus usi, narravit nobis, dicens: Fuit temporibus Theophili beatissimi Patriarchæ Alexandrini Cyrenæ Episcopus Synesius philosophus: qui cum venisset Cyrenem, reperit illic philosophum quemdam, Evagrium nomine, qui sodalis suus in studiis liberalibus fuerat, amicum sibi carissimum, sed religione Gentilem, & culturæ idolorum maxime deditum. Eum Episcopus Synesius ab idololatria transferre ad culturam Christi satagebat, curamque ingentem ejus rei sibi assumpserat pro charitate, quam erga ipsum a principio habuerat. Ille vero minime id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Episcopus tamen præ nimio ad illum amore, nec sic quidem tædio victus desistebat diebus illum singulis hortari, & instruere, ac inducere, ut Christo crederet; ipsiusque sacramenta susciperet. Cumque ille quotidie ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel philosophus: Vere, mi domine Episcope, cum cæteris quæ mihi displicent in Christianis, hoc est, quod consummationem hujus sæculi futuram dicunt; & post consummationem, omnes qui ab initio sæculi fuerunt homines, in isto corpore resurrecturos, eamdemque hanc incorruptibilem recepturos & immortalem, atque ita in perpetuum victuros; sicque eorum quæ in corpore gesserunt, præmia percepturos: cum etiam qui miseretur pauperi, fœnerari Deo; & qui dispersit in pauperes, & inopes, in cælo sibi thesauros reponere, & centuplicata, quæ erogaverit, in regeneratione cum æterna vita a Christo esse reddenda. Quæ omnia cum dicuntur, deceptio & irrisio, & fabula mihi videntur.*

(b) Sophron. Prat. Spir. c. 195.

De Evagrio Philosopho ad fidem perducto.

Epi-

LXIV. *Episcopus autem Synesius asseverabat omnia Christianorum vera esse, nihilque omnino habere falsum, vel veritati contrarium; idque multis documentis asserebat, & persuadere illi nitebatur. Post multum vero temporis, cum illum induxisset Christianum fieri, baptizavit ipsum & filios ejus, cunctosque domesticos illius. Caeterum non multo postea quam baptizatus fuerat, dedit Episcopo auri tria centenaria in usum pauperum, dicens: Accipe aurum istud, & distribue illud pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quod Christus mihi ipsum reddet in futuro saeculo. Qui suscepto auro, prompte illi, ut petebat, cautionem fecit. Vixit itaque post baptismum annos aliquot philosophus; ac tandem infirmatus est ad mortem. Cum vero morti proximus esset, dixit filiis suis. Quando curabitis funus meum, chartam istam in manibus meis ponite, & me cum illa sepelite. Mortuo autem illo, fecerunt filii, sicut eis ipse praeceperat, sepelieruntque eum cum chirographo.*

LXV. *Tertia autem post sepulturam die apparuit Episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens: Veni ad sepulcrum, ubi jaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum, & satisfactum mihi est. Atque ut certior ejus rei fias, propria mea subscripsi manu. Ignorabat enim Episcopus quod chirographum illud consepelissent ei. Mane autem facto, accersitis filiis ejus, dixit: Num aliquid cum patre vestro in monumento posuistis? Illi putantes quod eos de pecuniis interrogaret, dixerunt ei. Nihil, domine, praeter pannos consuetos. Quid igitur? numquid, vel chartam aliquam consepelistis ei? Tunc recordati filii (ignorabant enim quod de chirographo diceret) dixerunt ei: Ita sane, domine; chartam enim quamdam moriens dedit nobis, & ait: Quando sepelietis me, chartam istam mihi in manibus date, nullo penitus sciente. Tunc dixit illis Episcopus somnium, quod nocte illa viderat. Sumensque illos cum clericis ac primariis Civitatis, accessit ad philosophi tumulum. Quo aperto, invenerunt jacentem philosophum, chirographumque manu Episcopi conscriptum suis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex ejus manibus aperuerunt, inveneruntque in eo noviter manu philosophi subscriptum ita.*

Miraculum de subscripto chirographo.

EGO EVAGRIUS PHILOSOPHUS TIBI SANCTISSIMO DOMINO SYNESIO EPISCOPO SALUTEM. ACCEPI DEBITUM IN HIS LITTERIS MANU TUA CONSCRIPTUM. SATISFACTUMQ. MIHI EST. ET NULLUM CONTRA TE HABEO JUS PROPTER AURUM QUOD DEDI TIBI ET PER TE CHRISTO DEO ET SALVATORI NOSTRO.

LXVI. *Qui vero convenerant, hoc videntes, obstupuerunt, & per multas horas clamaverunt, Kyrie eleison, glorificantes Deum qui facit mirabilia, & talem tantamque promissionum suarum evidentiam dat servis suis. Asserebat & hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu philosophi subscriptam servari usque hodie, atque in sacrario Sanctae Cyrenensis Ecclesiae custodiri: & quicumque sacrarii custos ingrederetur, hanc illi cum caeteris vasis sacris assignari custodiendam cum omni diligentia, atque eum deinceps successori suo integram illam inviolatamque reconsignare:* hactenus Sophronius ex Leontio de Synesio, & Evagrio.

LXVII. Hic autem memoria repetenda sunt, quae secundo Annalium tomo ex Clemente Alexandrino, S. Augustino, & aliis dicta sunt: philosophiam, licet in multis adversari videatur Christianae religioni, conducere tamen plurimum ad eamdem capessendam: quod quamplurimis exemplis quaeque tempora demonstrarunt, quibus singulis celeberrimi philosophorum Christo nomen dedere: ex eis vero illos tantum resiliisse constat, quos magia, vel vitae turpitudo, ingensve mentis tumor, vel alii perditi mores labefactassent. Quos enim veri amantes philosophia sursum e vulgo abreptos altius sublevasset, vitaque sapientiae consona comprobasset, non despexit Deus, sed coelesti desuper lumine, quo fidei sacramenta perciperent, illustravit; ut modo de Synesio, & Evagrio vidimus: quibus accedant, quae & hoc eodem tempore de Gennadio rerum naturalium scientia apprime imbuto, de immortalitate tamen animae dubitante, S. Augustinus (a) accidisse testatur his verbis ad Evodium scribens,

Philosophi qui fidem Christianam consequi digni habiti.

LXVIII. *Frater noster Gennadius, notissimus fere omnibus, nobisque carissimus medicus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romae suae artis exercitatione praepolluit; ut hominem religiosum nosti, atque erga pauperum curam impigra misericordia, facillimoque animo benignissimum; dubitabat tamen aliquando (ut modo nobis retulit) cum adhuc esset adolescens & in his eleemosynis ferventissimus, utrum esset ulla vita post mortem. Hujus igitur mentem, & opera misericordiae quoniam Deus nullo modo desereret; apparuit illi in somnis conspicuus juvenis & dignus intendi; eique dixit: Sequere me. Quem dum sequeretur venit ad quamdam civitatem, ubi audire coepit a dextera parte sonos suavissimae cantilenae ultra solitum notamque suavitatem. Tunc intento quidnam esset; ait, hymnos esse beatorum atque sanctorum. Sinistra autem parte quid se vidisse retulit, non*

(a) Aug. epist. 100.

Gennadius quomodo animae immortalitatem edoctus.

non satis memini. Evigilavit, & somnium fugit; tantumque de illo, quantum de somnio cogitavit. Alia vero nocte ecce idem ipse juvenis eidem rursus apparuit; atque ab illo utrum cognosceretur, interrogavit. Respondit iste, quod eum bene planeque cognosceret. Tunc ille quaesivit, ubi se nosset. Nec memoria defuit quid iste identidem responderet; totumque visum illud, hymnosque sanctorum, ad quos audiendos eo duce venerat, quia recentissimos recordabatur, facilitate, narravit. Hic ille percontatus est: Utrumnam id quod narraverat, in somnis vidisset, an vigilans? Respondit: In somnis. At ille: Bene (inquit) *recolis: Verum est in somnis illa vidisti: sed nunc etiam in somnis te videre scias. Hæc cum audisset iste, ita esse credidit, atque id responsione firmavit. Tunc qui hominem docebat, adjecit, & ait: Ubi est modo corpus tuum? Ille respondit: In cubiculo meo. Scis ne* (inquit ille) *in eodem corpusculo nunc illigatos esse & clausos & otiosos oculos tuos, nihilque illis oculis te videre? Respondit: Scio. Tunc ille: Qui sunt ergo* (inquit) *isti oculi, quibus me vides? Ad hoc iste non inveniens quid responderet, obticuit. Cui hæsitanti, ille quod bis interrogationibus docere moliebatur, aperuit: & continuo: Sicut* (inquit) *illi oculi carnis tuæ utique in dormiente atque in lectulo jacente nunc vacant, nec aliquid operantur; & tamen sunt isti, quibus me intueris, & ista uteris visione: ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuæ, vita tibi inerit qua vivas, sensusque quo sentias. Cave deinceps ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit hujus rei dubitationem: Quo docente, nisi providentia & misericordia Dei?* utpote qui sic naturali exemplo instructus est, ut mente cælestis fulgore gratiæ illuminatus, a claritate in claritatem transformatus sit (ut ait Apostolus *a*) *tamquam a Spiritu Domini*.

(a) 2. Cor. 3.

LXIX.

(b) Luc. 13.

De Michaele Mercato Seniore & Marsilio Ficino.

Sed quod in his versetur oratio, patere, quæso, lector, ut exemplo Evangelici (*b*) patris familias qui profert de thesauro suo nova & vetera, veteribus recentia conjungamus: erit enim ut ex his quæ breviter dicturi sumus, magnam capias animi voluptatem. Haud namque inexplorata referam, sed quæ complurium eruditorum virorum scimus assertione firmata, immo & a religiosis viris ad populum pro concione sæpe narrata. Ego vero a quo accepi, auctorem proferam, nempe integerrimæ fidei virum Michaelem Mercatum Minlatensem S. R. E. Protonotarium, probitate morum atque doctrina spectatum: ipse enim narravit de avo suo, eodem, quo ipse nomine nuncupato, Michaele Mercato Seniore, cui cum Marsilio Ficino nobilissimi ingenii viro summa intercedebat amicitiæ consuetudo, parta & aucta philosophicis facultatibus, in quibus Platonem ambo affectabantur auctorem. Accidit autem aliquando, ut ex more, quidnam post obitum superesset homini, ex ejusdem Platonis sententia, sed non sine tamen trepidatione deducerent, quæ labantia Christianæ fidei sacramentis suffulcienda essent: eo enim argumento extat ejusdem Marsilii ad ipsum Michaelem Mercatum erudita quidem epistola de Animi & Dei immortalitate. Cum vero inter differendum eorum progressa longius fuisset disputatio; eam ad calcem perductam illo clauserunt corollario, ut juncta simul dextera pacti fuerint, uter eorum ex hac vita prior decederet (si liceret) alterum de alterius vitæ statu redderet certiorem. Quibus inter se conventis, ambo jurati ab invicem discessere. Interlapso autem haud brevi temporis spatio, evenit, ut cum summo mane idem Michael Senior in philosophicis speculationibus vigilaret; ex inopinato strepitum velociter currentis equi, ejusdemque ad ostium domus cursum sistentis audiret, vocemque simul Marsilii clamantis: O Michael, o Michael, vera, vera sunt illa. Ad vocem amici Michael admiratus, assurgens, fenestramque aperiens, quem audierat, vidit post terga, ad cursum iterum acto equo candido, candidatum: prosecutus est eum voce, Marsilium, Marsilium invocans; prosecutus & oculis: sed ab eis evanuit. Sic ipse novi casus stupore affectus, quid de Marsilio Ficino esset sollicitius perquirendum curavit (degebat ille Florentiæ, ubi diem clausit extremum) invenitque eumdem illa ipsa hora defunctum, qua eo modo auditus & visus est sibi. Quid tum ipse? licet enim antiquæ probitatis vir esset, innoxiamque & proficuam omnibus vitam hactenus excoluisset (prout decebat vere philosophum) ex eo tamen tempore, vale dicens philosophicis disciplinis, solius Christianæ philosophiæ ceteris eminentioris propensior cultor effectus, quod reliquum fuit temporis, mundo defunctus, soli vitæ futuræ vixit, specimen edens absolutissimi omnibus numeris Christiani, qui inter philosophos sui temporis magna cum laude claruerat nulli secundus. Ad hæc autem, Synesii, Evagrii, & Gennadii occasione digressi sumus, ad declarandum non a Deo despectos vere philosophos.

LXX.

(c) Suid. in Synes.

Numerat Suidas (*c*) Synesii lucubrationes, sed quas ante Episcopatum elaboravit, ad grammaticam & philosophiam spectantes, necnon Panegyricas orationes, inter quas in laudem Theodosii dictam Evagrius recenset orationem, de Regno ad Arcadium, de Studiorum suorum ratione, de Providentia, de Insomniis, de Calvitie, & alia plura quæ

non

non extant. Scripsisse præterea libros venatorios, ipse de se testatur (a), necnon commentarium de instrumento Astronomiæ, ut ad Otum ipse scribens affirmat (b). Quamdiu autem sederit, ignoratur. Porro post ejus obitum in Ecclesiam Ptolemaidis Pentapolis reperitur subrogatus ejus germanus Evoptius, ad quem ejusdem Synesii extant litteræ, quarum ante suo loco meminimus. Ad quem quidem Evoptium, virum pereruditum, extat scriptio illa S. Cyrilli contra reprehensiones Theodoreti. Ac de Synesio hactenus. Jam vero quæ sunt anni hujus reliqua prosequamur.

(a) Synes. epist. 154.
(b) Synes. epist. 117.

LXXI. Hoc item anno defuncto Alexandro Episcopo Antiocheno, cum sedisset annos ferme quatuor, in locum ejus subrogatus est Theodotus. Id ut affirmemus, in primis admonent litteræ Attici Constantinopolitani Episcopi datæ anno sequenti ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum, cum successit in locum Theophili anno sequenti vita functi: in quibus de ipso Theodoto jam Episcopo Antiocheno mentio habetur. Unde intelligas eos errare, qui ad Bonifacii Papæ tempora Alexandri vitam perducunt. Porro de Theodoto hæc Theodoretus (c): *S. Alexandro vita defuncto, Theodotus continentiæ velut margarita, Ecclesiæ præsulatum obtinuit, vir mansuetudine insignis, & accurata vitæ institutione egregie exornatus: qui sectam Apollinarianam, ortam ut se cum reliqua Christi grege jungeret, cæteris Ecclesiis omnibus aggregavit.* Hæc de Theodoto Theodoretus, satisque ad ejus laudem.

Theodotus Episcopus Antiochenus.

(c) Theod. l. 5. c. 37.

PAGIUS XVII. *Moritur Porphyrius Episc. Antiochiæ.* Ad num. LXXI. *Porphyrius* vixit in Episcopatu Antiocheno usque ad annum CCCCXIII. quo vita functum quove *Alexandrum* successorem habuisse, anno CCCCVIII. num. XVI. ostendimus. Quare deceptus est Annalista doctissimus, qui scribit, *Theodotum* Alexandri successorem hoc anno Episcopatum iniisse; qui error illi natus, quod Epistolam *Attici* Constantinopolitani Episcopi ad Cyrillum Alexandrinum, in qua *Theodoti* Episcopi Antiocheni mentio, crediderit, anno sequenti datam esse, eodemque Divum *Chrysostomum* in diptycha relatum ab *Attico*. Hæc enim Epistola ad annum CCCCXXI. pertinet, & *Theodotus* ad Episcopatum Antiochenum ante annum CCCCXX. non evectus, ut infra demonstrabo.

XVIII. *Concilium Bracarense.* Labbeus Tomo II. Concil. pag. 1508. repræsentat *Bracarense* Concilium præside *Pancratio* sive Pancratiano primæ sedis Bracarensis Episcopo habitum, & a Bernardo Brito in parte II. Monarchiæ Lusitanæ ex MSS. codicibus, studio P. Augustini de Castro Archiepiscopi Bracarensis, primum editum, quod Garsias Loaysa, aliique prætermiserant. In hujus Concilii Actis continetur Professio fidei quæ ab omnibus facienda erat, Alanis, Suevis, Vandalisque, quorum nonnulli erant Idololatræ, alii vero hæresim Arianam profitebantur, Hispanias devastantibus. Eidem Synodo subjicitur Epistola *Aristerti* Episcopi Portuensis ad *Samerium* Archidiaconum Bracarensem, in qua exponuntur vexationes, quas Gallæci a Suevis patiebantur.

XIX. *Suspectæ fidei videtur.* Hoc Concilium Labbeus cum præsenti anno copulat, aitque *Primum Bracarense* merito dicendum esse. At cum Innocentius III. quando longam litem, quæ inter Compostellanum & Bracarensem Episcopos versabatur, diremit, *primum* & *secundum* Concilium Bracarense appellet, quæ *Theodemiro*, & ejus filio dominantibus habita sunt, ut anno DLXIII. numer. IV. ostendi, imo *Nitigius* Lucensis sedis Episcopus Concilium Bracarense anno DLXXII. indictum, *secundum* nuncupet, ut videre est etiam anno DLXIII. num. IV. Concilium Bracarense hoc anno a Labbeo consignatum, nec primum, nec forte genuinum dici potest. Hic enim articulus fidei, qui in eo legitur: *Credo in Spiritum Sanctum procedentem a Patre & verbo*, suppositionem satis prodit; cum hoc circiter tempora Sancto Cyrillo crimini datum sit, quod similem propositionem probasset, adeo ut se de ea purgare coactus fuerit. Scriptum itaque illud in Episcopi Bracarensis gratiam editum; cum in eo dicatur illum præsedisse non solum Episcopis Gallæciæ, in quos seculo quinto legitimam jurisdictionem exercebat; sed etiam Episcopis Lusitaniæ, tanquam Metropolitam Episcopi Emeritensis, qui tamen Episcopo Bracarensi nec hæc tempora nunquam cedere voluit, & Episcopis Conimbriæ, Lamacensi; & Egitano in Lusitania, imo & Numantino in Arevacis; quamvis *Numantia* jamdiu solo æquata, nunquam postea reædificata fuisset. Nec *Conimbria Colimbria*, uti in eo Concilio, appellata ante seculum XI. vel XII. quo Episcopus Bracarensis de totius Hispaniæ Primatu contendere cœpit. Denique qui hoc Concilium supposuit, anno CCCCXV. aut circiter illud affigere intendit; cum *Aristertus* in Epistola laudata scribat: *Doleo super te, super caput nostrum Pancratianum* (Bracarensem Episcopum.) *Colimbria rapta est, Olysippo libertatem suam auro redemit*, &c. *Quomodo actum est in Gallæcia a Suevis, inde collige qualiter Alani agant in Lusitania.* Quare Alanis tunc parebat Lusitania, e qua tamen anno CCCCXVII. aut insequenti ut infra videbimus, expulsi sunt; & qui remanserant, cum Vandalis, qui in Gallæcia erant, se se adjunxere. Alanis vero extinctis, non multo post *Vandali* in Africam trajecere, ut suo loco ostendemus; sicque utriusque nationis nomen in Hispania solum remansit. Labbeus, qui Concilium istud legerat tantum in secunda parte Monarchiæ Lusitanæ, omisit alteram Epistolam ab *Aristerto* ad Samerium Archidiaconum datam, quam refert Rodericus de Cunoa Episcopus Portuensis in Catalogo Episcoporum Portuensium lingua Lusitana scripto, in qua Concilium istud tanquam legitimum tuetur. In hac Epistola dicit Aristertus: *Transeuntes Colimbriam novam, vidimus ibi multos Dei ministros, laborantes jussu Atacis in constructione murorum novæ arcis*, &c. quare qui istud Concilium supposuit, illud ante annum CCCCXVIII. congregatum esse voluit. Sed quo magis Acta & has duas Epistolas discutio, eo minus mihi probantur. Quod si quis argumenta in medium afferat, quæ istud Concilium genuinum & germanum esse ostendant, eo lubentius peritiorum judicio stabo, quo in unam veritatem e tenebris eruendam omnia mea consilia dirigo.

D. Hieronymus exorsus est Explicationem Ezechielis, ut anno superiori num. XVII. vidimus.

Mutata

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc tomo his signis ☛ ☚ notantur; rejecta hic vides.

ANno *Chr.* 392. §. Metuo ne &c. *ubi nunc legitur*, minus diebus octo &c. *usque ad ea verba*, Siquidem &c. *legebatur*, minus duobus diebus continget numerari.

Anno Chr. 392. §. Metuo ne &c. *pro istis verbis*, vigesimum septimum, *usque ad ea*, Sic igitur, *legebatur*, vigesimum primum, si quidem (ut Ammianus est auctor *a*) quadrimus Imperator creatus est.

(a) *Amm.* l. 30.

Anno Chr. 393. §. Inter hæc &c. *ubi nunc legitur*, epistolam Epiphanii, *legebatur*, Epistolam Joannis.

Anno Chr. 395. §. Jam habes Lector &c. *ubi nunc legitur*, ex Probo & Proba genitos tres filios, Olybrium, Probinum, & Probum, ex Olybrio & Juliana prognatam unicam, *legebatur*, ex Probo & Proba genitos filios quatuor, Olybrium, Probinum, Probum, & Julianam, ex Juliana & ejus viro Claudio Hermogeniano Olybrio &c.

Ubicumque vero nunc legitur, Juliana nurus Probæ, & Proba socrus Julianæ, *legebatur*, Juliana filia Probæ, & Proba mater Julianæ.

Anno Chr. 395. §. Cæterum &c. *ubi nunc legitur*, annos natus decem & octo, *legebatur*, annos natus viginti.

Anno Chr. 397. §. Quod autem &c. *ubi nunc legitur*, Secundum vero nominavit &c. *usque ad ea verba*, Rursum vero &c. *legebatur*, sed errore quidem lapsus, dum ante illud existimavit celebratum Carthagine, quod consulatu Valentiniani quarto & Theodosii reperitur inscriptum, existimans de Valentiniano secundo & Theodosio seniore esse intelligendum, cum de Tertio potius Valentiniano & Theodosio Juniore sit accipiendum: contigit enim eumdem novissimum Valentinianum gerere consulatum quartum cum Theodosio Juniore anno Domini quadringentesimo trigesimoquinto, ut Fasti apertissime docent: cum alioqui nullus sit reperiri in illis Consulatus Valentiniani quartus cum Theodosii Consulatu conjunctus, sed cum Neoterio. Qua ratione, secunda potius quam tertia hæc Synodus Carthaginensis dicenda erit: quam, si attendas quæ de ea in Concilio Africano posita leguntur, longe ante præscriptam diem Kalendarum septembrium cœptam invenies: nam de non navigando absque Formata sancitus canon ibi legitur (*b*) his Consulibus sexto Kalendas Julias.

(b) *Concil. Afric. circa princip.*

Anno Chr. 398. §. Sic igitur &c. *ubi nunc legitur*, Ab Honorio & Theodosio Impp. *legebatur*, ab iisdem Imperatoribus.

Ann. Chr. 399. §. Quænam autem &c. *ubi nunc legitur*, Quo quidem anno & non antea id confectum est, vel potius sequenti secundum alios &c. *legebatur*, Hoc autem anno id confectum est, ut uuô &c.

Anno Chr. 402. §. Sed unde &c. *ubi legitur*, quam adversus Rufinum post hæc præsenti anno, *legebatur*, quam adversus Rufinum sequenti anno.

Anno Chr. 402. §. Verum ante &c. *inter verba* Milevitanum Concilium diceretur, *& ista*, tertio vero loco, *legebantur hæc*, Rursum id ipsum ex eo, quod utrumque generale Concilium fuerit, quibus & unus idemque Aurelius Carthaginensis Episcopus præfuit.

Anno Chr. 403. §. Qui autem &c. *ubi nunc legitur*, nondum trigesimus, *legebatur*, jam trigesimus.

Ibidem pro istis verbis, Dixit Claudianus &c. *usque ad* §. At quod ad Alaricum, *legebatur*, Sane quidem sub Consulatu Valentiniani, & Valentis quarto, qui præcessit Consulatum Gratiani, & Equitii, Gothos transmisso Istro invasisse Thracias * auctor est Ammianus (*c*). Cum igitur eorumdem Augustorum quartus Consulatus inciderit in annum Domini trecentesimum septuagesimum tertium: si triginta addas, quibus Gothi dicuntur usque ad bellum Pollentinum cum Romanis certasse; plenum hunc ipsum annorum numerum invenies, a Claudiano signatum.

*Græcias.
(c) *Amm.* l. 30.

Anno Chr. 405. §. Hoc anno &c. *ubi nunc legitur*, Ita quidem nobis &c. *usque ad* §. At de hac Synodo &c. *legebatur*, Erat Hispaniarum Ecclesia (ut ipse testatur Innocentius) adhuc agitata schismate, atque fœdata Episcoporum ordinationibus perperam factis; quas tamen tolerandas esse putavit, ne graviorem pati ipsa scissuram cogeretur. Porro eamdem etiam Priscilliana hæresis nonnihil vexabat, ut quæ dicemus sub Leone Romano Pontifice perspicue declarabunt. Quod autem ad schisma pertinet; id obortum esse propter diversos diversarum Ecclesiarum mores, Patronus Episcopus præfando testatur: cum alioqui ante non in Hispania tantum, sed & in Galliis (ut vidimus) occasione Idacii atque Ithacii Episcoporum, qui a Maximo necem expetierant Priscilliani & sociorum, schisma conflatum fuerit.

Anno Chr. 407. §. Cum inter hæc &c. *ubi nunc legitur*, menses sex & dies viginti, *legebatur*, menses septem & dies octo.

Eodem Anno §. Hoc eodem anno &c. *pro istis verbis*, nisi potius ex Codice &c. *usque ad* §. Hoc eodem anno Wandali, *legebatur*, qui quidem Consules nequaquam reperiuntur sub Imperio Honorii, a quo idem datum esse rescriptum, inscriptus titulus docet.

Anno Chr. 408. §. At nos quæ hinc inde &c. *pro istis verbis*, At necdum lata *usque ad* Sed & accidit &c. *legebatur*, Vigebat recens lata lex Honorii pro Ecclesiastica immunitate, anno superiori (ut vidimus) data, qua reum fecerat majestatis, si quis fugientem ad Ecclesiam abstraxisset.

Anno Chr. 410. §. Qui autem &c. *ubi nunc legitur*, fuisse sanctissimæ feminæ, ut nuper dictum est, tres filios, quorum Olybrius ante Urbis &c. *legebatur*, fuisse eidem sanctissimæ feminæ duos filios, quorum prior &c.

Ibidem, *pro istis verbis*, Ex hoc loco S. Hieronymi &c. *usque ad ea verba*, Quomodo autem eadem Probæ &c. *legebatur*, Sed quonam pacto Demetrias filia dicitur filii S. Probæ, cum eamdem constet esse natam ex matre Juliana filia Probæ, testante id etiam Augustino (*a*), & veteribus monumentis? etenim Julianam filiam fuisse ejusdem Probæ, antiquæ inscriptiones positæ ad finem tertii Tomi declarant. Equidem subvereor in auctore memoriæ lapsum, ut filio Probæ natam dixerit, quam liquet natam ex filia Probæ nomine Juliana, non autem nuru.

(*a*) *Aug.* Ep. 143. in *fine*.

INDEX

INDEX
IN TOMUM SEXTUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII.

Nota numeralis communis Annum Christi: *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

A

Aman-

Ani-

Ruf-

Ejus

B

C

Ca-

Con-

Cru-

D

E

Epi-

Eu-

F

Fu-

G

Gen-

H

Hære-

I

L

Lega-

pe-

Ma-

M

Ejus

N

O

P

Pa-

ab

Pus-

Q

cia

R

S

397.

T

Tem-

V

X

Z

INDEX
CRITICÆ
HISTORICO-CHRONOLOGICÆ
P. ANTONII PAGII
QUÆ HOC TOMO CONTINETUR.

A

B

C

CONSULES.

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

R

S

T

Theo-

V

X

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo Consules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Asteriscus ad Consules indicat novas in Pagium emendationes.

A

B

C

CONSULES.

G

P

S

FINIS.